image
not
available



SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

DECISIONES,

ET SUMMORUM PONTIFICUM

CONSTITUTIONES

RECENTISSIMÆ,

THEATRUM

Veritatis & Justitiæ

CARDINALIS DE LUCA,

EJUSQUE TRACTATUS

DE OFFICIIS VENAL. ET STATUT. SUCCESSIONIBUS

Amplectentes, confirmantes, & laudantes.

ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS NECESSARIIS exornatæ, ac juxta Titulorum seriem & Discursum ordinem dispositæ.

VOLUMEN SECUNDUM.

VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

M. DCC. LIX.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ, Ad Librum Decimum. THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ CARDINALIS DE LUCA, *Qui est* DE FIDEICOMMISSIS, PRIMOGENITURIS, & MAJORATIBUS.

ARGUMENTA DECISIONUM DE FIDEICOMMISSIS, &c.

DECISIO I. *Fanen. Fideicommissi de Nulphis.*

IN Primogenituris lineam vincere omnia, secundo gradum, tertio sexum, quarto ætatem, habetur penes Card. de Luc. *de Fideic. disc.* 16. & in hac decisione approbatur, sed hanc regulam tantum procedere declaratur, si casus sit in progressu vel continuatione illius lineæ, in qua primogeniti alicujus tertiæ personæ vel lineæ; quo casu cum in ipsa hora nativitatis radicetur in persona primogeniti, si ipsum mori contingat, antequam aperiatur successio, admittuntur descendentes ex illius linea; secus si ob deficientiam ultimi possessoris fieri debeat transitus ad aliam lineam, in cujus initio Testator non considerata aliqua tertia persona vel prærogativa, linea indeterminate vocavit masculum proximiorem ultimi possessoris, cum tunc non ad tempus nativitatis, sed apertæ successionis retulisse videatur.

DECISIO II. *Bononien. Fideicommissi de Blanchis.*

Licet in Primogenituris linea vincat omnia, attamen quoties agitur de majoratu facti, seu saltuario, prærogativa senioritatis in concursu lineæ attenditur, & eo casu non proximitas gravati, sed gravantis respici debet; quomodo autem reguletur successio in majoratu partim lineare, & partim saltuario præsens Decisio edocet.

DECISIO III. *Fanen. Fideicommissi.*

Prærogativam lineæ admissæ esse attendendam in majoratibus admittitur, quoties ingressus in eam fuerit legitimus, secus si usurpativus. Testator respiciendo ad proximitatem censetur voluisse, ut admitteretur is qui spectato ordine successionis esset admittendus; si tamen agatur de dimensione graduum in linea prædilecta, secus si casus sit, quod fieri debeat transitus de una ad aliam lineam, in qua Testator simpliciter nomine collectivo proximiorem vocavit cum qualitate majoris ætatis.

DECISIO IV. *Faventina Primogenituræ super Immissione.*

Testator simpliciter vocando seniorem non attenditur proximitas gravati, sed tantum ætas, idque procedit tam in ingressu, quam in progressu.

DECISIO V. *Faventina Primogenituræ.*

Approbantur superius decisa.

DECISIO VI. *Amerina Fideicommissi.*

Prioritas gradus, non prærogativa lineæ attenditur, si casus sit, quod fideicommissum ingredi debeat de una linea ad aliam, & eo magis si vocatus fuerit proximior cum dictione *ejus*, pluraque firmantur, quæ percutiunt Transactionis validitatem.

DECISIO VII. *Romana multiplicorum super Primogenitura scutorum 400000.*

Ex quibus instituta dicatur Primogenitura, in hac decisione enucleatur.

DECISIO VIII. *Romana Manutentionis.*

Ea est virtus vulgaris anomalæ in compendiosa contentæ, quamvis caducentur substitutiones intermediæ, aperiatur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducorum, ad ornatum *disc.* 18. *de Fideicom.* Card. de Luca ne fideicommissum possit inducere retentionem bonorum, quorum possessio propria authoritate capta fuit, sola sufficit dubietas detractionum.

DECISIO IX. *Romana Manutentionis.*

Traduntur ea, quæ in superius relata decisione continentur.

DECISIO X.

Est Decisio præcedentium confirmatoria.

DECISIO XI. *Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.*

Agitur de eodem articulo pertractato *in disc.* 25. *& seqq.* Card. de Luca *de Fideic.* an sub nomine descendentium masculorum veniant masculi ex femina, & venire decidit, etiam si contemplata fuerit artificialis agnatio, mediante onere assumendi cognomen & arma Testatoris, quę potest ęque valide adimpleri per masculos ex feminis.

DECISIO XII. *Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.*

Habentur quæ decisa apparent in antecedenti decisione.

DECISIO XIII. *Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.*

Binæ præcedentes decisiones confirmantur.

DECISIO XIV. *Bononien. Fideicom. de Ballatinis.*

Approbantur regulæ in aliis superius decisionibus extensis firmatæ, quod nempe sub nomine descendentium mascu-

 lorum

lorum veniant quoq; masculi ex femina, licet apposita sit qualitas masculinitatis, quę sexus tantum prædictionem importat, ac adjectum liqueat onus deferendi cognomen, & arma Testatoris, quod adimpleri valet etiam per masculos ex feminis, &, ut a prædictis regulis recedendum sit, urgentissimas conjecturas concurrere debere deciditur.

DECISIO XV. *Romana Fideicommissi de Martellis.*

Extendi ut eadem Sententia, quod sub nomine descendentium masculorum includantur masculi ex femina.

DECISIO XVI. *Romana Fideicomm. de Martellis.*

Approbantur superius firmata.

DECISIO XVII. *Romana Fideicommissi de Moronis.*

Quoties ex conjecturis, quæ in decisione enumerantur, constat Testatorem vocavisse masculos ex masculis in fideicommisso, succedere non valerent masculi ex feminis, sed bona ad hæredem ultimi masculi libera transirent.

DECISIO XVIII. *Romana Fideicommissi de Moronis.*

Pro exclusione masculorum ex femina approbantur fundamento, quæ in superius relata decisione dignoscuntur.

DECISIO XIX. *Romana Fideicommissi.*

Masculi ex femina successionem fideicommissi ordinati pro masculis ex masculis prætendere nequeunt, licet contemplata non fuerit agnatio, & fideicommissum institutum extiterit a femina; pluraque alia in decisione traduntur pro exclusione nepotum a substitutione facta pro filiis.

DECISIO XX. *Viterbien. seu Balneoregien. successionis.*

Descendentium appellatione venire feminas, & si istæ proximiores sint, gravati excludere remotiorem masculum, testatur Cardin. de Luc. *de Fideicommiss. disc. 28. cum pluribus seqq.* ampliatur autē regula licet in primi substitutis masculos Testatorem prædilexisse appareat, cum qualitas masculinitatis nequaquam censeatur repetita, etsi plura concurrant, quæ notabiliter in decisione confutantur.

DECISIO XXI. *Viterbien. seu Balneoregien. successionis.*

Approbata liquent superius firmata.

DECISIO XXII. *Romana Fideicommissi de Maffiolis.*

Appellatione descendentium veniunt non minus masculis, quam feminæ, sed istæ masculum remotiorem excludunt, cum prerogativa qualitatis masculinitatis valeat considerari pro exclusione feminarum in eodem gradu existentium, non vero si masculi sint remotiores, feminæ vero proximiores, nisi Testator expresse contrariū disposuerit.

DECISIO XXIII. *Romana Fideicommissi de Gratia.*

Feminæ filiorum, & descendentium nomine veniunt, licet in conditione substitutionis favore extranei ordinatæ appositi tantummodo fuerint masculi, cum in eo, quod defecit Testator, suppleat legis vocatio. Exacta custodia ventris, ut subsequens legitimatio ex matrimonio habilitet ad succedendum in præjudicium tertii de Jure canonico non exigitur, sed sufficit mulierem in famulatu degentem retentam fuisse domi, & ex illius concubitu fuisse procreatos filios.

DECISIO XXIV. *Veliterna Manutentionis.*

Iisdem regulis utitur præsens decisio, quibus usę fuerunt aliæ supra extensæ, quod nempe ut a regula quod sub nomine filiorum venire non possint feminæ, tales exigantur conjecturæ, quæ petentem Testatoris faciant dignoscere voluntatem feminas excludendi; adeo ut si Testator proprias excluserit filias, non exinde censeatur voluisse alias quoq; feminas a successione repellere, si filiarum exclusio referre licet valeat ad causam dotis per Testatorem constitutæ.

DECISIO XXV. *Veliterna Manutentionis.*

A regula quod appellatione filiorum & descendentium veniant feminæ receditur, si Testator de masculis intellexisse liquido appareat, ut quia proprias filias excluserit Statutum, reperiatur per quod feminæ a successionibus excludantur, & concurrat observantia admittendi masculos, non vero feminas.

DECISIO XXVI. *Veliterna Manutentionis.*

Est præcedentis decisionis confirmatoria.

DECISIO XXVII. *Romana Primogenit. de Aldobrand.*

Feminæ licet regulariter in fideicommisso agnatitio masculino post masculos venire possint; nihilominus etiam in hoc casu subsidiario excluduntur, si rigorosa contemplata fuerit agnatio, & ad solos masculos Testatorem tantum constet respexisse, & ubi feminæ per modum regulæ dignoscantur exclusæ.

DECISIO XXVIII. *Romana Fideicom. de Alborghettis.*

Traditur regula pro perpetua exclusione feminarum, quoties Testator fideicommissum pro solis masculis restrinxerit, & ad hunc effectum restrictio desumitur, si Testator in parte dispositionis masculos vocaverit, cum si in ditionali filios simpliciter posuerit, adhuc censeatur de masculis tantum intelligere voluisse, licet agnationem contemplare non voluerit, sed tantum qualitatem masculinitatis desideraverit.

DECISIO XXIX. *Romana Fideicom. de Alborghettis.*

Regulas affirmatas in decisione antecedenti hæc decisio recepit.

DECISIO XXX. *Amerina Fideicommissi.*

In fideicommisso ordinato favore lineæ masculinæ feminæ veniunt, si simpliciter vocati fuerint descendentes lineam de linea, vel ex linea masculina; secus si masculi de linea masculina, cum tunc feminæ nec in subsidium venirent, adeo ut bona penes ultimum masculum libera remanerent.

DECISIO XXXI. *Amerina Fideicommissi.*

Nil ultra exponitur, quam in præcedenti decis. firmatum.

DECISIO XXXII. *Amerina Fideicommissi.*

Cum eisdem fundamentis duæ præcedentes decisiones approbantur.

DECISIO XXXIII. *Romana Fideic. de Alberinis.*

In fideicommisso ordinato favore lineæ masculinæ feminæ veniunt, si simpliciter vocati fuerint descendentes per lineam de linea, vel ex linea masculina; secus si masculi de linea masculina, cum tunc feminæ nec in subsidium venirent, adeo ut bona penes ultimum masculum libera remanereut.

DECISIO XXXIV. *Romana Fideicommissi Prosperi Junioris de Caffarellis.*

Deciditur quæstio quæ habetur apud Card. de Luca *de Fideic. disc. 50. & disc. 51. de Fideic.* an scilicet vocata familia censeatur vocata familia tantum effectiva, vel quoque contentiva.

DECISIO XXXV. *Rom. Fideic. Prosperi Jun. de Caffar.*

Confirmatoria alterius est præsens decisio.

DECISIO XXXVI. *Romana Fideicommissi Prosperi Junioris de Caffarellis.*

Binas superius relatas decisiones confirmandas deciditur cum iisdem quæ superius relata fuerunt.

DECISIO XXXVII. *Romana Legati de Carafis.*

Juxta mentem Card. de Luca *in disc. 52. de fideic.* & super eodem legato, de quo ibi agitur, hic deciditur, quod in concursu inter existentes in eadem sphæra vel dignitate a Testatore requisita, is præferri debeat, qui Testatori in gradu est proximior.

DECISIO XXXVIII. *Romana Legati de Carafis.*

Declarantur decisa in præcedenti decisione.

DECISIO XXXIX. *Romana Legati.*

Duæ præcedentes decisiones confirmantur.

DECISIO XL. *Romana Legati de Carafis super Sequestro.*

Cum ex superioribus decisionibus impositum fuerit sequestrum super legato controverso, petita illius remotio hic denegatur.

DECISIO XLI. *Romana Legati de Carafis super manutentione sive Immissione.*

Non admissus ad participationem legati, frustra petit in illo manuteneri, vel immitti, si non sit in gradu proximior.

DECISIO XLII. *Carpentoraten. Primogenituræ.*

Liberam & absolutam habens facultatem eligendi potest eligere secundogenitum, omisso primogenito, multaque alia notantur, an id procedere possit, si facultas nominandi concepta sit per alternativam, ac Testator in casu non factæ nominationis primogenitum substituerit.

DECISIO XLIII. *Carpentoraten. Primogenituræ.*

Habetur argumentum in alia superius adnotata decisione.

DECISIO XLIV. *Romana Fideicommissi de Marinis.*

Pertractatur de eodem materia nominationis, an scilicet habens facultatem eligendi proximiorem possit eligere cognatum, & postponere agnatum.

DECISIO XLV. *Asculana Jurispatr. seu Legatorum.*

Tria enumerantur notabili in tribus quæ subsequuntur decisionibus, quod scilicet gravatus nominare non possit in nominatione aliquod imponere onus, nisi tamen vel nominatio fieri debeat de certo genere personarum, & arbitrium gravatus exercuerit favore unius, & onus imposuerit favor. aliorum ex eodem genere, vel gravatus retineat facultatem nominandi incertum de omnino incertis, ad ornatum *disc. 60.* Card. de Luca *de Fideic.*

DECISIO XLVI. *Romana Fideicommissi de Zeffiris.*

Argumentum supra repetitur.

DECISIO XLVII. *Romana Nominationis.*

Fuit argumentum appositum in decisione, quæ istam & aliam antecedit.

DECI-

DECISIO XLVIII. *Faventina Fideicommissi*.

Religiosi Professi cum retineant Jura sanguinis succedunt in fideicommissis ordinatis pro masculis, licet adsit prohibitio alienationis vestita ratione conservandi bona in agnatione, nisi tamen contraria resisteret Testatoris voluntas, quæ desumeretur ex volita conservatione agnationis ex ipsa prohibitione alienationis ex exclusione filiorum, in in casu quo ingrederetur in Religionem, & demum ex constitutione magnæ dotis filiabus in sæculo nubendis & exiguæ dotis in casu nuptiarum spiritualium, in comprobationem *disc.* 63. & *disc.* 64. *de Fideic.* Card. de Luca.

DECISIO XLIX. *Anglonen. Hæreditatis*.

Pertractatur, an Fratres Minores incapaces sint hæreditatum etiam per viam substitutionis ipsis relictarum in Testamento clausulam retinente codicillarem, tam ad effectum retinendi, quam vendendi, & an faciant deficere conditionem *si sine filiis*, juxta casum *disc.* 63. Card. de Luca *de Fideic.* & an relictum Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Urbe vel potius hæredibus debeatur, quoties Fratrum incapacitas admittatur.

DECISIO L. *Faventina Fideicommissi*.

Nepotes sub filiorum nomine venire, si conjecturata defuncti voluntas illorum inclusionem sub d. nomine suadeat, optime docet Card. de Luca *de Fideic. disc.* 71. hinc in hac decisione traditur, quod ex quo Testator voluit, ut bona in agnatione conservarentur, verba perpetuitatem indicantia apposuit, prohibitionem scripsit alienationis, censeatur ex filiorum vocatione invitare voluisse nepotes per fideicommissariam substitutionem.

DECISIO LI. *Ariminen. Bonorum seu Fideicommissi*.

Sequendo theoricam supra relatam, quod nepotes veniant appellatione filiorum, si conjecturæ concurrant; propterea pro illorum vocatione deciditur, ex quo agitur de fideicommisso ascendentis, nomen filiorum appositum apparuit in parte conditionali & Testatoris affectio erga nepotes agnita fuit. Vocatio nepotum quæ solet indubitanter excludi, quoties Testator filios vocaverit cum pronomine *suos*, juxta doctrinam Card. de Luca *de Fideic. disc.* 71. in præsenti non admittitur, dum deficere constat dictionem relativam, per quam unice designentur filii primi gradus, sine qua pronomen enarratum non operatur exclusionem nepotum.

DECISIO LII. *Camerinen. seu Maceraten. Census*.

Filii in conditione positi non censentur dispositive vocati; concurrentibus tamen conjecturis illorum inducitur vocatio, & ad hunc effectum conjecturæ non uti singulæ, sed unitim debent considerari; quæ autem validæ reputentur in decisione enumerantur, ad ornatum *disc.* 72. *de Fideic.* Card. de Luca.

DECISIO LIII. *Romana Domus*.

Agitur de eadem quæstione pertractata per Cardinalem de Luca de *Fideic. disc.* 76. an scilicet conditio *si sine filiis* per legem subintellecta in dispositione ascendentis operetur, ut illi quoque censeantur vocati, & an ex quo tacite censentur positi in cōditione, dicantur vocati per Statutum, quod disponat filios in conditione positos haberi tanquam dispositive vocatos; & an prohibitio alienationis ad tempus operetur post tempus permissio alienandi.

DECISIO LIV. *Romana Domus*.

Est decisio præcedentis confirmatoria.

DECISIO LV. *Romana Fideicommissi*.

Filii in conditione positi quoties censerentur dispositive vocati, vocatio intelligeretur quoad portionem parentis, non autem quoad portionem Patrui, juxta ea quæ etiam ait Card. de Luca *de Fideic. disc.* 77. *cum seqq.* etiam si agatur de fideicommisso ascendentis, positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis, & inter primos Institutos apposita fuerit reciproca, & eorum successio nec esset admittenda in vim vulgaris anomalæ, licet parens, si viveret, successisset dummodo vocati non fuerint in tota hæreditate.

DECISIO LVI. *Romana Bonorum*.

Etiam si filii in conditione positi quatenus censerentur dispositive vocati non succedant in portione patrui, nihilominus limitatur, si concurrant conjecturæ, ex quibus in decisione eorum admittitur successio.

DECISIO LVII. *Romana Bonorum seu Fideicommissi*.

Cum ex conjecturis filii in conditione positi censeantur vocati etiam ad portionem patrui, ideoque ad dignoscendum quænam conjecturæ urgere possint, fore distinguendum putavit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 87. inter casum quo conjecturæ deberent inservire, tam pro probanda filiorum vocatione, quam pro illa protrahenda in portione patrui, & casu, quo non dubitetur de dispositiva vocatione, sed tantum an dicantur vocati in portione patrui, ut scilicet primo casu efficaciores exigantur conjecturæ quam in secundo; numerus & pondus conjecturarum, quod non recipiant ad d. effectum certos ad determinatos limites, sed potestas id judicandi tota resideat in prudentis Judicis arbitrio, idem Author in *disc.* 222. affirmavit; has autem binas sententias Rota in istis duabus quæ subsequuntur decisionibus laudat, & sequitur, & illis inhærendo decidit, quod etiamsi aliqui crediderint, quod absque digressu ad plures gradus, vel contemplatione agnationis non detur vocatio in portione patrui, attamen contrarium esse verius, quoties aliæ concurrant conjecturæ, quæ æquivalentes possint reputari.

DECISIO LVIII. *Romana Fideicommissi de Varesiis*.

Argumento non indiget, cum sit adnotatum in præcedenti.

DECISIO LIX. *Carpentoraten. Hæreditatis, seu Fideic.*

Substitutio concepta cum conditione *si sine filiis* per filiorum existentiam expirat; sed quoties concurrant conjecturæ suadentes fideicommissum, quod d. regula minime sit attendenda, habetur apud Card. de Luca *de Fideic. disc.* 83. *cum seqq.* in cujus comprobationem plures conjecturæ hic transcribuntur. Secundogenitus per obitum primogeniti efficitur primogenitus, & redditur incapax succedendi in secundogenitura postea purificata, & hæc incapacitas influit in omnes ejus descendentes, licet ipsi quoque successive fuerint vocati, quando vocatio secundogeniti & descendentium non nomine proprio, sed appellativo fuit emissa.

DECISIO LX. *Carpentoraten. Hæreditatis, seu Fideic.*

Exclusio descendentium secundogeniti subingressi in locum primogeniti in secundogenitura ex traditis in alia decisione affirmatur.

DECISIO LXI. *Carpentoraten. Hæreditatis, seu Fideic.*

Magistralis est decisio aliarū confirmatoria super articulo, an descendentes secundogeniti Jus irrevocabiliter acquirant in secundogenitura, adeo ut pater per ingressum in locum primogeniti eis præjudicium inferre non possit.

DECISIO LXII. *Pisauren. Fideicommissi*.

Conditio non existentiæ vel deficientiæ si clare restricta sit ad certum & determinatum tempus, quod importet vulgarem; si vero indeterminata, quod importet fideicommissariam, nisi adsint verba restrictiva - *tunc & eo casu* ait Card. de Luca de *Fid. disc.* 89. firmatur autem in præsenti decisione, quod ut vulgarem tantum inducere possit præfata conditio, æquipollentia verba sufficiant, multaque alia adnectentur, quæ ad prædictam materiam pertinent.

DECISIO LXIII. *Bononien. Fideicom. de Burgonzonis*.

Collectivo nomine vocatos per vulgarem tantum censeri nominatos plenissime habetur apud Card. de Luca *de Fideic. disc.* 91. *cum seqq.* hujusmodi autem theorica in decisione ampliatur, licet collective vocatos Testator invicem substituerit, cum per hæc verba inducatur quidem substitutio activa, non vero passiva.

DECISIO LXIV. *Reatina Fideicommissi*.

Substitutionem factam in casu deficientiæ cessare in casu non existentiæ existimavit Oldrad. consf. 177. sed contrarium esse verius probavit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 90. tam in substitutione directa, quam in obliqua, cujus sententiam quoque sequitur hæc, quæ edita fuit, decisio.

DECISIO LXV. *Romana Fideicommissi*.

Pluralitas in singularitatem resolvitur, sed quoties præexistat persona prædilecta, resolutionem fieri non posse, plene notat Card. de Luca *de Fideic. disc.* 97. at hujusmodi conclusionem esse declarandam in hac decisione deciditur, ut vera sit in substitutione concepta per verba collectiva, vel distributiva; secus vero si per alternativa.

DECISIO LXVI. *Bononien. Fideicom. de Marescottis*.

Substitutio pluribus facta cum conditione *si omnes sine liberis obierint*, habent locum, si unus tantum sine filiis decesserit; sed id procedere ex mera volūtate Testatoris adeo ut quatenus de cōtraria voluntate constet non esse admittendum, notat Card. de Luc. *de Fid. disc.* 98. enumerantur itaq; casus, in quibus dicatur constare de voluntate Testatoris exclusiva resolutionis pluralitatis in singularitates.

DECISIO LXVII. *Tusculana Fideicommissi*.

Fideicommissa utpote odiosa nequaquam extensionem recipiunt, & ideo quoties verba Testatoris satis verificari, & adaptari possint descendētibus distributive utriusq; lineæ nunquam est pro inductione reciprocæ linearis judicandum, nisi ejusdem Testatoris verba adeo sint clara, ut sine lineari

lineari reciproca salvari non possint per ea quæ etiam scripsit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 100. cum multis sequentibus & ad effectum suadendi reciprocam, cum multæ hic propositæ fuerint conjecturæ tanquam dubiæ rejiciuntur.

DECISIO LXVIII. *Tudertina Census*.

Etiam si reciprocæ linearis exclusione Juris stet præsumptio, nihilominus quoties ex conjecturis liqueat Testatorem reciprocam linearem voluisse pro ea est judicandum; volitam autem fuisse deciditur, dum Testator amplissimis verbis alienationem prohibuit, ut integra sua hæreditas & bona deferentur ad Vocatos & bona semper remanerent penes ipsos, juxta ea quæ pariter tradit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 101. alia multa habentur quæ concernunt modum probandi bonorum identitatem.

DECISIO LXIX. *Faventina Fideicommissi*.

Quoties ex conjecturis appareat Testatorem reciprocam linearum voluisse Juris cessare dispositionem superius habetur; hinc cum Testator conservationem agnationis desideravit, quodq; bona ad ultimum masculum devolverentur pro linearis reciproca judicatur, sequendo theoricas in hac materia traditas per Card. de Luca *de Fideic. disc.* 101.

DECISIO LXX. *Faventina Fideicommissi*.

Per existentiam trium requisitorum quæ enucleantur in *l. Titio seio, §. seja liberis, ff. de legat.* 2. inducitur reciproca linearis, & si illa deficiat adhuc si aliæ concurrant conjecturæ eadem reciproca quod elici possit ex superius adnotatis aperte constat, & in hac decis. quoque affirmatur & adhuc effectum plures describuntur conjecturæ, quæ testatoris voluntatem reciproce substituendi clare indicabant.

DECISIO LXXI. *Amerinen. Fideicommissorum super Reconventione*.

Si Testator summopere decorem familiæ exoptaverit, adeo ut per modum rationis dixerit, quod bona non alienentur ut conservari valerent pro decore & splendore familiæ, dicitur linealem reciprocam scripsisset inter substitutos, licet prohibitio alienationis sit consecutiva & dependeat a substitutionibus, si magis ampla & quid plus continens appareat.

DECISIO LXXII. *Arimin. Fideicom. super Reconventione*.

Nil pro argumento est adnotandum cum reperiatur in decisione ab illa confirmata.

DECISIO LXXIII. *Bononien. Fideicom. de Pandinis*.

Affirmantur eademmet quæ scripsit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 109. quod nempe si Testator plures fecerit substitutiones, & prima vulgaris sit, itaut per aditionem vel ob defectum conditionis evanescat intermedia, si minime a prima dependeat non caducetur, ex quibus autem de per se & independens stare dicatur optime in præsenti decisione discutitur.

DECISIO LXXIV. *Bononien. Fideicom. de Pandinis*.

Ista decisio aliam supra extensam confirmat.

DECISIO LXXV. *Bononien. Fideicommissi de Bedoris*.

Agitur de eodem casu, an resoluta prima substitutione alia subsequens caducata quoque remaneat; & resolvitur cum eadem distinctione, quæ habetur in præcedentibus decisionibus, quod nempe si constet substitutionem subsequentem regulari a prima, quoties ista corruat, corruit quoque illa; secus si sit perfecte concepta, & de per se stare possit.

DECISIO LXXVI. *Interamnen. Fideicommissi*.

Licet fideicommissorum extensio non admittatur, quoties tamen concurrat rationis identitas admitti testatur Card. de Luca *de Fid. disc.* 115. hinc etiam si Testator vocationem conceperit sub conditione quatenus Institutus filios non procrearet, deciditur in hac decisione substitutionem locum habere, licet Institutus filios procreare non potuerit, ex quo matrimonialibus vinculis se divinci non curavit.

DECISIO LXXVII. *Interamnen. Fideicommissi*.

Ea quæ in præcedenti decisione firmantur, hic laudata dignoscuntur.

DECISIO LXXVIII. *Interamnen. Fideicommissi*.

Quæ in duabus decisionibus superius appositis firmantur, hic annotata quoque reperiuntur.

DECISIO LXXIX. *Perusina Immissionis*.

Distinctionem allatam per Card. de Luca *de Fideicomm. disc.* 118. comprobat hæc decisio, quod nempe referens non sit attendendum, sed relatum, si verba sint mere suppositiva & relativa; secus si sint certa & determinata & de per se disponant, cum tunc sive relatum inveniatur sive non, & sive sit conforme cum referente sive difforme, referens non relatum est attendendum.

DECISIO LXXX. *Perusina Immissionis*.

Approbantur ea quæ in præcedenti decisione fuerunt exposita.

DECISIO LXXXI. *Bononien. Fideicomm. de Pandinis*.

Pertractatur de eademmet quæstione agitata per Cardin. de Luca *de Fideic. disc.* 120. an nempe conditio uni substitutioni apposita censeatur repetita in subsequenti.

DECISIO LXXXII. *Perusina Fideicomm. de Floribus*.

Substitutio pupillaris per Patrem filio impuberi facta Matrem excludit a legitima, etsi pupillaris sit tacite contenta in compendiosa, ut ex Card. de Luca *de Fideic. disc.* 123. in cujus ornatum præsens decisio demonstrat nedum ipsius regulæ veritatem, sed etiam conjecturas, ex quibus pupillaris deprehendi valeat substitutio, quæ Matrem apta sit excludere. Testator filiis dotem prælegans non per modum particularis separationis bonorum, sed per modum universalis successionis & distributionis hæreditatis jam fideicommisso subjectæ, quod censeatur voluisse, quod bona distributa veniant sub generali restitutione fideicommissi, probat Card. de Luca *de Fideicom. disc.* 132. idque & tradit præsens decisio.

DECISIO LXXXIII. *Perusina Fideicommissi de Floribus*.

Est decisio alterius confirmatoria & in ea superadditur conclusio, quod alienata per Hæredem etiam ex permissione Testatoris in ejus detractiones imputentur, quodque Trebellianica censeatur prohibita ex permissione alienandi certam partem Hæredi cum verbis taxativis tributa.

DECISIO LXXXIV. *Ariminen. Bonorum*.

In hac decisione agitur de eadem re, quæ habetur in præcedenti decisione, & plures connumerantur conjecturæ ad concludendam pupillarem expressam; ad effectum excludendi Matrem a Legitima.

DECISIO LXXXV. *Firmana Successionis*.

Substitutio continens bona Testatoris neque ullam mentionem faciens de pupillari ætate, & concepta per verba communia & obliqua, non continet pupillarem, juxta doctrinam Card. de Luca *de Fideic. disc.* 124. Enumerantur quoque conjecturæ ad excludendam substitutionem pupillarem, ut Mater non sit excludenda a luctuosa filii hæreditate.

DECISIO LXXXVI. *Anconitana Fideicommissi*.

Prælegata in fideicommisso non venire, nisi aliter Testator senserit, affirmat Card. de Luca *de Fideicom. disc.* 131. *cum seqq.* venire autem hic deciditur ob concursum conjecturarum quæ Testatoris voluntatem reddunt manifestam, feminæ in fideicommisso agnationem favore masculorum, at si quoque adjecta fuerit qualitas masculinitatis, vel si post masculos agnatos fuerunt vocati masculi ex feminis illas non succedere firmatur.

DECISIO LXXXVII. Romana *seu Verulana Fideicommi*.

Testator potest de re hæredis disponere illamque fideicommisso gravare, adeout si Hæres Testatoris adeat hæreditatem gravamen non posse impugnare, probat Card. de Luca *de Fideic. disc.* 134. *cum seqq.* notatur autem in decisione, quod traditio procedat sive Testator sciverit sive ignoraverit rem esse Hæredis, quoties constet de ejus voluntate super illa onus imponendi, quodque oneris acceptatio ex aditione desumatur, illaque Hæredi præjudicialis efficiatur, sive ejusdem oneris notitiam habuerit, sive non habuerit.

DECISIO LXXXVIII. Romana *seu Verulana Fideicom*.

Superius decisa laudantur.

DECISIO LXXXIX. Romana *seu Verulana Fideicom*.

Confirmat hæc decisio duas quæ ipsam præcedunt.

DECISIO XC. *Ferrariensi Fideicommissi de Turchis*.

Licet Testator possit de re Hæredes disponere, adhuc ultra illius voluntatem, & oneris impositionem, exigitur quod utilitas quam Hæres ex judicio Testatoris percepit æquare debeat ipsum onus, quia alias illud hæres impugnare valeret, etiamsi Inventarium non confecerit, & Testator specifice in Testamento per Fideicommissum universale de re hæredis disposuerit.

DECISIO XCI. *Ferrarien. Fideicommissi de Turchis*.

Enucleantur in præcedenti Voto contenta.

DECISIO XCII. *Ferrarien. Fideicommissi de Turchis*.

Approbantur contenta in superius adnotatis decisionibus.

DECISIO XCIII. *Asculana Primogenituræ*.

Agitur de materia validitatis pacti futuræ successionis, & an, & quando sustineatur cum distinctione casuum & declaratione limitationum, quæ pro validitate solent afferri. & habentur apud Card. de Luca *de Fideic. disc.* 141.

DECI-

DECISIO XCIV. *Asculana Primogeniture*.
Pertractatur de eadem materia, quæ in alia præcedenti decisione peragitur.

DECISIO XCV. *Casenaten. Immissionis*.
Ex præsumptione relata per Card. Luca *de Fideic. disc.* 144. quod nempe semper præsumitur, quod Testator voluerit ejus dispositionem cum Statuto conformare. Statuitur quod si successionem in Hæreditate deferendam Testator jusserit prout de Jure, intelligatur juxta terminos traditos per Statutum, non autem secundum dispositionem Juris communis.

DECISIO XCVI. *Casenaten. Immissionis*.
Distinctionem firmatam in decisione quæ istam præcedit, hæc decisio confirmat, quod nempe si Testator simpliciter relationem habuerit ad Jus, censeatur voluisse intelligere de Jure municipali, si vero se retulerit ad Jus commune, secus sit dicendum; pluraque explicantur circa Interpretationem Statuti feminarum exclusivi.

DECISIO XCVII. *Sabinen. Fideicommissi*.
Agit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 161. an Hæres gravatus possit pro ære alieno fideicommittentis bona fideicommissi alienare; hæc autem decisio determinat, quod facultatem quidem retineat, dummodo tamen duo concurrant, nempe quod Creditores urgeant, quodque effective debita solvantur.

DECISIO XCVIII. *Sabinen. Fideicommissi*.
Confirmantur superius decisa, & superadditur quod licet in hærede gravato detur in Jure facultas distrahendi bona fideicommisso obnoxia etiam substitutis non interpellatis pro extinguendo ære alieno fideicommissi, dummodo Creditores urgeant, & debita effectiva extinguantur, nihilominus hujusmodi potestas non trahatur ad successorem, utpote dominio destitutum.

DECISIO XCIV. *Fulginaten. Pecuniaria*.
Agitur de eadem quæstione agitata per Card. de Luca *de Fideic. disc.* 166. an emptor rei fideicommissariæ cum licentia obtenta a Principe ad effectum extinguendi debita teneatur esse versione solicitus.

DECISIO C. *Ravennaten. Fideicommissi*.
Renunciatio fideicommissi etiamsi ex divisione non soleat induci, nihilominus quoties cum camerali obligatione promissa fuit evictio & uni obventa fuerunt bona libera & alteri fideicommissaria absque oneris deductione renunciationem desumendam affirmat Card. de Luca *de Fideic. disc.* 175. idque etiam præsens Statuti decisio, eaque etiam docet, ex quibus pactum negativum aliquem non molestandi reale non personale sit existimandum.

DECISIO *Asculana Fideicommissi*.
In hac decisione habentur ea quæ liquent *in disc.* 194. Card. de Luca *de Fid.* circa modum probandi identitatem ad effectum obtinendi Immissionem in vim Fideicommissi.

DECISIO CII. *Asculana Fideicommissi seu Domus*.
Enucleantur quæ firmata apparent in præcedenti decisione; & ulterius additur, quod Immissio ad Domum fideicommissariam, quæ cum nova incorporata sit, non detur sed succurratur Fideicommissario actione pro pretio, vel pro traditione æquivalentis Domus, dummodo tamen constet de statu antiquo & de impossibilitate separandi antiquum a novo ædificio.

DECISIO CIII. *Asculana Fideicommissi seu Domus*.
Traduntur firmata in duabus præcedentibus decisionibus.

DECISIO CIV. *Romana Primogenituræ de Cæsarinis*.
Actum alienationis seu translationis possessionis quantumlibet prudens fuerit, retractari posse & debere, cum præjudicium inferre potest vocatis circa adeptionem possessionis hic deciditur, ipsamet in causa de qua Card. de Luca *in disc.* 201. *de Fideic.* scripsit.

DECISIO CV. *Romana Primogenituræ de Cæsarinis*.
Antecedens decisio confirmatur.

DECISIO CVI. *Romana Primogenituræ de Cæsarinis*.
Confirmantur superius decisa.

DECISIO CVII. *Romana Majoratus & Primogeniture de Cæsarinis*.
Ampliantur & confirmantur præcedentes decisiones.

DECISIO CVIII. *Romana Primogenituræ de Cæsarinis*.
Diluuntur objecta contra præcedentem decisionem, & illa confirmatur.

DECISIO CIX. *Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis*.
In eademmet causa, in qua scripsit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 224. firmatur, quod Primogenitus, qui ante apertam successionem professionem emittit in loco non regulari, non amittit Jus successionis favore secundo geniti, si de tempore apertæ successionis requisita habeat ad successionem, cum habilitas ad hunc effectum de eo tantum tempore attendatur.

DECISIO CX. *Romana Majoratus & Primogenituræ de Cæsarinis*.
Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.

DECISIO CXI. *Romana Majoratus & Primogenituræ de Cæsarinis*.
Reassumptis fundamentis duarum præcedentium decisionum, illæ in hac approbantur.

DECISIO CXII. *Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis*.
Præsens decisio alias superius relatas confirmat.

DECISIO CXIII. *Romana Primogen. de Aldobrandinis*.
In hac decisione statuitur, quod avocatio possessionis facta a Principe inficit quemcunque actum licet ignoranter emissum; quodque clausula *Constituti* in dispositionibus successivis, & fideicommissis expirat in primo vocato, nec ejus virtute intentari successive possunt remedia possessoria a subinde vocatis & in judicio manutentionis, quod dirigitur ex vi ejusdem clausulæ, non de simplici possessione, sed de vocatione & fideicommissi purificatione sit disceptandum.

DECISIO CXIV. *Romana Primogen. de Aldobrandinis*.
Habentur ea, quæ superius decisa leguntur.

DECISIO CXV. *Romana Donationis seu Primogenituræ de Aldobrandinis*.
Non cessare vel resolvi primogenituram conventionalem ad conservationem bonorum in agnatione institutam, finita agnatione, adeo ut bona ad singulos hæredes revertantur, sed transire ad hæredem ultimi possessoris primogenituræ, hic deciditur, ipso in Casu de quo agit Card. de Luca *in disc.* 205. *de Fideicommissis*.

DECISIO CXVI. *Romana Donationis seu Primogenituræ de Aldobrandinis*.
Confirmantur superius decisa.

INDEX DECISIONUM DE FIDEICOMMISSIS, &c.

A

AMerina Fideicommissis 15. Junii 1696. *Muto*, Dec. VI.
Eadem 26. Junii 1697. *eodem*, Dec. XXX.
Eadem 10. Januarii 1698. *eodem*, Dec. XXXI.
Eadem 21. Februarii 1698. *eodem*, Dec. XXXII.
Anconitana Fideicommissi 11. Martii 1686. *Rondinino*, Dec. LXXXVI.
Anglonen. Votum Silvæ, Dec. XLIX.
Arimin. Bonor. 16. Maii 1692. *Molines*, Dec. LXXXIV.
Eadem seu Fideicommissi 14. Junii 1688. *Benincasa*, Dec. LI.
Ariminen. Fideicommissorum super reconventione 26. Junii 1697. *Molines*, Dec. LXXI.
Eadem 5. Martii 1698. *eodem*, Dec. LXXII.
Asculana Fideicommissi 5. Decemb. 1691. *Caprara*, Dec. CI.
Eadem 25. Junii 1694. *eodem*, Dec. CII.
Eadem 17. Junii 1695. *Scotto*, Dec. CIII.
Asculana Jurispatronatus, seu Legatorum 13. Junii 1695. *Pio*, Dec. XLV.
Asculana Primogenituræ 26. Junii 1686. *Albergato*, Dec. XCIII.
Eadem 10. Martii 1687. *Benincasa*, Dec. XCIV.

B

BOnonien. Fideicommissi de Ghisellis 24. Januarii 1685. *Hervault*, Dec. XI.
Eadem 17. Maii 1686. *eodem*, Dec. XII.
Eadem 4. Julii 1687. *Caccia*, Dec. XIII.
Bononien. Fideicommissi de Pandinis 3. Decembris 1665. *Ursino*, Dec. LXXIII.
Eadem 29. Martii 1686. *eodem*, Dec. LXXIV.

Bononien. Fideicommissi de Pandinis 4. Decembris 1686. *Hervault*, Dec. LXXXI.
Bononien. Fideicommissi de Ballatinis 3. Junii 1689. *Caprara*, Dec. XIV.
Bononien. Fideicommissi de Burgonzonis 3. Martii 1690. *Caccia*, Dec. LXII.
Bononien. Fideicommissi de Blanchis 27. Novembris 1693. *Molines*, Dec. II.
Bononien. Fideicommissi de Bedoris 24. Aprilis 1693. *Muto*, Dec. LXXV.
Bononien. Fideicommissi de Marescotis 3. Decembr. 1691. *Molines*, Dec. LXVI.

C

CAmetinen. seu Macerat. Census 12. Junii 1690. *Emerix*, Dec. LII.
Camerin. 4. Maii 1585. *eodem*, Dec. LXXXIII.
Carpentoraten. hæreditatis, seu Fideicommissi 14. Martii 1687. *Molines*, Dec. LIX.
Eadem 24. Novembris 1690. *Priolo*, Dec. LX.
Eadem 23. Junii 1690. *eodem*, Dec. LXI.
Carpentoraten. Primogenituræ 11. Decembris 1693. *Molines*, Dec. XLII.
Eadem 13. Junii 1696. *eodem*, Dec. XLIII.
Cesenaten. Immissionis 1. Julii 1693. *Caprara*, Dec. XCV.
Eadem 27. Januarii 1694. *eodem*, Dec. XCVI.

F

FAnen. Fideicommissi de Nulphis 4. Maii 1689. *Caccia*, Dec. I.
Fanen. Fideicommissi 17. Maji 1694. *Ursino*, Dec. III.
Faventina Fideicommissi 10. Maji 1696. *Manuel*, Dec. L.
Faventina Fideicommissi 23. Junii 1694. *Ursino*, Dec. LXIX.
Favent. Fideicommissi 17. Junii 1695. *eodem*, Dec. XLVIII.
Faventina Primogenituræ super Immissione 6. Junii. 1695. *Thaurusio*, Dec. IV.
Faventina Primogenit. 5. Decemb. 1696. *Molines*, Dec. V.
Ferrarien. Fideicommissi de Turchis 19. Maii 1687. *votum Emerix*, Dec. XC.
Ferrarien. Fideicommissi de Turchis 19. Augusti 1687. *Emerix*, Dec. XCI.
Eadem 30. Augusti 1688. *Hervault*, Dec. XCII.
Firmana successionis 28. Apr. 1692. *Priolo*, Dec. LXXXV.
Fulginaten. Pecuniaria 6. Junii 1698. *Pio*, Dec. XCIX.

I

INteramnen. Fideicommissi 15. Januarii 1694. *Benincasa*, Dec. LXXVI.
Eadem 5. Maii 1694. *Priolo*, Dec. LXXVII.
Eadem 4. Februarii 1695. *Muto*, Dec. LXXVIII.

P

PErusina Fideicommissi de Floribus 10. Martii 1690. *Ursino*, Dec. LXXXII.
Eadem 9. Junii 1690. *eodem*, Dec. LXXXIII.
Perusina Immissionis 27. Febr. 1692. *Ursino*, Dec. LXXIX.
Eadem 10. Aprilis 1693. *Muto*, Dec. LXXX.
Pisauren. Fideicommissi 12. Februarii 1685. *Albergato*, Dec. LXII.

R

RAvennaten. Fideicommissi 28. Februarii 1689. *Hervault*, Dec. C.
Reatina Fideicommissi 24. Novembris 1694. *Caprara*, Dec. LXIV.
Romana Bonorum 20. Aprilis 1693. *Molines*, Dec. LVI.
Eadem 28. *Februarii* 1695. *eodem*, Dec. LVII.
Romana Domus 17. Martii 1679. *Taya*, Dec. LIII.
Eadem 14. Junii 1680. *eodem*, Dec. LIV.
Romana, seu Velulana Fideicommissi 16. Maii 1690. *Caprara*, Dec. LXXXVII.
Eadem 21. Junii 1696. *eodem*, Dec. LXXXVIII.
Eadem 21. Februarii 1693. *eodem*, Dec. LXXXIX.
Romana Fideicommissi 9. Junii 1690. *Caccia*, Dec. LXV.
Romana Fideicommissi Prosperi Jun. de Caffarellis 8. Martii 1694. *Emerix*, Dec. XXXIV.
Eadem 7. Junii 1694. *eodem*, Dec. XXXV.
Eadem 3. Decembris 1695. *eodem*, Dec. XXXVI.
Romana Fideicommissi de Massolis 22. Martii 1694. Dec. XXII.
Romana Fideicommissi 25. Junii 1694. *Molines*, Decis. LV.
Romana Fideicommissi de Murinis 25. Junii 1694. *Muto*, Dec. LIV.
Romana Fideicommissi de Zeffiris 27. Junii 1696. *de la Tremoille*, Dec. XLVI.
Romana Fideicommissi de Alborgettis 3. Decembris 1698. *Scotto*, Dec. XXVIII.
Eadem 14 Junii 1699. *Muto*, Dec. XXIX.
Romana Fideicommissi de Gratia 28. Januarii 1697. *Priolo*, Dec. XXIII.
Romana Fideicommissi de Moronis 10. Maii 1697. *Pio*, Dec. XVII.
Eadem 27. Januarii 1698. *eodem*, Dec. XVIII.
Romana Fideicommissi 10. Januarii 1698. *Lancetta*, Dec. XIX.
Romana Fideicommissi de Martellis 21. Februarii 1698. *Molines*, Dec. XV.
Eadem 23. Januarii 1698. *eodem*, Dec. XVI.
Romana Fideicommissi de Alberinis 10. Martii 1698. *Lancetta*, Dec. XXXIII.
Eodem de Varesiis *Molines*, Dec. LVIII.
Romana Legati de Carafis 17. Junii 1695. *Pio*, Decis. XXXVII.
Eadem 13. Junii 1696. *eodem*, Dec. XXXVIII.
Eadem 25. Junii 1696. *Emerix*, Dec. XXXIX.
Eadem 25. Junii 1696. *eodem*, Dec. XL.
Et super Manutentione, 25. Junii 1696. *eodem*, Decis. XLI.
Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis 23. Januarii 1694. *Molines*, Dec. CIX.
Eadem 22. Aprilis 1695. *eodem*, Dec. CX.
Eadem 25. Februarii 1697. *Muto*, Dec. CXI.
Eadem 16. Junii 1698. *Lancetta*, Dec. CXII.
Romana manutentionis 15. Martii 1688. *Hervault*, Dec. VIII.
Romana manutentionis 23. Martii 1689. *Caprara*, Dec. IX.
Eadem 16. Januarii 1690. *eodem*, Dec. V.
Romana multiplicorum super Primogenitura Sc. 400000. 11. Januarii 1694. *Emerix*, Dec. VII.
Romana nominationis 23. Januarii 1698. *dell'Olmo*, Dec. XLVIII.
Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 10. Decembris 1683. *Paulutio*, Dec. CXIII.
Eadem Aprilis 1685 *eodem*, Dec. CXIV.
Eadem 20. Junii 1687. *Ursino*, Dec. XXVIII.
Eadem Donationis 6. Aprilis 1696. *Emerix*, Dec. CXV.
Eadem Primogenituræ 10. Junii 1697. *Ursino*, Dec. CXVI.
Romana Primogenituræ de Cæsarinis 13. Junii 1687. *Albergato*, Dec. CIV.
Eadem 17. Junii 1680. *Paulutio*, Dec. CV.
Eadem 7. *Februarii* 1681. *eodem*, Dec. CVI.
Et Majoratus 17. Junii 1686. *Albergato*, Dec. CVII.
Eadem 13. Januarii 1687. *Emerix*, Dec. CVIII.

S

SAbinen Fideicommissi 13. Junii 1689. *Benincasa*, Dec. XCVII.
Eadem 24. Aprilis 1690. *eodem*, Dec. XCVIII.
Senogallien. Fideicommissi 29. Novembris 1694. *Pio*, Decis. LXX.

T

TUdertina Census 4. Julii 1687. *Rondinino*, Decis. LXVIII.
Tusculana Fideicommissi 9. Maii 1687. *Rondinino*, Dec. LXVII.

V

VEliterna Manutentionis 27. Aprilis 1693. *Molines*, Decis. XXIV.
Eadem 15. Junii 1693. *eodem*, Dec. XXV.
Eadem 14. Maii 1694. *eodem*, Dec. XXVI.
Viterbien, seu Balneoregien. successionis 21. Junii 1688. *Emerix*, Dec. XX.
Eadem 4. Martii 1689. *eodem*, Dec. XXI.

R. P. D.

R. P. D. CACCIA.

Fanen. Fideicommissi de Mulphis.

Merc. 4. Maii 1689.

ARGUMENTUM.

In Primogenituris lineam vincere omnia; secundo gradum, tertio sexum, quarto ætatem, habetur penes Card. de Luca *de Fideic. disc.* 16. & in hac decisione approbatur, sed hanc regulam tantum procedere declaratur, si casus sit in progressu vel continuatione illius lineæ, in qua primogeniti alicujus tertiæ personæ vel lineæ: quo casu cum in ipsa hora nativitatis radicetur in persona primogeniti, si ipsum mori contingat, antequam aperiatur successio, admittuntur descendentes ex illius linea; secus si ob deficientiam ultimi possessoris fieri debeat transitus ad aliam lineam, in cujus initio Testator non considerata aliqua tertia persona vel prærogativa, linea indeterminate vocavit masculum proximiorem ultimi possessoris, cum tunc non ad tempus nativitatis, sed apertæ successionis retulisse videatur.

SUMMARIUM.

1 *In majoratu lineali primum locum obtinet linea, secundum locum gradus, tertium sexus, quartum, & ultimum ætas n. 2. & 3.*
4 *Quo casu hujusmodi conclusio admittitur.*
5 *Qualitas a Testatore exigitur de tempore apertæ successionis.*
6 *Ita ut ante apertam successionem si reperiatur Persona qualitatem prædictam retinens, nullum Jus dicatur acquirere, donec dies successionis non advenerit.*
7 *Major natu is attenditur qui extat de tempore, quo aperta fuit successio.*
8 *Persona in qua de tempore successionis verificatur conditio, censetur a principio expresse vocata.*
9 *Nemo potest transmittere jus, quod adhuc in ipso non fuit radicatum.*
10 *Si substitutio directa fuerit ad superstites, ii tantum invitati censentur qui eo tempore superessent, exclusis prædefunctis, & eorum filiis.*
11 *Descendens a linea contentiva Testatoris per unicum medium femininum præferri debet Descendenti per duplex, præsertim si Testator propriæ agnationi prospexerit.*
12 *In vocatione Descendentium masculorum de cognatione omnes æqualiter succedunt, sive procedant per unum, sive per duplex medium feminarum.*
13 *Etiam si Testator prospexerit ad conservationem agnationis præter modum fictum & artificialem, & num. 14.*
15 *Substitutio majoratuum ex una alia interpretanda.*
16 *Dictio ut supra repetit ea quæ sunt in diversa oratione inter diversas Personas, & ibi non militat eadem ratio.*
17 *Præsumpta prædilectio non debet prævalere apertæ voluntati Testatoris.*
18 *Testator qui consideravit tempus remotissimum, non præsumitur, quod voluerit inquirere, an substitutus descenderet per plura vel pauciora media feminina.*
19 *Proximitas semper intelligitur habito respectu ad successionem.*
20 *Quo casu hæc conclusio vera non sit.*

DECISIO I.

D. dixerunt Fideicommissum, de quo agitur, jamdiu purificatum fuisse per mortem Hieronymi sine filiis ad favorem Rinulphi ejus ex Octavia Sorore nepotis, eique dandam fuisse Immissionem adversus Josephum, & Alexandrum pariter Nepotes ex Virginio Fratre, & nunc dandam esse adversus Antonium dd. Josephi, & Alexandri proximiorem, & possessorem, quia post primam, & secundam substitutionum seriem favore lineæ effectivæ, & contentivæ agnatorum *Testator in tertia Cognatorum*, in qua versamur, *voluit succedere Masculum proximiorem possessori natu majorem* cum onere assumendi nomen, cognomen, & insignia, idque observari voluit toties, quoties casus contigerit in perpetuum. Cum igitur defuncto Hieronymo primo ex Cognatis successore factus sit locus novæ substitutioni inter dd. Nepotes in gradu æquales præferri deberet Rinulphus, qui est ætate major, & ideo habet utranque qualitatem a Testatore desideratam.

Neque pro Reo convento suffragari visa sunt ea, quæ ad excludendam vocationem Rinulphi in concursu Josephi Hieronymi ex Virginio Fratre prædefuncto Nepotis asservantur. Non quidem quod hic non versemur in majoratu saltuario, in quo simpliciter & absolute sola ætatis prærogativa fuerit a Testatore considerata; sed in lineali, in cujus successionem linea primum locum obtinet, secundum gradus, tertium sexus, quartum, & ultimum ætas, Molin. de Primog. *lib. 3. cap. 5. n. 13. & seq.* Roxas *de incompatibil. lib. 1. cap. 6. n. 9. & seq.* Tondut. *resolut. Civil. lib. 1. cap. 89. n. 4. & seq.* de Luc. *de fideicom. disc. 15. num. 4.* Rot. *dec. 10. n. 4. & 5. p. 18. rec.* & ideo potior fuerit conditio Josephi, qui licet ætate minor Rinulphi, hunc tamen cæteris qualitatibus prætendebat nimirum tanquam de linea, quam Virginius Pater in concursu Octaviæ Sororis a Fideicommisso exclusæ, & si prædefuncto Hieronymo, pro se, suisque descendentibus habitualiter præoccupaverat, Cancer, *variar. resol. lib. 3. cap. 31. n. 292. & seq.* Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. art. 27. num. 27. lib. 1.* Molin. *de Primogen. lib. 3. cap. 6. n. 33.* Rot. *dec. 602. n. 35 & 36.* coram Bich. *& in Bononien. Primogenitura 16. Januarii 1675.* cor. Rev. Bourlemont. *impress.* apud Tort. *de Primogen. Ital. tom. 3. dec. 30. sub n. 5.* cum prærogativa, ut donec aliquis ex ejus linea habituali successit fieri non possit transitus ad aliam ulteriorum Genitorum, ut præter mox adductos firmant Altograd. *jun. controv. jur. 75. n. 5.* Card. de Luc. *de fid. disc. 16. n. 6. alter de Luc. de linea legal. art. 8. n. 39. lib. 1.* Rot. *dec. 18. n. 3. & dec. 414. n. 2. & 3. par. 18. recent.* 1 2 3

Quoniam præscindentes Domini, an in proposita facti specie majoratus pro saltuario, sive potius pro lineali foret reputandus, cum ex infra recensendis hujusce quæstionis examen necessitas non exposcat, pro congrua responsione ponderabant Theoricam in objecto expensam procedere potuisse, ubi essemus in progressu, vel continuatione antiquæ lineæ, & sic inter descendentes illius, in quo successio, seu Primogenitura foret radicata, vel etiam ageretur de vocatione Primogeniti alicujus tertiæ personæ, vel lineæ; quo casu cum jus Primogeniale in ipsa hora nativitatis radicetur in persona Primogeniti, adhuc si ipsum mori contingat, antequam aperiatur successio, vel actualiter majoratum adipiscatur, admittuntur descendentes ex illius linea, petinde ac si ejusdem lineæ caput successerit, Royas *de incompat. lib. 1. cap. 6. §. 13. n. 160. & seq.* de Luc. *de lin. legal. p. 1. art. 8. n. 2.* secus autem ubi ob deficientiam lineæ Hieronymi ultimi possessoris pernecesse fieri debuit transitus ad aliam, in cujus initio Testator nullo habito respectu ad alicujus certæ personæ, vel lineæ prærogativam, sed indeterminate vocando Masculum proximiorem ultimi possessoris ętate majorem, ibi, *debba succedere il più propinquo al possessore di d. Casa maschio*, & infra, *il che s'osservi tante volte, quante ve ne sarà di bisogno in infinito, & in perpetuo* non ad tepus nativitatis, sed ad illud apertæ successionis qualitatem hanc retulisse videtur, Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 19. definit. 24. n. 5.* Surd. *cons. 494. sub n. 2. & 3.* Peregr. *cons. 33. sub n. 22. lib. 2.* Rich. *dec. 602. n. 8. & seq.* non enim cum ante purificatam conditionem, nec habitu, nec actu aliquod Jus in personam Primogeniti erectur, sed expectari debeat eventus, ita scilicet ut succedat ille, qui de tempore, quæ fit locus fideicommisso, ætate major reperitur, Surd. *cons. 403. sub n. 68. 71. & Sa.* Peregrin. *cons. 39. n. 20. & 24. vol. 1. & d. cons. 32. n. 22. vol. 2.* Thesaur. *q. forens. lib. 2. q. 20.* Cancer. *var. resol. 3. cap. 21. n. 201. & seq.* Tort. *de Primog. majorat. Ital. lib. 1. cap. 41. §. 9. n. 3. & §. 10. num. 2.* Rot. penes Thesaur. *d. quæst. 20. d. 5.* Eminentissimus Cerr. *d. 344. n. 20. & seq.* Inde sequitur, quod quemadmodum Virginus, qui de eo tempore non erat in rerum natura, nullo modo sub prędicta substitutione fuerit comprehensus, Alex. *cons. 123. n. 2. vol. 1.* Dec. *cons. 443. n. 15.* Soccin. sen. *cons. 88. sub n. 1. vol. 4.* Mandell. *cons. 60. n. 11.* Surd. *alios allegans, cons. 403. sub n. 57. & seq.* Ita solum Rinulphum, qui ob Patrui prædecessum repetiebatur in paritate gradus cum Josepho, illumque præcellebant ætate admitti debuisse non secus, ac si ab initio omisso Virginio, ac quocunque alio sub sola verborum, seu vocationis generalitate veniente specialiter substitutus fuisset, *l. communissime* ubi 4 5 6 7

ubi Bart. *ante secundam partem, ff. de liber. & Posthum.* Ca-
strens. *cons.* 164. *num.* 5. *lib.* 1. Surd. *cons.* 403. *n.* 7. Alto-
grad. jun. *cons* *rom. jur.* 73. *n.* 30. & 33. Rot. *dec.* 116. *num.* 4.
par. 1. *recent.*

Nec refragatur, quod Josepho si non Jure proprio, saltem
ex Jure sibi transmisso per Patrem eadem competat præla-
tio, quæ ipsi Patri si supervixisset Hieronymo procul dubio
fuisset debita; cum enim ut supra dictum est inspecto Testa-
menti tenore aperte intelligatur vocationem fuisse restrictã
ad eum masculum, qui de tempore obitus ultimi Possessoris
eidem fuisset proximior, ac ætate major, nulla ad effectum
succedendi habenda est ratio de eo, qui cum de tempore di-
latæ successionis non supervixerit, neque dici potuit major
ex supra deductis, nec consequitur in filium cæterosque de-
scendentes transmittere Jus, quod in ipso radicatum non
9 fuit, Bald. *in l. si viva Matre sub n.* 3. *C. de bon. matern.* Surd.
d. cons. 403. *n.* 35. & *seqq.* Thesaur. *qu. for. lib.* 2. *d. qu.* 20.
sub n. 4. Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 21. *n.* 306. Royas *de
incompatib. par.* 1. *cap.* 6. §. 13. *n.* 155. *cum seq.* Rot. *d. decis.*
116. *n.* 4. & *sub n.* 10. *par.* 1. *rec.* Idque ex alia etiam poten-
tissima ac generali ratione, quod in dispositione, in qua
substitutio ad superstites est directa, ii duntaxat invitati cen-
sentur, qui eo tempore superessent exclusis prędefunctis, &
10 eorum filiis, *l. cum Pater* 79. §. *hæreditatem in primo ff.* 3.
leg. 3. *l. generali, si* §. *filias ex Sejo, ff. de usu, & Usufr. l.
glos. in l. qui plures verb. ad superstites, ff. de vulg. & pupil.*
Pedals. *in dicta leg. cum Pater*, §. *rogo num.* 19. Cancer. *var.
resol. par.* 3. *d. cap.* 21. *n.* 311. *cum seq.* Rot. *dec.* 116. *num.* 8.
part. 1. *recent.*

11 Minoris relevantiæ apparuit, quod Joseph descendens a
linea contentiva Testatoris per unicum medium femini-
num præferri debuerit Rinulpho descendenti per duplex ex
præsumpta Testatoris affectione potius erga Masculum sibi
attinentem per unicam, quam per plures feminas, præci-
pue ubi idem Testator per modum artificialem, & fictum
adeo enixe propriæ agnationi prospexerit, injungendo co-
gnatis proprii nominis familiæ assumptionem, Valenz *cons.*
97. *n.* 108. Joseph de Ros. *consult. jur.* 69. *n.* 219. *cum seq.* Rot.
dec. 218. *n.* 17. *p.* 11. & *dec.* 233. *num.* 15. *part.* 14. *rec.* & *in
Ariminen. Bonorum, seu fideicommissi* 14. *Junii* 1689. §. *Ac-
cedit Votum*, coram R. P. D. Benincasa.

12 Responsum enim fuit, quod ubi versamur in vocatione
descendentium masculorum de cognatione omnes æquali-
ter succedunt, sive procedatur per unum, sive per duplex me-
dium feminarum. Menoch. *cons.* 802. *n.* 35. *cum seq. de Lu-
ca de lin. legal. p.* 1. *art.* 10. *n.* 14. Rot. *dec.* 132. *num.* 23. &
seq. p. 16. *rec.* Ideoque non obstante agnationis conservatio-
ne per modum artificialem a Testatore in Cognatis, quæ
cum æque bene conservetur per masculos sive descendant
13 ab unica sive a duplici feminina, Altograd. *cons.* 66. *n.* 63.
& *seqq. lib.* 1. *de Luca de lin. legal. part.* 1. *art.* 10. *num.* 15.
Rot. *diver. dec.* 6. *num.* 1. *p.* 1. & *in rec. d. dec.* 132. *n.* 24. *p.* 16.
& *in Bononien. fideicommissi de Ghisellis* 17. *Maii* 1686.
§. *Constito jam*, cor. R. P. D. meo Hervault, non exinde
argui valet voluntas a Testatore præferendi masculos pro-
cedentes ab unica femina aliis procedentibus a duplici, nisi
aliæ conjecturæ concurrant, quæ hunc intellectum sua-
14 deant, Card. de Luca *de fideic. disc.* 28. *sub n.* 8. *vers. ista ra-
tiones*, *alter de Luc. de lib. legal.* 1. *d. art.* 10. *n.* 17. ad quem
effectum nullius ponderis visa est illa, quod Testator in ea
parte, in qua prohibuit alienationem ut bona conservantur
in familia, ea deficiente mandaverit eligi proximiores *ut su-
pra*, quæ verba uti relativa ad fideicommissum ordinatum
in vera agnatione, in qua masculi immediate succedant ex
linea masculina prædilecti fuerit comparative per mascu-
los ad masculos ex feminis, denotent eundem animum
præferendi respectu agnationis fictæ masculos ex masculis
unius mediis feminini masculis ex pluribus feminis, Card.
15 Ant. de Luc. *de lin. leg. p.* 1. *d. art.* 10. *n.* 18. Larr. *de Granat.*
34. *n.* 49. & *d.* 54. *n.* 6. Rot. *dec.* 232. *n.* 16. *par.* 14. & *Ferra-
riensis Bonorum* 18. *Junii* 1668. §. *etenim*, & 16. *Januar.*
1688. §. *Quoniam*, cor. R. P. D. meo Ursino.

Tum quia illa dictio *ut supra* repetiit quidem ordinem
substitutionum, & secundum eas modum succedendi, non
autem qualitatem masculinitatis ex masculo, quæ in diversa
oratione ex diversis personis, & ubi militat diversa ratio,
nunquam repetita censetur Priol. *dec.* 283. *n.* 5. Eminent.
16 Othob. *dec.* 152. *n.* 13. & 14. Rot. *in Romana seu Cremonensi
hæreditatis* 15. *Junii* 1682. §. *Et nihilominus in fine*, cor.
Rever. meo Decano, & *in Viterbiensi, seu Balneoregiensi
successionis* 24. *Junii præteriti*, §. *Hoc est verum*, coram eo-
dem. Tum & eo magis certius, quia cum Testator in hoc
tertio genere substitutionum vocaverit *il più propinquo al
Possessore di detta Casa di maggior età* nihil ulterius requi-
rendo prævalere non debet præsumptiva, & imaginaria 17
prędilectio aliis certis, & expressis qualitatibus ex aperta, &
literali Testatoris dispositione depromptis, *l. cum filio*, §.
*filio, ff. de vulg. & pupill. l. in condit. ff. de cond. & demonstr.
disposuit. auth. de nupt.* tum demum, quia cum vocatione
masculi proximioris ultimo Possessori in infinitum protra-
xerit, ibi, *tante volte, quante ve ne sarà di bisogno in infi-
nito, & in perpetuo* inverisimile redditur, quod in tempore
remotissimo inquiri voluerit, an substitutus descenderet per
plura, vel pauciora media feminina præferendo descenden- 18
tibus per quinque, feminas descendentes per sex, ut ad
propositum ponderat Carol. Anton. de Luca *de lin. legal.
par.* 1. *d. art.* 10. *n.* 15.

Postremo non relevat, quod Joseph esse proximior Hie-
ronymo ultimo Possessori, utpote qui vigore Patrii Statuti
eidem successerit in aliis bonis excluso Rinulpho; proximi-
tas autem intelligenda sit non habito respectu ad sangui-
nem, & gradum, sed ad successionem, & lineæ prærogati-
vam, *c.* 1. *de Natura success. de feud.* Fusar. *de substit. q.* 495. 19
n. 3. *vers.* & *respondendo* Rot. *dec.* 355. *n.* 5. cor. Priol. *dec.* 458.
n. 4. *p.* 18. *recent.* & *in Bononien. Primogenituræ* 16. *Januarii*
1958. coram Bourlemont *impress. apud Corn. de Primog. &
majorat. Ital. tom.* 3. *d.* 30. *n.* 1. quidquid enim sit de statu-
taria dispositione, hoc unum certum est, quod ubi Testator
æqualiter respexerit ad omnes cognatos præferendo dein- 20
de proximiorem ætate majorem, proximitas non respectu
successionis, sed respectu gradus, & parentelæ attenditur,
quia nimirum dispositio hominis facit cessare dispositio-
nem legis, Bald. *in l. Testamento n.* 10. *Cod. de Testamento
militari*, Dec. *cons.* 546. *num.* 5. Riminald. jun. *cons.* 285. *n.* 24.
& *sequentibus* Peregrin. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 4. & *cons.* 61. *n.* 16.
lib. 5. & *de fideic. art.* 20. *n.* 12.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MOLINES.

Bononien. Fideicommissi de Blanchis.

Veneris 27. *Novembris* 1693.

ARGUMENTUM.

Licet in Primogenituris linea vincat omnia, attamen quo-
ties agitur de majoratu facti, seu saltuario, prærogativa
senioritatis in concursu lineæ attenditur, & eo casu non
proximitas gravati, sed gravantis respici debet, quomo-
do autem reguletur successio in majoratu partim linea-
re, & partim saltuario præsens Decisio edocet.

SUMMARIUM.

1 *In majoratibus facti, seu saltuariis sola prærogativa Senioritatis attenditur, itaut existente Seniore de familia licet a diversa linea isti successio debeatur, quamvis concurrat alius Junior tamen in linea ultimi Gravati.*

In talibus majoratibus non proximitas ultimi Gravati, nec prærogativa lineæ in qua bona ingressa sunt, sed ætas tantum attenditur.

2 *In majoratu partim lineare, & partim saltuario in uno tantum columnello particulari præfertur Senior natu minori ab eodem tantum columnello, sed si in columnello reperiatur Junior de familia, isti successio debetur non aliis de eadem familia, licet natu majoribus de diversis lineis, seu columnellis.*

3 *Proximitas Gravati & non Gravantis est attendenda.*

4 *Proximitas Testatoris attenditur, si Testator Proximiorem, cum pronomine* - ipsius - *vocaverit.*

5 *Verba* — modo & forma quibus supra — *repetunt modum & ordinem succedendi in fideicommisso.*

6 *Quo casu censeatur Testatorem voluisse majoratum saltuarium.*

7 *Observantia multum facit pro interpretanda voluntate fideicommittentis.*

DECISIO II.

In ultimo, cum quo decessit, Testamento Com. Antonius de Blanchis postquam sibi universalem instituerat hæredem Com. Hippolytum ejus, ex Alemano fratre Nepotem, sic disposuit. *Et ipsi quandocunque moriente substituit ejusdem Hippolyti filium seniorem Masculum legitimum & naturalem eidemque filio quandocunque decedenti substituit, ejusque sic decedentis filium seniorem legitimum, & naturalem Masculum, si & casu, quo sic moriens fratrem aliquem filios seniorem non habuerit, si vero habuerit, tunc substituit, & vocavit d. morientis fratrem, deinde subjungit - ibi, si vero prædictus Hippolytus sine filiis masculis legitimis, &*

natu-

naturalibus decesserit tunc eidem decedenti substituit proximiorem de Domo, & agnatione ipsius Testatoris, & voluit quod bona ipsius in perpetuum, & ultra centum annos ad quartam generationem deveniant, & devenire debeant de seniore in seniorem masculum legitimum & naturalem Domus, & familiæ ipsius Testatoris ordine, & modo quo supra meliori modo &c.

Decessit Hippolytus sine filiis, per cujus obitum successio in controversis bonis fideicommissariis delata fuit Cambisi primo filio Sigismundi filii Gasparis fratris Testatoris uti senioris de familia excluso Annibale filio Marci Antonii alterius fratris d. Testatoris uti Juniores. Defuncto autem d.D. Cambise primo bona devenerunt ad Cambisem secundum, quo defuncto orta fuit contentio inter Com. Dondadeum istius filium, & Com. Joannem descendentem ex linea supradicti Gasparis cui eorum deberetur successio in fideicommisso Antonii, & introducto exinde Judicio reportavit Joannes binas sententias favorabiles super immissionem vigore *l. fin. C. de edict. div. Adrian. tollen.* adversus quas cum Signatura Justitiæ appellationem detulerit rescribendo cum clausula *consito quod sit locus Statuto de duobus*, hinc proposito per me dubio commissioni conforme DD. responderunt esse locum dicto Statuto.

Præbuit resolutioni motivum validitas, conformitas, ac numerus sententiarum earumque Justitia, quæ sola in controversiam deducta resultare visa est ex testamenti contextu, ex quo constat Antonium fideicommittentem dum voluit bona sua venire de seniore in seniorem Domus suæ, & familiæ, ista constituere voluisse in tota sua familia, & Domo majoratum facti, seu saltuarium, in quo nulla habita ratione gradus aut lineæ quæ considerantur in majoratibus, seu primogenituris sola prærogativa senioritatis attenditur, itaut existente seniore de familia licet a diversa linea isti successio deferenda veniat, quamvis concurrat alius Junior, tamen in linea ultimi gravati, nec tunc in consideratione haberi debet proximitas ultimo possessoris, nec prærogativa lineæ, in qua bona ingressa sunt, sed ætas duntaxat inspicitur, Alex.
1 *cons.* 40. *per tot. lib.* 4. Surd. *cons.* 855. *n.* 14. Honded. *cons.* 70. *a n.* 11. *ad* 18. *lib.* 2. Bellon. Jun. *cons.* 11. *sub n.* 33. Gratian. *discept.* 695. *num.* 1. *& seq.* Amat. *resolut.* 1. *num.* 12. *&* 27. Matt. *de success. legal. par.* 5. 9. *&* 8. *art.* 1. *a num.* 8. *ad* 13. Prat. *discept.* 38. *a n.* 16. *ad* 38. Caren. *resol.* 5. *num.* 4. *& seq.* Altograd. Jun. *controvers.* 42. *n.* 33. Tota *dec.* 66. *n.* 2. *par.* 14. Atque ideo cum prædictus Com. Joannes sit æqualis in proximitatis gradu Testatori cum Com. Dondadeo major tamen reperiatur, ætate, & senior ei rite, & recte adjudicatum fuit fideicommissum controversum, & purificato exinde casu substitutionis juste concessa fuit immissio vigore *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. tollen.*

Nec allegari valet, quod Testator consideraverit lineam seu columnellum particularem, & constituere voluerit majoratum in uno tantum columnello suæ familiæ partim lineate, & partim saltuarium, quo casu pro regulanda successione illa tantum attendi debeat, & qui senior in eo reperiretur præferendus sit natu minoribus ab eodem tantum Columnello descendentibus, si autem in isto Columnello reperiatur, ut in casu Junior de familia isti successio debeatur non aliis de eadem familia licet natu majoribus si tamen de
2 diversis lineis, & Columnellis, per Text. *in l. eum ista §. fin. ff. de legat.* 2. Rot. *dec.* 355. *cor.* Priolo *dec.* 209. *per tot. p.* 2. *divers. dec.* 627. *n.* 5. *p.* 2. *rec. dec.* 519. *n.* 15. *p.* 5. *& dec.* 414. *p.* 18.

Quandoquidem consideratio particularis lineæ, & Columnelli habita fuit a Testatore solum erga lineam Hippolyti usque filios, & descendentes qui si adfuissent utique præferendi venirent cæteris aliis de familia Testatoris conjunctiva, & in istis haberet locum regula illa, quod ingressa semel successione in una linea fieri non debeat transitus ad alias nisi illa totaliter evacuata; cum autem linea Hippolyti non inceperit stante ejus obitu sine filiis, & sic fieri debeat transitus ad cæteros de familia contentiva Testatoris, & quoad ipsos nulla adsit particularis affectio, nec consideratio Testatoris potius erga unam, quam alteram lineam, quinimo habitus fuerit respectus ad totam familiam contentivam in tota sui latitudine, ut patet ex illis verbis ibi - *Si*
3 *vero Com. Hippolytus sine filiis masculis decesserit, tunc substituit proximiorem Seniorem de Domo, & agnatione ipsius Testatoris, & infra - de Seniore in Seniorem Domus, & familia ipsius Testatoris,* sequitur, quod cum ambo concurrentes scilicet Com. Joannes, & Com. Dondadeus sint de familia contentiva Testatoris, & in eodem proximitatis gradu Senior tamen reperiatur Joannes, ut ipsi adjudicanda sit successio in hoc majoratu.

Neque obicem præstant, quod ultra vocationem de Domo additum fuerit verbum illud, ibi - *proximiorem*, quasi quod 3
proximioritas regulanda sit a gravato non a gravante, juxta in concussam Rotæ opinionem, de qua coram Bonæ memoriæ Alexandro VII. *decis. secunda, & alibi passim*, qua stante Com. Dondadeus, ut proximior gravato præferendus veniret. Etenim Testator vocando proximiorem de Domo, & familia intellexerit de proximioritate respectu sui ipsius scilicet gravantis, non gravati, ut patet ex illis verbis, ibi - Proximiorem ipsius Testatoris de Domo, & familia, ad 4
tradita per Ripam *in l. filiofamil. §. Divin.* 31. *ff. de l.* 1. Dec. *resp.* 269. *n.* 75. *lib.* 2. Thesaur. *dec.* 64. *n.* 6. Rot. *in Romana fideicommissi Vannotiæ Pontion.* 13. *Februarii* 1690. §. *Et profecto*, coram me, qua stante clara voluntate Testatoris non est attendenda gravati proximioritas, sed gravantis, ut late *in d. Romana fideicommissi*, coram me.

Prout non urgent verba, ibi *ordine & modo quibus supra* 9. quia exinde deduci non valet institutam fuisse majoratum saltuariū in linea proximioris gravati, cum ex generalitate verborum Domus, & familiæ Testatoris resultet fideicommissum saltuarium, ut dictum est in tota sua Domo, & familia contentiva. Et prædicta verba - *modo & ordine quib. supra* repetunt tantum modum & ordinem succedendi in fideicommisso condito in tota familia, & qualitate 5
præcedentis substitutionis, Rot. *dec.* 384. *n.* 1. *cor.* Seraph. *dec.* 188. *n.* 4. *&* 5. *p.* 6. *& in Tudertina fideicommissi Aprilis* 1682. *cor.* Reverendissimo Domino meo Decano.

Et supra omnia clariora reddi visa sunt, tum quia Testator in casu qui filius Hippolyti decederet relicto filio minoris ætatis Francisci defuncti ad successionem deiceri voluit, non autem ad d. filium filii Hippolyti, quod manifeste indicat Testatorem habuisse in mente majoratum saltuarium, & Irregularem, & extra formam successionis, & ad exclusionem proximitatis respectu gradati, Bellon. jun. *cons.* 11. *n.* 34. 5
Roxas *de incompatibilitate p.* 1. *c.* 6. *n.* 391. Tum etiam quia concurrit observantia pro admissione senioris de familia gravati proximioris, quamvis non curreret proximior gravato, prout accidit, dum successit Cambises primus ad exclusionem Annibalis filii Marci Antonii fratris Hippolyti hæredis gravati, quæ observantia multum facit pro interpretanda voluntate fideicommittentis, *l. de interpret ff. de legib.* 6
Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO.

Fanensis Fideicommissi.

Lunæ 17. *Maii* 1694.

ARGUMENTUM.

Prærogativam lineæ admissæ esse attendendam in majoratibus admittitur, quoties ingressus in eam fuerit legitimus, secus si usurpativus. Testator respiciendo ad proximitatem censetur voluisse, ut admitteretur is qui spectato ordine successionis esset admittendus; si tamen agatur de dimensione graduum in linea prædilecta, secus si casus sit, quod fieri debeat transitus de una aliam lineam, in qua Testator simpliciter nomine collectivo proximiorem vocavit cum qualitate majoris ætatis.

SUMMARIUM.

1 *In Majoratu successio defertur seniori ætate, cæteris exclusis hac qualitate non pollentibus.*
2 *Postquam bona in uno columnello fuerunt radicata, non fit locus vocationi Proximiorum cum qualitate majoris ætatis vocatorum, nisi prius finita linea Proximioris ingressi, quatenus tamen ingressio fuerit legitima, secus si usurpativa.*
3 *Testator si respexerit ad proximioritatem, præferri debet ille, qui spectato ordine successionis admittendus esset.*
4 *Declara, ut conclusio procedat quoties ageretur de dimensione graduum in una linea prædilecta, & ad successionem admissa; secus si nullo certo columnello perspecto nullisque Personis per prius vocatis quæstio cadit in transitu de una ad aliam lineam, in qua Testator simpliciter nomine collectivo Proximiorem vocavit cum qualitate majoris ætatis, quia tunc non habetur ratio proximitatis, sed ordo sanguinis, & parentelæ.*
5 *Redditur distinctionis ratio.*
6 *Si Testator unam lineam prædilexerit, & vocaverit majorem natu, ista qualitas stat famulative ad proximitatem, & solum verificatur de majori natu & Proximiori gravati vocati.*

7 Non

7 *Non sic proceditur si Testator impersonali vocatione invitaverit Cognatus, quia tunc non Jus, sed factum attenditur, & qualitas volita praeponderatur, ita ut proximioritas stet dependenter ad senioritatem exoptatam.*

8 *Observantia est considerabilis in interpretatione dispositionis dubia non in dispositione clara.*

DECISIO III.

IN supremis exaratis tabulis Hieronymus Senior de Nulphis sibi primo loco adscriptis haeredibus Camillo filio ac Hieronymo, & Raynerio ex Guidone praedefuncto Nepotibus, subinde eorum filios, & Descendentes Masculos legitime ad successionem invitavit, ac in eorum defectum binas, & diversas substitutionum species unam alteri successivam per haec verba formavit - ibi - *Item lascia, vuole, dispone, che quando mai fosse, che la linea mascolina descendente da lui, e da suoi figliuoli mancasse, in tal caso succedano i più propinqui descendenti maschi dalli Colonelli, che derivano de Francesco, e Marco Antonio suoi fratelli, e non vi essendo di essi derivanti da suoi fratelli, ò essendovene, ma non havendo doppo loro Successori maschi della famiglia de Nolfi si habbia a far nominare il più propinquo al Possessore di detta Casa maschio di maggior età, e debba succeduto in tale heredità farsi chiamare Girolamo Nolfi, e della medesima famiglia de Nolfi si habbino a far nominare i suoi figliuoli nati, e nascituri &c.* & prout latius praefesert lectura Testamenti in summar. utriusque Partis *n.* 1.

Defectis primo loco vocati, ac adaperta substitutione favore Descendentium fratrum Testatoris, fideicommissum coepit Nulphus de Nulphis, ob cujus sine filiis decessum, eveniente conditione, sub qua fuit concepta tertia substitutionum species, bona fideicommissaria occupavit Hieronymus Thomasinus, ut propinquior masculus major natu ultimo Possessor: quo subinde vita functo de anno 1661. licet fideicommissum juxta Testamenti legem transire debuisset ad majorem natum ex Cognatis Testatoris; tamen servato ordine intestatae successionis a Josepho devenit in Alexandrum, & ab isto in Antonium, contra quem tandem insurrexit Rinulphus, ac uti major natu obtinuit per tres sententias, binas extra Rota, alteram in nostro Auditorio a Reverendissimo Mediolanensi probatam, declarati jam diu ejus favore purificatum fuisse fideicommissum, a quibus exorta re judicata, cum illius vires impugnare contenderent Petrus Paulus Rinalduccius uti proximior Josephi ultimi Possessoris, obtenta a Signaturae Justitiae Commissione restitutionis in integrum sine praejudicio rei judicatae, eaque mihi delegata in hodierna audientia propria Jura expertus fuit sub dubio, *An constet in causis restitutionis in integrum, ita ut sit danda immissio Petro Paulo Rinalduccio in bonis Hieronymi*; in cujus disputatione, cum Patres agnoverint ea quae deducebantur irrelevantia ad elidendum rem judicatam undique validam, & justam convenerunt in sensu: *Non constare de causis restitutionis in integrum.*

Validitas nanque erat controversae Justitia vero, quae adimit laesionem, sicque restitutionem in integrum, cujus illa est fundamentum, patet ex eo, quod cum ex dispositione Hieronymi Testatoris, evacuata linea effectiva, & contentiva propriorum descendentium, succedere debuisset Cognatus masculus proximior ultimo Possessore, cum qualitate senioritatis sive majoris aetatis, idque servari jusserit, quoties vocationis casus contingerit; profecto defuncto Hieronymo Thomasino filio Magdalenae primo ex Cognatis vocato purificata dicitur ad commodum Rinulphi aetate majoris, caeteris exclusis hac qualitate non pollentibus, in quibus cum non verificentur conditiones a Testatore volitae, licet sint aequales in gradu proximitatis, successio aperiri non valet juxta ea, quae firmat decisio cor. Reverendissimo Caccia, emanata 4. Maii 1654. in principio, & secuta fuit
1 Rota in Bononiensi fideicommissi de Blanchis 27. Novembris 1693. §. *Prabuit in fine*, cor. Reverendissimo Pater Domino meo Molines.

Non relevante, legem hanc testamentariam servandam esse in ingressu fideicommissi de una linea proximioris ad aliam; non autem in progressu, postquam bona in uno columnello fuerunt radicata, quia tunc non fit locus vocationi proximiorum, etiamsi cum qualitate majoris aetatis, nisi prius finita linea proximioris ingressi. Unde cum in casu bona ad Josephum devenerint, non evacuata tota ejus descendentia, ex qua superest Petrus Paulus Rinalduccius, pervenire non valent ad Rinulphum in aequali proximitatis gradu constitutum, quamvis qualitate senioris de familia potiatur. Quoniam objectum est de supposito non supponente; Hieronymus nanque primus de cognatione, uti defunctus sine filiis, lineam non efformavit, quapropter quaestio reducitur ad assumptum: An ingressus fideicommissi in linea Josephi fuerit legitimus, existente tunc in medio Rinulpho, qualitate majoris aetatis pollente: & non fuisse legitimum, nostrum Tribunal dijudicavit. Unde applicati non valent termini evacuati toti columnello, qui solum verificantur, dato ingressu valido, & legali, secus usurpativo, & facti; qui tunc semper valet vocatus, lineam intrusam expellere ex vocatione fideicommissi bona; & hec retento Themate intelligendi sunt, & se explicant Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 13. *& seq.* Amat. *resolut.* 1. *num.* 32. *&* 5. de Luca *de fideicomm. dict.* 1. *num.* 13. *& seq.* Rota *d. ec.* 105. *n.* 4. *&* 5. *par.* 101. *rec.* 2

Minusque pro adstruenda Juridica vocatione Josephi juvat animadversio, Testatorem vocasse proximiorem ultimo possessori, sicque cum respexerit ad proximioritatem, praeferri debeat ille, qui spectato ordine successionis admittendus esset, juxta quem sensum cum Joseph ex Virginio patre nepos Hieronymi ex municipali dispositione Statuti Patrii in linea masculina potiori illa Rinulphi uti descendenti a femina exclusa, debeat in concursu istum antecellere ex ea vulgata regula, praesumente, Testatorem voluisse se dispositioni Juris statutarii conformare; etenim illatio urgeret, quoties ageretur de dimensione graduum in una linea praedilecta, & ad successionem admissa, in cujus continuatione, data certarum personarum praedilectione, spectandus esset ordo, juxta quem Testatorem propriam dispositionem regulasse de Jure praesumitur. Contrarium 3 tamen militat, quoties nullo certo columnello perspecto, nullisque personis per prius vocatis, quaestio cadit in transitu de una ad aliam lineam, in qua Testator simpliciter nomine collectivo proximiorem vocavit cum qualitate majoris aetatis; quia cum in eo casu peculiari methodo dispositionis apparet, illum recepisse ab ordine intestatae successionis praeferendo propinquiorem, cum contradistinctione senioritatis adversativa iam Juri communi, quam statutario. non habetur ratio proximitatis respectu successionis, sed solum consideratur ordo sanguinis, & parentelae, ad quam unice de Jure referri potest vocatio impersonaliter concepta in proximiore majoris aetatis, juxta ea quae distinguendo firmant Cancer. *variar. par.* 3. *cap.* 21. *à n.* 301. *cum trigesimus sequent.* Palma Nepos *allegat.* 154. *n.* 4. *vers. fundato, & alleg.* 90. *n.* 9. *vers. verum, & allegat.* 91. *num.* 6. *vers. nanque objectum.* 4

Et ratio potissima ea est, quia dum contentio vertitur super praelatione sexus inter personas aeque Testator cognatas, quae sub unico collectivo pronomine invitatae repetiuntur, ad illas respexisse Testatorem non dicitur, sed ad solam cognationem in genere, quia cum in successore contradistinxerit qualitatem facti, ut in hypothesi, majoritate aetatis, nulla dicitur habita ratio successionis, vel proximioritatis in succedendo, sed tantum sanguinis, in qua praecellere deberet ille, qui volita qualitate potiretur, ut Thoricis reassumptis ponderat Altograd. apud Sabell. *variat. resolut. cap.* 40. *num.* 22. & ibi Sabell. *num.* 1. & prius tradiderat Alexand. *cons.* 132. *num.* 1. *& per tot. lib.* 1. *& cons.* 4. *a num.* 1. *ad* 12. *lib.* 4. Bellon. Jun. *cons.* 11. *num.* 34. *& sequent.* Peregrin. *de fideicomm. art. decimo tertio num.* 156. ubi Censal. Simon de Petris *de interpretat. ultim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 4. *solut.* 2. *num.* 8. Capic. Galeott. *controv.* 48. *per tot. lib.* 2. Barbos. *de fideicommiss. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 94. *& seq.* & dixit decisio Reverendissimi Caccia, §. *final.* 5

Et hinc quaestio non reducitur ad indagandum, an fideicommissum sit saluarium, vel facti, seu potius regulare, vel Juris, quia solum spectanda est methodus dispositionis, & an Testator, una linea praedilecta, vocaverit majorem natu, ut erat in casu *consil. Gabriel.* 107. *& decis. vigesimo primo penes S. M. Alexandrum Octavum*; & tunc qualitas senioris stat famulative ad proximioritatem, & solum verificatur de majori natu, & proximioris gravari vocati, ut bene *laudata dec.* Othobon. 22. *num.* 23. Si vero impersonali vocatione invitaverit cognatos, in quibus ratio affectionis in succedendo non cadit, nec minus tam stricta valet 6 considerari agnationis conservatio; & tunc non Jus, sed factum attenditur, & qualitas volita praeponderatur, itaut proximioritas stet dependenter ad senioritatem exoptatam, ut in his terminis materiam enucleat Cancer. *superioris al-* 7 *legat. part.* 3. *cap.* 21. *a num.* 301. *cum seq.* caeterique relati concordant.

Demum nil stringit observantia, quia illa apta esset operati

rari in re dubia; sed data resistentia literæ Testamenti, ut in hypothesi, ad nihilum deservit, ad firmata per Rot. *dec.* 128. *n.* 13. *par.* 18. *rec.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. THAURUSIO.

Faventina Primogenituræ super Immissione.

Lunæ 6. Junii 1693.

A R G U M E N T U M.

Testator simpliciter vocando seniorem, non attenditur proximitas gravati, sed tantum ætas: idque procedit tam in ingressu, quam in progressu.

S U M M A R I U M.

1 *Successio in primogenitura definiri debet ad eum, qui habet qualitates a Testatore præscriptas.*

2 *Immissio non debetur ei qui non docet fuisse significatam substitutionem, & adversus justo titulo possidentem.*

3 *Proximitas gravati non gravantis regulariter attenditur.*

4 *Si Testator seniorem vocaverit, ætas non proximitas attenditur.*

5 *Si Testator voluerit seniorem nulla attenta proximitate hæredis magis dilecti, id quoque voluisse censetur in linea hæredis minus dilecti.*

6 *In primogenitura saltuaria de seniore in seniorem non attenditur proximitas, sed prærogativa ætatis.*

7 *Idque attenditur tam in ingressu, quam in progressu.*

8 *Ex quibus Testatoris intentio desumatur admittendi tantum prærogativam ætatis, tam in ingressu, quam in progressu primogenituræ & n.* 12.

9 Rodulphin. allegat. 12. *declaratur n.* 10. *&* 11.

D E C I S I O IV.

FRanciscus Naldus, instituto in ejus ultimo elogio Ludovico Filio, fideicommissum, & primogenituram particularem in certis bonis ibidem descriptis, ordinavit primo loco favore lineæ ejusdem Ludovici, qua deficiente, vocavit seniorem de linea ejusdem Ludovici, qua deficiente vocavit seniorem de linea Vincentii sui Avi: extincta autem linea Ludovici per ejus obitum sine filiis, extantibus Michaele, & Dionysio de linea Vincentii in pari gradu, adjudicata fuit successio d. primogenituræ Michaeli, uti ætate seniori, juxta decisionem editam 5. Junii 1673. coram clar. mem. Cardinal. Vicecomite, tunc nostri Ordinis Auditore, quæ in hodierna audientia coram me in ejus locum subrogato confirmationis robur obtinuit, ut in alia decisione desuper evulgata.

Defuncto autem hoc temporis intervallo Michaele, supervivente d. Dionisio collitigante, & bona possidente, eadem possessio post Dionysii obitum transivit in Comitem Balassum ejus filium primogenitum, contra quem Judicium Immissionis coram A.G. instituerunt Albertus, & Antonius de Naldis, præfati Michaelis ex Ænea Fratre nepotes: quo Judicio remisso per Signaturam ad Rotam, coram me dedi dubium, *An sit danda Immissio Alberto, & Antonio de Naldi?* & negativa prodiit resolutio.

Fundamentum resolutionis fuit, quia de tempore mortis Michaelis sine filiis, quem juxta enarratas decisiones spectabat, donec viveret, ista primogenitura extante Dionysius senior, & proximior Testatori de linea d. Vincentii, merito ad ipsum devoluta fuit successio, uti habentem qualitates a Testatore præscriptas, Surd. *cons.* 455. *n.* 14. Altogr.

1 Junior. *controv.* 42. *num.* 32. *& seqq.* Mart. *de success. legal. p.* 3. *q.* 8. *art.* 1. *n.* 8. *& seqq.* Rot. *dec.* 66. *n.* 2. *& seqq. part.* 14. *rec. & passim alibi.*

Sublato autem e vivis Dionysio, juste eadem primogenitura transivit in Comitem Balassum ejus filium, nam Testator expresse disposuit, quod post senioris successionem bona transire deberent in ejusdem senioris filios, & descendentes cum ordine perpetuæ primogenituræ, ibi-*Vadino al più vecchio della linea di Vicenzo, e così nelli sui figlioli però primogeniti di primogenito in primogenito, finchè ve ne sarà di detta linea.* Unde cum d. Co. Balassus primogenituram possideat Jure vocationis ad ejus favorem purificatæ, merito denegata fuit immissio Alberto, & Antonio, qui hactenus non docent fuisse purificatam ipsorum substitutio-

2 nem, nec immissio concedi potest contra justo titulo possidentem, Bart. *in lib.* 1. *n.* 3. *vers. Quæ judicia, ff. quorum bonorum*, Rota coram Certo *decis.* 905. *n.* 2. *& in rec. dec.* 93. *n.* 2. *part.* 10.

Non obstat, quod Albertus, & Antonius sint proximiores in gradu Michaeli ultimo gravato, cujus proximitas regulariter attendi debet, Rocc. *disp. Juris cap.* 194. *n.* 112. *& seq.* Rota coram S.M. Alexandro Octavo *dec.* 21. *& dec.* 45. 3 *per tot. cum aliis vulgatis.*

Quia ex clara mente Testatoris apparet, quod solum ubi succedens uti senior (qualis fuit Michael) reliquit filios, & descendentes, tunc isti debeant succedere inspecta proximitate gravati, & servato ordine primogenituræ: ubi vero d. senior non relinquit descendentes, tunc succedere iterum debet alter senior de linea Vincentii avi, spreta omni alia qualitate, nec ullatenus jurata ultimi gravati proximitate, ut ex verbis Testamenti ibi-*quale mancando* (idest linea Ludovici) *vadino al più vecchio della linea di Vicenzo suo Avo, e così alli su i figliuoli di primogenito in primogenito, finchè ve ne sarà di detta linea*, scilicet Vincentii. Unde cum Michael decesserit, nullis relictis liberis, & tunc extaret Dionysius senior de linea Vincentii, & Testatori proximior, utique isti debita fuit successio, non autem Alberto, & Antonio junioribus, atque a Testatore magis distantibus licet Michaeli proximioribus, ad instar primogenituræ salmatiæ, Caten. *resol.* 5. *num.* 4. 11. *& seqq. & num.* 35. *& seqq.* Capyc. Galeott. *lib.* 1. *controv.* 48. *per tot.* Torr. *de Primogenit. Ital. tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 19. Rodulph. *alleg. num.* 8. Card. de 4 Luca *de fideicommiss. disc.* 1. *n.* 4.

Et quidem sicut in extinctione lineæ Ludovici filii, Testator noluit attendi proximitatem ejusdem Ludovici, seu ultimi ab eo descendentis, sed absolute, & simpliciter vocavit seniorem de linea Vincentii ipsius Testatoris avi, nulla ratione firmari valet, quod voluerit attendi proximitatem Michaelis, qui successit uti senior transversalis de familia contentiva minus dilectos, ex deductis per Fus. *q.* 484. *n.* 28. 5

Nam regulare est in primogenitura saltuaria de seniore in seniorem, nullatenus attendatur proximitas, Cancer. *var. resol. p.* 3. *cap.* 21. *num.* 204. Palm. sen. *cons.* 46. *num.* 42. *& seq.* Palm. nepos *alleg.* 91. *num.* 7. Mans. *cons.* 95. *num.* 55. *& seq.* Torr. *de Primog. tom.* 1. *part.* 6. *n.* 19. Rot. in Faven. immissionis 17. Maii 1694. §. *& ratio potissima*; cor. R. P. 6 D. meo Ursino.

Minus refragatur, quod illa verba *finchè ve ne sarà di detta linea*, referri debeant ad lineam ipsius senioris jam admissi, & sic Michaelis, de cujus linea contentiva sunt Albertus, & Antonius, Michaelis ex Fratre nepotes descendentes ab Ænea seniore communi stipite, cujus proinde linea jam incepta consumi prius debeat.

Quoniam integra lectura, & sanus, & congruus intellectus suadet, ut dd. verba sint referenda ad lineam Vincentii, quam solum in principio orationis exprimit Testator, & de cujus ingressu, & consumptione in hac parte agit, non quidem se restringendo ad vocationem unici senioris, atque extinctionem lineæ ejusdem senioris, sed iterum vocando post defectam lineam primi senioris, alium seniorem de linea Vincentii, itaut ista totaliter consumi debeat; ubi enim instituitur primogenitura salutaria perpetuo duratura cum vocatione senioris de certo genere, semper redeunte consimili casu, scilicet defectu descendentium senioris admissi, dicitur vocatus alter senior de eodem genere, Decian. *cons.* 41. *n.* 25. 59. *&* 66. Menoch. *cons.* 117. *n.* 14. *& seq.* Mans. 7 *cons.* 205. *n.* 29. Torr. de Primog. *tom.* 1. *q.* 6. *n.* 16. & pro veritate consultus super hoc fideicomm. ita respondit Rodulphin. *alleg.* 12. *n.* 16.

Atque ista Testatoris intentio clarius effulget ex successiva vocatione senioris de linea Alexandri; certe enim ista linea admitti non potest, nisi post consumptam totaliter li- 8 neam Vincentii prius vocatam, sive attendamus notam Juris dispositionem, §. *si plures instit. de legit. agnator. success. l. consanguinitatis Cod. de legit. hæred.* Torr. *de primog. tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. sive testantis voluntatem: & tamen si dd. verba, *Sinchè ve ne sarà di detta linea*, restringantur ad lineam ipsius primi senioris admissi, & sic Michaelis, seu Æneæ senioris possit fieri transitus ad lineam Alexandri, extante adhuc aliquo de linea Vincentii, ut sensui patet; ad quod absurdum vitandum, fatendum est, Testatorem per relata verba sensisse de linea Vincentii, Giovagn. *cons.* 79. *num.* 23. *lib.* 1. Palm. nepos *allegat.* 26. *num.* 24. & in Bononien. fideicommissi de Ghisellis 24. Januarii, §. *At secus est in fine*, coram Reverendiss. Turonen.

Ex his corruit contrarium assumptum, quod scilicet ista dispositio in solo ingressu primi senioris de linea Vincentii sit majoratus, considerans solum prærogativam ætatis: postea vero admisso primo seniore in progressu, sit mera, & pura primogenitura regulanda juxta primogenituræ leges, per quas in successione attenditur proximitas ultimi gravati, retorquendo in specie Rudolphin. *d. alleg.* 12. *n.* 6.

Quoniam Testator duplicem consideravit casum. Pri-

mum,

num, quod senior habeat descendentes, & inter istos voluit
servari solum, & proprium primogeniturae ordinem in suc-
cedendo, de quo casu agit Rodulph. *d. allegat. 12. n. 6.* Al-
terum vero, quod senior non habeat descendentes, vel isti
tandem deficiant; & in hoc casu nullatenus disponit, quod
procedatur juxta primogeniturarum leges, & omnis ratio
suadet, quod voluerit, ut iterum succedat alter senior de
10 linea Vincentii, inspecta sola aetatis praerogativa, & pro-
ximitate Testatoris, non minus ac in primo seniore, ut indi-
cant illa verba *finche ne sarà di detta linea*, idest Vincentii.
Dum enim ordinem formalis primogeniturae praescripsit so-
lum inter descendentes senioris admissi, & post ipsos voluit
redire successionem ad lineam ejusdem Vincentii, donec
11 integre fuerit consumpta, fatendum venit, ut succedere
debeat alter senior, inspecta linea Vincentii, & proximitate
Testatoris, ut concludit Rodulph. *d. alleg. 12. num. 16. cum
aliis supra citatis*.

Quod autem illa verba *de premogenito in primogonitum*
sicut relative ad solos discendentes senioris admissi, quan-
diu extent, patet adeo clare ex verborum contextu, ut ne-
queat in controversiam revocari.

Nullatenus adversante, quod Testator iterum non expres-
serit qualitatem majoris aetatis post admissionem primi se-
nioris, & redeunte casu mortis ipsius senioris sine filiis,
prout expressit in ipso primo, atque in ulteriori voca-
tione lineae Alexandri.

Quia satis expressum dicitur, dum in casu mortis posses-
12 soris sine filiis voluit succedere seniorem de linea Vincentii,
id enim importat repetitionem similis qualitatis, quoties-
cunque denuo evenit similis casus obitus gravati sine filiis
in Primogenitura perpetua, ut concludunt allegati superius
in §. quoniam integram etiam, ne oriatur absurdum; quod
Testator prius dilexerit, & consideraverit ultimum de-
scendentem de linea senioris transversalis, quam ulti-
mum de linea Ludovici ejus filii.

Quoad aliam immissionem petitam a Barbara, Alberto,
& Antonio super bonis liberis Ludovici, seu fideicommis-
satiis Franciscae pro rata tituli haereditarii, DD. censuerunt
non esse praesentis inspectionis.

Et ita utroque; &c.

R. P. D. MOLINES.

Faventina Primogeniturae.

Merc. 5. Decembris 1696.

ARGUMENTUM.

Approbantur superius decisa.

SUMMARIUM.

1 *Testatori liberum est in suis bonis, quem velit ordinem successionis praescribere.*

2 *Ad dignoscendum, quod genus majoratus Testator voluerit instituere, in primis attente illius voluntas est observanda.*

3 *Testimonium voluntatis Defuncti certius haberi non potest, quam ex eo quod emergit ex qualitate verborum & conjecturis.*

4 *Majoratus quando dicatur in ingressu & Primogenitura in progressu, & quando incipiat in seniore & continuet in filiis senioris, & n. 6.*

5 *In majoratu facti seu saltuaria duntaxat attenditur praerogativa aetatis.*

6 *Idem est quoa vocatio senioris legatur expresse repetita in ulteriori progressu, ac quod eadem fuerit per Testatorem ordinata cum verbis collectivis & denotantibus perpetuitatem & successivitatem, ac cum verbis repetentibus qualitatem senioritatis.*

7 *Paria sunt aliquid esse expresse repetitum, vel quod veniat necessario ab expressis.*

8 *In majoratu irregulari & perpetuo saltuario non attenditur proximitas gradus sed aetas.*

9 *Relatio fit ad proxima.*

10 *Testator vocando Primogenitum cum qualitate filiationis non dicitur voluisse constituere Primogenituram linealem & n. 11.*

12 *Quando Testator dicatur non habuisse pro synonymis duo nomina appellativa, nempe* senior & Primogenitus.

13 *Quando non sit attendenda proximitas gradus, sed aetas.*

14 *Testator dicitur voluisse constituere majoratum facti & saltuarium in progressu alicujus lineae, si de tempore conditi Testamenti ista linea haberet alias lineas subalternas Testatori cognitas, & nihilominus Testator absque praedilectione alicujus indefinite vocavit seniorem ex linea universaliter contemplata.*

15 *Si Testator voluit instituere majoratum facti in ingressu, censetur illud quoque voluisse in progressu.*

16 *Testator constituisse censetur majoratum facti, si non vocaverit simpliciter majorem natu latino sermone, sed materno idiomate.*

17 *Una pars testamenti aliam declarat.*

18 *Si Testator quando voluit majoratum juxta proximitatem gradus sciverit clare & expresse explicare, & in alio casu talem explicationem omiserit, censetur voluisse diversimode disponere.*

19 *Successio deferenda per saltum tanquam odiosa dicitur exorbitare a Jure communi.*

20 *Praesumitur semper, quod Testator voluerit instituere majoratum regularem, non autem irregularem.*

21 *Declara, ut praedicta procedant in majoratu vere irregulari; secus in mixto in quo nulla consideratur ratio odiositatis, & n. 23.*

22 *Quando constat de voluntate Testatoris non est ultra quaerendum, cum attendendum non sit quid facere debuisset, sed quid fecerit.*

23 *Eo magis est dicendum fuisse constitutum majoratum mixtum, si Testator fuerit transversalis, & concurrat observantia.*

DECISIO V.

Adversus decisionem editam die 6. Junii anno proximo
elapsi cor. Eminentiss. Cardinali Thaurusio tunc no-
stri ordinis Auditore, & nunc Episcopo Ferratiensi dene-
gantem immissionem super bonis majoratus, de quo agitur,
Alberto, & aliis de Naldis. Obtenta ab eisdem nova audien-
tia in repropositione causae facta die 11. Decembr. ejusdem
anni, in qua dictus Collega ad Cardinalatus apicem evectus
fuit, Sac. Rot. rescripsit Dilata, de qua causa cum fuerint
cor. me, in illius locum subrogato, revocatae ad trutinam
vires dictae decisioni, Domini redintegrato examine super
hoc involuto majoratus articulo diversimode a Doctoribus
agitato, secundum praecipuas singulorum casuum circum-
stantias, inhaerentes firmatis in dicta decisione, aliique in
comprobationem ab Informantibus adductis, censuerunt
persistendum esse in resolutis.

Retenta siquidem facti serie alias exposita cum hodierna
disputatio agitaretur ad terminos apertae successionis per
obitum q. Michaelis absque filiis, cui jam pridem uti seniori
de linea Vincentii Avi Testatoris fuerat per nostrum Tri-
bunal decreta Immissio, licet defensores dicti Alberti, &
aliorum de Naldis pro suadendo recessu a decisis insisterent
in diversis Juris regulis, ac distinctionibus, juxta subjectam
materiam Doctorum authoritatibus roboratis; praetermissa
tamen illarum indagine in abstracto Dominatori fuerunt
in perscrutanda Testatoris mente, cui cum liberum sit in
suis bonis quem velit ordinem successionis praescribere, ad
text. *in l. fin. C. de pact.* Bald. *in l. cum antiquioribus 9. n. 10.* 1
Cod. de Jur. delib. Tiraquell. *de jure primog. q. 40. sub n. 104.*
Ideo illius voluntas est in primis attente observanda, ut uno
ore ipsimet Doctores de hac materia diffidentes fatentur 2
per text. *in l. conditionib. ff. de condit. & demonstr. & l. cum
q. 22. C. de legat.* cum concordantibus late congestis per Mo-
linam *de primog. Hisp. l. 1. cap. 4. n. 19. & per* Rosam *consult.
69. num. 30.*

Verum quia de voluntate Testatoris nequit haberi cer-
tius testimonium, eo quod emergit ex qualitate verborum,
& conjecturis, juxta late tradita per Tiraquell. *in l. si unquam
in verbo Liberis ff. de revocand. donat. num. 17. &* Surd. *cons.
238. n. 8.* propterea Domini iterum attentius perfecto toto 3
tenore testamenti, & praecipue in ea parte, ubi demandatur
successio seniori per haec verba concepta ibi: *Vadino al più
Vecchio della linea del Colonello Vicenzo suo Avo, e cosi ne
suoi figliuoli però primogenito in primogenito, finchè ve ne sa-
rà di detta linea.* Censuerunt hujusmodi dispositionem con-
tinere majoratum facti, seu saltuarium de seniore in senio-
rem universae lineae effective Vincentii generaliter a Testato-
re contemplatae, & primogenituram Juris, seu regularem
in filiis, & descendentibus senioris admissi, scilicet, quod si
senior admissus relinqueret filios, isti deberent succedere jux-
ta ordinem primogeniturae linealis servata proximitate gra-
vati, & prout succeditur ab intestato; casu vero, quo dictus
senior admissus decederet absque prole, tunc admittendus
esset alter senior inter transversales de universa linea effecti-
va Vincentii, cum simili primogenitura regulari erga illius
filios, & descendentes, spreta omni proximitate gradus inter
lineas subalternas collaterales, juxta naturam majoratus
mixti,

mixti, quam in proposito explicat Torre *de majoritatib. seu*
4 *primog. Ital.p.1.c.6.§.2.* & pro veritate in hac causa consultus respondit Rodulph. *alleg. 12. a num. 6. usque ad fin.* & egregie firmatur in decisione, quæ revidetur, §. *Quia*, cor. d. Eminent. Tard. Thaurusio.

Quamobrem cum Michael primus senior admissus obierit absque filiis, & tunc temporis viveret adhuc Dionysius ætate major, utique ipsi tanquam seniori de universa linea Vincentii delata fuit concessio controversi majoratus, non autem Alberto, & Antonio, uti junioribus, licet proximioribus d. Michaeli ad instar majoratus facti, seu salutarii,
5 in quo duntaxat attenditur prærogativa ætatis, juxta originariam doctrinam Alexandri *cons.4.n.2.& per tot.l.4. quam sequuntur* Alciat. *cons.*38. *num.*1. Surd. *cons.*403. Bellon. jun. *cons.*11.*n.*38. *cum aliis concordantibus pleno calamo congestis per* Rotam Florentinam *in rec. relata per* Mans. *consult.*99. *n.*25. *& dixit* Rota *in Bononien. fideicomm. de Blanchis 27. Novembr. 1692.§. Prebuit*, coram me; ita ut hodie jure merito dicta successio acquisita per dict. Dionysium seniorem continuetur in Balassum ejus filium primogenitum; ut
6 optime firmat decisio, quæ revidetur, §. *Sublato*.

Nec ad exclusionem majoratus mixti juxta superius allegata visus est alicujus relevantię intellectus datus verbis supra recensitis, quod scilicet cum Testator semel tantum expresse vocaverit seniorem absque uno alia explicita repetitione senioritatis, dicta vocatio censeri debet relicta duntaxat ad primum ingressum dict. lineæ Vincentii, præcipue concurrentibus illis verbis de primogenito in promigenitum; ex quibus defensores Alberti prætendebant inferre, quod Testator voluerit ordinare in progressu primogenituram linealeam, seu Juris regulandam ad illius filios, & descēdentes, sed etiam ad transversales idem proximiores in gradu, & juxta ordinem intestatæ successionis. Quoniam exoptata repetitio senioris etiam in progressu successionis visa est posse desumi ex eisdem verbis testamentariis, si expendantur juxta propriam illorum constructionem, & grammaticalem sensum, nimirum *vadino al più vecchio della linea del Collonello suo Avo finchè ve ne sarà di detta linea, e così ne' suoi figliuoli, però primogeniti*: cum quo sensu accepta, prout vere accipi debent, clare patet, dictam vocationem senioris non esse restrictam ad solum primum ingressum, sed illa videtur repetita toties, & quoties eveniat casus successionis per obitum senioris admissi sine filiis usque ad totalem extinctionem lineæ universalis dicti Vincentii. Idem enim est, quod vocatio senioris legatur repetita in ulteriori progressu, ac quod eadem fuerit per testatorem ordinata cum verbis collectivis, & denotantibus perpetuitatem & successivitatem ibi--*finchè ve ne sarà*, ac cum verbis repetentibus eandem qualitatem senioritatis, ibi--*di detta linea*, scilicet Vincentii; Cum talia verba collectiva, & repetitiva operentur, ut in omni gradu, & casu censeatur repetitus majoratus facti, ita ut omnes seniores de eadem linea in casu obitus admissi sine filiis dicantur ad successionem invitati, nempe unus post alium usque ad totalem extinctionem ejusdem lineæ universaliter contemplatæ, ut in fortioribus terminis est celebr. *cons.* Anchar. 27.*n.*6. *quem sequuntur in specie* Bellon. *cons.* 11. *n.* 6. 11. *& per tot.* Menoch. *cons.*117. *n.*14. Castill. *contr. Jur. lib.*5.*c.*93. §.3. *per tot.* Mans. *consult.*197. *sub n.*18. Molin. *de primogen. Hisp. lib.*1.*c.*3.*n.*18. Torre *de primog. Ital.p.*1.*c.*9.§.4. *a n.*38. *usque ad fin.* & de similibus dictionibus, dixit Rota Florent. *in decisione relata per* Mans. *consult.*96.*n.*25. Rota Januen. *inter relatas a* Torre *de primogen. dec.*17.*n.* 12. *tom.* 3.

7 Concurrente itaque repetitione senioris, sive expressa, sive tacita, & virtuali ex verbis perpetuitatem denotantibus elicita, cum paria sint aliquid esse expresse repetitum, vel quod veniat necessario an expressis, Bald. *l. cum quod n.*5.*ff. si certum petatur*. Bellon. jun. *cons.* 1. *num.* 107. Mart. Med. *dec.*10. *n.*29. exinde visum fuit sequi, quod majoratus in alium seniorem universæ lineæ dicti Vincentii redeunte sub casu obitus senioris primo admissi absque filiis, & in trāsitum de una linea in aliam subalternam non attenditur ordo primogenituræ regularis, sive Juris juxta proxi-
8 mitatem gradus, sed major ætas, ex doctrinis supra allegatis, in §. *Quamobrem* cum aliis pleno calamo cumulatis per Rot. *disp. Jur. c.*4. *n.*1. sicque stante expressa, vel tacita repetitione senioritatis nec videtur dissentiri Torre *in contrarium allegatus dicta p.* 1. *c.*17.§.3. *ante n.*22. *vers. Quando in aliis successive vocationibus*, & in puncto firmavit Rot. *in Fanen. Immissionis 17. Maii 1694. §. Et ratio*, coram Rev. D. meo Ursino Decano.

9 Minusque in progressu ejusdem lineæ Vincentii universaliter contemplatæ prætendi potest esse inductam primogenituram linealem ex illis verbis--*però di primogenito in primogenito*, quia licet hujusmodi verba legantur in eadem oratione contenta, qualificent tamen solus filios, & descendentes senioris admissi, quibus immediate adhærent ibi--*E così, ne' suoi figliuoli però primogeniti di primogenito, in primogenito*, ex vulgata regula, quod relatio fit ad proxima, sicque ex dictis verbis nequit dici inducta primogenitura linealis, sive Juris regulanda juxta proximitatem gravati ad favorem transversalium proximorum: Tum quia dum Testator vocavit primogenitos cum qualitate filiationis, ista qualitas non convenit transversalibus, licet proximioribus gravato, sive seniori defuncto absque filiis, Bellon. *cons.* 18. *n.*42. Mangil. *de comput. q.* 77. *nu.* 164. *de* 10
primog. d. p. 1. *c.* 16. *n.* 1. Ex optime quidem ratione elicita ex eo, quod transversalis transversalem non generat, ad 11
tradita per Ramon. *cons.*100. *n.*190. Pris. *cons.* 72. *num.*109. *& seq. lib.* 4. Mangil. *d. q.* 77. *sub num.* 171. *& ex professo*. Torre *de primog. Ital. p.* 2. *q.* 1. *n.* 18. *aliique relati per* Leo. *dec. Valentin.* 60. *n.* 44. Tum fortius quia cum idem Testator invitaverit seniorem de universa linea Vincentii cum dictionibus perpetuitatem donationibus ibi-*Vadino al più vecchio della linea di Vincenzo suo Avo, finche ve ne sarà di detta linea*, & seniore admisso, quatenus iste decederet cum filiis, eos vocaverit cum qualitate primogeniali ibi--*E così ne' suoi figliuoli però primogeniti di primogenito, in primogenito*; hinc Domini arguebant, dictum Testatorem neque habuisse hæc duo nomina appellativa, nempe senior, & primogenitus pro synonymis, ut in proposito firmavit Card. de Luca *de fideic. disc.* 5.*n.*6. Mans. *consult.* 171. *n.* 19. ne- 12
que restrinxisse vocationem senioris ad primum ingressum lineæ Vincentii, quinimo in progressu universæ lineæ dicti Vincentii instituisse vere majoratum salutarium, dum primogenituram linealem, sive Juris ordinavit duntaxat favore filiorum senioris admissi, & sic in ejus linea effectiva, adeout ex isto diverso ordine succedendi discretive præscripto ab ipso Testatore in suis casibus particularibus clare convincitur, quod eveniente casu obitus senioris admissi absque filiis in transitu faciendo de una linea ad aliam subalternam, inter transversales dictæ lineæ universaliter 13
contemplatæ, neutiquam sit attendenda proximitas gradus respectu defuncti, sed qualitas majoris ætatis a Testatore requisita, ut optime firmant doctrinæ supra relatæ, & in proposito dixit Rot. Bonon. *fideic. de Blanchis 27. Novembr. 1693. Quandoquidem*, cor. me.

Crescitque vis argumenti ex pluribus aliis circumstantiis, & conjecturis, quæ clariorem reddunt mentem Testatoris circa constitutionem majoratus facti in tota, & universali linea dicti Vincentii: & prima est, quod licet tempore conditi testamenti ex dicta universali linea effectiva Vincentii plures adessent personæ, & lineæ subalternæ Testatori bene notæ, ut in arbore data: nihilominus ipse absque ulla prædilectione alicujus ex dictis personis, seu lineis subalternis indefinite vocavit seniorem ex dicta linea effectiva Vincentii universaliter contemplata; ex quo datur intelligi, quod vere Testator in tota latitudine dicta lineę universalis Vincentii voluerit instituere majoratum facti, seu salutarium, nedum in ingressu, sed etiam in progressu, ut in fortioribus terminis ad trutinam expensis rationibus utrinque adductis per eximios nostri temporis Jurisconsultos elaboratissime decisum fuit ad exclusionem primoge- 14
nituræ linealis, seu Juris per Rot. Januen. *in celebri causa majoratus de Grimaldis dec.* 16. *n.* 3. *& per tot. inter relatas per* Torr. *de primog. Italiæ tom.*3 ubi ad satietatem occurritur omnibus, quæ in contrarium adduci possunt, cum non sit major ratio, cur prærogativa ætatis debeat attendi in primo, non autem in ulteriori progressu, ut prosequitur *d.* Rota Januen. *in d. dec.*16. *n.* 27. præsertim quando, ut in 15
nostra hypothesi, Testator non vocavit simpliciter majorem natu latino sermone, ex quo possit oriri difficultas, an hunc terminum habuerit pro synonymo cum illo primogeniti, & an compati se valeat cum primogenitura regulari: sed locutus fuit materno idiomate, ibi, *Vadino al più vecchio*: quæ verba denotant in omni tempore, & casu prærogativam ætatis fuisse a Testatore volitam, & sic constitutum fuisse majoratum, ut in terminis præcisis consulit 16
Bellon. Jun. *d. cons.* 11. *per tot.* Altograd. *contr.* 75. Thes. *q. forens. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 17. *&* 37. Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 4. *n.*7. *& disc.* 5. *n.* 8. *&* 9. Mans. *consult.* 706. §. *Septima conjectura*, Torr. *de primog. Ital. p.*1. *c.* 2. *n....* & iidem repetit in conflictu lineæ, & ætatis 39. §. 3. *n.* 83. Rot. *in Pisauren. Majoratus 26. Junii 1664. & 16. Januar. 1665.*
coram

coram clar. mem. Card. Taya *confirmata 26. Januar. ejusdem Anni, & 28. Junii 1666.* cor. bo. mem. Bourlemont.

Secunda emergit ex eo quod sicuti Testator in extinctione lineæ Ludovici filii, & quando fieri deberet transitus ad lineas transversales promanantes a Vincentio, noluit attendi proximitatem gravati respectu ejusdem Ludovici, vel ultimi ab eo descendentis, sed, ut supra dictum est, absolute, & indefinite invitavit seniorem de linea Alexandri, & sic de aliis; Ita pari modo dicendum est, eundem Testatorem voluisse constituere majoratum saltuarium in dictis lineis subalternis universæ lineæ Vincentii toties, quoties daretur casus, quod per obitum senioris admissi absque filiis aperiretur nova successio, cum una pars testamenti aliam declaret, ut
17 in his terminis ponderat Fusar. *cons. 39. n. 24.* Sabell. *variar. resol. resol. 40. n. 8. & 9.* Spad. *cons 52. n. 5. cum aliis vulgatis.*

Tertia accedit, & desumitur ex eo quod in alia subsequenti substitutione ordinata post totalem deficientiam lineæ dicti Vincentii, favore universalis lineæ Alexandri, sic disposuit, ibi - *E poi vadino al più vecchio della linea a' esso Alessandro del quond. Cavalier Orazio Naldi, & à Monsign. Vicario suo fratello, se in quel tempo fosse vivo, e così di primogenito in primogenito, finchè vi sarà di detta linea:* Unde patet, quod quando Testator voluit ad successionem invitare non solum descendentes ex linea effectiva senioris admissi, sed etiam illius fratrem transversalem juxta proximitatem gradus, hoc scivit clare, & expresse explicare, itaut ubi talem explicationem omisit, censeatur voluisse
18 diversimode disponere, argumentum Text. *in lib. unica, §. fin. C. de caduc. tollen.* Corn. *cons. 9. n. 6.* optime Torr. *de primog. Ital. d. par. 2. q. 1. n. 21.* optime Rota *Januen. dec. 16. n. 44 inter relatas ab eadem* Torr. *de primog. tom. 3.* Rota *dec. 101. n. 11. & 12. p. 17. & dec. 620. n. 29. part. 18. rec.*

Quibus sic positis, visæ sunt non applicari regulæ generales, quod scilicet successio deferenda per *saltum* tanquam
19 odiosa exorbitet a jure communi, cui in dubio præsumendum est, Testatorem se voluisse conformare, sicque attendi debeat proximitas gravati, sed ultimi possessoris secun-
20 dunt ordinem successionis ab intestato, quodque dicta successio in unam lineam ingressa nequeat ab ea auferri, nisi illa totaliter evacuata. Quandoquidem in præsenti themate non agitur de illo majoratu vere improprio, & irregulari, de cujus natura est, ut saliet de uno in alium, posthabitis filiis prioris admissi, & in quibus terminis vere consideratur illa odiositas, & exorbitantia a jure communi disponente, ut filius fruatur substantia radicata in patre, & intelligatur tacite comprehensus in quacunque dispositione facta ad favorem patris, ad Text. *in l. cum Avus ff. de cond.*
21 *& demonst. & l. cum acutissimi C. de fideic.* Sed versamur in terminis majoratus mixti ex super allegatis, in quo nulla subest ratio odiositatis, cessantque omnia argumenta, quæ possunt in contrarium afferri, dum extincta linea affectiva senioris admissi per illius obitum sine filiis in transitu faciendo ad lineas transversales non consideratur illa conti-
22 nuatio dominii bonorum ex dispositione juris, ac ex præsumpta Testatoris affectione, minusque illa spes succedendi certa, & radicata, ut in proposito expendit Mangil. *de imput. q. 77. n. 172.* Card. de Luc. *de Fideic. disc. 1. num. 17. vers. Quamvis.*

Sicque cessant etiam cæteræ regulæ de proximitate gravati, & de linea semel ingressa, quia vel procedunt in terminis primogenituræ regularis, vel quando adest dubietas circa disposita a Testatore, non autem quando, prout hic, versamur in terminis majoratus mixti, & juxta illius naturam apparet, clare Testatorem voluisse ordinare duntaxat in linea effectiva senioris admissi primogenituram regularem, & in casu illius obitus sine filiis majoratum saltuarium secundum prærogativam ætatis inter transversales de linea Vincentii universaliter contemplata; quando enim constat de voluntate Testatoris non est ultra quærendum,
23 quoniam attendendum non est, quid facere debuisset, sed quid fecerit, ut in terminis confutando hujusmodi regulas tradunt Altograd. *controv. 75. n. 16. lib. 2.* Card. de Luca *de fideic disc. 5. n. 6. & seq.* Rot. *dec. 15. num. 65. & dec. 17. n. 141. cum seq. inter relatas* a Torre *de primog. Ital. tom. 1.*

Denique non obstant authoritates exadverso in comprobationem dictarum regularum lato calamo adducta; quia ultra quod fuerunt partim confutatæ, partim conciliatæ ex congrua responsione omnibus singillatim data per scribentes pro Balassio filio Dionysii, ex illarum tamen generali lectura Dominis patuit longe aberrare a terminis casus nostri, nam tractant illam arduam quæstionem inter patruum, & nepotem; & licet non sine aliarum doctrinatum contrarietate concludant favore nepotis, quando successio majoratus radicata fuit in parte ob illam distinctionem, quod favore filiorum senioris admissi, & sic in progressu ejus lineæ effectivæ sumendus sit ordo primogeniture regularis. Id, quod ultro admittebant etiam defensores dicti Balassi; Nullus tamen Doctor, ut dictum est, in contrarium allegatus tractat ex professo quæstionem in præsenti themate contingentem, nempe, an, aperta successione per obitum senioris admissi absque filiis, & sic extincta illius linea effectiva, attendenda potius veniat proximitas gradus respectu ultimi defuncti, vel potius prærogativas ætatis inter omnes transversales, & inter lineas subalternas manentes ex linea Vincentii universaliter a Testatore contemplata: in quo articulo cum non agatur, ut pluries supra dictum est, de illo majoratu improprio, & irregularis saltuario de possessore in possessorem, spretis filiis admissi, sed de majoratu mixto, ipse Cardin. de Luca *de fideic. disc. 1. n. 16.* dicit in hoc articulo majorem difficultatem adesse, & ingenue n. 17. fatetur, quod communior opinio majori Doctorum calculo roborata stat pro majoratu facti; in quo attenditur prærogativa ætatis ex supra firmato, maxime quando, prout hic, dictum majoratus institutus fuit, non ab aliquo ascendente favore filiorum, sed a transversali, & concurrit observantia elicita ex eo, quod post obitum Michaelis senioris admissi absque filiis dictus Dionysius alter senior de tempore apertæ successionis continuavit in pacifica possessionem bonorum controversi majoratus per longam temporis intercapedinem, nempe spatio viginti annorum, quæ observantia multum confert in dubio pro interpretandis ambiguis dispositionibus ultimarum voluntatum circa modum succedendi, ut in præcisis terminis consuluit Bellon. *dict. cons. 11. n. 44. & per tot.* Surd. *cons. 403. n. 5.* Honded. *cons. 92. n. 29. vol. 1.* Castill. *contr. jur. lib. 5. c. 93. n. 16. & 7. per totum.* Torr. *de primog. Ital. par. 1. c. 24. n. 35.* Molin. *de primog. Hisp. lib. 2. c 6. n. 57.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. M U T O.

Ameria. Fideicommissi.

Ven. 14. Junii 1696.

A R G U M E N T U M.

Prioritas gradus non prærogativa lineæ attenditur, si casus fit, quod fideicommissum ingredi debet de una linea ad aliam, & eo magis si vocatur fuerit proximior cum distinctione ejus; pluraque firmantur, quæ percutitur transactionis validitatem.

S U M M A R I U M.

1 *Identitas ex confessione in judicio emissa probatur.*
2 *Immissio debetur fideicommissario.*
3 *Ac etiam illius cessionario.*
4 *Prioritas gradus, non prærogativa lineæ attenditur, si agatur de ingressu fideicommissi de una ad aliam lineam.*
6 *Præcipue, si Testator vocaverit proximiores cum dictione suos.*
6 *Ubi urget diversa ratio, nulla fieri valet illatio.*
7 *Ex testamento revocato elici non potest voluntas Testatoris, si in substantialibus fuerit immutatum.*
8 *Cessio intelligitur facta de portione, quæ penes cedentes remansit.*
9 *Omnis benigna est facienda interpretatio ad excludendum delictum.*
10 *Prima cessio secunda debet prævalere.*
11 *Præcipue, si in prima adsit juramentum & obligatio cameralis ac pactum de non cedendo.*
12 *Pactum, per quod impeditur libertas disponendi, irritatur.*
13 *Pacta, quæ sunt de natura contractus, Procurator apponere potest.*
14 *Ad inspiciendum quinam contractus extiterit stipulatus, substantia non denominatio inspici debet.*
15 *Cessio facta in transactione ad effectum evitandi expensas, quæ refici deberent, est valida, & læsiva non reputatur.*
16 *Transactio præsumitur valida, & justa.*
17 *Læsio non cadit in incertis.*
18 *Transactio eo magis subsistit, si in ea nulla fraus, seu calumnia intercesserit.*
19 *Ut retractari possit confessio tanquam erronea, error probari debet per probationes omnem possibilem verita-*

veritatem, in contrarium excludentes.
20 *Fides lite pendente extorta non probant.*
21 *Minus sive mentio facta incidenter in aliqua decisione.*
22 *In judicio immissionis exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittuntur.*

DECISIO VI.

IN Testamento, quod a duobus, & ultra sæculis condidit, sub eoque decessit, q. Baptista Geraldinus Pompilio, ac Annibali aliis sibi Heredibus in universo Asse institutis, descendentes masculos in perpetuis descendentibus masculos in perpetuum ad illis nascituros primo loco substituit, & his deficientibus, deinde proximiores ipsius Conditoris consanguineos pariter masculos vocavit, ac succedere voluit.

Extincta nuper, & de anno 1693. per obitum Jo: Caroli prole masculina Testantis, excitata fuit super relata successione forensis contentio inter Adrianum ex una, & Alexandrum, & Stephanum inter se compositos prioris sumptibus unanimiter agendi, bonaq; æqualiter postmodum dividendi, sub prohibitione ad aliam cessionem, seu transactionem favore alterius, nisi concorditer veniendi ex altera, quoad Tribunal A. C. delata manutentionem Adrianus, excepto Prædio Castri Sotii ob possessionem bonorum præcedenter captam vigore mandati Judicis de Partibus, cum clausula: *Dummodo possessio sit vacans, et absque præjudicio habentium meliora jura*, reportavit; Alexander vero derelicto Judicio, sub Stephani nomine cœpto, ob alteram cessionem per ipsum favore Adriani successive factam, conventa præstatione menstrua scut. 5. cedentis, & Uxoris vita durante, Sententiam immissivam in vim *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* super medietate bonorum præcensiti fideicommissi ex propria persona obtinuit, devolutaque Causa ad Rotam, cum ad formam commissionis per Signaturam Justitiæ mihi directæ proposuerim pro secunda vice Dubium, alias in Audientia diei 14. Martii præteriti ob scissuram Votorum non resolutum, *An sit locus Ægidianæ, seu potius sit danda immissio*, Partes in responso convenerunt, *immissionem Alexandro Actori esse dandam.*

Constitit quidem de hujusmodi Judicii extremis; nam existentia fideicommissi favore proximioris, defectis, ut accidit, descendentibus masculis Conditoris, est literalis, & citra controversiam purificatio ipsius favore Alexandri resultat ex eo, quod si Adrianus possessor est reus in exceptione innititur propriis juribus, hoc casu, cum Alexander sit in pari gradu, prout ex Arbore hinc inde admissa fideicommissi medietas, ad eundem spectat; aut vero utitur juribus sibi per Stephanum in gradu proximiorem cessis, atque translatis; & hinc ob priorem saltem tacitam cessionem medietatis bonorum ab illo in transactione ut supra cum Alexandro facta, quæ est ut infra præferenda, pro eadem contendi nec potest ex persona cedentis purificatio: sicuti demum manifesta apparuit bonorum identitas ex ipsius Adriani facto, & confessione, cum de his tanquam fideicommissariis Baptistæ manutentionem sibi decerni obtinuit, & possessionem accepit, ex qua superlativam identitatis probationem oriri do-
1 cet Rot. cor. Caval *dec. 90.* Merlin. *dec. 341. n. 3. in rec. decis. 160. item n. 3. p. 5. et in Imolen. bonorum 30. Aprilis 1688. §. Nomini mei in fine*, coram Reverendiss. Turon. quibus extremis sane concurrentibus debita fuit Actori immissio,
2 vel ex remedio *d. l. fin.* aut ex interdicto utilis Salviani, utriquequorum nedum conceditur Heredi, seu Heredis Hæredi, ut inquit Rota *in Ferrarien. Fideicommissi 15. Maii 1639. 1. §.* coram Reverend. D. meo Decano, & cum aliis
3 *in Avenionen. seu Vasionen. Primogenituræ 28. Januarii præcedentis anni § Validitat, in fin.* coram me, sed etiam illius Cessionario, Bald. *cons. 186. n. 7. lib. 1.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. n. 249. cum seqq.* Rot. *in rec. dec. 349. n. 34. p. 6. et dec. 48. n. 1. ac dec. 74. n. 3. p. 7.*

Quin urgeant exceptiones in oppositum per Adriani defensores adductæ; non quidem prima contra purificationem fideicommissi favore Alexandri, quod Adrianus, si non in gradu, saltem in linea reputari debet proximior Testatori, cum ex Bernardino fratre descendat, Alexandro vero, & Stephanus ex Bartholomæo ejus Patruo, & quia obstat eidem Actori dicta cessio per Adrianum a Stephano secundo loco reportata, cum præcedens favore Alexandri seu talis reputari non possit, ob patentem læsionem sit prorsus nulla, & invalida.

Quo enim ad proximitatem lineæ, quidquid sit in ejusdem lineæ progressu, vel alterius prædilectæ, & vocatæ, in quibus terminis non versatur, quoties, prout in hypothesi, Testator distinxit lineas suorum descendentium ab altera transversalium & sumus in ingressu de una ad aliam, cum defectu linea affectiva existentes in linea contentiva ad successionem concurrunt, tunc enim non attenditur prærogativa lineæ, sed duntaxat prioritas gradus, per ea quæ firmat Bald. *cons. 434. n. 3. lib. 3.* ubi signanter, & si Testator vocaverit proximiores cum dictione *suos*, Palma Nepos *al- 4*
legat. 395. n. 78. Carolus Antonius de Luca *de lin. legal. p. 1. art. 11. n. 22.* Card. de Luca *de fideicomm. disc. 15. n. 8. et 9.* Rota coram Priolo *dec. 70. n. 5. et 6.* repetit in *rec. dec. 297. p. 12.* ubi pariter aderat vocatio proximiorum *sibi*. 5

Et perperam prædilectio, atque etiam vocatio lineæ Bernardini desumi prætenditur ex supposito fideicommisso, conventionali inter eundem Baptistam, cæterosque fratres, ac ex ipsius Testamento deinde revocato, in quibus post extinctam lineam, & descendentiam prænominati Bernardini proximiores duntaxat vocantur; nam respectu fideicommissi conventionalis illius probatio satis Dominis non constitit ex solo Brevi confirmatorio san. mem. Sixti IV. se referente ad conditiones adjectas in Instrumentis, quæ exhibitæ non fuerunt, præterquam quod fideicommissum simplex, de quo agitur, a dicto conventionali normam recipere non posset, cum inter unum, & alterum vigeat diversa ratio; nam in conventionali tantum Bernardini filii, & descendentes prælati fuerunt aliis proximioribus consanguineis Testatoris, ex quo ipse Testator, & filii per reciprocam conditionem invitati fuerunt ad Bernardini successionem, quæ ratio non concurrit in hoc fideicommisso simplici de per se, & absque alterius successionis spe confecto; quoties enim vi-
6 get diversa ratio, non potest argumentum ab uno ad alterum desumi, Rota *in rec. dec. dec. 607. n. 27. p. 4. tom. 3. & in Ferrarien. Restrictionis Ghetti super negotio principali 23. Martii præteriti, §. Et hinc in fine*, coram me.

Testamentum autem ab hoc secundo revocatum minus interpretationem voluntatis Conditoris in hac parte præbere potest, cum fuerit in substantialibus immutatum; nam fuerunt substituti propriæ descendentiæ Testantis omnes ipsius consanguinei proximiores absque aliqua prælatione li- 7
neæ Bernardini in altero præcedenti revocato apposita; tunc enim consulto censetur a priori recessum, & ab eodem propterea Testantis mens elici non potest, juxta theoricam Bartol. *in l. Status, n. 3. ff. de jure Fisc.* quam communiter sequuntur, & signanter Cyriac. *controv. 66. n. 54.* Fusar. *de substit. q. 345. n. 22.* Menoch. *præsumpt. 176. n. 1. & seqq. lib. 4.* Rota coram Card. Cerro, *dec. 392. n. 7. in rec. decis. 247. num. 9. p. 5. dec. 381. num. 14. par. 11. & dec. 107. num. 7. part. 13.*

Quo vero ad postremam cessionem per Stephanum 8
Adriano factam: Dominis relevare visa non fuit, saltem pro medietate bonorum Alexandro præcedenter in transactione cum ipso Stephano peracta cessorum; quandoquidem vel antedicta posterior cessio restringitur ad aliam medietatem Stephano remanentem, de qua duntaxat disponere poterat, Rota coram Cardinali Cerro *decision. 896. num. 6. & in recent. decision. 323. numer. 3 p. 11. & decision. 353. num. 9. part. 17.* ne alias rem eandem cedendo duobus notaretur delicto, ad quod excludendum quamcunque possibilem interpretationem capiendam esse in his terminis monet Rota *in rec. dec. 302. num. 9. cum seqq. 9*
part. 19.

Aut utriusque comprehensiva dici debet; & in hoc casu nullitas illius patenter emergit; nam in dubii Juris est, quod post primam cessionem non poterat eadem res alteri cedi; sed prima secundæ prævalere debet, ad *leg. Perfecta, Cod. de donationib. quæ sub modo*, Carleval. *de judiciis tom. 1. tit. 3. disput. 35. numer. 5.* Olea *de cess. jur. titul. 6. 10*
quæst. 8. n. 7. & 8. Salgad. *in labyrinth. credit. part. 1. cap. 27. num. 75. & cap. 43. num. 45. cum pluribus seqq.* Rota *in recentior. dec. 397. num. 3. & 4. p. 12. ac dec. 39. numer. 18. & 19. part. 17.* signanter cum prior cessio fuerit jurata, & obligatione Camerali munita; in eaque appositum fue- 11
rit prohibitivum pactum de non cedendo alteri, cujus subsistentia nequit impugnari; non quidem ex eo, quod simile pactum sit impeditivum libertatis disponendi ex *leg. Nemo ff. de pact.* nam quidquid sit quoad medietatem in prima cessione non comprehensam, & Stephano cedenti re- 12
servatam, dispositio relatæ legis militare nullatenus potest in alia medietate cessa, de qua nullo modo ex præcedentis cessionis effectu disponere poterat, minusque ex eo, quod per Procuratorem facultatibus carentem adjectum fuerit; nam cum ille deputatus fuisset ad concordandum, & transf-

& transigendum cum clausulis, & pactis consuetis si-
13 bi benevisis, hoc pactum de alteri non cedendo portionem jam cessam apponere poterat utpote consecutivum, & de natura contractus sine mandati finium excessu, Paris. *cons.* 90. *n.* 37. *lib.* 1. Golin. *de procurat. p.* 2. *c.* 4. *n.* 35. *& p.* 3. *c.* 5. *n.* 93. Rota cor. Millin. *dec.* 99. *n.* 6. cor. Merlin. *dec.* 17. *n.* 15. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 303. *n.* 6 *& in Lauden. Census* 15. *Martii* 1669. *§. Minus cum seqq.* cor. Bo: r emont.

Hinc prioris cessionis transactione cum Alexandro facta relevantia promanat, absque eo quod eandem in aliquo turbet oppositio, quod cessio dici non possit seu alicujus roboris ob illius enormissimam læsionem.

Etenim revera cessionem saltem tacita fuisse huic transactionis contractui adjectam emicat ex eo, quod cum conventum fuerit inter Alexandrum, & Stephanum pro controversa successione communiter agendi contra Adrianum bonorum detentorum, ac pacisceita illorum pro medietate divisio, pernecesse sequitur tacita cessio jurium Stephani, sicut admittitur hinc inde proximioris in gradu, & cui successio delata erat præcipue cum alias abs-
14 que illius cessione Alexander agere non valuisset, licet cessionis nomen in transactione non legatur; nam non attenditur, quo nomine contractus fuerit denominatus, sed illius effectus, & substantia inspici debet, tanquam terminus voluntatis contrahentium, ad Text. *in l. si uno* 17. *ff. de locat.* Bellon. Jun. *cons.* 58. *n.* 6. *& seqq.* Eugen. *cons.* 80. *n.* 25. *& seqq. lib.* 2. Urceol. *de transf. q.* 4. *n.* 72. *cum seqq.* Rota cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 10. *n.* 3.

Læsio autem considerari non potest, ex quo pro solis litis expensis, quæ deinde resici debent, cessa fuerit bonorum
15 medietas; nam similes transactiones, seu cessiones de rebus litigiosis, tanquam incertæ aleæ, sustinentur per ea, quæ in specie notat Urceol. *de transact. q.* 83. *n.* 8. *& cum seq.* Fontan. *dec.* 150. *n.* 11. *& in* Rota cor. Tut. *dec.* 507. *lib.* 2. *in correct.* cor. Priol. *dec.* 59. *n.* 1. *&* 2. *post contr. discept. dec.* 133. *post* Olea. *de cess. jur. dec.* 47. *utrobique n.* 5. *in rec. dec.* 147. *&* 294. *p.* 11. in quarum ultima *sub n.* 8. simili cessionis validitas tuetur etiam a nullitate opposita ex capite prætensæ calumniæ, & redemptionis litium, *& dec.*
16 328. *n.* 19. *p* 12. Potissime quia de tempore factæ hujusmodi transactionis, seu cessionis proximioritas Stephani non erat detecta, ut contrarium asserenti incumbat onus probandi, cum tendat in eversionem transactionis, pro cujus validitate, & justitia præsumitur, Rot. cor. Card. *dec.* 676. *n.* 4. & late in *Carpent. Laudemiorum* 20. *Junii* 1692. *§. Absque eo quod & §. Habet enim*, cor. Eminent. Caccia Archiep. Mediol. Et quia tunc proximioritas nullatenus detracta minus, que probata erat, sed prorsus pendebat ex incerto exitu probationum faciendarum antiquissimæ Genealogiæ quamplurium graduum, in qua altera ex Partibus deficere poterat & sic cum ambæ se exponerent incertæ aleæ, transactio sustinetur, nec in ea cadere potest læsio, (orn. *cons.* 263. *n.* 7. *lib.*
17 3. Cyriac. *contr.* 3. *n* 36. Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 16. Urceol. *de transact. q.* 5. *n.* 16. *cum seq.* nullaque fraus, seu
18 calumnia intercessit, qua cessante, ac bona fide concurrente transactio, seu cessio magis sustinetur, Rot. post Salgad. *in labyr. cred. dec.* 12. *n.* 3. *& in d. Carpentoraten. Laudemiorum §. Sed ulterius, ac in Sepuntina, seu Vestana Dotis* 1. *Junii* 1693. *§. Hæc sola*, coram Reverendiss. Turonen.

Demum neque obsistit altera oppositio, quod nedum hæc bona non fuit fideicommissaria Baptistæ, sed potius Episcopi Angeli; nam revera fuisse Baptistæ liquet ex ipsius Adriani facto, & confessione superius exposita, quę nullatenus argui potest erronea: Permisso quippe, sed error convinci deberet per evidentissimas probationes omnem possibilem veritatem in contrarium excludentes, ut dixit Rota *in rec. dec.* 621. *n.*
19 25. *p.* 7. cor. Bich. *dec.* 120. *n.* 27. *& dec.* 293. *n.* 12. *&* 13. cor. Priol. *dec.* 313. *n.* 10. *&* 11. *& in Romana Salviani* 6. *Junii* 1696. *§. Hujusmodi defensio*, cor. me, tales probationes non concurrunt in præsenti; nam desumuntur ex simplicibus fidibus lite pendete procuratis, ex nonnullis juribus informibus, prout sunt desumpta ex Summario veteri repetito inter positiones bo. me. Coccini, atque ex perfunctoria mentione habita in *dec.* 147. cor. Burat. absque aliqua discussione ma-
20 teriæ, quæ nullatenus probant, ut de similibus Testibus, Rot. cor. Coccin. *dec.* 182. *n.* 1. *in rec. dec.* 389. *p.* 13. *& dec.* 193. *utrobique n.* 15. *dec.* 19. *describi, inferm.* Rot. cor. Royas *dec.* 483. *n.* 6. *in rec. dec.* 224. *n.* 22. *p.* 6. *dec.* 268. *n.* 5. *& dec.* 754. *n.* 4. *cum seqq. p.* 18. & de mentione incidenti, Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 493. *n.* 28. *&* 29. cor. Bich. *dec.* 480. *n.*
21 20. *cum seq. p.* 19. maxime quia ineffectuatio fideicommissi Episcopi Angeli tacite promanat ex *dec.* 253. *p.* 13. *rec.* & sumus in Judicio privilegiato, in quo non admittuntur exceptiones altiorem indaginē requirentes, Bald. *communiter recept. in cons.* 141. *n.* 1. *post med. lib.* 1. Rot. *in rec. dec.* 524. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 301. *n.* 18. *p.* 6. *in Rom. fideic. de* Ursinis 13. *Junii* 1683. *§. fin.* cor. Eminent. Caccia, *& in Farfen. Fideicommiss.* 24. *Martii* 1692. *§ Prout nec meretur*, coram eodem.

Et ita post secundam propositionem decisum fuit, utraque, &c.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana Multiplicorum super Primogenitura scutorum 400000.

Luna 11. *Januarii* 1694.

A R G U M E N T U M.

Ex quibus instituta dicatur Primogenitura, in hac decisione enucleatur.

S U M M A R I U M.

1 Dictio-ut supra-*reperis eundem modum, & ordinem succedendi, & n.* 16.
2 *Ex quibus arguatur relatio unius dispositionis ad aliam.*
3 *Substitutio primogeniti præbet indicium primogenituræ.*
4 *Licet non adsit respectus ad lineam seu descendentiam, quoties primogenitus in alia parte Testamenti & diversa substitutione fuerit vocatus jure primogenituræ.*
5 *Primogenitura dicitur volita, si Testator perpetuam exoptaverit bonorum conservationem in familia.*
6 *Illi solum censentur vocati, qui fuerunt onerati.*
7 *Onus explicatum per viam rationis & accessorie non ampliat dispositionem.*
8 *Parificatorum par esse debet judicium.*
9 *Ex nuncupatione primogenituræ a Testatore facta arguitur illius voluntas primogenituram constituendi.*
10 *Observantia multum confert ad probationem seu declarationem qualitatis primogenialis.*
11 *Optimum est argumentum ductum a discreto modo loquendi.*
12 *Nulla oritur repugnantia, quod eadem bona pro diversitate personarum atque rationum eis congruentium subjiciantur diversis regulis succedendi.*
13 *Substitutio per fideicommissum non inconvenit primogenituræ.*
14 *In substitutione primogeniti per ejus obitum venit secundogenitus.*
15 *Eoque magis si adsit votum perpetuæ conservationis bonorum in familia.*

D E C I S I O VII.

JUlianus Abbas de Ruvere in suis supremis Tabulis jure legati reliquit filio primogenito Lucretiæ de Ruvere suæ neptis nuptæ Marco Antonio de Lante sc. 30000. quæ in Bonis stabilibus, censibus, aut locis Montium non vacabilium investiri, ac multiplicari jussit usque ad summam sc. 400000. in qua succedere voluit ipsum Lucretiæ primogenitum, & post illius obitum ejus filios, ac descendentes masculos de primogenito in primogenitum, servato gradu primogenituræ in perpetuum, & in infinitum, ac iis deficientibus ejusdem Lucretiæ secundogenitum, tertiogenitum, & sic deinceps durante illius linea, seu descendentia masculina, declarans, quod nullus ex primogenitis pro tempore successoribus legati commodo frui posset, donec multiplicum terminatum foret, & primogenitii perventi ad ætatem 30. annorum, & quod omnes tenerentur suscipere cognomen familiæ de Ruvere, Hæredem autem universalem scripsit sibi Fridericum de Ruvere Urbini Principem nepotem suum cum simili onere investiendi, ac multiplicandi ipsius hæreditatem usque ad summam sc. 400000. qua completa tribuit eidem Principi facultatem illius fructibus gaudendi pro semetipso, vel eos assignandi uni ex suis filiis, ac descendentibus masculis, cui maluerit, aut si sibi magis expedire putaverit, uni ex filiis masculis nascituris ex Marchione Julio de Ruvere sub eisdem declarationibus, seu conditionibus, de quibus supra, volens, quod multiplicum semper, ac perpetuo residere debeat penes ipsius Principis descendentes masculos, eique sine descendentibus masculis obeunti, aut cum descendentibus, qui tursus si sine descendentibus masculis obirent, substituit, (ut præcise se habent illius verba) *volgarmente, e pupillarmente, e per fidei-*

com-

commisso il Primogenito di detta Signora Lucretia, e descendenti da esso come sopra successivamente chiamati in ogni miglior modo, essendo mia volontà, & intentione, che detta mia Eredità, e facoltà perpetuamente si conservi nella Famiglia della Rovere, come anco la sudetta Primogenitura nel modo già detto. Decessit Princeps Fridericus sine descendentibus masculis, eique, ad formam prænarratæ dispositionis, successit in hæreditate Juliani subjecta multiplico sc. 400000. Ludovicus Lucretiæ Primogenitus, ac post ipsum pariter absque prole masculina defunctum, Dux Hippolytus Secundogenitus, per cujus mortem ortis inter D. Principem Don Antonium ejus filium Primogenitum, ac DD. Don Vincentium, & Don Ludovicum filios Secundo, ac Tertio genitos, pluribus litibus, contendente inter cætera Principe Don Antonio super eodem multiplico scut. 400000. constitutam fuisse Primogenituram per obitum Ducis Hippolyti Patris purificatam duntaxat favore sui ipsius uti Primogeniti, & viceversa Fratribus simplex fideicommissum purificatū favore omnium, iisque omnibus per Sanctissimum a diversis curiæ Judicibus avocatis semetipsum, & commissis Eminentiss. D. Cardinali Acciajolo cum voto RR. PP. DD. meorum Cacciæ & Benincasæ, lata fuit Sententia super puncto Primogenituræ favorabilis Principi Dom. Antonio, a qua per Fratres interposita appellatione, & causa commissa Eminentiss. D meo Card. Colloredo cum voto nostri Auditorii, dedi dubium, *An constet de Primogenitura in multiplico sc. 400000. favore Principis Don Antonii?* Quod hodie per DD. fuit affirmative resolutum.

1 Fundamentum resolutionis fuit, quod Testator Principi Friderico sine descendentibus masculis descendēti substituit, (ut continetur in præcensitis verbis) Primogenitum Lucretiæ, & descendentes ab eo, ut supra successive vocatos. Sicut enim ipsi in multiplico scutorum 100000. in quo duntaxat super vocati leguntur, vocati fuerunt per viam Primogenituræ, ita etiam per viam Primogenituræ vocati censeri debent in permissa substitutione vigore dictionis *ut supra*, quæ repetit eundem modum, & ordinem succedendi, Rota *dec.* 283. *n.* 6. cor. Priol. *in Romana, seu Cremonen. hæredit.* 15. *Junii* 1682. §. *& nihilominus*, & 20. *Martii* 1684. §. *nil suffragante*, coram me, & 21. *Jun.* 1686. §. *ad evitandam*, coram R. P. D. meo Benincasa, & *in Fer. Bonor.* 12. *Maii* 1687. §. *quoniam* coram Rev. P. D. meo Ursino. Non obstante responsione, quod dictio *ut supra* repetat solum modum, & ordinem succedendi dispositionem inter descendentes Principis Friderici immediate præcedenter vocatos, non autem modum, & ordinem succedendi dispositum inter descendentes Lucretiæ, comprehensos in longe remota, ac disparata substitutione: quia contrarium patet ex contentu ipsorum verborum præseferentium apertam relationem ad descendentes Lucretiæ, & eorum vocationem ibi: *Il Primogenito di detta Lucretia, e descendenti da esso, come sopra, successivamente chiamati &c.* juncta consonantia Clausulæ *successivamente* cum altera *con ordine successivo*, apposita in actu ordinandi successionem in multiplico

2 scut. 100000. quam ad arguendam relationem unius dispositionis ad aliam perpendit Rot. *in Romana Alimentorum* 6. *Martii* 1693. §. *Prout nec urget*, coram me.

Certiusque redditur hujusmodi fundamentum, quoniam, ultra literam substitutionis, de qua proxime, in argumentū Primogenituræ concurrunt plures, & efficaces ponderationes, ac circumstantiæ. Prima scilicet quod Testator nominatim substituit Primogenitum; Primogeniti enim substitutio præbet indicium Primogenituræ, Azeved. *cons.* 2. *n.* 56.

3 Giurb. *de success. feud.* §. 1. *gloss.* 8. *n.* 31. *vers. fatetur tamen*, & *seq.* non attentis auctoritatibus in contrarium adductis, quæ videntur in Primogeniti substitutione ad inductionem Primogenituræ requirere respectum ad lineam seu descendentiam, quia (quidquid sit de earum intelligentia) secus est in hoc casu, quo substitutus fuit Primogenitus, qui prius in multiplico sc. 100000. expresse vocatus fuit Jure Primogeni-

4 turæ; In his enim terminis verbum *Primogeniti* intelligitur Jure Primogenituræ, ad tradita per Surd. *cons.* 305. *n.* 27. Menoch. *cons.* 38. *n.* 50. Rot. *dec.* 284. *n.* 22. *p.* 18. *rec.* stante præsertim relatione in posteriori Primogeniti substitutione (ut præfertur) habita ad priorem ejus vocationem.

Secunda, quod Testator professus fuit substitutionem fecisse Primogeniti Lucretiæ, ac descendentium ab eo ex voluntate, ac voto conservandi in perpetuum ipsius hæreditatem, ac facultates in familia de Ruvere, quod multum urget pro Primogenitura, tum quia facilius, ac melius obtinetur perpetua bonorum conservatio in familia per viam Primogenituræ, ut ponderant Tiraquel. *de Jur. Primog.* q. 71. *n.* 2. Gratian. *discept.* 834. *n.* 9. Fontanell. *dec.* 32. *n.* 22. & *seq.* Tum,

& fortius quia soli ex Lucretiæ descendentibus Primogeniti gravati fuerunt onere assumendi cognomen familiæ de Ruvere. Unde ipsi etiam soli dici debent vocati, ut ratiocinatur Surd. *cons.* 375. *n.* 16, & 17. Non suffragante replicatione, quod ex voto perpetuæ conservationis bonorum in familia, onus assumptionis cognominis extendi debeat ad omnes, quia quando, prout hic, illud explicatum fuit per viam rationis, & accessorie non ampliat dispositionem, ex firmatis per Rot. *dec.* 231. *n.* 4. & 5. *dec.* 387. *n.* 3. & *dec.* 805. *n.* 7. & 8. coram Card. Cerr. Imo crescit oratio ponderando, quod Testator non modo voluit, & exoptavit, ut supra, perpetuam bonorum conservationem in familia, verum etiam parificavit substitutionem in multiplico, de quo agitur, cum Primogenitura in altero sc. 100000. instituta ibi: *Che detta Eredità, e facoltà perpetuamente si conservi nella famiglia della Rovere come anco la sudetta Primogenitura nel modo già detto &c.* quę proinde simili modo censeri debet jure Primogenituræ, parificatorum, quippe par esse debet judicium, ut in his terminis notat Mulieṙe *de majorat.* p. 2. q. 7. *n.* 63. & *seq.* 8

Tertiam demum, quod Testator controversum multiplicum nuncupavit Primogenitum, ut in ordinatione quatuor Capellaniarum ibi. *Voglio, che doppo la morte mia siano instituiti quattro Capellani naturali, & ammovibili ad arbitrio dell'istesso mio Erede, e doppo lui delli Successori nell'infrascritta Primogenitura &c.* & rursus Successores ejusdem multiplici Primogenitos, ut in substitutione in casu neglectorum multiplicorum ibi: *Mancandosi per il Serenissimo Principe in adempire, & osservare nel medesimo modo, si devolva l'Eredità al detto Primogenito osservante &c.* Hujusmodi enim Testatoris nuncupatio declarat intentam fuisse Primogenituram, ut post plures tradit Fusar. *de subsiit.* q. 384. *n.* 3. Non resistente animadversione, quod illa satis effectum suum sortiri valeat in Primogenito Lucretiæ, primo loco vocato, & sic in ingressu, adeoque trahi nequeat ad arguendam Primogenituram in ulterioris gradus descendentibus, & in progressu, quoniam hoc pugnat cum germano sensu præmissorum verborum signanter *delli Successori nell'infrascritta primogenitura*, quæ clare denotant primogenituram successivam, ac in pluribus gradibus ordinatam, & intellectam. 9

Hisque omnibus adstipulatur observantia subsecuta; nam Dux Hippolytus Lucretię Secundogenitus in multiplico non successit vivente Ludovico Primogenito, sed solum post ejus obitum, investimenta fecit expresso nomine Primogenituræ, & ob neglecta multiplica cōventus fuit in Judicio a moderno Principe D. Antonio ejus filio Primogenito, ac per Sententiam Reverendiss. tunc A C. Cavalletini condemnatus ad reintegrationem Primogeniturarum, citatis duntaxat pro eorum jure, & interesse Fratribus Secundo ac Tertio genitis: Quæ observantia multum confert ad probationem, seu declarationem qualitatis Primogenialis, ut late firmat Fontanell. *dec.* 33. *fere per tot.* non relevante observantia in contrarium deducta ex facto Ludovici primi Successoris, qui investimenta pro legato scutor. 30000. fecit sub titulo Primogenituræ, & alia pro hæreditate sub titulo simplicis fideicommissi, quia illa redditur æquivoca; nam investimenta diversimode intitulari potuerunt ad effectum distinguendi unum genus investimentorum ab alio, & sicuti talis non destruit alteram fundatam in præallegatis actibus univoce concludentibus jus Primogenituræ.

Hinc non obstat, quod Testator in multiplico scutorum 100000. vocavit Lucretiæ descendentes unum post alium de Primogenito in Primogenitum, servato gradu Primogenituræ in perpetuum, & in infinitum, & deiecta linea Primogeniti, Secundo, & Tertio, & ulteriori locogenitum cum eodem ordine Primogenituræ; In multiplico autem scutor. 400000. attribuerit facultatem Principi Friderico fruendi illius fructibus, vel eos assignandi uni ex suis filiis ac descendentibus, aut uni ex filiis nascituris, ex Marchione Julio de Ruvere, sub eisdem conditionibus, ut supra voluerit, quod illud perpetuo remanere debeat penes descendentes masculos ejusdem Principis Friderici, & iis deficientibus substituerit Primogenitum Lucretiæ, & ejus descendentes; & ideo dum in primo, in quo succedi voluit ordine Primogenituræ, disertis verbis expressit, in altero, in quo omisit, ex discretivo disponendi modo dici debeat noluisse, ad Text. *in leg. unic.* §. *fin. autem ad deficientis Codic. de caduc. toll.* cum concordantibus siquidem, ultra quod non congrue forsan affirmari posset Primogenituram in multiplico scut. 100000. constitutam, repetitam fuisse in multiplico sc. 400000. inter ipsosmet descendentes Principis Friderici ex replicata concessione facultatis nominandi unum, 10 11

unum, Ex repetitione conditionum supra expressarum, Ex voto conservandi Bona in agnatione, Ex præcepto, quod descendentes multiplici commodo gaudere non possunt nisi post completam ætatem 30. annor. aliisque latius deductis per informantes, repetitio certe negari nequit ex præfatis inter descendentes Lucretiæ substitutos cum ditione *ut supra*, & cum præcisa relatione ad priorem eorum vocationem, & sic eorum respectu cessat discursus super discretiva dispositione, nec alias repugnat, quod eadem bona pro diversitate personarum, atque rationum eis congruentium, subjiciantur diversis regulis succedendi, ut advertit Gabr. *cons.* 132. *n.* 20. Rot. *dec.* 41. *n.* 2. *p.* 2. *dec.* 418. *n.* 10. *p.* 5. *rec. tom.* 2. signanter enim in hoc casu magna potuit esse ratio in descendentia Principis Friderici ordinandi simplex fideicommissum, dum primogeniti illius Domus reperiebantur amplissimis Feudis provisi, & viceversa in descendentia Lucretiæ Primogeniti ex præcepto Testatoris transituri fuerant in Familiam de Ruvere, alii autem remansuri in Familia extranea.

12 (margin, beside "tione, nec alias repugnat")

Minus officit, quod Testator descendentes Lucretiæ substituerit per fideicommissum, ibi: *Volgarmente, e pupillarmente &c. per fideicommisso etc.* quodque utriusque multiplici contradistincte meminerit, illius scilicet sc. 100000. sub
13 nomine Primogenituræ, alterius autem sub nomine hæreditatis, vel fideicommissi. Quoniã substitutio per fideicommissum non inconvenit Primogenituræ; Omnis enim Primogenitura est fideicommissum, licet non omne fideicommissum sit Primogenitura. Et contradistincta mẽtio utriusque multiplicum non subsistit; nam plerumque Testator multiplicum scutorum 400000. vocavit hæreditatem, ad effectum scilicet illud discernendi ab altero scut. 100000. ordinato per viam legati, quandoque etiam, (ut præmisimus) absolute vocavit Primogenituram, & sæpe commixto nomine Primogenituræ, & fideicommissi, adeout, ex hac varia, & inconstanti denominatione, censeri nequeat jure unius magis, quam alterius dispositionis.

Postremo non refragatur, quod per obitum Ludovici Lucretiæ Primogeniti sine liberis caducata videatur substitutio, nec succedere valuerit Dux Hippolytus secundogenitus, ac descendentes ab eo, quoniam in Substitutione Primogeniti per ejus obitũ venit etiam Secundogenitus; Primogenitus
14 enim dicitur, quem nemo actu præcedit in genitura, ut scribunt Menoch. *cons.* 772. *n.* 3. Andreol. *controv.* 254. *n.* 43. Modern. Lucen. *consult.* 297. *n.* 2. 3. & 4. Tiraquell. *de Jur. primog.* *q.* 3. *n.* 6. quod fortius dici debet in hac hypothesi ex voto perpetuæ conservationis bonorum in familia, quod ad hunc
15 effectum expendunt Bellon. jun. *cons.* 11. *n.* 12. Peregr. *cons.* 45. *n.* 27. *lib.* 1. Fondut. *q. Civil. lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 3. Rot. *dec.* 313. *n.* 11. *p.* 5. *rec.* & *dec.* 343. *n.* 14. cor. Cavaler. & ex successivo facto successionis Ducis Hippolyti Secundogeniti, *ut supra*, apposita in Primogeniti substitutione, quæ efficit; & sicut supra defectum Primogeniti vocati fuerant Secundo, Tertio, & ulterius geniti cum suis lineis, ac descendentiis in perpetuum, & in infinitum ordine Primogenituræ; ita etiam vocati censeantur in eadem substitutione.

Et ita suffragantibus omnibus Dominis decisum fuit utraque &c.

R. P. D. HERVAULT.

Romana Manutentionis.

Lunæ 15. Martii 1688.

ARGUMENTUM.

En est virtus vulgaris anomalæ in compendiosa contentæ, quamvis caducentur substitutiones intermediæ, aperiatur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducorum, ad ornatum *disc.* 18. *de Fideicom.* Card. de Luca ne fideicommissum possit inducere retentionem bonorum, quorum possessio propria authoritate capta fuit, sola sufficit dubietas detractionum.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissarius tenetur accipere hæreditatem de manu hæredis.*
2 *Substitutio distributive pluribus facta per uniuscujusque mortem purificata dicitur.*
3 *Substitutio facta sub commemoratione mortis dicitur compendiosa.*
4 *Et continet vulgarem anomalam.*
5 *Virtus vulgaris anomala in compendiosa contenta est, ut quamvis caducentur substitutiones intermediæ aperiatur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducorum.*
6 *Substitutus substituto hoc non capiente dicitur substitutus instituto.*
7 Reciproca *non censetur facta, si deficiat requisitum quod ab ultimo ex honoratis tota hæreditas substituto restituatur.*
8 *Detractio virtute Legitimæ non impedit Immissionem fideicommissario pro indiviso.*
9 *Sufficit sola dubietas detractionis, ut fideicommissarius non possit capere fideicommissum propria auctoritate.*
10 *Testamentum non vitiatum plene probat.*
11 *Et sufficit ad hoc, ut vitiatum non dicatur quod exhibeatur copia a Notario scripta, cum ipse si vitia reperirentur, illa in copia descripsisset.*
12 *In magna Curia Vicariæ Neapolis non solet quis hæres declarari, nisi Testamentum validum sit.*
13 *Observantia Testamenti removet omnem fraudis & nullitatis suspicionem.*
14 *Bina subscriptiones in schedula Testamenti, quam ultima reperitur magis ampla, non tribuit suspicionem falsitatis.*
15 *Testamentum præsumitur Testatori fuisse lectum, si subscripserit.*
16 *Ex quibus desumatur præsentia Testium consignationi Testamenti, licet eorum subscriptionibus non asseratur, & n.* 17.
18 *Non est prohibitum Testibus quin se subscribant post rogitum Notarii; imo talis subscriptio in Jure hac forma præcipitur.*

DECISIO VIII.

DUO bonorum in genera reperta fuere in hæreditate cl. me. Ducissæ Laviniæ, bona nempe subjecta fideicommisso materno Principissæ Constantiæ, & bona libera ipsius; priorum possessionem adepta fuit Ven. Ecclesia Sancti Ignatii Societatis Jesu, uti post obitum Laviniæ substituta, ad utraque vero extrajudicialiter immitti obtinuerunt Excellentiss. Sorores de Ludovisiis superstites similis substitutionis titulum, & intestatæ successionis jura allegantes; sed adversus easdem insurgente Excellentiss. Principe Joanne Baptista fratre, ac hærede Testamentario Ducissæ, & Cessionario nomine ejusdem D. Marchione Cæsare Baldinotto, qui similiter actualem bonorum possessionem apprehendit, excitata fuit acerrima controversia in summariissimo possessorii Judicio, in quo post sententiam ab A. C. latam favore DD. Sororum de Ludovisiis, decreta fuit Rota manutentio Marchioni Baldinotto, exclusis tam Ven. Ecclesia S. Ignatii, quia tanquam fideicommissaria de manu hæredis possessionem accipere tenebatur, juxta Text. *in l. primo ff. quorum l.* quam præfatis 1
Sororibus, quia eorum possessio capta ab intestato, & cum clausula *sine præjudicio habentium meliora, & potiora jura*, non attendibilis non videbatur adversus hæredem scriptum potentius jus ex Testamento illico desumentem, ut ostensum fuit in tribus decisionibus a R. P. D. meo Caccia editis ante sententiam, a qua interposita appellatione, Causaque mihi commissa cum clausula, *Alteri qui ad legitimam*, pluries disputandum proposui dubium — *An esset procedendum ad legitimam executionem mandati de manutenendo*, sed nulla unquam capta resolutione in tertia propositione rescriptum fuit, *quod videretur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, seu immissionis*, cujus examine hodie suscepto.

DD. dixerunt constare de bono Jure Ecclesiæ Sancti Ignatii & Marchionis Baldinotti ad effectum consequendi immissionem pro indiviso in bonis hæreditariis Principissæ Constantiæ, & quoad hæreditatem Ducissæ Laviniæ constare de bono Jure D. Marchioni ad effectum immissionis.

Quod attinet ad primam Dubii partem resolutionis ratio resultare visa est ex lectura Testamenti Constantiæ, quæ relicta Principi Joan. Baptistæ legitima in defectum alterius filii masculi, quam ex ejus ventre prægnante nasciturum sperabat, filias feminas pro virili in tota hæreditate substituit, hisque etiam deficientibus, alias substitutiones ordinando sic disposuit, *& in morte di ciascheduna di quelle, e di tutte, ne succeda, e debba succedere il Sig. Principe D. Camillo: qui erat Testatricis frater, & in morte di quello ne succeda, e debba succedere la Chiesa di S. Ignatio del Collegio Romano della Compagnia di Gesù.* Et rursus idem repetendo, ait, *& à morte di ciascheduna, come di tutte ne succeda, e debba succedere in detta mia credità il Sig. Principe D. Camillo Panfilii, & à morte di detto Sig. Camillo, succeda la Chiesa di S. Ignatio*, ex quibus verbis cum pateat Ecclesiam fuisse vocatam tam in casu obitus omnium dictarum Sororum collective, quã in casu obitus singularum, eisdem distributive facta cẽsetur substitutio, quæ per uniuscujusq; mortẽ purificata dici-

dicitur Rot. *dec.* 49. *n.* 4. *p.* 9. *rec.* cor. Dunoz. Jun. *dec.* 562. *n.* 2.

2 Contra hanc literalem substitutionem objiciebatur, vel eam penitus fuisse caducatam ob mortem Principis Camilli substituti intermedii, vel eidem nondum locum esse posse ob reciprocam favore aliarum Sororum superstitum prius ordinatam.

3 Verum utraque pars objecti removetur. Prima siquidem, quia agitur de substitutione facta sub commemoratione mortis, quæ dicitur compendiosa, Bart. *in l. Centurio* 15. *n.* 9. *ff. de vulg. & pupill.* Peregr. *de fideic. art.* 34. *n.* 2 *& seq.* Rot. *dec.* 212. *n.* 5. *p.* 4. *tom.* 1. *rec.* inter alias substitutionum species continens vulgarem anomalam, ut pariter docuit Bart. *in d. l. Centurio n.* 26. *&* 32. *ibique DD. communiter.*

4 Dec. *cons.* 416. *n.* 6. Bich. *dec.* 17. *n.* 6. *seqq. & dec.* 548. *n.* 6. cujus virtute quamvis caducentur substitutiones intermediæ, aperitur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducorum juxta famigeratam theoricam

5 Bart *in l. quandiu* 68. *ff. de acquir. hæredit.* ab omnibus receptam, Bellon. Jun. *cons.* 85. *n.* 32. Guidopap. *dec.* 550. Rot. *dec.* 324. *n.* 4. *p.* 17. *rec.* Eminentissimus Cerrus *dec.* 841. *n.* 3. *& dec.* 921. *n.* 2. Bich. *dec.* 27. *n.* 5. *& seqq.* & aliis relatis concordantibus novissime dictum fuit in una *Bononien. Fideicommissi de Bovis*, 20. *Junii anni præteriti* §. *quæ concedenda est*, coram me, cum substituto hoc non capiente

6 dicatur substitutus instituto, Rnin. *cons.* 94. *n.* 1. *lib.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 15. *n.* 14. *dec.* 684. *p.* 1. *divers.* & prosequitur mox relata decisio coram me.

7 Altera vero pars objecti facili pariter negotio tollitur, quia in prænarrata substitutionum serie reciproca expressa non legitur, nec tacita subintelligi valet, deficiente ob substitutionem distributive factam a morte *di ciascheduna*, precipuo requisito, quod ab ultimo ex honoratis tota hæreditatis substitutio restituatur, Socein. Sen. *cons.* 69. *prope finem vers. aut simpliciter lib.* 3. Bellon. Sen. 82. *n.* 10. *vers. sed dic.* coram Eminentiss. Cerr. *dec.* 631. *n.* 4. *& seqq.*

Hæc igitur cum ita se habeant, debetur immissio Ven. Ecclesiæ S. Ignatii virtute literalis substitutionis, quæ minime retardari posse visa est sub prætextu legitimæ ex persona Ducissæ Laviniæ a Principe Joanne Baptista prætensæ; quia talis detractio utpote certa ratione loci, & quotæ impedire

8 non valet, quominus fideicommissario concedatur immissio pro indiviso, juxta opinionem semper a Rota servatam, ut testatur Adden. ad Buratt. *dec.* 63. *n.* 14. concordantes referens resolutiones, Caval. *dec.* 573. *n.* 2. Dunoz. Jun. *dec.* 637. *n.* 2. & alibi passim.

Hæc autem plena æquitatis provisio fideicommissarii pariter, & hæredis indemnitati consulens prætendi nequit, quod suffragari non debeat Marchionis Baldinotto sub prætextu, quod ejus Auctor detractiones omnes consumpserit.

Quia, ut diserte probat prima Decisio R. P. D. Caccia *a* §. *Non obstante usque ad finem*, Princeps Joannes Baptista, vel nihil detraxit ex fideicommisso, quod fuerit imputandum in legitimum Laviniæ, vel rebus illis, quas fideicommissarius detractas conqueritur, manifeste consumpta non apparet tota legitima; ideoque cum verisimile, quinimo certum videatur superesse adhuc aliquid ab hærede detrahendum, æquum non est, quod idem præpostero Juris ordine cogatur restituere, prius quam liquidetur portio,

9 quæ detrahenda remanet.

His sic firmatis quoad Bona fideicommissaria, quod attinet ad bonum Jus Marchionis Baldinotti pro consequenda Immissione, illud desumptum fuit ex publico Instrumento Testamenti, in quo scriptus legitur hæres Princeps

10 Joannes Baptista ejus Actor, quod tanquam non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, plene probat pro hærede Coccin *dec.* 2226. 5. *& seqq.*

Nec necessaria visa est matricis, sive originalis exhibitio instanter ex adverso petita sub prætextu plurium nullitatum, quæ ex illius inspectione detegendæ dicebantur.

Quia cum sumptum exhibitum sit publicum, & solemne, ejusdemque Notarii manu confectum, habetur loco originali, eoque satisfactum dicitur legi, quæ tanquam valde confidens integritati Notarii præsumit illud desumpsisse ab originali, prout jacet, & quod per consequens mentionem

11 fecisset de vitiis, & nullitatibus, si quæ in matrice adfuissent, Gratian. *discept.* 197. *n.* 13. *cum seq. & discept.* 268. *n.* 31. Rot. coram Verall. *dec.* 354. *n.* 1. *p.* 2. *dec.* 178. *n.* 5. *& dec.* 180. *n.* 2. coram Durano *dec.* 61. *n.* 6. *cum seqq. p.* 12. *& dec.* 104. *n.* 4. *p.* 16.

Idque potiori jure procedere debet in nostra hypothesi, ex quo post obitum Testatricis idem Testamentum in pluribus Curiis exhibitum, & executum apparet. Primo enim illius virtute præfatus Princeps declaratus fuit hæres Ducissæ in Magna Curia Vicariæ Neapolis cum decreto præambuli, quod juxta præfatæ Curiæ ritus, non nisi in Testamentis validis interponitur Teste Censal. ad Peregr. *de fideicomm. art.* 48. §. *Tertio observo fol.* 311. Thor. *vot.* 60. *& tot.* 84. *n.* 336. *vers. sed in magna Curia Vicar. de Franch. dec.* 204. *n.* 1. *&* 2. Capyc. latr. *dec.* 180. *n.* 18. & deinde executioni demandatum apparet hic in Urbe tam in Curia Capitolina ad instantiam Exc. Ducis Atri Viri, & Legatarii Ducissæ Laviniæ DD. Sororibus, quam in Curia A. C. in qua hæres in eo scriptus citato clar. mem. Cardinali Ludovisio virtute ejusdem Testamenti, res hæreditarias sibi tradi curavit, ac credita hæreditaria exegit. 12

Hæc autem observantia controversi Testamenti tot replicatis actibus inducta cum plene comprobet ejusdem legalitatem omnisque fraudis, & nullitatis suspicionem amoliatur, Gratian. *discept.* 478. *n.* 6. *&* 7. Verall. *dec.* 354. *n.* 6. *p.* 2. Priol. *dec.* 333. *n.* 2. *& dec.* 185. *n.* 7. *p.* 10. *dec.* 61. *n.* 12. *&* 13. *p.* 12. *& dec.* 104. *n.* 12. *p.* 16. *DD.* parum immorandum esse censuerunt refellendis nullitatibus ex adverso oppositis. 13

Nullam enim suspicionem ingerere potuit duplex subscriptio in ejus calce apposita, quorum prima facta legitur generalibus verbis-- *Donna Lavinia Duchessa d'Atri*; altera vero alieno charactere conscripta sic habet-- *Io D. Lavinia Ludovisi Duchessa d'Atri dico esser questa la mia ultima volontà per mano di me Francesco Andrea Mezzara di suo ordine*; quia licet ad schedulæ identitatem probandam sufficeret prima, attamen secunda amplioribus verbis de ordine Testatricis ab alio confecta non derogat, sed potius coadjuvat realitatem Testamenti, factaque censetur pro majori cautela, & quo Testatrix morbo languens sua manu adjicere non potuit verba illa -*Testo, e dispongo*, quæ in secunda leguntur, ut animadversum fuit in una *Romana Testamenti* 12. *Februarii* 1671. cor. Reverendissimo D. de Bourlemont confirmat coram Reverendissimo Emerix Decano 19. *Januarii* 1682. *&* 14. *Junii* 1683. 14

Ex quibus tollitur aliud objectum, quod nempe Testatrici lectum non fuerit Testamentum, atque in eo contenta ignoraverit; nam ex subscriptione contraria insurgit præsumptio, Rota cor. Coccin. *dec.* 1266. *n.* 7. *& seq. & in rec. dec.* 581. *n.* 16 *p.* 4. *tom.* 3. *rec.* & traditur in mox allegata decisione Reverendissimi D. de Bourlemont. 15

Minus subsistit, quod Testes non fuerint præsentes consignationi id conjiciendo ex eo, quod in eorum subscriptionibus non asseratur. 16

Primo, quia subscribendo implicite testantur consignationem, aliaque omnia narrata in rogitu Notarii, esse vera, & coram ipsis gesta. 17

Secundo, quia de eorum interventu constat eo rogitu Testamenti in quo narratur Regium Judicem ad contractus, Notarium, & Testes rogante Ducissa intervenisse confectioni Testamenti, illiusque subscriptioni, & consignationi, & idipsum confirmat subscriptiones Testium affirmantium, se vidisse Testatricem subscribentem, qui actus subscribendi cum præcesserit cedulæ consignationem, planum fit eosdem fuisse illi præsentes.

Demum non urget, quod subscriptiones Testium inverso ordine post rogitum Notarii leguntur; Tum quia hunc esse stylum illarum Partium suppositum fuit in responsionibus datis ab informantibus pro Marchione. Cum etiam quia nullibi præcipitur, Testes sub pœna nullitatis subscribere debere ante rogitum Notarii, quinimo contrarium innui videri posset in *l. hac consultissima* 21. *C. de Testam. ibi--finem autem Testamenti subscriptionem*, *& signacula Testium esse decernimus &c.*

Vindicato igitur a nullitatibus Testamento Ducissæ, immissio ejus virtute debita Marchioni Baldinotto tanquam Cessionario Principis Ludovisii hæredis impediti nequit excipiendo quod credita, pro quibus cessionem a dicto Principe reportavit, jam fuerit extincta reditibus Principatus Plumbini, ex quorum administratione dicebatur insuper remansisse debitorem sc. 100. mil. juxta decretum Regii Consilii Mattiti a quo instantibus Principe, ejusque Creditoribus sequestrati fuerunt reditus omnes, quos Marchio habet in Regno Neapolis. 18

Etenim cum ab hujusmodi Decreto pendeat recursus ad idem Concilium, eo pendente dici nequit constare de vera, & reali satisfactione creditorum Marchionis, quam quidem satisfactionem, aliquo forsan pacto probare posset si idem emanasset post redditas rationes; sed cum prodierit ante

ante illas dispunctas canonizare non valet debitum contra administratorem, sed potius tanquam editum in contumaciam resolvi videtur in gravatoriam, ut Marchio exhibeat, & reddat rationem de bonis administratis, ex quibus præterea animadvertebatur inverisimile prorsus esse intra paucos annos tot reditus perceptos fuisse ab administratore, ut satisfactus fuerit de sc. 180. mil. quorum anno 1682. per publicum Instrumentum declaratus fuerat liquidum creditor dicti Principis Ludovisii, atque insuper remanserit debitor sc. 100. mil.

Et ita omissis aliis levioribus objectis ab informantibus plene sublatis responsum fuit partibus acerrime informantibus.

R.P.D. CAPRARA.

Romana Manutentionis.

Mercurii 23. Martii 1689.

ARGUMENTUM.

Traduntur ea, quæ in superius relata decisione continentur.

SUMMARIUM.

1 *Substitutus per vulgarem anomalam in compendiosa contenta subintrat in locum & gradum substituti, qui ante captam hereditatem prædecessit.*
2 *Caducato primo gradu substitutionis subsequens evanescit conditionalis substitutio.*
3 *Verba distributiva resolvuntur in conjunctiva per existentiam personæ magis Testatori dilecta.*
4 *Substitutio facta per verba communia & sub commemoratione mortis dicitur compendiosa, etiam si non adsit verbum* quodcunque.
5 *Virtus substitutionis anomala, quæ in compendiosa continentur, est, ut dicatur facta vocatio sive substitutus obierit adita, sive non adita ab ipso hereditate.*
6 *Locum non habet vulgaris anomala & nequaquam substitutus subintrat in gradum prædefuncti, si ab illius manibus Testator praeise dispofuerit, ut capere deberet hæreditatem.*
7 *Vulgaris anomala excluditur, si substitutio concepta fuerit cum verbis importantibus ordinem succedendi.*
8 *Vel sub aliqua conditione, qua non fuit purificata, vel in certum casum, qui non evenit.*
9 *Verba* succeda, e debba succedere, *sunt directa, & communia, & non restringunt dispositionem ad puram fideicommissariam.*
10 *Maxime si substituta fuerit pia Causa.*
11 *Persona prædilecta non impedit successionem favore substituti, quando substitutio est facta distributive, & collective simul.*
12 *In claris frustra proponuntur conjecturæ.*
13 *Pro legitima datur immissio pro indiviso.*
14 *Testamentum non abolitum, nec cancellatum, neque in ulla sua parte vitiatum plenam constituit probationem favore hæredis in eo scripti.*
15 *Copia testamenti a Notario ex ipso originali desumta præsumitur illi uniformis, & dicitur æque originalis.*
16 *Credendum non est, Notarium sumpsisse authenticum ab originali otioso ipsius vitio suppresso.*
17 *Magna Curia Vicariæ Neapolis non solet aliquem declarare heredem, nisi testamentum se solemne.*
18 *Testamentum validum præsumitur, si tanquam tale fuit observatum.*
19 *Non præsumitur quod veniens ab intestato tacuisset, si testamentum, in quo alius extitit heres scriptus, validum non fuisset.*
20 *Identitas schedulæ testamenti, ac illius validitas satis ex subscriptione verbis generalibus concepta emergit.*
21 *Et si alia addatur, nihil deperit.*
22 *Ex subscriptione testamenti oritur præsumptio scientiæ illius.*
23 *Et sola possibilitas pro illius validitate exuberat.*
24 *Testes in testamento uno eodemque die nullo actu extraneo interveniente se subscribere debent.*
25 *Ex quibus hoc implementum desumatur.*
26 *Testes fuisse præsentes consignationi testamenti probatur ex rogitu Notarii.*
27 *Attestatio unius Testis extrajudicialiter confecta non potest retardare executionem testamenti.*
28 *Sicuti heredi scripto debetur immissio.*
29 *Ita debetur ejus Cessionario.*
30 *Gravatoria nil aliud est quam pœna pecuniaria, quam Judex imponit contumaci, & non parenti ejus præceptis.*
31 *Ante redditam rationem Administrator dici non potest, neque Creditor, neque Debitor.*
32 *Exceptio non redditæ rationis retardare nequit executionem crediti liquidi, quod nullam habet dependentiam ab ipsa administratione, & n. 33.*

DECISIO IX.

SAcra Rota hodie censuit, esse confirmandas tanquam validas, & justas binas sententias Rotales latas coram Rev. P. D. Hervaul, quarum una decernit immissionem Ven. Ecclesiæ S. Ignatii pro indiviso cum Marchione Baldinoro Cessionario Principis Joannis Baptistæ super bonis provenientibus ab hæredirate Principissæ Constantiæ Ludovisiæ in vim substitutionis ab ista ordinatæ, & ad ejusdem Ecclesiæ favorem purificatæ per obitum Ducissę Laviniæ illius filiæ. Altera vero eidem Marchioni immissionem pariter indulget super bonis liberis ejusdem Ducissæ ex ejus Testamento ad eundem Principem Joannem Baptistam Fratrem delatis.

Validitas nanque utriusque sententiæ est incontroversa apud Patres.

Justitia vero quæ respicit primam, resultat ex Testamento ejusdem Principissæ Constantiæ, in quo instituto sibi hærede filio masculo nascituro, ei substituendo pro æquali portione tres filias feminas, istis sic substituit, *& a morte di ciascheduna di quelle, e di tutte ne succeda, e debba succedere il Sig. Principe D. Camillo Panfilio mio Fratello, & a morte di quello ne succeda, e debba succedere la Chiesa di S. Ignatio nel Collegio Romano della Compagnia di Gesù &c* quod, successive etiam reperit in alio casu, ibi. *& a morte di ciascheduna come ai tutte ne succeda, e debba succedere in detta mia heredità il Sig. Principe D. Camillo Panfilio, & a morte di detto Sig. D. Camillo succeda la Chiesa di S. Ignatio.* Unde cum purificata successione ad favorem feminarum, altera ex istis, nempe Ducissa Lavinia nuper obierit, prædefuncto jam Principe Camillo, aperta fuit Substitutio ad favorem Ecclesiæ S. Ignatii, quæ licet secundo loco vocata, nihilominus per vulgarem anomalam in compendiosa contentam in illius locum subintravit, ac si immediate fuisset ipsi Ducissæ substituta, & præcedens gradus factus neutiquam fuisset, juxta receptam theoricam Bart. *in l. quandiu n. 10. ff. de acquir. hær.* Surd. *dec.* 37. *n.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 15. *n.* 14. Card. Cels. *dec.* 388. *n.* 10. Rota *dec.* 332. *n.* 6. *& seq. & dec.* 403. *n.* 11. *& seqq. p.* 2. *& decis.* 201. *n.* 11. *& seq. & dec.* 227. *n.* 3. *& seqq. p.* 8. *et dec.* 427. *n.* 7. *n.* 2. *o.* 14. & *dec.* 353. *n.* . *et* 5 *p.* 15. *et in dec.* coram R.P. Hervault 15. Martii 1688. §. *verum utraque.* 1

Nec obstare visa sunt duo, quæ iterum in hac secunda instantia adversus purificationem d. substitutionis objiciebantur; unum nempe, quod vocatio Ecclesiæ sit restricta ad simplicem fideicommissariam verificabilem solum in casu, quo Princeps Camillus primo loco substitutus supervixisset Ducissæ Laviniæ, & fideicommissum agnovisset, itaut per prædecessum ejusdem Principis, vivente Ducissa, sicut caducatus fuit prædecens gradus substitutionis, ita evanuerit etiam subsequens conditionalis substitutio ad favorem Ecclesiæ ordinata, juxta Doctrinam Angeli in eadem *l. quamdiu ff. de acquir. hered.* Alex. *consil.* 10. *n.* 5. *lib.* 1. Altograd. *consil.* 36. *n.* 1. *et seq. lib.* 1. Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 107. *n.* 6. *et seq.* Rota coram Priolo *dec.* 138. *num.* 1. *et seqq. repetita in rec. dec.* 154. *p.* 13. 2

Et alterum, quod ob superexistentiam Sororum defunctæ Ducissæ Cohæredum nullatenus purificata dicatur dispositio ad favorem Ecclesiæ, quamvis concepta per verba distributiva, *a morte di ciascheduno,* quia cum supersint personæ magis dilectæ, ut sunt Sorores, & respective filiæ Testatricis, verba distributiva solvuntur in conjunctiva, & expectandus est omnium obitus ob verisimilem, ac præsumptam mentem matris præferendi proprias filias magis dilectas extraneo substituto, ut in his terminis Alex. *consil.* 175. *n.* 8. *et seqq. lib.* 5. *quem aliis allegatis sequitur* Peregr. *de fideic. art.* 13. *nu.* 32. *et* 33. *et his relatis* Rot. cor. Cocc. *dec.* 938. *per tot. et dec.* 945. *n.* 1. *et* 2. 3

Etenim utrunque animadverterunt DD. cessare ex ipsis verbis Testamenti; nam quoad primum Testatrix concepit ambas substitutiones pure per verba communia, & sub commemoratione mortis, ibi *et a morte di quello succeda, e debba succedere,* Unde non potest dici conditionaliter, sive per fideicommissum substituisse, sed per compendiosam, etiamsi non adjecerit verbum *quandocunque,* ut notant communi- 4

muniter Doctores in *l. Centuria*, *& signanter* Bartol. *n. 9. 25. & 32. ff. de vulg. & pupill. & in l. precibus C. de impuberibus*, *& aliis substitutis*. Fusar. *conf. 25. n. 13. & seq. & de substit. q. 233. n. 29. & 30. & latissime Mart. de success. leg. p. 4. q. 30. n. 1. 2. & 3.* Rota cor. Durano *dec. 339. num. 12.* cor. Bichio *dec. 445. n. 15. & seqq.* Priol. *dec. 110. num. 12. & seqq.* Card. Cerr. *dec. 513. n. 11. & seq.* sub qua continetur anomala vulgaris, cujus virtute substitutio Ecclesiæ intelligitur facta, sive Princeps Camillus obierit, adita, sive non adita ab ipso hæreditate, ex deductis per Mart. *de success. le-*
5 *gal. p. 4. q. 30. d. art. 1. n. 1.* Card. Cels. *dec. 33. n. 10.* Rota *dec. 147. n. 18. & 19. post* Torr. *de pact. & dec. 201. n. 6. & seq. & dec. 227. n. 3. & seq. p. 8. rec.* & in hujus facti specie respondit Rota *in Romana*, *seu Florentina Successionis 30. Januarii 1682. §. etenim cum seq.* coram R. P. D. Ursino.

6 Observando præsertim, quod Ecclesia non fuit substituta nominatim ipsi Principi Camillo, juxta *l. Celsus §. 1. ibi-quod alicujus hæredis fidei nominatio committitur ff. de legat. 2.* vel
7 cum verbis importantibus ordinem succedendi, juxta deducta per Altograd. *conf. 46. lib. 1. in objecto alleg.* Card. Cels. *dec. 388. n. 11. & seq.* vel sub aliqua conditione, quæ non fuerit purificata, vel in certum casum, qui non evenerit, in
8 quibus terminis loquitur Rota cor. Priol. *dec. 338. ut ipsamet distinguit n. 15. cum tribus seqq. & clarius in dec. 427. n. 3. & 4. p. 14. rec.* sed cum verbis impersonalibus, ac directis, seu communibus, ut sunt supra recensita, *& a morte di quella*
9 *succeda*, *e debba succedere*, per quæ dicendum est Testatricem noluisse restringere dispositionem ad puram fideicommissariam, sed voluisse Ecclesiam S. Ignatii succedere, quocunque tempore mors Principis sequatur, sive ante, sive post obitum filiarum, & sic ipsismet filiabus hæredibus, ad *Text. in l. si plures ff. de legatis 3.* & *gloss. in d. l. Gallus §. & quid si tantum* Card. de Luca *de fideicommiss. in alleg. disc. 107. sub n. 7. vers. hinc proinde cum sequent.* Giovagn. *conf. 76. n. 10. & conf. 77. n. 37. & seq.* Peregr. *de fideic. art. 15. n. 27.* Rot. *dec. 322. n. 8. & seq. & dec. 403. n. 7. & seq. p. 2. & dec. 201. n. 16. p. 8. & dec. 12. n. 21. & 22. p. 10. &* cor. Bich. *dec. 445. n. 31. vers. neque in contrarium*, *& seq.*

10 Maxime quia agitur de substitutione favore piæ causæ, & in pios usus, hoc est pro erectione Capellaniarum, & celebrandis Missis pro anima ipsius Testatricis, ut advertit Rota *dec. 150. n. 15. & 16. p. 7. & d. dec. 12. n. 15. & 16. p. 10. rec.*

11 Quoad secundum observarunt DD. quod Testatrix non solum vocavit Ecclesiam in casu obitus cujuslibet ex filiabus singulatim, sed etiam in casu obitu omnium collective; unde quidquid sit, quando substitutio est facta per sola verba distributiva, an intelligatur conjunctive ob existentiam personæ prædilectæ, & quæ ab intestato excluderet substitutum, in quibus terminis loquuntur auctoritates pro affirmativa in objecto allegatæ, cessat hujusmodi quæstio, quoties, ut in præsenti, & distributive, *a morte di ciascheduno*, & collective in obitu omnium, *come di tutte*, fuit datus substitutus; hoc enim casu, cum clara sit voluntas Testatricis utroque modo substituendi, non attenditur, an supersit persona prædilecta ad improprianda verba, sed indistincte per uniuscujusque obitum, & in cujuslibet portione purificatur substitutio, Giovagn. *conf. 82. n. 38. 49. & 50.* Rot. cor. Amato Dunoz. *dec. 562. n. 2. & dec. 49. n. 4. p. 9.* in individuo perpensis hinc inde rationibus fuit resolutum in Senatu Granatensi penes Larream *dec. 61. per tot. & decisive a n. 19. usque ad finem*.

12 In nihilo relevantibus conjecturis, & argumentationibus in contrarium cumulatis, ad convincendam Principissæ voluntatem, præferendi prius omnes ejus filias, antequam Ecclesia ad successionem admittatur; quia cum ex verbi supra ponderatis expresse aliter constet, non est admittenda controversia voluntatis, & in claris frustra agitur de conjecturis, & præsumptionibus, ut respondit Larrea *d. dec. 61. n. 43.* Giovagn. *conf. 82. n. 49. & 50.* & Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. t. 5. sub n. 2. vers. nam cum in verb.*

13 Stante igitur justitia sententiæ respectu Ecclesiæ, ipsa eadem non fuit in dubium revocata; quod Marchionem Baldinottum, cui pro legitima debita Ducissæ Laviniæ hæredi gravatæ super iisdem fuit data immissio pro indiviso, cum illa non soleat denegari, Rota coram Amat. Dunoz. *dec. 637. n. 2. & dec. 302. n. 9. p. 13. rec. & in Anconitana Legitimæ 26. Junii 1687. §. finali*, coram me.

Justitia alterius sententiæ, in qua pariter immissio decernitur eidem Marchioni Baldinotto super bonis liberis Ducissæ Laviniæ desumitur ex publico Instrumento illius Testamenti, in quo hæres instituitur Princeps Joannes Baptista Marchionis Auctor, quod cum non sit abolitum, nec cancellatum, nec in ulla supra parte vitiatum, plenam consti-
tuit probationem favore hæredis in eo scripti, Honded. 14
conf. 66. n. 1. & 2. lib. 1. Altograd. *consil. 50. n. 8. vers. Instrumentum*, Cyriac. *contr. 407. n. 72. & seq.* Rub. *practic. resol. de Testam. c. 38. a n. 129. & seq.* Rot. cor. Carill. *dec. 128. n. 1. & seq. ejusque vigore datum immissio ex l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollen.* Thomat. *decis. 80. n. 9.* Rota *dec. 104. n. 4. p. 16. rec.*

Absque eo, quod necessaria sit exhibitio originalis seu 15
matricis, quia cum exemplum, quod fuit productum, sit a Notario rogato desumptum ex ipso originali, præsumitur illi uniforme, & dicitur æque originale, Menoch. *de adipiscen. remed. 4. n. 651. & seq.* Grat. *discept. 187. n. 13. & seqq.* Rot. *dec. 233. n. 6. & 7. & dec. 236. n. 3. et 4. p. 5. et dec. 61.* 16
n. 6. p. 2. rec. cum non sit credendum Notarium (cujus fidei multum lex confidit) sumpsisse Authenticum ab originali vitioso, ipsius vitio suppresso, ut subdit Menoch. *de adipiscen. d. remed. 4. sub n. 654. vers. nec adversatur*, Gr. *discept. 268. n. 30. et 3.* Rot. *d. dec. 61. n. 10. et 11. part. 12. rec. cum aliis in dec.* R. P. D. Hervault. *§. qui cum sumptum*.

Eo magis, quia concurrit observantia ejusdem Testamen- 17
ti, cum in diversis Curiis fuerit approbatum, & executioni demandatum, primo in Magna Curia Vicaria Neapolis, ubi idem Princeps Ludovisius Frater fuit declaratum hæres per appositionem Decreti, vulgo preambuli, quod non aliter opponitur, nisi quando Testamentum est validum, ut testatur Capyc. *decisione 188. num. 18.* Vincent. de Franch. *decisione 294. n. 1. et seq.* Censal. ad Peregr. *art. 48. §. 3. observ. fol. 311.* & successive in Urbe tam in Curia Capitolina ad instantiam Ducis Atri, consecutione legati sibi ab eadem Ducissa Lavinia uxore relicti, quod obtinuit citatis DD. Sororibus, quam etiam in Curia A. C. ubi idem hæres, citato clar. mem. Card. Ludovisio res hæreditarias sibi tradi curavit, & eredita hæreditaria exegit; ex quo sequitur, quod cum pro legitima dispositione observata hæc fuerit, non sit amplius dubitandum de illius legalitate, nam observantia plurimum potest, ad significandum actum esse solemnem 18
cum pro solemni fuit observatus, ut in terminis Testamenti Menoch. *conf. 423. sub n. 18. vers. 5. et n. 20. et seqq.* Grat. *discept. 429. n. 17. et discept. 468. a num. 5. usque ad 10.* ubi quod scientia, & patientia facit præsumere veritatem Testamenti; nam alias veniens ab intestato non tacuisset, 19
Peregrin. *conf. 64. n. 19. lib. 1.* Rota coram Arguelles *dec. 17. 13. et* coram Merlino *dec. 244. n. 21. vers. præsertim et n. 22. et dec. 185. n. 7. p. 10. rec.*

Nec obstant prætensæ nullitates. Prima nanque, quod 20
schedula testamenti duplicem contineat subscriptionem, aliam Ducissæ cum verbis generalibus *D. Lavinia Duchessa d'Atri*, & alteram alieno charactere exaratam, *Io Lavinia Ludovisi Duchessa d'Atri dico esser questa la mia ultima volontà per mano di me Francesco Mazzara di suo ordine* - nec nullitatem nec fraudem præsefert; quia cum ad schedulæ Testamenti identitatem, ac validitatem satis esset prima subscriptio, licet verbis generalibus concepta, ut in simili subscriptione dixit Altogr. *conf. 58. n. 26. cum duobus seqq. lib. 2.* Adden. ad Buratt. *dec. 475. n. 23.* Rota *dec. 263. n. 12.* 21
vers. perinde est, *et n. 14. p. 4. tom. 2. rec. confirmata decis. 581. n. 13. et 14. p. 4. tom. 3.* Altera, quæ magis late, & explicite fuit ex abundanti, & ad majorem cautelam superaddita de ordine ejusdem Ducissæ, quæ tunc morbo languebat, nihil detrahit de realitate Testamenti, sed illam magis coadjuvat, ut fuit dictum *in decisione* coram R. P. D. Hervault. 15. *Martii 1688. §. Nullam enim*, & prius in *Romana Testamenti 12. Februarii 1681.* coram Reverendissimo D. Bourlemont. *confirmata* coram Reverendiss. Emerix Decano 16. *Januarii 1682. Junii 1683.*

Secunda vero deducta ex eo, quod non constet eandem 22
Testamentariam schedulam fuisse lectam ipsi Ducissæ, vel quod sciret contenta in illa, non fuit habita in consideratione, cum ex subscriptione quam illi apposuit, oriatur præsumptio scientiæ, & quod fuerit antecedenter lecta, ut addunt Jas. *in l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus n. 14. ff. de verb. oblig.* Cravett. *conf. 25. n. 13.* Ruin. *conf. 193. n. 1. et 6. lib. 2.* Altograd. *conf. 58. num. 19. et 26. lib. 2.* Adden. ad Buratt. *dec. 475. sub n. 23.* Rota *dec. 264. n. 16. p. 4. tom. 2. rec. et in illius confirmatoria dec. 581. n. 17. cum seq. p. 4. tom. 3. rec.* cum ad hunc effectum sufficiat sola possibili- 23
tas, ut in fortiori casu dixit Rota coram Pænia *dec. 607. sub n. 13. vers. in hoc ergo*, *et n. 12.*

Nec applicatur tertia nullitas, seu fraudis suspicio præ- 24
tensa ex eo, quod Testes se subscripserint post rogitum Notarii, quæ præposteræ subscriptiones potuerunt apponi post

longum intervallum, contra formam *Text. in l. hac consultissima C. de Testamenti* requirentis, quod Testes uno, eodemque die, nullo actu extraneo intervenienti, subscribant Testamentum, ut dixit Rot. cor. Pænia *dec.* 1471. *n.* 4.

25 Quia visum est DD. ex ipsa rei gestæ scite satis apparere, unico contextu, & tempore fuisse omnia peracta, & adimpletam formam dicti Textus, & impropriè agi de fraude in dispositione quæ non est ad favorem personę extraneæ, & suspectæ, sed in beneficium fratris.

26 Nec majoris efficaciæ est altera, quod Testes non fuerint præsentes consignationi, dum id non exprimunt in eorum subscriptionibus; Etenim cum in illis se dicant præsentes Testamento, & vidisse Testatricem illud subscribere, dum Notarius deinde se rogat de illius consignatione, ad effectum illud conservandi, & aperiendi, ut ipse inquit, *in præsentia eorundem Testium*, palam fit eosdem fuisse præsentes consignationi, & insimul constare, nedum de identitate schedulæ, sed de ipsomet Testamento Ducissæ, Othob. *dec.* 181. *n.* 9. *& seqq.*

27 Attestatio demum Ancillæ ejusdem Ducissæ, quæ pro complemento deducebatur ad ostendendum, eadem nocte nullum fuisse confectum Testamentum a Ducissa, tanquam informis, & unica non est sufficiens retardare executionem Testamenti, cujus existentia remanet probata ex publico instrumento, Rota *in Pisauren. Testamenti* 1. *Aprilis* 1686. a. *Minus autem*, *& seq.* cor. R. P. D. Ursino.

28 Posita itaque validitate Testamenti, denegabilis visa non fuit immissio Marchioni Baldinotto, cum doceat de mandato procuræ Principis Ludovisii hæredis Ducissæ ad capiendam possessionem bonorum hæreditariorum ejus nomine, illamque deinde mutandi ad proprium commodum pro creditis in eodem mandato expressis; nam sicuti ipsi Principi hæredi debite foret, ex reme-

29 dio *legis finalis C. de edicto D. Ad tollen.* ita ex eodem remedio debita est ejus Procuratori, & Cessionario, Argel. *de legit. Contradict. q.* 7. *art.* 2. *n.* 39. *& seq.* Olea *de Cession. jur. tit.* 6. *q.* 5. *n.* 19. Rota *in Sabin. Cens.* 26. *Januar*, 1683. §. *Quia cum Patres*, coram Pirovano.

Nec subsistit, quod Marchio sit de dictis creditis sa-

30 tisfactus; imo remaneat debitor Principis in sc. 100. mil. occasione administrationis Principatus Plumbini, ex decreto Regi Consilii Matriti, cujus vigore fuerunt sequestrati reditus, & bona, quæ ipse Marchio possidet in Regno Neapolis, *Summario præsenti n.* 4.

31 Etenim prædictum decretum nihil aliud continet, quam simplex sequestrum pro sc. 100. mil. ob non tradita a Marchione computa administrationis Status Plumbini, ut legitur *in eodem Summario n.* 4. & sic se habet solum loco simplicis gravatoriæ, seu mulctæ, quæ est propriè pœna pecuniaria, quam Judex imponit contumaci, & non parenti ejus præceptis *l.* 2. *§. fin. ff. de Judiciis*, & cum illa cessaverit per comparitionem, & recursum habitum a Marchione ad idem Consilium Regium, non potest, illo pendente, antequam reddita sit ratio, & disputata computa administrationis, dici in aliquo debitor, Rota *dec.* 231. *n.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* coram Burat. *dec.* 595. *n.* 2. *&* 3. *& in Romana pecuniaria* 3. *Junii* 1667. §. *Ratio resolutionis*, cor. bo. me. Verospio.

Multo minus in præsenti, ubi Princeps ex solidatione secuta de anno 1682. apparet liquidus Debitor Marchionis in scutis 180. milibus *Summario n.* 4.

32 Hinc sequitur, quod cum credita Marchionis de quibus agitur sint clara, & ab ipso Principe in eodem Instrumento mandati procuræ, & respective Cessionis controversorum bonorum confessata, non valet eorundem solutio retardari sub turbida exceptione non redditæ rationis, ac sub inverisimili, & penitus incerto debito nullatenus compensabili cum creditis liquidis *l. statu liber rationem* 3. *ff. de statu liber.* Soccin. sen. *cons.* 24. *n.* 36. *l.* 1. Gratian. *discept.* 728. *n.* 11. Zacch. *de oblig. Cam. q.* 31. *n.* 3. Seraph. *dec.* 1455. *n.* 4. *& seq.* Bich. *dec.* 226. *n.* 3. *seq.* coram Othob. *dec.* 169. *n.* 14. *&* 15. *& in Romana Pecuniaria* 3. *Junii* 1667. & quæ nullam habent dependentiam ab ipsa administratione, Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 39. *&* 40. Rot. *rec.* 351. *n.* 17. *p.* 19. *rec.*

Et ita Partibus hinc inde informantibus fuit resolutum.

R. P. D. CAPRARA.

Lunæ 16. *Januarii* 1690.

ARGUMENTUM.

Est Decisio præcedentium confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta a morte di ciascheduno non potest in se continere reciprocam, cum deficiat requisitum quod ab ultimo ex honoratis tota hæreditas substituto restituatur, & n.* 2.

3 *Verba distributiva resolventur in conjunctiva, existente Persona a Testatore predilecta.*

4 *Hec tamen conclusio minime procederet, si Testator nedum distributive sed etiam collective substitueret, & n.* 5.

6 *Idque magis procederet, si Testator sic pluries substitutionem repetierit.*

7 *Immissio est decernenda in vim copie testamenti a Notario exaratæ.*

8 *Præsertim si idem testamentum pluries fuerit observatum.*

9 *Testium rogitus dicitur implicite adesse, si constet de liberata Testatoris voluntate disponendi.*

10 *In Regno Neapolis adest stylus, ut in testamentis prius Judex, deinde Tabellio, & postmodum Testes se subscribant.*

11 *Ut testamentum validum sit, sufficit, quod constet Testes unico contextu se subscripsisse.*

12 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non sunt in Judicio Immissionis proponendæ.*

DECISIO X.

INhærentes DD. fundamentis præteritæ Decisionis coram me editæ sub die 23. Maii anni proxime elapsi iterum responderunt confirmandas esse Sententias Rotales coram R. P. D. Hervault latas.

Siquidem respectu Ven. Ecclesiæ S. Ignatii transit absque contradictione, & sane unicum, & principale objectum, quod hucusque tam in priori, quam in præsenti instantia fuit sæpius inculcatum, scilicet quod per obitum Ducissæ Laviniæ nullatenus esset factus locus substitutioni Ecclesiæ antedictæ in illius portione ob superexistentiam Sororum, quibus vel per tacitam reciprocam inter eas inductam, vel per præsumptam mentem Testatricis ratione prædilectionis erga Filias, delata foret successio, visum est cessare, animadvertendo iterum, quod reciproca tacita, nec restauratio præsumpta voluntas assistit.

Non quidem tacita reciproca, quia ponderando iterum verba Testamenti in præteritis Decisionibus relata, sicuti iis expressa non legitur, minus tacita subintelligi potest, cum resistant verba substitutionis, quæ cum fuerit distributive facta - *a morte di ciascheduna*, operatur, ut deficiat præcipuum requisitum, quod ab ultimo ex honoratis tota hæreditas substituto restituatur, ut in his terminis notant Doctores *in l. Pater filiam*, §. *Duobus ad l. falcidiam*, Socin. Jun. *cons.* 69. *n.* 7. *col.* 4. *prope fin. vers. sed simpliciter lib.* 3. Paris. *cons.* 42. *sub n.* 20. *& seq. lib.* 2. Bellon. Sen. *cons.* 82. *n.* 10. *vers. sed dic*, Rota coram Barill. *d.* 105. *n.* 25. *& seq. & in rec. d.* 162. *n.* 3 8. 11. *& seq. p.* 8. *& d.* 8. *n.* 4. *cum seq. p.* 13. cum dicta verba importent, ut qualibet moriente fiat locus substitutionis, ut præter mox relatos tradit Peregrin. *fideic. art.* 13. *n.* 88. Modern. Lucen. *alleg.* 35. *n.* 63. 1. *in* 2. Lartea *d. Granat.* 61. *n.* 33. 1 2

Minus assistit præsumpta voluntas desumpta ex prædilectione materna erga Filias, quæ prætenditur eadem verba distributiva resolvi in conjunctiva, ita ut per Ecclesiam substitutam expectari debeat obitus omnino ex auctoritatibus allegatis in præterita Decisione &c. & alterum. Quoniam cum Testatrix Ecclesiam substituerit non solum distributive, — *a morte di ciascheduna*, sed etiam collective in obitum trium — *come di tutte*, ex hac discretiva dispositione, cum constet de aperta ejus voluntate in utroque casu substituendi, cessat quæcunque præsumpta voluntas, & substitutus per obitum uniuscujusque ex hæredibus, & in cujuslibet portione ad succedendum admittitur, ut discusso articulo fuit decisum in Senatu Granatensi apud Larteam *d.* 61. *per tot.* & signanter a *n.* 19. usque ad finem, & firmavit Rota coram Amat. Dunozet. *dec.* 562. *n.* 2. & *dec.* 49. *n.* 4. *p.* 9. *rec.* cum aliis allegatis in eadem præterita decisione §. *Quoad secundum*, Quatenus additur Honded. *cons.* 60. *sub n.* 36. *vers. Tam etiam vol.* 1. discretivus enim modus disponendi ostendit diversitatem tam dispositionis, quam voluntatis disponentis, ut omissis generalibus dixit in hac facti specie Rota coram Card. Cerro *dec.* 682. *num. fin. vers. Sed etiam* 3 4 5

discre-

discretivus, maxime quia non semel, sed bis hujusmodi substitutio sic concepta fuit a Testatrice repetita, quod ostendit ejus enixiorem voluntatem, & mentem magis deliberatam *l.cum Pater filios*, §. *Filius Matrim. delegat.* 1. Parif. *Conf.* 89. *n.*22. *& seqq. lib.* 2. Surd. *conf.* 375. *n.*10. *&*
6 11. Card. Cels. *d.* 293. *num.* 6. & magis praecise Honded. *d. cons.*60. *n.*36. *lib.*1.

Quo autem ad Marchionem Baldinottum, licet totum causae monumentum reduceretur super eo, an testamentum Ducissae Laviniae esset validum; nihilominus animadvertentes Domini Instrumentum a Notario rogato desumptū
7 ab ipso Originali Testamento, & in publica forma in actis exhibitum, nullum continere vitium visibile, non dubitarunt illius vigore debere immissionem vigore *l. fin. C. de edict. D. Adrian. Tollen.* juxta late cumulata in decisione, quae confirmatur §. *Justitia autem* & in alia praecedentis instantiae coram R.P.D. Hervault §. *Hinc sic firmatis, & seq.*

8 Eo facilius concurrente ejusdem Testamenti observantia, dum in pluribus Curiis exhibitum, semper fuit executioni demandatum, vel in favorem Haeredis in eo scripti, vel ad favorem Legatariorum citaris etiam Dominis Sororibus, ut plenius animadversum fuit in iisdem Decisionibus, tam coram R. P. D. Hervault §. *Idque* quam coram me §. *Eo magis*, observantiam enim dat robur Testamenti, illudque solemne, ac validum declarat Menoch. *cons.* 432. *sub numer.* 18. *vers.*5. *& num.*20. *& seq.* Gratian. *discept.* 429. *n.* 17. *& discept.* 460. *a n.* 5. *usque ad* 10. Rot. *dec.*185. *n.*7. *pag.*10. *rec.*

9 Nec ad infringendam Testamenti validitatem subsistunt oppositae nullitates, prima nanque, quod Testes in illo adhibiti, ac subscripti, non fuerint rogati, visa est cessare ex illius lectura tam in principio rogitus consignationis Testamenti, quam etiam in illius apertione praesenti *Sum. n.* 5. juncto &c. quod iidem Testes in eorum subscriptionibus testantur se fuisse praesentes Testamento, & vidisse Testatricem illud subscribere, quoties enim constat de voluntate Testatoris, ut hic deliberate disponendi, Testium rogitus dicitur adesse saltem implicitus, & virtualis, qui sufficit, ut dixit Cardin. de Luca de Testamento *disc.* 15. Grat. *disc.*93. *n.*2. *&* 3. *&* 7. *&* 10. Rota coram Card. Cerr. *dec.*9. *n.*11. *cum duobus seq.*

10 Altera vero desumpta ex praeposteris subscriptionibus post rogitum Notarii, exclusa remaner, sive quia ita se habet stylus in Civitate, ac Regno Neapolis, scilicet ut prius Judex, deinde Tabellio, & postmodum Testes se subscribant in Instrumento seu Testamento, ut refert Lucas de Penna *in l.*2. *sub num.*9. *vers.in Regno cap. de conveniendis fisc. debit. lib.*10. *afflict. dec.*166. *n.*7. sive quia ex serie Testamenti illiusque apertionis apparet Testes fuisse unico contextu, & tempore subscriptos, quod sufficit, ut dicatur adimpleta forma *Text. in L. hac consultissima cap. de Testam. ut re-*
11 *spondet preterita dec.* §. *nec applicatur.*

12 Hinc retardari non posse videbatur petita Immissio sub fundamento pendent probationis super praetensis defectibus Testamenti: Quia praetermisso, quod remissoria jam a mense Novembris concessa usque adhuc non fuit a Dominis Sororibus de Ludovisiis expedita, cum agatur de Testamento non abolito, neque cancellato, nec in ulla sui parte viriato, & probatio facienda per Testes non excludat contrarias, & fortiores probationes ab Haerede scripto factas, vel faciendas; exinde orta non fuit liquida exceptio sufficiens ad retardandam immissionem, sed tanquam altioris indaginis rejicienda est ad petitorium, ut in his Instrumentis advertit Menoch. *de adipiscen.remed.*4. *n.*726. Angel. de *acquir. possess. quaest.*2. *num.*217. Rota *decis.*47. *num.*9. post Merlin. *de legitim.* & fuit dictum in Pisaurensi Testamenti prima Aprilis 1686.... §. *minus autem cum seq.* cor. R. P. D. Ursino.

Et ita persistendo in decisis, fuit resolutum utraque parte audita.

R. P. D. HERVAULT.

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.

Merc. 24. *Januarii* 1685.

ARGUMENTUM.

Agitur de eodem articulo pertractato *in disc.*25. *& seqq.* Card. de Luca *de Fideic.* an sub nomine descendentium masculorum veniant masculi ex femina, & venire deciditur, etiam si contemplata fuerit artificialis agnatio, mediante onere assumendi cognomen & arma Testatoris; quae potest aeque valide adimpleri per masculos ex feminis.

SUMMARIUM.

1 *Statutum disponens, quod duae sententiae habeant vim trium, locum vindicat, quoties sententiae sint justae; secus si injustae.*
2 *Sententia lata contra unum, alium ex propria venientem non praejudicat.*
3 *Sententia absque Citatione prolata, nullius est relevantiae.*
4 *Sententia injusta non transit in Judicatum.*
5 *Appellatione Descendentium veniunt etiam descendentes ex femina.*
6 *Limitatur in fideicommisso agnatio.*
7 *Dispositio nunquam censetur facta favore Agnationis, nisi de hoc clare, & evidenter constet.*
8 *Votum conservandae Agnationis elicitur ex onere assumendi Cognomen familiae.*
9 *Intellige, ut procedat, si Testator vocatis prius omnibus veris Agnatis, in eorum deinde defectum d. onere adjecto invitaverit extraneas personas.*
10 *Non autem si existentibus veris Agnatis, illos non vocaverit, sed alios cum d. onere admiserit.*
11 *Fictam, & imaginariam Agnationem possunt etiam descendentes ex femina conservare.*
12 *Et ut illi dicantur exclusi, opus est ut Testator specifice & expresse illos rejecerit.*
13 *Ut absurda evitentur, etiam a literali sensu verborum recedere oportet.*
14 *Ficta Agnatio judicari debet cum eisdem regulis vere, & rigorosae Agnationis.*
15 *Descendentes ex feminis de linea praedilecta, sive versetur in ingressu, sive in progressu linearum, excludi non debent a masculis remotioris lineae, licet Testator artificialiter, & ficte Agnationis voluerit conservationem.*
16 *Hacque eo magis procedunt, quando Testator extante naturali Agnatione, ab initio ad propriam familiam assumendam allexit extraneos.*
17 *Expressio qualitatis masculinitatis levissimum praebet argumentum praedilectionis Agnationis.*
18 *Qualitas masculinitatis adjecta certis personis, & gradibus substitutionum, operari potest quod inter illos, qui specifice vocati sunt cum d. qualitate, censeatur habita Agnationis ratio, & non ultra & num.* 19.
20 *Verba eo casu sunt taxativa, & nullam admittunt extensionem ad diversa.*
21 *Prohibitio alienationis facta semper censetur ad confirmandum praecedens fideicommissum, non autem ad illud extendendum.*
22 *Digressus ad plures gradus substitutionum non est aptus inducere fideicommissum agnatitium.*
23 *Prout nec etiam verba perpetuitatem importantia.*

DECISIO XI.

Longaevam sui nominis dotationem exoptans Antonius de Ghisellis condidit anno 1499. perpetuum descensivum fideicommissum, in quo pro medietate haeredem primo loco instituit Joannem de Ghisellis, pro alia vero medietate Bartholomaeum Vascellum, eorumque filios, & descendentes in infinitum, hisce deficientibus (praeter alias atque alias substitutiones longo ordine dispositas) reciprocam etiam inter utranque lineam ordinavit, ut constat ex ejus Testamento, cui facto loco ob mortem testantis illius haereditatem adivere praefati Joannes, & Bartholomaeus, a quibus geminae Ghisellorum lineae propagatae fuerunt, ex quarum altera descendit Franciscus Actor, qui per obitum Joannis Rugerii ultimi masculi ex linea Bartholomaei praetendens advenisse casum suae vocationis immitti petiit in possessionem bonorum fideicommissariorum, quae possidebantur ab illius filiabus, Olympia nempe, ac Sor. Maria Candida, seu verius ex hujus persona a Ven. Monasterio S. Guilielmi, in quo Monialis professa existit, judicioque in partibus instructo coram Vicario Generali Bononiae, hic pronunciavit praefatis Sororibus concedendam esse retentionem controversorum bonorum, donec viverent, decernendo post earundem obitum immissionem Francisco, a qua sententia post interpositam utrinque appellationem obiit Olympia, relicto tamen Joanne Rugerio Juniore filio, eoque ad litem admisso coram R. P. D. Vicelegato, cui in gradu appellationis causa commissa repeliebatur, triangularis quaestio inter partes excitata fuit, cum Franciscus excludere praetenderet nedum Sororem Mariam Candidam adhuc ejus vita durante; verum etiam Joannem Ruge-

Rugerium collitigantem noviter exortum, qui e contra instabat pro revocatione primæ sententiæ concedentis immissionem Francisco post obitum utriusque Sororis, illam sibi decerni postulans etiam ad portionem materteræ, quæ omnes controversiæ ut maturiori judicio resolverentur, exquisivit desuper R.P.D. Vicelegatus votum Rotæ Bononien. eoque ab illa reddito in elaborata decisione, tandem tulit sententiam, in qua declaravit fideicommissum ab Antonio ordinatum totaliter purificatum fuisse favore dictæ Monialis, cui manutentionem, & quatenus opus foret immissionem concessit ad ratam Olympiæ, eademque Moniali demum defuncta confirmando primam sententiam, Francisco iterum immissionem ex nunc pro tunc elargitus fuit excluso penitus Joanne Rugerio uti incapace successionis in prædicto fideicommisso, ad cujus instantiam post has geminas sententias vigore Statuti Bononiæ vim rei judicatæ habent, in gradu restitutionis in integrum causa ad Rotam devoluta mihique commissa proposui dubium, *an constet de re ju icata*, seu potius *de causis* &c. eoque mature discusso.

1 Domini responderunt negative quoad primam illius partem, affirmative vero quoad secundam, attenta nullitate, & injustitia sententiarum, quarum respectu nunquam locus est dispositioni staturariæ de duabus conformibus semper intelligendæ de sententiis validis, & justis, Add. ad Buratt. *dec.* 567. *n.* 6. Rot. coram Priol. *dec.* 123. *n.* 6. *et* 7.

2 Et omissis pluribus inter utranque sententiam ab informantibus notatis, atque accedendo ad alios earundem sententiarum defectus; prima tanquam lata contra Olympiam matrem visa fuit afficere non posse Joannem Rugerium venientem ex persona, & jure proprio, & qui de eo tempore nondum natus erat, ad tradita per Altogr. *cons.* 99. *n.* 6. *et* 7. *lib.* 1 Cui neque etiam obstat secunda sententia utpote la-

3 borans insanabili nullitate ob defectum citationis ejusdem Joannis Rugerii contra dispositionem textus *in l. de unoquoque ubi communiter scribentes ff. de re judic.* Rot. cor. Put. *dec.* 61. *n.* 2. *lib.* 3. cor. Priol. *dec.* 123. *n.* 10. & alibi passim, in nihilo adversante citatione executa ad instantiam Sororis Mariæ Candidæ contra Franciscum, quia licet sub dicta citatione ferri potuisset sententia contra citantem, illius tamen vigore nihil decerni poterat contra Joannem Rugerium venientem ad exclusionem, tam Monialis citantis, quam Francisci citati ex præallegatis juribus.

4 Nullitati additur etiam injustitia sententiarum, quæ multo minus patitur easdem transire in judicatum *l.* 4. §. *Condemnatum ff. de re judic. leg. si expressum* 19. *ff. ad appellat. et rel.*

Oritur autem injustitia ex dispositione Antonii fideicom-
5 mittentis, qui descendentes Joannis de Ghisellis substituit Bartholomeo, solum in casu quo defecissent omnes istius filii, & descendentes, atque etiam illi ex Antonio Maria, & Alexandro ejusdem fratribus ortiur, ibi *& casu quo non extarent ipse Bartholomeus, filii, et escendentes ex eo, seu ex eis, et non extarent dicti ejus fratres nominati, ut supra, vel alter ex eis, et descendentes ex eis, quod eorum rata perveniat a Joannem, et eo non vivente ad ejus filios legitimos, et naturales.* Quamobrem cum hodie supersit Joannes Rugerius, qui licet mediante femina descendat a Bartholomæo, comprehenditur tamen sub appellatione descendentium, ad text. *in leg. final. et auth. seq. Cod. de suis, et legitim. auth. de hered. ab intest. venien.* §. 1. Altograd. *cons* 92. *n.* 8. *et seqq. lib* 1. Peregr. *de fideic. art.* 25. *n.* 8. Fusar *quæst.* 425. Rota coram Dunoz. Jun. *dec.* 984. *n.* 20. *et in rec. dec.* 170. *n.* 3. *dec.* 308. *n.* 6. *et seqq. p* 14. *et dec.* 410. *n.* 3. *part.* 19. erit admittendus ad successionem bonorum fideicommissariorum excluso Francisco, cujus substitutio nondum purificata existit.

Nec obstat, quod versemur in fideicommisso agnatitio,
6 a quo excluduntur descendentes ex femina, qualis est Joannes Rugerius, ut limitando communem regulam mox traditam docet Fusar. *d. qu.* 325. *n.* 10.

Quia cum dispositio nunquam censeatur facta favore a-
7 gnationis, nisi de hoc clare, & evidenter constet, Casanatt. *cons.* 48. *n.* 78 Rota coram Ubaldo *decis.* 166. *n.* 8. *& in rec. dec.* 279. *n.* 23. *part.* 6. mature inspecto integro tenore testamenti de quo agitur nulla de vera agnatione ratio in eo habita apparuit, illius enim contemplatio induci minime valuit ex onere assumendi cognomen familiæ de Ghisellis substituris injuncto, quia licet ex illo votum agnationis conservandæ elici tradant Fusar. *de substit. qu.* 499. *num.* 3.
8 Peregr. *de fideic. art.* 25. *n.* 27. Rota cor. Merlin. *decis.* 12. *n.* 39. *& dec.* 65. *n.* 12. *part.* 11. id tamen intelligendum est cum testator vocatis prius omnibus veris agnatis, in eorum de-
inde defectum dicto onere adjecto invitavit extraneas per- 9
sonas. Etenim tum demum apparet cum ex animo veræ agnationis conservationi studuisse, dum naturalis jam extinctæ defectum artificiali ejusdem renovatione reparare consuluit, ut notant Casanatt. *cons.* 15. *n.* 34. *vers. & denique*, *& n.* 35. *& cons* 20. *n.* 29. Fontan. *dec.* 36. *n.* 4. *&* 5. *et per tot.* Rota coram Cerro *dec.* 630. *n.* 9.

At secus quando extantibus adhuc veris agnatis qui mo- 10.
do non ficto naturalem agnationem conservare potuissent, illis tamen neglectis ab initio vocavit extraneos cum eodem onere, prout contingit in præsenti hypothesi, in qua evolvendo iterum seriem substitutionum ab initio relatarum apparet, quod Antonius in ipsa linearum, & successionum origine medietate duntaxat suæ hæreditatis relicta Joanni de Ghisellis, in alia medietate instituit Bartholomæum Vascellum prorsus extraneum, hujus etiam descendentibus in infinitum substitutis, nullo insuper onere nullaque adjecta nota, ex qua dignosci posset in eis sua agnationis memoriam vigere voluisse, quodque magis notandum est extincto Bartholomæo, nec ex eodem prole ulla superstite, etiam tum vera, & naturali agnatione neglecta ad alias extraneorum substitutiones devenit, vocando ad illius portionem Antonium Mariam, & Alexandrum ejusdem fratres, universa istorum quoque descendentia substituta, tum denique demandando onus proprium cognomen suscipiendi; quo quidem casu cum tale onus censeri nequeat impositum gratia agnationis conservandæ, quia si eidem Testator prospicere voluisset veris exclusis non admisisset fictos, & imaginarios agnatos, dicitur injunctum duntaxat ad qualemcunque proprii nominis perennitatem in ficta agnatione consequendam, ut hunc secundum casum a primo distinguendo uberrime exornat
Altogr. *cons.* 66. *n.* 60. *& plurib. seqq. lib* 2. Larrea *decis.* 34. 11
n. 39. & Rota coram Cerro *dec.* 885. *n.* 9. quam fictam, & imaginariam agnationem cum descendentes ex feminis conservare possint æque bene, ac quilibet alius substitutus extraneus, nulla ratio, & nulla æquitas patitur illum præferendum esse veris descendentibus ex linea prædilecta, in quam hæreditas jam ingressa est, ut bene prosequitur idem Altogr. *laudato cons. a n.* 64. *subdens n.* 71. *&* 77. quod
ut tali casu descendentes ex feminis excludantur, opus est, 12
illos a Testatore specifice, & expresse fuisse rejectos, & tradit Rota *dec.* 6. *p.* 1. *divers.* & coram Cerro *dec.* 682. *n.* 9. *dec.* 702. *n.* 8. *& d. dec.* 885 *eodem n.* 9.

Prędicta mirifice confirmantur etiam ex ultima substitutione, in qua idem testator defectis omnibus Institutorum, substitutorum lineis mandavit eligi unum de Pueris expositis, illumque admitti ad successionem in toto fideicommisso a se relicto, ut familiæ nomine suscepto, quoquo modo in eo propria agnatio renovari posset, ex qua substitutione inferre licet, quod si ad hujusmodi artificialem conservationem agnationis non censerentur in concursu substitutorum, invitati etiam descendentes ex feminis vilissimus ille Infans expositus præferri deberet veris descendentibus
hæredis prædilecti, quod absurdum cum omni rationi, ac 13
menti Testatoris repugnet, dicendum omnino est ab eodem fuisse vocatos descendentes quoque ex feminis etiam si a germano, & literali sensu verborum esset recedendum, ad textum *in leg. nam absurdum* 7 *ff. de bon. liber.* Rot. *in Bonon fideicomm de Benantiis* 17. *Martii* 1680. §. *tum quia*, coram R. P. D. meo Ursino.

Quæ sane omnia licet aperte ostendant Testatorem in
adeo longa substitutionum serie naturali non curata ad fi- 14
ctæ tantum agnationis durationem respexisse, nihilominus tamen informantes pro Francisco opponebant illa procedere in ingressu duntaxat, & origine linearum, non autem in eorundem progressu, quia postquam semel modo quamvis ficto agnatitia qualitas illis impressa fuerat, judicandum de eisdem erat secundum regulas veræ, & rigorosæ agnationis, ut tradunt relati a de Luca *de lin. legal. art.* 10. *n.* 24.

Verum objectum inane apparuit, ex quo sive versemur 15
in ingressu, sive in progressu linearum, cum tamen in utroque casu revera de ficta, & artificiali agnatione agatur, & ars, & fictio totum semper operetur, irrationabilis rigor esset ex ista subtilitate ob masculos remotiores lineæ diversæ excludere proximiores descendentes ex feminis de linea prædilecta, in quam hæreditas jam pervenit, & a quibus æque bene intentum, & voluntas Testatoris impleri potest, ut relatis, & reprobatis contrariis in nostris terminis inquit Eminentiss. de Luca *disc.* 34. *n.* 16. *versic. verum motivum de fideicomm.* & sequitur alter de Luca *d. art.* 10. *n.* 25. atque hęc proculdubio procedunt, quando Testator extante

natu-

naturali agnatione ab initio ad propriam familiam assu-
mendam allexit extraneos, quo casu nullus veræ agnatio-
16 nis favor urget pro exclusione descendentium ex feminis
concursu masculorum, juxta distinctionem ex Altogra-
do, Latrea, & Certo mox traditam: quidquid dicendum
foret, si Testator institutis prius veris agnatis in subsidium
vocasset extraneos, tunc enim cum fictio versari solum vi-
deatur in eo instanti, quo fit assumptio agnatitiæ qualita-
tis; & nominis, ea secuta, & consummata sic adsciti for-
san tanquam veri agnati judicari deinde possent.

Constito ergo ex his, quod ex onere assumendi nomen familiæ Testatoris nullius inferri potest favor, & amor veræ agnationis propagandæ, minus ejusdem contemplatio desumi valet ex qualitate masculinitatis a Testatore in substitutis desiderata una cum arctissima probibitione alienationis bonorum, ac digressu ad plures gradus substitutionum; junctis demum verbis perpetuitatem denotantibus.

Hæ nanque omnes similesque conjecturæ quamvis effi-
cacissimę reputentur ad magis solidiusque firmandum prę-
cedens fideicommissum intra limites ab initio præscriptos,
attamen ejusdem naturam ampliare non valent transmu-
tando simplex, & mere descensivum fideicommissum in a-
gnatitium, præsertim quando clarissimis argumentis con-
17 stat Testatorem nullam veræ agnationis rationem habuisse:
Atque illas sigillatim examinando expressio qualitatis le-
vissimum præber argumentum prædilectis agnationi, &
plerumque reprobatur Casanatt. *cons.* 4. *n.* 234. *& cons.* 38.
*n.*92. Seraphin. *decis.* 1216. *sub n.*6. Cels. *decis.* 145. *num.*7.
Cumque ea adjecta legatur certis duntaxat personis, & gra-
dibus substitutionum operari quidem poterit, quod inter il-
los, qui specifice vocati sunt cum dicta qualitate censeatur
habita agnationis ratio; attamen ultra personas, & gradus
18 expressos nihil efficiet, Casanatt. *cons.* 38. *n.*39. Molin. *de*
*primogen. lib.*1. *cap.*5. *num.* 37. *cum seq.* Peregr. *de fideicom.*
*art.*25. *num.* 27. ubi ait ex eo, quod Testator aliquos ma-
sculos substituerer, non recte dici agnationem conside-
ratam extitisse, nec ejusdem favor consideratus inter
substituros trahi unquam poterit ad hæredes Instituti
(*nempe* Bartholomæi) descendentiam nulla agnationis
19 habita ratione vocatam, Altogr. *cons.*30. *n.*16. *& seq. lib.*
2. Rota *decis.*175. *n.*12. *&* 13. *part.*5. *rec.* concurrente præ-
sertim dictione taxativa *eo casu*, quæ dictam qualitatem,
20 & effectus ab eo promananres restringit ad casus duntaxat
expressos nulla admissa extensione ad diversa, juxta tradi-
ta per Marttam *de clauf. part.*3. *clauf.*36. *n.*1. Barb. *d.*105.

21 Inefficax quoque est ad hunc effectum prohibitio aliena-
tionis, quæ similiter facta semper censetur ad confirman-
dum præcedens fideicommissum, nunquam autem ad illud
extendendum ultra personas, & substitutiones quibus ad-
jacet, & ad quas consequitur, Casanatt. *cons* 4. *n.*241. *cap.*
& seq. & latissime Capic. Galeott. *contr.*25. *tot. lib.*2.

22 Ac demum transeundo ad reliquas conjecturas tam illa,
quæ depromitur ex digressu ad plures gradus substitutio-
num communiter alioquin reprobata, ut tradit Casanatt.
eod. cons. n. 236. quam etiam alia desumpta ex verbis per-
petuitatem importantibus tanquam omnino æquivocæ, &
passim repertæ in fideicommissis mere descensivis nullum
præseferre videntur favorem agnationis, sed solum perpe-
tuitatem vinculi fideicommissarii intra tamen personas, &
gradus substitutionum a Testatore præscriptas, & non ul-
tra duraturi, Altogr. *cons.*79. *n.*37. *lib.*2. & Rota *dec.*279.
*n.*12. *part.*13.

Et ita denegata immissione Francisco resolutum fuit fa-
23 vore Joannis Rugerii, reservando tamen particulari exa-
mini articulum renunciationis emissæ ante professionem a
Sorore Maria Candida, in qua prætenduntur comprehen-
sa etiam bona fideicommissaria, de quibus agitur.

R. P. D. H E R V A U L T.

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.

Ven. 17. *Maii* 1686.

A R G U M E N T U M.

Habentur quæ decisa apparent in antecedenti decisione.

S U M M A R I U M.

1 A*ppellatione Descendentium veniunt etiam Descendentes ex femina.*
2 *Hac regula non admittitur in fideicommissis Agnatitiis.*
3 *Æquiparatorum eadem debet esse disciplina.*
4 *Contemplatam fuisse agnationem, probat onus assumendi cognomen familiæ pluribus nomine collectivo, & successive substitutis demandatum.*
5 *Præsertim si perpetuo prohibita fuerit alienatio, ac digressum fuerit ad plures gradus substitutionum.*
6 *Ut Agnatio contemplata dicatur in fideicommissis ordinem majoratus vel Primogenituræ non habentibus, evidentes, & vehementissimæ exiguntur conjecturæ.*
7 *Descendentes ex femina non dicuntur exclusi, si Civilis, & artificialis tantum volita fuerit Agnationis conservatio.*
8 *Cognominis identitas agnatitiam qualitatem non probat.*
9 *Institutio Agnati nulla de per se apta est concludere Testatorem habuisse animum conservandæ Agnationis.*
10 *Non fuisse habitum votum conservandi Agnationem, desumitur ex simultanea personarum, nulla agnationis vinculo Testatoris conjunctarum.*
11 *Prout etiam si feminæ quoque vocatæ fuerint.*
12 *Sub nomine Descendentium veniunt etiam feminæ.*
13 *Si Testator a principio Agnatos vocaverit, & subinde in horum defectum extraneos cum onere assumendi Cognomen familiæ invitaverit, tunc vere dicitur habitum fuisse votum conservandi Agnationem.*
14 *Et eo casu ficti Agnati concurrere non possunt cum veris, & naturalibus.*
15 *Si Testator a principio extraneos cum onere assumendi Cognomen, & Arma ejus familiæ ad exclusionem Agnatorum vocaverit, non dicitur habuisse animum conservandi Agnationem, itaut voluisse Descendentes ex feminis, qui æquę ac masculi onus adimplere possunt, excludere.*
16 *Onus quod Testator expresse non adjecit, censetur consulto omisisse.*
17 *Fuisse habitam rationem conservandæ Agnationis non probant prohibitio alienationis, digressus ad plures gradus substitutionum, & qualitas masculinitatis in certis personis desiderata.*
18 *Amplia, licet prædictæ conjecturæ unitæ considerentur.*
19 *Qualitas masculinitatis non censetur volita, si Testator illam repetere consulto omiserit.*
20 *Descendentes ex femina possunt æque bene ac Descendentes ex masculis onus assumendi Cognomen familiæ Testatoris adimplere.*
21 *Et ideo in fideicommissis cum d. onere conditis, ut exclusi dicantur, opus est specifica, & individua declaratione.*
22 *Declara, ut conclusiones prædictæ vera sint in ingressu, & origine linearum, non autem in earundem progressu.*
23 *Contrarium est verius.*
24 *Ut evitetur absurdum, quod Descendentes heredes prædilecti remaneant exclusi a Descendentibus minus dilectis, quatenus opus sit etiam recedi potest a proprietate verborum.*

D E C I S I O XII.

REvocata ad novum examen decisione a mę edita die 24.
Januarii anni præteriti DD. iterum censuerunt non-
dum purificatam esse favore Josephi, & fratrum de Ghisel-
lis filiorum Francisci hoc pendente Judicio pręmortui sub-
stitutionem in portione fideicommissi, quæ obvenerat Bar-
tholomæo de Vasellis; cum enim attenta dispositione An-
tonii de Ghisellis fideicommittentis prædicti fratres, qui
descendunt a Joanne de Ghisellis altero hærede pro virili 1
instituto simul cum Bartholomæo, in hujus parte substi-
tuti legantur solum *in casu quo non extarent ipse Bartho-*
lomeus, filii, et descendentes ex eo seu ex eis, et non ex-
tarent dicti ejus fratres nominati, ut supra, vel alter ex
eis, et descendentes ex eis, quod eorum rata perveniat ad
Joan. et non viventes ad ejus filios, legitimos, et naturales;
Excluduntur idcirco a Joanne Rugerio, qui licet medián-
te Olympia femina progenitus sit a Bartholomæo, com-
prehenditur tamen sub appellatione descendentium, juxta
Text. *in l. final. et auth. seq. C. de suis et leg. et auth. de he-*
red. ab Intest. venien. §. 1. Rot. *dec.*205. *n.*1. *p.*16. *rec.* præ-
ter alias anctoritates allegatas in Decisione, quæ revide-
tur §. *oritur autem.*

Eodem certius id procedit inspecta altera parte Testamenti, in qua testator positive exclusit Joan. ejusque filios a portione Bartholomæi casu, quo iste decederet cum descendentibus, ad quos expresse declaravit illam pervenire debere, ibi - *et voluit, et mandavit, quod in casu quo decederet dictus Bartholomeus, etiam vivo Joanne, seu ali-*

qui-

*quibus ex eis, quod ipse Joannes, et filii non admittuntur
ad partem ipsius Bartholomai, quia voluit etiam, viven-
te dicto Joanne, et filiis, seu aliquibus ex eis talem par-
tem, et medietatem pervenire debere ad ejus filios, et
descendentes.*

Hanc apertam Testatoris dispositionem jurisque indubi-
tatas regulas ex adverso eludere conabantur opponendo fi-
deicommissum, cui subjecta fuere bona relicta Barthol-
2 mæo, conditum fuisse favore agnationis, ideoque ad illius
successionem aspirare non posse feminas, earumque de-
scendentes, sed istis exclusis solos masculos esse admitten-
dos, ad late tradita per Rot. *dec.* 269. *et dec.* 397. *p.* 15. *rec.*

Agnationis autem contemplationem favoremque, unde-
quaque præseferre dicebatur dispositio d. Antonii, qui in
omnibus æquiparando Bartholomæum, & Joannem, sicu-
ti in portione fideicommissaria relicta Joanni vero agnato
indubitanter præ oculis habuit illius favorem, cujus perpe-
tuæ durationi, atque conservationi per innumeras substitu-
tiones votis omnibus prospicere curavit, ita etiam, ut æ-
quiparatorum idem feratur Judicium, ut ait Rot. *dec.* 406.
3 *nu.* 10. coram Priolo, agnatitium dicendum erit fideicom-
missum eadem ex ratione, iisdemque ferme legibus ordi-
natum in altera portione obventa Bartholomæo dilecto
ejusdem alumno, ac loco filii a teneris usque annis Domi
enutrito, atque educato, quem ut magis magisque vero
agnato assimilaret, aptioremque redderet agnationis con-
servationi illum, ejusque universam descendentiam gen-
tilitio cognomine de Ghisellis nobilitavit, cujus assum-
ptio ubi demandatur pluribus nomine collectivo, ac suc-
4 cessive substitutis efficacissimam præbet conjecturam con-
templationis agnationis, Rot. *decis.* 425. *n.* 11. *et seq. p.* 9.
tom. 2. *et dec.* 258. *n.* 9. coram Peuting.

Juncta præsertim perpetua alienationis prohibitione cum
5 plurimis substitutionibus, eisque inter masculos ordinaris,
ut hæreditas fideicommittentis per plures gradus, indemi-
nuta semper decurreret de masculo in masculum, apud quos
perinde ac si essent veri, & naturales agnati familia, &
agnatio Ghisella perpetuo floresceret.

Verum prædicta omnia mature examinata minime ur-
6 gere visa sunt, quia cum indubitatum sit, quod, ut na-
turalis agnatio vere contemplata dici possit, in his præser-
tim simplicibus fideicommissis majoratus, vel primogeni-
turæ ordinem non habentibus, vehementissimæ, & evi-
dentes requiruntur conjecturæ, ut inquit clar. mem. Card.
de Luca *de fideic. disc.* 32. *n.* 12. Giurb. *dec.* 32. *n.* 28. tales
profecto reputari nequeunt illæ omnes supra recensitæ,
ex quibus vel nulla penitus elici valet agnationis prædi-
lectio, vel si aliquod illius conservandæ votum præsefe-
runt non ad naturalis, sed civilis, artificialisque tantum
agnationis conservationem directum est, a qua non ex-
cluduntur descendentes ex terminis, ut contrariis reje-
ctis infra demonstrabitur.

7 Inane enim, & penitus insubsistens deprehenditur pri-
mum argumentum ductum ex purificatione, seu compara-
tione facta inter lineam Bartholomæi, & Joannis utpote
innixum duplici falso supposito. Primo, quod Joannes fo-
ret agnatus Testatoris, quod tamen, cum sit præcipuum
fundamentum intentionis fratrum de Ghisellis, qui ut a-
gnati in hoc judicio de successione contendunt, aliunde
8 probandum esset, quam ex identitate cognominis, quæ
sola agnatitiam qualitatem non probat, ut tale tradit Ci-
riac. *contr.* 281. *a n.* 11. *& præcipue n.* 29. *& seqq.*

9 Secundo, concesso etiam, quod Joannes aliquo agnatio-
nis vinculo testatori conjunctus extiterit, nihilominus ta-
men concludenti probatione, ut opus erat demonstratum,
non fuit alterum suppositum, videlicet, quod in ejus li-
men prædilecta fuerit agnatio, cujus quidem prædilectio-
nis specimen nullum præbere valet institutio agnati, quia
si aliis argumentis non docetur Testatorem habuisse ani-
mum conservandæ agnationis a materiali vocatione simi-
lium personarum, formalis illius prædilectio inferri ne-
quit, Mantic. *de conject. l.* 11. *tit.* 14. *n.* 5.

Quinimo inspectis personis cohæredis, & substitutorum,
10 qui Joanni dati leguntur, manifeste demonstratur nullam
in fideicommisso ab Antonio condito ejusdem rationem ha-
bitam fuisse; institutus enim una cum Joanne supposito a-
gnato apparet Bartholomæus penitus extraneus, ex qua si-
multanea vocatione personarum nullo agnationis vinculo
Testatori conjunctarum indubitatum est penitus tolli o-
mnem conjecturam contemplationis agnationis, ut respon-
dit Riminaldus jun. *cons.* 244. *n.* 103. & Rota coram Greg.
decis 464. *n.* 19. eo ferme modo, quo si feminæ, una cum
masculis institutæ, seu substitutæ reperiantur per certam
illationem, excluditur ejusdem prædilectio, quia per si- 11
miles personas conservari nequit, Giurb. *dec.* 32. *num.* 15.
Rota *dec.* 29. *num.* 3. *part.* 18. & novissime dictum fuit in
una *Maceraten. fideicommissi* 10. *Decembris anni præteriti*
§. final. coram R. P. D. meo Benincasa.

Nullum pariter illius conservandæ votum elici valet ex 12
qualitate personarum, quæ substitutæ sunt Joanni, post
quem immediate vocantur ejus filii legitimi, & natura-
les, illisque defectis substituuntur Bartholomæus, &
ejus descendentes penitus extranei, & quorum sub nomine
venire feminas compertum est ex viribus *in* 1. *§. hujus Deci-
sionis allegatis*.

Similemque plane ob rationem reprobatur altera conje- 13
ctura elicita ex assumptione cognominis de Ghisellis, sup-
posito, quod ea demandata dici possit Bartholomæo, quod
tamen revera in facto non probari infra demonstrabitur.
Quandoquidem tali cum gravamine adscita non legitur fi-
ctitia civilisque agnatio post defectos omnes veros agnatos
habiles ad propagandam naturalem agnationem; quo sane
casu dubitari non posset testatorem votis omnibus studuisse
agnationis conservationi, dum naturalem jam extinctam
artificiali modo reintegrari curasset, Rota coram Eminen-
tissimo Cerro *dec.* 910. *n.* 23 ubi quod tunc ficti agnati con-
currere non possent cum veris, & naturalibus aliique relati
§. quia cum dispositio in fine Decisionis, quæ revideretur, sed 14
idem una cum veris agnatis, qui modo non ficto rigorosam
agnationem conservare potuissent, extraneos ab initio in-
stituit, & in propriam coaptavit familiam; hoc autem lon-
ge diverso casu, contemplata dici nequit vera agnatio,
sed solum desiderata perpetua quædam proprii nominis du-
ratio, quam etiam per feminas, & descendentes ab eis con-
sequi possumus, ut hunc secundum casum a primo distin- 15
guendo latissime exornat Altogr. *cons.* 66. *a num.* 60. *lib.* 2.
Larrea *dec.* 34. *num.* 39. & Rota coram Eminentissimo Cer-
ro *dec.* 885. *n.* 9.

Verum ut supra innuebatur hæc quæstio cessat in nostra
hypothesi, ex quo tale onus impositum minime legitur 16
Bartholomæo Vascello ejusque filiis, & descendentibus in
secunda substitutione vocatis, sed eo (& quidem cum sæ-
pius repetitis dictionibus taxativis) gravantur solum mo-
do Antonius Maria, & Alexander ejus fratres in tertia
substitutione positi, & puer expositus forte extrahendus
postremo loco in sexta substitutione vocatus, ideoque jux-
ta novissimas regulas influere non potest in alias substitu-
tiones, in quibus Testator censetur consulto omisisse o-
nus, quod expresse non adjecit.

Rejectæ pariter fuere reliquæ conjecturæ desumptæ ex
prohibitione alienationis, & digressu ad plures gradus sub-
stitutionum; æquivocæ enim sunt, & passim reperiuntur
in fideicommissis mere descensivis, ideoque nullum præse-
ferre valent favorem agnationis; sed solum perpetuitatem
vinculi fideicommissarii ex rationibus latius deductis *in §.
hæc nanque cum seq.* primæ Decisionis, in quibus pariter de- 17
monstratum fuit inefficax esse argumentum ductum ex sæ-
pius repetita qualitate masculinitatis, cum ea desiderata le-
gatur in certis solummodo personis tertio, & sexto loco sub-
stitutis. Unde ultra gradus, & personas expressas nil effice-
re valet, concurrentibus præsertim geminatis dictionibus
taxativis omnem prorsus extensionem excludentibus.

Quæ quidem omnes conjecturæ, ut notavit Rota coram
Bich. *decis.* 584. *num.* 22. *& seqq.* & alibi passim, nec unitim
sumptæ suffragari posse visæ sunt, vel quia singulæ sunt in
suo genere imperfectæ, vel quia eliduntur aliis validioribus
desumptis tum ad exclusionem Joannis ejusque filiorum a 18
successione in portione Bartholomæi existentibus istius fi-
liis, & descendentibus, qui ut dictum est erant extranei,
cum etiam ex discretiva vocatione masculorum in certis
solum substitutionibus, quam qualitatem si in aliis etiam
substitutis desiderasset, apertis verbis expressisset, quod
cum non fecerit, dicendum est voluisse omnes descenden-
tes simpliciter vocare, Rot. *decis.* 308. *n.* 8. *part.* 14. & co-
ram Royas *dec* 27. *n.* 11. 19

Constito jam ex his Antonium de Ghisellis non ordinas-
se fideicommissum, de quo agitur, ut ejus bona permanere
deberent in rigorosa, & naturali agnatione, sed ad sum-
mum desiderasse perpetuam quandam Civilis agnationis
durationem, necessario sequitur, quod ab eodem excludi
non debeat Joannes Rugerius, qui licet descendat ex fe-
minis, per assumptionem tamen gentilis cognominis testa-
toris illam æque bene, ac fratres de Ghisellis conservare po-
tuerit, ut omissis aliis relatis *in §. at secus primæ Decisionis* la-
tissi-

tissime tradit Altogr. *d. conf. 69. a n. 60. ad n. 77.* docens,
20 quod ut descendentes ex feminis exclusi censeantur ab hujusmodi fideicommissis in concursu veri agnati, opus esse
21 specifica, & individua declaratione.

Nec obstat quod concursui isti civilis, & naturalis agnati locus esse potuerit in ingressu, & origine linearum, non
22 autem in earundem progressu, quasi fictio consistat in eo solum instanti quo extraneus in familiam adsciscit, eo vero transactio, & consummata jam assumptione, sic adscitorum successio defertur, juxta regulas, & ordinem, quæ in naturalium agnatorum fideicommissis, & successionibus servantur, ex late traditis apud Monach *decis. Florent. 71. & 72.*

Quia responsum fuit, quod cum tam in ingressu, quam in progressu linearum semper defecta, & artificiali agnatione revera agatur, contra omnem rationem esset ob masculos remotiores lineæ diversæ excludere proximiores lineæ prædilectæ, ad quam hæreditas jam pervenit; qui licet descendant ex feminis, perfectæ tamen explere possunt Testatoris vota ad Civilis tantum agnationis conservationem tendentia, ut reprobata contraria opinione tanquam nimis rigorosa, & irrationabili subtilitati innixa, ait Card. de Luca
23 *de fideicomm. disc. 34. n 16. vers. verum motivum, quum refert, & sequitur* alter de Luca *de linea legal. art. 10. n. 25.* ut latius fuit in §. §. *verum objectum decisionis, quæ revidetur.*

Ad quam quidem artificialem, civilemque agnationem conservandam si in concursu aliorum substitutorum in nostra hypothesi nullo pacto invitari dicerentur descendentes etiam ex feminis, sequeretur quod cum Testator defectis omnibus vocatis in primis quinque substitutionibus sexto, & postremo loco substituerit in universo fideicommisso unum de pueris expositis forte extrahendum, ut in eo quoquomodo assumpto cognomine de Ghisellis ejus agnatio reviviseceret, vilissimus hic puer præferri deberet veris descendentibus hæredis prædilecti, quod profecto absurdum cum omni rationi, & menti Testatoris repugnet, dicendum est vocatos fuisse descendentes quoque ex feminis etiam si a literali, & germano sensu verborum esset receden-
24 dum, ut notatum fuit in §. *prædicta mirifice d. Decisionis hodie confirmata.*

Et ita utraque Parte acriter informante responsum fuit.

R. P. D. CACCIA.

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.

Ven. 4. Julii 1687.

ARGUMENTUM.

Binæ præcedentes decisiones confirmantur.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione descendentium veniunt tam progeniti ex masculis, quam ex feminis.*
2 *Non sic tamen procedit in fideicommisso agnatitio.*
3 *Testator habere non potuit votum conservandæ agnationis, si prætulerit extraneum agnato.*
4 *Votum agnationis non dicitur habitum, si promiscue vocatæ fuerint etiam feminæ.*
5 *Agnatitium dicitur fideicommissum, si Testator ob rationem conservandi Domum, & Casatam, onus injunxerit assumendi cognomen, & Arma.*
6 *Ac si onus prædictum certis tantum adjectum fuerit substitutionibus quoad alias non urget, & n. 7.*
8 *Observantia non potest inducere gravamen, quod a Testatore non fuit injunctum.*
9 *Assumendi cognomen, & Arma eo tantum casu probat fuisse habitum ratione conservandi agnationem, quatenus defectis agnatis vocetur extraneus; secus vero si promiscue cum agnatis veris vocetur agnatus fictus.*
10 *In fideicommisso, in quo onus deferendi Arma, & cognomen Testatoris extitit injunctum, succedunt etiam descendentes ex femina, cum illud æque bene ac descendentes ex masculis possint adimplere.*
11 *Non est verisimile, quod Testator voluerit excludere descendentes ex feminis lineæ prædilectæ, & præferre descendentes ex masculis lineæ minus dilectæ.*
12 *Successio in fideicommisso, in quo ficte contemplata fuit agnatio, regulari debet cum eisdem regulis, cum quibus proceditur, quando fuit contemplata vera agnatio.*
13 *Æquiparatorum idem debet esse Judicium.*
14 *Conclusio quæ habetur supra n. 10. procedit tam in ingressu fideicommissi, quam in illius progressu.*
15 *Tantum debet operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero quoad effectus ex causa resultantes.*
16 *Argumentum ab æquiparatione locum non habet, si diversa militet ratio in uno, quam in alio casu, qui æquiparari prætenditur.*

DECISIO XIII.

Censuerunt Domini sententiam Rotalem esse confirmandam, quia tam inspecta parte dispositiva, quam conditionali antiqui fideicommissi Antonii de Ghisellis, constat quod linea Joannis non est vocata in portione Bartholomæi nisi in casu, quo filii, & descendentes istius, ad quos Testator voluit d. portionem primitus devenire, in rerum natura non superessent. Unde cum hodie extet Jo: Rogerius, qui mediante Olympia descendit a Bartholomæo, utique cessat reciproca favore alterius lineæ, & ipse est admittendus, tanquam veniens appellatione descendentium, 1
quæ tam progenitos ex masculis, quam ex feminis æqualiter complectitur Rota *decis. 308. nu. 6. & seqq. part. 24. & decis. 40. num. 3. part. 19. cum aliis in prima decis* R. P. D. mei Hervault *sub die 24. Januarii 1685. §. Oritur, & in secunda sub die 17. Maii 1686. in princ.*

Nec subsistit, quod versemur in fideicommisso agnatitio, in quo masculus ex femina non admittitur, nec impedit conditionis defectum favore masculi agnati, Rota *dec. 296. & decis. 397. part. 15. dec. 410. num. 12. part. 19. & in Romana seu Florentina fideicommissi prima Julii* 1682. coram R. P. D. meo Hervault: Quia in portione relicta Bartholomæo omnino extraneo, & de aliena familia cum indistincta substitutione omnium ejus filiorum, & descendentium, 2
nulla facta mentione agnationis, nulla adjecta qualitate masculinitatis, & nullo injuncto onere deferendi cognomen, & Arma, non solum deficiunt peculiares circumstantiæ, ob quas inferri solet ad contemplationem agnationis; sed concurrunt per ea excludenda duo potissima argumenta; Primum nempe quod institutio est facta de extraneo in concursu agnati, qualis asseritur Joannes hæres pro alia medietate; Unde impossibile est, quod Testator habuerit votum conservandæ agnationis in ea portione, in qua prætulit extraneum agnato, Mart. *conf. 61 n 17 & seqq.* Hond. *conf. 56. n. 18. lib 2.* Cels. *decis. 145. n. 25.* Priol. *decis.* 3
251. n. 10. & 11. Eminentiss. Certus *decis. 885. n. 8. 9.* & secundum quod indifferenter fuit positi in conditione, & vocati filii, & descendentes, quorum appellatione sicuti veniunt feminæ, earumque filii ut supra; ita per hanc promiscuam vocationem exclusa remanet in hac parte quævis ratio conservandæ agnationis, Coccin. *decis. 125. num. 10.* 4
Greg. *decis. 433. n. 15. & decis. 425. n. 7. & 8. part. 9.*

Non urgente replicatione, quod onus assumendi cognomen extendatur etiam ad Bartholomæum, ejusque descendentes ex amplitudine rationis adjectæ in fine omnium substitutionum ibi: *Ita quod semper, & perpetuo, & in perpetuum manuteneatur, & conservetur domus, & Casata Testatoris, & nominentur, & appellentur de Ghisellis.* Juncta etiam observantia, quæ docuit Bartholomæum & suos tale onus assumpsisse, & propterea attento d. præcepto, & ratione conservandi domum, & Casatam, agnitio dicatur contemplata, Fontan. *decis. 36. n. 9.* Lat. *dec. Gran.* 5
34. n. 49. Em. Cerr. *dec. 910. n. 23. & dec. 95. nu. 18. & 19. p. 11.* Tum quia d. est continuativa, & accessoria substitutionibus præcedentibus, & ideo restringitur ad illas partes dispositionis, in quibus impositum legitur onus deferendi cognomen, sed non trahitur ad partem omnino distinctam, in qua illud prætermittitur, Mart. *d. conf. 61. n. 19.* Altograd. 6
conf. 83. n. 3. lib. 2. Rota *decis. 195. n. 13. p. 5.* Certus *d. dec. 885. n. 5.* Bich. *dec. 297. n 23. & seq. & dec. 342. n. 11. & seq.* Imo ipsa dispositiva probat Testatorem noluisse eodem modo gravare Bartholomæum, ejusque filios, sicuti voluit cæteros vocatos, Eminentissimus Othobonus *dec. 252. n. 8.* 7
Eminentissimus Certus *d. dec. 884. n. 14.* & ex observantia, quæ potest referri, vel credulitati, vel gratitudini, vel honorificentiæ gravatorum, non potest induci gravamen, quod a Testatore non fuit injunctum, Zarat. *dec. 72. n. 13.* 8
& seq. & dec. 98. n. 16. p. 10. & dec. 112. n. 3. p. 11. Tum quia præceptum renovandi familiam ficte, & artificialiter, tum solum infert ad contemplationem agnationis, quando defectis agnatis ultimo loco vocatur extraneus, qui deferat cognomen, & Arma, & in his terminis procedunt authoritates in objecto allegatæ, secus vero quando promiscue cum agnatis veris vocetur agnatus fictus, ut in præsenti; Tum enim nil aliud sequitur nisi voluntas conservandi nomen; non autem agnationem Testatoris, Mart. *d. conf. 61. n. 18.* Andr. *resol. contr. 338. n. 11. & seq. cum aliis in 1. decisione*

R. P. D.

R. P. D. mei Hervault §. *At secus*, *& in* 2. §. *Similemque*.

Atque ideo quatenus etiam dici posset extensum onus deferendi cognomen Bartholomæo, ejusque descendentibus, adhuc in hac impropria, & civili agnatione essent præferendi descendentes ex feminis cæteris agnatis, & substitutis: quia dum voluntas Testatoris per eos æque bene impleri potest ac per descendentes Joannis, nulla ratio patitur, quod fiat transitus de linea ad lineam, quousque extat aliquis ex linea prædilecta, qui possit agnationem juxta mo-
10 dum a Testatore volitum conservare, Peregr. *cons.* 1. *n.* 11. *l.* 5. Menoch. *cons.* 802. *n.* 71. *vers respondetur*, Mart. *d. cons.* 61 *n.* 1 . *& seq.* Aliogr. *cons.* 66. *n.* 65. *lib.* 2. Castill. *controv. lib.* 5. *cap.* 133. *n.* 3. *& seq.* Rota *dec.* 6. *per totam p.* 1. *divers.* Cerr. *decis* 682. *n.* 9 *dec.* 700. *n* 8. *& d. dec.* 875. *n* 9. *& rec. decis.* 568. *n.* 3. *part.* 18 Attenta præsertim duplici circumstantia, Altera quod post descendentes Bartholomæi non vocatur immediate linea Joannis, sed Antonius Maria, & Alexander de Vassellis fratres Bartholomæi cum onere assumendi cognomen de Ghisellis; & altera quod post omnes institutos, & substitutos voluit Testator eligi unum puerum expositum, qui pariter appellaretur de Ghisellis: Ex quibus redditur imperceptibile, quod idem Testator voluerit inhabilitare, & excludere descendentes ex feminis lineæ prædilectæ, ex quo non essent agnati veri, ut præferret in fictione alios extraneos de familia Vassella longe minus di-
11 lectos, & puerum expositum sorte extrahendum, sibi & omnibus ignotum, ut bene ponderat prima decisio hujus Causæ §. *Prædicta*, *& secunda* § *finali*.

Nec obstat, quod hęc procedant in ingressu fideicommissi, non autem in progressu, in quo, data contemplatione agnationis, successio regulari debet, prout in veris agnatis, ut tantum operetur fictio in casu ficto, quantum veri-
12 tas in casu vero, Rota *decis.* 266. *num.* 7. *&* 8. *dec.* 319. *n.* 3. *part.* 1. *rec.* Pręsertim cum Testator æquiparaverit Joannem agnatum verum, & Bartholomæum agnatum fictum, dum eos æqualiter instituit, eorumque lineas reciproce substituit, & propterea quemadmodum respectu descendentium ex Joanne, in quo contemplatus fuit agnationem veram, intelligere non potuit nisi de masculis ex masculis; ita pariter dicendum sit respectu descendentium ex Bartholomæo, cum æquiparatorum idem debeat esse judicium, Rota *dec.* 284. *n.* 22. *& dec.* 524. *part.* 18.

Cum etenim tam in ingressu, quam in progressu agnatio
13 respectu fideicommittentis sit artificialis, & ficta, militat utroque tempore eadem ratio admittendi descendentes ex feminis; nam alias esset contra civilem, & naturalem charitatem, quod in substitutis, qui possunt æque bene implere votum Testatoris, reformaretur ipsa origo, & substantia institutionis, ut per Textum *in l in ratione §. si filio ff. ad l. falc.* notat, & pluribus exornat Castill *dec.* 133. *sub num.* 9. *vers. esset enim*; Et de progressu loquuntur omnes Docto-
14 res tuentes quod in agnatione artificiali sint admittendi descendentes ex feminis; nam in ingressu, ubi ut plurimum concurrit expressa dispositio Testatoris, hujusmodi quęstio non intrat. Rursus in præsenti cessat omnis hæsitatio: quia Testator post defectos descendentes Bartholomæi vocavit ejus Fratres cum onere assumendi cognomen, & postremo cum eodem onere puerum expositum; unde cum redierit etiam in progressu ad fictiones, & quidem prælative ad agnatos veros; frustra opponitur, quod in progressu successio regulari debeat ad limites veræ agnationis.

Regula vero, quod tantum operari debeat fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, procedit quoad effectus ex causa resultantes, de quibus loquitur *dec.* 266. *et* 319. *p.* 1.
15 *rec.* & argumentum ab æquiparatis deficit in supposito; Tum quia non probatur contemplatio agnationis respectu Joannis, ut probat 2 *dec.* R. P. D mei Hervault §. *Inane*, *& seq.* Tum quia lineæ Joannis, & Bartholomæi non sunt æqualiter reciprocatæ; nam in defectum primæ vocatur immediate Bartholomæus ejusque descendentes, sed in defectum secundæ vocatur Antonius Maria, & Alexander de Vassellis, & post eos d. Joannes ejusque descendentes, & sic linea Bartholomæi est prædilecta; Et in omnem casum cum in agnatione artificiali contemplata in descendentibus Bartholomæi militet longe diversa ratio, quam in agnatione vera considerata in descendentibus Joannis, per supradicta, argumentum ab æquiparatis non valet, Surd. *cons* 30. *n.* 25. Vivius *dec.* 255. *sub n.* 21. *lib.* 1.

16 Cæteræ demum conjecturæ adductæ pro restringenda vocatione descendentium ad masculos ex masculis fuerunt sublatæ in utraque decisione R. P. D. mei Hervault, cum quibus Domini transierunt. Et ita utraque, &c.

R. P. D. CAPRARA.

Bononien. Fideicommissi de Ballatinis.

Ven. 3. *Junii* 1689.

ARGUMENTUM.

Approbantur regulæ in aliis superius decisionibus extensis firmatæ, quod nempe sub nomine descendentium masculorum veniant quoque masculi ex femina, licet apposita sit qualitas masculinitatis, quæ sexus tantum prædilectionem importat, ac adjectum liqueat onus deferendi cognomen, & arma Testatoris, quod adimpleri valet etiam per masculos ex feminis, &, ut a prædictis regulis recedendum sit, urgentissimas conjecturas concurrere debere deciditur.

SUMMARIUM.

1 *Sub nomine filiorum, & descendentium masculorum veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis.*
2 *Præsertim si cesset concursus masculorum ex masculo.*
3 *Masculi ex feminis dicuntur de linea, & descendentia vocatorum.*
4 *Linea, & descendentia non potest diei finita, donec superest aliquis a feminis descendens.*
5 *Qualitas masculinitatis per lineam masculinam in una substitutione apposita, & in altera non repetita, censetur consulto omissa.*
6 *Non est verisimile, quod Testator voluerit descendentes masculos ex feminis heredis prædilecti excludere, quando alios ex aliena familia admisit.*
7 *Et ne hoc sequatur absurdum, masculi ex feminis sunt admittendi, licet opus esset recedere a propria verborum significatione.*
8 *A propria verborum significatione non est recedendum, nisi manifeste de contraria Testatoris voluntate aliunde appareat.*
9 *Verba* & sic *tanquam restrictiva operantur, ut subsequens etiam oratio restringatur.*
10 *Clausula* de gradu in gradum *non importat novam ac diversam vocationem ab expressa, nec ullam addit qualitatem vocatis.*
11 *Verba* & sic *non se habent restrictive, quoties sequens oratio est pinguior, ac magis lata.*
12 *Amplitudo orationis subsequentis operatur, ut etiam pars conditionalis, qua recipit declarationem a dispositiva, nullam ab ipsa recipiat restrictionem.*
13 *In fideicommisso condito pro conservatione agnationis non veniunt masculi ex femina appellatione filiorum, & descendentium masculorum.*
14 *Ratio agnationis non præsumitur habita, nisi sit a Testatore expressa.*
15 *Et ab hac regula non receditur, nisi conjecturæ sint undequaque claræ, & evidentes.*
16 *Qualitas masculinitatis in omnibus vocatis requisita operatur, ut succedens debeat habere qualitatem masculinitatis, sed extra non infertur ad qualitatem agnationis.*
17 *Et importat solum prædilectionem sexus, non autem agnationis rationem.*
18 *Onus deferendi cognomen, & insignia, non importat contemplationem agnationis, si Testator promiscue agnatos veros, & agnatos fictos vocaverit.*
19 *Prædictum onus cum possit adimpleri per masculos ex feminis, non importat illorum exclusionem in substitutione facta favore filiorum, & descendentium masculorum.*
20 *Prohibitio alienationis non importat votum conservandi agnationem, si in ea apposita fuerit ratio, ut bona conserventur integre in institutis, & substitutis.*
21 *Ex quo Testator non injunxerit onus delationis cognominis filiis masculis feminarum, prout injunxit aliis descendentibus ex femina vocatis in alia substitutione, non inde dicuntur exclusi, si Testator usus fuerit verbis aptis illos comprehendendi.*
22 *Onus delationis cognominis in una substitutione appositum, in alia quoque tacita censetur volitum.*
23 *Est absurdum, quod quis dicatur sibi ipsi substitutus.*

24 De-

14 *Donec extat unus ex genere vocatorum, non dicitur substitutio purificata favore aliorum.*
15 *Masculi ex femina proximiore ultimi possessoris, sunt aliis preferendi.*

D E C I S I O XIV.

Hieronymus Ballatinus, instituto sibi hærede Francisco filio adoptivo, sive arrogato, illi quandocunque decedenti substituit ejus filios masculos ex legitima uxore natos, & deinceps nepotes, aliosque descendentes similis qualitatis in infinitum de gradu in gradum, in stirpes, & non in capita, salva semper graduum prærogativa, vulgariter, pupillariter, ac per fideicommissum: ut ex testamento impresso *litera A.*

Moriente vero dicto Fräcisco absque filiis, ac descendentibus prędictis, sive cum illis, qui pariter decederent sine similibus filiis, ac descendentibus, & sic extincta linea, ac descendentia dicti Francisci, ejusque filiorum, nepotum, ac descendentium natorum ex legitimo matrimonio, ultimo illorum substituit filios naturales ejusdem Francisci, masculos tamen, eorumque filios, nepotes, ac descendentes masculos, & per lineam masculinam ex legitimo matrimonio natos in infinitum ex eodem Testamento *lit. B.*

Non extantibus vero filiis naturalibus masculis, ut supra, seu eorum linea, & descendentia supradicta totaliter terminata, vocavit omnes filios masculos natos, & nascituros ex legitimo matrimonio ex filiabus feminis legitimis, & naturalibus dicti Francisci, eorumq; descendentes in infinitum natos ex legitimo matrimonio, masculos tamen, & per lineam masculinam, onere eis injuncto assumendi cognomen & insignia familiæ Ballatinæ, dicto Testamento *lit. C.*

Insuper idem Testator in casu, quo Franciscus hæres non haberet neque masculos, neque feminas, seu quod illorum descendentiæ modo, quo supra extinctæ remanerent, eo, inquam, casu substituit Antonium Ballatinum suum consanguineum, ejusque filios masculos natos de legitimo matrimonio, ac nepotes, & descendentes similes per lineam masculinam de gradu in gradum dicto Testamento *liter. D.* Et eo, ac illis non extantibus, seu eorum linea, ac descendentia omnino terminata, vocavit filium masculum descendentem per lineam masculinam ex filiabus feminis legitimis, & naturalibus ejusdem Antonii forte extrahendam, quatenus plures extarent, ea lege, ut filio primo nascituro imponeretur nomen Hieronymi, & vocaretur de Ballatinis, & successive substituit ejusdem primogeniti filios, nepotes, & descendentes masculos de legitimo matrimonio, cum onere gestandi cognomen, & arma familiæ Ballatinæ, jussitque extractionem renovari toties, quoties evenerit casus terminationis lineæ masculinæ masculi jam admissi, seu extracti, donec duraverit linea, ac descendentia masculina ex masculis ex legitimo matrimonio filiarum dicti Antonii, ut ex eodem Testamento *lit. E.*

Finitis demum ac totaliter extinctis lineis prædictorum Francisci, ejusdem filiorum, & filiorum, ac simili modo Antonii, ejusque pariter filiorum, ac filiarum modo, quo supra, idem Testator substituit unum ex filiis, nepotibus, & descendentibus masculis natis similiter de legitimo matrimonio, & per lineam masculinam Jo: Baptistæ Casappi uxorem non habentibus forte extrahendum, quem voluit, quamprimum uxorem ducere, cum onere imponendi ejus primo filio nascituro nomen Hieronymi, & ferendi cognomen & insignia de Ballatinis, vocando successive ejusdem primogeniti filios, nepotes, & descendentes qualitatum, de quibus supra; & ubi nullus extarent ex filiis masculis dicti Jo: Baptistæ Casappi, vocavit unum ex filiis, & descendentibus masculis de legitimo matrimonio natis Aloysii Saraceni forte pariter extrahendum, servato eodem ordine succedendi, ac qualitatibus, & oneribus supra expressis.

Et demum quia ejus intentio erat, ut ipse expressit, quod omnia ejus bona conserventur in institutis, substitutis, & vocatis, ut supra integre, & absque ulla diminutione, ideo expresse prohibuit eorum alienationem.

Cum autem ex Francisco hærede superstites extiterint Philippus filius masculus, qui in fideicommisso successit, & Helena femina, ac postea decesserit Philippus, nullis relictis masculis, sed quatuor filiabus feminis, ex quibus tunc nati erant Baptista, & Ascanius, & alii filii masculi, & respective ex Helena natus esset Cæsar de Marsiliis. Hinc iste prætendens ad sui favorem purificatum fideicommissum, intentato judicio immissionis coram Prolegato Bononiæ, favorabilem sententiam reportavit, a qua per appellationẽ causa ad Rotam delata, & dato dubio, an sit danda immissio, & respective, an loco immissionis dandum sit mandatum de reintegrando, Domini negative in omnibus responderunt.

Fundamentum resolutionis fuit in eo, quod nondum aperta est substituto ad favorem Cęsaris filii Helenæ ob existentiam filiorum masculorum descendentium a Philippo ultimo gravato, qui licet nati ex ejus filiabus feminis, eorum tamen vocatio resultat, nedum ex ipsa dispositiva Testamenti, ubi Francisco hæredi substituuntur *li figliuoli maschi nati di esso missier Francesco, e di sua legitima Moglie, e doppo quelli li suoi nipoti, & altri descendenti di simil qualità da tutti i suoi figlioli in infinito di grado.* Sub quo nomine filiorũ, & descendentium veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis juxta regulam traditam a Fulg. *cons.* 58. Bellon. Jun. *cons.* 72. *n.* 22. *& seq.* Valenzuel. *cons.* 97. *n.* 26. *& seq. lib.* 1. Giovagnon. *cons.* 11. *n.* 43. *&* 44. *lib.* 1. Matt. *de success. legal. p.* 1. *q.* 1. *art.* 2. *n.* 1. *&* 2. latissime Castill. *contr. lib.* 5. *cap.* 129. *n.* 5. *& per tot. & cap.* 130. *n.* 5. *& cap.* 131. *n.* 1. *& seq.* Card. de Luca *de fideic. disc.* 24. *n.* 5. alter de Luca *de Linea legal. lib.* 2. *art.* 76. *n.* 2. Rot. cor. Cerro *dec.* 885. *n.* 2. *dec.* 883. *n.* 1. cor. Priolo *dec.* 492. *n.* 27. *& seq. p.* 9. *dec.* 183. *n.* 4. *p.* 17. *rec.* præsertim cessante, prout hic, concursu masculorum ex masculo, Cephal. *cons.* 518. *n.* 5. Ruin. *cons.* 120. *n.* 9. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 22. *tit.* 16. *n.* 13. *vers. Item illa regula* Rota coram Card. Cerro *dec.* 682. *n.* 7. *et seq. et dec.* 84. *n.* 12. *p.* 10. *rec.* 1 2

Verum etiam apertius ex parte conditionali his verbis exarata: *E mancando detto M. Francesco senza figliuoli, e descendenti predetti overo con detti figliuoli, e descendenti, li quali ancor essi manchino senza figliuoli, e descendenti, e così finisca la linea, e descendenza di detto M. Francesco herede delli suoi figliuoli, nipoti, e descendenti nati di legitimo matrimonio, sostituisco, etc.* Cum enim Testator non contentus ponere in conditione filios & descendẽtes masculos, quos supra vocaverat, progreditur ultra injungendo terminationem lineæ, & descendentiæ ejusdem Francisci, ac ejus filiorum, & descendentium natorum ex legitimo matrimonio priusquam admittantur substituti, utique non est dubitandum, quin voluerit comprehendere etiam filios masculorum ex feminis, cum isti dicantur de linea, & descendentia vocatorum, Card. de Luca *de fideic. disc.* 25. *n.* 16. Rota cor. Merlin. *dec.* 66. *n.* 2. *dec.* 383. *n.* 3. coram fa. me. Greg. *dec.* 885. *n.* 3. cor. Card. Cerro, *dec.* 27. *n.* 2. *et dec.* 164. *n.* 6. *p.* 18. *rec.* quæ non possunt dici finitæ, donec superest aliquis ab eis descendens *l.* 3. *et l. quamdiu* 68. *ff. de acquir. hered.* Grat. *discept.* 773. *a n.* 1. *usque ad* 5. Rota *dec.* 151. *n.* 1. *p.* 3. *et dec.* 43. *dec.* 194. *utrobique pariter n.* 1. *p.* 14. *rec.* 3 4

Huic verborum proprietati accedit etiam distinctivus modus loquendi, quo usus est Testator in subsequentibus substitutionibus, in quibus vocando descendentes masculos, sive ex filiabus feminis Francisci, sive ex Antonio ejusque descendentibus masculis, sive ex Jo: Baptista Casappo, sive demum ex Hieronymo Saraceno, eorumque descendentibus masculis, addidit semper illa verba *per linea mascolina*, 5 & nominando earum lineam, similiter masculinitatis, qualitatem adjecit, ut lit. *C D E I*, quod cum non servaverit in vocatione descendentium masculorum Francisci hęredis, ut ei locus patebat, tam in parte dispositiva, quam in parte conditionali, in qua multum se extendit, recte assequimur qualitatem masculinitatis per lineam masculinam in istis consulto omisisse, ut observat Castill. *quotid. contrar. lib.* 6. *cap.* 31. *n.* 15. *et* 18. Rota *dec.* 81. *n.* 7. *p.* 5. *dec.* 30. *sub n.* 9. *et* 10. *p.* 14. *dec.* 274. *n.* 24. *dec.* 638. *n.* 8. *p.* 18. *rec. et in Bononien. fideicom. de Ghisellis* 17. *Maii* 1686. *§. quæ quidem*, coram R. P. D. Hervault.

Et sane aliter dici non potest, quia alias sequeretur maximum absurdum, quod nempe Testator, qui masculos ex filiabus Francisci vocavit, necnon masculos ex filiabus Antonii, & alios ex Casappo, & Saraceno, qui erant de aliena familia, voluerit a fideicommisso excludere descendentes masculos ex filiabus masculorum Francisci hęredis prædilecti, dum & ipsi æque bene adimplere poterant votum Testatoris in deferendo ejus cognomen, & insignia, ut erat aliis injunctum. Quod absurdum tanquam repugnans verisimili menti Testatoris non est admittendum, ut in his terminis 6 dixit Rot. coram Card. Cerro *dec.* 885. *n.* 15. 16. *et dec.* 30. *n.* 15. *dec.* 123. *n.* 9. *et seq. p.* 14. *dec.* 132. *n.* 20. 21. *p.* 16. *dec.* 69. *n.* 5. *et* 23. *p.* 17. etiamsi opus esset recedere a propria verborum significatione, ut in facti specie respondit Rota *in Bononien. fideic. de Ghisellis* 24. *Januarii* 1685. *§. prædicta et* 7 17. *Maii* 1686. *§. finali* coram R. P. D. Hervault *nuper impress. post. Hieron. Palm. alleg.* 223. 224. *tom.* 3. & multo magis, quia illud eveniret, ex quo ab eadem verborum propria

pria significatione recederetur, quæ semper est attendenda,
8 nisi manifeste de contraria Testatoris voluntate aliunde ap-
pateat, Ruin. cons.120. sub n.8. lib.1. Castill quotid.contr.
d. cap.131. sub n.2. vers. ex his equidem Mans. consult. 198.
n.9. & seq. Mantic. de conject. ult.vol. lib.8. tit.18. n.20.
Hinc non obstat, quod Testator, tam in parte dispositi-
va Testamenti, quam in parte conditionali senserit de solis
masculis ex masculis ex eo, quod in prima post vocationem
masculorum adjecerit clausulam de gradu in gradum, & in
altera, illa alia verba & sic, quæ tanquam restrictiva ope-
rentur, ut subsequens oratio restringatur ad solos mascu-
los ex masculis superius in dispositiva vocatos, Rot. decis.
95. n. 24. part. 11. rec.
Quoniam clausula de gradu in gradum non importat no-
9 vam, ac diversam vocationem ab expressa, nec ullam addit
qualitatem vocatis, sed solummodo designat ordinem, &
modum succedendi inter illos ad excludendam simultaneā
successionem, ut notat Mart. de success. legal. p.4. q.21. art.
10 1. n.28. & seq. Marzar. in epit. fideic. lib.2. qu.16. in princ.
Lattea decis.34. n.4. vers. i, vero, ubi quod magis ordinem
succedendi, quam aliorum inhabilitatem ostendit, Marc.
Medic. dec. Senen. 1. n.55. Rot. dec. 465. n.11.12. p.13. rec.
Alia vero verba et sic non se habent restrictive, quoties ut
11 hic sequens oratio est pinguior, ac magis lata comprehen-
dens indefinite lineam, ac descendentiam, ejusque finem,
sed tunc stant ampliative & augmentative, Bero cons.37. n.
16. vol. 2. & magis præcise Rot. Ferrarien. in dec. impressa
penes Giovagnon. post cons.85. nu.67. cum tribus seqq. lib.1.
quæ amplitudo operatur etiam ut pars conditionalis, quæ
12 alias recepit declarationem a dispositiva, nullam ab ipsa re-
cipiat restrictionem, sed verbum linea ibi appositum opere-
tur in sui latitudine, ut in his terminis observat Palm. Jun.
alleg.221. sub n.70. 71. tom.3. et adest dec.226. n.1. cor. Ca-
rill et admittit, Rot. illam declarando in decis.207. n.5. p.
16. et in Carpentorat. hereditatis seu fideicomm. 14. Mar-
tii 1687. §. ultra quod, coram R. P. D. Molines et facit de-
cis.514. n.4. et 5. p 5. rec.
Minus subsistit, quod prædicta Testatoris dispositio con-
dita fuerit pro conservatione ejus agnationis, quo casu ver-
bis illis suapte natura communibus masculi ex femina non
comprehenduntur, sed de solis masculis ex masculo, per
13 quos agnatio conservatur, intelligi debent, Castill. quotid.
controv. lib.3. cap.29. n.6. 12. et 23. Rot. dec 95. n.16. par.
11. et dec. 269. n 8. p 15 et dec.96. n.19. et seq. p.17. rec.
Etenim nec expresse, nec tacite habita apparet ratio a-
gnationis; non quidem expresse, quia nullibi de ea fit men-
tio, & tamen non præsumitur nisi sit a Testatore expressa,
Rota dec.282. sub n.4. vers. quod autem p.2. et dec.156. n.13.
part.5. et dec. 267. n.14. part.11. rec.
Non tacite, quia conjecturæ ad id cumulate nullatenus
stringunt, cum ad effectum recedendi a regula, & ad hoc
14 ut excludantur personæ, quæ sub verborum proprietate
continentur, debeant esse undequaque claræ, & evidentes,
ut bene Fulgos. in alleg. cons. 85. n. 2 juxta fin. Valenzuel.
cons.97. n.71. 72. 73. vol.1. Castill. d. cap 129. sub num. 40.
lib.6. Rota dec. 485. n.3. p.4. et dec. 144. n.3. part.7. et dec.
638. n.4. part.18. rec.
Tales equidem visæ non sunt, quæ ab informantibus pro
Cæsare fuerunt ponderatæ; prima nanque deducta ex qua-
15 litate masculinitatis in omnibus vocatis requisita, operatur
quidem, ut succedens debeat habere qualitatem masculini-
tatis, sed ex ea non infertur ad qualitatem agnationis, at-
tenta differentia, quæ non modica intercedit inter unam,
& alteram qualitatem, ut notat Mans. cons. 198. n.15. 16.
to.2. Rota decis.667. n.10. p.2. et dec.279. n.20. 21. p.6. rec.
& importat solum prædilectionem sexus, non autem ra-
tionem agnationis, Casanat. cons. 28. n. 9. Castill. quotid.
contr. lib.6. d. cap. 129. n 4. et seq. Rota coram Seraph. dec.
16 1216. n.6. in rec. decis.160. n.15. part.10. et decis.493. n 3.
part.13. et dec.349. n.19. p.19. rec.
Altera vero elicita ex onere injuncto masculis feminarū
17 & aliis de aliena familia assumendi cognomen & insignia
Ballatina non pręstat in pręsenti argumentum pro contem-
platione agnationis, cum Testator non prætulerit prius o-
mnes agnatos, qui deferrent ipsi nomen & arma; sed pro-
miscue agnatos veros, & agnatos fictos vocavit, immo a-
lios veros agnatos, ut erat Frater Francisci hæredis penitus
omisit substituendo extraneos, quo casu non dicitur con-
templata agnatio, sed solum injunctum onus, & simplex
delatio nominis, & armorum, ut observat Mart. cons.61.
n.18. penes Altogr. cons.66. n.60. et seq. lib.2. et optime Rot.
dec.194. sub n.7. vers. Primogenitura p.14. rec. et Bononien.
fideic. de Ghisellis 24. Januarii 1685. §. at secus et 17. Maii
1686. §. similemque, cor. R. P. D. Hervault, et in illarum
Confirmatoria 4. Junii 1687. §. non urgente in fine coram R.
P. D. Caccia, quæ cum æque bene immo melius adimpleri 19
possit per reos conventos uti proximiores natos ex femina
ultimi possessoris masculi, non impedit, quin ipsi veniant
appellatione filiorum & descendentium masculorum, ut
plene tradit Altogr. d. cons.66. n.63. et seq. Palm. Jun. cons.
221. n.61. Lattea dec.34. n.49. Rota dec.6. p.1. divers. Card.
Cerro dec.628. n.8. et dec.702. n.6. et seq. Rot. in rec. decis.
463. n.7. part.13 dec.132. n.22. et 24. p.16. et supra allegatis
Bononien. fideicom. de Ghisellis in locis proxime indicatis.
Postrema demum conjectura desumpta ex prohibitione
alienationis bonorum nihil operatur in præsenti, ubi Testa-
tor ad illam devenit, ea præmissa ratione, quia ejus intentio
erat, ut omnia ejus bona conserventur in institutis, & sub-
stitutis integre, & absque ulla diminutione d. Testamento
lit. G. quæ ratio expressa cum respiciat integritatem bono- 20
rum, ac eorum permanentiam in vocatis, ea solum dicitur
præ oculis habita a Testatore, non autem ratio agnationis,
Mans. cons. 199. nu.18. et 19. tom.2. et optime Palm. Jun. d.
alleg.221. n.33. et 82. tom.3. Rota d. dec. 194. num.7. vers.
Primogenitura et sub n.8. vers. fortius autem p.14. rec.
Nec iterum ad excludendam vocationem masculorum
ex filiabus feminis Philippi ultimi masculi obstat pondera-
tio, quod si Testator voluisset eos comprehendere in prima
substitutione, injunxisset ipsis quoque onus delationis co-
gnominis, & armorum, ut injunxerat aliis filiis masculis
feminarum Francisci, & Antonii post defectam eorum li-
neam masculinam, & similiter ulterioribus vocatis de alie-
na familia. Quoniam non inde infertur, quod eos vocare
noluerit, quia dum usus est verbis aptis illos comprehende-
re, vel censeri debet dictum onus, quoad ipsos consulto o-
misisse, ut fuit firmatum in supradicta Bononien. fideic. de
Ghisellis 17. Junii 1686. §. similemque in principio & § ve-
rum R. P. D. Hervault, & in alia coram R. P. D. Caccia 4. 21
Julii 1687. §. nec urget, vel saltem tacite ipsis quoque idem
onus apposuisse, Fusar. cons.175. n.13. 14. & 19. Rota co- 22
ram Card. Cerro dec.885. n.12.
Minus subsistit alterum objectum, quod nempe filii ma-
sculi feminarum habent suam specialem substitutionem, ut
in allegato Testamento lit.C. & proinde comprehendi non
possint in prima substitutione, ne substituti dicantur sibi
ipsis, in ipsorummet defectum, quod esset absurdum,
Rot. dec.322. n.28. p 9. rec.
Quoniam duplex genus masculorum ex feminis conside-
ravit Testator. Unum immediatum, qui de gradu in gradū
ordine successivo succedere potuissent, & hos substituit in
locis supra allegatis §. fundamentum, & §. verum. Alterum
vero descendentiæ masculinis ex feminis mediatum, ad
quod fieri debebat transitus, defecta linea masculina Fran-
cisci, & hæc vocata fuit in illa particulari substitutione, ut
patet ex lectura d. lit. C. & cum ibi hoc genus masculorum
substituatur in casu, quo Franciscus non haberet filios ma-
sculos vel isti, eorumque linea, ac descendentia deficerent,
non potest dici purificata substitutio ad favorem Cæsaris 23
de eodem secundo genere masculorum, utpote nati ex Hele-
na filia Francisci, dum extant rei conventi de linea & de-
scendentia filiorum masculorum ejusdem Francisci primi
generis, tanquam nati ex filiabus Philippi ultimi masculi
Francisci l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. l. unica §. fin 24
autem, C. de caduc. tollen. Surd. cons.357. sub n.15. vers. in
tantum, Rota coram Coccino decis.1830. n.1. & dec.251.
n.1. coram Priol. & dec.524. n.10. p.18. rec.
Verum quatenus etiam in prædicta Testamenti parte sub
nomine masculorum filiarum feminarum Francisci dici
possent comprehendi omnes masculi, tam ex mediatis,
quam ex immediatis illius filiabus; semper tamen debita
foret prælatio masculis ex filiabus Philippi in concursu 25
masculorum Helenæ ejus sororis, cum sint proximiores,
& descendentes ultimi possessoris, ut in his terminis ratio-
cinatur Card. de Luca de fideic. d.48. n.11. 12. Altogr. cons.
92. sub n. 34. vers. secunda sublimit. l.2. Rot. d. 681. n.2. &
3. part.2. ac d 96. n.37. usque ad 42. rec.
Et ita, resoluta etiam ex his altera parte dubii, decisum
fuit, Partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. MOLINES.
Romana fideicommissi de Martellis.
Ven. 21. Februarii 1698.

A R G U M E N T U M.

Expenditur eadem sententia, quod sub nomine descenden-
tium masculorum includantur masculi ex femina.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Immissio fideicommissario non denegatur.*
2 *Quis præsumitur absque filiis decessisse, nisi contrarium probetur.*
3 *Appellatione filiorum, seu nepotum masculorum indifferenter admittuntur tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis.*
4 *Qualitas masculinitatis inter personas diversi gradus nunquam censetur repetita.*
5 *Appellativo nomine vocati censentur tantum per vulgarem substituti.*
6 *Vulgariter substitutus subingreditur in locum ejus, qui nollet, aut non posset ob ejus mortem succedere.*
7 *Substitutio communibus verbis, & sub mentione mortis facta est apta comprehendere compendiosam, etiam absque verba* quandocunque.
8 *In compendiosa substitutione continetur vulgaris anomala, cujus virtute vulgariter substitutus subingreditur in locum gradus caducati, perinde ac si fuisset immediate substitutus.*
9 *De natura subrogatorum est, ut sortiantur eandem naturam eorum, in quorum locum subrogantur.*
10 *In vim clausulæ* Constituti *datur associatio.*
11 *Filiatio probatur ex enunciativa emissa in Testamento, in quo quis filius enunciatur, eique reservatur legitima.*

DECISIO XV.

Dubium alias in hac causa subscriptum *An sit danda immissio, & respectivè associatio*, hodie informante tantum Joann.Francisco Morello proposui,& Domini illud affirmativè resolverunt ob concursum omnium requisitorum, quæ sunt fideicommissario necessaria pro obtinenda petita immissione in vim *l.fin. C. de edict. D. Adrian. toll.*

1 De existentia enim fideicommissi ejusque purificatione visum est constare ex lectura Testamenti q.Camilli Martelli, qui post institutum suum hæredem universalem Antonium Marianum, quatenus mori contigisse sine filiis, eidem,& ejusdem Antonii filiis substituit,& succedere voluit Jo:Baptistam de Octavianis, ac ejus filios masculos, nepotes, & pronepotes quamobrem cum d. Antonius decesserit absque filiis, prout etiam præsumitur, nisi contrarium probetur, ad tradita perRot.cor.Duran.*dec.*301.*n.*5.*& dec.*408. *n.*4.coram Merlin. *dec.*107.*n.*1.*& dec.*460. *n.*28.*p.*9.*recent.* nequit in dubium revocari, quin fideicommissum purificatum remanserit favore Jo: Francisci Morelli nepoti ex d. Jo: Baptistæ Octavianis primi substituti, quamvis descendat per medium femininum; quia cessante contemplatione
2 agnationis absolutum est hodie in jure quod appellatione filiorum, seu nepotum masculorum indifferenter admittuntur tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis, *juxta famigeratum Consilium* Fulgos.85.& passim in nostro Tribunali receptum est, ut videre cor. Cerro *dec.*885.*n.*2. coram Bich. *dec.*252.*n.*21. coram Priolo *dec.*283.*n.*1. *seqq.* 132.*n.*14.*par.*16 *& in Bononien.fideicomm. de Ballatinis* 3. *Junii* 1689.*§. Altera vero*, cotam R.P.D. meo Caprara, *& in Romana fideicomm.*8.*Martii* 1698.*§. data vero*, cor. Reverendiss. meo Decano.

Fortius quia vocatio nepotum, & pronepotum est absque qualitate masculinitatis, quæ inter personas diversi gradus nunquam censetur repetita, ut reprobato Abb. *in cons.*30. *lib.*1. prævalet in judicando opinio Anan. *cons.* 22.
3 quorum sequaces refert Fusar. *de substit. q.* 403. *sub num.* 6. *& cons.*66. *n.*3. Castill. *controv. Juris lib.*2. *c.*4. *a n.*25. *cum seqq.* Adden.ad Buratt. *dec.*272. *n.*19. Rot. coram Gregor. *dec.*514. *n.*6. *& dec.*170. *n.*5. *&* 10. *p.*14. *dec.* 638. *n.*5. *p.*18.
4 *dec.*122. *n.*3.4. *p.*19. *rec.*

Nec fideicommissum,seu substitutio dici potest caducata, ex quo Joannes Baptista de Octavianis prædecessit Antonio Mariano hæredi instituto; quia cum in casu obitus ejusdem hæredis sine filiis copulative Testator vocaverit Jo:Baptistam ejusque filios masculos, nepotes, & pronepotes, omnes isti censentur vocati ordine successivo, idest per vulgarem *juxta Theoricam Cumani in l. Gallus §. Quidam sub n.*8.*ff. de liber.& posthum.* Menoch.*cons.*85. *n.*79. Andreol.
5 *contr.*68.*n.*20.*& seq.* Fusar. *de substit.q.*382.*n.*1. Cardin. de Luca *de fideic.disc.*91.*n.*3. Mans. *consult.*131.*n.* 11. Tondut. *resol.civil.*125.*n.*15.Rot.284.*n.*7.8. *rec. & in Romana, seu Januen. Bonorum* 10. *Decembr.*1696.*§. tertius*, coram me.

Ideoque prędecessus primi substituti nihil officit,sed operatur, ut vocati per vulgarem subingrediatur in locum ejus qui nollet, aut non posset ob ejus mortem succedere, Imola *in l. quandiu ff.*8. *de acq. hered.* Corn. *cons.* 180. *col.* 4. *n.* 4. Gabr. *cons.*95. *n.*19. Peregr. *de fideic.art.* 15. *n.* 12. Rot. cor. Bich. *dec.*548.*n.*1. *& in d. Rom. seu Januen. Bonor. d. §. certius*, cor.me.

Indubitanter quia d.substitutio Jo: Baptistæ legitur facta 6 verbis communibus,& sub mentione mortis Antonii hæredis instituti sine filiis, quæ cum sit apta comprehendere compendiosam etiam absque illo verbo *quandocunque*, Barth. *l.Centurio n.*9.*ff. de vulgar.& pupill. substit.* Peregr. *de fideicom.art.*34 *n.*9.Rot.coram Bich. *dec.*548.*n.*2. sequitur, quod in ea continetur vulgaris anomala, cujus virtus est,ut 7 per prædecessum d.Jo:Baptistæ dici quidem possit caducatus ejus gradus; non autem substitutio facta in casu obitus hæredis gravati sine filiis, itaut ob purificatam conditionem rectè hodie Jo:Franciscus Morellus petit sibi restitui bona fideicommissaria tanquam subingressus in locum gradus caducati perinde, ac si immediate fuisset substitutus hæredi gravato, juxta Theoricam Barthol. *in l.quandiu ff.de acquir. hered.* Peregr. *de fideic.art.*15.*n.*14.Rot. *d.*548. *n.*7.*& plenius d.*17. *a n.*6. *ad* 14. cor.Bich.*& in puncto d* 163. *n.*6. *p.*16. *rec. & in Macerat. fideic.*29. *Januarii* 1691.*§. de vocatione*, coram Benincasa *cum aliis pleno calamo relatis in dicta Rom. seu Januen. Bonorum §. Tum etiam quia*, cor.me. 8

Identitas bonorum similiter patuit ex datis *in Summ. num.*8. *et* 9. Nam respectu domus, ad quam petitur immissio, ista fuit subrogata in locum domus fideicommissariæ cum expressione, quod remanere deberet obnoxia omnibus vinculis,& signanter fideicommisso,de quo agitur;unde dubitari nequit, quin reputanda sit fideicommissaria ex regula subrogatorum, quæ sortiuntur eandem naturam eorum, in quorum loco subrogantur, Grat. *discep.*989.*n.*22. Barb. *axio. Jur.*2.3. *per tot. et in puncto casus nostri* Rot. *d.*7.*n.*4.cor.Ninot. *et d.*385.*n.*18.cor.Peutinger. *et d.*226. *n.*15. *p.*16. *rec.* 9

Respectu vero census scut.200.iste ex lectura instrumenti impositionis est pariter fideicommissarius, cum fuerit creatus per Claram Alicorniam favore Camilli Martelli fideicommittentis; unde super eo nedum competit immissio, verum etiam pro fructibus illius est danda associatio super fundis censitis vigore clausulæ *constituti* in d. instrumento impositionis impositæ, Rot. *dec.*542. *n. post Cenc de Cens. de* coram Bichio *dec.* 301. *n.*1. *cum plurib. seqq. et dec.* 318. *n.*1. *part.*19. *rec.* 10

Demum legitimatio d. Jo: Francisci Morelli tanquam nepotis Jo: Baptistæ de Octavianis probatur, tum quia iste reliquit jure legati d.Jo: Francisco, & Catharinæ filiis Hieronymæ Testatoris filiæ duas Apothecas, ac instituit universalem hæredem eandem Hieronymam filiam,ut ex testamento dato in d. *Summ. n.*4. Tum quia d.Hieronyma in donatione facta favore Ursini filii ex secundo matrimonio reservavit legitimam ipsi Jo:Francisco Morello uti filio ex primo matrimonio:ex quibus actibus satis superque dicitur probata legitimatio personæ, ad tradita in puncto per Rot. cor.Bich. *d.* 434. *n.* 2.3. *et* 4. ibique concordantes, sicque constito de existentia fideicommissi ejusque purificatione, bonorum identitate, & legitimatione personæ, rectè fuit hodie concessa petita immissio, & respectivè associatio. 11

Et ita informante tantum Joanne Francisco Morello resolutum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Romana fideicommissi de Martellis.

Lun. 23. *Januarii* 1698.

ARGUMENTUM.

Approbantur superius firmata.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione masculorum veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis.*
2 *Qualitas masculinitatis inter personas diversi gradus nunquam censetur repetita.*
3 *Caducato primo gradu substitutionis subsequentes expirant.*
4 *Limitantur quoties cæteri substituti fuerint vocati per vulgarem.*
5 *Substitutio facta cum commemoratione mortis dicitur compendiosa, licet deficiat verbum* quandocunque.
6 *Et in ea continetur vulgaris anomala, per quam substitutus subintrat in locum gradus caducati cum eodem onere restituendi.*
7 *Res subrogata assumit naturam ejus, in cujus locum sit subrogatio.*
8 *Ex quibus probetur identitas.*
9 *In vim clausulæ* constituti *datur associatio.*
10 *Lis præscriptionem interrumpit.*

in contractu Emphyteutico, vel in casibus, qui enumerantur, n. 11.

13 *Dispositio, quæ facta legitur favore masculorum cum digressu ad plures substitutionum gradus, cum repetitione qualitatis masculinitatis, ac cum prohibitione alienationis, ut bona in agnatione conserventur, censetur ordinata, & directa nedum pro predilectione masculi sexus, sed etiam pro ipsius agnationis conservatione.*

14 *Et sic ad exclusionem feminarum ac descendentium ab eis.*

15 *Copula & posita inter duos diversitatem copulatorum designat.*

16 *Sub nomine familiæ tam agnati, quam cognati comprehenduntur.*

17 *Ex discretivo modo loquendi potest deprehendi voluntas excludendi masculos ex feminis.*

18 *Primogenitura continet in se tacitam conditionem assumendi Arma, cognomen, & familias, & ex illius institutione convincitur Testatorem habuisse in animo agnationis conservationem.*

19 *Verisimilis Testatoris mens in fideicommiss. totum facit.*

20 *Masculi ex feminis censetur exclusi, si alias sequerentur absurda.*

DECISIO XVII.

REvocata ad novum examen Testamentaria dispositione Julii Moroni, quæ sub die 8. Julii proxime præteriti fuerat cor. me interpretata ad favorem Francisci Lazarini per feminas descendentis a Testatore, eaque sub triplici propositione discussa, tandem in hodierna Audientia, videntibus omnibus DD. responsum fuit pro recessu a decisis.

Siquidem cum memorata dispositio post filiorum institutionem, Hieronymi scilic. in quodam prælegato; Joannis, & Antonii in statu Clericali existentium in sola legitima Annæ, & Amabiliæ, & Angelæ in congruis dotibus, & denique Bartholomæi, & Policarpi in universa hæreditate in ulteriori ejus progressu concepta legatur sub his substitutionibus ibi: *Et si contingat mori, vel deficere aliquem ex prædictis filiis meis masculis hæredibus universalibus, non superstitibus sibi filiis, aut aliis descendentibus masculis, substituo vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum liberos masculos legitimos, et naturales, ut supra; ita quod omnes hujusque defuncti liberi una portione loco sui parenti fruantur etc. Si vero contingat deficere omnes filios masculos hæredes universales prædictos, et eorum prolem masculinam legitimam, et naturalem, ut supra; tunc volo, quod succedant filii*

1 *masculi legitimi, et naturales præfati Hieronymi filii mei etc. et si contingat mori, vel deficere aliquem ex prædictis Hieronymi filiis masculis, non superstitibus sibi filiis, aut aliis descendentibus masculis ut supra; tunc volo, quod succedant alii filii masculi prædicti, et ipsorum filiorum defunctorum liberi, et masculi legitimi, et naturales ut supra. Si vero contingat deficere etiam omnes filios masculos prædicti Hieronymi, et eorum prolem masculinam ut supra extantibus prædictis Joanne, et Antonio filiis meis; tunc volo, quod ipsi succedant in omnibus bonis ad eorum vitam tantum, quibus non extantibus, vel quandocunque deficientibus, tunc volo, quod succedant æquis portionibus filii primogeniti Annæ, et Amabiliæ filiarum;* quæ masculorum ex feminis descendentium exclusionem præseferunt, comprehendere sane nequit Franciscum per medium feminarum a Policarpo, & Hieronymo descendentem, quamvis defectis masculis ex masculis in subsidium admitti expostulat, cum semper illi destituto necessaria qualitate descendentiæ ex masculo obstet vulgaris illa propositio *substituto*, de re non loquitur, in terminis Rota *in Romana die de Maffeolis 27. Martii 1693. §. Et ex his*, coram R.P.D. meo Priolo. Et idcirco bona, quæ prius fideicommisso erant obnoxia ex ipsius fideicommittentis Judicio in ultimo gravato, libera dicuntur effecta, ut per *Text. in l. Cum Pater 5. Liber ff. de leg. 2.* dixit. Rot. *dec. 462. n. 17. par. 14. d. 228. n. 4. cum seq. d. 410. n. 33. et seqq. par. 19. et in Romana, seu Florentina fidei 6. Martii*

2 *1684. §. Neque admissionem, et §. seq.* coram bo. me. Rondinino, *et in Ferrarien. bonorum 11. Martii 1687. §. majorit.* coram Reverendissimo Ursino Decano, *et in Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 20. Junii ejusdem anni 1687. §. Ex implicita*, coram eodem, *et novissime in Narnien. fidei, de Capitonibus 9. Maii 1695. §. signanter*, coram R. P.D. meo Muro.

Absque eo, quod in sensu contrariæ decisionis sub §. *Alter namque*, vocatio Francisci argui valeat ex eo, quod Julius invitaverit in ejus Testamento filios, & descendentes masculos Policarpi, & Hieronymi, sub quorum appellatione non solum veniunt masculi ex masculis, sed & masculi ex feminis, & per consequens Franciscus, qui per medium Lauræ, & Cæciliæ ab eisdem ortum ducit ad fideicommissum, videri debeat vocatus, ut reprobata contraria sententia originaliter a Riccardo de Palumber sequendo celebre consilium Fulgos. 85. *n. 1. et 2.* frequenter respondit Rot. & *præcipue* coram Bich. *dec. 307. num. 13. et 14.* coram Priolo *dec. 283. n. 5.* & coram Cels. *dec. 141. n. 6. cum aliis in Romana fideicommissi 8. Martii proxime præteriti §. Data autem perpetuitate*, cor. Rever. D. meo Decano, *et 28. Junii §.* 3 *Quamobrem*, coram eodem.

Quandoquidem tametsi Julius in parte dispositiva vocaverit filios, & descendentes masculos, & sub nomine filiorum, & descendentium masculos ex feminis, ubi de contraria Testatoris mente minime appareat per ea, quæ apposite ponderat Rota *in recent. dec. 69. n. 27. par. 17.* Attamen cum ipse in parte conditionali per verba relativa, ut supra, vocationem coarctaverit ad masculos ex masculis procreatos ibi - *Si vero contingat deficere omnes filios masculos hæredes universales prædictos, et eorum prolem masculinam le-* 4 *gitimam, et naturalem, ut supra; tunc volo, quod succedant filii masculi prædicti Hieronymi filii mei:* aperte ergo suadetur in parte dispositiva sub nomine filiorum, & descendentium masculorum solum intelligere voluisse de filiis, & descendentibus masculis procreatis, & pro synonymo habuisse descendentes masculos, & prolem masculinam ortam ex masculis; nam masculi descendentes ex feminis non merentur nomen prolis masculinæ, eorum videlicet Bartholomæi, & Policarpi, nec prolis masculinæ suorum hæredum universalium, ut bene ad rem perpendit Rota coram Cerro *dec. 630. n. 3. et 4. et in Bonien. successionis 14. Jun. 1686. §. Neque*, cor. bon. me. Benicasa, *et egregie in dicta Romana fideicommissi de Maffeolis 22. Martii 1694. §. Quo vero, et §. non obstante*, cor. R.P.D. meo Priolo.

Atque huic intellectui minime adversari visa est dicta 5 decisio ultima edita in Romana fideicommissi sub die 8. Martii proxime præteriti §. *Haud resistente*, cor. R. P. D. meo Decano: Si enim utrunque casum comparemus, liquido patebit præsenti hypothesi esse inapplicabile; In hujusce 6 enim decisionis casu, ut ibi expresse Rota declarat, plurima concurrebant argumenta, ex quibus eruebatur Testatorem, vocando filios masculos Catharinæ, non intellexisse de solis filii primi gradus immediate ab ea descendentibus, sed sub eorum nomine comprehendere voluisse ulteriores masculos etiam ex feminis procreatos, dummodo descenderent a Catharina juxta proprietatem fideicommissariorum, quæ ubi deficit votum agnationis, aut desiderantur verba restrictionem ad agnatos importantia solet ad perpetuitatem tantummodo ordinari; at longe profecto se res habet in subjecta facti specie, in qua habemus verba restrictiva ad masculos ex masculis, ulterius nedum ex dispositionis contextu deprehendi valet ulla conjectura extensionem ad masculos ex feminis operans, sed potius ad eorundem exclusionem militant in oppositum plures conjecturæ inferius recensitæ.

Posita autem expressa vocatione prolis masculinæ per masculum procreatæ, superfluum esse existimarunt Domini aggredi quæstionem illam ab Informantibus in abstracto agitatam, An sub nomine prolis masculinæ veniant solum masculi ex masculis, vel etiam masculi ex feminis affirmantibus ex una verbum *proles* esse synonymum cum verbo *ge-* 7 *nerationis*, ad notata per Actolin. *resol. 115. n. 24. et seq.* de Luca *de linea legali par. 1. art. 21. num. 23. vers. sicut etiam*, Mans *consult. 351. num. 16. cum duobus seqq.* & exinde inferentibus, quod quemadmodum appellatione generationis masculinæ non admittuntur masculi ex feminis, ex quo ipsi non sunt generatio masculina, sed feminina, utpote generati a femina, ut observat Menoch. *cons. 205. num. 37. et* 8 *cons. 883. n. 14.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. n. 28.* Simon. de Pret. *de interp. ult. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 1.* Grat. *discept. 925. num. 2. et seqq. per tot. lata* de Luca *ad eundem n. 4. et seqq.* Rot. coram Merlin. *dec. 240. n. 4.* coram Burat. *dec. 272. n. 3. et in recent. 311. n. 3. et plurib. seqq. part. 11.* Ita quoque sub nomine prolis masculinæ comprehendantur tantum masculi ex masculis ex firmatis per Actolin. aliosque superius citatos.

E contra vero comprobare satagentibus verbum *proles* secundum suam germanam intelligentiam prædicari de omni descendentes, aptumque esse ad comprehendendum masculos æque, ac feminas, ex quo parificetur omnibus iis, qui veniunt sub nomine descendentium liberorum, &

9 progeniti, ad Text. *in l. Aintius* 20. *C. de Agric. lib.* 11. Bald. *cons.* 321. *sub n.* 1. *vers. & quod appellatione lib.* 3. *cap.* 4. *n* 9. Peregrin. *de fideic. art.* 22. *n.* 21. Fusar. *de substit. q.* 336 *n.* 1. *&* 4. Knipschil. *de fid. cap.* 1. *n.* 84. Torres *de Primog. Ital. p.* 1. *c.* 35. *n.* 263. Boer. *dec.* 356. *n.* 1. Rot. coram Cavaler. *dec.* 121. *n.* 2. *& in rec. dec.* 270. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. Quapropter sicuti adjecta qualitate masculinitatis *verb. descendentia*, & similium, illud congruit tam masculis ex masculis, quam etiam masculis ex feminis ex famigerato *cons. Fulgos.* ita pariter verbum *proles* cum addito *masculina*, non debet restringi ad solos masculos ex masculis.

Haud relevantibus contrariis authoritatibus, quæ duntaxat locum obtinere possunt; quoties nimirum versemur in contractu emphyteutico, in quo de jure strictam facien-
10 dam esse interpretationem, monet Card. de Luca *de emphyt. disc.* 13. *sub num.* 5. *vers. Eo fortius*, Rot. *dec.* 663. *n.* 6. *par.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 34. *n.* 3. *par.* 18. secus autem in ultimis voluntatibus, in quibus largior, ac benignior interpretatio fieri debet, ut advertit Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 137. *sub n.* 7. *& disc.* 172. *n.* 5. & dixit Rot. *dec.* 130. *n.* 18. *par.* 13. vel si ageretur de excludendis feminis, quæ non includuntur sub nomine prolis masculinæ, vel denique ubi prolis masculinæ nomen parificaretur cum altero generationis masculinæ, sumendo generationem masculinam passive pro iis, qui sunt generati, non autem si absolute sumatur, ea ratione, quia generatio eum involvat generantem, & genera-
11 tum, ad Text. *in fil. famil. ibique Gloss. ff. de Testam. & §. Testamenti autem factionem instit. de hered. de re qualit. et different.* Card. de Luca *de emphyt. disc.* 13. *n.* 2. *& seq. Alter* de Luca ad Grat. *discept.* 295. *n.* 3. & Rot. *in rec. dec.* 312. *num.* 2. *p.* 11 ut dici possit generatio masculina requiritur, quod tam generans, quam generatus sit masculus.

Superfluam inquam putarunt Domini quæstionem præfatam assumere, nam his omnibus etiam admissis, & co præsertim, quod proles masculina verificetur solum de generato masculo, itaut non sit attendenda qualitas generantis; nihilominus removeri visa est difficultas ex prænotata superius facti circumstantia, scilicet, quod cum Testator expresse voluerit prolem masculinam suorum filiorum, efficitur inde, ut censeri debeat voluisse prolem masculinam ortam ex filio masculo, adeoque tam generatum, quam ge-
12 nerantem qualitate masculina pollere, ut probant authoritates adductæ, §. *Quandoquidem*.

Potissimum vero cumulatis tot tantisque circumstantiis ex visceribus dispositionis depromptis, illa quippe favore masculorum legitur ordinata cum digressu ad plures substitutionum gradus assidue in omnibus repetita qualitate masculinitatis exclusis cum propriis filiabus, illegitimisque quocunque titulo legitimatis, tum Religiosis personis, ac fisco strictissime desuper prohibita alienatione adjecta ratione, ut bona in familia conservarentur, ibi—*Et hoc facio, ut bona permaneant in familia*; quæ quidem omnia insimul juncta, ut fieri debet, nedū prædilectionem masculini sexus præseferunt, verum quoque ad agnationis conservationem
13 directam censentur Rodulphin. *alleg.* 78. *n.* 7. Rota *dec.* 95. *n.* 8. *& seqq. par.* 11. *dec.* 279. *n.* 13. *& seqq. par.* 15. *dec.* 69. *n.* 17. *& seqq. dec.* 381. *num.* 19. *& seq. par.* 17. *dec.* 27. *num.* 6. *& seq par.* 18. *dec.* 410. *n.* 26. *& seqq. par.* 19. *& in Asculana Fideicommissi* 29. *Maii* 1693. §. *Sed quatenus*, cor. R. P. D. meo Caprara, ponderando præsertim rationem dispositivam conservandi bona in familia, quod votum juncta adeo frequenter repetita masculorum vocatione, feminarum, ac descendentium ab eis perpetuam exclusionem inducit, ut
14 per Caten. *resol.* 233. *n.* 1. Rodulph. *alleg.* 179. *ex n.* 7. *usque ad* 12. Rota *dec.* 27. *n.* 6. *&* 7. *& dec.* 185. *n.* 3. *cum seq. par.* 18. *& in dicta Romana, seu Fideicommissi prima Julii* 1682. §. *Scilicet justificari*, *&* 5. *Aprilis* 1682. §. *Porro*, coram Reverendissimo Hervault, *&* 6. *Martii* 1682. *Non minus valida*, coram bo. me. Rondinino, *& in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis* 22. *Junii* 1686. §. *Agnationis autem*, cor. bon. mem. Benincasa.

Quibus omnibus in nihilo contrariantur verba illa dispositionis Testamentariæ Julii *in familia*, & substitutis prædictis, & eorum quolibet, quæ tantum abest, ut officiant, quin potius mirifice ad intentum videntur facere: Quoniam cum Testator nedum vocaverit familiam suam ex tot agnatorum lineis efformatam, verum etiam postea admiserit filios primogenitos Annæ, & Amabiliæ mediante copula *Et*, quæ posita inter duos diversitatem copulatorum designat, ut tradit Rocc. *disp. Jur. select. cap.* 76. *num.* 37. ex hoc infertur, quod patefacere voluit sub familiæ nomine de Jure Codicis agnatos, & cognatos comprehendente, ut probat prior Causæ decisio, §. *Nec pariter*, agnatos tantum se comprehendisse, & non nisi iis extinctis bona ad filios Annæ, & Amabiliæ, quos pariter invitaverat, esse deferenda, quinimo ex hujusmodi discretivo loquendi modo ad arguendam diversam Testatoris voluntatem apprime efficaci, ut ex Text. *in l. unica §. Si autem ad deficientis Cod. de caduc. toll. observ.* Rot. cor. Priolo *dec.* 228. *n.*... *& in dicta Romana Fideicommissi de Massiolis* 14. *Julii* 1694. §. *Nec relevante* coram R. P. D. meo Priolo, clarius etiam comprobatur illius mentem fuisse fideicommissum pro solis masculis ex masculis condere; nam ubi voluit masculos ex feminis non solum illos aperte vocare non omisit, sed etiam eosdem admisit, cum qualitate primogenitutæ, quæ cum delationem armorum, & onus assumendi cognomen secundum aliquos secum ferat, ut per Fontanell. *dec.* 32. *num.* 3. *&* 4. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 6. Fusar. *cons.* 175. *num.* 13. *&* 53. Actolin. *resol.* 99. *num.* 8. *&* 9. est una ex conjecturis convincentibus Testatorem habuisse in animo conservationem agnationis, Rodulphin. *citata allegat.* 78. *n.* 9. de Philippis *dissert. fiscal.* 37. *n.* 99. *& seq.* Rocc. *select. Jur. c.* 2. *n.* 36. Torr. *de primog. tom.* 1. *c.* 41. §. 7. *n.* 74. Rot. *dec.* 23. *n.* 22. *et seq. p.* 11. *dec.* 414. *n.* 13. *vers. secundo sive p.* 12. *dec.* 269. *n.* 13. *p.* 15. *rec. & in Romana fideicommissi de Albertinis* 24. *Martii* 1689. §. *contemplatio autem*, cor. bo. me. Guaxardo.

Alias enim contra verisimilem Testatoris mentem, quæ in fideicommissis totum faciat, ut inquiunt Rodulph. *alleg.* 68. *n.* 3. *& seq. & alleg. in* 4. *n.* 2. Torr. *de primog. tom.* 1. *cap.* 41. §. 7. *n.* 70. Rot. *dec.* 269. *n.* 4. *& seq. p.* 15. *& dec.* 60. *n.* 8. *& seq. par.* 17. *& dec.* 27. *n.* 4. *p.* 18. masculi proximiores prædilecti remanerent exclusi, & quod plus est ipsiusmet Testatoris filii excluderentur a descendentibus de aliena familia, quod seclusa ejusdem Testantis expressa voluntate aliunde elicita, quam a vocatione masculorum, & descendentium, nullatenus potest admitti, ut in his terminis ponderant Peregrin. *de fideicomm. art.* 26. *num.* 18. Fusar. *de substit. quæst.* 465. *n.* 7. *circa finem*, *vers. Hanc tenet*, melius Larreus *dec. Granaten.* 54. *n.* 15. *in med.* Palm. Nepos *allegat.* 221. *n.* 53. §. *Restat nunc*, & firmavit Rota *in recent. dec.* 369. *n.* 31. *par.* 15. *& dec.* 69. *n.* 22. §. *Et alias*, *& n.* 23. *& seqq. par.* 17. & coram Cerro *dec.* 910. *n.* 9. quamvis sane masculi ex feminis admitti vellent defectis omnibus masculis; quia cum eorum vocatio desumi posse contendant solum ex eo, quod fuerint vocati descendentes masculi, & proles masculina fuerit posita in conditione, sedes utique prætensæ vocationis eorum ibi tantum valet constitui, nam extinctis omnibus masculis ex masculo solum vocati leguntur masculi ex filiabus Anna, & Amabilia, quibus defectis expiravit fideicommissum, & bona penes ultimum gravatum libertatem acquisiverunt, & idcirco per eundem in extraneum Jure donationis titulo potuerunt transferri, ut superius probatum fuit, & respondit Rot. *dec.* 410. *n.* 50. *vers. Quod si dicatur par.* 19. *& in laudata Narnien. Fideicommissi de Capitonibus* 9. *Maii* 1995. §. *Quo vero circa finem*, coram R. P. D. meo Muto.

Et ita auditis Donatario Antonii, ejusque Creditoribus sub die contrariæ decisionis non informantibus resolutum fuit.

R. P. D. PIO.

Romana Fideicommissi de Moronis.

Lun. 27. *Jun.* 1698.

ARGUMENTUM.

Pro exclusione masculorum ex femina approbantur fundamenta, quæ in superius relata decisione dignoscuntur.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione filiorum & descendentium masculorum æque veniunt masculi descendentes ex masculis, ac masculi ex feminis procreati.*
2 *In parte conditionali intelligi debent repetita personæ, de quibus loquitur pars dispositiva.*
3 Fulgos. cons. 185.
4 *Ad indagandam fideicommittentis mentem totus dispositionis contextus perpendi debet.*
5 *Masculi ex feminis veniunt appellatione descendentium masculorum, si fideicommittentem aliter sensisse non appareat.*
6 *Qualitas fideicommissi agnatitii demonstrat Testatorem noluisse masculos ex feminis comprehendere.*
7 *Prout etiamsi Testator filios masculos ex masculis in conditione posuerit.*
8 *Vera expositio* cons. 185. Fulgosii *traditur*.
9 Cons. 185. Fulg. *non admittitur, quando qualitas masculinita-*

linitatis requiritur tam in generante, quam in generato.

10 *Masculi ex feminis non veniunt appellatione masculorum, si Testator exclusis feminis voluerit, ut masculi in portione solius parentis succedant.*

11 *Nec pariter venirent, si daretur absurdum quod masculi ex feminis excluderent masculos ex masculis & ipsiusmet Testatoris filios.*

12 *Hujusmodi absurdum non urgeret, si illud voluisse Testatorem clare appareat.*

13 *Bona obnoxia fideicommisso masculino remanent libera per obitum ultimi masculi, etiam ad exclusionem masculi ex feminis, si illius vocatio desumi non valeat.*

DECISIO XVIII.

1 DEfensores Francisci Lazzarini descendentis ex duplici femina a Julio Morono fideicommittente obtinendo recessum a decisione, coram me ultimo loco emanata sub die 10. Maii superioris anni revocatoria alterius, quæ prodiit sub die 8. Julii 1696. nedum repetebant ea omnia, quæ fuse fuerunt rejecta in dicta postrema decisione, & potissimum, quod cum Testator in parte dispositiva vocaverit filios, & descendentes masculos, appellatione quorum æque veniunt masculi descendentes ex masculis, ac masculi ex
2 feminis procreati, juxta Theoricam a Fulgos. traditam *cons.* 85. eosdem censeatur etiam vocasse in parte conditionali, eo quia in illa intelligi debent repetitæ eædem personæ, de quibus loquitur pars dispositiva, ad tradita per Venturin. *cons.* 25. *n.* 93. Gabriel. *cons.* 116. *n.* 32. *vers. & descendentes, & seq.* Palm. Nepos *alleg.* 336. *n.* 13. *alleg.* 227. *n.* 15. *& alleg.* 230. *n.* 10. *& 11. tom.* 3. Rodulphin. *alleg.* 34. *n.* 10. *& seqq.* Rot. coram Priol. *dec.* 205. *n.* 9. *& in rec. dec.* 269. *n.* 27. *p.* 15. *& dec.* 207. *n.* 4. *p.* 16.

3 Verum etiam directe impugnando primum decisionis fundamentum dicebant, partem conditionalem esse comprehensivam masculorum ex feminis descendentium, referentes pronomen *eorum*, non tantum ad filios masculos primorum hæredum institutorum, adeoque ad prolem masculinam prolificatam ab hæredibus masculis, sed etiam ad totam descendentiam masculinam, etiam ex feminis procreatam, & in his terminis addebant consuluisse Fulgos. *in prec. cons.* 85. cum ibi Testator institutis hæredibus Bartholomeo germano fratre, ejusque filiis, & descendentibus masculis subdiderit, *ita quod dicta hæreditas deveniat post mortem ipsorum omnium hæredum, solum in eorum descendentes masculos*; & tamen ex communi DD. calculo, & nostri Tribunalis sententia, non obstante præfata dictione *eorum*, receptum est fuisse ibi comprehensos tam masculos ex masculis, quam masculos ex feminis; sed his non obstantibus, DD. non dubitarunt persistere in resolutis.

Etenim admisso, quod pars conditionalis sit comprehensiva earundem personarum in dispositiva contentarum, adhuc in hypothesi casus nostri tota difficultas versatur in
4 designandis personis in dispositiva vocatis; Nam quamvis Testator vocando descendentes masculos, admisisse videatur etiam masculos ex feminis; hujusmodi tamen intellectus catenus est recipiendus, quatenus ex reliquo dispositionis contextu, qui totus ad indagandam fideicommittentis mentem perpendi debet, ad Text. *in l. accumis.* 75. *ff. de legat.* 3. *l. Mevia* 44. *ff. de manumiss. Test.* fideicommittentem aliter sensisse minime appareat, & distinguendo probat postrema decisio Causæ, §. *Quandoquidem*.

5 Hæc autem contraria Testatoris voluntas, ultra quod sufficienter eruitur a qualitate fideicommissi agnatitii per ipsum conditi, prout satis superque præseferre videntur saltem insimul junctæ tot, tantæque urgentissimæ conjecturæ,
6 ut in dicta mea *dec. sub* §. *Potissimum vero, & seqq.* cumulatæ, demonstratur ulterius ex verbis exaratis in parte conditionali cum relatione ad dispositivam vigore dictionis, ut
7 *supra* conceptis ibi: *Si vero contingat deficere omnes filios masculos heredes universales prædictos, & eorum prolem masculinam legitimam, & naturalem, ut supra, tunc volo, quod succedant filii masculi præfati Hieronymi filii mei*; ex his enim patet vocationem fuisse coarctatam ad masculos ex masculis, utpote quia solum fuerunt positi in conditione, & consequentes vocati ex Statuto Urbis *lib.* 1. *cap.* 142. filii masculi, & eorum proles masculina; adeoque proles masculina generata ab hæredibus masculis, ut optime Rot. cor. Cerro *dec.* 630. *n.* 3. *& 4. cum aliis congestis in secunda Causæ dec.* §. *Quandoquidem*, & novissime recedendo a decisis coram Reverendiss. Decano respondit Rot. *in Romana Fideicomm. sub die* 10. *currentis mensis*, coram Reverend. P. D. meo Lancetta.

Sicut igitur subsistere nequit prima pars objecti, quod sub nomine prolis masculinæ *eorum* vocati dicantur etiam descendentes masculis ex intermediis feminis; quia cum Julius adjecerit verba illa, *& earum proles*, immediate postquam posuerat in conditione filios masculos, quos scripserat hæredes universales, ibi: *Et si contingat deficere omnes filios masculos hæredes universales prædictos*, & hi essent solum Bartholomæus, Policarpus, aliique filii masculi nascituri ex eodem fideicommittente, cum cæteri descendentes nomen hæredum universalium nullatenus mereantur, utique vocando eorum prolem de aliis intelligere non poterat, quam de filiis masculis genitis a masculis, quales erant Bartholomæus, & Policarpus hæredes universales.

Ita etiam corruere visa fuit altera pars deprompta a paritate casus per Fulgosium expositi, ibi enim Testator instituerat hæredem Bartholomæum, & ejusdem Bartholomæi filios descēdentes masculos, quorum appellatione juxta firmata per eundem Fulgosium comprehendebantur nepotes, & pronepotes etiam ex feminis procreati, ac proinde obstare non poterat, quod postea subdiderit alia verba, ibi: *Ita quod hæreditas deveniat post mortem ipsorum omnium hæredum in eorum descendentes masculos*; Nam cum dictio *eorum* referri minime posset ad solos masculos ex masculis comprehensi, profecto remanebant masculi ex feminis: In casu autem nostro recensita dictio *eorum* afficit tantum alios primi gradus hæredes, universales institutos, qui erant masculi ex masculis, ideoque d. Doctoris doctrina inapplicabilis remanet, cum non admittatur, quando qualitas masculinitatis requiritur tam in generante, quam in generato, ut bene perpendit Rot. *in Bononien. success.* 28. *Junii* 1697. cor. Reverend. Hervavult, & sequendo postremam decisionem hujus Causæ in *d. Romana Fideicomm.* 10. *currentis mensis*, cor. R. P. D. meo Lancetta, *& sub eadem die in Amerina Fideicomm.* §. *Quæ exclusio*, cor. R. P. D. meo Muto. 8 9

Præterquam quod ponderabant ulterius DD. ex alio duplici capite Fulgosi sententiam, hic sequi non posse, primum scilicet, quia Testator ordinatis pluribus substitutionum gradibus, in quibus perpetuo exclusis feminis prolem masculinam posuit in conditione, expresse mandavit, ut omnes in sola portione soli parentis succederent, ibi: *Ita quod omnes una portione fruantur loco sui parentis*, ac proinde data feminarum exclusione, cum parentis nomine Mater venire nequeat, pernecesse requiritur sub nomine ascendentium masculorum solos masculos ex generante masculo fuisse comprehensos, ut in similibus arguit Cyr. *contr. for. cap.* 628 *n.* 49. *& 50.* 10

Alterum vero, quia admissis masculis ex feminis excluderentur masculi ex masculis alterius lineæ, immo ipsiusmet Testatoris filii, e masculis penitus extraneis, quod nimis sane alienum videtur ab intentione testantis, & propterea seclusa illius voluntate nullatenus concedendum, quamvis vocaverit descendentes masculos, ut advertunt Gabriel. *cons.* 276. *sub n.* 36 *in fine, & 7. n. seq.* Card. de Luc. *de fideicomm. disc.* 24. *n.* 15. Rot. *in rec. dec.* 269. *n.* 31. *p.* 15. *& dec.* 69. *n.* 22. §. *Et alias, & n.* 23. *& seqq. par.* 17. *rec.* 11

Nec contraria Testatoris mens argui posse videbatur ex eo, quod ipse Hieronymum filium excluserit, & nihilominus defectis lineis Bartholomæi, & Policarpi, ac non extantibus filiis masculis ejusdem Hieronymi, substituerit masculos primogenitos ex filiabus feminis Annæ, & Amabiliæ; Nam respondebatur absurdum non esse, quod masculi ex feminis excluderent filios masculos Testatoris alterius lineæ, ubi de illius mente appareret; secus vero ubi probata non fuerit ejusdem expressa voluntas; ideoque cum Julius præter Hieronymum neminem alium excluserit, immo defectis aliis hæredibus universalibus institutis, & eorum filiis vocaverit etiam Joannem, & Antonium, quamvis in statu Clericali existentes, omnino dicendum venit, filios masculos ex masculis unius lineæ semper admitti debere exclusis masculis ex feminis alterius lineæ, qui expresse vocati non fuerunt, & per consequens, defectis omnibus masculis ex masculis, immissio deberetur solum primogenitis Annæ, & Amabiliæ, utpote de eorum vocatione ducentibus; verum cum hi quoque deficiant, bona libera penes ultimum masculum remanserunt, & per eundem in extraneos transferri potuerant, ut concludit d. postrema mea decisio, cum qua etiam in reliquis DD. pertransierunt. 12

Et ita &c. videntibus omnibus DD. utraque Parte informante, responsum fuit &c. 13

R. P. D. LANCETTA.
Romana Fideicommissi.
Ven. 10. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Masculi ex Femina successionem fideicommissi ordinati pro masculis ex masculis prætendere nequeunt, licet contemplata non fuerit agnatio, & fideicommissum institutum extiterit a femina; pluraque alia in decisione traduntur pro exclusione nepotum a substitutione facta pro filiis.

SUMMARIUM.

1 *IN fideicommisso ordinato pro masculis ex masculo non veniunt masculi ex feminis, & n. 2.*
3 *Appellatione filiorum non veniunt nisi filii primi gradus, si adsit dictio ejus.*
4 *Appellatione filiorum non veniunt nepotes, si subsequenter Testator vocaverit filios filiorum.*
5 *Testator si filios tantum primi gradus in conditione posuerit, censetur illos solummodo in parte dispositiva vocasse.*
6 *Appellatione filiorum nasciturorum non veniunt nepotes, & ulteriores descendentes, si reperiatur dictio ejus.*
7 *Filii cum qualitate masculinitatis vocati, censentur sub eadem qualitate in conditione positi.*
8 *Ad evitandum absurdum omnis capienda est interpretatio, etiam si a proprio, & literali verborum significatu sit recedendum.*
9 *Masculi ex feminis non censentur vocati licet Agnatio contemplata non sit, dummodo habita fuerit ratio masculinitatis per masculos in generante, ac generato.*
10 *Fideicommissa agnatitia, & masculina quæ descendunt a femina, novum non est, quod instituantur.*
11 *Et in eis appellatione masculorum ex masculis non veniunt masculi ex sequentibus feminis procreati.*
12 *Substitutio feminarum in defectu masculorum non excludit contemplationem agnationis, donec masculi reperiantur.*

DECISIO XIX.

PEtrus Antonius Janutius masculina prole destitutus universalem hæredem instituit Catharinam unicam filiam, *cui* (sunt verba Testamenti) *in perpetuum vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum succedere debeant ejus filii masculi legitimi, & naturales nati, & nascituri, eosdemque filios, & filiorum masculos natos, & nascituros in infinitum ad invicem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & in eventum in quo dicti masculi nati, & nascituri ex dicta Catharina hærede universali decederent sine filiis legitimis, & naturalibus, non autem legitimatis per rescriptum Principis, vel alterius authoritatem habentis, vel non nascantur, tunc, & eo casu succedant filiæ feminæ vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum ut supra.*

Defuncta Catharina hæreditatem æqualiter inter se diviserunt duo ejus filii masculi, Hercules nempe, & Eugenius; Portio istius delata fuit ad Gaudentium filium, & deinde ad Cæsarem nepotem; Illius vero ad Petrum Antonium ejusdem Herculis filium, qui anno 1694. mortuo Cæsare absque filiis possessionem medietatis bonorum ab illo detentæ apprehendit, ac successive citatis fratribus de Georgeis a Livia Eugenii filia descendentibus, mandatum de manutenendo ab A. C. Thomato reportavit, una cum sententia declarante, fideicommissum favore sui ipsius tanquam masculi ex masculo fuisse purificatum: Cum autem pendente appellationis causa in nostro auditorio Petrus Antonius decesserit, ac bonorum possessionem tactæ fuerint Paula, & Catharina illius sorores, litem idcirco prosecutæ succubuerunt, mediante contraria sententia per Reverend. D. meum Decanum præviis geminis decisionibus lata, eisdem fratribus de Georgeis immissionem concedente, a qua commissa mihi appellatione, Dubium hodie proposui, *An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & responsum habui pro infirmatione.

1 Censuerunt enim DD. Testatorem ordinasse fideicommissum masculinum favore masculorum ex masculis descendentium a Catharina prima hærede instituta, ejusdemque masculis deficientibus vocasse feminas, adeo ut cum Georgei non polleant qualitate masculinitatis ex masculo nequeat ad fideicommissum aspirare, ut limitando celebre Fulgosii Consilium 8. originaliter docuit Castrens. *l. 1. n. 2. C. de Condit. insert. de fideicomm. art 26. num. 18.* Rot. *dec.* 387. *n. 3. part. 13.* & nuper recedendo a priori decisione suffragantibus omnibus DD. *in Romana fideicommissi de Moronis* 10. *Maii* 1697. §. *Quandoquidem*, coram R. P. D. meo Pio.

Hujusmodi vero Testatoris voluntatem desumebant ex quo ille respectu filiorum Catharinæ, & sic generantium citra dubium requisivit qualitatem masculinam per verba - *succedere debeant ejus filii masculi* - respectu vero generatorum idem voluisse declaravit ex verbis immediate subsequentibus - *Eosdemque filios, & filios filiorum masculos in infinitum ad invicem, & vicissim substituit* - quapropter sicut qualitas illa masculinitatis reduplicative considerata non verificatur in Georgeis descendentibus ex femina, ita dici nequit eorum favore aperta successio, ut præter authoritates supra relatas probat Castill. *contr. Jur. lib. 3. cap. 29. n. 23. & seqq.* Rodulphin. *allegat.* 174. *n.* 20. Rota cor. Cerro *dec.* 630. *n.* 4. coram Priol. *dec.* 205. *n. 2. in rec. dec.* 199. *n. 16. & dec.* 304. *n. 5. part.* 19. 2

Nec ad excludendam hujusmodi continuatam masculinitatis rationem quidquam relevat, quod Testator vocando filios masculos *filiorum* non adjecerit istorum respectu, qualitatem masculinitatis, prout facere potuisset, dicendo *filios masculos filiorum masculorum*, ideoque respectu generantium qualitas masculinitatis omissa censeatur, ut innuit prima Decisio Reverendissimi D. mei Decani edita 8. Martii anni proxime præteriti sub § sicq. ex præmissis.

Quippe corruit objectum ponderando, quod Testator vocando filios Catharinæ adjecit dictionem *Ejus* ibi - *succedere debeant ejus filii masculi*, quorum appellatione venire non poterant ulteriores descendentes, sed solum filii primi gradus, tum attenta natura præfatæ dictionis personalissimæ, & causam immediatam designantis, juxta firmata per Gratian. *discept. for. cap. 756. n. 8. & 9.* Rot. *decis.* 507. *n. 9. & dec.* 667. *n* 6. *p.* 2. *dec.* 378. *n.* 14. *p.* 13. *et dec.* 262. *n. 7. part. 17. rec.* Tum ex quo Testator infra substituit etiam *filios filiorum*, ita indicando non habuisse pro Synonymis filios, ac nepotes ex *Theorica* Bart. *in l. liberorum sub n.* 4. *vers. primo Casuff. de verb. significat.* Decian. *cons.* 94 *n.* 4. *lib.* 5. Soccin. Sen. *cons.* 73. *n.* 21. *vers. nam Testator lib.* 4. Rot. *dec.* 378. *n.* 12. *part.* 14. *et dicta dec.* 199. *n.* 13. *cum seqq. et dicta dec.* 304. *n.* 6. *p.* 15. Tum demum quia in parte conditionali vocando feminas dixit - *Et in eventum in quo dicti masculi nati, et nascituri ex dicta Catharina hærede etc. decederent sine filiis masculis etc. succedant, et succedere debeant filiæ feminæ* - per quæ verba *ex dicta Catharina* sicut in conditione posuit solum filios primi gradus, ut in his terminis firmavit Rot. *dicta dec.* 304. *n.* 8. *cum duob. seq. part. n.* 19. *rec.* ita licet arguere quod in parte dispositiva de illis duntaxat intellexerit, ut respondit Rot. *in dicta Romana Fideicommissi de Moronis* 10. *Maii* 1697. §. *quandoquidem*, coram R. P. D. meo Pio. 3 4 5

Non attenta responsione, quod fuerint substituti etiam filii *nascituri*, & sic nepotes, & ulteriores descendentes, quia positis verbis restrictivis *ejus et ex dicta Catharina*, vocatio nasciturorum nil aliud importat quam substitutionem quoque illorum, qui post conditum Testamentum ex Catharina orti fuissent, ut in specie respondit Rot. *dicta dec.* 262. *n.* 6. *et* 7. *part.* 17. *rec.* 6

Atque hinc dum postea Testator - *Eosdem filios, et filios filiorum masculorum* - substituit utique sub dicto verbo *filiorum* de aliis intelligere non potuit, quam de filiis immediatis Catharinæ, quod sicut unice sub expressa qualitate masculinitatis superius vocaverat, sub eadem etiam qualitate censetur in substitutione posuisse, in puncto Rot. cor. Cerr. *dec.* 630. *n.* 4. *et in Romana Fideicommissi de Alborghettis*, 3. *Decembris* 1696. §. *purificatio vero*, cor. R. P. D. meo Scotto *confirmata* 14. *Junii* 1697. §. *absque eo quod*, coram R. P. D. meo Mutto. 7

Fortius quia si illa verba *Eosdemque filias*, ac alia *filiorum* referenda non essent ad solos filios Catharinæ, quorum respectu Testator masculinitatem expresse requisiverat, complecterentur etiam filias feminas tanquam destituta adjectivo masculinitatis: Et tamen illas prudens Testator a masculis separavit vocando ibi - *in eventum in quo dd. masculi nati, et nascituri ex dicta Catharina hærede decederent*, ita ut certum sit, quod feminæ sub dicto verbo *filiorum* inclusæ non essent, ne alias sequeretur absurdum, quod essent sibimet ipsius substitutæ, ad quod evitandum omnem capiendam esse interpretationem, etiam si a proprio, & literali verborum significatu sit recedendum, dixit Rot. *in Bonon. Fideicom. de Benatiis* 17. *Martii* 1680. §. *tum quia*, coram Reverendiss. D. meo Decano *impress. apud Terr. de major. d.* 41. *n.* 5. 8

Præmis-

Præmissa vero non evitantur ex responsione, quod non versemur in fideicommisso agnatitio, nec in concursu masculorum ex masculis, sed potius in dispositione, quæ incipit a filiæ feminæ institutione, & in feminarum vocatione expirat, quibus stantibus verisimile omnino sit filiorum appellatione ex femina comprehendi.

9 Siquidem licet agnationis contemplatio ex masculorum, concursu facilem suadeant recessum a consilio Fulgosii, non inde sequitur, quod illis deficientibus masculi ex feminis indistincte admittantur, quinimo ad eorum exclusionem sat est habitam fuisse rationem masculinitatis per masculos in Genetante, ac Genito verificantur, optime Rota cor. Priol. *dec.*205. *n.*1. *in rec. dec.*84. *n.*21. *et* 22. *p.*5. *et dec.* 199. *n.*6. *et seqq. q.*19. *confir. dec.*304. *n.*5. *eadem par.*19. & admittit 1. *dec.* Rev. D. mei Decani, *§. licet vero, et* 2. *§. quamobrem.*

10 Et tamen in præsenti agnationis contemplatio absolute non excluditur, ex quo fideicommissum exordiatur a femina primo loco vocata, cum novum in Jure non sit, quod Testatores instituant fideicommissa agnatitia, vel simpliciter masculina in familia, quæ descendat a femina hærede insti-

11 tuta, ut præ cæteris firmavit Rot. *dec.*218. *n.*9. *p.*11. *rec.* quodque per consequens appellatione masculorum ex masculis non veniant masculi ex sequentibus feminis procreati, DD. *consult.*69. *n.*211. *in fin.* Rot. cor. Coccin. *in dec.*1654. *n.*3. *cum seq.* & cor. Cetro *d. dec.*630. *a n.*9. *usque ad fin.*

12 Prout etiam non excluditur ex feminarum substitutione in defectum masculorum, cum posita continuata vocatione masculorum recte dici possit inter illos donec supersit agnatio contemplata, Gabr. *d. consult.* 116. *num.*12. *et* 13. *lib.*2. Molin. *de primogen. lib.*2. *c.*5. *n.*50. *circa fin.* Rot. cor. Duran. *dec.*126. *n.*30. *et in rec. dec.*18. *n.*31. *p.*10. *et dec.*465. *n.*22. *p.*14.

Et ita utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Viterbien. seu Balneoregien. successionis.

Lunæ 21. *Junii* 1688.

ARGUMENTUM.

Descendentium appellatione venire feminas, & si istæ proximiores sint, Gravati excludere remotiorem Masculum testatur Card. de Luc. *de fideicommiss. Desc. XXVIII. cum plur. seqq.* appellatur autem regula licet in primi substitutis Masculos Testatorem prædilexisse appareat, cum qualitas Masculinitatis nequaquam censeatur repetita, etsi plura concurrant, quæ notabiliter in decisione confutantur.

SUMMARIUM.

1 *IN Fideicommisso ordinato favore descendentium Proximior succedit ad exclusionem remotioris.*
2 *Dictio*, ut supra, *quando referatur ad ordinem, & modum succedendi, non autem ad repetitionem qualitatis in præcedenti substitutione apposita.*
3 *Si Testator id quod voluit in aliqua parte expresserit, si in alia omiserit, censetur in eo consulte omisisse.*
4 *Qualitas Masculinitatis non censetur repetita in substitutione concepta per orationem separatam de per se perfectam, & continentem vocationem gradus diversi.*
5 *In vim vulgaris anomalæ in compendiosa contenta substitutus subingreditur in locum defuncti.*
6 *Testator si mandaverit attendi proximitatem respectu Heredis, & substituti, non admittitur subingressio in vim vulgaris anomalæ minusve Jus repræsentationis.*
7 *Verba*, & gradus prærogativa servari debeat, *quando dicatur stare per modum regulæ, & informare totam dispositionem.*
8 *Distractio bonorum quando dicatur prohibita etiam inter ipsos vocatos.*
9 *Quod nequit acquirere pater, minus acquirere possunt filii uti heredes illius.*
10 *Perverti non potest ordo successionis a Testatore præscriptus.*
11 *Renunciatio abdicativa seu extinctiva quæ sapit naturam refutationis, non comprehenditur sub prohibitione alienationis.*
12 *Renunciatio quando non dicatur mere extinctiva, licet comprehendat.*
13 *Ad bona renunciata amplius non datur ingressus.*
14 *Judex potest loco Proximioris citati, & non comparentis aliquem deputare.*
15 *Non exigitur in citatione Proximioris specificatio contractus, & loci, in quo debet celebrari, sed sufficit expressio substantiæ.*
16 *Idque est de stylo Civitatis Viterbii.*
17 *Super stylo adhibetur fides attestationi Curialium, & Notariorum, si agatur de ordinatoriis; secus si de decisoriis.*
18 *Insinuatio non exigitur in renunciatione correspectiva ad dotem.*
19 *Insinuatio præsumitur per lapsum temporis cum observantia.*
20 *Suspicio metus ex quibus excludatur.*
21 *Statutum Viterbii auget Legitimam filiorum, & filiarum ad novem ex decem unciis successionis maternæ, declara ut n.* 23.
22 *Statutum excludens feminas dotatas propter Masculos censetur voluisse illas excludere etiam a legitima.*

DECISIO XX.

DEfuncto sine Testamento Comite Antonio Francisco de Balleonibus cum duplici genere bonorum, aliorum nempe subjectorum fideicommisso Avito Alberti Balleonii, & reliquorum ad illum plene spectantium, apprehenderunt eorum possessionem tam Comitissa Dorothea Eleonora Marsciana Sodetina soror amitina defuncti, quam Comes Raynutius, & Fratres de Marsciano ex Laurentio Fratre Amitino nepotes. Quapropter orta controversia, eaque delata ad Tribunal A.C. & superventa commissione signata manu Sanctissimi, ut Judex ab eo deputatus procedat de voto Rotæ, dedi de consensu Partium dubium, *An, et de cujus bono Jure constet, et jam ad effectum manutentionis*, ad quod in hodierna secunda Causæ propositione responsum fuit constare de bono Jure Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ, quoad proprietatem bonorum fideicommissariorum Alberti, & de bono Jure Co. Raynutii, ac Fratrum, quoad bona libera Antonii Francisci, ut in reliquis iterum proponatur.

Ratio resolutionis primæ partis fundata fuit in literali dispositione Alberti Testatoris, qui *institutis heredibus universalibus duobus filiis Friderico, et Pirro æquali portione*, substituit omnes filios, & descendentes Masculos in perpetuum de descendente in descendentem vulgariter, compendiose, & per fideicommissum exclusis feminis, earumque descendentibus, quas existentibus masculis mādavit in subsidium dotari ex fructibus bonorum stabilium, non autē ex illorum proprietate, & deficiente linea Masculina omnium supradictorum *Substituit, et succedere voluit in omnibus bonis filias feminas ex supradicto, vel aliquo supra dictorum descendentes in perpetuum, et in infinitum pro æquali portione, ut supra de Masculis dictum fuit*, adjecta declaratione, *ut in omnibus locis, et capitibus Testamenti, in quibus fit mentio de proximioribus, intelligi debeat proximitas respectu heredis, vel substituti, non autem ipsius Testatoris, et semper gradus prærogativa servari debeat*. Unde cum nuper per obitum Antonii Francisci defecerit totaliter linea Masculina factus est locus vocationi descendentium ex feminis supradictorum Masculorum, & purificata substitutio favore Co. Dorotheæ Eleonoræ in secundo Consanguinitatis gradu conjunctæ Antonio Francisco ultimo defuncto, exclusis Cor. Raynutio, & Fratribus de Marscianis tanquam remotioribus in gradu, ad tradita per Velam *differt.* 9. *n.* 103. *et seqq.* Castill. *controv. Jur. lib.*5. *cap.*30. *n.*7. Carol. Ant. de Luca *de linea legal. par.*1. *art.*10. *n.*26. *§. sed contrarium*, Batz. *decisio Bonon. n.*4. Rot. coram Coccin. *dec.* 1449. *n.*7. 1

Nec est verum, quod Testator vocando in secunda substitutione descendentes feminarum *in perpetuum, in infinitum pro æquali portione, prout supra de masculis dictum fuit*, intellexerit per relationem ad præcedentem gradum substitutionis, in quo prætulit filios & descendentes Masculos per lineam masculinam filiabus feminis, & descendentibus ex eis, præferre etiam descendentes Masculos ex feminis descendentibus feminis ex eisdem, adeoque Co. Raynutius, & fratres præferri debeant Comitissæ Dorotheæ Eleonoreæ, quia dictio *ut supra* non importat repetitionem masculinitatis, ac illius prælationis, sed duntaxat repetitionem modi, & ordinis succedendi in infinitum, & pro æquali portione, *ut supra* de masculis ordinatum fuerat, ut in specie respondit Rota cor. Priol. *dec.*283. *num.* 5. *et* 6. coram Emi- 2

nentiss. Card. Othobono *dec.* 252. *num.* 13. *& 14.* & coram Merlino *dec.*83. *n.*20. *& dec.*864. *n.*34. *& rec. dec.*172. *n.*2. *& seq. part.*14. *& in Romana, seu Cremonen. Hereditatis* 15. *Junii* 1682. §. *& nihilominus in fine*, coram me.

3 Neque contrarium suadent plura argumenta, & conjecturæ ex adverso adductæ ad probandam repetitionem Masculinitatis, & predilectionem sexus etiam in descendentibus ex feminis, quia omnia corruunt tum ex discretivo modo loquendi, quo usus est Testator in prima, & secunda substitutione; dum in prima, in qua vocavit filios, & descendentes masculos per lineam Masculinam, semper locutus fuit verbis agnatitiis, & cum explicita repetitione Masculinitatis: In secunda vero in qua vocavit feminas, earumque descendentes usus est verbis communibus nulla facta repetitione masculinitatis, nulloque adjecto ordine assumendi cognomen, & arma, adeo ut dici debeat, quod ubi voluit, expressit, ubi vero noluit consulto omisit, prout in specie argumentatur Joan. de Anan. *cons.* 22. *n.* 3. quem sequitur Rot. *dec.* 581. *n.*7. *p.* 5. *tom.* 2. *cum pluribus concord. ibi allegatis, & dec.*106. *n.*5. *p.*15. *rec.*

4 Tum etiam ex declaratione adjecta in fine Testamenti, quod ipse fecerat, hanc suam dispositionem *pro perpetua conservatione Bonorum in familia sua masculina legitima, et naturali, & in ejus defectum in progenie, ac descendentibus ex progenie feminina legitimis tamen, & naturalibus juxta gradum, & ordinem supra dispositos*, ex qua sicuti apparet Testatorem non respexisse ad conservationem Agnationis, quando deficeret familia masculina, & fieret transitus ad descendentes ex progenie feminina, ita nec etiam censetur reperiisse qualitatem masculinitatis in substitutione descendentium ex feminis concepta per orationem separatam de per se perfectam, & continentem vocationem gradus diversi, ex traditis per Fusar. *de substitut. quæst.*403. *n.*12. *seqq. decis. Aragon.*402. *n.*42. Rot. cor. Eminent. D. Card. Cerro *dec.*96. *n.*6.

5 Minus subsistit, quod Comes Raynutius, & Fratres Jure repræsentationis, aut vigore vulgaris anomalæ, contentæ in compendiosa possint subingredi in locum, & gradum Patris præmortui, adeoque effici æquales Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ in gradu ultimo defuncti, & pro virili insimul admitti ad successionem, ad tradita per Decian. *cons.*1. *n.*363. *& cons.*29. *n.*8. *& seq. lib.*1. Altograd. *cons.*65. *per tot. lib.*1. Spada *cons.*263. *num.*1. *& seqq. lib.*3 Rovit. *cons.*51. *num.*2. *& seq. lib.*1. Rot. coram Cels. *dec.* 88. *num.* 16. *& seq.* Quia Testator expresse mandavit attendi proximioritatẽ respectu hæredis substituti, non autem respectu sui, & semper succedi salva gradus prærogativa, & sic exclusit subingressionem in locum, & gradum Patris præmortui, tam jure repræsentationis, quam etiam vigore vulgaris anomalæ, ut in specie

6 de jure repræsentationis tradunt Dec. *cons.* 408. *num.* 12. *et seq.* Cravett. *cons.*66 *num.*5. Surd. *cons.*37. *num.* 15. *et cons.* 403. *num.*56. Menoch. *cons.*277. *num.* 35. Molin *de primogen. lib.*3. *cap.* 8. *num.* 16. Fusar. *de substitut. quæst.* 370. *et q* 475. *utrobique n.*25. Robles. *de repræsent. lib.*3. *c.*7. *n.*21. *& cap.* 10. *&* 11. *& per tot.* Bonden. *collect. legal.* 41. *a n.* 94 *usque ad fin. lib.* 2. Burz. *dec. Bonon.* 93. *num.* 23. Rota coram Priol. *dec.*283. *num.*16. *et dec.* 314. *num. et seqq.* & coram Eminentiss. D. Card. Cerro *dec.* 875. *n.*11. *et dec.*896. *num.*1. *cum seqq.* Et signanter vulgaris anomalæ Bellon. Jun. *cons.*61. *n.*8. *et seqq.* Rot. *in Reatina fideicommissi*, coram bo. me. Joanne Emerix Avunculo meo *impressa in rec. decis.* 305. *n.*5. *et* 6. *part.*14.

7 Non suffragante replicatione, quod declaraverit servari prærogativam gradus solum in eis partibus Testamenti, in quibus fit mentio de proximioribus, & sic in substitutione proximiorum in casu delicti, & contraventionis, non autem in substitutione feminarum, earumque descendentium in casu obitus, in qua non leguntur vocati proximiores, quia verba *Et semper gradus prærogativa pervia debeat*, adjecta in supra relata declaratione visa sunt DD. meis stare per modum regulæ, & informare totam dispositionem, tum inspecto integro contextu Testamenti, tum etiam specifica purificatione modi, & ordinis succedendi tam in morte naturali, quam civili ob delictum, seu contraventionem, ibi: *Declarat, et disponit, ut in omnibus, et singulis casibus præmissa, in quibus fit mentio tacite, vel expresse de morte hæredum nominatorum, et descendentium suorum ad effectũ, quod morientibus hæredibus, succedant substituti, et fideicommissarii ordine, gradu, et modo prædictis, d. locum habeat non solum in morte naturali, sed etiam in civili.* Tum demum attenta natura dictionis *semper*, quæ operatur, ut in omni casu & tempore servetur prærogativa gradus, & ordo successionis intestatæ, Marscian. *disp.* 10. *n.* 26. *et* 33. *cum seqq.* de Luca *de lin. legal. par.*1. *art.*27. *n.*27. §. *attenta dictione semper*.

Prout nec relevat, quod Comitissa fecerit amplam renunciationem omnium Jurium, & bonorum etiam fideicommissariorum præsentium, & futurorum. Quia talis renunciatio remanet inefficax propter strictissimam prohibitionem alienationis *ex quibusvis causis etiam licitis, et honestis*, quæ operatur, ut non solum in extraneos, sed nec etiam inter ipsos vocatos fieri possit distractio bonorum, ut in specie tradit Cephal. *cons.* 264. *n.* 10. *et seqq.* Bardell. *cons.* 14. *n.*13. *usq. ad* 22. Corbul. *de Jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob alienation. irrequisit. Domin. limit.*6. *n.*5. 8

Tanto magis, quia ista renunciatio fuit facta Cor. Alexandro ejus Patri Testatori penitus extraneo, & in fideicommisso non vocato, qui eam stipulatus fuit *pro se, filiis descendentibus, et heredibus in infinitum*, & sic pro filiis non uti filiis simpliciter, sed uti hæredibus; quo casu sicuti Pater non potuit acquirere bona renunciata sibi ipsi, ita nec etiam filiis uti hæredibus, Altograd. *cons.* 42. *n.* 53. *lib.* 2. Surd. *cons.*224. *n.*11. *vers. addo*, Caldas *de Jur. Emphyt. lib.* 2. *q.*19. *n.*82. Rota *dec.*128. *in fin. et dec.*330. *n.*18. *vers. quia ex superius relatis par.* 14. *rec.* 9

Et licet in eadem renunciatione fuerit specifice nominatus etiam Cor. Laurentius Frater, qui erat æque vocatus in fideicommisso; nihilominus in præjudicium filiorum Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ, non potuit in eum fieri cessio, seu translatio Jurium fideicommissi, cum alias eo purificato perverteretur ordo successionis a Testatore præscriptus, & non servaretur prærogativa gradus, prout ipse damandavit, ad tradita per Bellon. Jur. *cons.* 1. *a n.* 53. Menoch. *cons.* 277. *n.*34. Fusar. *de substit. q.*386. *n.*25. *et seq.* 10

Non relevante responsione, quod renunciatio fuerit abdicativa, seu extinctiva, non autem translativa, & sapiat naturam refutationis, quæ non comprehenditur sub prohibitione alienationis. Quia non legitur concepta verbis mere abdicativis, per quæ renuncians sustulit se de medio, abstinendo simpliciter a commodo fideicommissi tam ad sui favorem purificati, quam in futurum purificandi, sed verbis & clausulis importantibus cessionem, & translationem jurium; adeoque censeri non debet mere extinctiva, sed translativa, etiamsi comprehendat Jus deferendum, & fideicommissum postea purificandum, ut respondit Rot. *in Cavallicen. legitimæ* 19. *Febr.* 1680. §. *non obstant tria, et* 28. *Aprilis* 1681. §. *nec subsistit, et* §. *pariter*, cor. bon. mem. Albergato. 11 12

Ratio vero resolutionis secundæ innititur præfatæ renunciationi omnibus, & quibuscunque successionibus tam ab intestato, quam ex Testamento, quæ respectu bonorum libere spectantium ad Antonium Franciscum impedit, quominus detur amplius regressus eidem D. Comitissæ renuncianti ad bona renunciata, ut pluribus relatis concordantibus dixit Rota *in Asculana successionis* 15. *Maii* 1683. §. *nihilominus, et* 10. *Martii* 1684. *in princ.* coram me. 13

Non obstantibus pluribus exceptionibus contra eam adductis; non quidem prima desumpta ex defectu interventus Comitis Pauli Antonii de Balleonibus, unius ex proximioribus ad favorem Statuti Viterbii *lib.*2. *rubr.*64. de qua Rot. *in Viterbien. fideicommissi* 16. *Junii* 1684. §. *solemnitatum*, cor. bo. me. Albergato. Quia sat est, quod ipse fuerit citatus ad interessendum, eoque non comparente, Judex ultra Curatorem, ejus loco deputaverit alium, Pic. *ad Stat. Urb. gloss.* 19. *n.* 16. Rot. cor. Em D. Card. Othob. *dec.* 182. *n.*12 *et in Romana Contractus* 28. *Jun.* 1683. §. *nec obstat*, coram me; etiamsi in Citatione non fuerit specificatus Contractus, & locus in quo ille erat celebrandus, quia sufficit in Citatione expressam fuisse illius substantiam, videlicet, *Ad interessendum uti proximior die crastina hora* 20. *confectionis Instrumenti renunciationis bonorum, et donationis faciend. per Comitissam Elonoram a favorem D. Co. Alexandri, et suorum etc. uo latius in Instrumento desuper celebrando.* Et adesse in Civitate Viterbii stylum particularem non facienti expressionem loci, cujus etiam a Notario de facili potuisset haberi notitia, ut liquet ex attestatione Collegii Curialium, & Notariorum ejusdem Civitatis, cui in ordinatoriis Judiciis venit adhibenda fides, quidquid sit in decisoriis juxta doctrinam Bart. *in l. de quibus n.*22. *ff. de legib.* Adden. ad Gregor. *dec.*484. *n.*8. Coccin. *dec.*182. *n.*2. Rot. *in rec. dec.*259. *n.*5. *p.*1. *et dec.*263. *n.*5. *p.*18. 14 15 16 17

Neque secunda ex defectu Insinuationis requisitæ tam a statuto Viterbii, quam a Constitutione Ægidiana, tum quia ista non requiritur in renunciatione correspectiva ad dotem 18

tem, quidquid sit in renunciatione mere gratuita, ex firma-
tis per Rot. coram Burat. *dec. 33. a n. 1. usque ad 5.* cor. Ro-
yas *dec. 399. et in rec. dec. 145. utrobique num. 8. p. 15. et in
terminis* mulieris Minoris, Rot. *in Asculana success. 5.
Maii 1684. §. nec evitari*, coram R. P. D. meo Rondini-
19 no. Tum etiam quia post lapsum annorum 40. & ultra,
quibus renunciatio fuit inconcusse observata, ista præsumi-
tur intervenisse, ut respondit Rot. coram Puteo *dec. 132. n.
1. lib. 2. in Correct.* coram Peuting. *dec. 365. n. 12.* coram D.
Em. D. Card. Cerro *dec. 441. n. 27. et 28. et in rec. decis. 60.
n. 13. et 14. part. 10.*
20 Prout nec tertia fundata in metu deducto ex tribus prote-
stationibus emissis per Comitissam tam ante, quam post re-
nunciationem; quia dum actus fuit gestus coram Judice, &
uno ex proximioribus Consanguineis, ac successive nun-
quam impugnatus spatio annorum 40. & ultra, quo Comi-
tissa renuncians traducta ad Domum Viri, & defuncto Pa-
tre, fuit in libertate illam impugnandi, exinde remanet ex-
clusa quælibet suspicio metus, ad tradita per Andreol. *contr.
301. n. 7.* Rot. coram Merlin. *dec. 2. n. 8. & in rec. dec. 301.
n. 39 p. 11.* & non sunt attendendæ protestationes clam emis-
sæ, ac ad notitiam Patris non deductæ, Patis. *cons. 5. n. 194.
cum duobus seq. lib. 5.* Sanchez *de Matrim. lib. 2. disp. 45.
n. 19. & seq.* Rot. cor. Seraph. *dec. 1085. n. 3. & 4.*
21 Non demum quarta posita in alio defectu congruæ dota-
tionis, ex quo inferebatur non solum ad falsitatem Causæ
Judici expressæ, sed etiam ad læsionem ex parte renuncian-
tis; Quia dos ei constituta in scut. 7500. visa est satis con-
grua habito respectu tam ad consuetudinem vigentem an-
no 1639. in Civitate Viterbii, quam etiam ad statum, &
patrimonium Com. Alexandri Patris ita gravati ære alieno,
ut eo postmodum defuncto motum fuerit Judicium Con-
cursus Creditorum super illius bonis, & per sententiam
declaratum nihil remanere pro Creditoribus.
Non refragante quod Comitissa vigore Statuti Viterbii
l. 2. rubr. 79. augentis legitimam filiorum, & filiarum ad no-
vem ex decem unciis successionis Maternæ prætendat de-
buisse consequi medietatem earundem novem unciarum a-
scendentem, juxta calculum datum ad scuta 7650. & sic do-
tem ei constitutam fuisse minorem legitima ipsi debita in
bonis maternis. Quia cum idem statutum libri 2. rubr. 70.
literaliter excludat feminas dotatas a successione Matris
existentibus Masculis, & sic etiam a legitima, juxta tradi-
22 ta communiter per *scribentes in l. Gallus, §. quod si tantum
ff. de liber.* & post Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 35.
vers. contraria cum seqq.* Peregr. *de fideicomm. art. 38. n. 16.*
Rot. *dec. 316. n. 1. & seq. part. 6. dec. 37. n. 1. part. 11. dec.
198. num 17 part. 15. & in Romana seu Jannen. legitimæ 28.
Aprilis 1681. §. fin. vers. & regulare est*, coram bo. me. Card.
Matthæjo: Subsequens rubrica augens legitimam filiorum,
& filiarum super bonis maternis intelligenda est juxta ter-
minos Rubricæ antecedentis, nimirum in casu non exi-
stentiæ filiorum Masculorum, non autem iis extantibus,
ne alias una pars Statuti de directo contrarietur alteri,
23 quod non est admittendum, ad tradita per Cyriac. *contr. 63.
n. 33.* Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec. 997. n. 8.*
Et ita reservata ad particularem disputationem discus-
sione; an respectu bonorum fideicommissariorum sustinea-
tur renunciatio, saltem quoad commoditatem percipiendi
fructus durante vita Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ, suf-
fragantibus omnibus DD. resolutum fuit utraque parte
acriter informante.

REVERENDISSIMO D. EMERIX DECANO.

Viterbien. seu Balneoregien. successionis.

Ven. 4. Martii 1689.

ARGUMENTUM.

Approbata liquent superius firmata.

SUMMARIUM.

1 *Proximior Gravatis excludit remotiorem, licet sit Gravantis proximior in fideicommisso ordinat favore Proximiorum.*
2 *Qualitas masculinitatis quod per Testatorem volita non censeatur suadet discretivus modus loquendi.*
3 *Qualitas masculinitatis non dicitur repetita, si una substitutio sit ab alia diversa.*
4 *Vocati in una & eadem oratione non debent diverso jure censeri.*
5 *Testator quod non habuerit votum conservandi agnationem deprehenditur ex vocatione feminarum,*
6 *Et ex inclusione illarum Descendentium absque onere assumendi cognomen, & arma ipsius.*
7 *Ex quibus verbis deprehendatur, quod dispositio Testatoris tam Masculos quam feminas comprehendat & num. 8.*
8 *Dictio repetitiva ut supra repetit modum, & ordinem succedendi, non autem qualitatem Masculinitatis praecedenter expressam.*
9 *Præcipue si concurrant circumstantiæ de quibus, num. 10. 11. & 12.*
13 *Æquiparatio non procedit in filiis, in quibus diversa subest ratio.*
14 *Exclusio feminarum facta favore familiæ Testatoris non censetur repetita, seu potius operari non potest prælationem Masculorum in vocatione facta Descendentium, qui non sunt de familia.*
15 *In feudo hæreditario succedunt feminæ sicut Masculi.*
16 *Qualitas legitimitatis passim in omnibus Testamentis apponi solet de stylo Notariorum.*
17 *Testator si expresserit qualitatem legitimitatis utique expressisset qualitatem Masculinitatis si eam voluisset.*
18 *Exclusio Religiosorum, & prohibitio confiscationis perneccesse non probant feminarum exclusionem, & num. 19.*
20 *Renunciatio impedit ne ad bona renunciata amplius haberi possit regressus.*
21 *Dos congrua ex quibus desumatur.*
22 *Statutum Viterbii generaliter excludens feminas propter Masculos a successione Parentum censetur excludere etiam a legitima, & n. 23. & 24.*
25 *Insinuatio præsumitur ex lapsu temporis & observantia.*
26 *Statuta non habent oculos retro.*
27 *Insinuatio non exigitur in renunciatione facta ex causa dotis.*
28 *Amplia, licet stipulata sit post plures menses a die promissionis dotis.*
29 *Præcipue si colligi valeat, quod ab initio renunciatio inter partes conventa fuerit, & n. 30.*
31 *Metus non probatur ex clandestinis reclamationibus.*
32 *Metus excluditur ex longæva acquiescentia.*

DECISIO XXI.

Domini examinata diligenter per partes decisione edita 1
coram me 21. Junii proxime præteriti steterunt in de-
cisis, tam quoad proprietatem bonorum fideicommissorum
Alberti favore Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ, quam etiam
quoad bona hæreditaria Antonii Francisci favore Comi-
tum Raynutii, & Fratrum de Marcianis, iterumque non
concordes quoad commoditatem percipiendi fructus du-
rante vita ejusdem Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ, deman-
darunt, ut causa desuper separatim proponatur.
Ratio decidendi quoad proprietatem bonorum fideicom-
missorum favore Comitissæ Dorotheæ Eleonoræ fundatur
in clara, & literali dispositione Alberti Testatoris, defi-
ciente linea Pirri, & Friderici ejus filiorum substituit, ut
sunt verba præcisa, filias feminas ex supradictis vel aliquo
supradictorum Masculorum natas, & nascituras, & ea-
rum descendentes in perpetuum, & in infinitum pro æqua-
li portione, ut supra de hæredibus Masculis dictum fuit; de-
clarando præterea, ut in omnibus locis, & capitibus hujus
Testamenti in quibus fit mentio de proximioribus, intelligi
debeat proximitas respectu hæredis vel substituti fidejusso-
ris defuncti, non autem ipsius Testatoris, & semper gradus
prærogativa servari debeat. Unde cum per obitum Anto-
nii Francisci defecerit linea Masculina præfatorum filiorum,
nec supersint filiæ feminæ immediate a Testatore substitu-
tæ, fideicommissum fuit purificatum favore Comitissæ Do-
rotheæ Eleonoræ in secundo Consanguinitatis gradu con-
junctæ Antonio Francisco ultimo Masculo, exclusis Co-
mitibus de Marcianis conjunctis in gradu remotiori, Text.
in Auth. post fratres C. de legit. hered. & tradita per Matt.
de success. legal. part. 3. q. 1. art. 2. num. 33. Rota *in Romana
fideicommissi de Jugalis 9. Junii 1679. §. Concurrit*, coram
Bourlemont.
Non obstat unicum objectum alias deductum & nunc
certe

cæteris omissis acriter repetitum, quod Testator in postrema substitutione descendentium ex feminis censeatur repetiisse qualitatem Masculinitatis expressam in priori substitutione descendentium ex masculis, itaut fratres de Marsicianis remotiores in gradu nihilominus ex prærogativa sexus debeant in successione preferri Comitissę DorotheęEleonorę: Quoniam hujusmodi repetitio tollitur ex pluribus conjecturis. Prima scilicet quod Testator in priori substitutione descendentium ex Masculis peculiariter exclusit omnes filias, & descendentes feminas, ac providit illis de dote in subsidium constituēda ex fructibus bonorum fideicommissariorum terque denas vices, & ultra locutus fuit de Masculis, & prole Masculina. Unde cum deinceps nulla facta provisione respectu feminarum, nullaque habita mentione Masculorum simpliciter substituerit descendentes ex feminis, censetur voluisse in eorum substitutione repetere qualitatem Masculinitatis argumento ducto a discretivo modo loquendi, quo in proposito originaliter utitur Anan. *conf.* 22. *n.* 3. *& sequuntur* Alex. *conf.* 53. *num.* 17. *lib.* 4. de Prat. *conf.* 90. *n.* 23. Aliogr. *conf.* 83. *n.* 58. *lib.* 2. Palma sen. *conf.* 96. *n.* 38. *&* 50. Rota *in rec. dec.* 181. *n.* 19. *&* 20. *part.* 5. *dec.* 205. *n.* 13. *part.* 16. *dec.* 546. *n.* 2. cor. Bich. *& in Fanen. fideicom.* 4. *Junii* 1677. §. *Nec ad excludendam*, cor. bo. me. Albergato.

Adstipulante præsertim quod utraque substitutio explicita fuit in oratione de per se perfecta, ac separata & complectitur diversum genus personarum, quo stante qualitas Masculinitatis expressa in una substitutione præsumi non potest in alia repetita, juxta Theoricam Bartol. communiter receptam *in l. in repetendis* 62. *vers.* 8. *Casu ff. de legat.* Cephal. *conf.* 68. *n.* 17. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 485. *n.* 4. Peregr. *conf.* 36. *n.* 23. *lib.* 1. Castill. *controv. Juris lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 134. Fusar. *de substit. q.* 403. *n.* 8. Rota *in rec. dec.* 144. *n.* 19. *part.* 7. *dec.* 307. *n.* 18. *& seq. part.* 16. *d.* 67. *n.* 8. *&* 9. *decis.* 274. *n.* 15. *& decis.* 387. *n.* 9. *& seq. p.* 18. *& in Tusculana Vinea* 15. *Januarii* 1687. §. *quoniam Domini*, cor. bo. me. Albergato.

3 Secunda, quod Testator in defectum descendentium Masculorum ex Masculis non substituit immediate descendentes ex feminis, sed primo loco filias ultimi masculi, ac per consequens quemadmodum exordiendo substitutionem a filiabus feminis patet, quod illarum respectu dimisit prædilectionem sexus Masculini sic, & censetur dimisisse respectu ipsarum descendentium, cum tam filiæ quam descendentes fuerint insimul vocati in una, & eadem oratione, quæ non debet diverso jure censeri, ad Text. *in l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pupill.* Castill. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 100. *n.* 19. *& lib.* 6. *cap.* 128. *n.* 22. Rota *decis.* 138. *n.* 19. cor. Bich. *& in Rom. fideicomm. Prosperi Sen. de Gasparellis* 24. *Junii* 1676. §. *Prout respectu*, cor. Bourlemont; Non subsistente ponderatione, quod Testator vocaverit filias ultimi

4 Masculi tanquam agnatas, quia nullam habuit rationem conservandi agnationem, ut patet ex simplici vocatione feminarum earumque descendentium absque onere deferendi cognomen, & arma Testatoris, ut in terminis vocationis

5 feminarum tradit Menoch. *conf.* 557. *n.* 16. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 69. *n.* 10. Mantich. *de Conject. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 9. Rota *decis.* 29. *n.* 3. *part.* 18. *rec. & in Maceraten. fideic.* 10. *Decembris* 1685. §. *final.* coram R. P. D. meo Benincasa, & de simplici vocatione descendentium, Rota *in Auximana fideicom.* 1. *Julii* 1678. §. *Neque induci*, coram me *in*

6 *Romana fideicom.* 9. *Junii* 1679. §. *Imo verbum*, cor. Bourlemont *& in Bonon. fideicom. de Ghisellis* 4. *Junii* 1678. §. *Nec subsistit*, coram R. P. D. meo Caccia.

Tertia demum, quod Testator perstringendo substantiam totius suæ dispositionis declaravit velle, ut bona conservarentur primum in linea Masculina, & deinceps in linea feminina ibi - *ut sua hujusmodi dispositio debitum, & ordinatum ab eo sortiatur effectum, et dd. omnia sua bona remaneāt apud ipsos & posteros successores prædictos, & in eorum familia, agnatione, & posteritate legitima, & naturali Masculina, & ea deficiente in linea legitima, & naturali feminina &c.* & alibi *pro conservatione perpetua dd. bonorum stabilium, & jurisdictionum in familia sua Masculina legitima & naturali, & in ejus defectum in progenie ac descendentia ex progenie feminina*. Ac proinde cum posterior dispositio

7 favore lineæ femininæ fuerit a priori contradistincta ratione ipsius Masculinitatis, consequēns est, ut debeat æqualiter comprehendere tam masculos, quam feminas, ut in terminis consimilis dispositionis ad rem nostram Rota *in Romana fideicommissi de Penellis* 26. *Jun.* 1679. §. *neque obstitit*, cor. bo. me. Cardin. Taja. Maxime quia in descendentibus feminarum cessat ratio conservandi agnationem, propter quam unice Testator in prioribus substitutionibus moveri potuit ad prælationem Masculorum, ut bene in puncto notant Dec. *conf* 484. *n.* 4. Bero *conf.* 115. *n.* 14. *vers.* 2. *licet* Gabr. *conf.* 97. *n.* 6. *lib.* 1. Mantic. *de Conject. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 8. *vers. sed illam distinctionem* Rot. *dec.* 144. *n.* 4 *& seq. part.* 7. *& dec.* 307. *n.* 16. *& seq. part.* 16. *rec. & dec.* 584. *n.* 11. *substitutis vers. unde quod dictum*, cor. Greg. 8

9 Hinc non obstat, quod Testator substituerit descendentes ex feminis cum dictione repetita, ut supra ibi, *substituit filias feminas & earum descendentes in perpetuum & in infinitum pro æquali portione ut supra* de hæredibus *Masculis dictum fuit &c.* quia dictio *ut supra* repetit modum & ordinem succedendi, non autem qualitatem Masculinitatis, præcedenter expressam, ut tradit Decian. *conf.* 11 *n.* 213. *lib.* 2. de Marin. *resol. quotid. lib.* 2. *cap.* 125. *n.* 16. Rot. *dec.* 123. *n.* 16. *& seq. part.* 14. *& dec.* 307. *n.* 16. *&* 18. *rec. decis.* 751. *n....* coram Ubaldo, *& in Romana seu Cremonen. hereditat.* 15. *Junii* 1682. §. *Et nihilominus*, *&* 20. *Martii* 1684. § *nil refragante*, coram me signanter, quia immediate cohærent verba *in perpetuum & in infinitum pro æquali portione*, non autem verba *descendentes*, ut ponderat Rota *decis.* 681. *n.* 12. *p.* 5. *& dec.* 30. *n.* 16. *p.* 14. *rec.* Ac sine ulla hæsitatione, 10

quia Testator in alia paulo post subsequenti parte Testamenti, in qua declaravit, quod mentio mortis hæredem intelligi debeat etiam de morte Civili usus est consimili dictione repetitiva respectu simplicis modi gradus, & ordinis succedendi, ut in Testamento impresso n. 5. lit.. Una enim pars Testamenti declarat aliam, ad Text. *in l. si secutus plurium* 53. *ff. de legat.* 1. Soccin. *conf.* 57. *n.* 5. *lib.* 3. Fusar. *de substit. q.* 339. *n.* 27. Rota *dec.* 98. *part.* 17. *rec. & in Asculana fideicom. seu Donationis* 6. *Junii* 1687. §. 2. cor. R. P. D. meo Rundinino. Imo cum peculiariter substituerit, ut supra de hæredibus Masculis dictum fuit, videtur ipse quodammodo declarasse, quod in hac parte sensit de hæredibus quibuscunque tam Masculis, quam feminis argumento sumpto a contrario sensu, de quo Text. *in l. part.* 1. *vers. ejus ff. de officio ejus* 6. Bald. *conf.* 101. *n.* 12. Rimin. Jun. *conf.* 320. *n.* 25. Rota *dec.* 186. *num.* 7. *p.* 1. *rec. & in Romana pecuniaria* 10. *Maii* 1684. §. *statutum vero*, cor. bo. me. Albergato. 11 12

Minus refert, quod agatur de repetenda qualitate Masculinitatis in descendentes Testatoris, quodque Testator purificaverit utranque descendentiam in utraque æqualiter ordinando easdem substitutiones, & regulas succedendi apponendoque easdem prohibitiones alienandi ac fidejubendi ultra summam ab ipso præscriptam, quia qualitas descendentiæ a Testatore nihil influit ad repetitionem Masculinitatis in descendentibus feminarum, in quibus cessat, ut præfertur, ratio conservandi per Masculos agnationem: Æquiparatio autem utriusque descendentiæ procedit solum in iis, quæ fuerunt a Testatore purificata, non autem in aliis, in quibus subest diversa ratio, ut tradit Surd. *conf.* 50. *n.* 25. 13 Præses Everard. *de locis legal. loco* 10. *fol.* 10. *vers.* 4 *non procedit* Vivius *dec.* 255. *n.* 21. *lib.* 1. Rot. *in d. Bonon. fideicom. de Ghisellis* 4. *Julii* 1687. §. *fin.* cor. D. meo Caccia.

Prout nec facit, quod Testator providerit feminis de dote, & excluserit Octaviam neptem cum hac expressa ratione, quod voluit bona integra, & unita conservari in descendentibus Masculis, quia tam dotatio feminarum, quam exclusio propriæ neptis loquuntur in priori substitutione descendentium Masculorum ex Masculis, ac per consequens, tanquam factæ favore descendentium de familia Testatoris non debent censeri repetitæ aut operari prælationem Masculorum in descendentibus, qui non sunt de familia, per ea quæ in proposito notat Rimin. Jun. *conf.* 632. *n.* 119. *lib.* 6. Rota *dec.* 145. *n.* 13. coram Cels. *et in Romana fideicomm.* 9. *Maii* 1678. §. *et adhuc in fine*, coram Bourlemont. Non obstante quod agatur de bonis Jurisdictionalibus, quorum feminæ regulariter non sunt capaces, quia (præter quod adsunt etiam bona non Jurisdictionalia) cum feuda sint simpliciter hęreditaria feminę in illis succedunt, non secus Masculi, ut tradit Dec. *conf.* 390. *n.* 7. *lib.* 2. Ludovis. Bell. *conf.* 17. *n.* 7. de Ponte *conf.* 15. *n.* 13. Capyc. Latt. *consult.* 75. *n.* 52. 14

Denique nihil relevat, quod Testator generaliter requisiverit in descendētibus vocatis qualitatem legitimitatis, nec non excluserit Religiosos cum ordine, quod providerentur & libris, & annuo reditu duc. 200. ac prohibuerit in casu delicti confiscationem bonorum fideicommissariorum, ex quo infertur, quod sicut hæc omnia congruunt solis Masculis, sic etiam probent repetitam qualitatem sexus Masculini. Quia (præter quod hujusmodi ponderationes nihil concludunt, cum non ex eo quod Testator aliquid disposuerit respectu Masculorum, videri possit aut debeat exclusisse femi-

feminas) qualitas legitimitatis non meretur animadversionem, cum passim in omnibus Testamentis apponi soleat de stylo Notariorum, ut testatur Rota *dec.* 385. *n.* 8. cor. Buratt. *dec.* 110. *n.* 10. coram Rosas *dec.* 145. *n.* 10. *et seq.* cor.
16 Cels. *et in Cavallicen. hereditatis* 14. *Junii* 1684. §. *qualitas demum legitimitatis*, coram bo. me. Albergato. Et potius in contrarium retorqueretur; nam quemadmodum Testator curavit eximi qualitatem legitimitatis, sic etiam curasset aliam masculinitatis, si voluisset, ut in puncto ad
17 effectum excludendi repetitionem notat Altogr. Jun. *controv.* 38. *n.* 21. *vers. Altera efficacissima*. Exclusio autem Religiosorum comprehendit etiam feminas Religionem ingressas, quibus nec etiam est incongruum longe pinguius provideri, in casu, quo (prout hic) excluduntur a com-
18 modo opulentissimæ hæreditatis: Ac demum prohibitio Confiscationis vel dici non potest omnino absona ab ipsis feminis, vel saltem debet intelligi discretive quoad mascu-
19 los singula singulis, & congrua congruis, referendo juxta monitum Imperatoris *in l. quoties C. famil. ercisc. et tradita per* Dec. *cons.* 110. *sub n.* 4. Rota *dec.* 429. *num.* 3. *p.* 2. *et dec.* 225. *sub n.* 45. *part.* 12. *rec. et in Romana fideic.* 31. *Januarii* 1687. §. *Nec obstare*, cor. D. meo Rondinino.

Fundamentum vero resolutionis favore Comitum Raynutii, & fratrum respectu bonorum liberorum Antonii Francisci residet in amplissima renunciatione facta per Comitissam Dorotheam Eleonoram quibuscunque successionibus tam ex Testamento, quam ab intestato favore Comitis Alexandri Patris, quæ licet ob defectum tam voluntatis,
20 quam potestatis renunciantis non cœpit proprietatem bonorum fideicommissariorum, de qua supra; capit tamen quæcunque bona libera, & impedit renuncianti regressum ad bona renunciata, Text. *in l. quæritur* §. *si Venditor ff. de edil. edict. Canon. quam periculosum q.* 1. Paris. *cons.* 25. *n.* 27. *et seq. lib.* 3. Surd. *dec.* 231. *n.* 13. Rota *decis.* 312. *n.* 3. *part.* 10. *rec. dec.* 318. *n.* 2. cor. Peutinger. *et in Faventina successionis Junii* 1688. §. 1. cor. Eminent. Card. Vicecomite, *et in Romana seu Januen. success.* 3. *Maii* 1681. §. *firmata*, cor. clar. me. Card. Matthæjo.

Nec subsistit, quod renunciatio emanaverit ex falsa causa, quia scilicet suppositum fuerit Comitissæ quod ipsa reperiretur congrue dotata de bonis Paternis & Maternis in summa scut. 7500. quodque vigore Statutorum Viterbii nihil aliud prætendere posset in dictis bonis. Cum tamen dos sc. 7500. non adæquaret portionem legitimæ ipsi debitæ ex solis bonis maternis, ac Statuta Viterbii præservent feminis particularem lucrum seu successionem legitimæ: quia congruitas dotis probatur ex solito aliarum familiarum primatiæ Nobilitatis Viterbii constituendi dotes in summa etiam minori scut. 7500. ut constat ex datis pro fratribus de
21 Marscianis *in Summ. præteritæ positionis n.* 1. *et plur. seq.* ac etiam ex tenuitate patrimonii Alexandri patris, de qua pariter constat ex judicio concursus introducto super bonis illius hæreditariis in Congregatione Baronum, & successive, sententia declarante, nihil extare pro creditoribus, ut refert Card. de Luca *de Credit. disc.* 127. Omnimoda autem exclusio feminarum vigore Statutorum Viterbii patet *ex rubr.* 70. *lib.* 2. quæ tanquam generaliter excludens feminas propter masculos a successione Parentum censetur exclude-
22 re etiam a legitima, quæ est portio successionis, ut tradunt Rimin. *cons.* 113. *n.* 48. Peregr. *cons.* 21. *n.* 4. Trentacinque *var. lib.* 1. *tit. de legat. resol.* 4. *n.*... Cresp. de Valduar. *observ.* 24. *n.* 31. Fontan. *de pact. Nupt. claus.* 4. *gloss.* 24. *n.* 55. Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. Rota *dec.* 135. *n.* 5. cor. Greg. *dec.* 113. *num.* 10. cor. Dunoz. Jun. *et d.* 37. *n.* 1. *part.* 11. *rec.* Præsertim, quia mandat feminas, recepta dote, nihil aliud petere posse, ut in terminis notat Mangil. *de Im-*
23 *put. q.* 54. *n.* 25. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 46. Bartus *de success. lib.* 16. *tit.* 1. *num.* 7. Non attenta replicatione, quod eadem Statuta *lib.* 2. *rubr.* 79. augeant legitimam filiorum & filiarum in bonis Matris ad novem ex decem unciis, quia cum præcedat totalis exclusio feminarum propter masculos, successivum augmentum legitimæ debet intelligi quoad feminas in defectum masculorum, per ea quæ fir-
24 mat Rota *dec.* 23. *per tot. penes*, Paitell. *et in Æsigna Immissionis et divisionis* 26. *Junii* 1682. §. *stante præcipue statuto*, cor. bo. me. Paulutio.

Hæc magis urget, quod renunciatio careat insinuatione requisita tam a Statuto Viterbii, quam a Constitutione Ægidiana in contractibus minorum, & mulierum; tum quia insinuatio præsumitur ex lapsu plusquam 40. annorum, juncta observantia deducta ex acquiescentia renunciantis,
25 ut tradunt Citocch. *discept.* 53. *n.* 58. Cost. *de retrotract.* *c.* 8. *cas.* 24. *n.* 21. Rota *dec.* 160. *n.* 13. *et* 14. *part.* 10. *rec. et d.* 87. *n.* 10. post Torr. *de pact. futur. success.* non obstante, quod insinuatio non reperitur in actis Judicis, qui contractum authorizavit, prout requirit Statutum Viterbii, quia Statutum in hac parte emanavit post d. renunciationem, & sic
non efficit contractum antecedenter gestum *c. fin. de Const.* 26
l. leges Cod. de legib. Rota *in Romana pecuniaria* 19. *Junii* 1680. §. *Tota igitur*, cor. bon. me. Card. Taja.

Tum etiam quia agitur de renunciatione correspectiva ad dotem renuncianti promissam, in qua de Jure non re-
quiritur Institutio ad tradita per Rotam *dec.* 240. *n.* 2. cor. 27
Coccin. *dec.* 7. *n.* 7. cor. Burat. *decis.* 321. *n.* 7. cor. Peutinger. *et in Asculana successionis Maii* 1684. §. *Nec evitari*, cor. D. meo Rondinino: In nihilo relevante, quod renunciatio stipulata fuerit post plures menses a die promissionis
dotis, quia nihilominus probatur ad illum correspective, 28
tam ex generali consuetudine reportandi similes renunciationes a mulieribus dotatis, de qua per Rot. *dec.* 348. *n.* 15. cor. Peutinger. *et in Camerinen. dec.* 8. *Junii* 1674. §. *Nulla habita*, cor. R.P.D. Rondinino, quam etiam ex peculiari restitutione per conjecturam emissa in actu renunciationis, quod scilicet illam faciebat correspective ad dotem, ut pon-
derat Grat. *discept.* 952. *n.* 23. Altogr. *cons.* 83. *n.* 83. Juncto 29
quodam instrumento census contemporaneo donationi, in quo præsente Procuratore a Viro constituto enunciatum fuit, quod fieri debebat hujusmodi renunciatio, prout ad
hunc effectum advertit Rot. *d. dec.* 348. *n.* 13. cor. Peuting. 30

Neque demum opponi valet, quod renunciatio fuerit metu extorta, quia metus non bene probatur ex quibusdam clandestinis protestationibus factis per Comitissam tam ante, quam post actum renunciationis, ne alias sit in arbitrio cujuslibet protestantis sese eximere a propria obligatione,
& eludere fidem contractus, ut tradunt Honded. *cons.* 29. 31
n. 54. Angusciol. *cons.* 48. *n.* 20. Crass. *de except. cap.* 11. *n.* 58. Rota *dec.* 326. *n.* 3. cor. Greg. *dec.* 385. *n.* 12. cor. Dunoz. Jun. *et in Romana fideic.* 28. *Januar.* 1586. §. *Minus obstat*, cor. R. P. D. meo Ursino; Præsertim stante acquiescentia
plurium annorum, per quam tollitur quæcunque suspicio 32
metus, vel saltem iste purgatus remansit, ad tradita per Andreol. *contr.* 301. *n.* 7. Rot. *decis.* 1. *n.* 8. cor. Merlin. *et dec.* 301. *n.* 39. *part.* 2. *rec.*

R. P. D. PRIOLO.

Romana fideicommissi de Massiolis.

Lun. 22. *Martii* 1694.

ARGUMENTUM.

Appellatione descendentium veniunt non minus masculi quam feminæ, sed istæ masculum remotiorem excludunt, cum prærogativa qualitatis masculinitatis valeat considerari pro exclusione feminarum in eodem gradu existentium, non vero si masculi sint remotiores, feminæ vero proximiores, nisi Testator expresse contrarium disposuerit.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione descendentium veniunt tam masculi, quam feminæ, et n.* 4.
2 *Quoties masculi in successione preferuntur, femina posterius vocata dicitur succedere in illo gradu, in quo remoto obstaculo fratris succedere debuisset.*
3 *Masculi ex feminis remotiores preferuntur feminis proximioribus, si Testator prærogativam prælationis injunxisset. Vide n. seq.*
5 *Successio præsumitur volita secundum gradus prærogativam.*
6 *Et ab hac regula non receditur, nisi aperte constet de contraria Testatoris voluntate.*
7 *Prelatio per Testatorem concessa favore masculorum censetur tributa, quatenus isti in æquali gradu cum feminis existant, non autem si reperiantur in gradu remotiori.*
8 *Hujusmodi conclusio eo magis admitteretur, si constaret quod Testator ita voluisset, idque desumeretur primo ex demandata successione in stirpes, & non in capita.*
9 *Secundo ex vocatione descendentium ordine successivo.*

10 *Te-*

10 *Testator vocando descendentes ordine successivo cum prælatione favore masculorum censetur considerasse prælationem erga feminas, non per saltus & in tota latitudine descendentium, sed habito respectu ad descendentes & proximiores ultimi gravati & inter illos, servata graduum prærogativa.*

11 *Contrarium tantum procederet, si constaret de clara mente Testatoris volentis semper & quocunque casu præferre masculos feminis.*

12 *De hac vero voluntate non appareret ex verbis perpetuitatem denotantibus appositis non in vocatione, sed in ea parte in qua voluit, ut bona inter ipsos perpetuo conserventur.*

13 *Feminæ vocatæ in defectum masculorum statim succedunt mortuo masculo absque prole masculina.*

14 *Verba*, in difetto dell' ultimo maschio della linea mascolina, *denotant fuisse tantum vocatos masculos ex masculis.*

15 *Amplia, licet hujusmodi verba reperiantur in parte conditionali.*

16 *Si Testator respexerit ad solam lineam nudæ masculinitatis, ista potest efformari etiam a masculis ex feminis Declarat n.17.*

18 *Vocata linea masculina succedunt tantum masculi ex masculo, & n.19.*

DECISIO XXII.

Fideicommissa instituta ab Antonio, & Nicolao de Massiolis contendebant ad eorum favorem fuisse purificata fratres de Bersanis, & quia in judicio moto coram A.C. Francisca Rea conventa mandatum de manutenendo reportraverat super bonis utriusque fideicommissi. Commissa mihi causa in gradu appellationis cum clausula *sine præjudicio* hodie diedi dubium, *An & de cujus bono jure constet, etiam ad effectum manutentionis*, & favore Franciscæ responsum fuit.

Respectu enim fideicommissi ab Antonio præordinati apud DD. visa fuit literalis vocatio Franciscæ, quia Testator post institutos filios vocando *i loro figli, & descendenti de descendenti in infinito, preferendo i maschi alle femine*, sub illa indistincta appellatione descendentium vo-
1 luit comprehendere non minus masculos, quam feminas. Ideoque cum per obitum Caroli Antonii ultimi gravati successerit Julius ejus filius, exclusa tunc sorore in eodem gradu existente, isto successive sine liberis defuncto, successio aperiri non potuit, nisi ad favorem Franciscæ posterius vocatæ, quæ tali casu dicitur succedere in illo
2 gradu, in quo remoto obstaculo fratris succedere debuisset, ad tradita per Bald. *cons.* 69. *num.* 4. *&* 9. *lib.* 1. *& cons.* 246. *n.* 3. *& seqq. lib.* 4. Rim. *cons.* 246. *n.* 36. *vers. Et quatenus* Castill. *coner. Jur. lib.* 5. *cap.* 91. *num.* 72. *vers. & quæ tradidit* Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *num.* 53. *& art.* 27. *n.* 21.

Nec illius vocatio cessare debuit ex præexistentia fratrum de Bersanis, quæ tanquam masculi licet descendentes ex femina, & in gradu remotiores videntur in concursu præferendi ex præordinata voluntate Testatoris hanc
3 prælationem demandantis, juxta ea, quæ tradit Rota cor Zarat. *d.*12. *&* 31.

Hoc nanque assumptum forsan præcedere posset, nisi modus prælationis fuisset ab ipso Testatore regulatus; constat enim sub illa appellatione descendentium fuisse voca-
4 tos simultanee, tam masculos, quam feminas. Ideoque cum de Jure communi successio esset referenda, servata
5 gradus prærogativa, Roman. *cons.* 100. *n.* 407. *& seq.* Cald. *de nom. emphyt. q.* 17. *n.* 37. & ab ista non sit recedendum, nisi clare, & aperte Testator se expresserit, ut notant Molin. *de primog. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 32. *&* 38 de Luca *de fideic. disc.* 23. *n.* 8. *vers. Aut enim sequitur* proinde ut prælatio conces-
6 sa censeatur favore masculorum, quatenus isti una cum feminis in eodem gradu existant, quia alias iniquum esset data gradus inæqualitate agere adversus jus naturale, præferendo masculos remotiores feminis in gradu proximiori-
7 bus, & juxta insignem doctrinam Bald. *d. cons.* 275. *lib.* 2. tradunt Menoch. *cons.* 904. *n.* 18. Tiraq. *de primog.* 20. *n.* 25. *vers. & expresse* Covarr. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. *vers. Rursus* Fusar. *de subst. q.* 2.11. *n.* 15. *&* 17. Cald. *d. q.* 17. *n.* 37. Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *sub n.* 47. Panimoll. *dec.* 126. *n.* 7.

Quod sane informari videtur ex subsequentibus verbis Testamenti; voluit enim Testator, quod juxta casuum contingentias sua hereditas deferretur inter ejus descendentes in stirpes, non in capita, ex quo datur intelligi illius mentem fuisse se conformandi cum dispositione Juris communis, & juxta ordinem intestatæ successionis; ideoque ex hac clausula clare assequimur fuisse vocatos descendentes, & proximiores ultimi gravati, ut ponderant Cæphal. 8
cons. 581. *n.* 17. Surd. *cons.* 370. *n.* 12. *vers. additur*, Amat. *resol.* 10. *n.* 59. Puer. *de fid. q.* 11. *n.* 6. Rota coram Caval. *d.* 465. *n.* 2. quod clarius etiam comprobatur, ex quo descendentes fuerunt per Testatorem substitui ordine successivo ibi, *nelle quali per ordine successive*, quæ sane verba operantur, ut delatio successionis alio modo aperiri non possit quam de gradu in gradum, & juxta regulam, & ordinem successionis ab intestato, & data gradus paritate, ut notat Peregr. *de fideicomm. art.* 21. *n.* 49. *vers. Nempe quia*, 9
& propterea credendum est, Testatorem adhibendo talia verba considerasse probationem masculorum erga feminas, non quidem per saltus & in tota latitudine descendentium, sed habito solummodo respectu ad descendentes, & proximiores ultimi gravati, & inter illos servata gradus prærogativa, ut advertunt Cæphal. *cons.* 581. *n.* 20. Rim. *d. cons.* 10
146. *n.* 83. Corn. *cons.* 199. *sub n.* 4. *vers. & maxime lib.* 3. Fusar. *de subst. q.* 379. *n.* 63. *cum seq.* Peregr. *d. art.* 25. *n.* 49. & Cast. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 93. §. 12. *n.* 14. Rota *d.* 39. *n.* 6. *vers.* 1. *part.* 5. *tom.* 2. *rec.*

Constito itaque ex præmissis, quod fuerint vocati descendentes cujuscunque ultimi hæredis gravati, non relevant authoritates in contrarium laudatæ, quia illa procedunt, quando constat de clara mente Testatoris volentis semper, & in quocunque casu præferre masculos feminis, 11
ut videre est *apud d. decisiones*, cor. Zaratte; & quamvis in casu præsenti adhibita fuerint similia verba in infinitum, animadversum fuit, quod illa fuerunt adjecta in ea parte, in qua Testator descendentes vocavit, & inter illos voluit bona perpetuo & in infinitum conservari; ideo amplianda non veniunt ad casum probationis masculorum, in qua 12
cum Testator hujusmodi verbis perpetuitatem denotantibus minime usus fuerit hoc discretivo modo loquendi, diversitas quoque voluntatis arguitur.

Quo vero ad fideicommissum Nicolai DD. ponderantes illa verba Testatoris volentis feminas succedere in *difetto dell' ultimo maschio dell' ultima linea mascolina*, minus dubitarunt de vocatione Franciscæ, quia quoties decessit Julius ejus frater, nullo superstite masculo ex masculis, substitutio statim parificata fuit favore feminæ proximioris, per Text. *in cap.* 1. *de eo qui lib.* 26. *hæred. suis* Grat. 13
cap. 120. *n.* 3. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 172. *n.* 36. *vers. respond. & in puncto* Valens. *cons.* 97. *n.* 29. *vers. Et ita.*

Nec pro exclusione Franciscæ suffragari potuit existentia masculorum, quales sunt fratres de Bersanis, quia, cum isti descendant ex alia Francisca seniore, sunt omnino incapaces hujus fideicommissi, cum per illa verba *in difetto dell' ultimo maschio dell' ultima linea mascolina* appareant solummodo vocati masculi ex masculo, ad tradita per Pe- 14
reg. *de fideic. art.* 12. *n.* 4. *& n.* 20. Rota cor. Duran. *dec.* 300. *n.* 5. *&* 7. Bich. *dec.* 493. *n.* 6. *& seq. & in rec. d.* 203. *sub n.* 5. *part.* 1. *& dec.* 95. *n.* 4. *part.* 11. *& d.* 228. *n.* 16. *p.* 18. non obstante, quod dd. verba qualitatem masculinitatis præferentia adjecta fuerit in parte conditionali, quia explicative tamen referuntur ad easdem personas in dispositiva contentas, propterea licet in præcedenti parte Testamenti sit vocata in universa descendentia comprehensiva etiam masculorum ex feminis; subsequentia tamen verba ejusdem Testamenti declarant, Testatorem sub illa generali vocatione voluisse solummodo comprehendere masculos, ut advertunt Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *n.* 21. Rota cor. Duran. 7. *dec.* 300. *n.* 11. *cum seq.* 26. *inter rec. d.* 337. *n.* 5. *&* 6. 16
part 5. *& dec.* 76. *a.* 10. *& seq. part.* 11.

Nec dicatur sub illa expressione lineæ masculinæ fuisse a Testatore contemplatam solam lineam nudæ masculinitatis, quæ potest efformari etiam a masculis ex feminis; quia 16
cum Testator non solum vocaverit masculos, sed etiam adjecerit illa verba, *de linea masculina*, certum est quod isto casu nedum habuit in mente prædilectionem sexus & considerationem naturalis qualitatis masculinitatis, sed etiam præcogitavit per qualitatem juridicam, & legalem descen- 17
dentium nempe masculorum ex masculo, ut notat Rosas ex adverso laudatus, *de incomp. part.* 1. *c.* 6. §. 23. *per tot.*

Et ex his etiam irrelevans visa fuit distinctio adducta a scribentibus pro Bersanis inter lineam masculinam immediatam sive agnatitiam comprehendentem solos masculos ex masculis, & aliam mediatam, sive cognatitiam referibilem etiam ad masculos ex femina, quidquid sit de hac distinctione, quæ est intelligenda juxta casuum circumstantias,

tias, & solum procedere posset, quando vocatio esset directa ad descendentes masculos comprehensiva, tam masculorum ex masculis, quam ex feminis; illa tamen non applicatur præsenti hypothesi, in qua fuit vocata linea masculina. Ista enim solum continuatur inter masculos ex ma-
18 sculis per medium feminarum progredientibus, ad tradita per Simon. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib. 3. col. 11. n. 54. cum seqq. fol. mihi 291.* Grat. *cap. 901. n. 22. cum seqq.* & Rota *dec. 95. n. 5. & 6. part. 11. rec.* Ideoque fratres de Bettanis tanquam descendentes ex femina comprehendi non possunt sub appellatione lineæ masculinæ, cum non habeant duas qualitates copulative requisitas, ut nempe sint mascu-
19 li & descendant ex masculo, Gozzadin. *cons. 87. n. 15.* Menoch. *cons. 205. n. 29.* Rota cor. Bich. *d. 493. n. 6. et 7.* Duran. *d. 300. n. 7. et in rec. d. 203. n. 5. part. 2. & d. 233. n. 6. part. 14.* Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana fideicommissi de Gratia.

Lun. 28. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Feminæ filiorum, & descendentium nomine veniunt, licet in conditione substitutionis favore extranei ordinatæ appositi tantummodo fuerint masculi, cum in eo, quod deficit Testator, suppleat legis vocatio. Exacta custodia ventris, ut subsequens legitimatio ex matrimonio habilitet ad succedendum in præjudicium tertii de Jure canonico non exigitur, sed sufficit mulierem in famulatu degentem retentam fuisse domi, & ex illius concubitu fuisse procreatos filios.

SUMMARIUM.

1 *Filii legitimati per subsequens matrimonium veniunt appellatione filiorum legitimorum & naturalium.*
2 *Filiatio semel approbata, amplius impugnari non potest.*
3 *Subsequens legitimatio ex matrimonio non habilitat ad succedendum in præjudicium tertii, si non probetur custodia ventris.*
4 *Sufficit tamen de jure canonico mulierem in famulatu degentem retentam fuisse domi, & ex illius concubitu fuisse procreatos filios.*
5 *Nec exigitur exacta & rigorosa custodia ventris.*
6 *Partus factus in septimo mense dicitur justus, legitimus, & vitalis.*
7 *Filiorum nomine veniunt feminæ.*
8 *Amplia, licet in substitutione extranei positi fuerint in conditione masculi cum censeantur in concursu prædilecti, non autem vocati ad feminarum totalem exclusionem.*
9 *Substitutus extraneus remanet exclusus a feminis descentibus Testatoris, si illæ non fuerint exclusæ per modum regulæ.*
10 *Licet positi fuerint in conditione soli masculi, cum in eo quod deficit Testator suppleat legis vocatio.*
11 *Si mulier possideat bona fideicommissi non tenetur probare pro illorum retentione, quod non adsint bona libera.*

DECISIO XXIII.

Fabius Gratia institutis in legitima Jacobo Antonio & Angelo filiis, in omnibus aliis bonis hæredem universalem, & usufructuarium nuncupavit Ludovicum fratrem, & in ejus defectum Faustinam sororem, & post obitum utriusque substituit Moniales S. Silvestri de Urbe, quas tamen voluit existentibus uno vel pluribus filiis legitimis, & naturalibus dd. suorum filiorum teneri ad restitutionem hæreditatis illorum favore, quoties tamen ad ætatem 20. annorum pervenissent; Cumque postmodum in vim judicati totalis secuta fuisset restitutio hæreditatis ad instantiam Tiberii unius, ex filiis Jacobi Antonii, iste successive pulsatus a Fabio, & Theodora nepotibus ex Angelo altero filio Fabii senioris condemnatus fuit ad menstrua scuta sex pro quolibet, ut videre est *in decis. 30. part. 19. rec.* & in executionem hujus resolutionis Rotalis, assignata fuerunt 34. loca montium pro intranti quantitate, uti provenientia ex prænarrato fideicommisso, ad quæ cum modo petita fuisset immissio ab aliis filiis Jacobi Antonii, ad illorum instantiam proposui dubium, quod fuit negative resolutum.

Constare namque visum fuit de fideicommisso ad favorem possessorum, ex ipsa lectura Testamenti, in qua vocati reperiuntur filii legitimi & naturales provenientes ex utroque filio Testatoris; Cumque ex documentis inferius recensendis constiterit, Theodoram susceptam fuisse tempore constantis matrimonii, & Fabium per subsequentes nuptias legitimatum extitisse, remanserunt proinde sub illa collectiva, & generali nuncupatione filiorum legitimorum, & naturalium specialiter comprehensi, tametsi fuissent per subsequens legitimati, ad text. *in cap. tanta qui Fi. sint legit. & §. Auth. quibus mod. offic. legit. cum aliis plurib. allegatis per* Royas *dec. 159. n. 10. & Alex. VIII. dec. 252. n. 2. & in rec. dec. 190. n. 28. p. 9. & decis. 309. n. 15. p. 10.* 1

Nec in præsenti dubitari potuit de illorum filiatione, quia illa resultare visa est ex fide Baptismatis utriusque filii, ex alimentis a Patre præstitis, & ex quatuor Testibus coram Judice examinatis usque de anno 1653. & nunquam ex adverso contradictis, qui deponunt Angelum in ejus Domo retinuisse Coronam, & ex illa postmodum utrunque filium suscepisse; ex Testamento ejusdem Angeli, in quo instituitur hæres Fabius ejus filius tunc infans duorum mensium, & demum ex pluribus actibus postea subsecutis talem filiationem præsupponentibus; nam, & defuncto Silvestro Bellino, ad illius intestatam successionem æqualiter aspirarunt tam Actores, quam Rei conventi in eodem gradu consanguinitatis conjuncti, & ad ipsorum instantiam non solum gesta fuerunt omnia acta judicialia, sed communi etiam nomine reportata sententia, & demum in distractione unius domus hæreditariæ omnium quoque consensus adhibitus fuit; ideoque cum ab ipsiusmet actoribus in tot, tantisque actibus adeo proportionatis recognita & approbata fuerit filiatio Fabii, & Theodoræ, non potest amplius ab ipsis impugnari, nisi contrarium concludentissimis probationibus justificetur, ad notata per Angel. *de confess. tom. 1. lib. 2. q. 7. n. 31. cum seq.* Rot. *dec. 284. n. 3. part. 12. & dec. 374. n. 7. part. 13. & dec. 248. n. 10. cum seq. part. 14. & dec. 125. n. 28. cum seq. p. 15. rec.* 2

Absque eo quod attendi mereantur Testes in contrarium adducti super eo deponentes, quod Corona non fuerit retenta in schemate concubinatus, sed potius addicta vilissimo exercitio Tabernæ, habuerit ventrem omnino incustoditum; ideoque ad effectum succedendi in præjudicium tertii, non probata prius illius custodia, suffragari non possit legitimatio per subsequens, ad Text. *express. in §. 1. Auth. quib. mod. natur. effic. legit. & d. fin. instit. de nupt.* 3 quoniam in hac parte procedendi cum dispositione Juris Canonici, talis custodia non fuit necessaria, cum ad istum effectum sufficiat mulierem in famulatu degentem retentam fuisse domi, & ex illius concubitu procreatos filios, ut propter illorum amorem Pater præsumatur deinde impulsus ad contrahendum Matrimonium, juxta tradita per Glos. *in cap. Innotuit verb. Conjugato de elect. Abb. in cap. tanta n. 14. qui fil. sint legit.* Mantic. *de conject. lib. 11. tit. 12. n. 6.* March. *decis. 158. n. 11. & 12.* ubi subdit, quod si exigeretur exacta, & rigorosa probatio custodiæ ventris, nulli, vel pauci legitimarentur per subsequens Matrimonium, 4 Pax Jordan. *var. lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 18. num. 6. & 8.* Surd. *dec. 83. n. 2. cum seq.* & Rot. *in rec. dec. 190. n. 24. cum seqq. part. 9.* ubi dicit in tali casu nec minus requiri honestatem personæ, cum in Sacramento matrimonii non detur acceptio personarum, & sufficit filios esse natos ex soluto cum soluta, inter quos tempore conceptionis matrimonium valide contrahi potuerit, ut inde, contractis nuptiis, probata sit filiatio etiam cum qualitate legitimitatis. 5

Quamvis ex his sufficienter probata remanserit filiatio utriusque, respectu tamen Theodoræ visa fuit indubitata, quia illa suscepta fuit post nuptias legitime contractas, absque eo quod a legitimitate detrahere possit illius nativitas secuta in octavo mense post initum matrimonium: quia sola possibilitas, quod partus potuerit esse septimestris, excludit illius illegitimitatem, cum partus septimestris sit justus, legitimus, & vitalis, ad text. *in l. 7. mense 12. ff. de stat. hominis l. intestato 1. fin. ff. de suis & legit. hæred.* Menoch. *de arbr. cas. 89. n. 34. cum seq.* Zacch. *q. Medic. legal. lib. 1. tit. 2. q. 3. n. 5.* & Rot. *dec. 28. n. 7. & dec. 45. n. 13. post ipsum & in rec. dec. 151. n. 19. cum seq.* 6

Nec ex eo quod Testator substituerit Moniales S. Silvestri in casu, quo defecissent ejus filii, & filiorum filii absque filiis masculis, desumi potuit exclusio Theodoræ: quia cum 9 in antecedenti parte Testamenti sub illa generica, & indi-

stincta

stincta denominatione filiorum legitimorum, & naturalium comprehenderit etiam feminas, licet postea quando substituit extraneum, posuerit solum in conditione filios masculos; non exinde tamen censetur recedere voluisse a priori dispositione, sed solum in concursu prædiligere masculos; ideoque si illi omnes defecissent, & non superstes nisi Theodora unica femina de linea Angeli ad exclusionem extranei, diceretur saltem per posterius vocata, ut si contig isse repentini casus iniquitas, ita emandata remane-
8 ret per conjecturam pietatis, ad Text. *in l.3. Cod. de inoffic.* Giovagnon. *conc.7. n. 13. lib. 3.* Fusar. *de substit. q. 346. n. 50.* Mierec. *de major. p. 2. q. 6. n. 183.* Royas *de incom. p. 3. c.4. n. 7.* Peregr. *de fideic. art. 25. n.26.* & Rot. cor. Buratt. *dec. 107. sub n. 1. ibique add. lit. A.* Merlin. *decis.890 sub n. 7.* Cerr. *dec.65. n.26. & dec. 80. n. 5. cum seq. & in res. dec. 133. n. 4. cum seq. p. 9.* & ex professo *dec. 132. n. 4. cum seq. p. 26.* tanto magis, quia in præsenti themate feminæ non reperiuntur exclusæ per viam regulæ, & in defectum masculoru m substitutus fuit extraneus, nulla penitus habita ratione conservationis agnationis, quo sane casu in præsumpta etiam voluntate Testatoris substitutus remansisset exclusus per existentiam feminarum verisimilius prædile-
9 ctarum ex rescripto Imperatoris *in l. Acutissimi C. de fideicomm. & in l. cum Avus ff. de condit. & demonstr. ut tradunt* Oldrad. *cons. 46. n.65. n. 6.* Tort. *de primog. part.2. q.37. n. 14.* & Rot. cor. Seraph. *dec. 1216. n.5. & in rec. dec.308. n.15. cum seq. part.14. & d. dec. 132. n.13. part.16.*

Non obstante, quod positi fuerint in conditione solum filii masculi, quia illorum expressio non importat feminarum exclusionem, & in eo, quod deficit Testator supplet tamen vocatio legis, Palm. *alleg. 213. n. 232.* Mans. *cons. 80. n.12.* Panimol. *decis.43. annot.2. n.103.* Rot. *in rec. d. decis.132. n. 6. part. 16. et in Bononien. successionis 14. Januarii 1686. §. exclusio*, cor. bo. me. Benincasa.

Considerabatur denique, quod Theodora juvari posset subsidiario remedio *Auth. res quæ C. Comm. de legat.* absque alia ulteriori probatione in existentia bonorum liberorum, quia cum ipsa possideat, onus probandi contrarium refunditur in Actores, Rot. cor. Seraph. *decis.1483. n.5. et in rec. dec.213. n.9. cum seq. p.11. et in Camerinen. Dotis 6. Martii 1690. §. in proposito*, cor. bo. me. Beninc. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Veliterna Manutentionis.

Lun. 27. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Iisdem regulis utitur præsens decisio, quibus usæ fuerunt aliæ supra extensæ, quod nempe ut a regula quod sub nomine filiorum venire non possint feminæ, tales exigantur conjecturæ, quæ patentem Testatoris faciant dignoscere voluntatem feminas excludendi; adeo ut si Testator proprias exclusetit filias, non exinde censeatur voluisse alias quoque feminas a successione repellere, si filiarum exclusio tefette licite valeat ad causam dotis per Testatorem constitutæ.

SUMMARIUM.

1 *Ex Statuto Urbis filii in conditione positi censentur dispositive vocati.*
2 *Statutum Urbis locum sibi obtinet in Civitate Veliterna, quæ est in districtu.*
3 *Appellatione filiorum in ultimis voluntatibus tam ex naturali ratione, quam ex præsumpta mente Testantium veniunt tam masculi, quam feminæ.*
4 *Et ab hac regula non receditur, nisi concurrant conjecturæ contrariam voluntatem defuncti pernecesse concludentes.*
5 *Appellatione filiorum Testator censetur voluisse quoque feminas vocare, licet adsit Statutum exclusivum feminarum, si ipse Testator ad conservationem suæ agnationis non respexerit.*
6 *Exclusio feminarum propter dotem non præbet argumentum, quod Testator abhorruerit feminas, quibus nulla dos fuit constituta.*
7 *Observantia primorum hæredum est attendenda pro desumenda Testatoris voluntate.*
8 *Dos ex Statuto Urbis succedit loco legitimæ.*
9 *Dos relicta titulo institutionis loco legitimæ succedit.*
10 *Actio pro consequendo legato dotis conditionaliter relicto, secutis scilicet nuptiis, transit ad hæredes etiam nuptiis minime secutis, si dos loco legitimæ succedat.*
11 *Legitima est tertia tertiæ, si concurrant sorores in Testamentaria successione.*
12 *Qualitas hereditaria excluditur, si allegata fuerit cautela Angeli, in qua expositum apparet bona alio titulo retineri.*
13 *Alienatio bonorum hæreditariorum minime qualitatem hæreditariam concludit, si fieri potuit ex titulo crediti.*

DECISIO XXIV.

Postquam Capella Sancti Marci uti substituta in Testamento Ascentiæ per binas decisiones coram me sub diebus 10. Decembris 1691. & 18. Aprilis 1692. manutentionem in bonis a dicta Ascentia relictis reportaverat; cum pluta Damia, & Fulvia filiæ Margaritæ Gelibertæ adducerent, prætendentes nullam, & vitiosam possessionem dictæ Capellæ, & ideo præferendam earum possessionem captam vigore cujusdam fideicommissi a Dominico ordinati, quod clarum, & literale ajebant; Et idcirco potuisse propria auctoritate apprehendere possessionem, & non de manu hæredis gravati: Exinde DD. quamvis non hæsitarent de viribus supradictarum decisionum, tamen, ut quanto citius lis terminaretur, demandarunt, ut videretur de bono Jure, etiam ad effectum manutentionis. Hinc hodie assumpta hac dispositione sub peculari dubio An, & de cujus bono Jure constet etiam ad effectum manutentionis? Visum est constare de bono Jure Capellæ etiam ad prædictum effectum, nedum quoad bona subjecta fideicommisso Joanni Antonii Petromarci.

Quo enim ad bona Ascentiæ indubitatum resultat bonum Jus Capellæ ex illius Testamento, in quo post obitum Canonici Zaffarani hæredis ab ea instituti, qui jam decessit, legitur expresse, & literaliter substituta ipsa Capella.

Quatenus vero spectat ad bona obnoxia fideicommisso dicti Joannis Antonii ejusdem Capellę bonum Jus apparuit ex illius Testamento, cujus hæc sunt verba præcisa - *Instituit heredes universales Salvatorem, & Nicolaum filios, quorum alteri decedenti quandocumque sine filiis legimis, & naturalibus alterum alteri heredem substituit, & si omnes decederent sine filiis, substituit præfatam Capellam Sancti Marci*; ex qua dispositione cum Salvator obierit, relictis Dominico filio, & Ortnisia, & Ascentia filiabus feminis, filii hujusmodi uti positi in conditione censentur ex Statu- 1
to Urbis *lib. 1. cap. 142.* dispositive vocati, quod Statutum proculdubio vindicat sibi locum in Veliterna Civitate, jux- 2
ta decisa cor. Dunoz. Jun. *decis. 246. n. 9. & 10.* & quidem nulla intercedente differentia sexus, cum appellatione filiorum in ultimis voluntatibus veniant tam masculi, quam feminæ, tum ex naturali ratione successionem deferente tam masculis, quam feminis, de qua *in l. maximum vitium 4. C.* 3
de libr. præter. & in §. 1. Authent. de heredib. ab intestato venien. tum ex præsumpta mente testantium *l. quisquis mihi 116. ff. de verbor. signific. l. si quis ita 16. ff. de testam. Tut. & in l. si ita scriptum 46. ff. de l.2.* Simon. de Prat. *de interpretatione ult. volunt. lib.3. interpret.3. dub. 3. solut.2. a n. 25.* Fusar. *de substit. q. 413. n.7.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit.14.* Marth. *de success. legali p. 1. q.2. art. 2. n. 10. & 20.* Thes. *dec. 188. n.9. & 10.* Giurb. *dec.32. a n. 11. usque ad fin.* Hodierna ad Surd. *dec.66. n.2. cum seqq.* Vincent. de Franch. *dec.586.* Rota *dec.499. n.5.* cor. Dunoz. Jun. *decis. 1216. n.5. & 6.* cor. Seraph. *dec.67. n. 2. & dec. 274. num.2. & 3. p.18.* quod est adeo verum, ut, nisi concurrant conjecturæ contrariam voluntatem defuncti pernecesse concludentes, a supradicta regula non recedatur *dec. 274 n. 4. &* 4
5. p. 18. cum aliis in interamnen. fideic. 1. Decembr. 1690. §. Nec in præsenti confirmata 14. Januarii 1692. coram me.

Nec pro excludendis feminis a conditione *si sine filiis* vis fieri potest in Statuto Veliterno exclusivo feminarum propter masculos, cui videatur Testator se voluisse conformare. Nam hujusmodi Statutum habet respectu ad conservationem agnationis, quam non respexit Testator, nec mentionem fecit de masculinitate in suo testamento, nec substituit personam de sua agnatione, sed extraneam, nempe prædictam Capellam Sancti Marci, ex quibus censetur appellatione filiorum voluisse comprehendere tam masculos, quam feminas, quantumvis adsit Patrium Statutum 5
exclusivum feminarum, Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit.14. n.4.* Hodierna ad Surd. *decis. 66. n.4. & seq.* Rot. *dec. 630. n. 6.* cor. Dunoz. Jun. *dec.100. n.16. et seq.* coram Pamphil. *decis.122. n.7. part.19.* & in terminis Statuti Veliterni *dec.18. num.6. et seq.* post Michalot. *de fratrib.* Thesaur. *dec.188. n.4. et 14.*

Prout non urget, quod Testator instituerit tantum filios masculos, nempe Nicolaum, & Salvatorem, excludendo An-

do Antoniam filiam, quam filia fuit excluſa propter dotem,
quam ei præſtitit Teſtator; Cum autem neptibus nullas re-
liquerit dotes, ex excluſione filiarum ſic qualificata, argui
non poteſt ad excluſionem neptum, quas ſi excludere vo-
6 luiſſet, id expreſſiſſet, vel mandaſſet dotari, Peregr. *de
fideic. ar. 25. n. 24. & conſ. 42. n. 10. in fin.* Mantic. *de conject.
ult. volunt. lib. 1. tit. 14. n. 6. & n. 14.* Fran. *dec. 586. tom. 2.*
Rot. *dec. 46. n. 8. & 9. dec. 74. n. 15. cum dub. ſeq.* cor. Dunoz.
Jun. *d. dec. 18. n. 10.* poſt Michalor. *de fratr. deciſ. 67. n. 15.
& dec. 274. n. 6. & 7. part. 18. & in Interamnen. fideicomm.
1. Decembr. 1690. §. Neque ad aliquid, confirmata 14. Jan.
1692. §. Prout neque urget*, coram me.

Quæ clariora redduntur ex ſubſecuta obſervantia: Nam
defuncto Salvatore Dominicus filius in bonis fideicommiſſi
dicti Joannis Antonii admiſit ad coæqualem ſucceſſionem
Ormiſiam, & Aſcentiam ſorores, & ulterius defuncto
Nicolao ſucceſſio in eiſdem bonis delata fuit Hortenſiæ i-
ſtius filiæ, quæ feminæ ſuccedere non poterant, ſi in
conditione *ſi ſine filiis* tantum maſculi fuiſſent comprehen-
ſi. Iſtaque obſervantia filiorum Teſtatoris declarat, qualis
fuerit fideicommittentis mens, & intentio, cum præſu-
mantur informati de Patris voluntate, Rota *dec. 602.*
7 *n. 45. & ſeq.* cor. Bich. *dec. 10. n. 7. p. 15. dec. 67. n. 23. &
ſeq. p. 18. rec.*

Quibus ſic poſitis Capellæ debetur ſucceſſio in bonis
hujus fideicommiſſi in portione Aſcentiæ ex propria per-
ſona, & etiam ex perſona Ormiſiæ, cui ipſa Aſcentia
ſucceſſit ab inteſtato, cum ante Ormiſiam obiiſſet Do-
minicus frater. Quo vero ad portionem dicti Dominici
præſuppoſito, etiam quod conſtaret de ejus fideicommiſſo
favore Damiæ, & Fulviæ filiarum Margaritæ ſubſtitutæ
prædefectæ dd. Ormiſiæ, & Aſcentiæ hæredibus inſtitu-
tis, quod tamen DD. noluerunt determinare, dum exi-
ſtimarunt pro pluribus creditis, de quibus infra, eidem
Capellæ competere retentionem in bonis Dominici.

Et primo pro dotibus Aſcentiæ, & Ormiſiæ relictis a Sal-
vatore communi Patre, cujus hæreditatem adivit Domini-
cus ſine Inventario, ut per tres conformes ſententias decla-
ratum fuit, rejecta reſtitutione in integrum ab eo impetrata
adverſus, ut ipſe ajebat, inconſulto aditam hæreditatem.

Abſque eo, quod refragetur, quod Aſcentia obierit in-
nupta, ideoque ejus legatum dotis uti conditionale tranſ-
mitti nequiverit ad hæredes: Nam dos nedum ex Statuto
Urbis (quod attendi debet in Civitate Veliterna ſita in il-
8 lius diſtrictu) ſuccedit loco legitimæ, ut dixit Rota *dec.
289. n. 9.* cor. Celſ. *dec. 134. n. 17.* cor. Priol. *dec. 10. n. 12.
p. 15. & in Tiburtina tranſactionis 15. Maii 1684. §. Vali-
ditas & 28. Junii 1686. q. minuſque*, cor. Rever. meo Deca-
no; ſed etiam ex voluntate Patris, qui eam reliquit titulo
9 Inſtitutionis, ut habetur *in d. deciſ. 10. n. 17. & in dd. Ti-
burtinis*, cor. Rever. Decano. Ex quo ſequitur, ut actio
eam conſequendi fuerit tranſmiſſa ad hæredes etiam non
ſecutis nuptiis, Card. de Luca *diſc. 3. n. 2. & 3. & diſc. 14.
n. 3. & 4. & diſc. 127. n. 3. de dot.* Rota *dec. 215. n. 10. & ſeq.*
coram Buratto.

10 Secundo pro credito dotali Olympiæ Uxoris Salvatoris,
& Matris Dominici, Aſcentiæ, & Ormiſiæ, quod creditum
aſcendit ad ſcuta 750. reflectendo, quod Olympia in ſua do-
te ſcut. 1000. inſtituit hæredes Dominicum, Aſcentiam, &
Ormiſiam filios, cum onere fideicommiſſi, & reciprocæ
ſubſtitutionis inter eos, ex quibus ſcutis 1000. defalcatis
ſc. 100. ſolutis Rev. Fabriciæ S. Petri, fideicommiſſum re-
manet in ſcutis 900. Cumque hæc pro medietate ſint immu-
nia a fideicommiſſo, cum debeantur dd. filiis Olympiæ pro
legitima, & Trebellianica, quæ aſcendunt ad ſcut. 450. ex
quibus Dominico debentur pro ſua rata legitimæ, & Tre-
bellianicæ ſcuta 150. cum legitima ſit tertia tertiæ ob con-
curſum Sororum in Teſtamentaria ſucceſſione, ad tradita
per Card. de Luca *de legit. diſc. 3. n. 16.* ubi de veriori teſta-
tur Rota *dec. 219. n. 5. p. 6. rec.* quibus deductis a ſcut. 900. ut
dictum eſt conſtituen. creditum dotale Olympiæ, remanent
detrahẽda ex bonis Dominici prędefuncti Sororibus ſc. 750.

Tertio pro ſcutis 470. ſolutis a ſæpe dictis Ormiſia, &
Aſcentia Cinellis creditoribus Dominici, ad quæ iſte uti
hæres Patris fuerat quatuor conformibus ſententiis conde-
mnatus, & dd. Aſcentia, & Ormiſia tranſlativam Jurium
ceſſionem reportarunt.

Et demum quarto pro ſorte principali cenſus ſcutor. 50.
una cum fructibus, quem cenſum dd. ſorores impoſuerunt
pro liberando d. Domino fratre ab imminenti carceratio-
ne, quæ omnia credita, ut calculanti patet, aſcendunt ad
ſcut. 3400. circiter.

Nec ſubſtit, quod Ormiſia, & Aſcentia fuerint hære- 11
des Dominici fratris, ex quo deduci poſſet fuiſſe pro his
creditis confuſa Jura; nam qualitas iſta hæreditaria nulla-
tenus probatur plene, & concludenter prout requiritur,
quinimo excluſa remanet ex actis per Cinellos contra hæ-
reditatem dicti Dominici, & quatuor ſententiis deſuper
emanatis, & in quibus judicatis dd. Aſcentia, & Ormiſia
allegarunt cautelam Angeli deducentes retinere bona a di-
cto Dominico relicta, ex titulo fideicommiſſi Joannis An-
tonii Avi, ex quo excluditur qualitas hæreditaria, Rot. 12
dec. 266. n. 9. part. 19. quæ neque deſumi poteſt ex binis
alienationibus ab iiſdem ſororibus factis, quia ipſæ ad eas
devenerunt ex titulo dotium a Salvatore Patre relictatum, 13
& pro creditis ipſis competen. contra hæreditatem Domi-
nici fratris.

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. MOLINES.

Valiterna Manutentionis.

Lunæ 15. Julii 1693.

ARGUMENTUM.

A regula, quod appellatione filiorum & deſcendentium veniant feminæ, receditur, ſi Teſtator de maſculis intellexiſſe liquido appareat, ut quia proprias filias excluſerit Statutum, reperiatur per quod feminæ a ſucceſſionibus excludantur, & concurrat obſervantia admittendi maſculos, non vero feminas.

SUMMARIUM.

1 *EX Statuto Urbis in conditione poſiti cenſetur diſpoſitive vocati.*
2 *Statutum Urbis locum ſibi vindicat in Civitate Veliterna poſita in diſtrictu.*
3 *Sub conditione.* ſi ſine filiis, *regulariter comprehenduntur tam maſculi, quam feminæ.*
4 *Limita, ſi reſiſtat voluntas Teſtatoris.*
5 *Teſtator ſi excludere voluerit propriam filiam, cenſetur voluiſſe quoque excludere ulteriores feminas.*
6 *Amplia, etiamſi Teſtator filiabus dotem reliquerit, cum excluſio non cenſeatur facta propter dotem, ſed pro conſervatione bonorum in maſculis.*
7 *Feminas, quod voluerit excludere Teſtator, deſumi poteſt ex exiſtentia Statuti illas excludentis, cum quo cenſetur Teſtator ſe conformaſſe.*
8 *Obſervantia poteſt declarare, quod Teſtator maſculos tantum voluerit vocare.*
9 *Enunciativæ emiſſæ ad unum finem, non operantur pro alio.*
10 *Prælatio debetur maſculo in concurſu feminæ, ubi non agitur de excludendo extraneum ſubſtitutum.*
11 *Vulgaris anomala facit, ut ad hæreditatem ſubſtitutus dicatur admiſſus proprio jure, & independenter a defuncto.*
12 *Legatum conditionale ad hæredes non tranſmittitur.*
13 *Dos ſuccedit loco legitimæ, ſi Statutum incipiat a dotatione, non autem ab excluſione.*
14 *Legatum dotis ſub conditione nuptiarum relictum, debetur & ad hæredes tranſmittitur, etiam non ſecutis nuptiis.*
15 *Dos aſſignata cum onere fideicommiſſi cenſetur in ſolo uſufructu conſtituta.*
16 *Et dicitur fuiſſe cum prædicto onere conſtitutam, ſi aliter reperiretur exceſſiva; ſecus ſi de exceſſu non conſtaret.*
17 *Ut acceptatum dicatur vinculum fideicommiſſi, exigitur, vel aditio hæreditatis, vel actus neceſſario inferens illius acceptationem.*
18 *Super dote ſuccedente loco legitimæ, non cenſetur acceptatum fideicommiſſum ſine ſpecifica, & individua acceptatione teſtamenti.*
19 *Adeout ſi traduntur bona in dotem quæ alia pro illa relicta fuerunt, & alia non, licet traditio ſecuta fuerit cum oneribus, quibus bona reperiebantur gravata, intelligenda eſſet congrua congruis referendo, nimirum de aliis bonis præter illa relicta pro dote,*
20 *Legitima eſt tertia totius, ſi ſoror non concurrat in ſucceſſione ob Statutum feminarum excluſivum.*
21 *Limita, ſi ſoror reintegrata ſit in ſucceſſione per vocationem factam in teſtamento.*

22 *De-*

21 *Limita, si soror reintegrata sit in successione per vocationem factam in testamento.*

22 *Detractiones præsumuntur consumptæ, si deficiat inventarium & appareant alienationes.*

23 *Ut quis faciat fructus suos, sufficit etiam titulus coloratus.*

24 *Ad lucrandos fructus præsumuntur bona appropriata in creditorum satisfactionem.*

DECISIO XXV.

Revocata ad examen decisione coram me sub die 27. Aprilis proxime elapsi edita, in qua resolutum fuit constare de bono jure Capellæ S. Marci existentis in Civitate Veliterna, etiam ad effectum manutentionis, quoad bona obnoxia fideicommisso Joannis Antonii Petromarci, nedum ex persona Ascentiæ, quæ præfatam Capellam in suo Testamento substituit, verum etiam ex persona Ormisiæ, cui ipsa Ascentia successit ab intestato, & quoad portionem Dominici competere eidem Capellæ retentionem pro pluribus creditis: DD. visum est recedendum a decisis quoad primam partem recipientem fideicommissum Joannis Antonii; quo vero ad alteram retentionis pro creditis in decisis persistendum esse.

Quatenus enim pertinet ad dictum fideicommissum Joannis Antonii non constare de bono jure præfatæ Capellæ, sed quidem Damiæ, & Fulviæ apparuit ex illius testamentaria dispositione sedulius expensa, in qua Salvatore, & Nicolao hæredibus institutis si decesserint sine filiis substituta fuit Capella S. Marci; cumque Salva-
1 tor objerit relicto Dominico filio, iste, uti positus in conditione, censetur dispositive vocatus ex Statuto Ur-
2 bis *lib. 1. cap. 142.* locum sibi vindicante in Civitate Veliterna posita in districtu, juxta authoritates in decisione, quæ revidetur, §. *Quatenus vero.*

Et quidem ad exclusionem Ormisiæ, & Ascentiæ sororum dicti Dominici, ex quo licet sub conditione *si sine filiis* regulariter comprehendantur tam masculi, quam feminæ in ultimis voluntatibus, sive ex proprietate verborum, sive ex communi usu loquendi, sive demum ex quadam benigna interpretatione, ut pluribus cumulatis in decisione, quæ revidetur. §. *Quatenus vero*, in præ-
3 senti tamen casu compertum extitit hæc sibi locum vindicare non posse, cum resistat voluntas Testatoris, ex qua apparuit ipsum sub dicta conditione *si sine filiis* tantum de masculis intellexisse, qua stante voluntate procul dubio a supradicta regula recedi solet Peregr. *de fideic. art. 25. n. 12. decis. 948. n. 5. & seq.* cor. Eminent. Cerro.

4 Desumebatur autem primo hujusmodi voluntas, ex quo fideicommittens instituit Salvatorem, & Nicolaum filios masculos, neglecta Antonia filia, cui præcepit debere contentam esse de dote, quæ propriæ filiæ exclusio in concursu cum masculis expresse vocatis non levem inducit præsumptionem, quod Testator voluerit etiam excludere neptes ex filio remotiores minus dilectas, & ipsi incognitas, Eugen. *cons. 42. a n. 13. lib. 2.* Fusar. *de subst. q. 26. a num. 1.* Rota *dec. 351. n. 1. vers. Nam si duo concurrunt*, cor. Mantic. *dec. 126. n. 13. & seq.* coram Duran. *dec. 112 num. 8. & seq.* cor. Bich. *dec. 948. n. 10.* cor. Cerro *dec. 24. n. 14. p. 18. decis. 232. n. 10. part. 19.*

5 Absque eo quod juvet replicare, quod propriæ filiæ exclusio referenda veniat ad causam dotis a Testatore illi relictæ: Sicque ex hujusmodi exclusione argui nequeat pro exclusione neptum, quibus nulla fuit relicta dos: Quia
6 DD. existimarunt in præsenti casu Testatorem non exclusisse filiam propter dotem ei relictam, sed solum, ut bona conservarentur in masculis, Rot. *decis. 112. n. 9. & 10.* cor. Bich. *dec. 342. n. 13. p. 12. dec. 126. n. 12. & seq.* cor. Duran.

Secundo ex peculiari Statuto Veliterno feminarum exclusivo propter masculos, quo casu filiæ feminæ non com-
7 prehenduntur sub conditione *si sine filiis* ex præsumpta voluntate Testatoris se conformandi cum dispositione Statuti, Menoch. *cons. 836. n. 13. & seqq.* Peregr. *de fideic. art. 25. n. 50.* Rota *dec. 126. n. 25.* cor. Duran. *decis. 948. num. 15. & seqq.* cor. Cerro *dec. 107. n. 5. p. 4. divers. dec 385. n. 24. cum seqq. p. 9. tom. 2. & dec 123. n. 20. & 21. part. 10.*

Tertio ex subsecuta observantia, dum Dominicus solus, defuncto Salvatore primo hærede gravato, adivit hæreditatem Joannis Antonii fideicommittentis absque eo, quod in hujusmodi actu Ormisia, & Ascentia sorores comparuerint, & quidquam petierint *Summaria Damiæ & Fulviæ n. 5.* & deinde solus Dominicus adeptus fuit possessionem dictorum bonorum fideicommissorum, in qua continuavit usque ad obitum absque contradictione Ormisiæ, & Ascentiæ; & ulterius in eo, cum quo decessit Testamento tanquam absolutus Dominus bonorum dicti Joannis Antonii disposuit instituendo hæredes sorores cum onere fideicommissi si sine filiis decederent, quæ omnia mirifice influunt pro interpretando voluntatem avi fuisse sub conditione *si sine filiis* venire solos masculos, cum filii, & nepotes præsumantur informati de patris, & avi respective voluntate, Rota *dec. 602. n. 45. & seq.* cor. Bich. 8
& dec. 67. n. 23. & seqq. p. 16. & in dec. quæ revidetur, §. *Quæ clariora.*

Parum obstantibus pluribus actibus, ex quibus pro parte Capellæ deducebatur contraria observantia: Nam respectu duorum actuum, qui allegati fuerunt in præterita propositione id non probatur. Quo enim ad primum nempe inhibitionis vigore fideicommissi coram A. C. expeditæ, de anno 1630. *Summario præterito Capellæ n. 6.* non constat, Dominicum illam unquam allegasse, seu petiisse, eaque usum fuisse, prout de necesse probandum esset, ut exinde ipse præjudicium irrogaret; respectu vero secundi actus scilicet mandati procuræ *dicto summario n. 6.* hoc tantum expletum legitur nomine Dominici, & sororum ad lites absque expressione fideicommissi dicti Joannis Antonii. Alii vero actus de novo allegati, scilicet altera cautela Angeli de anno 1653. *Summario hodierno Capellæ n. 1.* in qua Dominicus, & sorores enunciantur hæredes fideicommissarii Joannis Antonii, & commissio vigore appellationis in qua eadem fit enunciativa *dicto Summario num. 2.* nec minus constituunt contrariam obser- 9
vantiam, cum sint enunciativæ emissæ ad finem excludendi creditores Salvatoris Patris, & non aptæ inducere voluntatem ejusdem Dominici admittendi sorores ad successionem in dd. bonis fideicommissariis Joannis Antonii avi, ex deductis in *decis. 117. num. 33.* coram Royas, præsertim cum sint actus longe posteriores positivæ additioni factæ tantummodo a d. Dominico, sine interventu sororum, nec istis unquam reclamantibus contra dict. aditionem.

Quod autem defuncto Nicolao respectu suæ portionis admissa fuerit sola Ortensia ejus filia, nec minus urget pro contraria observantia, quia diversa resultat ratio: Agebatur enim eo casu de diversa linea, nec in ea concurrebant masculi; idcirco per existentiam propriæ filiæ non immerito reputatum fuit defecisse conditionem *si sine filiis* ad exclusionem substituti. In præsenti autem hypothesi aderat concursus masculi, nempe Dominici cum 10
sororibus, nec agebatur de excludendo substituto, propter quod stantibus prædictis prælatio concedenda veniebat masculo, nempe Dominico, & conditio *si sine filiis* de solo filio masculo verificari poterat, & authoritates adductæ in decisione, quæ revidetur, §. *Quamvis vero* procedunt non concurrente masculo, & ubi agitur de admittendo extraneum substitutum.

Cum itaque ex his pateat nullam competere actionem Capellæ pro consequendis bonis fideicommissariis dicti Joannis Antonii, exinde insurgit bonum jus Damiæ, & Fulviæ sororum, cum Testamento Dominici substitutæ sint Ormisiæ, & Ascentiæ decedentibus sine filiis, prout decesserunt: Parum relevante, quod ante ipsas fuerit vocata Margarita earum mater, per cujus prædecessum viventibus Ormisia, & Ascentia deducebatur effectum fuisse caducam institutam dd. filiarum Margaritæ; nam stante expressa vocatione filiorum dictæ Margaritæ 11
desumpta, ex quo positi sunt in conditione, sequitur, quod dictæ Damia, & Fulvia prædefuncta matre subingrediuntur in ejus locum per vulgarem anomalam, cujus illæ dicuntur ad hæreditatem admissæ ex proprio jure; & uti a matre prædefuncta prorsus independentes, juxta theoricam Barth *in leg. Quandiu ff. de hæred. instit.* Rot. *decis. 201. a n. 6. ad 16. p. 8. dec. 28. n. 1. & seq. part. 13. & dec 77. n 9. part. 15. rec.*

Non inde tamen, quod compertum fuit constare de purificatione fideicommissi in favorem dd. Ormisiæ, & Fulviæ, eis existimarunt DD. concedendam esse immissionem, dum in bonis dicti Dominici subsistere apparuit manutentionem, seu retentionem concessam Capellæ pro pluribus detractionibus deductis in decisione, quæ revidetur §. *Et primo cum plurib. seqq.* quæ detractiones nequaquam evertuntur ex deductis in contrarium.

Et quidem primo pro dotibus Ascentiæ, & Ormisiæ relictis a Salvatore communi Patre, cujus hæreditatem Dominicus filius, & frater respective adivit sine inventario, ut pluribus sententiis judicatum fuit rejecta restitutione in inte-

integrum, quam ipse allegabat sibi competere ob inconsulto aditam hæreditatem.

In nihilo refragante, quoad dotem Ascentiæ, quod ipsa
12 obierit innupta, sicque legatum, uti conditionale transmitti nequiverit ad hæredes.

Quoniam præter alias rationes adductas in præcedenti decisione animadversum fuit sufficere pro responsione, quod ex dispositione Statuti Veliterni *lib.2.cap.*13. dos succedit loco legitimæ, dum incipit non ab exclusione, sed a dotatione, mandans feminas dotatas, vel dotandas non succedere, juxta magistralem distinctionem Castren. *in l.Titius* 100. §.
13 *Titio genero ff. de condit. & demonstr.* de qua Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. qu.6. n.25.* & post eundem *decis.197. n.2.* Adden. ad Greg. *dec.* 565. *n.*11. *& dec.*156. *n.5. & seq. part.* 15. quo fit, ut transmittatur hujusmodi legatum dotis ad hæredes etiam non secutis nuptiis, & detrahendum veniat ex hæreditate paterna, ut ultra cumulatos in decisione, quæ
14 revidetur, tuentur Gratian. *discept.* 447. *num.* 23. Rot. *dec.* 320. *n.28. & seq.* cor. Bich. *& dec.* 346. *n.* 3. cor. Greg.

Quo vero ad dotem Ormisiæ non obstat, quod ipsa in dotem dederit omnia bona mobilia, & stabilia, ac immobilia, jura, actiones, & credita ipsi quomodolibet competentia, successiones, & facultates universas, cum omnibus juribus, & pertinentiis, ac etiam iisdemmet juribus quomodocunque, & qualitercunque supradicta omnia gravata essent, nempe cum eodem onere transeunda, ex quo deducebatur Ormisia dotem assignasse cum onere fideicommissi, & consequenter constitutam fuisse in solo usufructu supradi-
15 ctorum bonorum, ad tradita per Rotam *decis.* 639. *num.*4. coram Cerro, *& decis.* 204. *nu.* 7. *p.*13. Quoniam hæc procedere posse DD. visa sunt eo casu, quo justificaretur prædictam dotem respectu viri fuisse excessive constitutam, quo casu ad removendum hujusmodi excessum intrat præsumptio, quod Dos constituta fuerit cum onere fideicommissi,
16 & in solo usufructu. Excessu autem non probato, ut in casu respectu mariti non intrat illatio, quod dos cum supradicto onere fuerit constituta, Card. de Luca *de dote discurs.* 143. *sub n.*102. *vers. ut vero*, Rota *dec.* 61. *n.*12. *p.* 19.

Et ulterius corruit objectum ex facto, quia Ormisia, quæ dotem assignavit, non adivit hæreditatem Dominici fratris, qui fideicommissum ordinavit. Unde licet ipsa dederit in dotem omnia sua bona cum eisdemmet juribus, quibus quomodocunque, & qualitercunque supradicta bona gravata essent, nempe cum eodem onere transeunda, exinde tamen non valet inferri voluisse per antedicta verba generalia acceptare fideicommissum, ejusdem vinculo subjicere omnia bona in dotem data, sed potius dicendum illa dedisse in dotem cum eisdem oneribus censuum, canonum, & similium, quibus gravata essent, non autem cum vinculo fideicommissi, ad quod acceptandum, requiritur vel aditio hære-
17 ditatis, vel actus necessario inferens illius acceptationem, præsertim in muliere, ut dixit Rota cor. Celso *decis.* 299. *n.* 12. *& in rec. dec.* 396. *n.* 11. *p.* 16.

Et in omnem casum pro rata scutorum mille relicta Ormisiæ; pro ejus dote a Salvatore patre, cujus fuit hæres Dominicus, præfata bona debent esse immunia ab omni vinculo fideicommissi, cum eadem mille relicta pro dote successerunt loco legitimæ, super qua non censetur acceptatum fideicommissum sine specifica, & individua acceptatione Testamenti, Thomat. *decis.* March. 4. *num.* 7. Rota coram
18 Card. Cerro *dec.* 480. *num.* 8. *&* 9. Et consequenter traditio bonorum in dotem cum eisdem oneribus, quibus illa reperiebantur gravata, quatenus etiam esset apta comprehendere onus fideicommissi Dominici, esset intelligenda congrua congruis referendo, nimirum de aliis bonis, præterquam
19 illa relicta a Salvatore patre pro dote, quæ successerunt loco legitimæ, & sunt immunia ab omni vinculo fideicom.

Deinde pro dote Olympiæ uxoris Salvatoris, & matris Dominici, Ormisiæ, & Ascentiæ, pro qua juxta calculum factum in decisione, quæ revidetur, §. 2. *pro credito dotali*, hodie iterum approbatum competit Capellæ retentio pro scutis 750. detrahendis ex bonis Dominici.

Adversus quam detractionem non urget, quod attento
20 Statuto exclusivo feminarum, istæ non faciant partem in legitima; ideoque in bonis Olympiæ communis matris legitima debita Dominico non sit tertia tertiæ, ut fuit calculata in decisione, quæ revidetur, *d.* § *secundo pro credito dotali*, sed tertia totius, Rota *in Rom. seu Januen. legitimæ super Trebellian.* 17. *Junii* 1686. cor. R. P. D. Benincasa. Quoniam objectum removetur reflectendo, quod dd. Ormisia, & Ascentia, quæ ab intestatu vigore dicti Statuti essent a successione matris exclusæ propter masculos, fuerunt ex testamentaria dispositione reintegratæ, eo quia fuerunt per matrem æqualiter institutæ hæredes cum Dominico, ex quo sequitur, quod legitima Dominici in bonis matris sit tertia tertiæ, non tertia totius, cum res eodem modo non se habeat ex testamento, prout se haberet ab intestato, Rot. *decis.* 219. *n.5. p.6.* & in hoc sensu pertransit Rot. *in d. Com. seu Januen. legitimæ* in objecto allegata.

Præterea pro scutis 470. persolutis a dictis sororibus Dominici ejus creditoribus reportata translativa jurium cessione, quæ proculdubio reficienda sunt ab hæreditate Dominici. 21

Denique pro censu in sorte principali scut. 50. una cum fructibus imposito a dictis Ascentia, & Ormisia sororibus pro liberando Dominico fratre ab imminenti carceratione, & pro quo idem Dominicus se obligavit illas relevare indemnes, visa fuit pariter concedenda manutentio, seu retentio.

Nec obstat, quod dictę sorores fuerint hæredes Dominici sine inventario, pluraque bona alienaverint, sicque præsumuntur consumptæ supradictæ detractiones. Quoniam non probatur illas adivisse fraternam hęreditatem, nec actus adducti in contrarium id justificant, cum alienationes a dictis sororibus factæ appareant ex titulo dotium, & 22
pro aliis creditis contra hæreditatem Dominici, quæ tamen bonificandæ erunt per Capellam prædictis Damiæ, & Fulviæ; Et quod magis urget pro exclusione dictę qualitatis hæreditarię est judicium motum contra hæreditatem Dominici per Cinellos, in quo dictæ sorores non tanquam hæredes Dominici, sed pro suis juribus, & interesse tantum admissæ fuerunt ad causam, ut animadversum fuit in decisione, quæ revidetur §. *fin.*

Prout nec obstat perceptio fructuum facta per sorores spatio triginta annorum post obitum Dominici, quia ultra quod cum dictæ sorores allegaverint possidere bona hæreditaria Dominici, ex titulo fideicommissi Joannis Antonii communis avi, & ex aliis juribus sibi competentibus, ut constat ex earum protestationibus omissis in judicio moto a dictis Cinellis, ex hujusmodi protestationibus resultat titulus saltem coloratus sufficiens ad effectum faciendi fructus suos, adeout sicuti ad illorum restitutionem non tenerentur dd. sorores, ita nec etiam teneatur in Capella aliarum hæres, nisi a die motæ litis per DD. Adversarias, ex fir- 23
matis per Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec.*762. *n.2. & seqq.* tamen cum ipsæ haberent plura contra ejus hæreditatem præsumitur ejus bona sibi appropriasse ad effectum faciendi fructus suos in dictorum creditorũ satisfactionem usque ab initio, Carena *resol.*95. *n.1. & seq.* Rot. *decis.* 67. *n.*10. *& seq.* cor. fa. me. Alex. VIII *& decis.* 329. *n.* 24. *cum duobus seqq. p.*10.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Veliterna manutentionis.

Vener. 14. *Maii* 1694.

ARGUMENTUM.

Est præcedentis decisionis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *EX Statuto Urbis positi in conditione censentur dispositive vocati.*
2 *Statutum Urbis habet etiam locum in Civitate Veliterna posita in districtu urbis.*
3 *Filiorum nomine veniunt quoque feminæ.*
4 *Nisi tamen aliter constet de voluntate Testatoris, & n.*8.
5 *De hac voluntate constaret, si Testator proprias filias excluserit.*
6 *Si adsit Statutum feminarum exclusivum propter masculos, cui præsumitur Testatorem se voluisse conformare.*
7 *Ac si concurrat observantia.*
9 *Exclusio filiarum non dicitur facta ratione dotis eis relictæ, sed ad conservanda bona in agnatione, si Testator hæredes instituerit filios masculos, & concurrat Statutum feminarum exclusivum propter masculos.*
10 *Ut Testator dicatur se cum statutaria dispositione conformare, sufficit, quod expresse non declaraverit velle ab illa recedere.*
11 *Acta emissa ad unum finem, quoad aliud non præjudicant.*
12 *Detractiones præsumuntur consumptæ, si non adsit Inventarium, & concurrant alienationes.*
13 *Additio hæreditatis concludenter est probanda.*
14 *In aditione hæreditatis facta per mulierem exigun-* tur so-

tur solemnitates valita per statuta in earum contractibus.

15 *Possessio bonorum, illorumque alienatio non inducunt qualitatem hereditariam, si dd. actus referri possint ad titulum creditorum.*

16 *Pro inducenda qualitate hereditaria in actu expleto per Procuratorem, requiritur speciale mandatum.*

17 *Qualitas hereditaria probari debet per univocas, non autem per aequivocas vocationes.*

18 *Clausula*, & non alias, *consensum removet ab actu, & importat conditionem, qua deficiente, perinde est ac si nihil actum fuisset.*

DECISIO XXVI.

PLacuerunt DD. fundamenta posterioris decisionis editæ coram me sub die 15. Junii proxime præteriti reformatoriæ alterius præcedentis sub die 27. Aprilis ejusdem anni; ideo hodierno die responsum fuit pro persistentia in ultimo loco decisis, nempe quoad fideicommissum Joannis Antonii Petromarci non constare de bono jure Capellæ Sancti Marci habentis causam ab Ascentia, sed tamen eidem Capellæ competere retentionem pro pluribus creditis in d. ultima decisione specificatis, & altero infra deducendo.

Etenim iterum hodie expensa testamentaria dispositione dicti Joannis Antonii visum est resultare exclusionem Ormisiæ, & Ascentiæ neptum præfati fideicommittentis: scripsit enim iste sibi hæredes Salvatorem, & Nicolaum filios masculos, cum reciproca substitutione inter ipsos, quibus descendentibus sine filiis, substituit eandem Capellam Sancti Marci; Cum autem Salvator decesserit relicto Dominico filio, iste uti positus in conditione censetur dispositive vocatus ex *Statuto Urbis lib. 1. cap. 142.* quod habet locum
1 etiam in Civitate Veliterna posita in districtu Urbis, ex al-
2 legatis in prima decisione §. *quatenus vero*.

Nec sub eadem conditione *si sine filiis* comprehendi va-
3 lent præfatæ Ormisia, & Ascentia sorores ejusdem Dominici, quia in præsenti casu constat de præcisa voluntate disponentis comprehendendi solummodo masculos, non autem feminas sub dicta conditione *si sine filiis*: Tum quia Testa-
4 tor exclusit Antoniam filiam, cui præcepit contentam esse debere de dote sibi relicta, cum prohibitione ne aliquid aliud
5 super suis bonis prætendere posset: Tum ex peculiari Statuto Veliterno exclusivo feminarum propter masculos, cui præsumitur Testatorem se voluisse conformare: Tum demum
6 ex subsecuta observantia, dum d. Dominicus solus de anno 1637. post obitum Salvatoris Patris adivit hæreditatem Joannis Antonii fideicommittentis non admittendo ad coæqualem successionem præfatas Ormisiam, & Ascentiam
7 sorores, quæ omnia late expenduntur in secunda decisione, quæ revidetur §. *Desumebatur autem cum tribus seq.* Concurrente autem voluntate Testatoris comprehendendi sub conditione *si sine filiis* solos masculos, tunc absque dubio non habet locum regula Juris, per quam admittuntur sub hac
8 conditione, tam masculi, quam feminæ Peregr. *de fideic. art. 27. n. 11.* Rota *decis. 908. n. 5. & seq.* cor. Cerro, *& in mox citata dec. 2. hujus Causæ* §. *Et quidem*.

Absque eo, quod iterum repetere juvet contra primam conjecturam desumptam ab exclusione propriæ filiæ, quod talis exclusio censeatur facta ob dotem illi relictam a Testatore, ac proinde ex hac exclusione argui non possit ad exclusionem neptum, quibus Testator nullas reliquit dotes; quoniam, cum Testator instituerit hæredes filios masculos, & concurrat Statutum exclusivum feminarum ad finem, ut bona conserventur in masculis, & agnatione, exclusio filiæ Testatoris non potest referri ad dotem ei relictam; sed ad sexum femininum incapacem conservandi bona in agnatione, & consequenter locum sibi vindicant *decis. 112. num. 9. & 10.* coram Bichio *decis. 352. n. 13. p. 12.* ubi ab exclusione
9 propriæ filiæ etsi dotatæ desumptum fuit argumentum exclusionis neptum.

Prout neque contra secundam conformitatis, cum Statuto urget, quod Testator in sua dispositione non expresserit qualitatem masculinitatis, & conservationis agnationis, nec digressus fuerit ad plures gradus substitutionum, quia sufficit, quod Testator expresse non declaraverit velle recedere a Statutaria dispositione, ut censeatur se illi conforma-
10 re voluisse, Rota *decis. 274. n. 32. cum ibi allegatis p 18 rec.*

Et demum contra tertiam deductam ex observantia subsecuta non obstante plures actus, qui adducebantur pro parte Capellæ ad probandum, præfatas Ormisiam, & Ascentiam sorores fuisse admissas ad coæqualem successionem fideicommittentis cum Dominico. Etenim inhibitio de anno 1630. sive melius annotatio in libro memorialium Notarii A. C. ubi habetur, ibi: *Fiat inhibitio vigore fideic. pro DD. Dominico, Ascentia, & Ormisia de Petromarcis*, non apparet petita de expresso consensu, seu mandato ejusdem Dominici, & quidem cum solemnitatibus statutariis necessario adhibendis in tali actu ei præjudiciali, cum tunc esset minor, & rursus non constat de effectiva expeditione hujus inhibitionis, cum solum inveniatur præfata nota in libro Notarii.

Duæ cautelæ Angeli expeditæ de anno 1653. ubi Dominicus & sorores insimul enunciantur heredes fideicommissarii Joannis Antonii, & compatitio sororum in judicio contra Cinellos, ubi sorores etiam dicuntur hæredes fideicommissariæ pariter non constituunt contrariam observantiam, dum sunt actus emissi ad finem excludendi Creditores Salvatoris Patris, & non valent inducere voluntatem d. Dominici admittendi sorores ad coæqualem successionem, præsertim concurrente actu claro, & explicito, qualis est aditio facta a Dominico post mortem Salvatoris Patris de anno 1637. ubi ipse solus acceptat fideicommissum dicti Joannis Antonii, sine interventu sororum, neque apparet istas unquam reclamasse contra Dominicum fratrem pro admissione ad fideicommissum, ac per consequens non sunt attendendi actus posteriores, quales sunt præfatæ cautelæ de anno 1653. & compatitio de anno 1661. tanquam emissi ad alium finem, Rot. *dec. 117. n. 33. & dec.* 11
154. *n. 23.* cor. Royas.

Impositio vero census scutorum 50. in sorte, ad quam sorores devenerunt de anno 1655. super bonis fideicommissariis d. Joannis Antonii fideicommittentis præsente, & consentiente Dominico, neque refragatur pro contraria observantia, ut patet ex ipso instrumento census: quia iste creatus fuit per sorores in commodum ipsius Domini, ut ipse liberaretur ab imminenti carceratione, & consequenter censeri debet Dominicum consensisse ad finem alliciendi emptorem census, ut facilius pecunias præstaret, & ipse liberaretur ab imminenti carceratione.

Hæc quoad partem decisionis super fideicommisso Joannis Antonii.

Quo vero ad secundam respectu detractionum competentium Capellæ, pro quibus in utraque decisione hujus causæ illi concessa fuit retentio, subsistere visa sunt, ibi deducta, tam quoad dotes Ascentiæ, & Ormisiæ relictas a Salvatore Patre, cujus hæreditatem solus Dominicus adivit sine inventario, ut in secunda decisione, §. *Et quidem*, quam respectu dotis Olimpiæ uxoris Salvatoris, & Matris respective earundem pro scutis 750. juxta calculum in eadem secunda decisione §. *Adversus quam*. Item pro scutis 470. a sororibus solutis creditoribus Dominici, necnon pro censu scutorum 50. una cum fructibus imposito a dictis sororibus pro liberando Dominico fratre ab imminenti carceratione. Et demum in præsenti disputatione addita fuit altera detractio scutorum 75. quæ a dicto Dominico in ejus Testamento legata fuerunt præfatæ Capellæ S. Marci, absque eo quod contra hanc ultimam detractionem sc. 75. juvet allegare, quod Dominicus voluerit ea solvenda esse post mortem suorum hæredum, quia hæc conditio remansit purificata per obitum Ormisiæ, & Ascentiæ, quæ fuerunt scriptæ hæredes, licet actu hæreditatem Dominici non adiverint, nec pro præstando d. legato Capellę expectandus venit obitus omnium substitutorum in Testamento ejusdem Dominici.

Nec pro excludendis præfatis detractionibus (excepta ultima nova detractione) subsistit, quod Ormisia, & Ascentia Auctrices Capellæ fuerint hæredes Dominici fratris ut constare dicebatur. Primo, quia concurrit præambulus titulus Testamenti Dominici illas hæredes instituentis. Secundo, quia possiderunt ejus bona hæreditaria, quæ in parte etiam alienarunt. Tertio, quia post mortem Dominici comparuerunt coram A. C. Barazono tanquam illius hæredes, & sententia ejusdem tales enunciantur, ac eisdem reservarunt jura reddendi rationem de bonis hæreditariis, ex quibus inferebatur, quod cum illæ inventarium non confecerint, ac aliqua bona alienaverint, præsumatur de detractionibus ipsis competentibus remansisse satisfactas, Card. de Luca *de legit. & detract. disc. 25. n. 54.* Rota *dec. 443.* 12
n. 22. & seqq. coram Cerro, *& decis. 193. n. 4. part. 19.* Etenim de hujusmodi qualitate hæreditaria neque hodie concludenter constare DD. existimarunt.

Licet enim Ormisia, & Ascentia fuerint in Testamento hæredes relictæ a Dominico, non constat tamen istius hære-

dita-

ditatem adivisse expresse, ut probari deberet, Rota *decis. 306. numer. 2.* coram Peuting. & quidem cum interventu solemnitatum Statuti Urbis omnino requisitarum in aditione hæreditatis explenda per mulieres, ut de communi, &
14 praxi Curiæ testatur de Luca *de hered. disc. 15. nu. 3. & 14.* Et possessio bonorum Dominici, eorumque alienatio non inducunt in illis titulum hæreditarium, cum ipsæ haberent alios titulos possidendi nempe pro dotibus earundemmet, & matris, ac aliis creditis, de quibus supra, ut late responsum fuit in utraque decisione hujus causæ, nempe sub *die 27. Aprilis §. fin. & 15. Junii §. Nec obstat*, coram me, & tradunt Mantic. *de conject. lib. 2. tit. 12. n. 8. & seqq.* Adden. ad Pamphil. *dec. 148. n. 11. vers. & quatenus*, Rota *dec. 207. n. 18.* coram Buratt. *decis. 143. n. 21. dec. 188. n. 5. part. 13. & dec. 142. n. 16. p. 19.*
15 Comparitio vero facta pro parte dictarum sororum, in qua ipsæ enunciantur hæredes beneficiatæ Dominici, nec refragatur, ex quo non constat Procuratorem, qui earum nomine comparuit, habuisse speciale mandatum procuræ, quale requirebatur pro inducenda qualitate hæreditaria in illis, *lib. per Procuratorem 90. ff. de acquir. hered.* Cyriac. *controv. 244. n. 64. & 66.* Mantic. *de conject. l. 12. tit. 11. n. 11.* Rota *dec. 272. n. 2.* coram Cavaler. *& dec. 620. n. 5.* cor. Cerro, *& dec. 460. n. 1. & 3.* cor. Greg. XV. & enunciati-
16 va contenta in dicta sententia Baranzoni; neque pariter concludit hujusmodi qualitatem hæreditariam, cum non enuncientur simpliciter hæredes, sed cum altera expressione conjuncta, ibi: *Et alias omni meliori modo, titulo, & nomine*, quæ expressio, cum sit adaptabilis cuicunque alteri titulo competenti præfatis sororibus, operatur, ut enunciativa qualitatis hæreditariæ remaneat dubia, & æquivoca non apta inducere dictam qualitatem, quæ probanda venit per
17 claras, & omnino concludentes probationes, & non æquivocas, Rot. *decis. 292. num. 12.* cor. Bich. *decis. 106. num. 3.* cor. Peuting. *decis. 141. n. 2. p. 10. dec. 586. n. 6. p. 18.*

Tanto certius, quia præfatæ sorores in hoc judicio contra Cinellos Creditores Dominici petierunt ad causam admitti, tanquam hæredes fideicommissariæ Joannis Antonii *præsenti summ. Capella n. 1. lit. A.* & obtinuerunt admitti cor. R. P. D. de Totis die 8. Julii pro earum jure, & interesse, *summ. præsertim Damiæ, & Fulviæ n. 4. vers. die 8. Julii*, & successive in omnibus illis actibus semper per Cinellos Creditores Dominici citatæ fuerunt pro earum jure, & interesse *d. summar. Capellæ, num. 1.* & quod plus est die 28. Septembris 1661. coram eodem de Totis, ultra citationem sororum pro earum jure, & interesse citatus etiam fuit Curator deputatus hæreditati jacenti præfati Dominici, & tandem die 22. Decembris 1662. coram Baranzono in citatione ad sententiam citatus etiam fuit Procurator hæreditatis d. Dominici, & alter Procurator sororum omnibus, de quibus in actis, quæ nomina alia non erant nisi pro earum jure, & interesse, ut patet ex antecedentibus actibus, & orationibus *d. summ. Capellæ n. 1. & 2.*

Neque restitutio in integrum denegata sororibus in sententia A. C. Baranzoni percutit restitutionem in integrum adversus inconsulto aditam hæreditatem Dominici, sed restitutionem in integrum petitam per dictas sorores adversus rem judicatam resultantem ex tribus antecedentibus sententiis in dicto judicio per Cinellos moto latis contra Dominicum, tam ipso vivente, quam post ejus mortem; proinde ut redditio rationis præservata sororibus in dicta sententia restringitur solum ad bona hæreditaria Salvatoris Patris Dominici, non autem ad bona ipsius Dominici, ut patet ex lectura ejusdem sententiæ.

Cæterum removetur quævis dubietas, quod præfatæ sorores non fuerint hæredes Dominici, ex ipso actu solutionis ab eis factæ Dinellis Creditoribus d. Dominici post sententiam Baranzoni, ubi expresse, mediante earum Procuratore, declararunt, & protestarunt ad dictam solutionem devenire citra nomen hæredis, & tantum ad effectum acquirendi jura Census, & non alias &c. quæ clausula consensum removet ab actu, & imponit conditionem, qua defi-
18 ciente, perinde est ac si nihil actum fuisset, Barb. *de claus. 81. n. 5. & 11.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Ven. 20. Jun. 1687.

ARGUMENTUM.

Feminæ licet regula regulariter in fideicommisso agnatitio masculino post masculos venire possint; nihilominus etiam in hoc casu subsidiario excluduntur, si rigorose contemplata fuerit agnatio, & ad solos masculos Testatorem tantum constet respexisse, & ubi feminæ per modum regulæ dignoscantur exclusæ.

SUMMARIUM.

1 *IN fideicommisso ordinato pro masculis, feminæ quæ vocatæ non fuerunt sed exclusæ, nec in subsidium possunt succedere, sed bona remanent libera apud Hæredes ultimi possessoris.*
2 *Exclusio feminarum, & descendentium ab eis facta per modum regulæ operatur, ut succedere nequeant, nec in concursu cum masculis, neque in illorum omnium defectum.*
3 *Quando talis exclusio dicatur stare per modum regulæ, & perpetua sit.*
4 *Dictis penitus nullam limitationem, seu distinctionem admittit.*
5 *In claris non admittitur quæstio voluntatis.*
6 *In fideicommisso agnatitio masculino succedere non possunt feminæ tam existentibus, quam etiam deficientibus masculis.*
7 *Si in fideicommisso exclusi fuerint Presbyteri de agnatione, multo magis censentur exclusæ feminæ.*
8 *Feminæ in fideicommisso condito pro familia, et agnatione succedunt in subsidium masculis non existentibus.*
9 *Limitatur, si Testator ulterius voluerit ampliationem, seu propagationem familiæ, et agnationis.*
10 *Limitatur quoque, si Testator ex toto contextu dispositionis ad solos masculos prospexisse constet.*
11 *Limitatur etiam in Primogenituris regularibus, ac ubi agnatio propria, & rigorosa desideratur, et num. 12.*
13 *Ex observantia fideicommissa, et Primogenituræ quatenus dubia optimam recipiunt declarationem, seu interpretationem.*
14 *Præcipue si devenerit ab ipsis conditoribus fideicommissorum, et a primo vocatis.*
15 *Confessio præjudicat quoad interpretationem fideicommissi contra confitentem.*
16 *Illaque, nec ab ipso, neque a causam habente ab eo valet impugnari.*

DECISIO XXVII.

DEfuncto in obsidione Canisii cl. me. Joan. Francisco Aldobrandino, dum copiis auxiliaribus Rodulphi Cæsaris Dux Generalis in Pannonia præesset: quatuor ejus filii majores, & ab intestato hæredes, nimirum Card. Silvester, Joan. Georgius, Hippolytus, & Aldobrandinus præ oculis quam maxime habentes conservationem, & ampliationem eorum Nobilissimæ Aldobrandinæ Familiæ, & agnationis: & proinde simul ponderantes, quod familiæ nobilitas, ut virtute, & rebus præclare gestis custoditur, ita divitiis, & opibus, tanquam opportunis adminiculis conservatur, & ampliatur, quodque id facilis consequi contingat, cum facultates non dividuntur, sed unitim in una, eademque persona integre coacervantur, & propagantur, unanimi voto de anno 1611. devenerunt ad stipulationem perpetuæ, & irrevocabilis donationis de omnibus Castris, & bonis pro indiviso possessis, & in Inventario in fine Instrumenti inserto distinctim enumeratis ad favorem majoratus, seu Primogenituræ, quam ibidem perpetuam erexerunt, & instituerunt, primo quidem loco in personam Principis Joannis Georgii, illiusque primogeniti filii, nepotis, pronepotis, aliorumque descendentium de Primogenito in Primogenitum, servato semper gradu, & ordine Primogenituræ in perpetuum, & in infinitum; Dicto autem Joanne Georgio, ejusdem Primogeniti linea masculina, & descendentibus ex ea masculis non extantibus, vel extantibus, & postea quomodocunque deficientibus, & extinctis, voluerunt, quod successio in eisdem bonis devolveretur ad secundogenitum ejusdem Principis, & successive in omnes, & singulos ejus descendentes masculos, servato eodem ordine, & gradu primogenituræ, Idemque disposuerunt deficiente hujus linea masculina ad favorem Tertii, & ulterius geniti usque ad totalem, & omnimodam deficientiam, & extinctionem omnium descendentium masculorum præfati Principis Joannis Georgii, penitus exclusis legitimatis; ac feminis, aut ex feminis descendentibus; in defectum autem d. lineæ, secundo loco vocarunt Cardinalem Hippolytum, & deinde Priorem Aldobrandinum, utrunque tunc temporis in statu laicali existentem; & demum Petrum quintum fra-

item natu minorem; quatenus iste major effectus donationem præfatam ratificaverit, ejusque portionem Primogenituræ submiserit, ab singulorum omnium descendentes masculos de Primogenito in Primogenitum, servato eodem Primogenituræ ordine, gradu, & modo, quo supra de linea Joannis Georgii dispositum fuerat.

Utque bona prædicta semper integra conserventur in eorum domo, & agnatione post ordinatas omnes præmissas substitutiones ab eadem donatione, & Primogenitura, excluserunt perpetuo, & absolute quemlibet ex ipsis Donatoribus, vel successoribus, qui fuerit in sacris Ordinibus constitutus, sive professus in aliqua religione, etiam militari, cum voto castitatis, nec non pariter omnes, & quascunque feminas, & descendentes, ex eis, sufficienti illi alimentorum subministratione congrua, his dote relicta; & demum omnibus, & singulis in ea vocatis, atque comprehensis prohibuerunt detractionem, & diminutionem bonorum, ratione legitimæ, & Trebellianicæ, inofficiosæ donationis, & melioramentorum utilium, & necessariorum, necnon quamcunque alienationem, distractionem, & hypothecationem, ex qualibet causa necessaria, & urgentissima, dotium etiam restituendarum, & præstationis alimentorum faciendę secundo, & ulterius genitis, pro quibus omnibus particulare multiplicum sc. 10. mill. ad hunc precisum effectum provido demandatunt Consilio; quemadmodum cuncta hæc latius habentur in Primogenitura, sive donatione impressa ad Partes distributo.

Erecto hujusmodi majoratu, Princeps Joannes Georgius illius vigore possessionem omnium bonorum adeptus fuit, & Petrus major effectus donationem ratificavit, illiusque legibus suam portionem reddidit obnoxiam.

Ex his quinque fratribus nulli nati sunt filii masculi, eumque primo lucis usuram admiserint Cardinalis Silvester, Petrus, & Aldobrandinus, & deinde Joannes Georgius, & Cardinalis Hippolytus, bona omnia Familiæ Aldobrandinæ, ut supra donata libere, & integre pertransierunt in cl. me. Olympiam Principissam Rossani filiam, & hæredem Testamentariam Principis Joannis Georgii, sicque Primogenitura tanto studio pro masculis erecta ad perpetuum agnationis splendorem in ipsis Institutoribus statim defecit, usque adeo hominum spes, & judicia sæpe falluntur, ut dum æternitatem votorum suorum sibi pollicentur, temporis leves etiam mensuræ eis deficiant. Nuper autem eadem Principissa defuncta præfata bona migraverunt in Excellentiss. DD. Principes Burghesium, & Pamphilium ejus filios ex primis, & respective secundis nuptiis procreatos; Adversus quos insurgens modo Excell. D. Ducissa Maria de Aldobrandinis filia Petri unius ex antedictis Fratribus Institutoribus Primogenituræ, & tanquam unica superstes de familia Aldobrandina se vocatam prætendens ad majoratus successionem, a me, uti Judice ab A.C. deputato, dubium generale subscribi obtinuit. *An, & quæ bona debeantur in Domo Aldobrandina Ducissæ Mariæ vigore Jurium, de quibus in actis*; Eoque in hodierna Audientia plene discusso, Domini, quorum judicia in Consilium de more assumpsi, censuerunt nulla bona eidem deberi, vigore Primogenituræ, moti ex illius tenore, & contextu. Cum enim ibidem feminæ agnatæ, cujusmodi est Actrix, non tantum, non fuerint dispositive, vel saltem conditionaliter in aliqua parte vocatæ, sive comprehensæ, sive absolutæ, & perpetuo exclusæ, explorati utique est juris, quod bona omnia familiæ Aldobrandinæ deficientibus masculis, libera remanserunt apud eorum hæredes, & successores absque ulla obligatione restituendi feminis non vocatis, ad Text. *in L. cum Pater. 79. §. liberis in fin. ff. de legat. 2.* Gratian. *discept. forens. 568. num. 1. & seq.* Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 21. n. 20.* & Rot. *decis. 98 n. 13. & seq. p. 12. dec. 245 n. 22.* coram Priolo, *& novissime in Ferrarien. Bonorum, 28. Julii 1686. §. Probata itaque*, cor. me.

Feminas autem agnatas esse a d. Primogenitura perpetuo, & absolute exclusas etiam post deficientiam omnium masculorum, satis aperte constitit, tum ex verbis expressi Instrumenti, sive donationis; tum ex implicita mente, & voluntate Fratrum donantium elicita ex pluribus circumstantiis, & conjecturis; tum demum ex subsecuta uniformi observantia, quæ est optima cujusque dispositionis interpres, necnon ex confessione desuper explicitæ ipsius Dom. Ducissæ.

Et quidem ex verbis expressis, siquidem non solum in priori parte Primogenituręe *fol. 7. litera R.* absque ulla limitatione temporis, & restrictione ad ullum gradum, vel ad aliquas substitutiones, sed per verba, & dictionem comprehendentes omnem, & quemcunque casum, feminæ omnes exclusæ leguntur, sed clarius etiam *in folio 10. litera C* post ordinatos omnes gradus substitutionum, in separata periodo, & oratione generaliter, & absolute excluduntur prævia expressione rationis, nimirum, *Quia præcisa, & deliberata intentio, & voluntas ipsorum Excellentissimorum Donatorum est, quod Castra, & bona integre, & perpetuo permaneant in d. eorum Familia Aldobrandina, feminis, & ex feminis descendentibus semper exclusis*. Hæc autem generalis, & geminata feminarum exclusio sic, ut supra concepta, cum dictionibus tractum perpetuum, & infinitum, & indubitanter simplex, & absoluta, stare dicitur per viam regulæ, & operatur, ut ipsæ nullo unquam tempore, nulloque casu, nec in concursu cum masculis, neque in illorum omnium defectum valeant ad successionem hujusce Primogenituræ aspirare, ad tradita in specie per Gabr. *cons. 132. numer. 5. & 6. lib. 1.* Altograd. *cons. 96. num. 54. lib. 1. & cons. 13. num. 35. lib. 2.* & Rota *decision. 274. num. 15.* coram Buratto *decis. 252. num. 12.* coram Priolo *decis. 996. num. 1. & seqq.* coram Dunozz. Jun. *decis. 313. num. 17 et 18. part. 10. decis. 309. num. 3. p. 13. dec. 14. num. 11. et seq. dec. 208. num. 9. et dec. 462. n. 16. et seqq. part. 14. et decis. 132. n. 5. part. 19. rec. et in Romana fideicommissi de* Tito *16. Februarii* 1680. *§. nec replicari*, coram Emin. Card. Vicecomite, *et 21. Junii 1683. §. non obstat* cor. R. P. D. meo Benincasa.

Nec subsistit, quod si feminarum exclusio in priori parte dispositionis non sit absoluta, & perpetua, nec per viam 1
regulæ generalis, sed temporalis, & suspensiva ad tempus, donec scilicet linea masculina, & ex ea masculi extiterint, utpote demandata a donantibus in medio dispositionis, & dependenter a casu ibidem expresso, quo scilicet linea masculina Joannis Georgii duraret, & ex ea extarent masculi legitimi, & naturales, ibi: *Durante linea masculina legitima, et naturali ejusdem* Joannis Georgii; *et ex ea extantibus masculis*.

Etenim perpenso integro contextu hujus periodi evidenter apparuit, verba illa prolata per ablativum absolutum fuisse unice adjecta ad regulandam successionem, & vocatio- 2
nem lineæ masculinæ Joannis Georgii, quousque ex ea extarent masculi, ibi: *Et illis non extantibus, vel postea extinctis*; Nimirum primo, secundo, & tertiogenitus Joannis Georgii, de quibus actum fuerat superius, *Succedant alii ex linea d. Joannis Georgii, qui Primogeniti erunt graduatim, et ordine successive unus post alium in perpetuum, et in infinitum, durante linea masculina legitima, et naturali ejusdem Joannis Georgii, et ex ea extantibus masculis legitimis, et naturalibus constante legitimo matrimonio, et de proprio corpore conceptis, et natis in prosapia masculina, non autem post ea legitimatis, vel legitimis factis, quos legitimatos, ac etiam legitimos effectos una cum filiabus feminis, aut ex feminis descendentibus a donatione hujusmodi, ac bonis donatis penitus excluserunt*. Ex cujus Orationis 3
contextu, cum verba illa *durante linea* stare noscantur correspective ad vocationes, tum præcadentes, quod nempe omnes masculi de eadem linea vocati censeantur ad succedendum in eisdem bonis; tum subsequentes, quod scilicet alii postea substituti non admittantur, nisi post deficientiam omnium masculorum ex linea Jo: Georgii convertere utiq; 4
nequeunt in temporalem, & comparativam perpetuam feminarum exclusionem, quæ successive ibidem in periodo separata, & a suo verbo recto demandata fuit pure, simpliciter, & absolute, absque ulla conditione, aut limitatione respectu temporis, gradus, vel personarum, sed realiter habito tantum respectu ad donationem, & bona donata, & cum dictione *penitus*, de cujus natura est nullam limitationem, seu distinctionem admittere, sed comprehendere omne tempus, & casum, Roland. *con. 27. num. 3. lib. 2.* Menoch. *de recuper. remed. 14. num 5.* Gratian. *decis.* March. *51. num. 23.* Boer. *decis. 23. num. 23.* & Scraph. *dec. 325. n. 17.*

Et quatenus etiam d. feminarum exclusio in hac parte dubia adhuc esset, interpretationem, & declarationem recidit ab alia, ut supra per viam regulæ appositę in prohibitione alienationis, & cum dictione perpetui, & infiniti temporis, ibi: *Feminis, et ex feminis descendentibus* 5
semper exclusis, quæ nullam admittit voluntatis quæstionem *vulg. l. Ille, aut ille ff. de legat. 2.*

Ex implicita autem mente donantium perpetua, & absoluta earundem feminarum exclusio resultat. Primo, quia in nulla parte Primogenituræ, sive dispositiva, sive conditionali, sive ratiocinativa leguntur aliqua verba communia

nia ad feminas quoquomodo referibilia, neque ulla unquam habita ratio earundem, quoad Jus ſuccedendi; ſed facta ad illarum favorem proviſione de congrua dote, in omnibus ſuis partibus ſemper vocantur maſculi ex maſculis ordine Primogenituræ, & quando gradatim fit tranſitus de una linea ad aliam ſemper adducitur qualitas maſculinitatis, ibi: *Durante, vel extincta linea maſculina*, quibus ſic ſtentibus, cum fideicommiſſum dicatur non ſolum agnatitium, ſed ſimul etiam maſculinum, ab illius ſucceſſione excluſæ ſemper dicuntur feminæ, tamexiſtentibus, quam etiam deficientibus maſculis, ut relatis antiquioribus firmant Molin. *de Primog. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 38.
6 *& duobus ſeq.* Altogr. *conſ.* 80. *n.* 91. *& ſeqq. lib.* 2. Barbat. *de fideic. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 28. *& ſeqq & num.* 34. Gabr. *conſ.* 132. *num.* 56. *& ſeqq. lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. artic.* 14. *n.* 38. *verſ. ſed contra*, cum aliis, quos refert Rota, quæ hanc ſententiam inconcuſſe recepit *in deciſione* 203. *nu.* 7. *&* 8. *deciſ.* 217. *num.* 1. *& deciſ.* 432. *num.* 4. *& ſeq. part.* 2. *deciſ.* 126. *num.* 2. *& ſequent. par.* 7. *deciſio* 387. *num.* 9. *& ſeqq. part.* 9. *& deciſio* 172. *a num.* 15. *uſque ad fin. & deciſio* 454. *num.* 1. *& ſeqq.* coram Buratto, *& in aliis noviſſime congeſtis in Romana, ſeu Florentina fideicommiſſi* 1. *Julii* 1682. §. *ſcilicet*, *&* 5. *Aprilis* 1683. §. *enim vero*, coram R. P. D. meo Rondinino, *& in Ferrarien. Bonorum* 28. *Junii* 1686. §. *& quamvis*, *&* 12. *Maii proxime præteriti* §. *atque ex his ceſſat*, coram me.

Et ſecundo, quia a d. Primogenitura, & donatione fuerunt excluſi, tam maſculi, qui eſſent in Ordinibus ſacris conſtituti, quam etiam Profeſſi in aliqua Religione, etiam militari, addita ratione, quia ſcilicet ad conſervationem, propagationem, & multiplicationem familiæ a Conditoribus Primogenituræ valde exoptatæ mediante Sacramento Matrimonii habiles non ſunt; Adeoque ſicuti Presbyteri, & milites ordinis regularis fuerunt perpetuo excluſi, utpote inhabiles eſſent ad conſervandam agnationem, uſquedum viverent, & magis honorifica, & proprie, quam feminæ agnatæ; ita a fortiori iſtæ excluſæ perpetuo cenſentur, quippe quæ non ſolum inhabiles ſunt ad propagandam propriam familiam, & agnationem, ſed nec etiam omnino aptæ ad eam conſervandum, dum nuptæ conſiderantur potius ad familiam Viri, quam ſuæ ipſarum, vel in omnem caſum promiſcue ad utramque, ut ad propoſitum advertunt Redenaſ. *conſ.* 58. *n.* 5. (aten. *reſol.* 172. *n.* 6. Andrea Carp. *de fideicomm. maſcul. inſp.* 2. *art.* 2. *n.* 6. *& ſeqq. & artic.* 3. *n.* 20. *&* Caten. *reſol.* 172. *num.* 6. *&* Rota, *dec.* 293. *n.* 15. cor. S. M. Greg. XV. *deciſ.* 848. *n.* 2. cor. Seraph. *& deciſ.* 192. *num.* 22. cor. Manzanedo.

8 Neque implicita hæc donantium voluntas in contrarium favorabilis demonſtratur ſubſidiariæ feminarum vocationi, eo quod in parte proœmiali donationis, ex qua cauſa finali totius diſpoſitionis deprehenditur, iidem declaraverint, ſeſe deveniſſe ad erectionem d. Primogenituræ pro conſervatione agnationis, & familiæ ſimpliciter, & abſolute, & alibi dixerint, ſeſe velle, quod quantum fieri poſſet familia, & agnatio de Aldrobandinis, ejuſque memoria conſervetur, & perpetuetur. Sicque tam ex vi d. declarationis, quam ex generalitate illorum nominum familiæ, & in ſubſidium comprehenſæ, cum ipſæ quouſque vivunt, jura ſanguinis, & agnationis conſervent, & diutius perpetuent, ad tradita per Molin. *de Primogen.*
9 *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 33. *lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 10. *&* 12. Gregor. Lopez *in gloſ.* Magn. *ad leg.* 3. *q.* 4. *tit.* 13. *part.* 6. Caſtill. *var. tomo* 2. *cap.* 143. *num.* 6. Vela *diſſert.* 49. *num.* 70. Rota *de incompat. Regn. & Majorat. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 51. *verſ. His addo*, *& conſ.* 42. *num.* 10. *verſ ut ubi*, Maſcul. *lib.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 352. *num.* 12. Andreol. *controv.* 409. *num.* 21. Altograd. Jun. *controv.* 38. *numero & ſequent. lib.* 1. Cardin. de Luca *de fideicommiſſis diſc.* 49. *numer.* 2. *& ſequent. diſc.* 42. *num.* 10. *& diſc.* 106. *num.* 5. Capyc. Latr. *diſc.* 103. *num.* 28. *ibique*, Adden. *numer.* 1. *& ſeqq. &* Rota *deciſione* 864. *num.* 22. *cum ſeqq. & dec.* 890. *n.* 2. coram Merlin. *& deciſione* 80. *n.* 5. *& ſeqq.* cor. Emin. Cerro, *& dec.* 527. *num.* 3. *&* 4. *par.* 14. *& dec.* 205. *n.* 15. *par.* 16. *rec. & in aliis*.

Tum quia d. ratio proœmialis non permanet in parpetua conſervatione duntaxat, ſed ulterius progreditur ad ampliationem, ſeu propagationem familiæ, & agnationis, quæ in cæteris Primogenituræ partibus fuit pluries repetita, & deſiderata expreſſo etiam modo, mediante ſcilicet Sacramento Matrimonii; Ampliatio autem, ſeu propagatio non convenit feminis, quæ tametſi agnatæ, non ampliant, neque propagant, ſed terminant propriam agnationem, cujus ſunt finis, ut advertunt de Marin. *reſolut.* 126. *numer.* 11. Buccaferr. *conſ.* 33. *num.* 13. *& ſequent.* Altograd. *conſ.* 92. *numer.* 36. *& conſ.* 96. *num.* 47. *lib.* 1. Capon. *diſcept.* 57. *numer.* 50. *tom.* 1. Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 6. *numer.* 41. Barbat. *de fideicommiſſis part.* 1. *capit.* 9. *numer.* 20. Cardinalis de Luca *fideicommiſſi in ſummario num.* 251. *verſ. Ex tunc*, *&* Rota *deciſ.* 203. *num.* 8. *ante fin. part.* 2. *deciſ.* 585. *numero* 5. *& deciſ.* 616. *num.* 6. *part.* 19. *rec.*

Tum quia, cum tota ſubſequens diſpoſitio principalis reſtringatur ad ſolos maſculos de agnatione, & familia, nec feminas in aliqua parte comprehendat, quinimo abſolute, & perpetuo excludat, conſervatio, ampliatio, & perpetuatio familiæ dicitur a diſponentibus volita, per ſolos maſculos, & per conſequens d. ratio conſervationis, & perpetuitatis familiæ in proœmio, & alibi expreſſa, tametſi generalis, & feminis agnatis aliquo modo adaptabilis, non ampliat, neque extendit fideicommiſſum, ſed Primogenituram agnatitiam, & maſculinam ad feminas ipſas non vocatas, & expreſſe excluſas, nec etiam poſt maſculorum defectum; ſed reſtringitur, & declaratur ſecundum qualitates, & terminos ipſius diſpoſitionis, cui adnectitur juxta vulgatum Decii *conſ.* 66. *num.* 3. a Rota ſæpe receptum, & comprobant Doctores relati per Menoch. *præſumpt.* 84. *num.* 9. *lib.* 4. & magiſtraliter Rot. *d.* 203. *&* 10. *& d.* 217. *num.* 2. 3. 4. *& dec.* 432. *num.* 5. *part.* 2. *& d. deciſ.* 454. *ex nu.* 1. *& ſeqq.* 10
coram Buratto, *& deciſ.* 297. *nu.* 22. *& ſeqq. & ſignanter*, *num.* 25. *et dec.* 807. *num.* 12. *et ſeq. part.* 18. *tom.* 3. *rec.*

Tum denique quia ad materiæ explicationem DD. advertunt hujuſmodi ſubſidiariam feminarum admiſſionem ex voto conſervationis, & perpetuationis familiæ tacite, ut ſupra deſumptum, recte quidem procedere in fideicommiſſis, & Primogenituris irregularibus, in quibus, vel feminæ expreſſe, aut ſub aliquo termino generali, ſive communi, qui, cum tota diſpoſitione non repugnet, poſſunt dici a Fideicommittentibus aliquo caſu 11
comprehenſæ, ſeu ad ſucceſſionem vocatæ, vel in quibus agnatio non propria, & rigoroſa in maſculis deſiderabitur, ſed ſimplex, & generalis, in quibus terminis loquuntur DD. a Rotæ deciſionibus ſuperius in objecto relatæ, exceptis Hiſpanis, qui, cum ſententiam hanc ex peculiaribus forſan legibus, ſive conſuetudinibus regionis indiſtincte ſectentur juxta noſtros Italiæ mores, in foro nequaquam recipiuntur: at non ita in Primogenituris regularibus, nimirum vere agnatitiis, & maſculinis, in quibus diſpoſitio ad ſolos maſculos de familia reſtringitur, & feminæ nunquam fuerunt vocatæ, nec aliqua adſunt verba communia, quæ ſine repugnantia cæterarum partium poſſint ad feminas congrue referri, prout eſt præſens, de qua agitur; in hac enim, & aliis ſimilibus, etiam ſi feminæ non fuiſſent expreſſim excluſæ, communis DD. Italorum invaluit opinio a Sacr. Rota approbata, ut feminæ, nec per poſteriné, & in ſubſidium cenſeantur vocatæ ex defectu voluntatis fideicommittentium; tametſi deficientibus maſculis, bona ad extraneos jure hæreditario devolvantur, ut ſuperius firmatum fuit *in* §. *ex mente autem*, & optime præ cæteris hanc ſententiam tuetur, & comprobat Rot. *in dec.* 212. *n.* 15. *et ſeqq. et deciſ.* 454. *n.* 2. coram Buratto, ubi reſpondetur contrariis rationibus, & Doctoribus, & *in deciſ. pariter* 203. *n.* 7. *et* 8. *et deciſ.* 218. *n.* 1. *et deciſ.* 432. *num.* 4. *et ſeqq. part.* 2. *rec. ubi n.* 7. reſpondendo abſurdo in hac Cauſa etiam adducto, quod ſcilicet bona tranſeant in extraneum, ad excluſionem feminæ agnatæ, inquit illud non eſſe tale, quia extraneus non venit ex Judicio fideicommittentis, ejuſque diſpoſitiona ita interpretata; quo caſu abſurdum vere eſſe finito fideicommiſſo venit tanquam cauſam habens ab ultimo maſculo, in quem bona remanſerunt, & pluribus etiam cumulatis, cum diſtinctione caſuum nuper firmatum fuit, *in d. Ferrarien. Bonorum* 28. *Junii* 1686. §. *et quamvis*, *et* 12. *Maii proxime præteriti* §. *atque ex his*, cor. me.

Concurrit pariter ultra præmiſſa ſubſecuta obſervantia uniformis, ſiquidem Princeps Jo Georgius, & Cardinalis 12
Hippolytus duo ex Fratribus inſtitutoribus, hujuſce Primogenituræ conſtanter præſupponentes perpetuam, & abſolutam feminarum agnatarum excluſionem, & conſequenter Primogenituram ipſam extingui, & terminari in eorum perſonis, libere diſpoſuerunt de omnibus bonis alias eidem ſubjectis nova ſuper illis ſtatuenda fideicommiſſa,

missa, & Primogenituras, licet certo scirent tunc temporis plures feminas Agnatas esse superstites, idemque comprobavit Principissa Olympia Aldobrandina Junior, filia, & respective Neptis dd. Fratrum, quæ possessionem bonorum nacta fuit, non quidem ex propria ejus persona, & tanquam ad Primogenituram vocata, sed uti filia, & hæres Testamentaria Jo. Georgii ejus Patris, cujus hæreditatem adivit mediante persona Procuratoris deputati a Card. Hippolyto ipsius Curatore, & post aditionem unicum confecit Inventarium omnium bonorum hæreditariorum ejusdem Patris, licet pro majori claritate in foliis genera bonorum fuerint distincta, ut patet ex datis in *ipso summario Actricis n. 4. & 50.* & clarius ex originali mihi exhibito, & firmatum fuit in duabus decisionibus mihi exhibitis, & firmatum fuit in duabus decisionibus alias in hac Causa editis super articulo summariissimo possessorio *sub diebus* 10. *Decembris* 1683. & 6. *Aprilis* 1685. coram bon. mem. Paulutio, in cujus demortui collegæ locum ego subinde suffectus fui; ex observantia enim fideicommissi, & Primogenituræ quatenus dubiæ, optimam recipiunt declarationem, seu interpretationem, ut in specie monent Mieres *de majorat. p. 4. qu. 20. n.* 334. Rota *de-*
13 *cis.* 30. *n.* 11. *apud* Censal. *ad* Peregr. *de fideicomm. & decis.* 185. *n. 4. p. 5. rec.* Potissimum quoties ea provenit, ut in præsenti ab ipsismet Creditoribus Primogenituræ, & a pri-
14 mo vocatis, Caren. *res* 43. *n.* 28. Bellon. Jun. *consil.* 18. *n.* 29. Card. de Luca *de donat. disc.* 16. *n.* 13. & *disc.* 36. *n.* 18. & in terminis hujus Primogenituræ *in tractat. de fideic. disc.* 205. *n.* 12. *in fin.* & *n.* 21. & Rot. *dec.* 337. *numer.* 44. *part.* 11. *rec.*

His deniq; adstipulatur, & favet explicita confessio ipsius D. Ducissæ Actricis, quippe quæ in interpellatione ejus nomine executa de anno 1647. contra bon. me. Principissam Rossanam constanter asseruit, quod stante prædecessu omnium masculorum Primogenitura remansit extincta, & terminata, quodque ideo ad ejus favorem factus fuerat locus reversioni portionis paternæ in d. universali donatione comprehensæ, ut habetur in summ. Resp. datæ pro DD. Principibus Burghesio, & Pamphilio *num.* 20. cui consonat etiam sententia a tribus Cardinalibus per Summum Pontificem specialiter deputatis super tali prætensione successive prolata, definiens prædictam donationem irrevocabiliter & inter vivos factam nulli reversioni esse obnoxiam *d. summar. n.* 3. & adstipulantur etiam aliæ similes assertivæ ejusdem nomine emissæ in Informantibus, & scripturis, tunc distributis præfatis tribus Cardinalibus, & in commissione desuper transmissa pro Signatura Gratiæ ad effectum obtinendi restitutionem in integrum, de quibus docetur in *eo-*
15 *dem Summar. n. 6. & 7.* confessio autem hæc in Judicio non semel a D. Actrice emissa valde sibi præjudicat, itaut Primogenituram quatenus etiam dubiam declaret, & juxta illius confessionem interpretetur, ut inquiunt Fusar. *consil.* 114. *n.* 39. *in fin.* & Rot. *dec.* 354. *n.* 13. & *sequ.* cor. Emin. Othobon. & *in Maceraten. fideic.* 24. Maii 1674. §. *seq. etiam* coram bon. mem. Calataju, & *in Bonon. fideic. de*
16 *Foscherariis* 3. *Junii* 1678. & 23. *ejusdem* 1681. §. *Praxim*, cor. bon. mem Paulutio, ubi etiam firmat talem confessionem, nec impugnari subinde valere a confitente, nec etiam ab aliis causam ab ipsa habentibus.

Et ita Partibus auditis resolutum fuit, &c.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Fideicommissi de Alborghettis.

Lun. 3. Decemb. 1696.

ARGUMENTUM.

Traditur regula pro perpetua exclusione feminarum, quoties Testator fideicommissum pro solis masculis restrinxerit, & ad hunc effectum restrictio desumitur, si Testator in parte dispositiva masculos vocaverit, cum si in conditionali filios simpliciter posuerit, adhuc censeatur, de masculis tantum intelligere voluisse, licet agnationem contemplare non valuerit, sed tantum qualitatem masculinitatis desideraverit.

SUMMARIUM.

1 *IMmissio fideicommissario non denegatur, si constet de fideicommisso, illius purificatione, legitimatione, Personarum, bonorumque identitate.*

2 *Decisiones sunt supponendæ.*

3 *Qualitas masculinitatis censetur repetita in parte conditionali, si fuerint in conditione positæ illæmet Personæ quæ vocatæ fuerunt in dispositiva.*

4 *Licet Testator agnationem non contemplaverit, sed tantum qualitatem masculinitatis desideraverit.*

5 *Illæ duntaxat Personæ censentur in conditione comprehensæ, quas Testator antecedenter dispositive vocaverat.*

6 *Si Testator in parte conditionali usus fuerit dictione repetitiva* - come sopra - *operatur ut positi in conditione censeantur vocati, cum eadem qualitate quæ fuerat in parte dispositiva apposita.*

7 *De natura dictionis repetitivæ est repetere omnia præcedentia, cum suis qualitatibus in posteriori parte dispositionis, in qua fuit per Testatorem adjecta.*

8 *Dictio*, ut supra, *sat est quod vim suam operetur respectu qualitatis cui immediate adhæret.*

9 *Dictio* ut supra, *est referibilis ad qualitatem magis proximam.*

10 Decisio 581. part. 5. rec. *in quo casu loquatur, & procedat.*

11 *Omnis est facienda interpretatio ut superfluitas excludatur.*

12 *Repetitio qualitatis masculinitatis mediante dictione* ut supra *dicitur volita, si nulla assignari possit ratio differentiæ, quare ad unam potius, quam ad aliam qualitatem repetendam dici debeat apposita.*

13 *Feminæ comprehensæ dicuntur in fideicommisso filiorum favore ordinato, licet Testator masculorum prælationem exoptaverit.*

14 *Testator si restringere voluerit vocationem ad solos masculos, non extantibus masculis unius lineæ, fideicommissum prætermissa femina transire debet ad aliam lineam, in qua existunt, & numer.* 15.

16 *Restrictio fideicommissi ad solos masculos operatur, ut feminæ dici debeant perpetuo exclusæ a fideicommisso.*

DECISIO XXVIII.

INstitutis per Philippum de Alborghettis universalibus hæredibus Hieronymo, & Joanne Baptista ejus filiis ac ordinato inter eosdem eorumque descendentes perpetuo fideicommisso reciproco, tandem, considerata omnium prædictorum deficientia, devenit ad substitutionem feminarum, quam sequentibus verbis expressit: *Et in evento, che detti figliuoli morissero tutti senza figliuoli legitimi, e naturali, in tal caso voglio, che la mia Eredità tutta intiera si debba dividere trà tutte le mie figliuole, che si troveramo vive, ò loro figliuoli, e descendenti mashi* in stirpes, & non in capita, *e morendo alcuna delle mie figliuole senza figliuoli, e descendenti legitimi, ed altrimente come sopra, la sua portione si debba dividere fra l'altre, e loro figliuole, e descendenti come sopra, etc.*

Successive vero defunctis Hieronymo, & Joanne Baptista prædictis sine filiis, integrum fideicommissum occupavit Lucia unica superstes ex dicto Philippo fideicommittente, adversus quam cum pro Immissione institissent Fratres de Stephanoniis, & Vincentius Bontempius Elisabettæ, & Annæ ipsius Luciæ Sororum prædefunctorum filii, eamque a Judice primæ instantiæ reportassent, & successive etiam in nostro Auditorio, ut comprobatur ex geminis decisionibus coram clar. mem. Card. Matthæjo sub diebus 4. Februarii, & 17. Junii 1686. Hinc universum fideicommissum ad eosdem devenit, quod subinde pro indiviso possederunt.

Verum, cum post obitum Vincentii pariter sine filiis, Camilla ejus Soror, & hæres ab intestato prætenderet ad se fuisse devolutã portionem hujusmodi fideicommissi, quæ ad Vincentium Fratrem spectabat illius possessionem apprehendere curavit; sed agnita per Signaturam Justitiæ dependentia hujusmodi Causæ ab illa antiqua coram dicto Cardinali Matthæjo fuit per eandem ad nostrum Tribunal remissa, mihique illius commissione directa, dedi Dubium -- An, & cui esset danda manutentio, & quatenus opus esset immissio - quod cum fuerit in mei absentia ab Urbe per R. P. D. meum Priolum absque resolutione propositum, hodie coram me ad novum, & maturius examen revocatum Domini animadvertentes, quod articulus præsentis fideicommissi erat altioris inspectionis, ac proinde termini manutentionis locum sibi vindicare non poterant, censuerunt, dandam esse Immissionem Fratribus de Stephanoniis.

Etenim quoad immissionem, cum constet de existentia, & purificatione fideicommissi, & identitas bonorum, & legitimatio Personarum non convertatur inter partes, utique prædictis justificatis, illa concedenda venit hæ-

redi,

redi fideicommissario vigore *l. fin. C. de Edict. Div. Adrian.*
1 *tollen.* & firmavit Rota *dec.* 330. *n.* 2. & 3. *p.* 5. 5. *rec.* & cor. Cerr. *dec.* 926. *n.* 1. & passim alibi.

Existentia quippe ultra quod clare resultat ex præmissa serie Testamenti, satis etiam comprobari visa fuit ex dictis decisionibus Cardin. Matthæi, in quibus firmatum fuit, constare de fideicommisso perpetuo successivo, & lineali inter dictas feminas, earumque descendentes, cum de stylo nostri Tribunalis semper veniant supponendæ, ex traditis
2 per Rotam cor. Buratto *decis.* 744. *n.* 30. & cor. Cerro *decis.* 209. *n.* 5. sequitur propterea, quod de existentia fideicommissi nequeat dubitari.

Purificatio vero desumebatur ex voluntate Testatoris in illi verbis -- *E morendo alcuna delle mie figliuole senza figliuoli, e descendenti legitimi, ed altrimente come sopra la sua portione che doveranno avere li suoi figliuoli, e descendenti come sopra, si debba dividere tra l'altre, o loro figliuoli, e descendenti come sopra.* Hinc cum Vincentius ab Anna descendens absque filiis decesserit, portio hujusmodi fideicommissi ad eundem obventa deferri debet ad illos de Stephanoniis ex Elisabetha altera ex filiabus d. fideicommittentis descendentes masculos. Cum enim personæ in hac parte Testamenti in conditione positæ sint illæmet quæ fuerunt in dispositiva, cum qualitate masculinitatis ad fideicommissum vocatæ, utique dicta qualitas masculinitatis censeri debet repetita inter easdem personas etiam in parte conditionali, quidquid dicendum esset inter diversa Perso-
3 nas, ut distinguunt Ruin. *consil.* 134. *n.* 19. *l.* 2. Surd. *consil.* 21. *n.* 10. & *consil.* 564. *n.* 7. *vers.* & *ubi ac n.* 8. Menoch. *consil.* 95. *num.* 79. & *plur. seqq.* Fusar. *de substit.* q. 403. *n.* 19. Rota *decis.* 237. *n.* 4. & *seqq. p.* 5. & *dec.* 330. *n.* 10. & *seq. p.* 13. *rec.* licet per Testatorem non fuerit contemplata conservatio
4 agnationis, sed qualitas duntaxat masculinitatis desiderata, Rota *dec.* 374. *in fine p.* 1. *div. d. dec.* 237. *n.* 8. *p.* 5. *dec.* 330. *n.* 17. *p.* 12. *rec.*

Nam cum circa easdem personas cadere nequeat diversa Testatoris affectio in una parte dispositionis potius quam in alia; Ideo ab anteriori illius parte bene desumi valet posterioris interpretatio, ex regula quod illæ duntaxat personæ censentur in conditione comprehensæ, quas Testator antecedenter dispositive vocaverat, ad tradita per Gabriel. *consil.*
5 116. *n.* 32. *vers.* & *descendentes masculi l.* 2. Rota *decis.* 910. *n.* 25. & 956. *n.* 6. cor. Cerro, & *decis.* 109. *n.* 9. *part.* 9. *rec.*

Quæ quidem facilius in proposito procedere visa sunt; dum in dicta parte conditionali Testator usus fuit dictione
6 repetitiva *come sopra* quæ operatur, ut positi in conditione censeantur vocati, cum eadem qualitate masculinitatis, quæ fuerat in parte dispositiva apposita, Fusar. *de substit. dicta q.* 403. *n.* 21. Addend. ad Gregor. *dec.* 513. *n.* 17. *in fine*, & cor. Caval. *dec.* 295. *n.* 2. De natura enim hujusmodi dictionis est repetere omnia præcedentia cum suis qualitatibus in posteriori parte dispositionis, in qua fuerit per Testatorem adjecta, ex late congestis per Barbos. *tr. var. d.* 441. *n.* 1.
7 & *seq.* Rota cor. Duran. *dec.* 302. *n.* 21.

Non relevante si dicatur prædictam dictionem -- *come sopra* in proposito esse duntaxat referibilem ad qualitatem legitimitatis, quam Testator enixe exoptaverat non solum in descendentibus filiorum masculorum, verum etiam illam inter descendentes filiarum expresse repetierat, ibi - *E morendo li suoi figliuoli senza figliuoli, e descendenti legitimi &c.* non autem esse trahendam ad qualitatem masculinitatis
8 de qua semel duntaxat in hac parte mentionem fecerat, præcipue dum de conservatione agnationis non cogitavit, ex firmatis per Rotam *in dec.* 581. *n.* 21. *p.* 5. *rec.*

Objectum enim prædictum multiplici responsione submovetur; Et primo, quia cum qualitas legitimitatis fuerit per Testatorem exoptata in filiis, & descendentibus Hieronymi, & Jo. Baptistæ primorum Hæredum in diversa, ac separata oratione ab ea, in qua fuit apposita qualitas masculinitatis inter descendentes filiarum vocatarum in defectum descendentium primorum institutorum, utique dictio *come sopra*, quæ huic ultimæ substitutioni immediate cohæret, non est referibilis ad legitimitatem, licet enixe exoptatam inter filios primorum hæredum, sed ad solam masculinitatem, tanquam magis proximam, Peregr. *consil.* 38. *n.* 2.
9 *l.* 5. modernus Lucen. *de Primogen. Ital. to.* 1. *cap.* 37. *n.* 370. Ridolph. *alleg.* 145. *n.* 8. Et hinc non adversatur *decis.* 571. *p.* 5. *rec. tom.* 2. in objecto allegata, quia ibidem dictio *come sopra* immediate cohærebat substitutioni nepotum, quos cum sola qualitate masculinitatis Testator vocaverat, &
10 propterea detegitur inapplicabilis præsenti casui, ut observat Ridolph. *d. alleg.* 145. *n.* 3. & 8.

Secundo, quia cum Testator in hac secunda substitutione specialem mentionem fecerit, de legitimitate, & immediate adjecerit -- *ed altrimente come sopra* -- inde sequitur, quod cum vigore dictæ dictionis repetitivæ relatio fieri non possit ad legitimitatem ibidem particulariter expressam, illa necessario ad evitandam superfluitatem facienda sit ad masculinitatem antecedenter volitam in eadem parte Testamenti, ex firmatis per Rot. *in Rom. fideicom. de* Goggis 15. *Martii* 1690. §. *Neque*, & *seq.* cor. cl. me. Card. Vicecomite, & *in Rom. seu Flor. Fideic.* 6. *Martii* 1684. §. *Nihil suffragante*, cor. bo. me. Rondin. 11

Et demum quia cum nulla sit assignabilis ratio differentiæ, quare ad unam potius, quam ad aliam qualitatem repetendam dici debeat apposita, exinde propterea admittendum erit, quod si repetita qualitatem legitimitatis, etiam qualitatem masculinitatis repetere debeat, ut observat Ridolph. *d. alleg.* 145. *n.* 8. *in fine* Peregr. *de fideic. art.* 16. *n.* 13. 12
vers. item dictio, Adden. ad Buratt. *dec.* 272. *n.* 10. Rota *in d. Rom. Fideic. de* Goggis §. *Non subsistente*, coram Vicecomite, & *in Ferrar. bonor.* 28. *Junii* 1686. §. *Etenim*, cor. Rev. D. meo Decano.

Minusque obstat ad impediendam Immissionem dictis de Stephanoniis super existentia Camillæ in linea Annæ, quæ proinde totaliter non evacuata nequeat fieri transitus ad lineam Elisabethæ, ex qua descendunt Stephanonii, cum etiam femina comprehensa dicitur in fideicommisso ad favorem filiorum ordinato, licet Testator masculorum prælationem exoptaverit, Card. de Luca *de fideic. disc.* 34. *nu.* 6. & *disc.* 35. *n.* 11. & *seq.* 13

Siquidem, cum in præsenti Philippus Testator non exoptaverit simplicem masculorum prælationem in hujusmodi fideicommisso, femina poterit dici comprehensa, sive extent masculi ejusdem lineæ, sive non extent, cum illis semper obstet voluntas Testatoris, qui ad fideicommissum, per se ordinatum illas noluit admitti, adeoque non extantibus masculis, unius lineæ fideicommissum prætermissa femina transire debet ad aliam lineam in qua existunt, Peregr. *de fideic. art.* 25. *n.* 11. Rota cor. Buratt. *decis.* 272. *n.* 15. & *seq.* 14
& cor. Dunoz. Jun. *decis.* 651. *n.* 32. Præcipue, cum in proposito Testator etiam in parte conditionali talem voluntatem expresserit per illam dictionem, *come sopra*, quam ad hunc effectum ponderat Rota *in dec.* 274. *n.* 8. *p.* 12. *rec.* Talis enim restrictio ad masculos operatur, ut feminæ dici debeant perpetuo exclusæ a fideicommisso, ut advertunt Casanat. *consil.* 37. *n.* 27. *l.* 1. Grat. *discept. cap.* 621. *num.* 14. Andreol. *contr.* 344. *n.* 17. 15

Et ita utraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Romana Fideicommissi de Alborghettis.

Ven. 14. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Regulas affirmatas in decisione antecedenti hæc Decisio recipit.

SUMMARIUM.

1 *IN fideicommisso ordinato pro masculis feminæ succedere non possunt.*
2 *Qualitas masculinitatis, licet adjecta non legatur in parte conditionali, nihilominus si positæ fuerunt in conditione eademmet Personæ quæ vocatæ fuerunt in dispositiva censetur repetita.*
3 *Maxime si addit dictio repetitiva* come sopra.
4 *Repetitio masculinitatis ex sola diversitate substitutionem vulgaris, & fideicommissariæ non excluditur.*
5 *Dictio - & operatur ut duæ substitutiones censeantur unica oratio simul unita, quamvis unaquaque regatur a proprio, & particulari verbo.*
6 *Testator familiam filiarum, ut suam agnoscendo, in talem agnovisse, non censetur illam filiarum natarum ex filiabus.*
7 *Femina exclusa ad bona fideicommissi aspirare nequit.*
8 *Observantia plurimum facit pro dignoscenda Testatoris voluntate.*

DECISIO XXIX.

Immissionem vigore legis finalis *C. de Edict. Div. Adr. tollen.* ad residualem portionem bonorum subjectorum fideicomm. qu. Philippi de Alborghettis olim per Vincentium de Bontempis ex Anna Testatoris filia genitum possessam, dum vixit, concedendam esse Canonico Angelo, & Josepho fratribus de Stephanoniis ex Elisabetha fideicom. missi Conditoris altera filio exortis, in exclusionem Camillæ memorati Vincentii Sororis, respondit Sacrum Tribunal cor. R. P. D. meo Scotto die 3. Decemb. anni præteriti; Cumque hodie post concessam novam audientiam ad examen cor. me in locum Collegæ legitimo impedimento detenti subingresso, decisionis editæ fundamenta ad examen revocentur, iisque subsistentibus agnitis, non hæsitarunt DD. mei permanere in decisis.

Et sane memoratis Actoribus singulis hujusmodi Judicii requisitis pollentibus debita visa fuit immissio; nam de existentia fideicommissi, & legitimatione Personarum, citra quæstionem consistit; solumque contentio fuit super illius purificatione in hac residuali portione, quæ tamen ex Testamenti contextu resultat; ibi enim Philippus Conditor defunctis Hieronymo, ac Joan. Baptista liberis hæredibus universalibus institutis absque filiis sic disposuit. *Et in evento che detti miei figliuoli morissero tutti senza figliuoli legitimi, e naturali, in tal caso voglio, che se si troverà in quel tempo viva Anna una delle mie figliuole, o non essendo ici viva, alcuno delli figliuoli oggi nati, e che nasceranno per l'avvenire da detta Anna, abbia per prelegato sc. 4000. ed il resto della mia Eredità tutta intiera si debba dividere trà tutte le mie figliuole, che si troveranno vive, ò loro figliuoli, e descendenti maschi* in stirpes, *& non* in capita, *e partecipino anche li sudetti Anna, e suoi figliuoli, e descendenti, come sopra, e li sopradetti sc. 4000. in detto caso siano per prelegato come sopra; e morendo alcuna delle mie figliuole senza figliuoli, e li suoi figliuoli senza figliuoli, e descendenti legitimi, ed altrimente come sopra, la sua porzione, che dovrebbe avere, e doveriano avere i suoi figliuoli, e descendenti, come sopra, si debba dividere trà l'altre, ò loro figliuoli, e descendenti come sopra* in stirpes, *& non* in capita, *come sopra, e così si osservi, dato che venisse il caso di ciascuna dell'altre, che morisse senza figliuoli, ed altri come sopra, alli quali miei figliuoli, e loro figliuoli, ed altri come sopra sostituiti prohibisco qualsivoglia altra detrazione, e questo acciò tutti i miei beni si conservino nella mia agnatione, e famiglia tutti intieri, e senza detrazione, ò diminuzione alcuna, &c.* Ex qua Testamentaria dispositione restricta in hoc casu ad filiorum masculos assequitur, quod cum absque liberis defecerint filii masculi Testantis, nec ulla superstit ipsius filia feminina, defunctusque nuper fuerit Vincentius, & solum ex filiis filiarum fideicommittentis masculis adsint Actores ab Elisabetha progeniti, eisdem propter ea successio debita est, non autem Camillæ uti feminæ exclusæ ad Text. *in cap. Rayn. ubi gl. in verb. absque filiis masculis de Testam.* Imol. *cons.* 137. *n.* 2. *cum aliis per* Rot. *in rec. dec.* 274. *n.* 7. *p.* 12.

1 Absque eo quod controverti valuerit solummodo fuisse vocatos filiarum Testatoris masculos; nam cum talis vocatio masculorum facta fuerit in parte positiva Testamenti ibi: *Ed il resto della mia Eredità tutta intiera si debba dividere trà tutte le mie figliuole, ò loro filiuoli, e descendenti maschi* in stirpes, *& non* in capita, licet in parte conditionali
2 contenta in iis verbis: *E morendo alcuna delle mie figliuole senza figliuoli, e li suoi figliuoli senza figliuoli, e descendenti legiti, ed altrimenti come sopra*, masculinitatis qualitas adjecta non legatur, tamen dum sunt eædem personæ repetita censeri debet, ut ultra adductos in decisione R. P. D. mei Scotti, §. *Purificatio*, Menoch. *cons.* 904. *n.* 29. Peregr. *cons.* 36. *n.* 23. *vers.* 2. *declaratur l.* 1. *& de fideic. art.* 25. *nu.* 30. *vers. Attamen*, Ridol *alleg.* 24. *n.* 11. *& alleg.* 143. *n.* 6. Torr. *de Primog. Ital. to.* 1. *cap.* 37. *cum seqq.* Rota cor. Cerro *dec.* 682. *n.* 5. *& in rec. dec.* 232. *n.* 31. *ac dec.* 410. *n.* 43. *part.* 19. indubitanter attentis dd. verbis (*come sopra*) quæ fortius operantur, ut qualitas masculinitatis repetita censeatur, Menoch. *de præsump. l.* 4. *præsumpt.* 94. *n.* 13. *vers. idem quando Testator*, Balduco *in addit. ad Rom. cons.* 15. *num.* 104. Torr. *de Primog. Ital. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 259. *& cap.* 27. *n.* 99. Add. ad Buratt. *dec.* 172. *n.* 20. & Rota cor. *eodem dec.* 142. *n.* 7. *& 8. in rec. dec.* 274. *n.* 8. *p.* 12. *Rom. fideicom. de* Goggis 5.
3 *Junii* 1679. §. *nec videtur obstante*, *&* 15. *Martii* 1680. §. *neque possunt cum seq.* cor. bo. me. Card. Vicecomite, *&* 6. *Decembris ejusdem anni* §. *dispositio*, cor. bon. me. Benincasa *in Rom.* seu *Florent. fideic.* 4. *Apr.* 1683. §. *& si objectum*, cor. rev. Tuton. *&* 6. *Martii* 1684. §. *Tum quia*, cor. bo. mem. Rondin *in Rom. fideic.* 10. *Junii* 1685 §. *addita*, cor. Paulut. *& in Ferrar. Bonor.* 18. *Junii* 1686. §. *Etenim &* 12. *Maii* 1687. §. *ne hæreditas*, cor. R. D. meo Decano, *& in dec.* R. P. D. mei Scotti §. *quæ quidem ubi in* §. *seq.* plenissime firmat, hæc verba non referri ad qualitatem legitimitatis.

Replicatione nullatenus subsistente, quod talis repetitio qualitatis masculinitatis dispositivæ in parte conditionali cesset ob præsuppositum defectum identitatis personarum, graduum, & substitutionum, ac unitatis orationis: Identitas siquidem personarum, & graduum resultat ex eo, quod in dispositiva Testator mandavit dividi hæreditatem inter ejus filias, quæ essent vivæ, vel inter earum filios, & descendentes masculos ibi: *Il resto della mia Eredità si debba dividere tra tutte le mie figliuole, che si troveranno vive o loro figliuoli, e descendenti maschi*; Quas filias atque illarum filios, & descendentes posuit in conditionali ibi: *E morendo alcuna delle mie figliuole senza figliuoli, e li suoi figliuoli senza figliuoli, e descendenti legitimi*, ut ex his, quidquid sit de aliis gradibus succedentis, in quibus posset cessare requisita vocatio in parte dispositiva, cum hodie agatur de filiis filiæ Testatoris, Identitas personarum, & graduum legenti pateat, qua stante perperam objicitur diversitas substitutionem vulgaris, & fideicommissariæ; nam ex eadem sola non excluditur repetitio masculinitatis, Rota *in rec. decis.* 453. *n.* 7. *& 8. part.* 2. *dec.* 98. *n.* 21. *cum seqq. & decis.* 243. *n.* 13. *part.* 17. unitas demum orationis concurrit ex præadductis verbis, *come sopra*, & ex dictione *&*, quæ 4
copulat gradus substitutionum continuative ordinatos unius post alium, & operatur, ut duæ substitutiones censeantur unica oratio simul unita, quamvis unaquæque regatur a proprio, & particulari verbo, Grat. *discept.* 773. *n.* 28. *&* 29. Torr. *de Primog. Ital. to.* 2. *part.* 32. *n.* 18. *& 19. ubi cum* Altogr. *cons.* 54. *n.* 19. *tom.* 1. conciliat contrarias auctoritates, & eas ait procedere, quando orationes, & substitutio- 5
nes longo intervallo inter se distant, at non quando ut in præsenti sunt inter se connexæ, & continuato sermone una venit post aliam.

Quæ clariora redduntur ex prohibitione alienationis addita Causa, *acciò li miei beni si conservino nella mia agnazione, e famiglia tutti intieri, senza detrazione, e diminuzione alcuna:* quamvis enim hic intelligi non possit de agnatione, & familia ipsius Testatoris stricte, tum quia vocaverat filias, & earum filios, qui certe erant de aliena agnatione; tamen ut detur aliqua germana interpretatio huic enixæ voluntati, dici debet, quod ipse familiam, & agnationem in qua erant filiæ, consideraverit uti propriam, ideoque credi non potest, quod voluerit aliam diversam agnationem feminarum descendentium a suis filiabus, quæ nubendo a familia matris filiæ Testatoris respective transivissent in aliam, & sic per duplex medium a familia Testantis separatæ fuissent, quia si familiam filiarum, ut suam agnovit in talem agnovisse non censetur illam filiarum natarum ex filiabus, ut bene ad propositum observat Rota coram Bich *dec.* 498. *n.* 28. *& seqq.* 6

Præterea cessare visa fuit quælibet difficultas, eo quia, nec Camilla est posita in conditione; nam Testator deveniens ad substitutionem propriarum filiarum consideravit duos casus; proprium scilicet, quando de tempore purificati fideicommissi illæ viverent, & secundum, quando jam prædecessissent, in primo casu eas vocavit nulla facta substitutione, sed immediate considerando alium casum, quo non viverent; ad successionem invitavit per vulgarem ejus filios, & descendentes masculos; redeundo deinde ad primum casum, quando nempe filiæ viverent, & successissent posuit in conditione illorum filios, de quorum numero non est Camilla, quia non est filia Vincentii, sed ejus soror: & iste est casus, quo fuit factus substitutioni locus favore filiorum alterius filiæ, quales sunt fratres de Stephanoniis, non obstante quod Lucia altera ex filiabus Testatoris obierit sine filiis, ut saltem quoad ejus portionem dicatur factus locus successioni Camillæ, tanquam comprehensæ in ea parte in qua dicitur: *La sua portione, che dovrebbe avere, e dovriano avere i suoi figliuoli, e descendenti come sopra*. Quoniam jam ob præmorientiam Luciæ facta fuit divisio inter alios descendentes masculos ex aliis filiabus exclusa Camilla, quæ ideo non potest modo ad eadem bona aspirare, Mangil. *de imput. qu.* 61. *n.* 33. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 22. ulterius Testator in casum obitus filiarum sine filiis, & istorum sine filiis non ordinavit diversam, & independentem substitutionem favore filiorum alterius filiæ, sed jussit, portionem illius filiæ prædefunctæ dividi inter filios aliarum filiarum, & sic inter illos, qui ad successionem admissi fuis-

fuissent, adeout eum esse non possent nisi masculi, inter istos erat facienda divisio prout de facto docuit observantia, quæ ad hunc effectum plurimum attenditur, juxta cumulata per Peregr. *conf.* 34. *n.* 6. *&* 10. *lib.* 3. Simon de Pret. *de interpr. ult. vol. fol.* 296. *n.* 19. de Luca *de fideic. disc.* 98. *num.* 9. *&* Rota *in Romana Primogeniture de Aldobrandinis* 20. *Junii* 1687. §. *Concurrit*, coram R. D. meo Decano.

Et ita PP. in reliquis remissive se habentes ad firmata in decisione R. P. D. mei Scotti, resolverunt, utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Ametina Fideicommissi.

Merc. 26. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

In fideicommisso instituto pro filiis, & descendentibus masculis, & deinde proximioribus veniunt proximiores masculi de linea contentiva ad exclusionem feminarum de linea effectiva per viam regulæ in præcedentibus substitutionibus exclusarum, & nedum ipse feminæ, sed nec earum filii masculi in prædicta substitutione comprehenduntur.

SUMMARIUM.

1 *Testator instituendo fideicommisso pro filiis, & descendentibus masculis, & deinde pro proximioribus censetur voluisse post extinctam lineam effectivam masculos de linea contentiva cum exclusione feminarum de linea effectiva.*
2 *Ac etiam filiorum masculorum, amplia ut n.* 3.
3 *Consanguinitas in antiquis minores exigit probationes.*
4 *Et ex enunciativis probatur.*
5 *Bona possessa per Heredem præsumuntur illa Testatoris.*
6 *Identitas in antiquis præsumptionibus, & indiciis probatur.*
7 *Immissio conceditur pro indiviso, si detractiones quæ competunt sint quotativa.*

DECISIO XXX.

Defuncto in anno 1693. scriptis sibi hæredibus Catherina, & Maria Magdalena Sororibus, Priore Joanne Carolo de Geraldinis postremo de prole masculina Baptistæ fideicommissi, de quo agitur, conditoris, statim insurrexerunt Adrianus, & Alexander, & Stephanus, uti de hac Domo proximiores ad fideicommissum præfatum aspirantes, exortoq; inter ipsos litigio, primo loco A. C. manutentionem Adriano concessit in omnibus bonis, excepto prædio Castri Sotii, & deinde hoc Sacrum Tribunal coram me die 15. Junii præcedentis anni respondit, immissionem esse dandam pro medietate Alexandro, qui cum Stephano se composuerat, & ex quo esset in pari gradu proximitatis cum Adriano. Post hæc comparuit antedicta Maria Magdalena ob prædecessum Catharinæ sororis, hæres in totum memorati Prioris Joannis Caroli fratris effecta, & ad causam admitti, nec non post concessam novam audientiam subscribi dubium obtinuit, an sit standum, vel recedendum a decisis, aut potius danda manutentio, seu immissio D. Mariæ Magdalenæ, quo in hodierna Causarum audientia proposito, PP. in sensu convenere persistendum esse in decisis, ac dandam esse immissionem Mariæ Magdalenæ juxta modum inferius exprimendum.

Et porro respectu primæ partis captæ resolutionis decisio præcedens satis fundata visa fuit, super existentia, & purificatione relati fideicommissi Baptistæ usque de anno 1488. conditi pro filiis suis, & descendentibus masculis, & his deficientibus favore proximiorum, ut alias expositum fuit in *dec.* 157. *n.* 1. *&* 9. coram Buratto, itaut cum per obitum Prioris Joannis Caroli nullus superstit masculus de linea effectiva fideicommittentis est aperta successio Alexandro in novo gradu istius consanguineo proximiori, licet de linea contentiva, non obstante super existentia Mariæ Magdalenæ, quæ est de linea effectiva, ac proximior omnibus testatori, nam agitur de fideicommisso masculino, in quo feminæ per viam regulæ exclusæ leguntur, adeout defecta linea effectiva masculina cum vocati fuerint proximiores, nulli dubium est, quod testator immediate succedere voluerit proximiores masculos lineæ contentivæ, exclusis nedum feminis lineæ effectivæ, sicuti notant Peregr. *conf.* 11. *n.* 16. *lib.* 2. Fusar. *de subst it. q.* 345. *num.* 17. Rota *post* Torr. *de Primog. Ital. dec.* 17. *n.* 34. sed & masculis ex feminis, cum isti non veniant appellatione ut hic masculorum ex linea masculina, Grat. *discept.* 901. *n.* 12. Torr. *de Primog. Ital. p.* 1. *capit.* 38. *n.* 424. Rot. *in Text. dec.* 269. *n.* 28. *p.* 15. Nec verbum *ipsius* in vocatione positum operatur, quod exclusio feminarum sit in concursu duntaxat masculi ejusdem lineæ effectivæ, nam cum illud stet in vocatione proximiorum ibi — *substituit superstites ipsi §. Testatoris Consanguineos proximiores;* ideoque non refragatur ad familiam effectivam, sed contentivam, feminæ dici debent exclusæ propter proximiores consanguineos, & propterea masculos alterius lineæ. 1 2 3

Minusque subsistentibus exceptionibus quod consanguinitatem, & proximitatem Alexand. in enunciato gradu fideicomittenti, cum eadem resultat ex descriptionibus, & enunciativis emissis in libris publicis Civitatis Ameriæ, ac in diversis publicis instrumentis, & Testamentis, atque etiam ex dispositionibus Testium, ex fidibusque Baptismatis *in Summario Alexandri n.* 4. cum pluribus sequentibus, ex quibus Consanguinitas signanter ut hic ita antiqua sicuti difficilior evadit, minores exigit probationes, ut notant Redenasch. *consil.* 62. *n.* 10. Giovagn. *consil.* 75. *n.* 71. *l.* 1. Altogr. *consil.* 7. *n.* 1. *lib.* 2. Rot. *div. dec.* 288. *n.*... *p.* 2. *in rec. dec.* 312. *n.* 6. *p.* 1. *& dec.* 363. *n.* 4. *p.* 13. regulariter conclusa remanet, ut respondit Rota coram Buratt. *dec.* 709. *per totum*, coram Ubag. *dec.* 43. *num.* 1. coram Cerro *dec.* 679. *sub n.* 5. *vers. hinc etiam in rec. dec.* 816. *n.* 3. *p.* 18. *dec.* 393. *numer.* 1. *p.* 19. *in Illarden. Capellaniæ* 20. *Junii* 1692. §. *Proximitas*, coram bon. mem. Emerix Juniore. 4

Quam etiam super identitate bonorum eo quia ex pluribus, ac publicis documentis relatis in *Summario Alexandri n.* 13. cum seqq. apparet Baptistam fideicommissi institutorem hæc bona possedisse, partimque sibi in divisionibus factis cum fratribus obvenisse, ut cum non doceatur de intermediis acquisitionibus per ejus hæredes factis, accedentibus præcipue eisdem denominationibus, & finibus, ac facto, & confessione Joannis Cosmi, & Prioris Joannis Caroli Mariæ Magdalenæ authorum, quorum primus de anno 1616. ad conservanda hujusmodi bona usus fuit hoc fideicommisso Baptistæ, ut legitur in dicta *dec.* 147. coram Buratto, & alter de anno 1643. id ipsum fecit pro evitandis molestiis sibi illatis a R. Fabrica S. Petri, ut refertur in *decis.* 253. *p.* 13. *rec.* urget præsumptio, quod eadem per ejus hæredes, & successores possessa sint illamet, quæ Baptista in sua hæreditate reliquerat ad famigeratam *conf.* 145. Fulg. *quod passim sequitur* Rota *ut discusso articulo in rec. dec.* 120. *n.* 16. *cum seqq. p.* 6. *dec.* 209. *n.* 39. *&* 40. *p.* 19. coram Cerro *dec.* 83. *n.* 4. *cum seq. in Romana Salviani* 6. *Junii* 1695. §. *de fideicommisso*, coram me, & in Firmana Prædii della Pasapina 20. Junii 1696. §. *Tum demum quia pariter*, coram me, potissime cum versemur in antiquis ultra duo sæcula, ut ad probandum identitatem sufficiant præsumptiones, & indicia, Rota *in rec. dec.* 359. *n.* 4. *&* 5. coram san. mem. Alexandro VIII. *d.* 102. *n.* 7. *&* 8. *ac in dicta Romana Salviani ubi supra*, §. *Eoque magis*.

Quo vero ad secundum resolutionis partem autumarunt DD. Mariæ Magdalenæ dandam esse immissionem pro duabus ex tribus bonorum partibus relicta tertia favore Alexandri, pro una nimirum occasione detractionis in hac quota Mariæ Magdalenæ Auctoribus ex permissione fideicommittentis, ut non convertitur competens non attentis aliis prætensis detractionibus quantitativis, cum de illis nullatenus constet; & pro altera ob cessionem per eandem Mariam Magdalenam novissime acquisitam ab Adriano, qui ob existentiam cum Alexandro in pari gradu Consanguinitatis cum Testatore unam ex duabus residualibus quotis consequi debet, & quidem pro indiviso cum Alexandro; nam Maria Magdalena tam consequi debet detractionem in quota, juxta praxim in Tribunali nostro receptam, de qua Rota, coram Cavalet. *dec.* 563. *n.* 1. coram Buratto *decis.* 63. *n.* 8. *in rec. decis.* 97. *n.* 6. *p.* 19. *& in Romana Immissionis* 28. *Februarii* 1665. §. *Primo*, coram me, quam Jura Cohæredis acquisivit, cui tali modo immissio conceditur pro ejus portione in omnibus bonis, Rot. coram Buratt. 474. *n.* 6. *cum seqq. & in Romana hereditatis* 14. *Martii* 1692. §. *fin.* coram Rev. Episcopo Turonen.

Et ita omissis aliis levioris ponderis conclusum fuit, utraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. MUTO.
Amerina Fideicommissi.
Ven. 10. *Januarii* 1698.

ARGUMENTUM.

Nil ultra exponitur, quam in præcedenti decis. firmatum.

SUMMARIUM.

1 *Per purificationem conditionis dicitur aperta successio substituti.*
2 *In fideicommisso Masculino, in quo feminæ fuerunt exclusæ, ipsæ succedere nequeunt, etiam si sint de linea Testatoris, & fieri debeat transitus de linea effectiva ad contentivam.*
3 *Et eo casu, quo per viam regulæ fuerunt exclusæ nec veniunt appellatione Proximiorum.*
4 *Masculi ex femina non succedunt in fideicommisso ordinato pro Masculis ex linea Masculina.*
5 *Et ubi feminæ fuerunt exclusæ per viam regulæ.*
6 *Appellatione Descendentium* Masculorum *veniunt etiam Masculi ex feminis.*
7 *Limitatur etiam in subsidium in casu, ut n.* 4. 5.

DECISIO XXXI.

Resolutum fuit die 26. Junii præcedentis anni, standum esse in Decisis sub die 15. Junii 1696. quoad immissionem pro tertia parte bonorum fideicommissariorum Baptistæ de Geraldinis Alexandro debitam, & pro reliquis duabus partibus immissionem dandam esse Mariæ Magdalenæ de Michelozzis, pro una nimirum occasione detractionis ex persona ipsius Auctorum, & pro altera ob cessionem per eandem nuper acquisitam ab Adriano in pari gradu proximitatis, cum Alexandro existen. cui resolutioni Maria Magdalena non acquiescens, eamque in totum impugnans Eques Franciscus Maria illius universalem successionem prætendens, obtinuerunt adversus illam audiri, sed hodie duntaxat Alexandro informante repropositа Causa sub consueto Dubio: *An sit standum, vel recedendum a Decisis*, Domini permanendum esse in Decisis existimarunt.

Nam respectu immissionis in tertia parte favore Alexandri subsistere visa fuerunt fundamenta Decisionis: Eo quia cum prænominatus Baptista in Testamento condito usque, & de anno 1488. reliquisset hæredes Pamphilium, & Annibalem filios suos, & casu quo ipsorum filii, vel eorum Nepotes, seu Pronepotes usque in infinitum decederent sine filiis Masculis, eis, & eorundem ipsorum substituisset superstites ipsius Testatoris consanguineos proximiores, utique per obitum Prioris Joannis Caroli ultimi Masculi de linea effectiva fideicommittentis novissime secutum, aperta fuit successio favore Alexandri de linea contentiva consanguinei proximioris, *l. Qui heredi*, §. *Plautius*, & ibi DD. *ff. de condit. & demonstr.* Rot. cor. Card. Cerro *dec.* 413. *num.* 1. *in Ariminen. fideicommissi* 19. *Junii* 1690 §. *Moti quia*,
1 coram R. P. D. meo Molines, & *in alia Ariminen. fideicommissi Bandi, & Ænea de Bandis* 26. *Junii superioris anni* §. *Literalis quippe*, coram eodem, & ipsi per proximitatem plenissime probent, ut in postrema decisione, §. *Minusque* ac de aliis extremis in hoc Judicio necessariis constet, & signanter de identitate bonorum, ex adductis in *d. dec.* §. *Quam etiam*, inter quæ connumerari etiam debet Tenuta Castri Sepii posita in Territorio Urbevetano possessa per Testatorem, ut constat ex Instrumentis affictus, & divisionis identitatem abunde probantibus ex adductis in eadem Decisione.

Non obstante præexistentia tam prænominatæ Mariæ Magdalenæ de linea effectiva Testatoris, quam Equitis Francisci Mariæ ejus filii; etenim circa primam, cum Testator fideicommissum Masculinum, & pro solis Descendentibus Masculis instituerit, exclusis penitus filiabus feminis per viam regulæ, ac immediate post deficientiam Masculorum lineæ effectivæ, vocaverit proximiores contentivæ, ibi: *Adeo quod, si aliquis Masculus ex una linea Masculina remaneat, succedat aliis defunctis, si autem non extaret aliquis Masculus dicti proximiores consanguineis succedant, exclusis penitus a successione filiabus feminis seu feminabus usque in infinitum*, sequitur innegabiliter, quod feminæ intermediæ non succedant, sed a proximioribus Masculis lineæ effectivæ immediatus transitus fiat ad proximiores lineæ contentivæ, juxta firmata per Rota *in rec. dec.* 95. *sub n.* 25. & *n. seqq. p.* 11. & *dec.* 69. *n.* 30. *cum seqq. p.* 17. & *in Ariminen. fideicommissi* 3. *Martii* 1692. §. *Ex qua dis-*
2 *positionum*, coram Reverendiss. Hervault, Adeout feminæ tanquam per viam regulæ exclusæ, nec sub ipsorum proximiorum nomine veniant, Rota coram Dunoz. Jun. *dec.* 827. *n.* 3 *in rec. dec.* 385. *n.* 42. *p.* 9. *in Ariminen. fideicommissi* 19. *Junii* §. *Tamen in præsenti*, & 1. *Decem-* 3
bris 1690. §. *Et si*, coram R. P. D. meo Molines, & 3. *Martii* 1692. & 4. *Maii* 1693. §. *final.* cor. Reverendissimo Turonen.

Quæ exclusio pariformiter procedit quoad Equitem Franciscum Mariam licet Masculum, sed ex dicta Maria Magdalena progenitum; quoniam cum ex toto Testamento colligatur fideicommittentem voluisse qualitatem Masculinam ex Masculo ab initio primarum substitutionum, & vigore illorum verborum, *ex sua linea Masculina*, quæ per solos Masculos ex Masculis componitur, & efformatur, Ventur. *cons* 25. *numer.* 33. *cum seqq.* Altograd. *consil.* 80. *n.* 77. *cum seqq. libr.* 2. Andr. *contr.* 271. *per tot.* Rota coram Coccin. *dec.* 2127. *n.* 11. coram Bich. *dec.* 293. *a n.* 6. coram Cels. *dec.* 34. *n.* 7. coram Priol. *dec.* 402. *n.* 5. *in rec. dec.* 33. *n.* 1. *cum seqq. p.* 7. *decis.* 4
415. *n.* 12. *p.* 12. & *dec.* 445. *num.* 6. & 7. *p.* 18. & de prole Masculina *in Rom. fideic. de Moronis* 10. *Maii proxime præteriti*, §. *Quando quidem*, coram R. P. D. meo Pio, atque ob exclusionem feminarum per viam regulæ, ex Rot. *in rec. dec.* 519. *a n.* 13. *p.* 13. & coram Card. Cerr. *dec.* 910. *n.* 3. *cum seqq.* & *in Narnien. fideicommissi de Capitonibus* 9. *Maii* 1695. §. *fin.* coram me, itaut tametsi re- 5
gulariter sub appellatione descendentium Masculorum veniant etiam Masculi ex feminis, ad celebre *consil. Fulgos.* 85. *n.* 1. & 2. amplexum per Rot. & signanter pluribus 6
allegatis *in Romana fideicommissi* 8. *Martii* §. *data autem perpetuitate*, & 28. *Junii præcedentis anni*, §. *Quamobrem*, coram Rev. D. meo Decano; in hoc tamen casu ab illo receditur, & duntaxat Masculi ex Masculis admittuntur, non autem Masculi ex feminis, Rot. *inter div. dec.* 150. *n.* 8. *p.* 2. *in rec. dec.* 65. *n.* 22. *p.* 11. *dec.* 69. *a n.* 8. *dec.* 17. & *in dicta Romana fideic. de Morenis eodem*, 7
§. *Quandoquidem*, coram R. P D. meo Pio, ubi nec etiam in subsidium Masculus ex feminis admitti posset, cum substitutio de illis non loquatur.

Quo vero ad immissionem concessam præmemoratæ Mariæ Magdalenæ pro residualibus duabus bonorum partibus occasione detractionis auctoribus competen. & ob cessionem unius sibi factam ab Adriano æqualiter cum Alexandro proximiore, nec fuit ab istius defensoribus impugnata, ut DD. in hac parte se relative habuerint, ad firmata in postrema Decisione, §. *final.*

Et ita altera &c.

R. P. D. MUTO.
Amerina Fideicommissi,
Ven. 15. *Februarii* 1697.

ARGUMENTUM.

Cum eisdem fundamentis duæ præcedentes decisiones approbantur.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura, quæ transcripta reperitur in summario, si non producatur originale non probat.*
2 *Etiamsi de ea perfunctorie facta sit mentio in aliqua decisione.*
3 *Præsertim, si ineffectuata probetur.*
4 *Femina licet de linea effectiva Testatoris non veniunt appellatione proximiorum, nec in transitu faciendo de linea effectiva ad contentivam, si per modum regulæ fuerint a Testatore exclusa.*
5 *Testator, si tam in parte dispositiva, quam conditionali vocaverit Masculos ex Masculis exclusis feminis per viam regula Masculi ex feminis non censentur vocati in subsequenti substitutione facta favore consanguineorum.*
6 *Eoque magis, si Testator votum habuerit conservandi agnationem.*
7 *Vocatio masculorum ex Masculis, cum perpetua feminarum exclusione non tantum sexus arguit prædilectionem, sed votum conservandæ agnationis inducit.*
8 *Hocque votum dicitur habitum in omnibus substitutionibus, si perpetuo exclusæ fuerint feminæ.*
9 *Si Testatore prospexerit conservationi agnationis, sub Proximiorum consanguineorum nomine veniunt ii tantum, qui eandem qualitatem Masculinitatis habent in antecedentibus substitutionibus expressam.*

DECI-

DECISIO XXXII.

Rota iterum censuit, perpensa dispositione Testamentaria Baptistæ de Geraldinis, persistendum esse in Decisis coram me, sub diebus 26. Junii præcedentis, & 10. Januarii currentis anni, nimirum dandam esse Alexandro immissionem in tertia parte bonorum fideicommissariorum, de quibus agitur, & pro duabus reliquis Mariæ Magdalenæ, altera uti Cessionariæ A-
1 driani, alteraque ratione detractionum ex persona ipsius Auctorum competen. excluso Equite Francisco Maria ejus filio, cum respectu Alexandri præexistentia, & purificatio fideicommissi, ac bonorum identitas controverti nequeat, prout nec etiam portio competens Adriano, in æquali gradu cum Alexandro existens, minusque detractiones Mariæ Magdalenæ Auctoribus debitæ, juxta plene firmata in dictis Decisionibus coram me editis.

Absque eo, quod in exclusionem Alexandri, & pro totali successione Mariæ Magdalenæ recurri possit ad prætensum anterius fideicommissum Episcopi Angeli conditum de anno 1469. in eadem Maria Magdalena expiratum, quæ in ipso duntaxat hodie innititur, derelicta prætensione uti Agnata succedendi in relato fideicommisso Baptistæ. Quandoquidem Fideicommissum Episcopi Angeli non exhibetur in publica forma, ut illius dispositio, ac etiam expiratio comprehendi possit, & licet insertum reperiatur in *Summario* veteri reperto inter positiones bon. mem. Coccini, tamen ex hoc legitimi documenti vim non acquirit, & si insuper de eo mentio habita fuerit in *dec.* 147. cor. Buratt. nihilominus uti perfunctoria non attenditur, ut responsum fuit in priori Decisione hujus Causæ coram me 15. Ju-
2 nii 1696. §. *fin.* signanter attenta ejusdem fideicommissi ineffectuatione, seu potius revocatione ex dispositionibus posterioribus per eundem Episcopum factis, de quibus in *dec* 171. & 253. p. 13. *rec.* ut etiam advertitur in dicta mea decisione *eadem*, §. *final.*

Eo minus Alexandri exclusio a successione fideicommissaria Baptistæ prætendi potest, ob præexistentiam dicti Equitis Francisci Mariæ. Siquidem Baptista Testator, ut alias relatum fuit, sunt ipsius non controversi Testamenti verba: *Universales heredes instituit, atque fecit Pamphilium, & Annibalem filios legitimos,*
3 *& naturales ipsius Testatoris pro aquali portione, & si aliquis eorum decederet quandocunque sine filiis masculis ex se natis succedat alter, & alter alteri in hereditate ipsius Testatoris; & casu quo ipsorum filii, vel eorum Nepotes, & Pronepotes in infinitum decederent sine filiis masculis, eis & eorundem ipsorum substituit superstites ipsius Testatoris consanguineos proximiores, adeo quod si aliquis masculus ex sua linea masculina remaneat succedat aliis defunctis, si autem non extaret aliquis masculus, dicti proximiores consanguinei succedant, exclusis penitus a successione filiabus feminis, seu feminabus usque in infinitum a successione dicta hereditatis &c.*

Ex qua sane dispositione nedum sequitur, quod præfata Maria Magdalena, licet de effectiva linea descendentium Testatoris, remanet exclusa, cum feminæ fuerint per viam regulæ exclusæ, & a masculis lineæ ef-
4 fectivæ transitus immediatus fiat ad consanguineos proximiores masculos lineæ contentivæ, ut late probat ultima Decisio 10. Januarii præteriti, §. *non obstante præexistentia*, coram me; verum etiam promanat exclusio dicti Equitis Francisci Mariæ filii, licet masculi, nam quidquid sit, an de Jure sub antedictorum consanguineorum proximiorum nomine veniant æque Agnati, ac Cognati, super quo scribentes hinc inde decertabant, in hypothesi visum fuit DD. voluntatem Baptistæ Testanti concurrere favore solorum masculorum Agnatorum, ut ea propter Eques Franciscus Maria, tanquam ex femina descendens, citra dubium remanserit exclusus, eo quia cum ipse Testator in antecedentibus gradibus substitutionum, tam in parte dispositiva, quam conditionali vocaverit semper masculos, exclusis feminis per viam regulæ, inde sequitur, quod deinceps substituendo proximiores ipsius consanguineos de masculis Agnatis intellexerit, ex traditis per Fusar. *de substit.* q.
5 311. *n.* 22. & 23. Peregr. *de fideic. art.* 25. *num.* 47. Rot. *in Rom. Immissionis* 1. *Jul.* 1682. & 5. *Decembris* 1680. cor. Rev. Hervault, & *in Ariminen. fideicomm.* 19. *Julii*, §. *Tamen*, & 1. *Decembris*, 1690. §. *Quod autem*, coram R. P. D. meo Molines, & 3. *Martii* 1692. §. *Ex qua dispositionum*, & 4. *Maii* 1693. §. *final.* coram eodem R. Hervault, in cujus prima, §. *final. Quin urgeat.* respon- 6
detur etiam objecto desumpto ex substitutione diversarum personarum illud in hoc casu non attendi.

Clarius, quia idem Testator respexit etiam ad conservationem Agnationis ex eo, quod masculos ex masculis vocavit, ac feminas perpetuo exclusit, quod non simplicem prædilectionem sexus arguit, ut ajebant Scribentes pro Equite Francisco Maria, sed votum conservandæ Agnationis inducit, Rot. *in rec. dec.* 142. *n.* 14. & 35. *p.* 10. *dec.* 231. *n.* 6. *p.* 19. & *in d. Ariminen. fideicomm.* 19. *Junii* 1690. §. *Votum autem*, coram R. P. D. meo Molines, 7
& 3. *Martii* 1692. §. *Quod autem*, et 4 *Maii* 1693. §. *fin.* coram R. Hervault, quin dicatur tale votum respicere duntaxat primas substitutiones, non autem illam proximiorum consanguineorum, quia contrarium apparet ex perpetua exclusione feminarum, & signanter post ipsam vocationem, ut supra, proximiorum consanguineorum adjecta, quo enim casu voluntas, & animus Testatoris perpetuo, & in quocunque casu Agnationem conservandi elicitur, ut bene dixit Rota *in dec. Ariminen. fideicommissi* 19. *Junii* 1690. §. *Nec obstat*, coram R. 8
P. D. meo Molines, cum ibi allegatis.

Quoties nanque Testator prospexit conservationi Agnationis sub proximiorum consanguineorum nomine, veniunt ii tantum, qui eandem qualitatem masculinitatis habent in antecedentibus substitutionibus expressam, uti firmant mox relatæ Decisiones editæ in *Arimin. fideic.* nempe 19. *Junii* 1690. §. *Tum quia Testator*, coram R. P. D. meo Molines, 3. *Martii* 1692. §. *Idque clarius*, et 4. *Maii* 1693. §. *fin.* coram Reverend. Hervault.

Et ita omissis aliis levioris ponderis conclusum fuit Partibus auditis.

R. P. D. LANCETTA.

Romana Fideicommissi de Alberinis.

Lunæ 10. *Martii* 1698.

ARGUMENTUM.

In fideicommisso ordinato favore lineæ masculinæ feminæ veniunt, si simpliciter vocati fuerint descendentes per lineam de linea, vel ex linea masculina; secus si masculi de linea masculina, cum tunc feminæ nec in subsidium venirent, adeo ut bona penes ultimum masculum libera remanerent.

SUMMARIUM.

1 *Feminæ non admittuntur in fideicommisso condito favore Primogeniti masculi ex linea masculina.*
2 *Hinc bona efficiuntur libera, et transitoria ad quemcunque heredem extraneum, si ultimus decedat absque prole masculina.*
3 *Feminæ veniunt in fideicommisso ordinato favore lineæ masculinæ.*
4 *Limita, si semper in Testamento vocati fuerint filii masculi ex linea masculina.*
5 *Et solum feminæ venire valerent ubi vocati simpliciter sint descendentes per lineam de linea, vel ex linea masculina.*
6 *Feminæ nec in subsidium admittuntur in fideicommisso ordinato pro masculis de linea masculina, & n. 7.*
8 *Optimum est argumentum ductum a discretivo modo loquendi ad effectum feminarum eliciendam exclusionem.*
9 *Mutatio voluntatis oculis corporeis dignosci debet, ut credenda sit.*
10 *Relatio repetit omnes qualitates, quæ in relato continentur, et n. 12.*
11 *Præservativa fideicommissi operatur illius approbationem.*
13 *Omnis sumenda est interpretatio, per quam manifesta repugnantia excludatur.*
14 *Ordo succedendi nunquam ex concordiis innovatus præsumitur.*
15 *Transactio parit exceptionem litis finitæ, ac rei judicatæ, quæ omnes præcedentes prætensiones extinguit.*
16 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
17 *Conjectura suadentes veritatem Testamenti semper aliis contrariis debent prævalere.*
18 *Falsitatis suspicio ex observantia excluditur.*
19 *Qualitas heredis, et Patris inservit pro demonstratione exclusiva falsitatis Testamenti.*
20 *Prout etiam Notarii legalitas.*

DECI-

D E C I S I O XXXIII.

AD successionem bonorum Cæsaris, & Horatii, ac
etiam Rev. P. D. Petri de Alberinis aspirantibus
Ven. Monasterio, & Monialibus Sanctissimæ Purifica-
tionis de Urbe ex Personis Sororum Mariæ Cælestis,
& Mariæ Seraphinæ de eadem familia; Motaque lite
contra R. P. D. Horatium Albetinum eorundem bo-
1 norum possessorem, Causa mihi commissa, dubium de
ordine Sacræ Rotæ proposui, *An, & super quibus bo-
nis sit danda Immissio*, super quo DD. de more con-
sulti, *negative* in omnibus responderunt.

Et quidem quoad bona Cæsaris, DD. pro fundamento
resolutionis ponderabant, quod cum iste, in casu obi-
tus quandocunque Pauli de Alberinis fratris Patruelis hæ-
redis instituti, substituerit ejus filium primogenitum ma-
sculum legitimum, & naturalem, omnesque primogeni-
tos per lineam masculinam ab eo descendentes; Et con-
siderato ulterius casu, quo idem Paulus hæres institutus
sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, decederet,
tunc, & eo casu substituerit (ut sunt verba Testamenti)
*unam de mearum sororum germanarum filiabus: ea, vi-
delicet, quæ tunc temporis nupta reperietur, vel primo nu-
pserit cum uno ex filios D. Joannis Baptistæ de Alberinis
q. D. Marcelli filii, & huic substituto, cum decesserit, ite-
rum substituo filium ipsius primogenitum masculum ex eo-
dem Matrimonio nasciturum, &c. huic que primogenito
substituo in infinitum omnes primogenitos masculos ex li-
nea masculina ipsius descendentes &c.* utique sicuti defe-
cta linea Pauli absque filiis defuncti, fideicommissum pu-
rificatum remansit favore lineæ Joannis Baptistæ, ejusque
descendentium masculorum; Ita consequens est, ut ad-
mitti nequeant ad successionem feminæ, in quibus de-
ficit qualitas masculinitatis, & descendentiæ ex linea ma-
sculina à Testatore requisita: ut firmant Altograd. *cons.*
80. *n.* 911. & 91. & 92. *lib.* 2. Rot. cor. Burat. *dec.* 272. *n* 15.
& *dec.* 454. *num.* 2. & *in Rom. seu Florentina fideic.* 1. *Ju-
nii* 1682. §. *Scilicet*, coram R. Turon. & 6. *Martii* 1684.
§. *Quo supposito*, cor. bon. mem. Rondinino, & *in Fer-
rarien. bonorum* 28. *Junii* 1686. §. *Nec hereditas*, coram
2 Reverendissimo Domino meo Decano, & *in Romana
donationis, seu primogenitura de Aldobrandinis* 20. *Ju-
nii* 1687. §. *Et quidem*, coram eodem, & *in Bonon.
Successionis* 20. *Februarii* 1688. §. *Non quidem*, coram
bon. mem. Emerix.

Sed bene in ultimo descendente masculo ejusdem li-
neæ, qualis fuit R. P. D. Petrus Joannis Baptistæ nepos,
bona effecta fuerunt libera, & sic transitoria ad quem-
cunque hæredem extraneum ab ipso institutum, ad Text.
in leg. cum Pater §. *Libertus ff. de legat.* 2. Altograd. *d.
cons.* 80. *n.* 90. Rota coram Priolo *dec.* 344. *num.* 22. & *in
d. Romana seu Florentina fideicommissi*, §. *Sed bona*, &
*in dict. Romana donationis, seu primogenitura de Aldo-
brandinis*, §. *Ex his in fine*.

Nec obstare visa fuit limitatio adducta per scribentes
pro monialibus, quod ubi feminæ a masculo descendunt,
dicantur esse in linea masculina, utpote illius finis,
quamvis & ipsæ postea fieri possunt principium alterius
3 lineæ femininæ: præsertim quando, prout hic, Testa-
tor a feminis non abhorruit, dum in casu deficientiæ
Pauli ejus hæredis absque filiis legitimis, & naturali-
bus, unam ex suis germanis sororibus expresse ad suc-
cessionem invitavit, ut ex verbis supra relatis; Itaut
saltem in concursu cum extraneo, feminæ in subsidium
sub denominatione lineæ masculinæ admitti debeant.

Etenim cum in hypothesi vocati semper fuerint filii pri-
mogeniti masculi ex linea masculina descendentes, nullo
modo, & ex nulla interpretatione illorum nomine venire
possunt feminæ, quantumvis agnatæ, Molin. *de primog.
lib.* 3. *c.* 5. *n.* 38. & *seq.* Rovit. *cons.* 16. *ex n.* 4. & *sequent.
lib.* 1. Andreol. *centr.* 344. *n.* 22. Rota coram Bich. *dec.* 493.
4 *n.* 6. & *in rec. dec.* 95. *n.* 11. *part.* 11. *et in Senogallien. fidei-
commissi* 28. *Januarii* 1687. §. *Non obstante cum sequ.* co-
ram Reverendissimo Buurlemont, *et in dicta Romana,
seu Florentina fideicommissi*, coram Reverendissimo Turo-
nen. § *Scilicet*, & coram bon. mem. Rondinino, §. *Quo
supposito in fine, et in dicta Ferrar. bonor. d.* §. *Nec haredi-
tas, et in citata Romana donationis, seu primogen. de
Aldobrandinis*, §. *Ex implicita, et in Anconitana fidei-
commissi* 11. Maii 1690. §. *non enim*, coram R. P. D. meo
de la Tremoille, *et in Romana fideic. de Moronis* 10.
Maii 1597. §. *Superfluam*, cor. R. P. D. meo Pio. So-
lumque id forsan procedere posse, ubi vocati *simplici-
ter* essent descendentes per lineam de linea, vel ex li-
nea masculina, nec contrariæ demonstrationes, seu con-
jecturæ concurrerent: ut bene distinguit Card. de Luca
de Jurep. disc. n. 8. *post med. vers. quinimmo*, Reden. *conc.* 5
30. *n.* 15. *et seq. l.* 1. Giovagn. *cons.* 7. *n.* 4. *l.* 1. Rodulph. *al-
leg.* 111. *n.* 6.

Ex ista autem explicita masculorum, & lineæ mascu-
linæ vocatione, insubsistens visa fuit subsidiaria femi-
narum admissio; Maxime cum nulla concurrant verba
communia, quæ sine repugnantia cæterarum partium
possint ad feminas congrue referri; quo casu invaluit opi-
nio per S. Rotam approbata, ut feminæ nec per posterius
censeantur vocatæ ex defectu voluntatis fideicommit-
tentis, tametsi deficientibus masculis, bona ad extra-
neos hæreditario Jure devolvantur: ut probant Gabriel.
consil. 232. *n.* 54. *et sequ. lib.* 1. Altograd. *cons.* 13. *n.* 35. *et* 6
seqq. lib. 2. Rot. cor. Burat. *dec.* 213. *n.* 15. *et seq et dec.* 454.
n. 2. *et in rec. dec.* 203. *n.* 7. *et* 8. *et dec.* 432. *n.* 4. *et seq. p.* 1.
ubi n. 7. respondendo ad absurdum, quod bona transeant
ad extraneum, exclusa femina agnata, inquit, extra-
neum non capere bona ex judicio Testatoris, se ab ulti-
mo masculo, penes quem bona libera remanserunt, *et
in Ferrarien. bonorum* 28. *Junii* 1686. §. *et quamvis, et in* 7
*dicta Romana donationis, seu primogenitura de Aldo-
brandinis*, §. *Tum denique, et in dicta Romana fidei-
commissi de Moronis*, §. 2. *in fine*.

Et quamvis in eventum obitus Pauli absque filiis ma-
sculi substituta fuerit per Testatorem una ex filiabus
sororum, id potius contrariam præsefert voluntatem.
Sicut enim quando Testator feminam admittere vo-
luit, expresse vocavit; Ita dum postea de illis amplius
locutus non fuit exclusisse censetur, ducto argumento
a discretivo loquendi modo, de quo Rot. cor. Ubag.
dec. 17. *n.* 29. *et* 30. *et in recent. dec.* 176. *n.* 27. *et sequ. et
dec.* 328. *n.* 10. *p.* 17.

Hujusmodi autem voluntas apertis verbis in Testa-
mento restricta ad lineam solummodo masculinam, am-
pliata dici nequit ad feminas in Codicillis per eundem
Testatorem conditis, in quibus mentem revolvendo ad
conditionalem filiæ substitutionem in Testamento factam,
nubendi, scilicet, viro ex linea Joannis Baptistæ in even-
tum obitus Pauli, absque filiis masculis legitimis, & na-
turalibus, & forsan prævidens, quod dicto tempore, vel
filia non existeret, vel dictas nuptias recusare posset cum
aliquo ex descendentibus ex linea dicti Joannis Baptistæ.
*E puol' essere, che in quel tempo, ò non ci sia detta figlio-
la, ò non voglia maritarsi con alcuno de' descendenti della
linea del detto Signor Gio. Battista*. Tali casu substituit
lineam masculinam dicti Joannis Baptistæ de primoge-
nito in primogenitum, absque adjectivo masculinitatis,
ex cujus neglecta repetitione scribentes pro monialibus
voluntatis mutationem inferebant, illam etiam confo- 8
ventes ex proœmiali ratione in Codicillis adducta - *E
perchè con la mutazione de' tempi, si muta anco opinio-
ne, volendo però aggiongere alcune cose al detto Testa-
mento, et alcune diminuirle, et altre mutarle etc.*

Geminæ quippe satisfacere videbantur responsiones. Al-
tero, quod Testator in Codicillis providere tantummo-
do voluit in casu particulari, quo filiæ suarum soro-
rum non existerent, vel nubere nollent, sive non pos-
sent; nullamque expressit voluntatem variandi substitu-
tionem descendentium Jo: Baptistæ, & ita sola omissio
non repetitæ qualitatis masculinæ in primogenitis apta
non est ad inducendam mutationem, quæ oculis cor- 9
poreis dignosci debet, eaque suppleri, ac declarari ad
normam Testamenti; Itaut posterior dispositio priori
non contradicat: ut optime firmatum fuit in dicta *An-
conitana fideicommissi* 11. *Junii* 1696. §. *Verum*, cor. R.
P. D. meo de la Tremoille.

Altera, quod in dicta linea Jo: Baptistæ Testator non
solum easdem personas in Testamento nominatas voca-
vit, sed expressam habuit relationem ad illud - *di primo-
genito in primogenito, conforme detto Testamento* - ex cu-
jus natura par debere esse judicium, ac si dictam quali-
tatem masculinitatis ex lege Testamenti in primogenitis 10
requisitam literaliter in Codicillis repetiisset, ut ad pro-
positum respondit Rot. *dec.* 95. *n.* 25. *p.* 11. *et dec.* 274. *n.* 8.
part. 12. *rec. et in d. Romana, seu Floren. fideicommissi*,
cor. bon. mem. Rondinino, §. *Tum quia, et in Romana
fideicomm. de Alberghettis* 3. *Decembris* 1696. §. *Purifi-*

catio

catio vero, coram R. P. D. meo Scotto, *confirmata* 14. *Junii* 1697. coram R. P. D. meo Muto.

Minusque talis alteratio inducta dici potest ex concordia inita de anno 1632. inter Jacobum, & Tiberium filios Pauli primi hæredis, nec non Horatium filium Joannis Baptistæ substitutum.

Quæstio siquidem, quæ causam dedit transactioni, solum promota fuit super continuatione, vel extinctione fideicommissi; Itaut, licet per illam diminutum fuerit fideicommissum, non tamen alterata, minusque innovata fuit qualitas personarum in eodem fideicommisso vocatarum, dum præservando sub illius vinculo Casale, & Domum dictum fuit - *Casale autem, & Domus prædicta reservata convenerunt, quod subjaceant, & subjacere debeant fideicommisso per dictum Cæsarem facto, omnibusque vinculis in eo contentis &c.* ex qua potius clara resultat voluntas illud confirmandi, ut ad propositum simplicis præservativæ tradit Rota coram Coc-
11 cin. *dec.* 1916. *n.* 13. *& seq. & in Senogallien. fideicomm.* 12. *Maii* 1681. §. *Stante præsertim*, cor. bon. mem. Rondinino, *& in Romana Immissionis* 16. *Junii* 1684. §. *Clarius intentio*, coram Eodem.

Nil relevante, quod ex particulari conventione statutum fuerit, ut deficiente linea masculina Pauli, fideicommissum comprehendere deberet lineam prædicti q. Joannis Baptistæ, ex qua simplici mentione lineæ, non superaddita qualitate masculinitatis, novum conventionale fideicommissum feminarum quoque inclusivum constitutum esse supponebatur. Hujusmodi nanque intelligentiæ nimis repugnare visa fuit specialis præservativa fideicommissi per Transigentes emissa, cum omnibus vinculis in eo contentis: Cum qua proinde, sicuti incompatibilis est dicta immutatio in parte adeo essentiali; ita asserendum, vocationem lineæ intelligendam esse cum iisdem qualitatibus requisitis in Testamento, ad quod habita relatio, ut late firmavit Rota *in*
12 *Romana, seu Reatina in fideicommissi* 23. *Januarii* 1697. *&* 2. *Decembris ejusdem anni*, coram Rev. P. . , de la Tremoille, & recurrit regula, quod omnis sumenda est interpretatio, per quam manifesta repugnantia ex-
13 cludatur, ad Text. *in l. Non adeo vers. quod si pure, ubi gloss. ff. de condit. & demonstrat.* Rot. *dec.* 305. *n.* 11. *p.* 14. *rec. & in Romana Immissionis* 16. *Junii* 1684. §. *Quibus stantibus*, coram bon. mem. Rondinino; Potissime, cum ex Juris censura ordo succedendi nunquam ex talibus concordiis innovatus præsumatur, ut ponderat Rota *in Senogallien. fideicommissorum* 12. *Maii* 1681. §. *Sed eadem recurrebat responsio, & in* Romana *Immissionis* 11.
14 *Decembris* 1682. § *Subsistere autem, &* 16. *Junii* 1684. §. *Hac tamen novatio*, coram bon. mem. Rondinino.

Quo vero ad bona Horatii, DD. censuerunt, obstare Monasterio Transactionem initam de anno 1684. *Summario* R. P. D. Horatii *n.* 4 in qua illud pro omni eo, quod præfatæ sorores prætendere possent, expresse in bonis ejusdem Horatii recepit a R. P. D. Petro Alberino certam pecuniarum summam; Unde resultat exceptio litis finitæ, ac rei judicatæ, quæ om-
15 nes præcedentes prætensiones extinguit, ad Text. *Non minorum C. de transact.* Urceol. *de transact. q.* 4. *n.* 52. *&* 53. Rot. *dec.* 86. *n.* 2. 5 *&* 6. *p.* 6. *& dec.* 29. *num.* 6. *p.* 14. *rec. & in Bononien. bonorum* 11. *Decembris* 1682. §. *Nullitas*, coram bon. mem. Emerix, *& in Burgen. Jurisdictionis* 17. *Februarii* 1687. §. *Illud vero*, coram Reverendissimo Turonen.

Eademque transactionis exceptio successionem impedit ad bona Rev. P. D. Petri, cum in ea pariter comprehensa sit renunciatio fraternis hæreditatibus; & tamen ea seclusa, cum d. R. P. D. Petrus testatus decesserit, nil proinde prætendere potest Monasterium ex personis dd. Sororum, tanquam ab intestato hæredum, quarum
16 Causa cessat ex Testamento, ut dictum fuit *in Romana, seu Veneta Immissionis* 28. *Junii* 1694. §. 1. coram Reverend. D. meo Decano.

Et quamvis contra hujusmodi Testamentum plures oppositæ fuerint falsitatis suspiciones per scribentes pro Monialibus; attamen DD inhærentes regulæ, quod ubi
17 adsunt conjecturæ pro illius veritate, istæ semper prævalere debeant, ut firmavit Rota coram Pamphil. *dec.* 670. *n.* 10. *& in Romana, seu Januen. Testamenti* 9. *Junii* 1671. §. *Libratis*, cor. clar. mem. Cardinali Matthæjo, animadvertebant, quod Testamentum fuit a Testatore subscriptum, adjectis etiam, ultra subscriptionem, pluribus verbis ejus voluntatem denotantibus, fuitque per ipsasmet Moniales approbatum, transigendo cum R. P. D. Horatio, tanquam hærede, & quidem de tempore magis proximo successioni. Ex qua observantia quamcunque falsitatis suspicionem excludi probant
Bald. *cons.* 401. *n.* 9. *lib.* 5. Rota coram Cels *dec.* 111. *n.* 9. 18
& in Romana manutentionis 15. *Martii* 1688. §. *Idque potiori*, cor. Reverendissimo Turon. *& in Romana Cambiorum* 2. *Maii* 1695. §. *Tollitur etiam falsitas*, cor. bon. mem. Emerix. Attenta insuper qualitate personarum hæredis, & Patris ejusdem, quam ad propositum considerat Rota *in Romana Testamenti* 16. *Junii* 1692. §. *Et denique* confirmata 20. *Februarii* 1693.
coram bon. mem. Emerix, ac etiam legalitate Notarii, 19
quam pariter observat Rota *in d. dec. sub eodem*, § *Et denique*. Et his omnibus ponderatis *in Perusina fidei-* 20
commissi 5. *Aprilis* 1680. §. *Et ulterius, usque ad fin.* coram bon. mem. Emerix.

Et ita utraque &c.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana Fideicommissi Prosperi Junioris de Caffarellis.

Lun. 8. *Martii* 1694.

ARGUMENTUM.

Deciditur quæstio quæ habetur apud Card. de Luca *de Fideic. disc.* 50. *& disc.* 51. *de Fideic.* an scilicet vocata familia censeatur vocata familia tantum effectiva, vel quoque contentiva.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum ex quibus censeatur restrictum ad personas vocatas, & ad alias non progreditur.*
2 *Fideicommissum conditum pro Domo, & familia Testatoris comprehendit familiam tantum effectivam, non autem contentivam.*
3 *Præsertim, si additum non fuerit cognomen familiæ.*
4 *Substitutio concepta sub conditione, si sine filiis, per filiorum existentiam expirat.*
5 *Pluralitas non resolvitur in singularitatem, si existat persona prædilecta.*
6 *Persona prædilecta, quæ dicatur ad d. effectum.*
7 *Fideicommissum per præmorientiam hæredis caducatur.*
8 *Fideicommissum conditionale non transmittitur.*

DECISIO XXXIV.

DD. censuerunt non constare de fideicommisso, neque particulari neque universali Prosperi Junioris de Caffarellis favore DD. de Caffarellis filiorum Ducis Gasparis filii Joannis Petri; non quidem particulari, quia Testator voluit quatuor Casalia per ipsum possessa, & in Testamento descripta excepta causa satisfactionis suorum debitorum nullo pacto alienari posse, sed, ut sunt ejus præcisa verba *semper remanere in Domo, & familias ipsius D. Testatoris, & supposita dispositione præsentis sui Testamenti*; quicquid enim sit utrum non obstante generali ratione perpetuæ asalium conservationis in Domo, & familia fideicommissum sic dici valeat restrictum ad personas vocatas in testamento, & illis successivis verbis ibi: *Et supposita dispositione præsentis Testamenti*, ut in similibus terminis pro restrictione censuit Rot. *dec.* 669. *n.* 25. *& seq.* coram Merlino, *& in Macerat. fideic.* 10. *Decembris* 1685. §. *fin.* cor. Rev. P. D. meo Benincasa, fideicommissum peculiariter institutum fuit pro Domo, & familia ipsius Testatoris, non autem simpliciter pro Domo, & familia, & ideo complectitur familiam duntaxat effectivam, quæ nuper defecit per obitum Annæ filiæ Petri ultimi masculi descendentis a Testatore; non autem contentivam, de qua sunt iidem DD. de Caffarellis, ut tradunt Ruin. *cons.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Men. *cons.* 233. *n.* 20. Giovagn. *cons.* 36. *n.* 29. *lib.* 1. Fusar. *de subst. q.* 351. *n.* 27. & firmavit Rot. *dec.* 254. *n.* 7. *&* 8. *p.* 12. *rec. dec.* 294. *n.* 10. cor. Coccin. *decis.* 450. *n.* 7. *&* 8. cor. Merl. *dec.* 707. *n.* 7. cor. Dunoz. Jun. *decis.* 65. *n.* 16. *et* 17. coram clar. mem. Card. Cerro *et in Mantuana beneficii* 21. *Junii* 1688. §. *Et denique*, coram R. P. D. meo Ursino, *et* 3. *Junii* 1689. §. *Multoque minus*, coram eodem, *et* 10. *Decembris* 1691. §. *Si quidem*, coram Reverendissimo P. D. meo Manuel. Præsertim, quia vocationi Domus, & familiæ ipsius Testatoris non fuit additum ejus cognomen; quo stante facilius excluditur familia in genere, ac restringitur dispositio ad familiam in specie ipsius Testatoris, ut ponderant Ruin. Jun. *consil.* 482. *num.* 48. Peregr. *consil.* 31. *numer.* 6. *vers. non obstat lib.* 4.

Nec

Nec pariter universali, quia Testator instituit hæredibus duobus filiis Alexandro scilicet, & Curtio, eos invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & quandocunque ipsi decederent sine filiis legitimis, ac naturalibus, tunc, & eo casu ultimo ex iis sic descedentibus substituit Maximilianum Caffarellum sub conditione tamen, quatenus juxta tractatum cum semetipso habitum ante obitum amborum suorum filiorum sine filiis effectum sortitum fuisse ejus matrimonium, ac Faustina sua filii natu majore, & sub contraria conditione matrimonii scilicet effectum non sortiri Joannem Petrum Avum præfatorum DD. de Caffarellis, ut plenius in Testamento ibi: *Instituit DD. Alexandrum, & Curtium suos legitimos, & naturales filios etc.* & eos ad invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quandocunque decederent sine filiis legitimis, & naturalibus; tum, & eo casu substituit ultimo, *et dd. filiis sic morientibus &c.* Dominum Maximilianum Caffarellum, si tamen antequam veniret casus mortis amborum suorum filiorum sine filiis, ut supra sortita fuisset parentela inter ipsum Maximilianum, & Dominam Faustinam majorem filiam ipsius Testatoris juxta tractatum habitum, cum ipso Testatore effectum, & cum d. conditione ipse D. Testator Dominum Maximilianum ad successionem bonorum suorum, & suæ hæreditatis in d. causam mortis amborum filiorum sine filiis legitimis, & naturalibus, & non alias &c. venire, si vero non fuisset sortita effectum d. parentela, tunc ipse D. Testator ultimo ex ejus filiis sic morientibus sine liberis, ut supra substituit &c. D. Joan. Petrum Caffarellum.

Hinc enim triplici fundamento excluduntur iidem Domini de Caffarellis a successione istius fideicommissi. Primo scilicet, quia substitutio Maximiliani, & successive etiam altera Joannis Petri illi consecutiva, ex qua duntaxat Jus Domini de Caffarellis metiri valent, ordinata fuit sub expressa conditione obitus Alexandri, & Curtii filiorum Testatoris sine filiis, & sic utraque expiravit per obitum Alexandri secutum relictis post se pluribus filiis, juxta notorium consilium Oldradi *con-*
4 *sil.* 21. Cum quo passim in his casibus procedit Rota *ut in dec.* 712. *n.* 3. coram Cerro, *in Bononien. fideicommissi de Burgonionis* 27. *Junii* 1683. §. *primo*, coram R. P. D. meo Hervault, *et in dicta Maceraten. fideicommissi* 10. *Decembris* §. *ratio*, coram Reverendiss. P. D. meo Benincasa, nec intrare potest resolutio pluralitatis in suas singularitates ob id, quod Curtius novissimus sine liberis decesserit, ad terminos Text. *in l. heredes mei*, §. *Cum*
5 *ita ff. ad Trebell.* quia cessat hujusmodi resolutio, quando (prout hic) adsunt personæ, quæ ex præsumpta mente Testatoris substitutum excludunt, ut declarat Bart. *in dict. l. heredes mei*, §. *Cum ita in fine*, Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 11. *t.* 5. *n.* 18. Fusar. *de subst. q.* 473. *n.* 30. Rota *dec.* 145. *n.* 4. *p. prima*, *et dec.* 142. *n. duodecimo*, *et dec.* 244. *n.* 6. *p.* 17. *rec.* prout sunt filii fratris præmortui, qui ex liberis Testatoris existunt, & ab intestato substitutum excluderent, & posita leguntur in con-
6 ditione, Sanch. *in d. heredes mei*, §. *cum ita n.* 229. Menoch. *de præsumpt. lib.* 8. *præsumpt.* 186. *n.* 9. Peregr. *de fideicomm. art.* 13. *n.* 48. Rota *d. dec.* 142. *n.* 18. *p.* 17. *in Romana fideicommissi* 9. *Maii* 1678. §. *amplius*, *et* 9. *Junii* 1679. §. *Et per consequens*, coram Rev. Bourlemont.

Secundo, quia inter Maximilianum substitutum, & Faustinam filiam Testatoris conclusum fuit matrimonium, unde defecit altera conditio, quatenus scilicet matrimonium inter eos conclusum non foret, sub qua specifice concepta fuit substitutio particularis Joan. Petri.

Tertio demum, quia Joannes Petrus substitutus prædecessit Curtio hæredi gravato, & sic caducatum fuit fideicommissum *l. ex facto*, §. *si quis autem ff. ad Treb. et leg. Jubemus Codic. eodem titul.* Peregr. *de fideicomm. ar-*
7 *tic.* 15. *n.* 28. Rota *decision.* 272. *n.* 13. *p.* 6. *recentior. et decision.* 238. *et n.* 7. coram Priolo, non refragante illius transmissione forsan alleganda, quia fideicommissum conditionale non transmittitur *leg.* Unic. §. *fin. autem Codic.*
8 *de caducit. tollend. lib.* 4. *ff. de aliment. et cibar. et leg. si ex pluribus in fine ff. de suis, ac legitimis etc.* Rota *dec.* 707. *n.* 13. *et* 18. coram Dunoz. Jun. *et dec.* 119. *numer.* 11. coram Cerro.

Et ita altera tantum &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Fideicommissi Prosperi Junioris de Caffarellis.

Lun. 7. *Junii* 1694.

ARGUMENTUM.

Confirmatoria alterius est præsens decisio.

SUMMARIUM.

1 *SUB nomine familiæ venit tantum effectiva; si reperiatur pronomen* ipsius.
2 *Veniret tamen, si simpliciter vocata esset familia.*
3 *Vel, si vocati fuerint illi de familia.*
4 *Vel, si superadditum fuerit cognomen.*
5 *Aut, si nomen familiæ verificari non valeret nisi in contentiva, ut quia Testator descendentibus careret.*
6 *Id quod Testator omisit consulto omisisse præsumitur.*
7 *Testator semper præsumitur descendentibus in concursu aliorum prædiligere voluisse.*
8 *Prohibitio alienationis non operatur, quod sub nomine familiæ veniant quoque contentiva, licet prohibitio sit realis.*
9 *Non est inconveniens in fideicommissis separatis, quod alii succedant in uno, et aliter in alio.*
10 *Familia contentiva vocata dicitur sub vocatione domus, at si copuletur cum mentione familiæ, et addatur pronomen* ipsius *non veniret.*
11 *Etiam si esset contentiva non remota, sed proxima.*
12 *Actus, qui impugnative geruntur, non sunt allegabiles pro observantia.*

DECISIO XXXV.

IMpugnarunt acriter DD. de Caffarellis in hodierna Causæ repropositione decisionem editam coram me, die 8. Martii proxime elapsi super puncto fideicommissi particularis. Sed tamen Dominis iterum visum fuit de eo non constare, & sic standum in decisis.

Non constat siquidem de fideicommisso, quia Testator alienationem quatuor Casalium, de quibus agitur, prohibuit, volens, ut sunt ejus præcisa verba, *semper remanere in domo, et familia ipsius Testatoris, et supposita dispositioni præsentis sui Testamenti:* Fideicommissum enim ordinatum pro familia cum pronomine *ipsius* ad Testatorem relato, complectitur familiam tantum effectivam, non autem contentivam, quia pronomen *ipsius* est personale, ac genitivum, nomen familiæ specificans, ac restringens ad eam, quæ provenit a Testatore, ut præter allegatos in præ- 1
terita decisione firmant Paris. *cons.* 51. *n.* 5. *libr.* 2. Riminal. Jun. *cons.* 482. *n.* 52. *et seq.* Peregr. *cons.* 57. *n.* 9. *lib.* 5. Fusar. *cons.* 169. *n.* 36. *lib.* 1. Rota *dec.* 479. *n.* 6. *p.* 5. *recent. tom.* 2. *dec.* 226. *n.* 29. *p.* 19. *et dec.* 337. *n.* 2. coram Priol. non obstantibus auctoritatibus in contrarium adductis, quoniam (paucis exceptis, qui loquuntur contra veriorem, & magis receptam DD. sententiam) alii loquuntur, vel in terminis generalibus vocationis familiæ, ut sunt Text. *in l. fin. C. de verb. sign.* Gabr. *cons.* 132. *n.* 58. *et* 59. *lib.* 1. Buc- 2
caser. *cons.* 24. *n.* 2. Castill. *quotid. controv. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 77. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 22. *n.* 12. vel in terminis vocationis familiæ, cum adjectivo cognominis, quod tanquam genericum, in fine positum, enervat vim specifici *ipsius*, ut sunt Alex. *cons.* 213. *num.* 2. *in fin. lib.* 6. Altogr. 3
cons. 95. *n.* 85. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 26. *versic. contraria vero*, Rot. *dec.* 7. *n.* 35. *p.* 19. *recent.* vel in terminis vocationis illorum de familia, quæ magis late patet, nec dicit personalem relationem ad ipsum Testatorem, ut 4
sunt Fusar. *de substit. q.* 351. *n.* 30. Rot. *dec.* 65. coram Cerro, ubi signanter *n.* 12. ita distinguit, & conciliat contrarium sentientes, vel demum in terminis, in quibus substitutio familiæ ipsius Testatoris verificari nequir, nisi in familia contentiva, quia nempe, vel Testator careat descendentibus, vel substitutionem familiæ peregerit post absolutam vocationem omnium descendentium, ut sunt de Marin. *ref. quotid. lib.* 1. *c.* 132. ibique Rodoet. *num.* 31. Castill. *contr. Jur. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 81. Rot. *dec.* 662. *n.* 17. *versic. minus adversatur*, *et seqq.* coram Merlin. *et dec.* 138. *n.* 17. *et seqq.* coram Bichio.

Neque ab hac conclusione retrahere Dominos valuerunt conjecturæ, ac circumstantiæ in facto ponderatæ pro extensione fideicommissi ad familiam contentivam; non enim obstat, quod Testator suum Corpus sepeliri mandaverit in Ecclesia B. Mariæ super Minervam in Sepultura suæ domus, & familiæ de Caffarellis, quodque in fideicommisso univer-

universali, Alexandro, & Curtio suis filiis sine filiis dece-
5 dentibus substituerit Maximilianum a remotissimo commu-
ni stipite descendentem familiæ contentivæ sub conditione
contrahendi nuptias cum Faustina ipsius filia ante obitum
ejus filiorum sine filiis, & in defectum istius conditionis,
Joannem Petrum ipsius ex Fratre Nepotem, & Avum mo-
dernorum DD. de Caffarellis, quasi quod ex his rationem
habuisse videatur etiam familiæ contentivæ; quoniam ge-
neralis nuncupatio domus, & familiæ de Caffarellis in actu
electionis Sepulturæ potius retorqueretur; nam sicut illam
Testator fecit in hac parte, ita etiam fecisset in alia, si vo-
luisset, argumento Textus *in l. unica, §. sin autem ad defi-*
6 *cientis C. de caduc. tollend.* Et substitutio Maximiliani, &
Joannis Petri in fideicommisso universali nihil juvat, quo-
niam Maximilianus substitutus fuit sub conditione nuptia-
rum, & uterque sub conditione, si Alexander, & Curtius
Testatoris filii sine filiis obiissent: Unde ratio, qua Testa-
stator moveri potuit ad substitutionem familiæ contentivæ
in fideicommisso universali, perempta ipsius descendentia
cessat in particulari absolutio fideicommisso favore fami-
liæ, cum dari posset casus, quo ex ultimo de familia supe-
resset, prout actu supersunt descendentes Testatoris, quos
semper ipse præsumitur alienæ soboli prætulisse, juxta
Text. *in l. cum Avus ff. de condit. & demonstr. l. cum acu-*
7 *tissimi C. de fideicom. & leg. gener. §. fin. C. de instit. &*
substit.

Minus relevat, quod Testator fideicommissum pro fa-
milia instituerit cum prohibitione alienationis in rem con-
cepta, & cum verbis perpetuitatis, & non simpliciter pro
familia, sed complexiva pro domo, & familia ipsius Te-
statoris; quoniam prohibitio alienationis quantumcun-
que realis fideicommissum non porrigit ad personas, quæ
sub illo non comprehenduntur, ad tradita per Rot. *in Bo-*
8 *nonien. fideicommissi de Ghisellis* 24. *Febr.* 1685. §. *inefficax*,
cor. R. D. meo Hervault. Perpetuitas intelligitur, & ve-
rificatur curante linea vocatorum, ut notat Fusar. *de sub-*
stit. q. 351. *n.* 29. *& respondit* Rot. *dec.* 300. *n.* 28. *p.* 1. *rec.*
& dec. 669. *n.* 18. coram Merlin. Non refragante replicatio-
ne, quod fideicommissum universale, in quo nulla fuit
perpetuitas contemplata, defecturum non fuisset (ut præ-
tertur) pro obitum Alexandri, & Curtii filiorum Testa-
toris sine filiis, sed transiturum ad Maximilianum, vel
Joannem Petrum: quia non est inconveniens, quod quan-
do (prout hic) agitur de duobus fideicommissis distinctis,
ac separatis, uni succedant in uno, & alii in alio, Rimi-
9 nald. Jun. *cons.* 20. *n.* 8. Peregr. *cons.* 45. *sub n.* 10. *lib.* 1. Et
mentio domus licet regulariter magis late pateat, quam
familiæ, secus tamen est quoties (ut in casu nostro) co-
pulatur cum mentione familiæ, additurque pronomen *ip-*
10 *sius*, quod utranque restringit.

Nec pariter urget, quod DD. de Caffarellis non sint de
linea contentiva remota, sed de linea contentiva Testato-
tori conjuncta per communem Patrem, & quod agatur de
bonis provenientibus ab antiquis utriusque familiæ proge-
nitoribus, & Capitibus, quorum unum familiæ nomine
La Caffarella nuncupatur, quia vis non stat in proximita-
te, vel remotioritate familiæ contentivæ, sed in ejus
comprehensione, quæ cessat, stante pronomine *ipsius*,
denotante provenientiam, seu productionem a Testatore,
prout in specie hujusmodi distinctionem inter familiam,
proximam & remotam reprobat Moder. Lucens. *dec.* 457.
11 *n.* 28. Et avita bonorum qualitas non probatur, quia Ca-
salia Andreæ pervenerunt in familiam Caffarellam ex cau-
sa dotis Ludovicæ Columnæ, in illis constitutæ cum pacto
redimendi, & successivæ transactionis cum eis initæ pau-
lo ante obitum Testatoris, & Casale quod hodie dicitur
La Caffarella, Testamenti tempore denominabatur fons
Virginis; Et probata etiam non relevaret, quando non
agitur de bonis aliquo titulo insignibus.

Denique frustra allegatur observantia ex eo desumpta,
quod Alexander Testatoris filius super omnibus suis bo-
nis ordinaverit fideicommissum etiam favore familiæ con-
tentivæ, quodque Petrus Caffarellus de familia effectiva
Testatoris, obtenta derogatione ipsius fideicommissi ci-
taverit in ejus executione descendentes familiæ contenti-
væ, quoniam Alexander nullibi professus fuit, ac cen-
suit uniformare sese cum dispositione ipsius Patris, & ci-
12 tatio successorum familiæ contentivæ in executione dero-
gationis fideicommissi non se habet approbative, sed im-
pugnative, seu præcisive.

Et ita decisum fuit utraque &c.

REVER. D. EMERIX DECANO.

Romana Fideicommissi Prosperi Junioris
de Caffarellis.

Ven. 3. Decembris 1694.

A R G U M E N T U M.

Binas superius relatas, decisiones confirmandas decidi-
tur cum iisdem quæ superius relata fuerunt.

S U M M A R I U M.

1 *NON obstantibus universalitate, & indepen-*
dentia orationis, favore conservandi agna-
tionem, verbis perpetuitatem denotantibus, ac
realitate prohibitionis alienationis sub nomine fa-
miliæ cum dictione ipsius *non venit nisi familia*
effectiva, non contentiva.

2 *In fideicommisso condito favore domus, & familiæ*
non venit nisi familia effectiva; secus si condi-
tum fuisset favore familiæ, & domus.

3 *Aliæ partes Testamenti inservire non possunt pro*
conjecturanda voluntate defuncti, si loquantur in
diversis casibus.

4 *Contemplatio seu vocatio familiæ contentivæ non re-*
sultat ex simplici vocatione agnatorum.

5 *Nullum potest considerari absurdum, quod citatus*
terminet fideicommissum particulare, quam uni-
versale non obstante vota perpetuitatis in par-
ticulari a Testatore exarata.

6 *Quo casu fideicommissum particulare dicatur suppa-*
situm universali.

7 *In fideicommisso pro familia instituto non veniunt*
descendentes ex feminis.

D E C I S I O XXXVI.

ADmittebant hodie tandem scribentes pro DD. de Caffa-
rellis conclusionem Juris in abstracto, quod in fidei-
commisso familiæ relicto cum pronomine *ipsius* veniat fa-
milia tantum effectiva, non autem contentiva juxta plene
firmata in ambabus hujus Causæ decisionibus, editis 8. Mar-
tii, & 7. Junii cadentis anni; sed dicebant illam, uti sim-
plici præsumptioni innixam, in concreto cessare ex pluri-
bus contrariis præsumptionibus per eos adductis, quibus
tamen per Dominos mature perpensis, & insubsistentibus
agnatis responsum fuit, standum in decisis.

Non enim obstat, quod Testator nulla præcedente descen-
dentium vocatione, sub initio Testam. per caput separatum,
prohibuerit alienationem Casalium cum expressa volunta-
te, ac voto, quod illa semper remaneant, ut sunt verba
præcisa, in Domo, *& familia ipsius D. Testatoris, & sup-*
posita dispositioni præsentis sui Testamenti, quasi quod in
his terminis attenta, tum universalitate, & independentia
orationis, tum etiam favore conservandæ agnationis, tum
denique verbo perpetuitatis *semper*, ac prohibitione aliena-
tionis in rem directa, fideicommissum intellectum, ac voli-
tum dici debeat favore utriusque generis familiæ, tam effe-
ctivæ, quam contentivæ. Quoniam universalitas, & indepe-
dentia orationis specificatur, & restringitur a pronomine *ip-*
sius, quod est possessivum, & indicativum causæ efficientis,
ut præter allegatos in utraq; decisione in principio, late tra- 1
dit Fusar. *cons.* 169. *n.* 37. *& pluribus seqq.* favor conservandæ
agnationis versatur in quocunque fideicommisso pro fami-
lia instituto, quod tamen ex vi pronominis *ipsius* secundum
veriorem, & magis receptam Doctorum sententiam, non e-
greditur familiam effectivam. Et verbum perpetuitatis *sem-*
per, prout & realitas prohibitionis satis verificari, atque ef-
fectum sortiri valent in filiis, ac descendentibus Testatoris,
ut responsum fuit in secunda decisione, §. *Minus relevat*.

Nec juvat ponderare, quod Testator non simpliciter fidei-
commissum ordinaverit pro familia, sed pro Domo, & fa-
milia, cujusmodi verbum *Domus* magis late patere conten-
ditur, & complecti familiam etiam contentivam, quia
(quidquid sit de latiori significatu verbi *Domus*, ac de effe-
ctu hujusce latioris significatus stante successivo pronomine
ipsius) difficultas solum caderet, ubi fideicommissum can-
taret pro familia, & Domo, quæ tunc dictio &, per quam
oratio progreditur de specie ad genus, stare posset augmen-
tative, & verbum *Domus* intelligi in tota sui latitudine.
At quando (prout hic) fideicommissum cantat pro Domo,
& familia, & sic oratio progreditur de genere ad speciem,
dictio & non stat augmentative, sed expositive, seu restri-
ctive, ac verbum *Domus* intelligi nequit ultra terminos
subsequentis verbis familiæ, ut per Odd. *consil.* 45. *n.* 45. 2
Cened. *singular.* 50. *n.* 12. Rot. *dec.* 368. *n.* 21. coram Cerro,
& in puncto fideicommissi conditi pro domo, & fami-
lia habetur apud Cels. *dec.* 367. *n.* 8.

Minus

Minus relevat, quod Testator in fideicommisso universali fecerit substitutionem Maximiliani, & Joannis Petri descendentium familiæ contentivæ, quæ influere dicitur ad ejusdem familiæ compressionem, etiam in fideicommisso particulari; quoniam, præter responsiones huic objecto datas in secunda decisione loc. mox alleg. animadverterunt Domini, quod substitutio Maximiliani, & Joannis Petri restricta fuit ad certos casus, quod scilicet filii Testatoris decederent sine filiis, ac Maximilianus cum Faustina Testatoris filia nuptias contraheret, quodque proinde deservire nequit pro generali norma conjecturandæ voluntatis Testatoris, & maxime cum non simus in eisdem casibus, sed in diversis, ut tradita Fusar. *de substit. q. 11. n. 3. & 4.* Rursus, quod nec
3 in rei veritate dici valet in fideicommisso universali contemplata familia contentiva; nam contemplatio hujusmodi non resultat ex simplici vocatione agnatorum, Gabr.
4 *cons. 88. n. 9. lib. 2.* Mantic. *de conject. lib. 11. t. 14. n. 7.* Rota *dec. 464. n. 14.* cor. Greg. *& dec. 65. n. 10.* cor. Arguell. *& in Bononien. fideic. de Ghisellis 17. Maii 1686. §. 2. concesso*, cor. Rev. Hervault. Et demum, quod, si compresensio familiæ contentivæ in fideicommisso particulari metienda foret ex universali, jamdiu evanuisset per obitum Alexandri unius ex filiis Testatoris cum filiis, per quem evanuit ipsum fideicommissum universale, ut firmatum fuit in prima decisione, *§. Hinc enim triplici*.

Nec turbat, quod procedendo cum intellectu fideicommissi particularis restricti ad familiam effectivam, oriri potuisset absurdum, quod citius expirasset particulare fideicommissum, quam universale, quia nempe, si filii Testatoris sine filiis obiissent, istud purificatum fuisset favore Maximiliani, seu Joannis Petri, & illud cessasset contra verisimilem voluntatem, ac expressum etiam desiderium Testatoris, qui in particulari fideicommisso verbum perpetuitatis adhibuit, quod non reperitur in universali, quoniam nullum
5 plane futurum fuisset absurdum, quod citius terminasset per obitum filiorum Testatoris sine filiis particulare, quam universale fideicommissum; non obstante nota perpetuitatis in particulari a Testatore exarata, ex limitato Testatoris affectu, ac proposito consulendi duntaxat familiæ effectivæ, ita, ut ultimus de familia liberas habere posset habenas disponendi de bonis fideicommissi; Imo re penitus inspecta, nec etiam subsistit, quod per obitum filiorum Testatoris sine filiis defecturum fuisset particulare fideicommissum, quia Testator non solum voluit, quod Casalia semper remaneant in familia, verum etiam supposita, ut sub initio retulimus, dispositioni sui Testamenti, quo stante videtur, sublato cum familia vinculo fideicommissi particularis supposita voluisse illius bona alteri fideicommissi universalis, ut in proximis terminis tradit Dec. *consil. 362. & 497. per tot.* Cafanat. *cons. 47. n. 85. & consil. 56. num. 14.* Rot. *dec. 162. n. 1.* coram Peuting.

Postremo non officit, quod DD. de Caffarellis per duplex medium femininum descendant a filio Testatoris. Quia in fideicommisso pro familia instituto, non veniunt descendentes ex feminis, qui in aliena familia nascuntur, late pluribus adductis, Fusar. *de substit. q. 351. n. 53. & seq.* Non attenta replicatione, quod iidem DD. Actores sint etiam de familia Caffarella, quia ex præfatis non sunt de ea, de qua curavit Testator.

Cetera satis, abundeque sublata fuerunt in præcedentibus Decisionibus, vel adeo futilia futilia sunt, ut non mereantur particularem responsionem.

Et ita decisum utraque &c.

R. P. D. PIO.

Romana Legati de Caraffis.

Veneris 17. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Juxta mentem Card. de Luca *in disc. 52. de Fideic.* & super eodem legato, de quo ibi agitur, hic deciditur, quod in concursu inter existentes in eadem sphæra vel dignitate a Testatore requisita, is præferri debeat, qui Testatori in gradu est proximior.

SUMMARIUM.

1 *Diutina legati possessio illegitima non nocet legitimo legatario, licet de tempore apertæ successionis conditione requisita careret.*

2 *Qui se in legati possessionem præter juris ordinem, ac Testatoris dispositionem intrusit, ipsum jus quod in illo habebat, amittit, neque legitimus possessor, & contradictor dici meretur.*

3 *Legatarius, ad instar fideicommissarii, legati possessionem de manu hæredis capere tenetur.*

4 *Executor Testamentarius suam non potest exequi declarationem, nisi hærede specialiter requisito.*

5 *Paria sunt Inventarium minus legitime, & imperfecte conficere, ac Inventarium non conficere.*

6 *Ubi aliquid sub conditione relinquitur, conditionis eventus sub qua relictum est expectari, ac purificari debet, priusquam adipisci illud quis possit.*

7 *Alienatio alicujus partis sufficit ad effectum, ut usufructuarius dicatur abuti, & privetur commodo totius legati.*

DECISIO XXXVII.

Super bonis ad majorem decorem, & honorificentiam nobilissimæ familiæ Caraffæ olim a claræ memoriæ Cardinali Petro Aloysio Caraffa relictis Cardinalibus, & Prælatis de dicta domo pro tempore Romæ existentibus, & ad præsens a R. P. D. Francisco detentis, petiit hodie coram me immitti R. P. D. Petrus Aloysius Caraffa præfati Cardinalis trinepos, favorabilemque resolutionem reportavit, & jure quidem merito; nam cum Testator in concursu Cardinalium, & Prælatorum sibi proximiores in gradu semper præferendos esse demandaverit, nullusque modo concurrat, qui se arctiori sanguinis necessitudine eidem Cardinali conjunctum contendat; Consequens est, ut ei expostulata immissio sit decernenda, ad Text. *in vulgata lege cum ita, §. in fideicomm. & leg. pete, §. Fratre ibique glossa vers. proximus quisque ff. de legat. 2.*

Neque ad eandem retardandam in nihilo obstare valuit, quod R. P. D. Franciscus ad fruitionem legati jamdiu admissus extiterit, proindeque tametsi supervenerit R. P. D. Petrus Aloysius quæsito tamen emolumento privari nequeat, eo quia de tempore apertæ successionis, quod regulariter in hisce materiis est attendendum, iste requisita Prælaturæ qualitate minime polleret, ex firmatis per Rota in Melevitana legatorum 4. Julii 1692. *§. Quo vero* coram Rever. P. D. meo Caprara. Quidquid enim sit, an in legato de quo agitur, applicari possit dicta Theorica ex particularibus facti circumstantiis, & verbis per informantes pro R. P. D. Petro Aloysio enucleatis, super quo articulo, utpote ad hodiernam decisionem non necessario Domini nihil statuendum putaverunt, hoc unum respondentes, quod cum R. P. D. Franciscus non minus juris ordine, quam Testatoris dispositione spreta sese in possessione legati intruserit, atque 2 dicitur vitio rem legatam occupasse, adeo ut omne jus, quod in illa habebat, amiserit, neque possessor, & legitimus contradictor reputari mereatur, ad Text. *in lege 1.* ubi DD. *communiter ff. quorum bonorum*, Matt. *de succes. legali p. 4. q. 19. art. 1. n. 1. 2. & 3.* Grat. *discept. forens. c. 571. n. 1. & seq.* Castillus *de usufruct. vol. 1. c. 6. n. 21.* & 22. Rota coram Greg. *dec. 206. n. 5. 6. & 10.*

Fuisse vero legatum, de quo est quæstio a R. P. D. Francisco contra juris ordinem, atque contra expressum Cardinalis præceptum acquisitum satis in comperto est. Nam quod attinet ad ordinem jus præmisso, quod ipse possessionem nactus fuit propria authoritate posthabita executorum interpellatione, nulloque præcedente Judicis mandato, & quod pejus est omissa necessaria descriptione mobilium, quorum inventarium omnino a legatario usufructuatio confici debet, Rota *dec. 239. n. 12. & dec. 240. n. 3. p. 15. rec.* cum præterea citatus non fuerit Dominus Princeps Belvederii ejusdem Cardinalis hæres absolutum est, possessionem eo non audito adeptam nullam, atque irritam remanere, cum legatarius ad instar fideicommissarii eandem de 2 manu hæredis capere teneatur, alias, ut inquit Text. *in lege non est dubium Cod. de legatis*, videtur rem subtraxisse, Rota coram Cardinali Cerro *decis. 1. n. 21. & 22. dec. 764. n. 5. & 6. dec. 935. n. 5. & 7.*

Absque eo quod officiat responsio, quod admissus fuerit a Cardinali Innico Caracciolo, tunc temporis Cameræ Apostolicæ Auditore Executore Testamentario, ac in arbitrum electo a clar. mem. Cardinale Carolo Caraffa, & dicto R. P. D. Francisco ad dirimendas controversias inter ipsos exortas ob assecutionem hujus legati: Quia adhuc tamen actus non sustinetur; nam licet executor Testamentarius voluntatem defuncti interpretari valeat, suam ta- 3 men non potest exequi declarationem, nisi hærede specialiter requisito, ut post Gabrielem in puncto notat Card. Mantic. *de conjectur. lib. 3. t. 1. n. 21.* Matt. *de success. legal. p. 4. q. 15. art. 1. n. 18.*

Prout frustra ad supplendum Inventarii defectum allegabatur quædam notula, in qua adnotata reperiuntur nonnulla mobilia hæreditaria Cardinalis Petri Aloysii, tum quia est illegaliter confecta, utpote quæ publici Notarii rogitu noscitur

scitur destituta, ac nulli insuper in ea leguntur adhibiti Te-
4 stes, & sic tanquam informis attendenda non venit, cum paria ad hunc effectum sint descriptionem, seu Inventarium non conficere, vel illud minus legitime, ac imperfecte conficere, Roland. a Valle *de Invent. par.3. §. Quia de substantia n.1. & seqq. inter tract. magn. tom.8. p.2 fol.177.* Mantic. *eod. tract. de Jure deliber. n.58. dicto pariter nu.8. fol.140.* Imo patenter est defectuosa, ex quo non continet omnia alia supellectilia pretiosa hæreditatis, quod magis illius insufficientiam ostendit, Rota *dec.267. n.17. & 18. part.17. & dec.613. n.32. p.18. tom.2. rec.* Tum etiam quia suffragari nequit ob indistinctam, confusam, & genericam rerum descriptionem, quando requireretur expressio qualitatis, quantitatis, ponderis, & mensuræ rerum, ad Text. *in l.1. vers. recte autem, ff. de usufructuario quemadmodum caveat*, Dunoz. sen. *dec.161. n.8.* Peuting. *dec.509. num.8.* Celsus *decis.142. n.2. & in rec. dec.382. n.7. p.19.* Præsertim vero concurrente ordine Testatoris satisdandi pro conservatione, & integra restitutione dictorum mobilium legatorum. Quo stante, nisi descriptio sit specifica in qualitate, & quantitate, pondere, & mensura impossibile redditur, quod regulari possit cautio danda, nec certum esse valeat, pro quibus rebus fidejussores adstricti reperiantur, ut ponderat Rolan. a Valle *tit. ubi supra part.2. qu.36. n.2. fol.127. & p.5. q.ult. n.9. fol.199. a tergo.*

Quod autem attinet ad neglectam Testatoris dispositionem contraventio convincitur palam, ex eo quod Cardinalis Petrus Aloysius Caraffa post relictum legatum Cardinalibus, & Prelatis sibi proximioribus, qui Romæ pro tempore extituri forent, hanc literalem conditionem adjecit: *Con conditione però espressa, che detti Prelati, e Cardinali diano sicurtà idonea di non alienare detti mobili, & argenti, hipotecarli, ò permutarli in qualsivoglia modo, ò per qualsivoglia causa, ma di godere solamente l'uso di essi &c.* quæ sane verba cum manifestam conditionem præseferant legati suspensionem operantem, ut in terminis respondit Rot. *dec.882. n.5. & 6. & seqq.* cor. Dunoz. jun. Inde concludenter sequitur, ut non præstita per R. P. D. Franciscum
5 idonea cautione a Testatore exoptata legatum non acquisiverit; Firma nempe in jure nostro est conclusio, quod ubi aliquid sub conditione relinquitur, conditionis eventus sub qua relictum est prius expectari, ac purificari debet, & tunc dies tantum legati cedit, cum injuncta conditio advenerit, seu adimpleta fuerit, *l. Si post diem ff. Quando dic, Legat. ced. l. Hoc jure*, ubi glossa *verb. peti possit, & verb. non posse, ff. de Verb. oblig. & l.1. §. Sin autem C. de caduc. tollen.*

Sed quo clarius demonstraretur quantum supremam Testatoris volūtatem despexerit R.P.D. Franciscus illud quoque ponderatione dignum sese exhibet, quod cum anno 1680. ab humanis excessetit memoratus Cardinalis Carolus Caraffa ipse a R. P. D. meo Caprara tunc dignissimo A. C. Locumtenente sub die 7. Septembris mandatum obtinuit de immittendo in forma (executionibus tamen testamentariis, & hærede non citatis) ad possessionem medietatis mobilium, Bibliothecæ, aliorumque legatorum a dicto Cardinali dum viveret retentorum: *prævia descriptione* (sunt verba decreti inhærentis testamentariæ dispositioni Cardinalis Petri Aloysii) *mobilium, & Bibliothecæ, ac facta obligatione, & præstita cautione in actu remissionis, & consignationis de illa restituendo aliis vocatis in dicto legato;* & in hujus mandati executionem tam dictorum mobilium, quam Palatii, & apothecarum ac locorum Montium 41. possessionem apprehendit absque eo, quod in minimo præscriptam a dicto Jure conditionem adimpleverit; unde elicitur, quod contempta Testatoris mente, & consecutiva forma decreti per ablativum concepti importans conditionem, Rot. apud Posth. *de manut. decis.215. n.15.* nulla in dictum R. P. D. Franciscum translata fuit legitima possessio, Rot. *dec.566. per totam*, apud Posth. ubi supra, & cor. Bich. *dec.519. n.9.*

Ex his igitur satis superque ostensum fuit, R.P.D. Franciscum nulliter in legati possessionem se intrusisse, & ideo, uti merum bonorum detentorem, non posse impedire immissionem a R. P. D. Petro Aloysio petitam. Sed ulterius ex altera, & quidem non minus urgenti ratione visum est d. immissionem decernere, & ea est, quod cum R. P. D. Franciscus contra Testatoris prohibitionem, qui adeo enixe bonorum legatorum conservationem efflagitavit, ut liquet ex illius Testamenti lectura, Summario actoris *n.1. lit. B. & C.* loca Montium, commoditatem percipiendi fructus ex Palatio, & Apothecis, Bibliothecam, aliaque pretiosa mobilia, & sic omnes effectus, & reditus legati ad splendidam sustentationem Prælati destinatos, etiam in præjudicium irreparabile omnium de familia Caraffa, qui deinceps perpetuis futuris temporibus compariturì sunt ad obtinendum legatum, distraxerit, profecto fruitione dicti legati amplius dignus esse nequit, ita sanciente Text. *in l. peto, §. fratre, & in l. cum Pater filios, §. liberis ff. de legatis 2.* Rota *dec.205 n.2. p.15. rec.* cum tamen sufficeret alienatio partis ad effectum, ut usufructuarius dicatur abuti, & privetur commodo totius legati, juxta doctrinam Castill. *de usufruct. cap.24. per totum*, a quo cum ceciderit apertus fuit locus novo concursui, in quo R.P.D. Petrus Aloysius Testatori proximior, & requisitis qualitatibus munitus ex Testatoris lege venit præferendus.

Et ita post tertiam causæ propositionem, & demandatam exhibitionem Inventarii, ac recognitionem status hæreditarii resolutum fuit.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PIO.

Romana legati de Caraffis.

Vener. 13. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Declarantur decisa in præcedenti decisione.

SUMMARIUM.

1 *Possessio vitio nullitatis infecta, nullum jus tribuit ad legitimum titulum.*
2 *Cautio a Testatore efflagitata non potest idonee dari, non citato Executore vel hærede.*
3 *Productio tituli invalidi cessare facit præsumptionem alterius tituli.*
4 *Legatum, cujus possessionem quis nulliter ingressus est, dicitur vacare.*

DECISIO XXXVIII.

Adversus decisionem editam coram me die 17. Junii anni præteriti, in qua R. P. D. Petrus Aloysio Caraffa trinepoti clar. mem. Card. Petri Aloysii concessa fuit immissio ad bona ab eodem legata Cardinalibus, & Prælatis Romæ degen. scribentes pro R.P.D. Francisco hujusmodi legati detentore sperantes recessum triplici invitabantur fundamento. Primo, quod dictus R. P. D. Franciscus valuerit propria auctoritate adipisci possessionem legati; altero, quod ex lapsu 30. annorum insurgat præsumptio adimplementi conditionis a Testatore præscriptæ; & tertio deniq; quod cum ipse R. P. D. Franciscus reperiatur in possessione turbari nequeat a R. P. D. Petro Aloysio licet proximiore, & quo ad hunc effectum habilitas requiritur de tempore apertæ successionis, veruntamen his minime refragan. Dominis visum est persistere in resolutis, hoc unum tantum superaddentes, quod interim apponatur Oeconomus per modum provisionis, & sine præjudicio jurium Partium ad effectum exigendi, deponendi, & consignandi cui de jure.

Non enim relevat primum; etenim quidquid sit an in casu præsenti teneretur nec ne R. P. D. Franciscus capere legatum de manu hæredis, eo quia illud sit clarum, neque hæredi ulla competeret detractio, in quibus terminis legatarium possessionem rei pure, & absque ulla conditione legatæ nancisci posse, Rota in Carpentoraten. hæreditatis, seu fideicommissi super manutentione 24. Apr. 1690. cor. R. P. D. meo Priolo §. *Nec dicatur*, & in Veliterna manutentionis 10. Decembris 1691. §. *Et Quamvis*, cor. R. P. D. meo Molines; certum tamen est, quod cum tam ex lege Testamenti relati in mea *dec.* § *Quod autem*, quam etiam ex forma demandata a R. P. D. meo Caprara tunc A. C. Locumtenente in secunda admissione R.P.D. Francisci, de qua in eadem *dec. §. Sed quo clarius* danda prius esset idonea cautio, & in hoc dictus R.P.D. Franciscus defecerit, hinc sequitur manifeste ut possessio ab ipso contra dispositionem Testatoris, ac Judicis Decretum adepta patentis nullitatis vitio infecta remaneat proindeque nullum in eundem translatum 1
fuerit jus efficax ad tribuendum legitimum titulum possessionis Peregr. *de fideicomm. art.43. nu.9.* Argel. *de acquir. possess. q.8. art.13. n.1. & seqq.* Altimar. *de nullit. rub.11. q.39. n.60.* & bene Rota *dec.438. n.2. p.2. & dec.189. num.2. p.17. rec.* & cor. Cocc. *dec.1642. n.2.*

Neque requisitam cautionem potest supplere attergatio 20. locorum Montium facta a R. P. D. Francisco, quippe quia dum Cardinalis Testator adeo enixe efflagitavit præstationem cautionis, & quidem idoneæ, utique non potuit R. P. D. Franciscus non citato Executore, vel hærede, & irrequi-

requisito Judice, cui spectabat recognita qualitate, & quantitate bonorum legatorum super idoneitate cautionis judicium proferre, eludendo mentem Testatoris, ut exitus de facto comprobavit, ex quo prædicta loca montium fuerunt deinceps directa sibimet ipsi jus dicere contra regulam, Text. *in l. vetat ff. de eo quod met. caus. & in l. meminerunt, C. unde vi*, præcipue vero non confecto inventario, sine quo quemadmodum regulari non poterat fidejussio, ita etiam impeditur modus reddendi rationem, ut notat Cancer. *var. resol. par.* 3. *& de invent. cap.* 2. *n.* 1. Capel. Tolos. *dec.* 315. *n.* 13. Rota *dec.* 521. *n.* 13. *p.* 18. *rec.*

Minus obstat secundum, tum quia ultra quod mandatum de immittendo relaxatum fuit a R.P.D. Caprata anno 1680. ideoque non effluxit tempus habile ad inducen. aff. legalem præsumptionem, nec adest lapsus 30. annorum, qui ad illam requiritur, Adden. ad Butatt. *decis.* 97. *n.* 12. *vers. minus autem tempus*, Rot. *dec.* 41. *n.* 17. *&* 18. *p.* 10. *rec.* & in Calaritana pensionis prima Decembr. 1692. §. *Prout nec*
2 *refert*, coram Reverendiss. Decano. Tum etiam, quia quando, prout in hoc casu, agitur de conditionibus respicientibus indemnitatem, & cautelam tertii videlicet successivorum legatariorum, non sufficit præsumptio, sed requiritur veritas, alias actum esset de indemnitate, & cautela successorum, & voluntas Testatoris fieret inanis, & elusoria, quod esse non debet, Cassan. *cons.* 19. *n.* 12. Garz. *dec. Bononien* 105. *n.* 35. Argel. *de acquir. possess. art.* 40. *q.* 8. *n.* 49. Tum demum, quia quando hæc suffragari possit, eliditur objectum ex eo, quod tunc tantum longæva possessio secum ferre posset præsumptionem adimplementi conditionum a Testatore præscriptarum, nimirum si R. P. D. Franciscus unice suffultus esset præsidio diuturnitatis temporis, at secus quando allegavit adimplementum desumptum ex attergatione locorum Montium, quod cum dignoscatur insufficiens, & minus idoneum ex rationibus superius animadversis, hoc casu certum est, quod simplex præsumptio nullius est roboris, dum productio tituli invalidi cessare facit præsumptionem alterius tituli per ea, quæ tradunt Paris. *cons.* 27. *n.* 119. *lib.* 1. Rota coram Seraph. *dec.* 1236. *n.* 4. & coram Seraph. *dec.* 1235. *n.* 4. & coram Coccin. *dec.* 552. *n.* 8. & cor. Dunoz. jun. *dec.* 731. *n.* 75.

3 Nullius denique momenti visum est tertium, siquidem cum R. P. D. Franciscus nulliter ingressus fuerit possessionem legati ob non servatas conditiones a Testatore etiam a
4 Judice demandatas, illud ad præsens dicitur vacare, & proinde inutilis est quæstio promota, An sufficiat habilitas superventa post apertam successionem, quæ tunc solum discutienda foret ubi rite, & recte idem R. P. D. Franciscus possessionem adeptus fuisset, & esset legitimus contradictor, cum itaque R. P. D. Petrus Aloysius extra controversiam sit proximior, & polleat omnibus aliis qualitatibus requisitis, venit immittendus, ut firmatur in mea priori *dec.* §. *fin.*

Rejectis igitur objectionibus contra decisionem excitatis, seu verius repetitis, inconcussa semper remanent ejusdem decisionis fundamenta, & præcipue illud, quod cum R.P.D. Franciscus, spreto Testatoris præcepto, devenerit ad alienationem effectuum legati recensitorum in sæpe memorata mea *dec.* §. *Ex his igitur*, & quatenus etiam per hypothesim censeri deberet legitimus possessor, adhuc tamen privandus foret, ut ultra relatos in citato § *Ex his igitur d. decisionis*, notat Andr. *contr.* 47. *n.* 1. Gall. *de fruct. disp.* 36. *art.* 7. *n.* 14. *&* 54. cum ibi plene cumulatis.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana legati de Caraffis.

Lunæ 25. *Junii* 1696.

A R G U M E N T U M.

Duæ præcedentes decisiones confirmantur.

S U M M A R I U M.

1 R*Egula, quod minime attendi debeat supervenientia qualitatis ad adipiscendum legatum requisitum, post acquisitum alteri legatum, non admittitur, si legatum illegitime acquisitum fuerit.*

2 *Non adimpletis conditionibus Testamentariis, mandatum de immittendo nullam transfert possessionem.*

D E C I S I O XXXIX.

QUamvis Defensores R.P. D. Francisci de Caraffis intra legitima tempora appellaverint a sententia lata per Dominum meum Pium, in qua, præviis duabus decisionibus 17. Junii 1695. & 13. Januarii proxime præteriti, pronunciatum fuerat, R.P.D. Petro Aloysio tanquam ex Fratre Trinepoti Testatoris, eique in gradu proximiori concedendam esse immissionem ad fruitionem legati ab eo relicti pro majori honorificentia, & decore Cardinalium, ac Prælatorum de dicta Domo Caraffa pro tempore Romæ degentium; Parum tamen forsitan confidentes de propriis juribus, nihil ultra a multo tempore agere duxerunt; unde renovata instantia per R.P. D. Petrum Aloysium proposui hodie dubium, *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda?* Cui DD. confirmatione responderunt, quia validitas resultat ex Actis, juxta *vulgat. dec.* Caputaq. 260. *p.* 2. & justitia, quæ sola revocari potuisset in controversiam, abunde vindicata remanet ex allegatis geminis decisionibus, quæ sententiam de more præcesserunt, ut in similibus terminis dixit Rota *decis.* 81. *n.* 6. *& dec.* 183. *n.* 2. *p.* 19. *rec.*

Nec iterum obstare visa fuit difficultas in præteritis causæ disputationibus acriter promota, quod eo tempore, quo R. P. D. Petrus Aloysius ad Prælaturam admissus, pollere cœpit qualitatibus requisitis a Testatore, jandiu R. P. D. Franciscus reperiretur in possessione legati, a qua propterea removeri nequeat per supervenientiam alterius licet in gradu proximioris: Quia quidquid sit, an propterea particulares facti circumstantias, eximamque voluntatem Testatoris præferendi semper sanguine conjunctos sibi proximiores in gradu, locum sibi vindicare valeat regula, quod minime attendi debeat supervenientia qualitatis, post acquisitum alteri legatum? Locum sibi sane non vindicat in hoc casu, quo R.P.D. Franciscus nunquam legitime acquisivit legatum, quia nempe nullo Juris ordine servato, nullaque etiam præstita idonea cautela de restituendo bona sub legata cadentia aliis vocatis, eaque nullatenus alienandi, hypothecandi, vel permutandi, sese de facto, propriaque authoritate intrusit in possessionem legati contra literalem dispositionem Testatoris sub conditione suspensiva conceptam, In his enim terminis neque possessor, neque legitimus contradictor reputari potest ad impediendam immissionem alteri requisitis qualitatibus præpollenti, ut latius firmat 1. decisio 17. Junii anni proxime præteriti, §. *Neque ad eandem*, *&* §. *seqq.* coram R. P. D. meo Pio. 1

Prout nec etiam suffragari replicatio, quod R.P.D. Franciscus admissus fuerit ad participationem legati per clar. mem. Card. Innicum Caracciolum, Executorem deputatum a Testatore, quodque deinceps illius possessionem adeptus fuerit vigore mandati de immittendo, relaxati per D. meum Caprara tunc A.C. Locumtenentem; Quoniam admissio reportata ab Executore operari quidem potuit declarationem, quod ipse admittendus foret ad participationem legati, nullo alio tunc comparente, qui sese proximiorem ostenderet Testatori: At non ulterius validitatem possessionis per eum, ut superius ostensum fuit, spretis legibus in Testamento præscriptis, de facto, & nulliter apprehensæ, Mandatum vero de immittendo relaxatum fuit sub iisdem conditionibus ad formam Testamenti per legatarium adimplendis, quibus non adimpletis, impeditum fuit principium acquisitionis, nullaque in eum translata legitima possessio, ad Text. *in l. qui hæredi* §. *fin. ff. de cond. & demonstr.* Rota 2
penes Posth. *de manut. decis.* 507. *per tot. dec.* 882. *n.* 5. *&* 6. coram Dunoz. jun. *& dec.* 34. *n.* 35. *p.* 19. *rec.*

Eoque facilius DD. in hanc sententiam venere, Quoniam ex pluribus documentis, quæ hactenus reperiri potuerunt, quæque in dies noviter reperiuntur, clare potuit, R. P. D. Franciscum notabiliter deteriorasse substantiam legati; Nam præter alienationem commoditatis percipiendi fructus ex Palatio, & apothecis, plura etiam loca Montium, mobilia pretiosa, & pecuniæ ex præcepto Testatoris investienda pro perpetua manutentione, & conservatione ejusdem legati, per ipsum irrevocabiliter alienata fuerunt, aliaque etiam collusive, & simulate investita in grave præjudicium omnium successive vocatorum. Ex his enim omnibus sicuti dici posset ipsum cecidisse a commodo ususfructus, etiam semel legitime acquisiti, ad tradit. per Castil. *de usufruct. cap.* 24. *per tot.* ita fortius cecidisse dicendum est eo nunquam valide, & legitime obtento. Et ita &c.

REVER. D. EMERIX DECANO.

Romana legati de Caraffis super sequestro.

Lunæ 26. *Junii* 1696.

A R G U M E N T U M.

Cum ex superioribus decisionibus impositum fuerit sequestrum super legato controverso, petita illius remotio denegatur.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Creditoribus nulla competit defensio ad remorandam appositionem sequestri.*
2 *Quocunque tempore sequestrari debet vitiosa possessio;*
3 *Eoque facilius cum urgent circumstantiæ.*
4 *Bona fides creditorum eos non relevat in præjudicium legitimi successoris.*
5 *Non eadem est ratio debitoris solventis putativo hæredi, ac creditoris illi mutuo danti.*
6 *Nec fideicommissarii post factas alienationes Religionem bonorum incapacem ingredientis.*
7 *Resoluto jure datoris, resolvitur etiam illud acceptoris.*

D E C I S I O XL.

POst resolutionem Dubii principalis, quam hodie favorabilem obtinuit R. P. D. Petrus Aloysius de Caraffis super confirmatione sententiæ D. mei Pii, successit examen alterius subalterni super remotione sequestri petita per creditores R. P. D. Francisci ejus Adversarii, quod tamen neutro ex capite nullitatis aut injustitiæ contra illud oppositæ Domini censuerunt esse removendum.

Non quidem ex primo nullitatis, quod sequestrum appositum fuerit, non citatis iisdem creditoribus, in quos per R.P.D. Franciscum translata fuerat commoditas percipiendi fructus bonorum legatorum. Quia nulla requirebatur eorum citatio, ubi prout hic, lis solum introducta fuerat adversus R. P. D. Franciscum detentorem legati, nec ulla
1 iisdem competebat defensio ad remorandam appositionem sequestri, ad trad. per Honded. *cons.* 20. *n.* 10. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. c.* 502. *n.* 35. Giurb. *dec.* 62. *n.* 17. *in fin.* Add. ad Buratt. *decis.* 166. *n.* 12. & in Romana, seu Portuen. devolutionis Tenutarum 5. Maii 1687. §. Nec denique coram me. Præsertim, quia commoditas fructuum translata fuerat pendente lite introducta usque ab ann. 1680. super hoc ipso legato ad instantiam R. P. D. Francisci Mariæ alterius collitigantis, sicque cum viro litigioso eidem inhærente, per quod redditur valida executio, etiam non citato possessore, in quem, lite pendente, facta fuit translatio, ad firmata per Rot. *dec.* 131. *n.* 2. coram Cavaler. *dec.* 96. *n.* 5. coram Merlin. *dec.* 253. *n.* 13. *&* 14. cor. Bich. *dec.* 268. *n.* 13. *p.* 10. *& dec.* 354. *n.* 9. *part.* 16. *rec.* Imo quatenus etiam (uti subjungebant informantes pro R. P. D. Petro Aloysio) requisita fuisset eorum citatio, superabundarent eæ quæ pro ipsorum prætenso Jure, & interesse ipsis transmissæ fuerunt in actuali Oeconomia. Ex his enim cessat quælibet nullitas ex defectu citationis, quæ duntaxat requiritur ad hoc, ut Reus Jure deducere valeat, & certior fiat de instantia Actoris, ad notat. per Rot. *dec.* 191. *n.* 19. post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 134. *n.* 6. *p.* 9. *dec.* 190. *n.* 1. *&* 10. *p.* 16. *dec.* 169. *n.* 4. *& seqq.* coram san. mem. Alex. VIII. & in Romana, seu Portuen. devolutionis Tenutarum 1. Maii 1687. §. *Tales autem*, coram me.

Minus ex altero Injustitiæ deductæ ex eo, quod Judicium incipere non debeat a sequestro, juxta Text. *in l. unica C. de probib. sequestr.* Quia contrarium procedit quando (ut in hoc casu) per geminas decisiones, & subsecutam senten-
2 tiam R.P.D Franciscus, cujus nomine possident creditores, declaratus fuit intrusus, & vitiosus possessor; Quocunque enim tempore sequestrari debet vitiosa possessio, ad trad. per Uber. *de cit. p.* 3. *fol.* 61. §. *An quando*. Cassador. *dec.* 3. *in fin. de restit. spol.* Rot. *dec.* 10. *& dec.* 91. *utrobique n.* 1. cor. Ludov. eoque facilius, concurrentibus, ut hic, geminis circumstantiis, prima nempe quod (sicuti ex pluribus alienationibus hucusque factis arguere licet) justus adest timor
3 majoris etiam bonorum dilapidationis in futurum faciendæ, quam in proposito ponderat Joan. Ant. *ab Ecclesia observ.* 201. *n.* 1. Rot. *dec.* 654. *n.* 2. cor. Buratt. & secunda, quod fructuum recuperatio reditur valde difficilis a R.P.D. Francisco nihil possidente in ditione Ecclesiastica, in his enim terminis sequestrum apponi solet, ac debet etiam sub initio litis, ad trad. per Rot. *dec.* 150. *n.* 3. *p.* 1. cor. Put. *dec.* 13. *n.* 3. *p.* 2. *decis.* 246. *n.* 3. *p.* 3. *divers. et dec.* 136. *n.* 3. *in fin. p.* 2. *rec.*

Neque adversus præmissa suffragari voluit bona fides, qua creditores sese legitime contraxisse, asserebant cum R.P.D. Francisco. Quia, perpensis omnibus facti circumstantiis, nulla visa fuit adesse bona fides, tam respectu R.P.D. Francisci, quam ejus creditorum, sed potius omnia redolere malam fidem; & quatenus etiam videretur adesse bona fides, ea non relevaret in præjudicium legitimi successoris; sibi-
4 met enim ipsis imputare debent creditores, qui non recognita melius conditione sui debitoris, cum eo contraxerunt, ad reg. Text. in *l. qui cum alio* 20. *ff. de regul. jur.*

Prout nec etiam applicabilia visa fuerunt exempla debitoris bona fide solventis hæredi putativo pretiū cessionis, per quod ipsi resultat liberationem, declarat Text. *in l. Statu lib. §. Quintus Mutius ff. de Statu lib.* Salgad. *in labyr. cred. p.* 2. *c.* 9. *n.* 117. *&* 118. Ac rursus fideicommissarii qui post factas alienationes professionem emiserat in Religione bonorum incapaci, cujus contractus durante ipsius vita sustineri, respondit Bald. *cons.* 280. *n.* 2. *lib.* 1. Quia pro responsione Domini advertebant, speciali quidèm favore liberationes debitorum solventium bona fide hæredi putativo cautum fuisse, 5
quod liberatio iis facta afficiat etiam verum hæredem, reservata huic duntaxat actione adversus putativum. At secus esse in contractibus per eum gestis, cujus obligationes non transeunt ad verum hæredem, ut distinguendo tradit idemmet Salgad. *in labyr. cred. loco in contrarium allegato n.* 114. *&* 115. *& n.* 126. *& seqq.* Exemplum vero fideicommissarii ingredientis Religionem esse extra terminos hujus casus, in 6
quo non agitur de jure creditorū resoluto ex actu voluntario debitoris, sed ex actu necessario, atque ex ipsamet natura rei, & voluntate Testatoris, in quibus terminis subintrat alia juris regula, quod resoluto jure datoris resolvitur etiam illud acceptoris, de qua Bald. *d. cons.* 280. *n.* 2. *v. in contrarium facit lib.* 1. Barb. *in l. si constante* 25. §. *fin. sub n.* 18. *&* 7
sub n. 22. *vers. quia propter factum voluntarium ff. solut. matr.* Tondut. *de pension. cap.* 21. *n.* 12. *cum concord.* Et ita &c.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana legati de Caraffis super manutentione sive immissione.

Lunæ 25. *Junii* 1696.

A R G U M E N T U M.

Non admissus ad participationem legati, frustra petit in illo manuteneri, vel immitti, si non sit in gradu proximior.

S U M M A R I U M.

1 *Remedium manutentionis non juvat non admissum ad possessionem.*
2 *Retentio quorundam mobilium, & cohabitatio simultanea cum possessore, non probat possessionem.*
3 *Testes deponentes de auditu ab aliis, nec formiter examinati, non sunt attendendi.*
4 *Immissio non debet concedi, nisi se probanti Testatoris proximiorem.*
5 *Verba pluralis numeri non indicant semper simultaneam, sed tantum successivam vocationem plurium.*

D E C I S I O XLI.

PRiorum duorum dubiorum resolutioni successit ultimo loco examen tertii super manutentione, sive immissione, petita per R. P. D. Franciscum Mariam ad participationem legati, super quo consulti pariter hodie Domini responderunt, neque manutentionem, neque immissionem ei esse concedendam.

Non quidem manutentionem, quia nullibi constat, ipsum admissum fuisse ad illius participationem, atque illud ab eo saltem pro parte possideri, quibus non concurrentibus locum sibi non vindicat manutentionis remedium, juxt. *vulg. text. in* §. *Retinendæ Instit. de Interd.* 1

Neque ejusmodi possessio sufficienter probata remanet ex retentione partis mobilium sub legato cadentium, aut ex simultanea cohabitatione cum R.P.D. Francisco tunc possessore legati. Quia retentio mobilium bene tribuitur juri familiaritatis, sive custodiæ, ubi (prout hic) per clara argumenta non ostenditur contrarius titulus, sive causa participationis, & Palatium inhabitatum a R.P.D. Francisco non est comprehensum sub legato, aut hæreditarium Testatoris; Ideoque simplex illius inhabitatio non suffragatur ad obtinendam manutentionem super Palatio, & aliis bonis legatis, quæ duntaxat conceditur ad terminos possessionis, juxta notata per Rotam *dec.* 314. *n.* 2. cor. bon. mem. Coccin. *dec.* 182. *n.* 1. *p.* 15. *& dec.* 257. *n.* 6. *p.* 18. *rec.* 2

Prout nec etiam ex dispositionibus Testium inductorum ad probandam conclusionem concordiæ cum R.P.D. Francisco super eadem legati participatione: quia Testes simpliciter de illa deponunt ex auditu ab aliis, nec indicant, a quibus illi eam audiverant, minusque fuerunt formiter examinati, ac propterea, nec in præsenti manutentionis Judicio veniunt attendendi, ad tradita per Rotam *decis.* 166. *n.* 38. *&* 39. *& dec.* 255. *n.* 21. penes Paroch. *de manut.* 3

Neque simpliciter immissionem, quia R.P.D. Franciscus Maria non probat, se esse proximiorem Testatori, uti opus esset ad consequendum legatum relictum familiæ, in quo non omnes de familia insimul succedere debent, sed uti quisque proximior est Testatori, juxta *punctual. dec.* Text. *in* 4

l.cum ita §. In fideicommisso l. Petro §. fratres, ibique gloss.
vers. Proximus ff de legat. 2. Mantic. *de conject. lib. 8. tit. 12.*
num. 3. et 19. Peregr. *de fideicomm. art. 19. n. 12. et 13.* Rot.
de success. 325. n. 18. p. 17. rec. dec. 81. n. 2. 3. coram Arguell. *et*
in Romana seu Januen. legati 4. Junii 1687. in princ. coram
me. Adstipulante præsertim ultra juris dispositionem ex-
plicita voluntate Testatoris pro perpetua prælatione pro-
ximiorum, quæ clarius indicat ordinem observandum in-
ter vocatos, ut primo loco admittantur proximiores, iis-
que cessantibus, locus fiat remotioribus, quam in propo-
sito ponderat Rota *dec. 9. n 8* coram Zatar.

Nec in contrarium urget ponderatio, quod legatum
conceptum fuerit per verba pluralis numeri, indicantia si-
multaneam vocationem plurium. Quia quidquid esset, si
ageretur de legato momentaneo, unico actu per hæredem
explendo; secus est, quando (ut in hoc casu) agitur de le-
5 gato successivo quod in perpetuum præstari debet; In his
enim terminis verba pluralitatem denotantia respiciunt so-
lum pluralitatem successionum, sive personarum unius sci-
licet post alteram, non etiam pluralitatem ipsarum, uno
eodemque tempore consuccedentium, ex adduct. per Si-
mon de Pret. *de interpr. ultim. volunt. dub. 1. solut. 12. n. 28.*
lib. 3. alias enim irrita remaneret atque instantanee corre-
cta intentio Testatoris, qui demandando prælationem pro-
ximiorum, pernecesse dicendum est, voluisse unicum dun-
taxat in utroque ordine Cardinalium, & Prælatorum esse
debere legatarium: Neque ulterius assecutus fuisset effectum
honorificentioris tractatus, & decoris, ab eo principaliter
voliti ex possessione legati, quod forte divisum in plures
ex copiosissima familia, reddi potuisset nullius, aut saltem
parvi momenti, ad tradita in his terminis per Paul. de Castr.
cons. 383 sub n. 1. vers. Quando unicum lib. 1.

Minus etiam officit observantia in contrarium allegata
pro simultanea admissione plurium ad participationem le-
gati; Quoniam illa probata non fuit in casu, quo (pro ut
hic) remotior concurrit cum proximiore; Imo potius ex-
cluditur ex obligatione assumpta per bon. mem. R. P. D.
Octavianum de restituendo legatum, adveniente Prælato
proximiore Testatori. Et ita utraque &c.

R. P. D. M O L I N E S.

Carpentoraten. Primogenituræ.

Vener. 11. Decembris 1693.

A R G U M E N T U M.

Liberam & absolutam habens facultatem eligendi potest
eligere secundogenitum, omisso primogenito, multaque
alia notantur, an id procedere possit, si facultas nomi-
nandi concepta sit per alternativam, ac Testator in casu
non factæ nominationis primogenitum substituerit?

S U M M A R I U M.

1 *Potest eligi secundogenitus, & omitti primogeni-*
tus, si Testator amplam dederit facultatem hæ-
redi eligendi unum ex filiis, quem voluerit, dum-
modo electus non sit indignus indignitate Juris,
& n. 2. & 3.

4 *Limitatur, si facultas nominandi concepta sit per*
alternativam, declara ut n. 5.

6 *Facultas nominandi regulari debet juxta voluntatem*
Testatoris explicatam in casu non factæ nomina-
tionis.

7 *Contrarium tenent multi.*

8 *Prima tamen opinio pro certo locum non habet, si*
concurrant conjecturæ, quibus probetur, Testatorem
voluisse, quod eligere debens liberam & absolutam
potestatem haberet, & n. 9.

D E C I S I O XLII.

IN supremo vitæ elogio Horatius Desinardus, relicta le-
gitima Emmanueli suo filio secundogenito, universalem
descripsit hæredem Franciscum alterum filium primogeni-
tum, voluitque domum conjunctam ex una parte cum do-
mo Domini *della Fare*, ex altera cum D. de Beaumettes,
& ex alia cum domo D. de Rapellis, de Bus, & similiter
Terram suam de Martinet cum suis pertinentiis, dependen-
tiis, quibuscunque, tam in Territorio Carpentoraten.
quam loci de Mazzarum in perpetuum omnino pertinere
ad suos descendentes, & D. Francisci sui filii, & hæredis, cui
licitum esse voluit nominare, & eligere successorem dd. bo-
norum per hæc verba præcisa *di nominare, e d'eleggere uno*
de suoi figlioli maschio, ò femina, ò il d. Signor Emmanue-
le, ò uno de figlioli maschio, ò femina di esso Signor Emma-
nuele suo Fratello per la successione di essi beni: il qual figlio
così eletto dal sudetto herede vuole, che ne faccia il medemo,
e nomini, & elegga uno delli figlioli maschio, ò femina, che
haverà, ò altri delli descendenti del d. Signor Testatore per
succedere alli medemi beni, e così esser fatto da tutti li suoi
descendenti dell'uno all'altro, e di grado in grado, ò a per-
petuità, per essere l'intentione del Signor Testatore li dd. be-
ni doverà essere, & appartenere alli suoi descendenti, e con-
servati in sua famiglia a perpetuità, come sopra; si vero non
fuerit facta nominatio, ordinavit bona prædicta spectare ad
filium primogenitum ultimi possessoris non nominati ibi —
E venendo a morire, sia il d. Signor Desinardi Erede, sia
quello de suoi descendenti, e d. Signor Emmanuele, senza
far nominatione, & elettione d'un de suoi descendenti, e del
d. Signor Testatore, vuole li dd. beni appartenere al primo-
genito dell'ultimo maschio, che si trovarà possessor delli dd.
beni; quoque si decederet ultimus possessor sine filiis mascu-
lis, tunc succedat primogenita ex filiabus feminis, danda
cuilibet possessori pro tempore jus, & facultatem nominan-
di tam inter vivos, quam in ultima voluntate, necnon va-
riandi, & mutandi nominationem pro sui libito, ibi: *tan-*
to per atto fatto fra vivi, che d'ultima volontà, inteso però,
che potrà nondimeno variare, e mutare la denominatione a
tutte le sue volontà fuori, & eccetto, che quella fosse stata
fatta in contratto di matrimonio, nel qual caso vuole tal
nominatione esser stabile, & irrevocabile.

Vigore talis facultatis Franciscus ex duobus filiis, quos
habebat, alterum nempe Paulum Josephum primogenitum
posthabito d. Paulo Josepho, devenit ad nominationem
Henrici in contractu matrimonii per illum initi, adversus
quam nominationem lite contestata coram A. C. super il-
lius nullitate pro parte Pauli Josephi primogeniti, qui præ-
tendebat Franciscum patrem teneri ipsum tanquam primo-
genitum nominare; sed contrariam reportavit sententiam
confirmatoriam supradictæ nominationis, a qua sententia
appellatione ad nostrum Tribunal devoluta, dedi hodie
dubium, *An nominatio sustineatur?* cui Domini affirma-
tive respondendum esse existimarunt.

Præbuit resolutioni motivum ampla, libera, & abso-
luta facultas ab Horatio Testatore tributa Francisco hære-
di nominandi, seu eligendi indistincte unum ex filiis, quem
voluerit, qua facultate concessa, adstringebatur Franciscus
eligere, seu nominare primogenitum, sed bene isto omisso, 1
poterat, prout fecit, eligere ac nominare secundogenitum
leg. cum quidam 24. leg. unum ex familia 66. §. si de falcidia,
vers. Itaque l. cum Pater 79. §. 209. ff. de legatione secunda
Molin. *de Primogenitura lib. 2. cap. 5. num. 1. & 3.* Mierez
de majorat. part. 1. quæst. 48. num. 26. & seq. Castill. *contr.*
Jur. lib. 1. cap. 36. num. 56. Guttier. *pract. qu. lib. 2. q. 67. n. 3.*
& 4. Christophor. Paris. *de Tenut. cap. 34. n. 106* Carp. *de*
execut. testam. lib. 2. cap. 19. n. 48. Camil. Medic. *consil 38.*
n. 28. & seq. Alvard. *de conject. ment. Defunct. lib. 2. cap. 1.*
§ 1. n. 21. Quæsad. Pilo. *contr. forens. cap. 26. n. 30. & seq.*
Surd. *cons. 380. n. 35.*

Non obstat, quod facultas nominandi concepta legatur
cum verbis ibi, *Sia lecito di nominare*, quæ verba deduce-
bant scribentes pro Paulo Josepho primogenito, importare
arbitrium boni viri restrictum ad nominationem dignio-
ris, qualis dicebatur primogenitus. Quoniam facultas no-
minandi in præsenti casu non est limitata, sed libera, ampla,
& absoluta; quo fit, quod dum Franciscus utendo d. facul-
tate, devenit ad electionem Henrici unius ex propriis filiis,
qui nullum habet juris impedimentum, exinde non potest
dici non fecisse nominationem juxta arbitrium boni viri,
regulatum juxta mentem Testatoris, qui expresse concessit,
ut posset eligere unum ex propriis filiis, vel filiabus, vel et-
iam Emmanuelem secundogenitum Testatoris, ut in his
terminis advertit Surd. *cons. 380. n. 35.* nec in hoc casu pri- 2
mogenitus, quia talis est, reputatur dignior. Quinimo
concurrente prædicta effrænata facultate, potest Commis-
sarius eligere natu minorem in concursu natu majoris,
dummodo is qui electus est, non sit indignus indignitate
Juris *d. leg. cum quidam 28. & d. l. unum ex familia, §. si de* 3
falcidia vers. itaque Molin. *d. lib. 2. cap. 5. n. 4.* Mierez *d. q.*
48. n. 26. & 29. Carp. *de execut. d. cap. 19. n. 50. & seq.*

Minus refragatur, quod facultas nominandi concepta
sit per alternativam, vel ibi, *uno de suoi figli maschi* femina,
per quam non censeatur concessa libera electio, sed sit posi-
ta, ut attendatur ordo naturæ, & scripturæ, & consequen-
ter prius nominandus veniat primogenitus, relicto secun-
dogenito, *l. cum Pater 79. §. a te peto ff. de legat. 2. et l. hæ-* 4
redes mei 57. §. fin. ff. ad S.C. Trebell. Quia respondetur na-
turæ, & scripturæ tunc servandum esse inter alternatos,
quando alternativa apposita repetiatur inter personas, inter

quas

quas cadit ordinata charitas, & affectio, quales sunt personæ disparis gradus; non autem quando versamur inter personas ejusdem gradus, & sexus, nempe inter filium, & filium, & in casu, inter quos nulla cadit gradus disparitas, ut tunc nullus ordo in nominatione servandus est, sed qui eligendi, seu nominandi habet potestatem, nominare potest quem vult, Adden. ad Molin. *cap. 5. n. 4. & 5.* Castill. *lib. 1. cap. 26. n. 5.* Par. *de Tenut. d. cap. 34. a n. 7. ad 15.* Caeren. *resol. 96. n. 6. & 7.* Rot. *dec. 288. n. 9. & seqq. p. 15.*

5 Prout ad restringendam facultatem nominandi non juvat ponderare, quod Testator in capitulo separato declaraverit, quod in casu, quo moriantur Franciscus hæres, vel alius ex suis descendentibus, non facta nominatione, vel electione unius ex filiis, vel descendentibus Testatoris, bona sua pertinere debeant ad primogenitum masculum ultimi possessoris, & in masculorum defectum ad primogenitam feminarum, in qua voluntate Testatoris sic expresse
6 declarata in casu factæ nominationis inferebatur, Commissarium, seu habentem facultatem nominandi eandem, sequi debere in casu nominationis, nominando scilicet primogenitum, ad tradita per Castill. *contr. Jur. lib. 2. cap. 26. n. 14. 44. 56. vers. respondetur etiam, & n. 85.* Nogueroll. *alleg. 9. n. 63* Fontanell. *de pact. nuptial. to. 1. claus. 4. glos. 25. a n. 20. cum pluribus seqq.* Ludovic. Bell. *cons. 109. n. 35.* Corrica *dec. 129. a n. 94. cum seq p. 5.*

Quandoquidem quidquid sit de veritate hujus opinionis in abstracto, & quando non concurrunt conjecturæ suaden-
7 tes mentem Testatoris fuisse, quod non reguletur facultas nominandi a casu non factæ electionis, quæ tamen opinio adhuc, seclusis his conjecturis, habet contradictores, ut sunt Fontanell. *dec. 525. & 526.* Quæsad. Piso. *contr. foren. cap. 26. n. 30. & 31.* Adden. ad Molin. *lib. 2. cap. 4. n. 3. 4. 5. 6.* Adden. ad Gratian. *discept. 58. n. 6.*

Certe quando concurrunt conjecturæ, quibus probatur, Testatorem voluisse, quod hæres habeat liberam, & abso-
8 lutam potestatem, & facultatem nominandi, quodque hæc non determinatur a casu non factæ electionis, tunc potest Commissarium eligere quem vult, & posthabito primogenito devenire ad nominationem secundogeniti, ut tenent ipsimet Doctores in objecto allegati, & præsertim Cortiad. *d. dec. 129. n. 124. & seqq.* Tristan. *tom. 5. dec. 9. n. 21. & 28. & tom. 2. dec. 54. n. 5. in fin.* Fontan. *dec. 526. n. 23. & seq.*

Tales autem conjecturę sane concurrunt in pręsenti casu id ipsum comprobantes, quarum prima est, quod Testator voluit, Fràciscum hęredem posse eligere unum ex suis filiis vel etiam Emmanuelem suum fratrem, & secundogenitum Testatoris, vel etiam unũ ex filiis d. Emmanuelis, ex quo patet, Testatorem voluisse ordinate primogenituram regularem de primogenito in primogenitum, nec voluisse restringere, seu coarctare, suum hæredem ad nominandum primogenitum; quinimo nec etiam unum ex filiis, dum concessit facultatem iis prætermissis nominandi Emmanuelē transversalem ac etiam ipsius filios; & secunda deducitur ex quo declaravit Testator ibi: *Inteso però, che potrà nondimeno variare, e mutare la d. nominatione a tutte le sue volontà:* Quæ verba ponunt in claris, absolutam esse tributam facultatem hæredi nominandi nullis limitibus restrictam, nec coarctatam ab eo, quod disposuit in casu non factæ nominationis per hæredem; si enim hæres teneretur præcise nominare primogenitum, frustraneum fuisset concedere ipsi hæredi, & successoribus facultatem variandi, & mutandi ad omnes eo-
9 rum beneplacitum ibi: *A tutte le sue volontà*, quæ facultas sic emissa, est incompatibilis cum restrictione nominandi primogenitum, & hæres dici nequit adstrictus sequi ordinem præscriptum a Testatore in casu non factæ electionis, ex bene in his terminis ponderatis per Surd. *cons. 380 n. 35.* præsertim, quia Testator quando voluit coarctare, & restringere facultatem variandi, scivit exprimere, ut dixit ibi *Potrà variare, e mutare la detta nominatione; eccetto che quella fosse stata fatta in contratto di matrimonio.*

Ceterum debile refugium visum fuit, quod Testator voluerit constituere primogenituram regularem in controversis bonis; ex quo voluit bona devenire ad unum solum, & de uno in alium, ac de gradu in gradum. Quoniam revera voluntas Testatoris tantum fuit, quod bona conservētur in uno ex descendentibus de sua familia, sive sit masculus, sive etiam femina; addito tamen onere feminis assumendi nomen, & arma suæ familiæ sine aliqua additione vel diminutione, istæque voluntas adimpletur, sive nominatus per hæredem sit primogenitus, vel secundogenitus, semperque bona erunt penes unum, & de gradu in gradum eo modo, quo intellexit & expressit Testator. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Carpentoraten. Primogenituræ.

Juna 13. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Habetur argumentum in alia superius adnotata decisione.

SUMMARIUM.

1 *Habens liberam facultatem eligendi aliquem ex filiis alicujus potest eligere secundogenitum, & omittere primogenitum.*

2 *Facultas variandi in electione præsupponit absolutam potestatem eligendi.*

3 *Facultas eligendi debet regulari arbitrio boni viri, si tributa fuerit cum verbis* vuol esser lecito.

4 *Limita, si prædicta verba sint mixta cum aliis denotantibus liberam & absolutam potestatem eligendi.*

5 *Præsertim, si verba arbitrii non subsequantur, sed præcedant illa libere voluntatis.*

6 *Dictio* detta *est repetitiva omnium superius expressorum.*

7 *Ex qua causa soleat concedi hæredi facultas variandi in electione.*

8 *Potestas eligendi, si concepta sit per alternativam, operatur, ut attendi debeat ordo naturæ & scripturæ, & sic nominari primogenitum, omisso secundogenito.*

9 *Declara, ut vera sit conclusio, si nominatim expressæ fuerint personæ & inter ipsas interposita alternativa; secus si personæ in quibus cadere debet electio, tantummodo fuerit collective vocatæ.*

10 Textus in l. hæredes mei §. peto de te Uxor ff. ad Tabell. *explicatur.*

11 *Alternativa posita inter qualitatem sexus non operatur, quod eligere debens debeat prius nominare primogenitum, sed tantummodo quem vult ex sexu primo loco scripto in alternativa.*

12 *Habens facultatem eligendi ad majoratum unum, quem voluerit ex filiis, nequit eligere filiam, spretis masculis, secundum aliquos.*

13 *Contrarium tamen alii.*

14 *Testator in casu non factæ nominationis si præferre voluerit masculos feminis, censetur in casu nominationis tribuisse facultatem eligendi fœminam, omissis masculis.*

15 *Testator in casu non factæ electionis si nominaverit primogenitum, tenetur eligens sequendo illius voluntatem omnino ipsum eligere.*

16 *Ista opinio est valde dubia, & suos retinet contradictores.*

17 *Et pro certo non procedit, si libera & ampla tributa fuerit facultas eligendi.*

18 *Vocatio primogeniti in particulari casu delicti non est apta restringere amplam & effrænatam potestatem in casu electionis.*

19 *Minusve consuetudo Regionis semper primogenitum instituendi.*

DECISIO XLIII.

Cum adversus resolutionem editam die 11. Decembris 1693. in qua responsum fuit, Franciscum d. Testatoris in vim commissionis sibi ab Horatio patre in Testamento, cum quo decesserat, tributæ, eligendi, ac nominandi successorem in certis bonis, licite, ac valide nominasse Henricum secundogenitum, posthabito Paulo Josepho primogenito, Rota eundem succumbentem iterum audiri concesserit. Hinc propterea subjectis hodie iterato examinis fundamentis Decisionis, illisque mature per Dominos perpensis in decisis persistendum censuerunt.

Siquidem rursus pro comperto habitum fuit, tributam esse Francisco amplam, liberam, & absolutam potestatem eligendi alterum ex filiis indistincte, & ab libitum suæ voluntatis: Horatius enim Testator post designationem bonorum voluit, & ordinavit, quod eadem bona *appartenghino intieramente, et a perpetuità alli suoi descendenti, e del d. Signor Desinardi suo figlio, et herede, al quale vuol esser lecito di nominare, et eleggere uno de suoi figlioli maschio, o femina, ò il d. Signor Emmanuele, overo uno delli figli maschi, ò femina d'esso Signor Emmanuele suo Fratello per la successione d'essi beni, il qual figliolo così eletto dal sudetto herede, vuole, che ne faccia il medesimo, e nomini, et egga uno delli figlioli maschi, ò femine che haverà, ò altri*

delli descendenti dal d. Signor Testatore per succedere alli medesimi beni, e così esser fatto da tutti li suoi descendenti dell'uno, e l'altro, e di grado in grado, & in perpetuità per esser l'intentione del d. Signor Testatore, li dd. beni dover essere, & appartenere alli suoi descendenti, e conservarsi in sua famiglia a perpetuità, come sopra. Ex quo dispositionis contextu clare patet, hunc Patrem existimantem longe melius futurum prædictorum bonorum successorem electioni filii hæredis, quam casui & fortunæ committere, contulisse Francisco filio, & hæredi amplam, liberam, & absolutam potestatem eligendi, & nominandi, unum indistincte ex suis filiis sine ulla restrictione ad primo, vel secundogenitum; eandemque facultatem dedisse aliis singulis descendentibus, sic in perpetuum de gradu in gradum electis; Ideoque jure optimo voluit idem Franciscus in hac prima electione nominare Henricum secundogenitum, omisso pri-
1 mogenito, ad *Textus literales in l. cum quidam 24. l. unum ex familia 69. §. si de familia vers. Itaque*, ubi bene Bart. *n. 4. l. cum Pater 79. § rogo, ff. de legat. 2.* & late tradunt Molin. *de majorat. p. 1. q. 48. n. 26. cum seqq.* Carp. *de executor. Testam. lib. 2. cap. 19. n. 48.* Castill. *controv. lib. 2. cap. 19 n. 48.* Castill. *controv. lib. 5. controv. 67. n. 4.* Christoph. Pag. *de Tenut. cap. 34. n. 104.* Quæsad. Pilo. *controv. forens. cap. 26. n. 30. & seqq.* Guttier. *pract. quæst. lib. 2. qu 66. n. 4. & 6.* Phœb. *dec. Lusitan. 99. n. 2. & seqq.* Moder. Lucen. *de Primog. Ital. p. 1. q. 17. §. 1.*

Idque clarius evincitur, quia idem Testator volens manifestare facultatem eligendi concessam hæredi, & aliis descendentibus esse liberam, & absolutam progrediendo ulterius per viam declarationis tribuit facultatem variandi electionem sequenti verborum formula: *e dichiara il detto Testatore, che sarà lecito alli possessori delli detti beni, di nominare il suo successore, tanto per atto tra vivi, che d'ultima volontà; inteso però che possa nondimeno variare, e mutare detta nominatione a tutte le sue volontà*. Unde cum in hac ulteriori suæ mentis explicatione, possessori pro tempore bonorum, in genere, sine distinctione primi, vel secundogeniti tradiderit facultatem nominandi successorem, absque ullo pariter discrimine primi, vel secundonati, tam inter vivos, quam in ultima voluntate; Et quod magis est, cum expressa potestate variandi, & mutandi nominationem cum illa amplitudine, & pregnantia verborum *a tutte le sue volontà*, consequens est, non posse in dubium revocari facultatem commissam Francisco, & aliis fuisse liberam, & absolutam eligendi, quos voluerint ex filiis quantumvis ultimogenitis, cum facultas variandi necessario præsupponat absolutam, & liberam potestatem eligendi, stantibus præsertim verbis, *a tutte le sue volontà*, connotantibus am-
2 plissimam, & plenissimam libertatem *d. l. cum quidam 24. ff. de legat. 2. & l. fideicommissa 11. §. si fideicommissum vers. quanquam ff. de legat. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. qu. 17. nu. 2. & 3.* Grat. *discept. 58. n. 21. & 22.* Barbos. *tract. var. d. 436. n. 1.* Surd. *dec. 272. n. 15.* Rota coram Bich. *dec. 287. n. 3.*

Neque ad eam refrænandam urget, quod Testator illam concesserit per verba, *vuol esser lecito*, quæ significant arbitrium boni viri, & obstringunt hæredem ad electionem,
3 æquam, rationabilem, & verisimilem, ut notat Barbos. *in l. alio n. 7. ff. de cibar. & aliment. legat.* Menoc. *de arbitr. lib. 1. qu. 8. n. 45. & seqq.* Atque ideo tenebatur eligere primogenitum.

Quandoquidem quidquid sit, an dd. verba, *vuol esser lecito*, in abstracto sumpta denotant arbitrium regulatum, attamen, quia in concreto casus præsentis sunt mixta cum recensita clausula *a tutte le sue volontà*, præseferente liberam, & absolutam facultatem eligendi; Et quod magis est, ipsamet substantia dispositionis variandi, cui adjiciuntur, excludi voluntatis restrictionem, utique prædicta verba amittunt naturam arbitrii, & in liberam resolvuntur vo-
4 luntatem, Menoch. *de arbitr. lib. 1. qu. 7. n. 24.* & in puncto. Surd. *cons. 480. a n. 33. ad 42.* Maxime quia verba arbitrii non subsequuntur, sed præcedunt illa libertæ volun-
5 tatis, proinde non qualificant, sed qualificantur a subsequentibus, ut distinguendo tradunt Grat. *discept. 23. n. 9. & 25.* Actolin. *res. 6. n. 26. Episcop.* Rocca *disc. select. cap. 1. num. 88. cum seqq.*

Minusque ad limitandam liberam voluntatem variandi, meretur animadversionem interpretatio excogitata ab Informantibus pro primogenito, quod nempe variatio referatur ad actum, & non ad nominationem; atque ita quod Testator permiserit hæredi, ut facta nominatione inter vivos, posset variando, eam facere in ultima voluntate, vel e contra.

Quoniam hujusmodi intellectus visus est repugnare verbis, & menti Testatoris. Verbis quidem, ex quo cum in prima parte dispositionis, in qua declaratur, licitum esse possessori, *di nominare il suo successore tanto per atto tra vivi, che d'ultima volontà*, continentur separatim tam nominatio successoris, quam actus, per quem fieri potuisset, planum sequitur, quod in sequentibus immediatis verbis ibi, *che potrà variare, e mutare la d. denominatione*, comprehenduntur tam nominatio personæ, quam actus ipsius nominationis, stante particula, *detta*, de sui natura repetitiva omnium superius expressorum, Rota *decis. 187. n. 7. p. 1. rec. & dec. 272. n. 6.* coram Buratt. *& dec. 1. n. 35.* coram S. M. Alexand. VIII. coram Card. Cerr. *dec. 68. n. 26.* 6

Obsistit quoque menti Testatoris, quoniam cum similes facultates variandi soleant in hæredem conferri ex duplici prudenti motivo; altero, ut si electi temporis decursu ad regimen, & decus familiæ minus apti experientur, 7
Commissarius posset in eorum locum alterum aptiorem præfigere; & secundo ad hoc, ut filii etiam post secutam electionem præstent debitum obsequium, & honorem parentibus; Quatenus potestas variandi restringeretur ad solum actum, & non ad personam nominatam, prima causa finalis omnino frustraretur, ut patet ad sensum; Et pariter secunda reflectendo, quod ubi electio non esset variabilis, quoad personam, parum filiis interesset, si variaretur tantummodo quoad actum; certo scientibus electionem non posse in alterius favorem expleri, ut notat Fontanell. *dec. 525. n. 14.*

Prout neque obstare visum fuit, quod potestas eligendi sit concepta per alternativam, quæ operatur, ut attendi debeat ordo naturæ, & scripturæ; Ideoque prius nominan- 8
dus erat primogenitus, omisso secundogenito, ad Text. *in l. cum Pater, septuagesimanona, §. a te peto ff. de legatione secunda, & in l. hæredes mei 53. §. fin. ff. ad Trebellian.*

Animadversum quippe fuit præfatam alternativam esse positam inter filios masculos, & feminas, non autem inter singulos masculos, qui contemplati fuerant collective, & per modum unius, sine expressa nominatione primi, & secundogeniti ibi; *Vuol esser lecito di nominare, & eleggere de suoi figliuoli maschio, e femina*; Quapropter versamur extra casum servandi ordinem scripturæ, qui tunc demum inspici debet, quando nominatim exprimuntur personæ, & inter ipsas interponitur alternativa; secus autem, quoties, ut in casu, filii nominandi, & eligendi collective vocantur, & alias inter ipsos non intrat de Jure affectio charitatis. In hac enim secunda facti specie, Commissarius habens facultatem eligendi, potest eligere, quem voluerit ex collectis, juxta expressam censuram Text. *in l. hæredes mei, §. peto de te Uxor. ff. ad Senat. Consult. Trebell.* Ubi cum casus esset, quod maritus commiserat uxori, ut hæreditatem suam restitueret filiis, quibus pariter voluerit, respondit Papinianus, inter filios relictum esse fideicommissum, adeoque omnes succedere debere. Circa vero cognatos, & nepotes, pro quibus data fuit facultas eligendi, servandum esse ordinem scripturæ, ut prius admittantur nepotes, & postea cognati; ex singulis autem nepotibus, & cognatis utpote collective sine discrimine unius ab altero contemplatis, quam velit personam eligi posse; & Accursius in efformatione casus sic explicat: *Circa nepotes, cui, vel quibus vult*, & inferius, *deficientibus nepotibus, poterit uxor eligere quamcunque personam vult ex cognatis*; ad quorum comprobationem mirifice applicantur ea, quæ pro explicatione hujus Textus observat Castill. *contr. 26. l. 2. tot. n. 54.* Pheb. *de Lusit. 38. n. 13. & 14.* 9 10

Ex quibus itaque patet, quod quando attendendus esset ordo scripturæ, utique servari deberet quoad filios masculos, & feminas, & collaterales, nominatim expressos, & per alternativam sejunctos; secus vero quoad ipsos filios masculos collective vocatos sine distinctione primi, vel secundogeniti; Neque ullam involvit repugnantiam, quod una, & eadem oratio contineat respectu diversarum personarum ratione sexus, & gradus, duas facultates eligendi, quarum una sit restricta quoad personas nominatas ad ordinem scripturæ; altera vero libera, & absoluta circa personas in unum collectas; nam omissis generalibus, id individualiter habetur *in expenso, §. peto de te d. l. hæredes mei*, ubi 11
commissio eligendi circa nepotes, & cognatos est limitata ad ordinem scripturæ; respectu vero singulorum ex nepotibus, & cognatis est liberæ, & absolutæ voluntatis eligentis.

Ceterum ad majorem comprobationem, & ampliationem liberæ facultatis eligendi commissæ Francisco, consideratrunt Domini, tantum abesse, quod Horatius Testator volue-

voluerit illam moderari ad nominationem primogeniti, quod imo posuit in libero, & absoluto arbitrio Commissarii eligere filiam feminam exclusis omnibus masculis; quāvis enim magna sit controversia inter Doctores: An Commissarius habens facultatem eligendi ad majoratum unum,
12 quem voluerit ex filiis, vel filiabus possit filiam eligere, spretis masculis; & negativam *ex prædicto Textu in l. cum Pater 79. §. a te peto, ff. de legat. 2. defendunt* Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 4. n. 48.* Paleaz de Mieres. *p. 1. qu. 16. n. 4.* Fontanel. *de pact. nupt. gloss. 25. claus. 4. n. 21.* Gam. *dec.* 260. *n. 2.* & omnium fusissime, Castill. *lib. 2. contr. cap. 26. per tot.* Cancer. *var. res. lib. 1. cap. 1. n. 53.*

Contrariam vero sententiam, nempe ut extante masculo,
13 femina eligi, ac præferri possit, tuentur Molin. *de primog. lib. 2. cap. 5.* subnixus potissime in litera Text. *in d. l. unum ex famil. §. fin. de falcidia*, ibi *eodem, vel dispari gradu satis erit uni reliquisse*, Caldas Pereira *in 3. p. de nomin. emphyt. qu. 11. n. 31.* Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus 2. limit. ad l. regiam n. 8. in princ.* Rauden. *dec. Pisan. 38. n. 342. & seqq.* uberrime Parum. *de cenut. cap. 34. n. 105. cum seqq.* ubi refert utriusque opinionis sequaces, & *in n. 14.* se subscribit secundæ tanquam veriori pluribus responsionibus satisfaciendo dispositioni Text. *in d. leg. cum Pater*, cujus Doctoris fundamenta adeo prævaluerunt apud Castillum, ut *in lib. 5. cap. 160. num. 11. vers. contrariam tamen* recesserit a firmatis *in d. cap. 26. lib. 1.* fatendo opinionem Molinæ, & sequacium esse veriorem.

In conflictu harum opinionum Domini in præsenti casu sine ullo scrupulo amplexi sunt secundam, moti nedum ex amplitudine potestatis eligendi cum prægnantissimis clausulis in Commissarium collatæ, sed etiam ex toto dispositionis contextu, ex quo apparet, Testatorem in casu faciendæ electionis respexisse solummodo ad unum ex suis descendentibus sine ullo discrimine sexus; Quinimo ex geminis loquendo formulis manifeste declaravit animum suum, ut eligi possent filiæ feminæ in exclusionem masculorum, quarum prima educitur ex §. *E venendo à morire*, ubi postquam præcepit, quod in casu non secutæ electionis succedere debeat primogenitus ultimi masculi, & in defectu masculorum primogenita femina, subdit, *preferendo in detto caso di morte senza nominatione li maschi alle femine:* Si igitur masculos præfert feminis in d. casu non factæ nominationis; ergo arguendo a contrario sensu, in casu electionis poterant spretis masculis eligi feminæ, ad regulam
14 Text. *in l in iis ff. de legib.* Rota *dec. 38. n. 11.* cor. Pamphil. *dec. 301. n. 7. part. 6. rec.*

Secundo, & evidentia ex §. *E dichiara* ibi, *Volendo in oltre il detto Signore Testatore, che nel caso, che li dd. beni venissero ad esser posseduti da femine descendenti da esso, o dal detto suo Erede, che elle siano tenute, e quelli, e quelle, che saranno nominate da esse doppo, sia mediatamente, ò immediatamente, ò altrimenti, come si sia, che succederanno in dd. beni, portino il nome, & arme della Famiglia Desinardi*, ex quibus verbis, *mediatamente, ò immediatamente, che succederanno in dd. beni*, ad oculum ostenditur, Testatorem tribuisse facultatem Commissario eligendi filias immediate, & in prima consumptione electionis, prætermissis filiis masculis, qui de tempore conditi Testamenti existebant, solummodo contentum, quod filiæ in casu electionis assumerent nomen, & Arma ipsius Testatoris sine mixtura ad perpetuam familiæ conservationem.

Stabilita itaque, & a contrariis vendicata libera, & ef-
15 frænata potestate Commissarii eligendi ex filiis, quem voluit sive masculum, sive feminam, illico ruit principale fundamentum primogeniti, in eo subnixum, quod quando, prout in præsenti, Testator in casu non factæ electionis nominaverit primogenitum, tenetur eligens, sequendo illius voluntatem, omnino ipsum eligere, ad late deducta per Cortiad. *d. dec. 129. n. 24. cum seqq. p. 3.* Tristan. *decis. 9. n. 12. tom. 1. & dec. 14. per tot. tom. 2.*

Quandoquidem quidquid sit in abstracto de hac opinio-
16 ne, de qua admodum dubitarunt Domini, habetque cæteroquin magni nominis Contradictores relatos in decisione, quæ revidetur, §. *quandoquidem*, ea nihilominus redditur inapplicabilis in concreto nostri thematis, in quo, ut superius probatum fuit, Commissio eligendi non simpliciter aut per verba arbitrii, ut erat in hypothesi prædictarum authoritatum, seu per verba amplissima, omnino liberam valuntatem significantia; una cum effrænata facultate variandi, & quod magis est, feminas masculis præferendi concessa fuerit: in qua facti specie etiam in sensu Doctorum contrariæ sententiæ, licitum est habenti similem commissionem eligere, quem ipse voluerit, absque eo quod obstringatur sequi ordinem a Testatore præscriptum, in casu non factæ electionis, ut limitando tradunt Cortiad. *de dec.*
219. num. 124. & seqq. Tristan. *dec. 9. n. 21. tom. 1. & dec.* 17
54. num. 5. in fin. Fontan. *dec. 526. num. 23.* ubi in terminis longe minus amplæ facultatis illius, quæ in præsenti concurrit, admittunt, & rejiciendos esse primogenitos contendentes nominationem, utpote prælectos a Testatore in casu non factæ nominationis.

Hinc quoque enervantur aliæ conjecturæ, ductæ ex vocatione primogeniti in casu delicti, & ex solito Regionis instituendi primogenitos; Nam quoad primam cum fuerit expresse restricta vocatio ad casum particularem delicti
non est apta restringere amplam effrænatam potestatem da- 18
tam in casu electionis *l. legata inutiliter ff. de adimen. legat*, Fontanell. *dec. 525. nu. 11.* Debilior est secunda, quia Testator voluit expresse recedere a consueto Regionis, instituendo Majoratum electivum, melius ducendo successionem committere electioni hæredis, quam casui, & Fortunæ, ut observat Molin. *de Primogen. lib. 2. cap. 1. in princ.*

Et ita utraque.

R. P. D. M U T O.

Romana Fideicommissi de Mutinis.

Vener. 25. Junii 1694.

A R G U M E N T U M.

Pertractatur de eadem materia nominationis, an scilicet habens facultatem eligendi proximiorem possit eligere cognatum, & postponere agnatum?

S U M M A R I U M.

1 *Successio debetur ei, qui fuit ab herede nominatus in vim facultatis, a Testatore tributa.*
2 *De Jure prius nominari debent agnati, quam cognati, declara ut n. 7.*
3 *Appellatione consanguineorum veniunt, tam agnati, quam cognati.*
Præcipue si agatur de approbatione, non vero successione num. 10.
4 *Testator si injunxerit ut nominandus ex consanguineis deferre debeat arma, & cognomen illius, intellixisse præsumitur, quod nominandus debeat esse de cognatis, non vero agnatis, & n. 5.*
6 *Hæres qui nominare debet consanguineum, potest præferre in electione cognatos, & postponere agnatos.*
8 *Possunt nominari duo, ut unus succedat alteri in casu præmorientiæ alterius.*
9 *Potest nominari filius nasciturus dummodo tempore obitus nominantis natus sit, & nominatio jam facta morte confirmata remaneat.*

D E C I S I O XLIV.

ADhuc non acquiescentibus Marco Antonio, & aliis de Mutinis duplici judicato Rotali, R. P. D. mei Ursini, & Reverendiss. Manuel uniformiter eisdem deneganti immissionem expostolatam in bonis Hectoris fideicommissi conditoris, tertio provocarunt ad nostrum Tribunal, & commissa mihi appellationis causa dubitatum fuit, *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & DD. pro confirmatione resolverunt attentis validitate resultante ex actis, & justitia descendente ex tenore, & lectura Testamentariæ dispositionis ejusdem Hectoris, & in qua deficiente linea masculina hæredum institutorum cum facultatem concesserit ultimo masculo ex eis superstiti nominandi nobilem consanguineum in suæ hæreditatis successorem approbandum a duobus consanguineis, ac cum onere assumendi cognomen, arma, & insignia ejus familiæ de Mutinis, vigore cujus facultatis deinde Archangelus omnium postremus nominavit Joan. Baptistam Gottifredum Nobilem consanguineum cum approbatione Fratrum *del Drago*, adaperta profecto non fuit favore dd. Fratrum de Mutinis, successio cum ipsi nominati non fuerint ab ultimo familiæ masculo juxta Testatoris volitum, sed Joannis Baptistæ, qui merito venit præferendus, ut late firmant decisiones hu-
jus causæ, nempe prima coram R. P. D. meo Ursino 26. 1
Aprilis 1686. §. *Injustitia autem*, & coram Rev. Manuel *29. Maii* 1693. §. Cum enim.

Neque hujusmodi nominatio in executionem supremæ voluntatis Testatoris facta redargui valuit de nullitate, & injustitia ex eo, quod in Joanne Baptista nominato deficiat qualitas agnatitia Testatoris, quæ viceversa concurrat in
Fratribus de Mutinis, qui proinde veniant in nominatione 2
præferendi, ex *decisionibus* 739 cor. Dunoz. Jun. 11. coram Arguel. & 326. cor. Peuting. Quandoquidem animadver-

rebant DD. hujusmodi agnatitiam qualitatem non fuisse per Testatorem exoptatam in consanguineis nominandis ab ultimo masculo iam attenta natura hujusmodi facultatis, qua concessa nominandi unum Nobilem consanguineum, qui in hæreditate succedat, nominationis capaces redduntur, tam agnati, quam cognati, indistinctè sub appellatione
3 consanguineorum venientes, juxta communem loquendi usum, ut sunt Text. *in l cum quidam*, *& l. unum ex familia*, §. *Sed si de falcidia in fine*, *ff. de legat.* Menoch. *conf.* 513. *n.* 9. plene Merez *de Major. p.* 2. *qu.* 6. *n.* 299 *cum plurib. seqq.* Carolus Ant. de Luca *de linea legal. art.* 18. *n.* 4. *par.* 1. Rot. cor. Cocc. *dec.* 1448. *cum seqq & dec* 156. *n.* 3. *p.* 13.

Tum etiam ponderata qualitate oneris nominando injuncti deferendi cognomen, arma, & insignia familiæ Testatoris, ex quo ad successionem invitati, dicuntur etiam cognati, & descendentes ex latere matris, cujusmodi est Gottifredus; nam si intellexisset duntaxat de agnatis, su-
4 perfluum penitus remansisset hujusmodi onus, & præceptum Testatoris, ut bene in his terminis advertunt Fusar. *de substit. qu.* 364. *num.* 3. Rot. *in rec. dec.* 346. *n.* 16. *par.* 11. *quæ est decisio* 22. *n.* 13. cor. Bichio. Non attento quod hujusmodi præceptum assumendi cognomen, & arma demandatum fuerit pro exclusione mixturæ alterius cognominis de Egidiis, quo promiscue aliquando utebatur nonnulli de familia Mutina, non autem ad effectum invitandi cognatos, quoniam præceptum de hoc non loquitur; & si Testator hunc finem habuisset debebat id expresse patefacere, nam alias virtus hujusmodi assumptionis exclusa non
5 remansit, tanquam suppositiva privationis cognominis, & per consequens hujusmodi qualitatis, ut observant decisiones hujus causæ, nempe prima, cor. R.P.D. meo Ursino, §. *Neque præceptum hoc*, *& secunda* Reverend. Manuel. §. *Nec quidquam facit*.

Exclusa igitur qualitate agnatitia in nominando perperam prætendere valuerunt antedicti Fratres de Mutinis prælationem, tanquam agnati in concursu cognatorum; nam suppofita capacitate cognatis hujusmodi nominationis, in arbitrio fuit ultimi hæredis masculi nominatis agnatos, vel cognatos præeligere, utrosque tanquam intra genus personarum a Testatore designatum, juxta dispositionem
6 Textus *in l. cum quidam* 24 *ff. de legat.* 2. *l. unum de familia*, §. *Si de falcidia*, *ff eodem l. fideicommissa*, §. *Quanquam*, *ff. de legat.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 10. *qu.* 6. *n.* 3. *& qu.* 7. *n.* 1. Cyriac. *contr.* 209. *n.* 48. *& seqq. & n.* 61. *&* 72. Guttierez, *q Canon. lib.* 2. *qu.* 11. *n* 37. *cum seqq.* Rot. cor. Buratt. *decis.* 744. *numer.* 9. *in princ.* Non adversantibus relatis *decisionibus* 739. *numer.* 3. *& seqq.* coram Dunoz. Jun. 11. *per tot.* cor. Arguell. *&* 336. *num.* 17. coram Peuting. ob congruam responsionem in antea ctis decisionibus traditam, quod id procedat, quoties electio facienda foret a Judice, vel ab
7 alio, qui nullum habet eligendi arbitrium, ut sunt casus decisionum allegatarum in objecto, in quibus ulterius concurrebant plures conjecturæ ad inducendam prælationem agnatorum; secus in hypothesi ubi electio facienda est ab hærede, qui liberam intra certum personarum genus facultatem, seu arbitrium habet.

Denique notari nec etiam potuit de nullitate nominatio Jo: Baptistæ, ex eo, quod d Archangelus ultimus masculus duos nempe ipsum, & Patrem eodem tempore nominaverit, quoniam nominatio facta unius post alterum in eventum, quo Pater prædecederet ante nominantem, & antequam factus fuisset successioni locus, qui enim eligendi modus non repetitur prohibitus, sed imo permissus per ea, quæ observant Molina *de Just. & Jur. disp.* 483. *n.* 2. Cald.
8 *de Jur. emphyteus. l.* 3. *cap.* 17. *n.* 13. Non obstante quod d. Jo: Baptista de tempore nominationis non fuisset natus; nam pro remotione objectati satis fuit advertere, quod deinde tempore habili nominatio de eo facta per eundem Archangelum ultimum masculum ratificata fuerit, ac morte confirmata, ut pro validitate similium nominationum respondet Gomez *ad leges Tauri* 17. *n.* 6. Tond. *qu. civil. n.* 1. *cap.* 30. Minusque ex eo, quod Fratres *del Drago*, qui nominationem laudarunt, & confirmarunt non essent agnati,
9 vel cognati de sanguine Testatoris; nam cum Testator illam requisiverit a duobus ex ejus consanguineis familiæ de Mutinis sub istorum appellatione prædicti fratres veniunt, cum non agatur de vocatione, sed simplici approbatione, ad quam admittuntur etiam cognati, Rota coram
10 Duran. *dec.* 115. *n.* 4. *cum seqq.* & firmat *decisio hujus Causæ*, cor. Reverendiss Manuel. § *His positis ad quam*, & præcedente DD. in reliquis se approbative habuerunt.

Et ita Jo: Baptista Gottifredo tantum informante Fratribus vero de Mutinis renuentibus, licet sæpius monitis decisum fuit &c.

R. P. D. PIO.

Asculana Juris Patronatus seu Legatorum.

Lunæ 13. *Junii* 1695.

ARGUMENTUM.

Tria enumerantur notabilia in tribus quæ subsequuntur decisionibus, quod scilicet gravatus nominate non possit in nominatione aliquod imponere onus, nisi tamen vel nominatio fieri debeat de certo genere personarum,
1 & arbitrium gravatus exercuerit favore unius, & onus imposuerit favore aliorum ex eodem genere, vel gravatus retineat facultatem nominandi incertum de omnino incertis, ad ornatum *disc.* 60. Card. de Luca *de Fideic.*

SUMMARIUM.

1 *Pro legatis ex stylo Rotæ non datur via executiva, licet relaxata fuerint mandata in Curia A. C. executive præcedentis.*
2 *Limitatur, si agatur de legatis piis.*
3 *Mens Testatoris est exequenda.*
4 *Gravatus non potest fideicommissarium onere gravare.*
5 *Sustinetur tamen gravamen pro rata detractionum.*
6 *Acceptatio oneris injuncti per Patrem facta a Minore, si solemnitates non intervenerint, non valet*
7 *Præcipue si læsiva sit.*
8 *Testator si dederit liberam facultatem eligendi, valet gravatus onera nominato imponere.*
9 *Quando gravatus habet facultatem testandi, & non testandi, si non heredem instituat, iste compellitur subire onera legata.*
10 *Nominatus ab eo qui amplam nominandi habet facultatem succedere dicitur eligenti, non ei qui facultatem præfatam tribuit.*
11 *Eligens in bonis in quibus eligit, potest gravare electum ad favorem illorum quos, seligere poterat.*
12 *Substitutio vulgaris per actum aditionis expirat.*
13 *Quis valet proprium patrimonium oneribus gravare.*
14 *Legata super bonis, in quibus competit detractio, sustinentur.*

DECISIO XLV.

IN supremo vitæ elogio, cum quo diem clausit extremum, q. Paschalis Ciannaveus, relicta Catharinæ filiæ dote flor. 3000. necnon legatis Emigdiæ, & Theodosiæ pariter ejus filiabus, juxta quantitatem tradi consuetam in Civitate Asculi, dotibus spiritualibus, factoque insuper legato flor. 25. Jo: Baptistæ filio pro omni, & toto eo, quod in ipsius hæreditate prætendere posset, universalem omnium bonorum sibi hæredem instituit Magdalenam Uxorem, eique quandocunque decedenti substituit dicti Joannem Baptistam, ejusque hæredes, & successores libere, *Summar. Marci n.* 1. *preteritæ Positionis.*

Adhuc Magdalena matre vivente, fato cessit Jo: Baptista, scriptis hæredibus præfatis tribus Sororibus cum onere eis specialiter injuncto erigendi Capellaniam in Ecclesiæ Sanctæ Catharinæ, cui dotem stabilivit scut. 400. augendam tamen in casu obitus dd. hæredum absque filiis usque ad scut. 1500. Jusque, ac facultatem Capellanum eligendi tribuit Gaspari Ciannaveo, ejusque filiis, & descendentibus ex linea masculina in infinitum, & deficiente linea masculina vocavit ad Jus nominandi lineam femininam ejusdem Gasparis, *d. Summ. n.* 2.

Successive mortem obiit Catharina, institutis hæredibus proprietariis Theodosia, & Emigdia Sororibus superstitibus, usufructuaria vero Magdalena matre, per quam subinde omnia Jura sibi competentia, tam ex usufructu hæreditatis Paschalis Viri, quam ex legitimis acquisitis, & acquirendis filiorum, irrevocabili donatione in præfatas Theodosiam, & Emigdiam delata fuerunt, *Summ. Filesii num.* 1. quæ Theodosia, reservando sibi vigesimam partem bonorum, & Jurium, ad effectum testandi, illorumque usumfructum quousque viveret, omnia bona, & Jura Emigdiæ Sorori donavit; sed cum post hæc debitum naturæ persolvisset dicta Emigdia Donataria, accepti beneficii haud immemor suam universalem esse voluit hæredem Theodosiam Donatricem, cum hoc quod teneretur erigere duas Capellanias: alteram in Ecclesia S. Thomæ, & alteram in Altari Beatæ Ritæ sito in Templo S. Andreæ, & unicuique earum dotem præfixit scutor. 100. quarum Juspatronatus Josepho Filesio, ejusque hæredibus, & successoribus reliquit, *citato Filesii Summ. n.* 5.

Omnium tandem ultima obiit Theodosia scripto hærede Carolo Cauto, qui hæreditatem acceptavit, & bona possedit,

sedit, contra quem cum nuper egerint cor. A. C. tam Marcus, aliique de Cinnaveis pro augmento dotis Capellaniæ relictæ a Joanne Baptista, quam dictus Joseph Philesius pro erectione aliarum duarum Capellaniarum ab Emigdia ordinatarum, mandata favorabilia relaxata fuerunt, a quibus commissa mihi appellationis Causa, consului in hodierna audientia DD. sub dubio -- *An mandata A. C. sint exequenda* -- quod affirmative fuit resolutum.

Licet enim ex inveterato stylo nostri Auditorii in Causis legatorum non detur via executiva, etiamsi mandata fuerunt in Curia A. C. executiva procedentis obtenta, sed gustata eorundem justitia, responderi soleat, mandatum esse
1 justum, ut novissime, cæteris decisionibus recollectis, dixit Rot. *in Verulana Legati 4. Maii proxime præteriti* cor. me; Nihilominus id procedit, quando agitur de executione mandatorum relaxatorum pro legatis mere prophanis, secus autem ubi petitur executio, ut in præsenti casu, pro legatis piis; nam tunc frequenter etiam Rota, comperta
2 mandati justitia, executive procedere consuevit, ad firmata in *Viterbien. Legati 28. Junii 1683. §. Quo vero cum seq.* cor. Reverendissimo Caccia.

Hic vero indubia dictorum mandatorum justitia visa fuit; nam quoad primum cum Catharina, Theodosia, & Emigdia Joannis Baptistæ hæredes statim secuto illius obitu, ad præscriptam Testamenti legem Capellaniam in Ecclesia S. Catharinæ formaliter erexerint cum assignatione dotis scut. 400. consistentis in tot censibus ab eisdem emptis, & postea nullis relictis filiis decesserint, inde purificata remansit conditio, sub qua dotis argumentum usque ad summam scut. 2500. Jo: Baptistæ relictum fuit, ideoque rite, & recte in executionem voluntatis defuncti A. C. mandatum pro hujusmodi augmento tam contra hæreditatem Jo: Baptistæ, quam contra bona Paschalis Patris relaxa-
3 vit, ut in puncto Rot. *dec.* 680. *num.* 1. coram clar. mem. Card. Cerro.

Neque obstat bonorum Paschalis, quod Carolus Cautus in illis successerit tanquam Fideicommissarius ejusdem, qui Joannem Baptistam, ejus hæredes, & successores substituit, ex firmatis per Rot. *in Asculana Fideicommissi 21. Junii 1686. & 6. Junii 1687.* cor. bon. mem. Rondinino, &
4 ideo neutiquam præfata bona onere erectionis Capellaniæ prægravari voluerint; Quoniam placuit responsio, quod cum D. Joanni Baptistæ super hæreditate Paschalis Patris
5 competerent detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, gravamen utique super quota bonorum his detractionibus cor. respondente sustineri debet, non resistente replicatione, quod Joanni Baptistæ pro ejus legitima, ac omni, & toto eo, quod prætendere posset, legati extiterint floreni 25. ac ipse paterno Judicio acquieverit, quia cum tunc temporis in 14. ætatis anno constitutus reperiretur, ut constitit ex documento exhibito, *dicto Summario Ginnavei n.* 3. emergit in necessarium consequens, quod acceptatio legati, & subsecuta renunciatio in adimplementum paterni præcepti,
6 nullis solemnitatibus Statutariis adhibitis, expleta, præjudicium ei certe non intulit, concurrente præsertim adeo manifesta enormissima læsione, quæ actus acceptationis, &
7 renunciationis ipso Jure infecit, ac irritavit, ad Text. *in l. eleganter ff. de dolo l. nulli Cod. de rei vindic.* Rot. *decis.* 383. *n.* 4. *part.* 12. *rec. & in Bonon. seu Imolen. Bonorum super bono. Jure 12. Junii 1695. §. Resolutioni* cor. R. P. D. meo Ursino, *& in Romana, seu Firmana Successionis 28. Februar. currentis anni*, coram R. P. D. meo Molines.

Accedente ulterius ad omnem submovendam difficultatem, quod cum ad sensum dd. decisionum emanat. coram bon. mem. Rondinino in dicta Asculana Fideicommissi, & donationis Paschalis, substituendo Magdalenæ Uxori libere Joannem Baptistam ejusque hæredes, & successores, in illius omnino potestate potuerit instituere, quem vellet; ex hoc evincitur, quod cum electio Theodoræ, Emigdiæ, & Catharinæ Sororum fuit actus ex mero Joannis Baptistæ voluntatis decreto promanans, eo quia ad id explendum nullo necessitatis vinculo arctabatur, absolutum est, quod si eædem Sorores ex voluntario fratris Judicio hæreditatis emolumentum fuerunt assecutæ, nullo postea Jure ab im-
8 plemento adjecti gravaminis eximi potuerunt, & consequenter Cautus earum hæres ad illius satisfactionem venit adstringendus, ut post Peralt. *in l. unum ex familia §. Sed si fundum sub n.* 9. *ff. de legat.* 2. probant Zanc. *in l. heredes mei §. Cum ita n.* 357. *ff. ad Trebell.* Soccin. Jun. *in l. fil. famil. n.* 27. *& seq. de legat.* 2. Fusar. *de substit. q.* 511. *n.* 2. Capon. *controv.* 8. *n.* 8. *n.* 39. Tondut. *q. civil. cap.* 50. *n.* 41. Castald. *consult.* 99. *n.* 5. Card. de Luca *de fideic. disc.* 60. *num.* 3. Surd. *dec.* 172. *n.* 10. Rot. cor. Coccin. *dec.* 2158. *a n.* 3. & in terminis, quod quando gravato competit facultas testandi, & non testandi, si hæredem instituat, iste compellatur ad subeunda onera legata, consuluit Decian. *cons.* 48. *n.* 8. *in fin. lib.* 2. Spin. *de Testam.* §. 27. *de fideic. substit. n.* 63.

Et ea hujus conclusionis efficacissima ratio a DD. assigna- 9
tur, videlicet, quod ubi gravatus restituere hæreditatem, habet facultatem eligendi aliquem ex pluribus, tunc electus videtur capere emolumentum ex præceptivo Judicio Testatoris, nudo tantum ministerio eligenris; nam ubi facultas eligendi non est absolute attributa, sed aliqua adstringitur necessitate, ea utens propriæ liberalitatis beneficium amittit; At vero ubi, ut hic, hæredi libere competit facultas eligendi quem mavult, nec ullus possit hæres, nisi ille, qui ab ipso institutus fuerit, hoc in casu electus, & institutus quamvis ex Testatoris permissiva præordinatione capiat hæreditatem ab Eligente, & Instituente; attamen electio unice referri debet ad ipsius Eligentis voluntatem, a cujus arbitrio, & liberalitate provenit; ideoque eidem Institutus succedere dicitur, ut explicant Fusar. *dicta q.* 511. *cit. n.* 2. 10
Rocc. *disp. select. c.* 43. *n.* 32. late Peregr. *dec. Patavin.* 106. *n.* 3. *&* 9. Rot. cor. Coccin. *dicta dec.* 2158. *n.* 23. *vers. & ratio, ac n. seq.* & optime *in rec. dec.* 205. *n.* 7. *p.* 9. Quinimo si ex præfatis adeo indefinita erat Joannis Baptistæ facultas quoad institutionem hæredis, ut sibi magis benevisu eligere posset, certum est, quod vi hujus illimitati arbitrii Capellaniam ab ipso ordinatam, instituere quoque valuisset, quo fit, ut consummata electione in persona Sororum, onus legati eisdem factum teneat, cum Eligens in bonis, in quibus eligit, possit gravare Electum ad favorem illorum, 11
quos eligere potuisset, Ruin. *cons.* 1. *n.* 3. Valasq. *consult.* 27. *n.* 8. *&* 9. Mierez *de majorat. part.* 1. *q.* 71. *n.* 65. Capon. *d. contr.* 8. *n.* 37. Tondut. *allec. quæst.* 50. *n.* 35. *& seqq.* Castald. *citat. consult.* 99. *n.* 11. Rot. cor. Duran. *cons.* 171. *n.* 9.

Ex iis itaque vindicata dignoscitur justitia primi mandati, quæ non minus clara effulget quoad secundum, cujus executio pariter decreta fuit tam contra bona Emigdiæ, quam etiam contra bona hæreditaria Paschalis; nam respectu bonorum Emigdiæ nulla subest difficultas, ex quo erectio duarum Capellaniarum ab illa extitit in Testamento demandata; Quantum autem attinet ad bona Paschalis sepositis cæteris rationum argumentis ab Informantibus pro Filesio adductis, præcipuum, & inconcussum resolutionis fundamentum in eo residit, quod cum per prædecessum Catharinæ, & Donationem Magdalenæ Matris omnia bona Paschalis consolidata fuerint Emigdia, & Theodosia, eaque postmodum per donationem dictæ Theodosiæ in Emigdiam devenerint, atque rursus mortua Emigdia ex illius Testamento in Theodosiam translata fuerint cum gravamine controversi legati; hinc est, quod etiamsi Magdalena Mater supervixerit, frustra modo evitati contemnitur ejus satisfactio super bonis Paschalis; nam post purificatum fideicommissum in memoratas sorores propter renunciationem, seu donationem a dicta Magdalena factam, illudque ex natura substitutionis vulgaris statim expiratum, Rota *in* 12
rec. dec. 367. *n.* 2. *& dec.* 486. *n.* 5. *part.* 1. *dec.* 221. *num.* 6. *dec.* 326. *n.* 5. *&* 6. *p.* 5. & in terminis hujus Testamenti in pluries *citata Asculana Fideicommissi, & Donationis 21. Junii 1686. §. Non attenta*, cor. bon. mem. Rondinino, equidem in Emigdiam partim ex persona propria, & partim ex Jure dictæ Donationis Theodosiæ, tota Paschalis hæreditas libera emansit, quæ propterea tanquam proprium patrimonium in suprema ejus dispositione favore Theodosiæ facta, onere Capellaniarum licite gravari potuit, Rot. *dec.* 414. *n.* 19. cor. clare me. Card. Cerro.

Præterea Emigdia, quæ gravavit Theodosiam Sororem 13
super dictis legatis scutor. mille pro quolibet, est Creditrix tum propriarum dotium, tum etiam dotium Catharinæ, ac ipsius Theodosiæ Donatricis, & hæredis, pro quarum detractione impedienda in omnem casum inallegabile est fideicommissum, cum dictæ dotes relictæ fuerint a Paschali earum Patre; Et idcirco super bonis ejusdem Paschalis dicta legata sustinentur, Peregr. *de fideicom. art.* 40. *num.* 18. 14
Rota *dec.* 6. *n.* 2. *p.* 16. & cor. Buratt. *dec.* 922. *n.* 3. *vers. quam ex Causa.*

Et ita Partibus informant. resolutum fuit.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Romana Fideicommissi de Zeffiris.

Merc. 27. Junii 1696.

Argumentum supra repetitur.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Fideicommissum ordinatum in casu emissæ nominationis evanescit, si nominatio sequatur.*
2 *Bona effecta libera subjacent hypothecis contractis.*
3 *Is qui debet nominare, nullum prorsus gravamen nominato injungere debet, & si illud adjiciat, irritatur.*
4 *Limita, si nominatio debeat fieri de certo genere Personarum ad arbitrium nominantis, & hic unum ex eodem Personarum genere nominaverit, & gravamen non favore extranei, sed favore aliorum quos gravatus eligere potuisset, imposuerit & num. 5.*
6 *Limita quoque, si Testator gravato promiserit etiam non nominare, eique facultatem dederit incertum de omnino incertis eligendi.*
7 *Eo siquidem casu electus ex liberalitate nominantis non autem Testatoris beneficium capere dicitur.*
8 *Et sic si in casu non adimpleti gravaminis substitutum eligens dederit, ille succedit quoties gravaminis implementum non sequatur.*
9 *Nemo fideicommissum incertæ Personæ relictum petere potest.*
10 *Verbum possit si affirmative proferatur, facultativum dicitur, etiam si versaretur in ultimis voluntatibus.*
11 *Clausula* ad libitum *plenam & omni lege solutam tribuit libertatem.*
12 *Si Testator in casu non factæ nominationis dederit substitutum licet gravato nulla injuncta fuerit præcisa necessitas aliquem nominandi, electus in vim talis dispositionis non tenetur subire onera a gravato in electione ipsi injuncta.*
13 *Contrarium est verius, & n. 14. 15. 16. & 17.*
18 *Conservatio agnationis dicitur eventualis, si pendeat a nominatione a gravato facienda.*

D E C I S I O XLVI.

Silvius de Zeffiris bonis, posterisque suis consulturus, supremas scripsit Tabulas his verbis: *Heredes suos universales instituit DD. Paulum Emilium, & Hortensium ejus filios legitimos, & naturales æquis portionibus, quos invicem substituit; & in eventum, in quem dd. sui filii decederent sine filiis legitimis, & naturalibus possint instituere, quem voluerint ad ipsorum libitum, & si non disposuerint per eorum ultimam voluntatem, masculis deficientibus ab eis descendentibus, tunc, & eo casu vocavit feminas ipsorum masculorum, & descendentes ab eis; Ita tamen, quod pro arbitrio ipsorum masculorum, & descendentium sit, & esse debeat in eorum voluntate adoptare etiam extraneos masculos ad hoc, ut per ipsos adoptatos perpetuis futuris temporibus repræsentetur familia ipsius Testatoris in bonis, & cognomine familiæ suæ.* Hactenus verba Testamenti, cujus vi Abbas Andreas de Leoninis hæres institutus ab Hortensio, qui prædefunctis Paulo Emilio, ejusque filiis masculis superstes fuerat, obtinuit coram bo. mem. Bichio declarari fideicommissum reciprocum a Silvio ordinatum inter suos filios purificatum fuisse favore Hortensii, excluso Monasterio S. Laurentii in Pane, & Perna, quod portionem Pauli Emilii retinere contendebat ex persona Deodatæ ejus filiæ ibidem professæ, ut ex *decisionibus* 271. *&* 278. ab illo editis, quas subsecuta fuit sententia Rotalis; cumque deinde nonnulli Creditores Hortensii obtinuissent quædam mandata contra bona hereditaria illius, eademque exequi curassent super domo proveniente ex fideicommisso Silvii; rejecti fuerunt per sententiam extra Rotam latam bon. mem. Filicaja, in qua admissa fuit famigerata cautela Angeli allegata a fratribus de Leoninis Andreæ hæredibus, qui exceperunt controversam domum ab ipsis retineri Jure fideicommissi conditi a Silvio.

Hac autem sententia, quæ transiturat in rem judicatam fecerat, utebantur etiam PP. S. Mariæ in Porticu, pro repellendo Joanne Antonio a S. Petro, qui coram Rever. D. Hervault Archiepiscopo Turonense, & Reverend. Emerix Decano immissionem obtinuerat in quædam bona ex Testamento Silvii delata Hortensio suorum Auctorum debitori, atque hodie possessa a præfatis Patribus; quamobrem Actor, ut immissionis jam obtentæ plenum effectum consequi posset, ne res judicata sibi obstaret, a Signatura Justitiæ committi mihi Causam restitutionis in integrum, disputatoque congruo Dubio, DD. responderunt, *non constare de re judicata, sed de causis restitutionis in integrum.*

1 Fideicommissum enim, cui præfata sententia Filicajæ innititur, juxta prænarratæ dispositionis seriem, tanquam ordinatum in casibus emissæ nominationis, vel factæ adoptionis evanuit ob hæredis institutionem ab Hortensio factam, deficitque conditio, a qua pendebat Andr. *controv.* 343. *n.* 1. de Luca *de Fideicommiss. disc.* 218. *num.* 7. *Suppl. part.* 3. aliique allegati *in Romana Salviani, seu Canonum die* 26. *Martii* 1694. *§. Quoniam perpensis*, coram Reverendissimo Decano, edita favore Joannis Antonii adversus præfatos PP. unde sublatis fideicommissi vinculis bona ex permissione Testatoris plene libertati restituta translata fuere ab Hortensio ultimo gravato in Andream ejus hæredem cum onere, ac nexu hypothecarum, quibus apud ipsum subjiciebatur, ut dictum fuit *in Romana Salviani, seu Canonum* 8. *Junii* 1689. *§. Tertio tandem, &* 17. *Februarii* 1690. *§. Tum etiam quia*, coram Reverend. D. Hervault.

Nec obstat, quod Hortensius ob interpositam fidem restituendi non ultro, nec sponte sua dederit, sed necessario reliquerit nominato, ut scilicet fidem Testatori præstaret; ideoque cum actus necessariæ nominationis propriæ liberalitatis beneficium non fuerit, sit ut electum, cui nil de suo relinquebat, subjicere nequiverit oneri suos solvendi Creditores, seu quodcunque aliud gravamen illi injungere, ut inquit Papinian. *in celebrata ab omnibus lege Unum ex familia* 67. *§. si Falcidia, & §. Sed & si fundum ff. de legat.* 2. ubi Bart. Baldus, cæterique scribentes, Fusar. *de substit. quæst.* 511. *n.* 5. *&* 6. Fragos. *de Regim. Reipub. Christian. p.* 3. *lib.* 3. *disp.* 9. *§.* 25. *n.* 1. *& seq.* Baitell. *dec. ult. volunt. dec.* 6. *num.* 4. *& seq. cæterique concordan.* relati apud Palm. *alleg.* 4. *n.* 1. *&* 2. *& alleg.* 5. *n. pariter* 1. *& sequentibus* Rot. cor. Ubald. *dec.* 1. *in fine, ubique Adden.* 2 3

Quia Jura nominati prorsus non adimunt potestatem gravandi nominatum, sed eam limitant, vel ampliant, prout electionis facultas illi a Testatore tributa liberior est, aut strictior; nam si Testator imposita gravato necessitate restituendi certo personarum generi eidem concesserit arbitrium duntaxat eligendi, cui ex illis det, licet eum, quem eligit, gravare nequeat favore extranei, qui non sit de genere a Testatore contemplato: attamen sustinebitur gravamen favore aliorum, quo gravatus eligere potuisset, quia sicut poterat totum uni, vel totum alteri relinquere, vel inter plures de eodem genere dividere, ita etiam potuit eum, cui reliquit in favorem ejus, cui relinquere poterat, onerare, juxta originalem doctrinam Bart. *in dict. l. unum ex familia* 67. *§. Sed & si fundum num.* 0. *ff. de legat.* 2. quem communiter sequuntur ibidem Scribentes, & præcipue Castren. *in §. Si duos* Peralt. *num.* 17. *& seq.* Molin. *de Primog. libro secundo cap.* 4. *n.* 11. *cum pluribus seqq. ibique* Adden. *sub num.* 11. Cancer. *variar. resolut. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 119. Mierez. *de majorat. part.* 1. *quæst.* 71. *n.* 95. Solor. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 31. *cum seqq.* Bipoll. *variar. resol. cap.* 13. *lib.* 399. Hermosill. ad Lopez *p.* 5. *tit.* 4. *l.* 7. *gloss.* 5. *n.* 6. Tondut. *quæst. civil.* 50. *n.* 35. *& sequentib.* Fusar. *de substit. qu.* 511. *n.* 8. Capon. *controv.* 8. *art.* 3. *num.* 37. Modern Mutinen. *alleg.* 99. Senen. *decis. Aragon.* 55. *n.* 12. *& sequentibus, & dec.* 437. *n.* 3. Fontanell. *decis.* 94. *n.* 6. Battell. *decis. ult. volunt.* 6. *num.* 3. Rota cor. Dutano *dec.* 171. *n.* 9. & coram Coccino, *decis.* 2158. *n.* 28. *cum sequentibus*; præambula nanque necessitas eligendi unum ex certo genere, resque ipsa, quæ ex electione datur, Beneficium certe sunt, quod profluit a sola liberalitate Testatoris, qui facultatem tribuit eligendi, at illud non excludit liberalitatem eligentis, qui voluntario electionis actu unum alteri præferendo maxima illum liberalitate prosequi videtur, cum valde honorasse, & liberaliter dedisse censeatur is, qui commodum adimere potuit, & non ademit *l.* 1. *§ penultima, ibique gloss. verb. cum adimitur ff. de legat.* 3. Alban. *cons.* 21. Fragos. *de Regim. Reip. Christ. part.* 3. *lib.* 6. *disput.* 9. *§.* 25. *n.* 3. *&* 5. Rot. coram Coccin. *decis.* 2119. *n.* 19. *& sequentib.* 4 5

Et vero si idem Testator liberiori concesso arbitrio omnimode voluntati gravati permiserit num velit restituere nec ne, nullaque præscripta lege plenam illi tribuerit facultatem, incertum de omnino incertis eligendi, electus hoc casu onera omnia ab eligente sibi injuncta subire, illiusque debitores adimplere tenebitur, ut ducto argumento a Text. *in l. item* 7. *§. Quidnam ff. de reb. dub. & dict. l. unum ex familia ff. de legat.* 2. *probant* clar. mem. Card. de Luca *de fideic. disc.* 60. *n.* 3. *& seqq. Cod. de Testam. disc.* 46. *num.* 1. *& seqq. disc.* 48. *n.* 3. *de detract. & legitim. disc.* 27. *n.* 5. *de Jurepatr. disc.* 80. *n.* 3. Fusar. *de substit. quæst.* 511. *n.* 1. *& seqq.* Fragos. *de regim. Reip. Christ. part.* 3. *lib.* 6. *disp.* 9. *§.* 25. *nu.* 3. *& seq.* Capon. *contr.* 8. *art.* 3. *ar.* 3. *n.* 38. & Modern. Mutinen. *d. cons.* 99. latissime Leo *dec. Valent. dec.* 12. *per tot. lib.* 3. Rot. cor 6

Bichio

Bichio *dec.* 576. *n.* 4. *& seq. dec.* 57. *n.* 5. *& seq. part.* 14. *rec. mbgistraliter in Romana Emphyteusis* 29. *Novembris* 1652. cor. Verospio, *in Asculana Jurispatronatus* 13. *Junii* 1695. §. *Accedente ulterius cum duobus seqq.* coram R. P. D. meo Pio, præter alios, alias authoritates, & concordantes hujus Sac. Tribunalis resolutiones relatas in decisione præfata Rever. Decani 26. Martii 1694. §. *Quoniam perpensis*; gravatus enim hoc casu hæredem sibi nominat, non ut Testatori pareat, sed pro sua voluntate; ideoque cum non alieno Jure, sed suo disposuisse censeatur, consurgit, ut electus ex illius liberalitate, non ex Testatoris Judicio beneficium
7 capere dicatur, Rocc. *disp. Jur. select. cap.* 43. *n.* 32. Fusar. *de substit. d. q.* 511. *n.* 2. de Luca *de fideicom. in Summ. n.* 179. *& seq.* quin etiam si eligens in casu non adimplete conditionis, seu gravaminis injuncti substitutum dederit resoluta nomi-
8 natione succeder substitutus per ea, quæ tradit Paris. *cons.* 46. *lib.* 4. Cald. *de Emphyt. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 15. *&* 16. Valasc. *consult.* 27. *n.* 9. Capon. *contr.* 8. *art.* 3. *n.* 23. *& seqq.* Molin. *de contract. disp.* 433. *n.* 2. Hieronym. Palm. Sen. *cons.* 38. *n.* 8. *& seq. & cons.* 62. *num.* 23.

Hanc vero Causam in hoc secundo casu versari manifeste evincit dispositio Testamētaria sub initium relata, qua nulla facta restrictione ad certum aliquod personarum genus, concessa legitur facultas nominandi quemcunque extraneum, & incertum prorsus hæredem ex incerto personarum genere eligendum, in qua hypothesi sublata quacunque necessitate restituendi integrum, esse gravato eligere, & non eligere, dare, & adimere probant Jura mox allegata,
9 cum nemo sit, qui fideicommissum ita relictum personæ incertæ petere possit, Gabriel. *cons.* 132. *n.* 74. *lib.* 1.

Et clarius confirmant verba, quibus nominandi facultas explicata legitur, merum, & absolutum arbitrium undequaque præseferentia; Testator enim usus fuit verbo *possint*, quod ubi affirmative profertur, facultativum dicitur, et-
10 iamsi versemur in ultimis voluntatibus, Card. de Luca *de Testam. disc.* 46. *n.* 7. *vers. & nihilominus*, Rota *in d. Romana Emphyteusis* 29. *Novembris* 1653. §. *Hinc non videtur in fin.* cor. Verospio, juncta præsertim clausula *ad libitum ipsorum*, plenam, & omni lege solutam libertatem tribuente,
11 ex deductis in dicta *Romana Salviani. seu Canonum* §. *Attentis præsertim*, cor. Rev. Decano.

Nec turbat replicatio, quod licet in casu nostro nulla gravato injuncta fuerit precisa necessitas aliquem nominandi hæredem; attamen cum Testator in casu non factæ dispositionis eidem dederit substitutum, resultat, ut causativa quadam necessitate cogi videatur ad eligendum, ni velit, ut locum habeat dispositio Testatoris; ideoque ele-
12 ctus in hujusmodi præambulæ necessitatis, ut capiens emolumentum ex judicio Testatoris gravati minime valeat a nominante, ut innuere videntur Card. de Luca *de fideic. disc.* 60. *n.* 3. *&* 7. Modern. Rodulph. *alleg.* 67.
13 Quia contrarium in nostris præcisis terminis docuerunt idem Card de Luca *de legit. & de tract. disc.* 27. *n.* 6. & Peregr. *dec. Patavin.* 106. & optima quidem ratione; nam ut probant Jura superius allegata necessitatis verbo in proposito significatur obligatio, quod; dixit Papinian. *initio d. l. unum ex familia* hæres eligere debet, plane necessitatem significat, idest *cogitur eligere*, vel reddere, & ut ait in §. *primo* omnino debet eligere, vel reddere ipse, vel ejus hæres, ut bene ad rem nostram explicat Cyriac. *in lib.* 19. *q.* Papinian. *ad l. unum ex familia* §. *Si falcidiam fol. mihi* 534. *lit. D. & E. to.* 1. *oper. Posth.* hujusmodi autem obligatio, seu causative necessitas gravato imposita censetur favore illius duntaxat, qui beneficium accipit ex judicio dispositivo Testatoris, non autem erga eum, qui ex judicio permissivo ejusdem, emolumentum consequitur.

Quamobrem licet in nostra hypothesi illam viguisse dici posset favore substituti, quia in casu, quo gravatus non nominasset ex præordinatione dispositiva Testatoris fideicommissum petere valuisset; ideoque merito contempsisset quod-
14 cunque onus a gravato injunctum, quia lex ipsa illud rejiciebat, Peralt. *d. l. unum ex familia* §. *Sed et si fundum n.* 3. *ff. de legat.* 2. Casanat. *cons.* 23. *n.* 25. Ramon. *cons.* 97. *n.* 38. Altogr. Jun. *contr.* 43. *n.* 33. Cancer. *var. resol. p.* 3. *c.* 7. *n.* 387.

Nihilominus longe aliter res se habet respectu nominati, cui tanquam incerto ex penitus eligendo nulla erat petitio fideicommissi, sed ex præordinatione permissiva duntaxat Testatoris beneficium consecutus fuit a liberalitate nominantis, qui propterea illum gravare potuit, juxta distinctio-
15 nem traditam a Bald. *in l. voluntas* 4. *q.* 13. *C. de fideicom.* quem sequuntur Fusar. *de substit. quæst.* 511. *num.* 3. Peregr. *d. dec.* 106. *n.* 6.

Eaque hujus distinctionis videtur esse vera ratio, quia primo casu gravati, seu nominantis Jus, ac dominium resolubile est, & post ejus mortem cessat, cum necessarium habeat successorem, nec succedendi ordinem a lege, vel ab homine sibi præscriptum intervertere queat; altero vero casu quan- 16
do Testator remoto fideicommissi obstaculo; ideoque sublata causa resolutiva Juris, ac Domini concessit gravato omnimodam facultatem nullum, vel omnino incertum heredem eligendi, si aliquem nominaverit, magis Jure suo, quam alieno usus videbitur, ejusque officium non consistet in mero facto, & ministerio executionis alienæ voluntatis, sed in Juris sibi competentis usu, ut egregie de more ratiocinatur Card. de Luca *de fideicom. disc.* 57. *n.* 16. *& seqq. ac disc.* 59. *n.* 6. *& seqq. & disc.* 212. *n.* 9.

Auctoritates vero in objecto allegatæ non urgent; nam Card. de Luca præterquam quod pro validitate gravaminis etiam in casu, quod datus fuerit substitutus, pro veritate respondit *d. disc.* 27. *n.* 6. *de legit. & detract. dum in tract. fideicom. disc.* 60. *n.* 7. ait, quod ubi electio, & nominatio 17
vaga est, & generalis de persona omnino incerta de incertis absque ulteriori provisione in casu, quo illa non sequatur, tunc dispositio censetur potius ultimi, quam primi disponentis, ut ex hac verissima thesi validum eligi posit argumentum a contrario sensu, quod cæteroquin ducere non licet ex verbis Doctorum, ut in Voto edito *in Ferrarien. fideic. de Turchis* 19. *Augusti* 1687. §. *Prout nec tertia*, cor. Rev. Decano. Non sufficit ponere, quod in casu nostro ulterior adsit provisio, datio nempe substituti, sed prætere requireretur, quod electio incerti ex certo genere facienda esset; minus vero urget authoritas Ridolphin. *d. alleg.* 67. cum & ipse agnoverit cum Peregr. *dec.* 107. causativam necessitatem tunc solum subesse, cum electio incerti facienda est ex certis personis, quas omnes in casu non factæ electionis lex vocat; secus vero si electio ex incerto prorsus genere personarum facienda sit.

Objecta denique prorogatio fideicommissi in hæredes quoque nominatos ab Hortensio elicita ex perpetua conservatione honorum, & cognominis delatione injuncta extraneo ab ultimo gravato adoptando, & quæ confirmata dicebatur pluribus Sententiis declarantibus fideicommissi durationem, sublata fuit in præcitata decisione Reverendissimi Decani, in qua animadvertitur, adoptionem hæredi fuisse facultativam, & liberam, ac per consequens artificialem 18
quoque agnationis conservationem fuisse eventualem, quatenus scilicet gravatus facultate nominandi extraneum heredem minime uteretur per ea, quæ tradit Card. de Luca *de fideicomm. d. disc.* 212. *n.* 9. *in fine*; Sententiæ vero existentiam, & durationem fideicommissi non firmant, ut pariter optime explicatur, §. *Neque in contrarium præfatæ decisionis*, cui Doctores adhæserunt. Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Romana nominationis.

Lunæ 23. Jan. 1698.

Fuit argumentum appositum in decisione, quæ istam & aliam antecedit.

SUMMARIUM.

1 *SI alicui concessa fuerit facultas nominandi, non est in facultate eligentis nominatum aliquo onere gravare.*
2 *Habens facultatem nominandi, non potest præmium pro nominatione reportare, sed illam gratis facere tenetur.*
3 *Limitantur prædictæ conclusiones, quoties quis possit nominare, & non nominare, & n.* 9.
4 *Declaratur limitatio ut vera sit, quoties Testator adeo amplam potestatem tribuisset, ut vel incertum de omnino incertis valeat hæres eligere, vel potius non facta electione fideicommissum evanuisset, & bona in heredem libere remansissent.*
5 *Secus si Testator gravaverit institutum & arbitrium eligendi quem maluisset ex certo genere personarum tribuerit, & non facta nominatione bona alteri reliquerit, & n.* 5. *&* 10. *&* 11.
6 *Ea quæ in augmentum posita sunt, operari non debent diminutionem.*
7 *Testator si quamcunque detractionem prohibuerit, censi.*

censetur noluisse, quod nominandus ab herede aliquod onus in nominatione debeat subire.
8 Castald. consult. 99. *declaratur & refutatur.*
11 *Conditio apposita in fraudem legis vitiatur, & non vitiat.*

DECISIO XLVII.

ABbas Paulus Rapacciolus in ejus ultimis, cum quibus decessit, Tabulis conditis de anno 1662. institutis sibi hæredibus pro æquali portione Francisco, & Prudentia de Griffis Moniali Professa in Monasterio Sanctæ Luciæ in Silice Urbis ejus avunculo, & respective matertera, nec non Martha nupta Paulo Fenzonio, & Maria Deodata pariter Professa in eodem Monasterio ejus sororibus, ulterius procedendo in hunc, qui sequitur, modum disposuit--*E perchè totalmente confido in Suor Maria Deodata sudetta &c. perciò concedo ad essa la facoltà di nominare a suo arbitrio un figliuolo di detto Sig. Antonio mio fratello, overo della detta Sig. Maria mia sorella, quale così nominato voglio, che succeda in tutta la detta mia eredità &c. prohibendo ogni detrazione, e con condizione, che venendo nominato debba prendere il cognome, & arme di Casa Rapaccioli, altrimente decada dalla detta eredità, se però la medema Suor Maria Deodata non giudicasse per la tenuità della mia eredità, o altre raggioni a suo arbitrio liberarlo da detto peso di prendere cognome, & arma, in qual caso liberandolo essa, mi contento resti liberato: & in caso, che morisse detta Suor Maria Deodata senza fare detta nominatione &c. voglio, che detta mia eredità si devolva, e vada alla Chiesa della Madonna del Colle di Collescipoli, qual Chiesa in tal caso sostituisco &c.*

In vim prænarratæ facultatis dicta Maria Deodata, cui cæteri cohæredes jam antea prædecesserant anno 1690. nominavit Antonium de Fenzonis alterum ex filiis dictæ Marthæ; verum quia in actu nominationis sui, ac præfati Monasterii favore reservavit tres census hæreditarios dicti Pauli sub ea conditione, quod ubi Antonius infra mensem se non obligaret ad observantiam prædictæ reservationis, nominatio haberetur pro non facta, orta fuit lis super cassatione dictarum reservationum, & conditionis in Curia Eminentissimi Cardinalis Vicarii Urbis, a quo cum Antonius post obitum dictæ Mariæ Deodatæ hoc interim defunctæ favorabilem sententiam contra Monasterium obtinuerit, delata mihi ad istius instantiam appellationis causa, proposui in hodierna audientia dubium--*An reservatio, & conditio apposita in nominatione sustineatur?* quod negative resolutum fuit.

Stetit decidendi ratio in eo, quod cum Testator nudam tribuerit facultatem Mariæ Deodatæ eligendi scilicet unum ex filiis Antonii ejus fratris, vel Marthæ ejus sororis, qui post obitum omnium institutorum in tota ejus hæreditate succedere deberet, non poterat eadem Maria Deodata sibi, ac Monasterio in Antonii præjudicium memoratos census reservare, cum non sit in potestate eligentis gravare electum aliquo onere, quod sit pretio æstimabile, juxta notata per Peralt. *in leg. Unum ex familia §. Si, & si fundum n. 14. & seqq. ff. de legat. 2.* Tondut. *q. & resol. civil. lib. 1. cap. 50. n. 33. & seqq.* Adden. ad Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 4. sub n. 10.* Palm. nep. *alleg. 4. n. 5. & alleg. 5. n. 8. & seq.* Modern. Forolivien. ad Ramon. *consf. 85. n. 53.* Rota coram Coccin. *dec. 2158. n. 23. & seq.* Habens enim facultatem nominandi non potest præmium pro nominatione reportare, sed illam gratis facere tenetur, ut est Text. *in d. l. Unum ex familia §. Et si de falcidia ff. de leg. 2.* Altogr. jun. *contr. 6. num. 19. & seq. contr. 67. n. 6.* Torr. *de primog. Ital. tom. 1. cap. 27. nu. 145. & seq.* Cancer. *var. resolut. p. 3. cap. 7. n. 386.* Galeott. *contr. 39. n. 33. lib. 2.* Capon. *contr. 8. art. 14. n. 22.* 2

Nec relevat, quod Maria Deodata potuerit nominare, & non nominare, atque ideo ob actum voluntariæ electionis in Fenzonii personam expletum valuerit illi gravamen dictæ reservationis imponere, ut firmat Torr. *de pact. futur. de succ. ess. lib. 1. cap. 13. n. 22.* Tondut. *q. civil. d. cap. 50 n. 35. & seq.* Manf. *cons. 390. sub n. 7.* Castald. *cons. 99. n. 4. & seq.* Peregr. *dec. 106. n. 3* Fontan. *dec. 94. n. 6.* Rota coram *dec. 2158. n. 23. & seq. & dec. 205. n. 7. p. 9. recent, & in Asculana Jurispatronatus, & legatorum 13. Junii 1695. §. accedente*, cor. R. P. D. meo Pio. 3

Nam Domini, retenta communi distinctione, objectum procedere posse dixerunt, quoties Testator adeo amplam sorori potestatem tribuisset, ut vel incertum de omnino incertis valuisset eligere, vel potius non facta electione 4 fideicommissum evanuisset, & bona transisset libere ad sororis hæredes, in quibus terminis loquuntur authoritates in objectum laudatæ; At cum in hypothesi dictus Testator gravaverit institutos hæreditatem restituere, solumque arbitrio Deodatæ reliquerit eligere quem maluisset ex certo genere personarum, adeout, non facta nominatione, in alterum ex filiis Antonii fratris, vel Marthæ sororis, bona omnia transire deberent ad Ecclesiam S. Mariæ Collis Scipionis substitutam, nominatio transit in actum necessarium, in quo licitum non erat Deodatæ Fenzonium electum gravare, ut per celebrem Tex. *in d. l. unum ex familia ff. de legat. 2. & in leg. utrum §. cum quidam ff. de reb. dub.* distinguunt Manf. *d. consult. 390. n. 1. & seq.* Fusar. *cons. 63. n. 14. & 15. & in tract. de substit. quæst. 511. num. 1. & per tot.* Rocc. *disp. jur. select. cap. 42. n. 31. & seq.* Torr. *de pact. futur. successsion. cap. 23. n. 13. & in tract. de Primogen. Ital. part. 2. quæst. 15. a n. 10. ad 21.* Altograd. *controv. 67. n. 3. & sequentibus* Palm. nep. *alleg. 5. n. 2. & seqq.* Modern. Forolivien. ad Ramon. *d. cons. 85. a n. 53. usque ad 72.* Rota coram Coccin. *dicta dec. 2158. num. 23. & in recent. dicta decis. 205. num. 5. & sequentibus part. 9. dec. 337. n. 6. & seq. part. 16. & in Romana fideicommissi de Zeffiris 17. Junii 1696. §. nec obsta., & seq. &* cor. R. P. D. meo de la Tremoille, *et in Romana restitutionis hereditatis 2. Aprilis ejusdem anni §. non obstat*, cor. bo. me. Emerix *et 17. Junii proxime præteriti §. quoenim*, cor. R. P. D. meo Lancetta. 5

Et optima quidem ratione; nam in primo distinctionis casu ob liberam facultatem hæredis eligendi quem mavult, electus videtur capere hæreditatem ab illius liberalitate, & arbitrio, sine quo ad successionem aspirare non potest; quod tamen secus est in secundo casu, in quo ob necessitatem, qua nominans adstringitur ad eligendum unum ex certo genere, electio provenire dicitur a præceptivo Testatoris judicio, non autem a voluntate eligentis, cum iste nudum tantum ministerium præstet, nec ullum liberalitatis actum exerceat, ut sunt verba sæpe citati Text. *in d. l. unum ex familia §. si de falcidia ff. de legat. 2.* Palm. nep. *dicta allegat. 5. n. 2.* Card. de Luca *de Testam. discurs. 46. pariter n. 2. et disp. 48. n. 3. de legitim. disc. 27. n. 5. et de fideic. disc. 218. n. 4.* Peregrin. *dec. 106. n. 3.* Modern. Forolív. ad Ramon. *d. cons. 85. n. 67. vers. duo etenim, et seq.* Rot. *dec. 203. n. 6. et seqq. et dec. 314. n. 6. et 7. p. 9. et dec. 536. n. 99. et seq. p. 14. rec. et in d. Asculana Jurispatronatus, et legatorum 13. Junii 1695. §. et ea*, cor. R. P. D. meo Pio. 6

Idque confirmatur ex eademmet dispositione Testatoris; agnoscens enim ipse tenuitatem propriæ hæreditatis tribuit facultatem Moniali eximendi nominatum ab onere assumendi ejus cognomen, & insignia, prout antea imposuerat, quod sane perspicue ostendit, quod si idem Testator imposuit in arbitrio Deodatæ diminuere dictum gravamen ab ipso designatum, quod comparative ad ejus bona nimis durum fortasse prævidebat, noluit per consequens eidem tribuere potestatem augendi onus electo, mediante dicta reservatione, ne alioquin posita in augmentum operentur diminutionem, contra regulam, de qua Text. *in l. legata inutiliter ff. de legat. 1. et in l. legata 14. ff. de alim. leg.* Rot. coram Cerr. *dec. 916. num. 9. et in Romana Trebellianicæ 16. Januarii 1690. §. nec obstat in fin.* cotam bon. mem. Emerix. 7

Ulterius vero prohibuit institutis quamcunque alienationem ex causa detractionum, ex quo voluit nominatum succedere in tota ejus hæreditate ibi--*con conditione, che non possino vendere, ne alienare cosa alcuna della mia eredità, ma tutto intieramente conservare per li sostituti, e l'ultimo superstite habbia tutta la mia eredità, senza alcuna detratione* & rursus ibi *quale così nominato voglio, che succeda in tutta la mia eredità prohibendo ogni detratione*--Si ergo Testator adeo stricte detractiones prohibuit, ut integra ejus hæreditas perveniret ad substitutum electum, exinde assequimur, quod eo minus voluerit Moniali permittere reservationem dictorum censuum; nam alias elusoria remaneret illius dispositio, dum integra hæreditas ad dictum electum non devolveretur, ut in puncto tradunt Molin. *de Majorat. et Primogen. lib. 2. cap. 4. num. 19. et seq.* Palm. nep. *alleg. 5. n. 8. et 9.* optime Salarin. *respons. 32. n. 58.* Modern. Forolivien. ad Ramon. *dict. cons. 85. n. 55. et seq.* Nec attendi meretur authoritas Castald. *in consult. 99. sub n. 6.* ubi firmat, electum teneri ad onus sibi impositum ab eligente, quamvis Testator quamcunque alienationem prohibuerit; quia ultra quod loquitur in casu, quo nominatus erat etiam hæres nominantis, cujus proinde factum impugnare non poterat, ut ibidem *num. 6. et 7.* contra il- 8

lam

lam in judicio decisum fuit, ut testatur Palm. nep. ex adverso in eadem causa scribens *d. alleg. 5. in fin.*

Atque hinc non obstat, quod Testator in casu non factæ nominationis substituerit locum pium, ex quo infertur, quod quemadmodum Deodata liberam eo magis habuerat facultatem nominandi, & non nominandi, ita etiam poterat in actu nominationis electum gravare, ex traditis per
9 Mans. *d. consult.* 390. *n.* 7. Peregrin. *dec.* 106. *n.* 2. *et seqq.* Quoniam Dominis ex dicta substitutione contrarium potius argumentum videbatur emergi; Dum enim Deodata adstringeretur necessitate saltem causativa ad eligendum unum ex familiis a Testatore designatis, ne scilicet Ecclesię substitutæ devolveretur successio, nullam videtur in dicta nominatione liberalitatem exercuisse, propter quam value-
10 rit in præmium dictam reservationem adjicere, ut firmant Modern. Forolivien. ad Ramon. *d. cons.* 85. *n.* 66. *et seqq.* Rodulphin. *alleg.* 67. *n.* 3. *et seqq.* Rot. *in d. Romana fideicomm. de Zepheris* 27. *Junii* 1696. §. *Nec turbat*, cor. R. P. D. meo de la Tremoille. Quibus non adversantur authoritates Mans. *consult.* 390. Peregrin. *dec.* 306. superius allegatæ; nam illæ procedunt in casu, quo facultas eligentis extendatur ad incertos de omnino incertis, non autem quando restricta est intra limites nominationis faciendæ de incertis, ex certo tamen genere personarum, ut declarat idem Rodulph. *d. alleg.* 67. *n.* 7. Rota ipsa in dicta *Romana fideicomm. de Zepheris* §. *final.*

11 Minusque obstat, quod in nominatione adjecta fuerit conditio resolutiva, ut quatenus electus se non obligaret infra mensem ad servandum onus appositum, nominatio haberetur pro non facta; Tum quia hodiernum dubium, quod disputatur, unice restrictum est ad validitatem reservationis, & conditionis adjectæ in nominatione; Unde cum ex prædictis neutra ex illis sustineri valeat, quantum spectat ad resolutionem ejusdem nominationis esset particulariter ponderandum, præsertim, quia ad causam non reperitur Ecclesia Collis Scipionis, cui ob Monialis prædecessum in casu resolutæ nominationis tota hæreditas pervenire deberet.

Tum etiam, quia conditio hujusmodi tanquam apposita in fraudem legis, & ad eludendam indirecte Testatoris voluntatem, vitiaretur quidem, sed non vitiaret nominationem, juxta elegantem Text. *in l. Sejus et Agerius* 27. *ff. ad l. falcid.* quem in his terminis sequuntur Capon. *controv. cor.* 8. *a* 3. *n.* 11. ubi quod d. conditio habetur, ac si adjecta
12 non fuisset Torr. *de primogenit. Ital. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 138. *et seq.* Palm. nep. *d. alleg.* 5. *n.* 38. *et seq.* Sadarin. *respons.* 32. *n.* 59. *et seq.* Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Faventina Fideicommissi.

Ven. 17. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Religiosi Professi cum retineant Jura sanguinis succedunt in fideicommissis ordinatis pro masculis, licet adsit prohibitio alienationis vestita ratione conservandi bona in agnatione, nisi tamen contraria resisteret Testatoris voluntas, quæ desumeretur ex volita conservatione agnationis ex ipsa prohibitione alienationis ex exclusione filiorum, in in casu quo ingrederetur in Religionem, & demum ex constitutione magnæ dotis filiabus in sæculo nubendis & exiguæ dotis in casu nuptiarum spiritualium, in comprobationem *disc.* 63. & *disc.* 64. *de Fideic.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Regulariter a fideicom. agnatitiis Religiosi professi temporaliter, & quoad usque vivant, non excluduntur, non obstante prohibitione alienationis vestitæ ratione conservandi bona in agnatione & linea masculina.*
2 *Limitatur quoties disponentis resistat voluntas.*
3 *Conservatio agnationis a Testatore volita est urgens conjectura ad desumendam Testatoris voluntatem excludendi etiam temporaliter a fideicommisso Religiosos.*
4 *Idque voluntas probatur quoque, si Testator consideraverit casum, quod aliquis ex primis heredibus institutis vitam eligeret monasticam, & eo casu illum successione privaverit.*
5 *Idque etiam comprobat, si filiabus ingentem dotem constituerit in casu nuptiarum carnalium, tenue vero subsidium in casu spiritualium, & n. 6.*
7 *Renuncians ad bona renunciata nunquam potest habere regressum.*
8 *Renuncians si heres extiterit institutus dicitur ad bona & Jura renunciata reintegratus, declara ut n. 9. & 10.*
11 *Adversus fideicommissum datur actio pro dote descendentium.*
12 *Alienatio rei fideicommissariæ facta pro solutione æris alieni ut sustineatur, exigitur probatio versionis, quodque Creditores urgeant n. 14.*
13 *Ut pro dote distrahi possint bona fideicommisso obnoxia requiritur, quod nuptiæ paratæ sint.*
14 *Probatio versionis fieri debet aliunde, quam ab assertione contrahentium.*
15 *Primæ alienationes censentur prælectæ pro detractionibus quæ competunt.*
16 *Defectus Inventarii non excludit, quin fieri valeat detractio legitima.*
17 *Fideicommissario agenti adversus tertium pro bonorum venditatione incumbit onus probandi in prioribus alienationibus fuisse detractiones consumptas, cum alias præsumptio stet pro tertio possidente.*
18 *Detractio legitimæ non impedit fideicommissario Immissionem pro indiviso.*
19 *Fideicommissario solet demandari refusio detractionis legitimæ adinstar detractionis quantitativæ, quoties firmatus appareat status hæreditarius, & legitimam ad quam summam ascendat ex eo pateat.*

DECISIO XLVIII.

Disceptato articulo vocationis Petri de Diversis agentis in Judicio immissivo ad bona fideicommissaria alterius Petri Sen. in decisione cor. me edita die 23. Junii anni præteriti canonizata fuit reciproca linearis inter universos descendentes Testatoris, a qua propriam vocationem metiebatur Actor, quam etsi denuo impugnare petiissent Rei conventi, implorando iterum audiri. Domini tamen agnita evidenti subsistentia fundamentorum captæ resolutionis, illos exaudire minus juridicum putarunt quoad articulum illum satis digestum, & enucleatum.

Quapropter restricta novæ Audientiæ petitione in puncto vocationis P. Petri Faustini Religiosi Professi in Conventu S. Augustini Faventiæ nepotis Joannis Evangelistę alterius ex Testatoris filiis, & competentiæ detractionum, quæ opponebantur ad retardandam immissionem, quoad hæc instaurari permiserunt, ut ex rescriptis proditis super instantiis porrectis diebus 23. Martii, & 25. Aprilis præteriti, ad quorum præscriptum hodie sub consueto dubio Patribus informantibus, ad tres inspectiones contentio reducebatur. Alteram super vocatione antefati Religiosi ad bona obventa in portionem Joannis Evangelistæ ejus Avi. Secundam super subsistentia alienationis Prædii fideicommissarii in Agro Russio in Villa Cortinæ, & alterius in Scola Redæ fundo Altaredæ pro dotibus Catharinæ, & Dianæ filiarum Octavii, & Ursinæ filiæ Joannis Evangelistæ filiorum Testatoris, quarum titulo contractum secutum asserebatur in Instrumento venditionis; & tertiam demum super retentione, quæ expetebatur titulo legitimæ competentis Octavio, & Joanni Evangelistę filiis Testatoribus alienantibus; super quibus omnibus ponderatis iis, quæ utrinque proponebantur juxta descriptam methodum, PP. nec vocationem Petri Faustini admiserunt, nec validitatem alienationis ex titulo dotis, sed solam retentionem, seu detractionem legitimæ, quam competere existimarunt juxta modum infra subnectendum, quoad cætera adhærendo resolutis.

Etsi nanque regulariter a fideicommissis agnatitiis Religiosi Professi temporaliter, & quoad usque vivunt cum retineant Jura sanguinis, succedere dicantur, non obstante 1
prohibitione alienationis vestita ratione conservandi bona in agnatione, & linea masculina, ut articulo ad partes discusso firmatum fuit in *dec.* 432. *n.* 22. & *per tot.* & *dec.* 343. *pariter per tot. part.* 14. *rec.* & magistraliter *in dec.* 392. *part.* 15. & *dec.* 23. *n.* 31. *part.* 15. limitatur tamen propositio, quod ex cæteris Testamenti partibus, ac ex conjecturata Testatoris mente constat, nunquam voluisse ad successionem admittere Monasteria, quia tunc resistente disponentis voluntate habetur perinde ac si Monasteria essent penitus incapacia retentionis Bonorum, ut præcise tradunt Castill. *quo-*

tid.

2 *tid. contr. tom. 6. cap. 162. n. 10. & seqq.* Caren. *res.* 153. *n.* 5. & 6. Rodulph. *alleg.* 120. *n.* 1. Mastrill. *dec.* 65. *n.* 2. & 3. & Rot. *dec.* 207. *n.* 2. *part.* 16. *rec.*

In themate autem ultra enixam conservationem agnationis a Testatore volitam (quæ etsi ex receptiori nostri Auditorii sententia non sit patens demonstratio exclusionis Religiosorum, detinet tamen vim urgentis conje-
3 cturæ ad sensum Caren. *res.* 155. *n.* 14.) concurrit positivum factum ipsiusmet Testantis, a quo perpetuo arcere voluisse Monachos, & Professos a sua successione, deprehenditur; & primo quidem in institutione universali hæredis, in qua comprehensos voluit nominatim quatuor ejus filios, & signanter Joannem Evangelistam, quem tamen considerans aliquo futuro tempore ingredi posse Monasterium, vel Religiosam vitam profiteri, tunc, & eo casu illum a Jure universalis successionis exclusit, ac ei relicta quadam tenui præstatione, demandavit totam, & integram illius portionem accrescere cæteris filiis, ut expresse cantat dispositio relata in hodierno *Summ. Actoris n.* 3. fortissimum autem est argumentum omnimodæ exclusionis Religiosorum privare proprium filium consuccessione, quatenus Monasticum habitum assumeret; cum si id voluit in filio
4 prædilecto, & præcognito, a fortiori eadem censura in cæteris descendentibus minus dilectis disposuisse censendum est, ut in specie advertit, & probat Decian. *cons.* 61. *sub n.* 4. *vers. addo etiam cum seqq. lib.* 5. Car. *d. res.* 153. *n.* 10. *per tot.* Mierez *de Majoratu part. secunda quest.* 3. *n.* 215. *ubi concordan.* & Rot. *in dec.* 313. *num.* 18. *part.* 10. *rec.*

Secundo id ipsum Petrus Testator servari mandavit respectu Catharinæ, & Dianæ ejus neptum, quibus in casum nuptiarum carnalium congruam, & speciosam dotem reliquit, in sc. mille auri, quam tamen eis acquiri noluit, si Domino nuberent; sed tunc eis subsidiarium tantum legavit emolumentum, a qua discretiva dispositione datur efficax conjiciendi locus Testantem abhorruisse suorum bonorum permanentiam in Monachis, & Pro-
5 fessis, quos perinde perpetuo exclusisse dicendum est, ut hac notata circumstantia firmant Altogr. *cons.* 96. *n.* 33. *lib.* 1. & Caren. *sæpe dicta resol.* 153. *sub n.* 11. *§. Tertia conjectura*, & *n.* 12. & Rot. *dec.* 207. *n.* 1. & 2. *p.* 16. *rec.*

Univocus nanque isti excludendi modus tam filios, quam filias Claustralem vitam profitentes concludentissi-
6 me demonstrat firmam voluntatem semper, & omni tempore arcendi Regulares a successione, a qua absurdum esset excludere proximiores, & dilectiores, data cæteroquin comprehensione remotiorum, ut optime præ cæteris Car. *resol.* 153. *n.* 10. & *plurib. seq.*

Assumptumque efficacius militat in hypothesi, dum Petro Faustino ultra conjecturatam mentem disponentis resistit realis, & amplissima renunciatio ab ipso facta in ingressu Religionis omnium, & quorumcumque bonorum, jurium ad eum ex quacunque ratione, vel causa tam cogitata, quam incogitata pertinentium, &
7 in specie fideicommissi purificati, vel purificandi ad commodum Hieronymi ejus Patris hæredum, & successorum quorumcunque: quæ sicuti dubio procul complectitur vocationem fideicommissariam, de qua quæritur; ita ratione suæ realitatis, & naturæ operatur, ut renuncians sit sublatus de medio, nec computetur ad retardandam immissionem cæteris vocatis, cum ei nullo unquam tempore possit ad bona renunciata patere regressus, ad tradita per Peregr. *de fideicomm. art.* 12. *n.* 74. Camerat, *respons.* 21. *n.* 15. & *seqq. lib.* 1. & dixit Rota *dec.* 677. *a n.* 14. cor. Dunoz. jun. & *dec.* 586. *n.* 3. coram Bich. & *in Romana hæreditatis de Boncompagnis* 23. *Maii* 1686. §. *Recognita* cor. bo. me. Rondinino.

Neque urgebat Hieronymum renunciatarium in Testamento, sub quo decessit, hæredem instituisse in usu-
8 fructu ipsummet filium renunciantem, qui idcirco ad bona, & jura renunciata reintegratus remaneat, ad firmata per Gall. *de renunc. lib.* 2. *c.* 5. *sub n.* 23. & Rota *dec.* 160. *n.* 5. *circa fin. p.* 3. Quoniam propositio verissima est, quoties renunciatio emanavit tantum favore Patris, & illius hæredum bonorum, in quibus terminis militat reintegratio ab institutione paterna proveniens, & loquuntur authoritates in objecto laudatæ; secus tamen est, quoties, ut in casu, renunciatio fuit concepta non quoad bona indifferentia, in quibus veniunt ex Jure renunciantis hæredes bonorum, sed pro fideicommisso purificato, & purificando, in quo jus habebant tantum capaces & vocati, quibus idcirco renunciatio profuit non obstante clausula pro se, & hæredibus & successoribus quibuscunque, quia illa restringitur juxta subjectam materiam, & in bonis liberis illius de hæredibus quibuscunque; in fi- 9
deicommissariis vero verificatur solum de capacibus, & de successive vocatis, ut in puncto dixit Rota *dec.* 10. *sub n.* 20. & 22. cor. san. mem. Alex. VIII. & *in dec.* 160. *n.* 5. & 6. & 10. *p.* 10. & *dec.* 401. *n.* 16. *p.* 13. *rec.* quibus per consequens in medio existentibus institutio paterna præjudicare non potuit, cum in his terminis subintret alia receptissima juris propositio renunciatarium non posse reintegrare renunciantem, quando post obitum illius 10
supersunt aliæ personæ in renunciatione contemplatæ, & quibus quæsitum fuerat jus a die stipulationis, ut in specie limitando regulam comprobant Covarr. *in c. quamvis pactum p.* 3. *in princip. n.* 9. *in* 4. & 5. *casu.* Vasquez *de success.* §. 18. *n.* 145. & *alii penes* Bottiglier. *de successon. p.* 2. *theorem.* 45. *sub n.* 9. & Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 23. & 24.

Supposita autem exclusione Petri Faustini a consuccessione fideicommissaria, ac in consequens Petrum Actorem virtute reciprocæ lineatis invitatum esse ad integram portionem Joannis Evangelistæ illius Patris, ad retardandam immissionem super Prædio Villæ Cortinæ, & Albaredæ, obsistere minime videbatur titulus detractionis dotis, quo colorata fuit alienatio dictorum Prædiorum juxta secundam inspectionem in principio propositam. Nam licet detur contra fideicommissum actio pro dote descendentium juxta terminos *Auth. res quæ C. de communia de legat.* maxime stante præcepto dotandi in Testamento apposito: tamen ad effectum validandi distractionem, necesse 11
est probare præexistentiam debiti, quodque revera feminæ fuerint nuptæ, & dotatæ, ac pecuniæ retractæ ex venditione versæ in causam dotis, quæ versio cum sit fundamentum validitatis alienationis probari debet ab alienante, ac ab habentibus ab eo causam; quia alias sine hac præcisa verificatione deficere dicitur in salutari, & alienationes non sustinentur, ut punctualiter tradunt Peregr. *de fideicom. missi art.* 42. *n.* 79. & Gratian. *discept.* 570. *n.* 14. *et* 15. *ac* 12
in terminis alienationis pro dissolvendo ære alieno idem Peregr. *art.* 40. *n.* 23. Add. ad Greg. *dec.* 299. *n.* 6. & Rot. *dec.* 1398. *n.* 18. *et* 19. coram Coccino.

Neque talis probationis species desumitur ab Instrumento venditionis, ubi ad effectum dotandi descendentes Testatoris enunciatur secuta distractio.

Nam neque Instrumenti lectura id præsefert, & si præseferret, minus relevaret. Non præsefert inquam, cum ibi non supponitur dotatio imminens, sed tantum præparatoria, & remota ibi, *infrascriptam venditionem esse necessariam, & expedire ad effectum maxime præparandi dotes duabus sororibus*; & tamen, ut alienatio bo- 13
norum fideicommissi sustineatur pro dotibus, requiritur, quod nuptiæ paratæ sint, sicut opus est, ut creditores urgeant ad effectum distrahendi bona pro dissolutione æris alieni, ad monita per Peregr. *de fideic. art.* 40. *n.* 25. Addend. ad Greg. *dec.* 299. *n.* 6. & Rota *dec.* 157. *n.* 9. cor. Bich. Minus vero relevaret, quia probatio versionis ad intentum desumi debet aliunde, quam ab assertione contrahentium, quibus de Jure fides non præstatur, ne sub titulo dotis fideicommissa subvertantur, juxta rationem exornatam a sæpius laudato Peregr. *de fideicommiss. art.* 42. *n.* 79. & idem tenent Paris. *cons.* 85. 14
n. 29. *lib.* 3. Riminald. Jun. *cons.* 247. *n.* 37. & Rot. *d. dec.* 157. *n.* 7. & 8. coram Bichio.

Sublato autem de medio titulo dotis majoris efficaciæ visa est exceptio legitimæ proposita ex persona alienantium filiorum Testatoris pro sustinenda venditione Prædiorum in Scola Redæ fundo Albaredæ, & in Villa Cortinæ intra virilem ejusdem legitimæ portionem ad indaginem tertiæ inspectionis hujus causæ; nam cum de competentia detractionis controversia non cadat, & alienationes Prædiorum Villæ Cortinæ, & Albaredæ fuerint primæ, imo unicæ quæ afferebantur de bonis stabilibus prælectæ, censetur in causam legitimæ ad 15
censuram Text. *in l. Marcellus* §. *res quæ ff. ad Trebell.* & Rot. *dec.* 299. *n.* 2. & *seqq. p.* 9. *rec.*

Ad effectum autem reddendi illiquidam detractionem legitimæ non juvat allegare omissionem Inventarii, & concursum plurium alienationum, & signanter dissipationis mobilium, & pecuniæ numeratæ in hæredibus gravatis; nam sola omissio Inventarii non suffragatur ad arcendos filios a legitima, & ad tollendam exceptionem detractionis illius

illius competentem tertiis possessoribus a gravatis causam
16 habentibus, ut tenuit Rota *in dec.* 123. *n.* 6. *cum seqq. par.* 16. *rec. ubi concordan.* & alienationes stabilium non asserebantur, ut opus esset, & quidem cum qualitate anterioritatis illius, de quibus disceptatur, quia Actori agenti adversus tertium pro bonorum vindicatione incumbit onus probandi in prioribus alienationibus fuisse legitimam consum-
17 ptam, quia alias præsumptio stat pro tertio possidente, ut in puncto Rot. cor. Royas *dec.* 230. *n.* 9. *&* 10. *& in Ferrar. Concordiæ* 23. *Jan.* 1690. §. *fin.* cor. Rev. D. meo Decano.

Prætensæ autem dissipationes mobilium concludenti verificatione non justificantur, prout necesse est ad effectum tollendi Jus legitimæ, vel illud illiquidandum, ut patet ad sensum.

Cum igitur ex prædictis legitima alienantibus debeatur, & ex eorum Juribus tertiis possessoribus, & ex sui natura sit certa ratione quotæ, & loci non impedit immissionem, quæ regulariter conceditur fideicommissario pro indiviso,
18 Adden. ad Greg. *dec.* 185. *n.* 1. *& dec.* 206. *n.* 13. & Rota cor. Buratt. *dec.* 63. *n.* 10. *ibique* Adden. *n.* 14. *& in rec. dec.* 268. *n.* 3. *part.* 19. *rec.* Verum quia in themate non solum concurrebat certitudo quotæ, sed etiam quantitatis, cum ex statu hæreditario firmato in divisione subsecuta inter filios Testatoris pateat legitimam calculandam esse in semisse, sicque ratam illius obvenientem unicuique ex quatuor liberis ascendere ad lib. 8325. juxta calculum approbatum etiam *in Summ. responsionis Actoris num.* 2. idcirco Domini
19 consultius putarunt immissionem generaliter, & indefinite super omnibus bonis Actori concedere refusis tamen libr. 16650. ad mensuram legitimæ competentis tam Octavio, quam Jo: Evangelistæ alienantibus, quia cum ex supradictis detractio sit certa tam ratione quotæ, quam quantitatis, dijudicari valet ad instar puræ detractionis quantitativæ, cujus solutio, sive refusio demandatur regulariter fideicommissario, quoties valor bonorum distractorum, ut in themate, illam exuberabat.

Ac sub tali methodo PP. steterunt in decisis, utraque parte contradicente &c.

VOTUM DECISIVUM.

R. P. D. Odpardi de Silva in utraque Signatura Referendarii.

In Causa.

Anglonen. Hæreditatis.

ARGUMENTUM.

Pertractatur, an Fratres Minores incapaces sint hereditatum, etiam per viam substitutionis ipsis relictarum in Testamento clausulam retinente codicillarem, tam ad effectum retinendi, quam vendendi, & an faciant deficere conditionem *si sine filiis*, juxta casum *disc.* 63. Catd. de Luca *de Fideic.* & an relictum Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Urbe vel potius hæredibus debeatur, quoties Fratrum incapacitas admittatur.

SUMMARIUM.

1 *Dominium temporale solet homines a divinarum rerum contemplatione distrahere.*
2 *Homo eo majores thesauros anhelat, quo majorem pecuniarum copiam superlucratur.*
3 *Mammona est idem ac divitiæ.*
4 *Dives vix intrabit in Regnum Cœlorum.*
5 *S. Franciscus ejus Religiosis præscripsit, ne quidquam possiderent.*
6 *Religio Seraphica quamplures sanctos germinavit.*
7 *Regula Divi Francisci fuit a summis Pontificibus confirmata.*
8 *Incapacitas Religionis possidendi etiam in communi non facit deficere conditionem* si sine filiis; *secus si incapacitas respiciat tantum Religiosos particulares.*
9 *Fratres S. Francisci nequeunt nec in particulari, neque in communi possidere.*
10 *Et consequenter nullatenus deficere faciunt conditionem* si sine filiis.
11 *Prædicta incapacitas procedit quoad hæreditates, non autem quoad substitutiones.*
12 *Contrarium est verius, & n.* 14.
13 *Non valet illatio a legatis ad substitutionem ad desumendam capacitatem, vel incapacitatem.*
15 *Fratres Minores non faciunt deficere conditionem* si sine filiis *in substitutione appositam.*
16 *Incapacitas fratrum Minorum non procedit, quando substitutio non fuit directa ad personas, sed ad Ecclesias.*
17 *Rejicitur hæc sententia.*
18 *Sub nomine rei universa venit hæreditas.*
19 *Sub nomine bonorum minime hæreditas comprehenditur.*
20 *Verbum* hæreditas *universum Jus hæreditatis importat.*
21 *Legatarius portionis hæreditatis habetur loco successoris universalis, & pro rata in eum transeunt tam jura activa, quam passiva.*
22 *Actus ab observantia interpretationem recipiunt.*
23 *Fratres Minores nedum sunt incapaces, quando eis tota relinquitur hæreditas, sed etiam quando pars tantum ipsi legatur.*
24 *Fratres Minores sunt incapaces hæreditatum ad effectum retinendi, non autem ad effectum vendendi pro usibus Sacristiæ, & Infirmariæ, itaut competat officium Judicis ad effectum hæreditatem consequendi, illamque vendendi. Vide n.* 28.
25 *Ampliatur etiam, si Testator hæreditatem reliquerit, omissa conditione, quod venderetur.*
26 *Hæreditas relicta Fratribus Minoribus in Testamento, in quo clausula Codicillaris reperitur, debetur in vim legati, ut relictum sustineatur.*
27 *Constitutiones Apostolicæ, per quas interdicitur facultas possidendi Fratribus Minoribus juxta eorum literam grammaticaliter, & prout jacent, sunt interpretandæ.*
28 *Fratres Minores tam de jure, quam ex consuetudine incapaces sunt hæreditatum, tam ad effectum retinendi, quam vendendi, & numer.* 29. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. *ac* 43.
31 *Baldus in authoritate non inferior est ipso Bartolo.*
42 *Fratres Minores sunt incapaces hæreditatum, licet in Testamento clausula codicillaris reperiatur.*
44 *Pro hæreditate relicta Fratribus Minoribus non competit officium judicis, ut illa consequatur ad effectum vendendi, quidquid sit, si ageretur de simplici legato.*
45 *Rev. Fabrica S. Petri assequitur relicta Religioni incapaci.*
46 *Limitatur, si adesset substitutus.*

DECISIO XLIX.

Temporalium bonorum dominium a rerum divinarum contemplatione sæpe sæpius hominum pectora distrahere consuevit; Infra quippe mortalium cordibus auri fa- 1
mes eo majores thesauros anhelat, quo majorem pecuniarum copiam superlucratur; unde Vates * canebat. 2
Creverunt & opes, & opum furiosa libido.
Et cum possideant plurima, plura petunt.

3 Hinc Seraphicus ille, S. P. Franciscus optime cognoscens difficultatem serviendi *Deo, ac Mammone* id est divitiis (ut explicat Divus Hieronymus †) vix audivit illa Chri- 3
sti Domini verba: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, neque peram in via, &c. quia difficile dives intrabit in Regnum Cœlorum* * quod renun- 4
ciatis ad favorem Patris omnibus bonis, & totaliter in divina providentia confisus, perfectissimam illam sibi, ejusque asseclis vivendi regulam præscripsit, qua nihil possiden- 5
tes facilius a terrenis curis expediti Deo vacarent, ejusque gratiam, in qua totum consistit, assequerentur, ut exitus comprobavit; dum instituta ab eo Religio tot Deo sanctos, 6
totque hominibus imitandæ vitæ exemplaria germinavit, unde factus est, ut quamplures Petri successores Pontificiis diplomatibus eandem regulam confirmaverint, & signanter 7
Nicolaus III. *in c. exiit de verb. signif.* & Clemens V. *in Clem. exivi eod. tit.* omissis aliis Ecclesiæ Pastoribus, qui deinde successivis eorum Constitutionibus idipsum emologarunt.

Regulæ hujus, ac prædictarum Constitutionum sensum mihi examinate contingit in quadam Causa Anglonen. hæreditatis devoluta ad me in gradu Appellationis a sententia

A. C.

* *Ovid. lib.* 1. *Fastor.*
† *Div. Hieronym. apud Tyrin. in comment. ad Evang. cap.* 6. *vers.* 4.
* *Matth.* 10. *cap.* 19.

A. C. Thomati lata ad favorem Cleri Parochialis Ecclesiæ Oppidi Archangeli cohæredis cujusdam Antonii deCellento contra PP. Minores Observantes S. Mariæ de Ursoleo, & PP. Reformatos S. Michelis d. Oppidi, cujus factum ita se habebat.

Quondam Petrus de Cilliento in ultimo sub quo decessit elogio scripta sibi hærede proprietaria Rosa ejus filia, eidem sine filiis decedenti jussit -- *Che della sua robba se n'habbia da fare tre parti, l'una à S. NicolòChiesa di S. Arcangelo, la seconda a S. Maria Ursolea, la terza parte a S. Michel ArcangeloConvento de Reformati in S. Arcangelo, e dd. Rettori di dd. Chiese di dd. robbe, che sono di sua eredità, e se n'habbia da fare beneficio, e bene per l'Anima di esso Testatore*, & deinde instituta sibi hærede usufructuaria Dominica ejus uxore, eandem *levati gl'infrascritti legati, e fideicomm.* Dominam d. suæ hæreditatis instituit, & denique factis quamplurimis legatis, mandavit tam d. Dominicæ, quam Antonio ejus genero, *che fatto sarà il caso di sua heredità li dd. Fra Antonio, e Domenica habbiano da dividere detta sua Eredità a dd. Chiese, Proc. de p. f. 1.*

Obierunt tam d. Dominica hæres usufructuaria quam d. Rosa proprietaria nullis relictis filiis, quamobrem in partibus orta inter renunciatos tres cohæredes controversia super hæreditate prædicta, & opponentibus Clero, ac Presbyteris d. Ecclesiæ Parochialis incapacitatem dd. Fratrum cohæredum, placuit Episcop. Anglon. demandare usque de ann. 1655. per sententiam diffinitivam, quod fieret divisio hæreditatis in tres partes æquales *d. Proc. f. 7. a tergo*, prout successive deventum fuit ad d. divisionem d. *Prout f. 13. a tergo*, super qua deinde etiam transegerunt de anno 1684. d. *Proc. f. 15. a tergo*, possidendo Fratres præfati vigore præfatæ divisionis domunculam hæreditariam d. Testatoris usque ad annum 1686. de quo tempore restaurato in partibus Judicio in d. Curia Episcopali Anglon. ad instantiam ejusdem Cleri, & Præsbyterorum contra dd. Patres, prima vice decrevit Vicarius servandam esse d. Transactionem an. 1674. ac dd. Patres non inquietandos d. *Proc. f. 20.* postea vero sententiam variando diffinitivam devenire pronunciavit ut ad novam bonorum stabilium divisionem, firma tamen remanente divisione ordinata in alia sententia lata ab Episcopo de Anno 1655. d. *Prof. f. 40.*

Ab hujusmodi Judicato interposita hinc inde appellatione ad Sanctissimum, præstitoque consensu in A. C. Thomatum, censuit ipse, ob dictorum Fratrum incapacitatem, hæreditatem prædictam integre ad Clerum cohæredem spectare; quapropter in tertia instantia de Partium consensu assumptus ad revisionem dd. sententiarum quinque a PP. Defensoribus difficultates adversus A. C. Thomati sententiam oppositas examinare coactus fui.

Prima erat, An dd. Religiosi ita essent incapaces, ut deficere facerent conditionem, *si sine filiis*.

Secunda, An d. incapacitas procederet, nedum quando relinquitur dd. Patribus tota hæreditas, verum etiam in casu, quo eisdem pars aliqua hæreditatis relinquatur, prout in præsenti.

Tertia, An d. incapacitas obstaret Patribus prædictis tam ad effectum retinendi, quam ad effectum vendendi.

Quarta, & quid stante clausula codicillari in testamento apposita.

Quinta denique, utrum admissa incapacitate dd. Patrum pro eorum portione daretur Jus accrescendi inter cohæredes, vel potius in illa succedere deberet R. Fabrica, ob ejus notissima privilegia.

In his autem omnibus malum jus Partibus assistere existimavi; quo enim ad primam difficultatem facile me expedivi: quippe dicebam nimis claram, ac receptam esse distinctionem, quam passim faciunt DD. inter Religionem capacem & incapacem succedendi tam in particulari, quam in communi, ut primo casu deficiat d. conditio; secus vero in secundo, ut, aliis omissis, de veriori opinione testatur Card. de Luca *de fideicomm. disc. 63. n. 7. vers. vera tamen*, & consecutive cum ex Regula, ac Pontificiis Constitutionibus dd. Fratres habeant totalem incapacitatem hæreditatum
8 tam in particulari, quam in communi, ut relatis iisdem Constitutionibus post Bartol. & Bald. aliosque antiquiores monent Fagnan. *in cap. nimis prava per tot. signanter n. 21.*
9 *cum omnibus seqq. de excess. Prælat.* Marant. *contr. Jur. part. 1. resp. 11. dub. 1. art. 1. n. 6.* Peregr. *de Jur. fisc. lib. 3. tit. 18. n. 2. vers. 9. conclusio*, August. Barbos. *in repert. Jur. civil. & Can. verb. minor. §. fin. & in tr. de Jur. Eccl. lib. 1. c. 43. n. 81. & in adnot. ad* Conc. Trid. *sess. 25. de regul. cap. 3. n. 2.* Novar. *in summ.* Bullar. *part. 2. comment. 110. n. 3.* Torr. *de pact. futur. succes. lib. 2. cap. 36. n. 87. & seqq.* Amustas. *de caus. piis lib. 4. c. 3. n. 17.* aliisque omissis notant ex Regularibus Sorb. *in compend. privil. Fratr. Minor. §. hæreditas n. 2. & 6. vers. circa præfatum* Thom. del Ben. *de immun. to. 1. cap. 8. dub. 21. sect. 25. n. 1. & seqq.* Pinheir. *de testam. to. 2. disp. 5. sect. 2. §. 2. n. 206.* Zezzan. & aliis, quos late referunt Sanch. *tom. 2. in Decal. lib. 7. cap. 25. n. 4. & per tot. &* Quæsad. Pil. *qu. Jur. cap. 25. per tot. &* novissime Rot. *in Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum 10. Januarii 1695. §. deberi*, cot. bon. mem. Emerix, *& in ejus confirmatoria 6. Aprilis 1696. §. quo vero*, coram eodem; Hinc evidens reddebatur dd. Fratres nullatenus deficere facere d. conditione, *si sine filiis*.

Nil refragante, quod præfatæ Constitutiones loquantur 10
de hæreditatibus, adeoq; extendi non debere ad substitutiones eo modo, quo non extenduntur ad legata, non consistētia in annuis redditibus, juxta communem distinctionem, quam ex Juristis sequuntur Frider. de Senis *cons. 12. n. 4.* ibique *Add.* Butr. *in cap. in præsentia n. 25. de probat.* Abb. *cons. 63. n. 4. lib. 2.* Card. Zabarell. *in Clemen. exivi n. 13.* Bald. *in*
auth. ingressi n. 59. C. de Sacros. Eccles. Anan. *cons. 30. a n. 3.* 11
usque ad 5. Menoch. *cons. 1014. n. 36.* de Luca *de Regul. disc. 1 n. 13. in fin. & 35. n. 14. vers. verum*, Bart. *cons. 5. n. 3. lib. 1.* Mantic. *de conject. ultim. lib. 8. tit. 6. n. 28. vers. illud tamen* Amust. *de caus. piis lib. 4. cap. 3. n. 59. vers. sed in contrarium*, ubi de communi Royas *de incompatib. pact. 7. cap. 5. n. 33. & seqq. & n. 55.* & magistraliter Rot. *dec. 456. n. 72. post* Merl. *repetit. dec. 364. p. 5. rec.* quam etiam refert Tambur. *de Jur. Abbat. disp. 11. q. 1. & dec. 16. part. 11. rec.* & habetur etiam *in dec. emanatis in d. Turrit. Eleemosynarum superius alleg.* Ex Theologis vero Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 2. de dub. Regul. resol. 33.* Navarr. *lib. 1. cons. 9. n. 3. sub tit. de Testam.* Silv. *in sum. in verb. legatum de l. 2. n. 4.* Rodrig. sen. apud Juniorem *resol. 88. n. 19. & in qu. Regular. qu. 126. art. 4. tom. 2.* Tabien. *verb. legatum q. 4. n. 5.* Cord. *super Regulas S. Francisci cap. 6. q. 11. punct. 3.* Portell. *in dub. Regul. verb. legatum n. 7.* D. Bonaventura in Apol. *qu. 9. to. 2. opusculo* Villalob. *2. part. sum. tract. 35. diff. 33. nu. 3. 5. & seqq.* Card. de Lugo *de Just. & Jur. to. 1. disp. 3. sect. 5. n. 10. 2.* Sanch. *super Decalog. lib 7. cap. 26. n. 42.* Bonac. *in de contract. disp. 3. qu. 17. punct. 3. propr. unica n. 3. vers. quod aliqui verb. possunt*, & habetur *in tract. Minoricarum lib. 1. disc. 4. capit. 2. §. a Jesu Maria super Regula S. Francisci p. 5. cap. 3. col. 3. vers. sed an fieri*, Fr. Hier. Polit. Capucin. *super d. Regula cap. 6. n. 70.* Lezzan. *qu. Regular. vol. 2. in verb. Legata Regularibus relicta n. 6.*

Quandoquidem præcitati DD. loquuntur omnes in terminis legati rei particularis, nō vero in terminis legati universalis, ac institutionis, & substitutionis, ut videre est a-
pud eundem Frider. de Sen. *in præcitato concl. 12. aliosque Do-* 12
ctores supra allegatos & advertunt Fagnan. *in cap. nimis prava n. 44. de excess. Prælat.* aliique apud Staiban. jun. *cent. 2. resolut. 162. n. 8. & seq.* eo sub fundamento, quod legatum universale non diversimode ac hæreditates, & substitutiones universales sapiat thesaurizationem fratribus Minoribus omnino contrariam, ut in specie notant Amust. *de caus. piis l. 4. cap. 3. n. 42. vers. si tamen* Rox. *ubi supra n. 15.* Thom. del Bene *d. sect. 25. n. 10.* Rot. *dec. 365. n. 1. part. 5. rec.*

Non itaque valet illatio a legatis ad substitutiones, quia substitutio facta hæredi est Jus universale hæreditatis, & di-
citur secunda institutio, ita ut in fideicommisso universali 13
substitutus dicatur hæres universalis, juxta dispositionem Text. *in l. qui quadrag. 2. ff. ad Trebel.* quem cum aliis auctoritatibus in hisce terminis optime expendit Amust. *de caus. piis l. 4. cap. 4. n. 19.* & consecutive cum ex sæpe relatis Constitutionibus, Fratres hujusmodi sint incapaces hæreditatis, ita etiam capere non possunt relicta per viam substitutionis, Amust. *ubi sup.* Rox. *de incompat. in Jur. Can. p. 7. cap. 5. n. 24.* Fagnan. *supra cit. n. 43.* Pinheir. *ubi supr. n. 107.* Barb. *d. cap. 3. n. 2. & d. cap. 43. n. 82.* Nov. *d. d. comment. 110. nu. 5.*

Et in specie, quod Patres supradicti non faciant deficere conditionem *si sine filiis*, minusque impediant substitutum,
vel cohæredem (prout in præsenti) sub tali conditione voca- 14
tum ex Bart. & Bald. inferunt Ros. *ubi supra n. 10.* Peregr. *d. tit. 14. n. 2. vers. sexta conclusio*, Barb. *in d. cap. 43. num. 83.* Rot. Rom. *dec. 6. n. 1. & seq. tom. 1. p. 5. rec.* ubi quod isti Patres cum habeantur pro mortuis, apertum reddunt fideicommissum ad favorem substituti, vel cohæredis.

Nec ad evitandam prædictorum Jurium dispositionem subsistere mihi visum fuit motivum a scribentibus pro dd. Religiosis adductum, quod prædicta omnia procederent,
ubi substitutio directa fuit in personam eorundem Fratrum; 15
secus vero quando (prout in casu, de quo agitur) ista directa legitur in eorum Ecclesias, ut patet ex illis verbis *se n' habbia*

habbia

habbia da far tre parti, una à S. Nicola Chiesa di S. Arcangelo, la seconda parte à S. Maria Ursoleo &c. juxta originalem theoricam Abb. *cons.* 63. *n.* 4. *l.* 2. Nam contra Abb.
16 communis militat Doctorum caterva affirmans dd. PP. incapacitatem, sive institutio dirigatur in eorum personas, sive in eorum Ecclesias, ut alios in JJ. CC. reprobato eodem Abb. docet illa JJ. CC. lucerna Bald. *in auth. ingressi num.* 55. *C. de sacros. Eccl.* Amost. *loco suprac. num.* 34. *&* 25. ubi veriori Staiban. *Jun. resol. for. cent.* 1. *resol.* 163. *n.* 20. *& seqq.* Fagnan. *d. cap. nimis prava n.* 43. Capuccin. *in adnot. ad forb. supracit. §. sed cum Fratres in fin.* Pinheir. *supracit. num.* 116. Barbos. *in d. sess.* 25. *cap.* 3. *num.* 3. Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 14.

Ex prędictis igitur primæ difficultates propositæ insubsistentiam dignoscentes informantes pro Patribus, non amplius in eadem immorarunt, sed in secunda, ac aliis insistere cœperunt; verum hæ pariter submovebantur: secunda enim quod d. incapacitas non obesset in hypothesi hac, dum Fratres non in universa hæreditate, sed in tertia tantum parte fuerunt substituti, ruebat ex lectura verborum
17 Testamenti supra relatorum *che della sua robba se n' habbia da fare tre parti &c.* & inferius, *che fatto sarà il caso di sua heredità dd. frà Antonio, e Domenica habbiano da dividere d. sua heredità a dd. Chiese.*

Quot enim sunt verba supradicta, tot sunt demonstrationes evincentes Testatorem reliquisse Patribus omnes jus universale sibi competentibus tam active, quam passive in tertia parte d. hæreditatis; non vero illos in particulari aliqua re, seu peculiari actione substituisse. Sane hoc important verba illa, *che della mia robba*; siquidem *rei* nomine universa hæreditas significatur, ut notat Glos. *in l. licet*
18 *verb. tertio nota Cod. de pact.* ibique Bart. *n.* 6. ubi quod per verbum *res* uti magis universale confertur hæreditas, tamen non conferatur per verbum *bona*, Rebuff. cum aliis per eundem allegatis *in l.* 5. *§. secundo lation post med. tit. de verb. Signific.* Alberic. *in diction. utriusq. Jur. vers. res aliquando*, ibique *concordan. in fin.*
19 In idem pariter conferunt sequentia verba *fatto sarà il caso di d. sua eredità abbiano da dividere d. sua eredità a dd. Chiese*; Verbum enim *hereditas* universum jus hæreditatis importat, ita post Valasc. *consult.* 110. *n.* 34. Lopez Ulhoa *de legat. & fideic. differt.* 6. *n.* 55. *&* 56. pluries firmavit Rot. ut *in dec.* 136. *n.* 12. coram Priol. *& dec.* 203. *n.* 9. coram S. M. Alex. VIII. & alibi passim, ac in fortioribus terminis, quod Legatarius alicujus portionis hæreditatis dicatur institutus in Jure universali, quando Testator usus est verbo *hereditas*, quodque habeatur loco successoris universalis, & in eum transeant omnia jura activa, & passiva, itaut conveniri possit pro sua parte a Creditoribus,
20 tradidit Lop. de Ulh. *in tr. de leg. & fideic. differ.* 6. *n.* 48. *& seq.* Molin. *de primog. disp. l. c.* 10. *n.* 7. & novis. Rot. *in una firmana fideic.* 22. *Martii* 1698. *§. moti, & §. secundo quia* cor. Rev. Molin. Decano, ubi quod fideicommissarius in parte, & portione hæreditatis dicatur substitutus in fideicõmisso universali, quãdo Testator usus fuit verbo *hereditas*.

Et hujus quoque veritatis superlativa probatio dicitur ex actibus factis a dd. Religiosis, quibus omnem, quæ adesse poterat dubietatem, sustulerunt. Ipsi nanque in sententia
21 per eos obtenta & acceptata super divisione bonorum vocati asseruntur ac prędictam hæreditatem *vigore fideicommissi* d. *process. fol.* 7. *a tergo in fin.* deinde ipsemet asseruerunt devenisse ad divisionem pretii bonorum venditorum d. hæreditatis pro ęquali parte & portione *ai tutti tre li coereaè process. fol.* 13. *a tergo* Præterea ipsi quoq; in trãsactione inita super dd. bonis *successores* se declarant d. hæreditatis, ibi *esse succeduto in heredità il Covento di S. M. d' Ursoleo, la Matrice Chiesa di S. Arcangelo, & il Convento di S. Michael Arcangelo de' PP. Reformati &c. d. process. ff.* 15. *a tergo*, ex quibus omnibus dubium est ob confessiones emissas in tot actibus iteratis, quod *ipsi essent successores, & coheredes vigore fideicommissi*, & tales omnino dijudicandos esse ob notissima juris principia, quod confessiones factæ pluries in Judicio ad heredibus eisdem prejudicent, & actũ quatenus etiam dubium declarent, & interpretabilem reddant, juxta eorum confessiones, & cetera adducta, deci-
22 sum fuit in Sac. Rot. *in Romana Primog. de Aldobrandinis* 10. *Junii* 1687. *§. fin.* coram bo. me. Ursino.

Cum itaque clara sit incapacitas dd. Fratrum quoad hęreditates, aliaque jura universalia ex authoritatibus supra adductis in §. *quandoquidem*, & in §. & *in specie*, consequens est, eisdem minime suffragare, quod non intoto, sed in par-
23 te, seu portione tantum d. hæreditatis fuerint substituti.

Tis prædictarum rationum adeo strinxit scribentes pro dd. Religiosis, ut isti post primum contradictorium, omissis dd. primis exceptionibus, in tertia tantummodo urgere, ac insudare opportunum duxerint, dicentes, quod admissa etiam Patrum incapacitate in hujusmodi relictis universalibus, sive per viam institutionis, sive etiam per modum substitutionis, adhuc tamen illa minime obesset, eo quia dd. Religiosi non intendebant prædictam hæreditatis partem sibi appropriare *ad effectum retinendi*, quod expresse eorum regulæ adversatur ex Pontificiis Constitutionibus aliisq; authoritatibus supra recensitis; sed tantum volebant sibi tradi bona a Testatore relicta *ad effectum vendendi*, pro cujus effectu Judicis officium implorabant, ut sibi de hęreditate prædicta consuleretur, ad hoc *ut venderetur*, pretiumque illius in usus eisdem licitos converteretur, nimirum sacristiæ, & infirmariæ, quod ipsis citra difficultatem permittitur, ex receptissima theorica Frideric. de Sen. *in d. cons.* 12. *n.* 4. quam plures Authores sequuntur, quemadmodum videre est apud Rot. *dec.* 456. *n.* 9. *cum seqq.* coram Merlin. *dec.* 16. *n.* 3. *& seqq. p.* 11. *dec. cum aliis recensitis in d. Turritan. eleemosynarum, seu legatorum* 10. *Januar.* 1695. 24
& 6. *Aprilis* 1696. *utrobique in* 1. *primo*, cor. bo. m. Emerix, exinde deducentes, adjudicandam ipsis fore talem hæreditatem, *ad effectum vendendi*, pretiumque applicandi in usus supradictos, per ea, quæ tradit JJ. CC. *Lucerna* Bart. *in Tract. Minoric. lib.* 1. *distinct.* 5. *cap.* 1. *n.* 28. *&* 30. cum quo pertransierunt Calderin. *cons.* 345. *alias* 46. *de Testam.* Guido Pp. *dec.* 327. *per tot signanter n.* 2. ubi, quod ita servatur in judicando in illa Curia parlamenti Delphinatus, Ricc. *de Cur. Archiepisc.* 292. *per tot. p.* 3. ubi in fine testatur oppositam Baldi opinionem per contrariam consuetudinem esse probatam, cum quibus recentissime præmissa distinctione præfata capacitatis *ad effectum vendendi*, non autem *retinendi*, consonat P. Franciscus Bordon. *ejusdem Ordinis olim Generalis var. oper. tit. de capac. legat. cap.* 3. *a n.* 53. *ad* 61.

Quod locum obtinere prætendebant ingeniosi scribentes pro dd. Fratribus, etiamsi præfatus Testator in ejus Testamento hęreditatem prædictam reliquerit, omissa conditione *quod venderetur*, moti ex illa conclusione, quod semper 25
de Jure subintelligatur dispositivum modo licito, quamvis ille non fuerit expresse adjectus, ex d. cap. exiit. §. si vero Fratribus, & ex deductis per Cancer. *var. resol. part. cap.* 20. *n.* 79. quem sequitur Amost. *ubi supra num.* 46. *&* 47. cum quibus concordat quædam resolutio Sacr. Congregationis Concilii reverenter a Tribunalibus, & maxime Judicibus inferioribus suscipienda; ut in decreto de tempore Card. Caraffæ Præfecto emanato, & registrato apud Pignatell. *consult. Canonic tom.* 3. *consult.* 10 *n.* 3. *tenoris*, ut sequitur: *Sacra Congregatio Concilii censuit tam legatum rerum immobilium factum Fratribus Ordinis Minorũ de Observantia, quam institutionem heredis factam sub modo licito, bona nempe ut vendantur, & pretium convertatur in necessitates Ecclesiæ, validam esse. Idemque esse, si modus non fuisset adjectus, cum sub modo licito semper legatum, & institutio illis facta intelligatur*; & ex his omnibus in claris tem 26
versari insistebant iidem informantes pro Patribus supradictis, juncta præsertim clausula codicillari, quod si prædicta dispositio *non valeat jure Testamenti, valeat jure legati, & donationis*, quo casu in vim legati sustineri Testamentum, relictumque fratribus deberi, docet Barr. *in d. Tractat. Minoric. lib.* 1 *distinct.* 2. *c.* 3. *vers. ex prædictis.*

Verum totus hic apparatus, qui prima facie judicantis animum impellere videtur ad judicandum favore dd. Religiosorum, libratis juribus in concreto, matureque rationibus discussis, meum captivare non valuit intellectum, utpote repugnans literis earũdem Pontificiarum Constitutionum, quas *sub pœna excommunicationis ac privationis officii* grammaticaliter, & prout jacent interpretandas de- 27
crevit idem Pontifex Nicolaus Tertius, rejectis nimirum omnibus juris subtilitatibus, *ut in d. c. exiit §. itaque* ibi, *supra ipsa Constitutione glossa non fiant, nisi forsan per quas verbũ vel verbi sẽsus, seu cõstructio, vel ipsa constructio quasi grãmaticaliter ad literam, vel intelligibilies exponatur.*

Admissa autem præfata distinctione capacitatis *ad effectum vendẽdi*, opus esset recedere nedum a literalibus verbis dd. Constitutionum, verum etiam admittere sensum eisdem ac magis receptæ Doctorum traditioni repugnantem, siqui- 28
dem incipiendo ab eodem cap. *exiit* in §. *insuper* habetur, quod Fratres eas res, quas retinere non possunt, recipere nequeant, *vel eo animo, ut distrahant, sive vendant*; prosequendo vero successivam Constitutionem Clementin. *Exivi de Paradiso* in §. *cupientes* vers. *qui igitur*, apertissime sum-

summus Potifex de hæreditatibus loquens dd. Patrum incapacitatem sic decidit: *Nullatenus sunt capaces, nec licet eis valorem hæreditatem talium, vel tantum eorum partem sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere*: Ex quibus verbis *nec licet eis valorem*, manifeste colligitur, eosdem nec pretii capaces existere; cum enim valor rei consistat in pretio, utique si possent recipere pretium hæreditatum distractarum, haberent earum valorem, quod literis rotundi in d.Clementina eisdem interdicitur, itaut cum versemur in casu legis, nil aliud investigare debemus, quia cessat omnis disputatio, ut inquit glos. ult. *in l. Ancilla Cod. de furt.* Judices nanque accedere omnino debent Textui expresso potius, quam cuicunque contrariæ Doctorum opinioni, etiamsi illa esset communis, ut probat Altograd. *cons.56.n.10. vers. ubi ait lib.1.*

Sed nec cum Textibus prædictis simpliciter procedamus, in prædictorum confirmationem glossæ authoritatem proferre liceat, quæ omnes alias antecellit, ut cum Bald. testantur Steph. de Fed. *in tr. de interpr. jur. p. ult. n.114. tom. 1. tr. mag. fol. mihi 225. a tergo* Rol. a Vall. *in tract. de confect. Inv. n.2. tom.8. tr. magn. fol. mihi 196. col.2. a tergo, ubi n.3.* reprehendit cum Cald. Causarum Patronos, qui in opinionum repugnantia plus Barth. quam glossæ deferunt, cum ab ejus authoritate in praxi recedendum non sit, & *n.4.* ubi multa alia ad hoc propositum congerit, & Barbat.
30 *de præst. Card. p.2. 1.q. bas. 1.p. n. vers.3. tom. 13. p.2. tract. magn. fol. mihi 60.* Glossa *igitur in d. Clementin. exivi §. cupientes* verb. *ita habet.* vers. *ad illud* proposita quæstione, an Fratres prædicti capaces sint hæreditariæ successionis; post multas orationes, quas adducit, tandem concludit, quod si *jure successionis eisdem relinquitur, non tenet etiam quoad æstimationem*, quod est idem ac dicere, neque *ad effectum vendendi*, ut convincitur ex illis verbis, *non tenet etiam quoad æstimationem*.

Hæc sufficerent ad hoc, ut Judex Barttholi opinionem se-
31 qui non debeat, cum illa & legibus, & glossæ præfatis adeo clare adversetur; & nihilominus Bald. in authoritate haud inferior ipso Bartolo omnem submovet difficultatem, quippe *in auth. ingressi n.48. & seqq. Cod. de sacros. Eccles.* motus ex Textibus adeo patentibus optime fundat incapacitatem Fratrum prædictorum, etiam ad *effectum vendendi*; illiusque opinionem uti verissimam communiter receperunt
32 Card. Anchar. Gualdens. Ger. Spin. aliique seniores præstantissimi Jurisconsulti, quos, reprobato eodem Bart. referunt articulo late discusso, Fagnan. *in cap. nimis pravan.37. & seqq. de excess. Prælat.* Lezzan. *q. Regul. tom.1. c.6. num.45.* Quæsad. *q. Jur. c.22. n.16.* Aug. Barbos. *jur. Eccles. univ. lib. 1. c.43. n.81. & seqq. & in adnot. ad Conc. Trid. sess.25. de Regul. c.3. n.2.* Th. del Ben. *de Immun. tom.1. cap.8. dub.21. sect. 25. n.1. plur. seqq.* Amostaz. *de caus. piis l.4. c.3. n.25.* Cappuc.
33 *in adnot. ad Soib. de privil. mendic. §. hæred. vers. sed quibusdam* Eman. Rodriq. *quæst. Regul. tom.2. q.78. art.2.* Pinhier. *de Testam. tom.2. disp.5. sect.2. §.2. num. 110. & seqq.* Ros. *de incompat. in Jur. Can. p.7. cap.5. num.47.* Novar. *in sum. Bullar. comment.110. n.3.* & latissime Sanch. *tom.2. in Decal. lib.7. cap.27. cap.25. n.8. & seqq.*

Non obstant propterea, quæ in contrarium dixerunt Ricc. *d. decision.292. lib.3.* & Guido Pap. *d. decis.327.* videlicet, quod opinio Baldi, quamvis communis, per contrariam consuetudinem sit abrogata: quia præterquam quod notissimum est in Jure non credi Rectoribus de consuetudine testantibus, ut probat Castald. *consult. 265. n.9. lib.2.* & sæpissime dixit Rot. *dec.3. consuet.* cor. Mohedan. *dec.1349. n.5.* coram Seraphin. *dec.163. n.13. part.6. dec.47. n.32. p.8. et dec.51. n.29. part.10. rec.* præsertim, quando illa est contra Jus, prout in casu, de quo agitur.

Ulterius respondetur, d. contrariam consuetudinem, quod Fratres sint capaces *ad effectum vendendi*, procedere solummodo in aliis Fratribus Mendicantibus, quales sunt Fratres
34 Prædicatores, Fratres Jesuitæ &c. ut declarat Bald. *cons.233. num.1. vol. 2.* ibi, *et ita communiter observari vidi in aliis Mendicantibus*; imo idem Baldus supponit, d. consuetudinem solum habere locum in legatis, non vero in hæreditatibus, dum expenso articulo d. consuetudinis quoad legata, postea concludit, *hæreditatem non possunt requirere isti Mendicantes.* Idemq; testatur Dec. *in c. in præsentia de prob. n.270.* ibi *Fratres Prædicatores, & alii Mendicantes, exceptis Fratribus Minoribus, etiam bona immobilia capere possunt, non ut retineant, sed ut vendant, et pretium in eorum utilitatem convertant*, & refert eundem Bald. aliosque Authores id comprobantes; Et summo Jure, quia alii Mendicantes non sunt incapaces absolute, & ex regula, sicuti Minoritæ, sed tantum ex suis particularibus Constitutionibus, proindeque cum non habeantur tantam incapacitatē, hinc vel poterit ad summum consuetudo contraria, nec non Bart. opinio in eis tantum procedere, ut in puncto distinguendo docent Staiban. Jun. *resol. forens. cent.2. resol.162. n.25.* Fagn. 35
in d. c. nimis prav.14. vers. conclusio, Sanch. *d. c.25. num.16. & 21. vers. dixerunt* Clar. *recept. sent. lib.3. §. Testamentum q. 29. n.3. ibique Adden. lit. C. & D.* admittunt Ricciul. *de Jur. pers. lib.8. c.8. n.22. cum quatuor seqq.* Rota *decis.245. n.4. & seqq.* ubi differentiam assignant inter Mendicantes, & Jesuitas: vel in omnem casum locum habebunt in relictis particularibus, non vero in institutione, quæ Jus universale est, ut de veriori testatur idem Fag. *ubi sup. n.3. & seqq.*

Ast frustra recurrimus ad auctoritates pro rejicienda Bartholi opinione, ac non attendenda prædicta consuetudine, quando pro his reprobandis legere sufficit Conciliar. Tridentinam dispositionem, quæ cum *in sess.25. de Reg. c.3.* innovet hujusmodi textuales dispositiones in Capuccinis, 36
& Minoribus, quos excipit a modificatione, & correctione dd. legum inducta ad favorem aliorum Mendicantium; hinc inanis est allegatio cujuscunque consuetudinis per ipsum Concilium sublatæ, ac annullatæ, Card. de Luca *de can. & cap. disc.33. sub n.3. & disc. 38. n.7. & 8.* Rot. *dec. 10. n.16. par.18. rec. & alibi passim.*

Hæc forent exuberantia pro eliminatione hujus tertiæ difficultatis, cum adversus dd. Religiosos communior assistat opinio a Judicibus omnino sequenda, sicuti monet Velasc. *de Judic perf. rubr.15. adnot.1. n.49.* Nihilominus tamen eandem stabilire optimum duxi etiam rationibus, quæ sunt anima legis, ut inquit *I.C. in l. cum oratio ff. de bon. damn.* Præscriptis itaque etiam authoritatibus supra allegatis, quatuor militant rationes ab hereditate prędicta Fratres excludētes. 37

Prima, quod admissa eorum capacitate destrueretur finis dd. Pontificiarum Constitutionum. Habetur enim *in d. cap. exiit. & Clemen. exivi de verb. signific.* quod PP. prędicti litare non possint in judicio, dum inter alias causas impulsivas 38
Clemen. V. pro conficienda recensita Constitione *exivi de paradis.* legitur hæc. *Item, quod cum ipsorum negotia etiam pro rebus temporalibus in Curiis agitantur, assistunt Advocatis & Procuratoribus & ad investigandos eosdem se ibid. personaliter repræsentat; cupientes igitur nos ipsorum Fratrum providere conscientiis in hunc, qui sequitur, modum respondemus, &c. nullo modo debent, hujusmodi voti, & regulæ Professores se talibus curis, & litigiosis actibus immiscere* &c. ibique Gloss. in verb. *proximorum vers. nota.* Igitur si finis Pontificis fuit liberare Fratres a litigiis, & a comparendo in judiciis, ne terrenis curis, ac negotiis involuti a divinis officiis distrarentur; utique concludendum venit, illos esse incapaces hæreditatū etiam *ad effectum vendendi*; Cum enim ut plurimum soleant hæreditates habere non tantum credita, sed etiam debita, quemadmodum quotidiana docet experientia, adeo ut ad illarum solutionem hæres sive cohæres teneatur, ut in fortioribus terminis Velasc. *de cons. 110. n.15.* & Ullo *d. differt.6. n.56. & 57.* sequeretur hoc, ut venditis a Religiosis dd. bonis hæreditariis stare deinde deberent in judicio, vel plura litigia sustinere pro liberando emptore a molestiis casu, quo hæreditarii creditores insurgerent contra emptores bonorum, cum notissimi Juris sit, venditorem manutenere debere emptorem in possessionem rei venditæ, vel ad summum cogi posse ad restitutionem pretii casu, quo res vendita avocetur a tertio, Mangil. *de evict. q.51. n.1. & seqq.* & indutioribus terminis Urceol. *consult. for. cap.2. n.43. & 44.* ubi de veriori, & consecutive destrueretur finis dd. Constitutionum, quod minime venit permittendum, cum omnia secundum finem regulari debeant, ex *Philosoph. 1. Ethic.* cujus dictum pluribus juribus exornat Albert. Brun. *in tract. de reb. dub. n.60. fol. mihi 353. a tergo tom.18. tract. magn.*

Secunda ratio est, quod venditor debet habere dominium rei, illudque per venditionem & rei traditionem taxas ferre in emptorem, ut notat Cald. *de empt. & vendit. c.18. n.25. cap.19. n.13. cap.25. & alibi passim.* Religiosi 39
autem prædicti nullum in communi ac in particulari dominium habere possunt, ex supra allegatis; propterea &c. nec dici debent capaces ad effectum vendendi, ac transferendi dominium quod non habent vulgato Juris axiomate, quod nemo dat, quod non habent, ex cumulatis per Barbos. *axiom.160. n.1. & seqq.*

Tertia, quod admissa contraria opinione nullus daretur casus, in quo dd. Canonicæ sanctiones locum obtinerent, dum possunt dd. Fratres recipere ac effectum vendendi omnia legata, omnesque testamentarias dispositiones, cum 40

sem-

semper in eis intelligatur adjectus modus licitus, quamvis non expressus, nempe *ut vendant*, unde idem Religiosi libere controvenire possent dd. Constitutionibus, possidendo stabilia sub consugio statim ac pulsantur, quod eorundem sunt capaces *ad effectum vendendi*, & sic facillime eluderent mentes summorum Pontificorum, & vim dd. sanctionum, quæ ad nihilum deservirent cõtra expressam regulam, quod Pontificia decreta non debeant deservire de vento, ad Text. *in c. si cui nulla de præb. 6. cum aliis per* Rot. *adduct. in d. 707. n. 40. p. 18. rec. & in Romana, seu Sabinen. Capellæ 24. Jan. 1694. §. Eis omnibus in fin.* coram bo. me. Ursino.

Quarta denique ratio est, quod destrueretur puritas regulæ medicitatem præscribentis cum omnimoda spe in divina providentia, Patres nanque prædicti recipiendo pretium omnium relictorum, facerent eorum Ecclesiam sive Infirmariam adeo locupletes, ut supra omnes alias Religiones thesaurizarent, cum ingens sit fidelium copia, quæ eisdem in dies aliquid relinquit; unde Sac. Congregatione Concilii consulta in terminis fortioribus, utrum Fratres prædicti vindicare sibi possent annuos reditus, *non ut eo modo, quo*
41 *relicti erant singulis annis, perciperent, sed ut venderent, & pretium in necessitates Monasterii converterẽt, censuit Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de observantia esse incapaces etiam ad effectum prædictum*, ut videre est in d. *resolutione* per extensum relata a Nicol. *in suis Floscul. litt. S. §. Observantes n. 9. vers. cum relicti*; quapropter a primo ad ultimum concludendum censeo, pro incapacitate dd. Fratrum tam *ad effectum vendendi*, quam ad *effectum retinendi*, nisi cum in *dd. cap. exiit* & *Clem. exivi* pari modo hæreditatem annuorum redituum.

Neque PP. juvabat confere ad 4. acceptionem clausulæ codicillaris in d. testamẽto appositæ, inferendo exinde quod
42 PP. reddantur capaces hæreditatis, quando testator (prout in præsenti) addidit illa verba, *si non valet jure test. valeat jure legat.* ex doctrina Bart. *supra cit.* nam in hac opinione non minus est reprobatus Bart. a DD. ac in antecedenti, ut disertissime ostendunt Fagnan. *in cap. Nimis prava n. 39. & 46.* Pinheir. *ibi sup. n. 107.* Torr. *de pact. fuit success. l. 2. c. 36. n. 89.* aliique omnes supra adducti, eo sub fundamento, quod clausula codicillaris operat bene ad favorem PP. respectu legatorum, quorum non sunt incapaces simpliciter, & absolute, sed tantum secundum quid, nimirum quando ista fiunt modo illicito, non autem licito, quemadmodum distinguendo late firmavit Rot. *in dec. Merl. Cerr. Burr. & in d. Turritana eleemosynarum*, coram Emerix; secus vero in institutionibus, & hæreditatibus, quarum sunt absolute, & simpliciter incapaces, ut evincitur ex illis verbis Clementinæ *nullatenus sint capaces*; dictio enim *nullatenus* ob nimiam suã generalitatem omnia negat, omnemque modum excludit ex authoritatibus supra expensis, & consecutive clara est disparitas in uno casu, ac in alio, prout agnovit idem Bar. qui ejus opinionem limitavit in substitutionibus, dum ait, clausulam codicillarem posse quidem obligare hæredes ad vendendum, ac dandum Fratribus hæreditatis pretium, non autem substitutum, ut videre est cũ doctores in *tract. Minor. l. 1. c. 3. n. 8. vers. ita dixerunt* & Rosel contrariæ opinionis sectator hanc etiam sequitur distinctionem, ut bene observat Pinheir. *loc. supra cit. nu. 107.* vers. *cæterum* Petr. Barber. *l. 1. p. n. 63. vers. proponit. ff. de legat. primo*, ita & taliter quod in casu nostro, ubi versamur in substitutione facta sub conditione *si sine filiis*, Barthol. authoritas PP. adversatur.

Resolutio autem Sacr. Congregationis Concilii in objecto allegata, præter quam obiter, & incidenter loquitur de institutione, cum ibi ageretur de legato; unde non percutit casum diversum hæreditatis, minusque pro illius decisione deservire potest, ex adductis per Rot. *in Romana Juris legandi super bono jure 16. Maii 1698. §. contrarium*, coram R. P. D. Muto. Dicebam ulterius, quando illa intelligi deberet de institutione particulari adhoc, ut concilia-
43 liati possit cum aliis pluribus decretis dictæ Sacræ Congregationis, quæ contrarium decernunt in hæreditatibus, & refelluntur a Pignatell. *tom. 8. consult. 46. n. 5.* & Fagnan. *ubi supra num. 45. vers. postremo.*

Debilia igitur ex his apparebant fundamenta juris, quibus Fratrum defensores innitebantur; unde recurrebant ad Judicis officium, quod impartiri posse contendebant in casu præsenti, ex quo ageretur de legato pio, compellendo
44 nempe hæredes ad illius implementum, mediante venditione partium hæreditatis, & distributione pretii pro celebratione tot missarum, ac alia opera pia a Fratribus perficienda in beneficium d. Testatoris, ut insinuant Sorb. *supra citat. d. §. hæreditas n. 6. vers. primo enim* Amustaz. *d. c. 3. num. 26. & seqq* Rox. *ibi. n. 16. cum aliis in d. Turritana eleemosynar. 10. Jan. 1695. §. sed eum nihilominus, & §. Poterunt Fratres cum seqq. & 6. Aprilis 1696. §. Quoniam vero cum seqq.* coram bo. me. Emerix. Nam tollitur objectum ponderando, quod hoc Judicis officium non procedit in institutionibus, sed tantum in legatis particularibus, ut animadvertit Fagnan. *in d. cap. nimis prava num. 41. de excess. Prel.* & sic illud interponi non debet in casu præsenti, dum versamur in hæreditate, non autem in legato.

Quinta denique & ultima remanebat PP. oppositio defectus actionis in d. Clero cohærede, elicita ex eo, quod stante PP. incapacitate jus omne agendi, ac succedendi in d. hæreditate pro rata illis relicta resideret in Rev. Fabrica S. Petri ob notissima ejus privilegia, quæ ad hęredum exclusionẽ recensent Capon. *in quodam responso pro Rev. Fabrica edito* 45
inter ejus discept. impress. c. 155. ubi *n. 11. a 33. & prope fin.* allegat. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Fabrica fol. 33. §. Quoniam privilegia*, & concordat Maranr. *ejus d. Rev Fabricæ* Advocatus *respons. 19. n. 41. & seqq. p. 1. & respons. 32. per tot. p. 4.* & ita pluries observatum fuit, ut in casu recensito per Staiban. *resol. 172. n. 50.* & in alio relato per Card. de Luca *de fideic. disc. 108. n. 1. de Regular. disc. 1. num. 113. & in relatione Roman. Cur. forens. disc. 20. n. 13.*

Verum hæc minime urgebat, cum prædictæ omnes auctoritates loquantur, vel contra hæredes ab intestato venientes, vel in casu caducationis testamenti; secus vero quando datus est alius cohæres, prout in præsenti, qui vigore juris accrescendi totam hæreditatem recte retinet, ex deductis in terminis cohæredis per Amustaz *ibi n. 25.* Rox 46
ubi supra n. 13. Pereg. *loco supracit. n. 2. vers. amplia.* Capuccin. *in ad not. ad Sorb. in d. §. hæreditas in princ.* Novar. *ibi num. 6.* Pinheir. *ubi d. n. 108. vers. si autem*; & ratio est quia privilegia Rev. Fabricæ; ejusque jus fundatum in incertitudine relictorum, unde hac cessante præexistentia cohæredis, vel substituti, cessant quoque d. Fabricæ jura, & privilegia, ut optime dixit Rot. *d. 212. num. 5.* coram Cavaler. quam laudat Castald. *consult. for. 226. n. 14.*

Judicavi igitur ex prædictis ad favorem Cleri contra dd. PP. confirmando sententiam A. C. Thomati, auditis pluribus, ac pluries d. Fratrum defensoribus acerrime tam in jure quam in facto scribentibus.

Et ita &c.

R. P. D. MANUEL.

Faventina Fideicommissi.

Lun. 10. Maii 1696.

ARGUMENTUM.

Nepotes sub filiorum nomine venire, si conjecturata defuncti volũtas illorum inclusionem sub d. nomine suadeat, optime docet Card. de Luca *de fideic. disc. 71.* hinc in hac decisione traditur, quod ex quo Testator voluit, ut bona in agnatione conservarentur, verba perpetuitatem indicantia apposuit, prohibitionem scripsit alienationis, censeatur ex filiorum vocatione invitare voluisse nepotes per fideicommissariam substitutionem.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, vigore fideicommissi etiam conditi in contractu, non denegatur.*
2 *Concurrentibus conjecturis, sub nomine filiorum veniunt nepotes, & cæteri descendentes.*
3 *Si fideicommittens voluerit fideicommissum sola ratione, ut bona conservarentur in agnatione, sub nomine filiorum veniunt nepotes, & descendentes.*
4 *Secus tamen procederet, si ratio limitata ac restricta fuerit in personis prius nominatis.*
5 *Contemplatio agnationis famulari non debet illis personis, quæ propria & expressa vocatione vocatæ fuerunt, si diversæ personæ a prænominatis virtualiter contineantur.*
6 *Dictio in perpetuum denotat tractum successivum plurium vocatorum.*
7 *Votum conservandi perpetuo bona in familia adimpleri non potest ex sola filiorum successione; unde sub illorum nomine veniunt nepotes.*
8 *Testator concedendo hæredi & filiis facultatem vendendi bona, quoties occasio indicaret ut illius investimentum, ita tamen ut bona acquirenda loco venditorum subjacerent fideicommisso, censetur sub nomine filiorum voluisse quoque comprehendere nepotes.*
9 *Probibitio alienationis ad rem directa denotat comprehensionem nepotum sub nomine filiorum.*

10 *Fuisse nepotes sub nomine filiorum comprehensos, desumitur ex vocatione legitimorum, & naturalium ex pluribus substitutionibus in casu delicti tam haeredis, quam filii ad exclusionem fisci ob rationem conservandi bona in agnatis.*
11 *Facultas alienandi bona fideicommisso obnoxia restricta ad casum, quo prompta se offerret occasio melioris investimenti, non est operativa validitatis alienationis, si non probetur investimentum fuisse magis utile, quam bona vendita.*
12 *Clausula* non alias *demonstrat precisam mentem disponentis.*
13 *Minor nulliter contrahit coram Judice subdelegato, de cujus subdelegatione perquisitis actis non constat.*
14 *Minor nulliter pariter contrahit coram subdelegato, qui doctor non enunciatur, & talem esse aliunde non probatur.*
15 *In minorum contractibus exigitur insinuatio.*
16 *Illaque non praesumitur, nisi effluxerint triginta anni.*
17 *Contractus minoris dolosus, vel damnosus, non potest sustineri.*
18 *Ratificatio ex lapsu temporis cum acquiescentia praesumitur.*
19 *Haeres non potest factum defuncti impugnare.*
20 *In haereditate matris exigitur aditio.*
21 *Haeres absque beneficio legis & inventarii confundit proprium creditum.*
22 *Dos detrahi nequit ex fideicommisso transversali & particulari.*
23 *Pro melioramentis non datur retentio, si probata non fuerint.*

D E C I S I O L.

INspecto fideicommisso ordinato a Marcello Menno, & Leonardo fratribus de Paduanis in donatione quorundam bonorum ab eisdem facta Dominico ex fratre nepote, ejusque filiis, Rota censuit dandam esse immissionem Marcello juniori & fratribus pariter de Paduanis nepotibus d. Dominici super domo, de qua agitur, eidem fideicommisso subjecta, ex quo concurrere visa sunt extrema in hoc Judicio necessaria; quo casu immissio etiam vigore fideicommissi injuncti in contractu non denegatur ex remedio
1 *l. fin. de Edict. Civ. Adr. toll.* sive *ex interdicto utilis, Salviani*, ut de concussa opinione hujus testatur *dec. in Narnien. fideicommiss. de Captionibus 29. Maii 1683. in princ.* coram R. P. D. meo Ursino.

Non obstat, quod praefatum fideicommissum videatur expirasse in filiis Dominici vocatis quidem, sed non gravatis erga descendentes, adeout valide controversa domus vendi potuerit a Carolo Antonio filio ejusdem Dominici favore Joannis Caroli possessoris, & rei conventi.

Contrarium quippe suadent argumenta & conjecturae elicitae ex integro contextu donationis, per quas satis clara dignoscitur voluntas donantium perpetuandi fideicommissum, nedum ad vitam Dominici & filiorum expresse nominatorum, verum etiam ad alios eorum posteros, & descendentes masculos, quatenus, concurrentibus conje-
2 cturis; nomen filiorum aptum est comprehendere, ex late cumulatis per Fusar. *de substit. q. 320. n. 1. & plur. seqq.* Rot. *dec. 6. n. 12. & decisio 21. num. 5. & seq. q. 5. rec.*

Id enim particulariter insinuat ratio, & causa motiva totius dispositionis saepius in Instrumento repetita, nimirum ad effectum, ut bona donata perpetuo conserventur
3 in familia, & agnatione donatariorum, quae quidem ratio siceuti de per se amplificare valet fideicommissum ad omnes descendentes Dominici & filiorum, Soccin. *in l. qui Romae l. Cohaeredis n. 18. ff. de verb. oblig.* Surd. *cons. 443. n. 19.* Fusar. *de substit. p. 267. n. 6.* Rot. *decis. 10. n. 1. p. 1. decisio 142. n. 44. & seqq. p. 10. & decisio 89. num. 4. & 5. p. 19.* & coram Emin. Othob. *decisio, 113. n. 18. & 19.* sic etiam magis efficacius urget in casu nostro, in quo haec ra-
4 tio ita expressa non limitatur, nec restringitur in personis, ut supra nominatis, in quibus terminis procedit *cons.* Decii 636. passim a Rota receptum *in decisio. 231. n. 20. & seqq. & decisio. 368. a n. 7. ad 24.* coram Emin. Cerro. sed eas contradistincte egreditur ibi. *ad hoc; ut bona, & jura ut supra donata habeant perpetuo permanere, & conservare pro d. Dominico, & ejus filiis masculis legitimis, & naturalibus, & in agnatione, & familia eorum.* Ex quibus postremis verbis patet, aliquod plus donantes disponere voluisse propter conservationem bonorum in Dominico & ejus filiis masculis, & consequenter cum diversae personae a praenominatis virtualiter contineantur in dispositione expressa agnatis, contemplatio famulari non debet tantummodo illis, quae propria, & expressa vocatione vo- 5
catae fuerunt, Rot. *decisio 129. n. 6. & seqq.* coram Bichio.

Crescitque pariter efficacia argumenti, tum ex vi dictionis *perpetuo* denotantis necessarium, & optatum tractum successivum plurium vocatorum, ut in proposito observant
6 Peregr. *cons. 64. num. 5. lib.* Fusar. *de substit. p. 277. n. 2.* Barbos. *distinct. 25. n. 4. et 6.* Crass. *de success. §. fideicommissum part. 4. n. 15.* Rot. *decisio 81. n. 6. & seqq. part. 16. rec. & in Tusculana fideicommissi 20. Junii 1685. §. fideicommissum*, coram S. M. Paulutio, maxime quando, prout hic, juncta est cum d. Voto conservandi bona in familia, quod adimpleri non potest ex sola successione filiorum, nisi admittantur etiam nepotes, Fusar. *de substit. d. q. 320. n. 18.* Rot.
7 *decisio. 47. n. 66. p. 1. d. decisio. 142. n. .. & seqq. p. 4. & decisio. 20. n. 2. & seq. p. 16. rec. & admittunt d. d. decisio. 231. & 378.* coram D. Cardinali Cerro in contrarium allegatae; Tum & fortius, attenta facultate a donantibus concessa Dominico & filiis alienandi bona fideicommissaria, quoties occasio indicaret utilius investimentum, ita tamen, ut 8
bona acquirēda loco venditorum subjacerent fideicommisso; signum evidens, quod fideicommissum in filiis Dominici non expirabat, dum alias libere alienare potuissent absque reincidentia bonorum acquisitorum in fideicommissum, quo juxta sensum Joannis Caroli rei conventi, non alias qam ipsimet filii Dominici succedere debebant, nisi dicamus, eos sibimet ipsis fuisse substitutos, quod est absurdum.

Rursus in hunc ipsum intellectū coincidit expressa prohibitio alienationis, ut praefertur, injuncta tam ipsi Dominico donatario, quam ejus filiis cum supradicta ratione conservandi bona in agnatione, cum verbis directis in rem, nimirum in bona, & Jura donata, non autem praecise in personas nominatas, ut ad effectum, de quo loquimur, notat Bart. *in l. p. 71. §. factor. n. 3. ff. de legat. 2.* Rot. *decisio.* 9
168. n. 7. part. 14. rec. & in Eugubina fideicommissi 2. Junii 1681. §. certius vero, coram clar. mem. Cardinali Mattheio.

Et denique in idem conferunt aliae circumstantiae vocationis directae favore legitimorum naturalium cum pluribus substitutionibus factis in casu delicti, tam ipsius Dominici, quam ejus filiorum ad exclusionem fisci, adjecta semper, & repetita ratione conservandi bona in agnatis, Cyriac. *contr.* 346. *n. 19.* Peregr. *fideicommissi art. 14. n. 13.* Rot. *decisio.* 10
360. *n. 4. & seqq. 17. & dec. 113. n. 17.* coram Emin. Othob.

Praesuppositа autem ex his existentia & purificatione fideicommissi favore actorum, frustra sustineri praetenditur alienatio domus controversae ex facultate, & permissione alienandi in donatione concessa; haec enim non fuit libera, sed conditionata, & restricta ad casum, quo prompta se offerret occasio melioris & opportunioris investimenti, quod accidisse, non probat Joannes Carolus, prout tanquam fundamentum suae intentionis probare tenetur Gabr. *cons.* 118.
11 *n. 6. lib. 1.* Peregr. *de fideicommiss. art. 40. n. 22.* Ludovic. *concl. 14. illat. 4.* & magis praecise ad casum nostrum Gratian. *discept. 45. n. 27.* Molin. *de primogen. Hispan. l. 4. c. 4. n. 23.* potissime attenta clausula *non alias* adjecta praedi- 12
ctae permissionis, quae demonstrat praecisam mentem disponentis *l. non aliter ff. de legat. 3. l. qui haeredi §. fin. ff. de condit. & demonstr.* & annullat contractum aliter initum, Barbos. *clausul. 81. num. 8. cum ibi cumulat.*

Unde eliditur praetensio sustinendi hanc alienationem, ex quo contineat meram permutationem domus fideicommissariae cum alia eidem fideicommisso subrogata; quia neque hoc subsistit in facto, neque exinde tollitur vis praecepti donantium, qui juxta praemissa non aliter alienationem, seu permutationem permiserunt, quam constito de meliori investimento, de quo tamen nedum non docetur, ut opporteret ex superius allegatis, sed contrarium expresse legitur in Instrumento, in quo partes asseruerunt, pretium d. domus fideicommissariae excedere illud alterius domus permutatae in scut. 420. quae infra certum terminum Joannes Carolus promisit solvere Carolo Antonio libere absq; ullo onere investiendi favore fideicommissi, cui tantum abest, quod acquirere voluerint, ut potius rotundis verbis declaraverint, & vicissim promiserint, domos permutatas esse liberas, & nullo prorsus subjectas fideicommisso.

Nec relevat, quod hujusmodi permutatio fuerit ab actori- 13
bus ratificata, quia cum isti de eo tempore essent pupilli & minores, non nisi intervenientibus solemnitatibus de Jure & a Statuto Bresighellae requisitis obligari poterant; eas autem defecisse probatur, quia non interfuit decretū Gubernatoris loci, ut requirit d. Statutum, licet enim ille, qui contractui intervenit, asseruerit, se fuisse a Gubernatore delegatum,

tum, delegatione tamen non conſtat, imo ex diligentiis
factis ab Actuario, cui credendum eſt, Rot. *deciſ.* 309 *n.* 7.
deciſio 18 *rec* probatur negativa, ultra quod neque in præ-
dicto Inſtrumento d.aſſ.delegatus enunciatur legum Doctor
& in Jure peritus, neque aliunde talis probatur, quo caſu
14 non potuit in Judicem ſubrogari, Natt. *conſ.* 244. *lib.* 3. Ca-
pyc. Galeott. *contr.* 14. *n.* 37. *lib.* 2. Card. de Luca *de Judic.*
diſc. 4. *n.* 3. *et fuit dictum in firmana Cenſus* 2. *Junii* 1681.
cor. R.P.D. meo Urſino. Defecit etiam inſinuatio omnino
neceſſaria in iſtis contractibus minorum ex *Conſtitutione*
15 *Ægidiana lib.* 5. *cap.* 25. De Luca *de contr. diſc.* 35. *n.* 9. Rot.
coram Priol. *dec.* 88. *n.* 3. *dec.* 36. *n.* 2. *deciſ.* 289. *n.* 7. *et* 8.
part. 14. *et deciſ.* 352. *n.* 15. *part.* 17. *rec.* maxime quia ob
lapſum modici temporis ea præſumi non poteſt, cum ad
hunc effectum requitantur 30. anni, Felin. *in cap. ſicut n.*
16 42. *de re judic.* Gratian. *diſcept.* 879. *n.* 4. Rot. *deciſ.* 716. *n.*
10. cor. Emin. Certo, ac demum tam Judex, quam præ-
fati pupilli & minores circumventi dignoſcuntur ex falſo
ſuppoſito, quod domus eſſet libera ab omni vinculo fidei-
commiſſi, ut Judici fuit expreſſum; unde contractus veluti
17 doloſus, vel uti pupillis damnoſus non ſuſtinetur, Rot.
deciſ. 49. *n.* 6. *et ſeq. p.* 13. *et deciſ.* 352. *n.* 24. *p.* 17. *rec.*

Ea vero, quæ objiciebantur circa prætenſam retentionem ſive ex juribus Leonardi unius ex dd. Donatoribus, in cujus portione non probatur donatio ratificata, ſicuti pro eo tunc abſente promiſerunt alii duo fratres ſive ex aliis Juribus Æneæ Paduani, tanquam nominati in prima acquiſitione hujus domus, ſive etiam ex juribus dotalibus Antoniæ matris Caroli Antonii alienantis, corruere viſa ſunt ex deductis a ſcribentibus pro Paduanis Actoribus.

Nam quoad ratificationem Leonardi ſatisfacit reſponſio,
quod vel eſt præſumenda per lapſum 70. annorum abſque
18 ulla contradictione, Cyriac. *contr.* 79. *n.* 15. *et* 16. cor. Ca-
valer. *dec.* 100. *n.* 6. Bich. *deciſ.* 6. *n.* 1. *et ſeq. et in rec. deciſ.*
194. *n.* 9. *p.* 6. vel ſtante acceptatione donationis factæ a Do-
minico hærede omnium donantium, a quo, mediante
19 Carolo Antonio pariter hærede, cauſam habet Jo: Carolus
reus conventus, eam iſte impugnare non poteſt, *vulgata*
l. cum a matre C. de rei vindicat.

Loquendo autem de Juribus d. Æneæ, præter quam quod hæc reſtringerentur ad ſolam octavam partem d. domus, ut probatur in facto, ceſſat etiam hoc minimum jus in Joanne Carolo, quia non probat, Carolum Antonium ſuum Auctorem habere cauſam ab ipſo Ænea, ita ut illius juribus uti poſſit, quin potius converſo ex prędictis conſtat, præfatum ejus Auctorē acceptaſſe donationem d. integrum domus, & proinde & fideicommiſſum in ea inſtitutum.

Ac poſtremo, tranſeundo ad creditum dotale d. Anto-
niæ, inanis videtur exceptio retentionis, niſi probetur a
Joanne Carolo d. ſuum Auctorem fuiſſe hæredem matris,
20 reſpectu cujus non militat regula, *filius ergo heres*, Cy-
riac. *contr.* 244. *n.* 45. Rot. *dec.* 19. *n.* 4. *et ſeq. part.* 4. *rec.* &
cor. Merlin. *deciſ.* 857. *n.* 1. & hoc etiam probato adhuc illi
obſtaret, quod Carolus Antonius venditor domus fuit hæ-
res Dominici patris debitoris ejuſdem dotis abſque benefi-
21 cio Inventarii, quo caſu ob confuſionem actionum ineffi-
cax redditur actio pro conſecutione creditorum *l. debitori*
C. de pact. certius etiam in præſenti ubi ageretur de detra-
henda dote ex fideicommiſſo tranſverſali, & particulari
22 contra omnia juris principia.

Sic pariter corruit prætenſio retentionis pro melioramentis, quæ neque in genere neque in ſpecie probantur facta in præfata domo.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. BENINCASA:

Ariminen. Bonorum ſeu Fideicommiſſi.

Lun. 14. *Junii* 1688.

ARGUMENTUM.

Sequendo theoricam ſupra relatam, quod nepotes veniant appellatione filiorum, ſi conjecturæ concurrant; propterea pro illorum vocatione deciditur, ex quo agitur de fideicommiſſo aſcendentis, nomen filiorum appoſitum apparuit in parta conditionali & Teſtatoris affectio erga nepotes agnita fuit. Vocatio nepotum quæ ſolet indubitanter excludi, quoties Teſtator filios vocaverit cum pronomine *ſuos*, juxta doctrinam Card. de Luc. *de Fideic. diſc.* 71. in præſenti non admittitur, dum deficere conſtat dictionem relativam, per quam unice deſignentur filii primi gradus, ſine qua pronomen enarratum non operatur excluſionem nepotum.

SUMMARIUM.

1 *Filiorum appellatione, concurrentibus conjecturis, veniunt nepotes.*

2 *Nomen filii, ſi ſit ab aſcendente prolatum, comprehendit nepotes.*

3 *Filiorum nomen quoties ponitur in conditione, tunc eorum appellatione veniunt nepotes.*

4 *De jure nepos ſuccedit in inteſtata hæreditate ſimul cum ejuſdem avi filiis.*

5 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*

6 *Votum conſervandi agnationem pro modum artificialem, & fictum adimpleri poteſt æque bene per deſcendentes ex maſculo, ſicuti per deſcendentes ex femina.*

7 *Præſumpta Teſtatoris affectio magis urget erga maſculum ſibi attinentem per unicam, quam per plures feminas.*

8 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, ſi id ſuadeat predilectio erga ipſos habita per Teſtatorem.*

9 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, ſi alias ſequeretur abſurdum, ut maſculus heres volitus a Teſtatore deberet aſſumi ex linea remota & non incapta, excluſa proxima & incapta.*

10 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, ſi Teſtator filios vocaverit cum pronomine* ſuo.

11 *Declara, ut non procedat, ſi deficiat relatio, per quam deſignentur filii primi gradus.*

12 *Ex diſcretivo modo loquendi poteſt deſumi argumentum pro excluſione nepotum appellatione filiorum.*

13 *Diſcretiva locutio nihil operatur in ſubſtitutione diverſa.*

14 *Diſcretiva locutio poteſt probare excluſionem nepotum appellatione filiorum, ſi dubium ſit, an illos Teſtator vocaverit; ſecus ſi de voluntate Teſtatoris ex conjecturis appareat.*

15 *Si Teſtator paríficaverit lineam femininam & maſculinam, potius admitti debet deſcendens ex femina expreſſe vocatus, quam nepos ex filio maſculo, qui vocationem tantum deſumit, ex quo appellatione filiorum cenſeantur comprehenſi nepotes, declara tamen ut n.* 16. *&* 17.

18 *Prærogativa lineæ vincit illam ætatis.*

DECISIO LI.

EQues Ludovicus Battaglinus inſtituta hęrede univerſali Portia ejus filia nupta Cap. Rodulpho ſic ulterius diſpoſuit: *e doppo la ſua morte dovrà ſuccedere il ſuo figlio maſchio maggiore, quale dovrà chiamarſi del nome e famiglia Battaglini, e pigliare et uſare le mie arme; e ſe al tempo della morte di d. Portia non vi foſſe figlioli maſchi, in tal caſo ſuccedano le figlie e deſcendenti femine, che di ragione dovranno ſuccedere, quali goderanno e dovranno eſſere uſufruttuarie di detta mia Eredità ſin tanto, che naſcerà un figlio maſchio d'alcuno della mia linea tanto maſchio che femina di detta ſignora Portia, al quale ſubito che havrà finiti li 9. anni ſpetti la detta Eredità, quale ſi debba chiamare de Battaglini.*

Deceſſit Teſtator, & deinde Portia, quæ geminos poſt ſe reliquit nepotes, nempe Com. Laurentium Blanchutum, & Juniperam filiam ætate majorem, & Alphonſum Alexandrum Gridulphum minorem natu ex Ludovico filio prędefuncto, inter quos ſuborta controverſia circa exiſtentiam, & purificationem prædicti fideicommiſſi quondam Equitis Battaglini, & ad cujus favorem quod pluries a DD. ſine reſolutione diſcuſſum, tandem hodie, ſuffragantibus etiam 5. & 6. pro Alphonſo, deciſum fuit.

Exiſtentia ſiquidem fideicommiſſi ad evidentiam oſten-
ditur ex ſupra relata Teſtamenti ſerie, nec non ex facto ipſo-
rum, & collitigantium, qui viciſſim in hæreditate prælatio-
nem contendunt, utpote ad fideicommiſſum vocati; Purifi-
catio vero non minus clara detegitur favore Alphonſi, qui,
licet nepos præfatæ Portiæ hæredis, adhuc tamen venire po-
teſt appellatione filii poſt obitum ejuſdem Portiæ ſubſtituti
Eſt enim vulgaris regula, quod concurrentibus conjecturis
etiam filiorum appellatione veniant nepotes, Batt. *in lege li-* 1
berorum col. 3. *ff. de verb. ſignif.* Caſtill. *de Interpretat. ult.*
volunt. lib. 4. *cap.* 66. *n.* 34. *& ſeq.* Andreol. *contr.* 82. *num.* 3.
Rota coram Seraph. *dec.* 1486. *n.* 8. & coram Merlin. *dec.*
206. *&* 228. *fere utrobique per tot. & alibi frequentiſſime.*

Plures equidem & quidem urgentes eliciuntur conjectu-
ræ ad præmiſſorum comprobationem. Et primum ex eo
non ſolum, quod nomen filii diſpoſitive prolatum eſt ab
aſcendente, quo caſu juxta communem & magis æquam
interpretationem etiam nepos ſub nomine filii comprehen-
ditur, ad notata per DD. *in l. Gallus* §. *Inſtituens ff. de liber.* 2

& Posthum. Fusar. *de substit.* 320. *quæst. n.* 14. Rota coram Merlin. *d. decis.* 228. *n.* 17. *& latius decis.* 345. *n.* 1. *& seq. p.* 15. *rec.*

Et fortius, quia filii Portiæ iterato expressi ex plurali numero designati ponuntur, & in conditione priusquam transitus fiat ad successive vocatos ibi - *se al tempo della morte di d. Portia non vi fossero figli Maschi, in tal caso*; ex quo expresse convincitur coæqualis affectio erga nepotes, eorumque comprehensio sub vocabulo filiorum, ut indistincte ob illorum existentiam excludantur ulteriores substituti, ad Text. *in l. Lucius la* 2. *ff. de hered. Instit.* Peregr. *de fideicommissis art.* 22. *n.* 46. Fusar. *de substit. quæst.* 319. *n.* 10. *vers. Ego tamen cum seq.* Rota cor. Dunoz. Junior. *decis.* 483. *n.* 1. *& seq.* & coram Celso *dec.* 335. *n.* 23. *& in rec. dec.* 385. *n.* 10. *p.* 9.

Confirmantur prædicta ex mente disponentis in sequenti substitutione clarius expressa, ubi non existentibus masculis universalem hæreditatem deferri voluit iis tam filiabus ac descendentibus feminis, *che di ragione dovranno succedere.* Cum autem de jure nec filiis, nec filiabus integra deferatur successio, existente nepote ex alio filio promortuo, ut *in*
4 *§.* 1. *Auth. de hered. ab intest. & in §. Cum filius Instit. de hered. ab intest. defer.* planum est, quod Testator devolvi noluit hæreditatem in descendentes & feminas quousque starent masculi ex primo masculo vocato ex legali regula, quod *operatur oppositum in opposito quod propositum in proposito*, juxta Text. *in l. Ex toto in princ. ff. de legat.* 1. *& in*
5 *l. fin. §. fin. de legat.* 3. Fusar. *de substit. quæst.* 320. *n.* 48. Rot. *in Macerat. fideicommiss.* 8. *Martii §. nec afficit*, cor. me, *& in Faventina fideicommiss.* 8. *Maii proximi sub §. Crescit. in fine*, coram R.P.D. Manuel.

Accedit votum conservandæ agnationis saltem per modum artificialem, & fictum ob præceptum injunctum primo masculo substituto deferendi nomen, & arma familiæ de Battaglinis, quod licet adimpleri posset æque bene per descendentem ex masculo, sicuti per filium aliosque descen-
6 dentes ex femina, ut firmatum fuit *in Bonon. fideicommiss. de Ghisellis* 4. *Julii* 1685. coram R.P.D. meo Caccia, *& in aliis præcedentibus ejusdem Causæ decisionibus*, coram R.P.D. Hervault; attamen quia magis urget præsumpta Testatoris affectio erga masculum sibi attinentem per unicam,
7 quam per plures feminas, prout inquit Rota coram Bichio *dec.* 492. *n.* 28. *& dec.* 233. *n.* 15. *part.* 14 *recent.* necessario sequitur ad hujusmodi prædilectionis intentum, quod significatio nominis filiorum etiam includat nepotes, Pere-
8 grin. *de fideicommiss. art.* 21. *sub n.* 26. *vers. Item cum Testator*, Andreol. *contr.* 87. *n.* 13. *& seqq.* Rota cor. Merlin. *decis.* 206. *n.* 12. *&* 13. *decis.* 228. *& num. primo.*

Crescit argumenti efficacia; nam dato contrario intellectu inevitabile, resultaret absurdum, quod non solum in concursu non admittatur masculus prædilectus ex supra consideratis, sed, quod magis est, perpetuo excluderetur delata exinde successione, ut prætenditur ad reliquos substitutos, cum tamen nulla ratio assignari possit, cur Testator exoptando etiam masculum in subsequenti substitutione illum potius voluerit assumere ex linea remota, & forsan non incœpit, quando habere poterat ex alia sibi proxima & incœpta usque de tempore Testamenti, unde facilior erat conservatio, seu renovatio propriæ agnationis, ut in leviori-
9 bus terminis pro comprehensione nepotum arguunt Rom. *cons.* 15. *n.* 43. *& seq. & cons.* 16. *n.* 25. *& cons.* 17. *n.* 21. Peregr. *cons.* 38. *n.* 21. *l.* 1. *& cons.* 52. *n.* 7. *l.* 3. Marr. Med. *d. senten.* 1. *num.* 37. 38. 51. *&* 52. Rota apud Censal. *de fideicommiss. d.* 40.

Quibus præmissis, facili negotio dilucidantur generales inductiones, & solvuntur æquivoca argumenta, quæ ex parte Com. Blanchoti proponebantur; non enim obstat, quod
10 vocatio primi filii Portiæ sit limitata cum pronomine *suo*, ibi, *il suo figlio maschio*, quod pro restringenda filiatione ad personam immediatam patris vel matris ponderat Menoch. *cons.* 215. *n.* 15, Rota *dec.* 489. *n.* 1. *&* 2. *p.* 14. *rec.* quia dictio præfata intelligitur quidem demonstrativa patentum, sed cum deficiat alia relatio, per quam unice designentur filii, primos gradus restrictiva non dicitur vocationis illorum, nam inter filios & nepotes consideratur sanguinis continuatio, & quidquid continuativum venit per
11 rerum naturam, unum & idem est, juxta distinctionem Bartoli *in l. Gallus §. Instituens n.* 3. *ff. de lib. & post hum.* Andreol. *contr.* 82. *n.* 18. *& contro.* 143. *num.* 10. Palma nepos *alleg.* 93. *n.* 16. Rota cor. Coccin. *dec.* 1162. *n.* 4. *&* 5. coram Card. Celso *d.* 176. *n.* 22. *& in rec. dec.* 397. *n.* 13. *p.* 15.

Eademque facilitate removetur objectum, quod in secunda substitutione, ubi Testator voluit nepotes comprehendere, in claris verbis expressit ibi - *In tal caso succedano le figlie e descendenti &c.* ex quo colligitur, eos consulto omisisse, ubi specifice non vocavit, Rota *in Carpen. hæreditatis seu fideicommiss.* 9. *Junii anni præteriti §.* 4. *quia*, cor. R.P.D. Molines; nam ultra quod diversiva locutio nihil operatur in substitutione diversa, & inter diversas personas, ex fir- 13
matis coram Priolo *d.* 496. *n.* 8. *&* 9. objectum forte urgeret, ubi res penitus esset dubia, nec aliunde suaderi posset contraria mens Testatoris, prout abunde suadet in præsenti casu & præpotentibus conjecturis supra insinuatis, Card. 14
de Luca *de fideicommissis Disc.* 10. *n.* 9. Matt. Medic. *d. dec.* 1. *sub n.* 90. *vers. expressum* Rota *d.* 40. *num.* 5. *& latius in d.* 345. *n.* 11. *ad* 15. *part.* 36. *rec.*

Minus afficit, quod prima substitutio directa sit ad masculos ex femina: subsequens vero etiam ad masculum *tanto della linea mascolina quanto feminina*, ex qua propterea vocatione & respective purificatione utriusq; lineæ penitus corruet objecta prædilectio, & potius, quam Portiæ nepos ex filio specifice non vocatus, admitti debeat ejusdem nepos
ex filia expresse substitutus, ad tradita per Rub. *in addit. ad* 15
dec. 199. *& n.* 213. *& d.* 282. *& n.* 208. *recent.* Siquidem primordialis vocatio masculi ex Testatoris filia, nec non purificatio utrisq; lineæ præstant solum comprehensionem masculorum descendentium ex feminis, quod non controvertitur in proprio vocationis gradu, postquam scilicet conditio defecerit substitutionis præcedentis, de qua est quæstio, ut
bene se explicat Adden. *ad d. decis.* 262. *n.* 216. *cum plur. seqq.* 16
sed cum iste casus nondum advenit superstites adhuc Alphonso ex primo masculo vocato, ut supra visum est, frustra & inde impugnatur sui favore prædilectionis argumentum, quod præsertim in majoritatibus, & primogenituris æque procedit in filiis ac in nepotibus, non attento, quod istorum vocatio etiam implicita deducatur ex conjecturis, optime
Ruin. *cons.* 13. *n.* 11. *vers. nec dicatur lib.* 1. Menoch. *cons.* 625. 17
n. 18. *&* 19. Peregr. *cons.* 38. *n.* 21. *lib.* 1. Fusar. *de substit. q.* 320. *n.* 38. *et* 30. Robles *de representat. lib.* 3. *cap.* .. *n.* 11. *&* 12. Rota *d.* 627. *n.* 2. *par.* 2. *rec.* Rota *d.* 91. *n.* 3. *et* 12.

Tandem nullius momenti est, quod Comes Laurentius ætatem compleverit annor. 19. Alphonsus vero nondum attigerit 14. ann. quia vel major ætas deducetur ad minoris natu exclusionem dum substituitur post mortem Portiæ, *il suo figlio maggiore*, & cum nemo sit major Alphonso in propria parentis linea, dubitandum non est, quin sola istius prærogativa vincat ætatem, licet provectiorem alterius masculi de diversa linea, ut in fortioribus terminis consuluit
Ruin. *cons.* 13. *et num.* 6. *lib.* Manzius *consult.* 92. *fere per tot.* 18
Card. de Luc. *de fideic. disc.* 1. *sub n.* 5. decidit Rot. Lucen. *in decis.* apud eundem Mansium *registratum in cons.* 16. vel etiam affertur pro interesse usufructus, ad quem mater Comitis, & aliæ descendentes & Portia vocantur, quatenus ipsa decessetit sine filiis masculis; & destruitur pretensio, quia superest Alphonsus, qui licet nepos, adhuc venit appellatione filii tam in parte dispositiva, quam in parte conditionali negativa ex pluribus supra allegatis: Aut deniq; in eo fundatur
objecto, quod Testator ordinaverit *che li figli di d. figlia che* 19
succederanno in d. eredità non possa ne egli ne suo Padre amministrare, ne godere sin tanto che quello, che succederà non averà finito 19. *an. ma d. eredità sia amministrata dalli Priori dell' Ospedale, etc.* & Exceptio non est præsentis indaginis, cum disputati modo non contingat de Jure administrandi hæreditatē relictam Prioribus Hospitalis, sed Jure succedentibus in fideicommisso, quod unice cadit sub proposito dubio, & purificatum ostenditur favore Alphonsi ex prædictis.

Et ita utraque &c.

REVERENDISSIMO D. EMERIX DECANO.

Camerinen. seu Maceraten. Census.

Lun. 12. *Junii* 1690.

ARGUMENTUM.

Filii in conditione positi non censentur dispositive vocati; concurrentibus tamen conjecturis illorum inducitur vocatio, & ad hunc effectum conjecturæ non uti singulæ, sed unitim debent considerari; quæ autem validæ reputentur in decisione enumerantur, ad ornatum *disc.* 72. *de Fideic.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *In assignatione facta per heredem non exigitur creditorum citatio, si assignatio facta fuerit pro credito anteriori.*
2 *Actus ignoranter facti non præjudicant.*
3 *Filii in conditione positi, concurrentibus conjecturis, censentur dispositive vocati.*
4 *Conjectura etiam leviores sufficiunt, si agatur de fideicom-*

commisso ascendentis, & de successione in portione Parentis.

5 *Filii positi in conditione si fuerint vocati ad portionem Patrui, multo magis censentur vocati ad portionem proprii Parentis.*

6 *Limitatur, si vocatio in portione Patrui esset restricta ad unum tempus duntaxat & unicum casum.*

7 *Non sic tamen procederet, si vocatio respiceret plura tempora & plures casus.*

8 *Filii in conditione positi censentur vocati, si Testator in defectum filiorum heredis ad successionem invitaverit filios alicujus filiæ in institutione exclusæ.*

9 *Ex reciproca substitutione inter primos institutos desumitur vocatio filiorum in conditione positorum.*

10 *Illaque quoque elicitur ex pluribus gradibus substitutionum.*

11 *Plures dicuntur substitutionum gradus, si plures fuerint casus considerati.*

12 *Conjecturæ uniri debent ad desumendam vocationem filiorum in conditione positorum.*

13 *Possidens Jure proprio non tenetur de fructibus reddere rationem.*

DECISIO LII.

Tamersi Nicolaus, & fratres de Palladinis usque de anno 1651. adiverint hæreditatem Hyacinthi Patris cum beneficio legis, & Inventarii, & successive etiam in judicio redditionis rationis citatis PP. Barnabitis Maceratæ ac aliis illius creditoribus sententiam absolutoriam reportaverint, per quam pronunciatum fuit ipsos non solum bene reddidisse rationem, sed ulterius remanere creditores in scutis 901. 70. Nihilominus PP. præfati post acquiescentiam 32. annorum tanquam creditores sortis, & fructuum cujusdam census alias per eundem Hyacinthum in summa scut. 500. ad eorum commodum impositi obtinuerunt decerni exequi mandatum relaxatum contra bona hæreditaria Hyacinthi, etiam contra bona Nicolai, & fratrum contenta in vulgata cautela Angeli per eumdem antecedenter apposita. Unde commissa mihi causa appellationis cum si quid exequẽdum dedi dubium conforme rescripto, quod hodie fuit negative resolutum, quia ipsi docuerunt sufficienter reddidisse rationem de bonis paternis, & cautela Angeli visa est in omnibus plene justificata.

Et quidem absque difficultate quoad Prædium S. Elpidii, quod probatur positum sub hasta de anno 1666. ad instan tiam creditorum Angeli Sambuci, & deliberatum Nicolao tanquam majori oblatori, ut *in ejus sum. n. 7.* & sic nunquam extitisse in hæreditate Hyacinthi.

Et similiter respectu domus in terra Montecchi & Prædii Spineti, quorum possessionem Nicolaus, & fratres vigore Jurium dotalium Theodoræ, & Antoniæ eorum Aviæ, & Matris respective consecuti fuerunt tam ex præexistente titulo supradicti eorum crediti canonizati in Judicio redditionis rationis per Sententiam non impugnatam in partibus tunc in eo citatis una cum aliis creditoribus Hyacinthi, quam etiam ex subsecuta assignatione in vim ejusdem sententiæ facta cum decreto, & auctoritate Judicis *sum. n. 10. 11.* Non refragante replicatione, quod in hujusmodi assignatione non fuerint citati creditores, cum enim creditum dotale Theodoræ, & Antoniæ esset anterius, & certum tanquam canonizatum per sententiam, dimissumque fuerit in illius sequelam, cessat præjudicium propter quod citari debent creditores ab hærede beneficiato, qui petit separationem bono-
1 rum pro rata sui crediti, ad tradita per DD. & signãter Bald. *in l. debitoris sub n. 4. C. de pact.* Surd. *cons. 7. n. 32.* cum aliis allegatis per Rot. coram clar. me. Card. Cerro *dec. 779. n. 12.*

Prout etiam quoad Prædium Potentiæ, cujus acquisitio probatur per Nicolaum, & ejus fratres tanquam hæredes fideicommissarios Francisc. eorum Avi ex publico actu deliberationis, in eorum favorem factæ pro satisfactione crediti fideicommissarii. Non obstante unica exceptione, quod in hoc Judicio actum fuerit utroque nomine fideicommissario scilicet Francisci & hæreditario Hyacinthi, ac propterea Prædium remanserit obnoxium etiam debitis hæreditariis, quia cum ipsi non essent sufficienter de propriis Juribus informati, nullum exinde eis illatum fuit præjudicium in Juribus sibi competentibus vigore fideicommissi, juxta fir-
2 mata per Rot. *d. 200. n. 12. part. 1. d. 320. n. 7. p. 5. decis. 245. n. 43. part. 8. & dec. 321. n. 17. part. 13. rec.*

Fideicommissum autem Francisci favore Nicolai aliorumque filiorum Hyacinthi bene desumi visum fuit ex verbis Testamenti ibi - *Suos universales heredes instituit Joannem, & Hyacinthum ejus filios legitimos & naturales ea lege tamen, quod si aliquis dd. suorum filiorum & heredem decederet in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filiis, vel cum filiis legitimis, & naturalibus non pervenientibus ad ætatem 25. annorum, tunc & eo casu substituit ei sic decedenti vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum supervenientem ex eis, vel ejus filios, & si omnes dd. ejus filii, & heredes substituti decederent sine filiis legitimis, & naturalibus non pervenientibus ad ætatem 25. annorum ut supra, & eo casu substituit eisdem sic succedentibus D. Magdalenam ejus filiam legitimam, & naturalem vel ejus filios legitimos.* 3

Cum enim ibi pluries positi legantur in conditione, & concurrant ut infra plures urgentes conjecturæ, censentur dispositive vocati præsertim, quando prout hic agitur de fideicommisso ascendentis, & de successione in portione proprii Parentis, quo casu sufficerent etiam leviores, ut de communi opinione testatur Rustticus *de liber in cond. posit. lib 2. c. 1. n. 11.* Fusar. *de substit. quæst. 437. n. 12. & seqq.* 4
cum aliis allegatis per Rotam *dec. 108. n. 11. part. 13. dec. 276. n. 4. & dec. 500. n. 1. & 2. part. a decimo octavo rec. & in Ravennaten. fideicomm. 22. Martii 1675. §. præmisso cenim.*, coram me, *quæ est decis. 481. eadem p. 18.*

Harum autem prima desumitur ex eo, quod sicut fuerunt expresse vocati ad portionem purificandam per mortem Joann. Patrui sine filiis, ita tacite censentur etiam vocati ad portionem Hyacinthi proprii Parentis, cujus respectu fuerunt in conditione positi, ut in puncto hanc conjecturam uti fortissimam ponderant Fusar. *de substit. quæst. 437. n. 84.* Peregrin. *cons. 54. in princ. lib. 4.* Citalin. *contr. 166. n. 2. & 3.* Rota *d. 359. n. 7.* coram Merlin. *d. num. 267. n. 1. & pluribus seqq.* coram Coccin. *d. 223. n. 3.* coram Priolo, *& in rec. d. 108. n. 3. & d. 526. n. 10. & 11. parte.* Non 5 6
obstante quod vocatio ad portionem Patrui facta sit per vulgarem cum conditione alternativa in casu quo Pater non succedat, quia objectum procederet, quando vocatio nepotum esset restricta ad unum tempus duntaxat, & unicum casum obitus Patrui sine filiis; secus tamen est quando prout hic illa respicit plura tempora, & plures casus ea ratione, quia tunc imperceptibile est, quod talis vocatio intelligatur per solam vulgarem, ut præter super allegata præcise ponderat Rot. *decis. 934. a n. 7. ad 1.* coram Seraph. 7
& decis. 267. n. 15. coram Coccin.

Secunda, ex quo Testator in defectum amborum filiorum sine filiis vel cum filiis non pervenientibus ad ætatem 25. annorum vocavit Magdalenam filiam, & ejus filios; si enim voluit quod etiam filii Magdalenæ exclusæ in Institutione succederent, fortius censendum est etiam voluisse quod succedant filii filiorum in conditione positi, ne sequatur absurdum, quod voluerit magis prospicere filiis ex descendentibus ex filia ultimo loco admissis, quam filiis, & descendentibus ex filiis magis dilectis, & primo loco nominatis, Honded *cons. 54. n. 41. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. l. 4. præsumpt. 76. n. 34. cum concordan. congestis* per Add. ad Buratt. *dec. 385. n. 8. vers. decima est*, Rota coram Priol. *d. decis. 223. n. 5. & in rec. d. 360. n. 8. p. 17. & d. 276. n. 53. & seqq. p. 18. & in d. Ravennaten. n. 5. ubi concordan.* 8

Tertia, quia Testator reciproce substituit primos Institutos, ut ad rem ponderat Fusar. *cons. 28. n. 8. & in tract. de substit. quæst. 437. n. 87.* Rot. coram Merlin. *d. 447. n. 3. cum seq. & in d. Ravennaten. n. 9.* 9

Quarta demum desumpta ex pluribus gradibus substitutionum, quæ non bene impugnatur sub prætextu quod dependeant ab unico casu obitus Institutorum sine filiis, quia adest etiam alter totaliter distinctus nempe obitus filiorum in minori ætate ibi, *Si sine filiis, vel cum filiis non pervenientibus ad ætatem* &c. Unde cum plures sint casus plures dicuntur esse substitutionum gradus, juxta firmata per Capyc. Latro *decis. 1. n. 18.* Rota coram Bichio *decis. 342. n. 8.* coram Priol *d. decis. 223. n. 6. dec. 80. n. 23. part. 15. dec. 29. n. 4. part. 18. rec.* 10 11

His accedunt aliæ cumulatæ ab informantibus, ex quibus licet aliquæ per se non sufficiant habeantque suos contradictores, tamen simul junctæ & consideratæ cum aliis præsertim in hoc fideicommisso ascendentis bene visæ sunt suadere activam vocationem filiorum in conditione positorum, ut in similibus terminis respondit Rota cor. Priolo *dec. 223. n. 10. cum aliis plene congestis in sæpe dicta Ravennaten. fideicommissi n. 23.* 12

Quibus sic firmatis, non obstat quod Nicolaus, & fratres non reddant rationem de fructibus ex eisdem prædiis, & domo postea perceptis, quia cum ipsi illa possederint Jure proprio, & non Jure creditorum, nullam tenentur reddere rationem de fructibus. Et ita utraque &c. 13

R.P.

R. P. D. T A Y A.

Romana Domus 17. Martii 1679.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem quæstione pertractata per Cardinalem de Luca de *Fideic. disc.* 76. an scilicet conditio *si sine filiis* per legem subintellecta in dispositione ascendentis operetur, ut illi quoque censeantur vocati? & an ex quo tacite censentur positi in conditione, dicantur vocati per Statutum, quod disponat filios in conditione positos haberi tanquam dispositive vocatos? & an prohibitio alienationis ad tempus operetur post tempus permissio alienandi.

S U M M A R I U M.

1 *IN substitutione ab ascendente facta semper intelligitur conditio,* si sine filiis, *& n.* 13.
2 *Et consequenter filii censerentur dispositive vocati per Statutum Urbis demandans, quod filii in conditione positi dicantur dispositive vocati, & n.* 14.
3 *In dispositione ascendentis licet intelligi debeat apposita conditio,* si sine filiis, *non exinde evenit, quod filii dicantur vocati, vide n.* 14.
4 *Ut locus sit Statuto Urbis, per quod filii in conditione positi dicantur dispositive vocati, exigitur quod ponantur in conditione explicite per Testatorem, nec sufficit conditio subintellecta per legem, & n.* 5.
6 *Ubi non adest substantia substitutionis, non potest esse accidens.*
7 *Alienatio prohibita ad tempus post tempus censetur permissa.*
8 *Defectus Inventarii non impedit fideicommissario, quin possit suas facere detractiones.*
9 *Hypotheca competit contra gravatum mala fide alienantem.*
10 *Primo loco alienata imputantur in detractiones.*
11 *Et cum hac exceptione tueri potest Possessor.*
12 *Filii in conditione positi censerentur vocati, si Testator fecerit reciprocam inter institutos, & n.* 17.
15 *Conditio* si sine filiis *a lege subintellecta in dispositione ascendentis non dicitur tacita sed expressa.*
16 *Filii ex quibus dicantur positi in conditione & vocati.*
17 *Alienatio prohibita etiam per modum denegatæ potentiæ ad certum tempus, post d. tempus permissa non censetur.*
18 *Præcipue si Testator prohibuerit detractionem legitimæ & Trebellianicæ.*
19 *Vel injunxerit, ut bona semper conservarentur in agnatione.*

D E C I S I O LIII.

ANtonius post prælegatum factum filiæ per hæc verba disposuit. *In tutti gli altri suoi beni instituisce eredi Gio: Battista, e Francesco suoi figli, li quali non possino vendere, ne alienare la sorte principale fin all' età di 20. anni, e s'intendino sempre i maschi, e non le femine, li quali morendo uno senza figliuole, succeda l'altro, e morendo tutti due tanto in età pupillare, quanto in qual si voglia altr' età, sustituisce senza defalcazione di legitima ò Trebellianica quello, ò quelli, figlio, ò figli maschi di Gio: fratello del Padre di esso Testatore, ma chi si chiamino di casa Lucatelli, li quali sostituiti non possino vendere, ne alienare la robba di esso Testatore, ma quella debba sempre essere sottoposta al fideicommisso in perpetuo, e mancando detti sostituiti, vuole che della robba del Testatore se ne maritino ogni anno tante Zitelle di Casa Lucatelli &c.*

1 Mortuo Testatore, obiit deinde Franciscus sine filiis, fuitque purificata prima substitutio ad favorem Joannis Baptistæ superstitis, qui vendidit domum, hæreditaria pecunia comparatam, & fideicommisso Antonii suppositam Eusebio pro scutis 2500. contra cujus filios, & hæredes Joannes Paulus, & Marcellus filii Joannis Baptistæ, & defuncti immissionem in domum uti fideicommissariam obtinuerunt ab A.C. possessionemque perceperunt inter decennium ad appellandum, & nihilominus Signatura Causam commisit Rotæ cum clausula, *sine præjudicio*; postmodum Joannes Paulus, & Marcellus Jura sua super domo, una cum possessione cesserunt, & renunciaverunt Joanni Baptistæ, & Andreæ fratribus extraneis, qui novo judicio diffaginis ad celebrem leg. 5. C. de ingen. provocaret filios Eusebii, & proposito dubio de cujus bono jure constaret etiam ad effectum manutentionis 16. Januarii 1673. coram bo. me. Priolo; responsum fuit, constare de bono Jure Joannis Baptistæ, & Andreæ cessionariorum &c. sobria edita decis. utpote quod non transportatis actis prioris instantiæ coram C.A. visa fuit superflua meritorum discussio, ut in decis. §. absque actis igitur.

Hodie transportatis actis propositum est dubium, An sit standum, vel recedendum a decisis? Et standum in decisis Domini responderunt uno contradicente.

Nam dicebat ille, quod quamvis admitteretur, quod illa conditio, *si sine filiis*, apposita in reciproca substitutione inter ipsos filios Testatoris primo institutos, & primo morientè censeatur æquè repetita in casu obitus secundi ultimo morientis, & hoc ob præsumptam voluntatem ipsius Testatoris, *in l. cum Avus, ff. de condit. & demonstrat. in l. cum acutissimi C. de fideicommissis*, & ea potissima ratione, quia alias daretur maximum absurdum, quod Testator voluerit admittere extraneos ad exclusionem Filiorum ipsorum institutorum, & respective nepotum, adhuc non admittebatur quod conditio *si sine filiis*, subintellecta fictione Juris, quod plus fuerit a Testatore dictum, quam scriptum, possit operari, ut filii dicantur, & sint positi in conditione, ita ut censeantur ad fideicommissum tacite vocati vigore Statuti 142. *de fil. in condit. posit. lib...* p.t. 2

Nam litera Textus tantum dicit, quod deficit conditio fideicommissi, non autem quod filii sint vocati, ut notavit Gloss. *unic. ad d. l. cum Avus*, & repetiit Soccin. *ad d. l. cum Avus num.* 111. *vers. esset hic etiam discutiendus, & vers. unde considera, & statut.* 142. *in ipsa rubrica* supponit expresse & clare esse positos in conditione. 3

Præsertim quia non sunt inducenda duo specialia, alterum quod intelligeretur conditio tacita, in dispositione pura, alterum quod positi in conditione dicerentur vocati, ut notavit Soccin. *ad d. l. d. n.* 111. *d. vers. unde considera, & n.* 12. Mantic. *conject. tit.* 7. *n.* 21. *lib.* 10. præclare D. de Luca *de fideicommiss. tot. disc.* 76. Rot. *decis.* 358. *n.* 6. *p.* 3. *rec. cum alleg.* & præsumptio fundata in præsumpta mente Testatoris, est præsumptio Juris tantum, non autem Juris, & de Jure, ex Joanne Andr. & aliis, Fusar. *de substit. quæst.* 393. *n.* 4. & exorbitans dicitur dictæ legis dispositio apud Soccin. *d. n.* 111. *& Gabr. commun. conclus. de fideic. conclus.* 2. *n.* 2. *cum alleg.* 4

Hac quoque ratione adjecta, quod Statutum non extendatur ad causam, qui est idem secundum Juris fictionem, non secundum veritatem, Bar. *ad l.* 6. *ff. de Just. & Jur. n.* 62. *ex §. hac verba l.* 3. *ff. de negot. gest. ubi notavit.* 5

Neque neglectus fuit Peregrinus *de fideicommissis artic.* 28. *ex n.* 22. quatenus substitutio etiam altero decedente sine filiis non potest videri facta ei, qui secundus decessit, & consequenter filii ejus non possunt considerari uti positi in conditione, quia ubi non est substantia substitutionis, non potest esse accidens, cum aliis relatis, & ponderatis a Rota coram Arguell. *decis.* 22. *n.* 56. 6

Secundo, admissis etiam filiis Joannis Baptistæ in conditione positis, & vocatis, dicebat ille adhuc ipsos avocare non posse domum alienatam permissu Testatoris, qui filiis institutis interdixit, *Non possino alienare la sorte principale fino all' età di* 20. *anni*, a contrario sensu post eam ætatem permisit, ut in præcisis terminis, & aliis allegatis respondendo objectis, & conciliando contrarias opiniones allegavit *dec.* 288. *sub n.* 5. *& seq. p.* 14. *præcipue ad §. fundum a filio, l. Pater filium* 28. *ff. de leg.* 3. ubi alienatio prohibita ad tempus videtur permissa post tempus, ut notat Bar. apud Fusar. *de substitut. quæst.* 457. *n.* 2. *& quæst.* 680. *ab initio.* 7

Maxime quod Testator institutis filiis propriis, & substitutis filiis Joannis, diversis quoque formulis prohibuit alienationem, videlicet propriis filiis *fin all' età di* 20. *anni* filiis Joannis sine aliquo tempore absolute. *Non possino alienare la robba*, & adjecto fideicommisso perpetuo. *Ma quella robba debba essere sempre sottoposta al fideicommisso in perpetuo*, & commune est quod una pars Testamenti aliam declarat.

Tertio adjecit alienationem domus sustineri pro legitima & in aliis Joanni Baptistæ competentibus, non obstante defectu Inventarii, & aliis alienationibus, §. *Hinc nobis & seq. Auth. de hered. & falcid.* & novissime post alias *dec.* 166. *n.* 34 *part.* 17. quia constat hodie status hæreditatis a fideicommissario approbatus, utpote ab ipsis productus, ex quo declaratur, præcedentes alienationes non esse pares juribus deducendis. 8

Quod autem Joannes Baptista sciens fideicommissum aliis postea alienationibus totum subverterit, & ideo teneatur reintegrare etiam cum hypotheca in alienationibus cum mala fide, juxta *decis.* coram Dunozetto Jun. 630. *n.* 9. declaratur deinde *in dec.* 869. *n.* 23. *& dec.* 998. *n.* 8. *cum alleg.* 9

Tum quia constant quamplures acquisitiones in facto, tum etiam quia hæc alienatio anterior imputanda, & imputata

10 tata in legitimam videtur *ex l.3. ff. ad sen. Conc.Trebell.* Ita ut tertii possessores hac se possint exceptione tueri, & avo-
11 cationem fideicommissario impedire, ut tradit Bart. *& in decis.294. n.1. & 2. par.* & coram Peuting. *d.259. n.3. cum utrobique abunde allegatis.*

Contrarium alii responderunt pro confirmatione decisionis ad conjecturam ab omnibus receptam, quod quando Testator fecit reciprocam inter institutos, ut si dixit: Instituo filios, & si alter decesserit sine filiis, positi in conditio-
12 ne censentur vocati, ut apud Fusar. *quæst.437. & n.88.* ubi sæpius probasse hanc conjecturam dicit, & præcipue in *causa de Cataneis cons.144.* ubi *ex n.13. d. quæst.437. n.90.* improbavit Sententiam Peregr. *d. artic. 28. ex d. n.22.* Rota post Fenzon. *ad Stat.Urbis,* Rot. *d.103.* & coram Arguell. *d.22. ex n. 48.*

Potissimum etiam in casu præsenti, in quo Testator morientibus ambobus filiis vocavit, & substituit filios agnati, quia hujusmodi substitutio facta etiam ultimo ex duobus
13 morientibus intelligitur sub conditione, *si sine filiis*, per Text. *d. legis, cum Avus, & d.l. cum Acutissimi, & statutum, de filiis in conditione positis*, quod sint vocati procedit et-
14 iam in filiis tacite a lege subintellectis, ex voluntate Testatoris concurrentibus enim conjecturis pro veritate.

Quamplurimas autem approbarunt conjecturas, ex quibus colligitur, Testatorem voluisse ponere in conditione, & vocare filios utriusque filii, juxta *dec.308. num. vigesimo*
15 *pagina decima quarta*, ubi conditio *dictæ legis cum Avus, & l. cum acutissimi* non potest dici tacita, enim ex dd. mente Testatoris dicatur eam describere &c. concludendo hanc præsumptionem esse fundatam in præsumpta mente Testatoris, non autem in fictione Juris cum Bart. & aliis apud Fusar. *d. quæst.393. n.2.* & leviores probationes Rota admittere solet in similibus terminis ascendentium ad favorem descendentium.

Prima ergo conjectura illa est ex substitutione -- *li quali morendo uno senza figliuoli succeda l'altro, e morendo tutti due tanto in età pupillare, quanto in qualsivoglia altr'età,*
16 *sustituisce quello, ò quelli, figlio, ò figli maschi di Giovanni;* illud enim relativum *li quali* respicit ambos filios, & debet respectu utriusque eodem Jure censeri cum eadem scilicet conditione, *si sine filiis*, præsertim juncta copula *&*, cujus natura est copulare præcedentia, & sequentia cum iisdem qualitatibus. Secunda est reciproca inter filios, quatenus alter moreretur sine filiis cum substitutione superviventis. Tertia est positio masculorum in conditione ex præcedente declaratione *s'intendano sempre i maschi, e non le femine.* Quarta est digressus ad plures gradus substitutionum. Primus primo morienti. Secundus utrique morienti. Tertius est omnibus - *mancando detti sostituti, vuole che della robba di esso Testatore, se ne maritino tante Zitelle.* Quinta est substitutio propriis filii substitutorum transversalium, *che si chiamino di Casa Lucatelli*, etiamsi essent hujus agnationis. Sexta est prohibitio Trebellianicæ, & alienationis in perpetuum transversalibus.

Hinc non subsistit post 20. annos concessa potestas alienandi, eo quia negata fuerint usque ad hanc ætatem: quia alienatio prohibita etiam per modum denegatæ potentiæ ad certum tempus, tamen post dictum tempus permissa non censetur, & hanc esse communiorem sententiam, dicunt
17 quamplures, & quampluribus eam exornavit Rota coram Arguell. *d. dec.22. n.4. & seq.*

At vero omnis tollitur difficultas, & dixerunt, quia Testator filios gravavit ad restituendam totam hæreditatem etiam post ætatem 20. annorum, & prohibuit detractionem legitimæ, & Trebellianicæ si in pupillari ætate, vel quandocunque decessissent, ubi aperte pater Testatoris voluntas in tota hæreditate substituendi, & gravandi filios ad omnia sua bona restituenda allegando Fusar. *quæst.472. n. 74.*

Quam ob rem, attenta expressa prohibitione detractoris legitimæ & Trebellianicæ, impossibile est, quod post dictam ætatem permissa fuisset alienatio, cum alias omnia
18 bona non possent restitui contra Testatoris voluntatem.

Eoque magis, quia defunctis filiis hæredibus institutis, & extinctis descendentibus masculis, substituit descendentes masculos alias agnatos, & voluit - *la robba esser sottoposta al fideicommisso in perpetuo*, &, deficientibus substitutis, ex iisdem suis bonis mandavit dotari puellas; etenim cum ordinavit sua bona remanere sub fideicommisso perpetuo etiam in agnatis, & ex illis tandem dotari puellas, in necessarium antecedens censetur idem voluisse suis filiis, & descendentibus, & quando Testator vult bona perpetuo in agnatione permanere, quia tunc prohibitio ad tempus quodcunque concepta non operatur permissionem post tempus, Menoch. *cons.31. in fin.* Fusar. *quæst.720. n.35.*

Ad ea denique, quæ objiciebantur pro sustinenda alienatione domus ex capite detractionum in quota, & in quantitate competentium jussa sunt DD. abundare adducta in facto & Jure ab informantibus pro Reis, cum quibus transierunt.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. TAYA.

Romana Domus.

Veneris 14. Junii 1680.

ARGUMENTUM.

Est decisio præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Ex quibus filii dicantur in conditione positi ut vocati.*
2 *Conditio censeantur dicitur repetita, si identitas concurrat rationis.*
3 *Alienatio ad tempus per viam denegatæ potentiæ prohibita, post tempus non dicitur permissa, quoties clarum adsit fideicommissum.*
4 *Et sive præcedat, sive subsequatur fideicommissum.*
5 *Deficiente Inventario, & concurrentibus alienationibus, detractiones præsumuntur consumptæ.*
6 *Et ad exclusionem præsumptionis minime sufficit Inventarium tutelare.*
7 *Testator, si hæredi dederit Inventarium de rebus hæreditariis, non prodest hæredi prædicto, ut sublevetur a confectione Inventarii hæreditarii.*
8 *Inventarium tutelare, in quo non sunt descripta omnia bona Testatoris, inservire non potest loco Inventarii hæreditarii.*

DECISIO LIV.

Domini concordes steterunt in decisis 17. Martii 1679. accedente etiam illo alias discorde, ut in decisione quæ revidetur in principio.

Et prætermissa quæstione, An Statutum 142. de filiis in conditione positis procedat etiam in eo casu, quo filii habentur pro tacite, seu præsumptive positis in conditione ad exclusionem substituti, *per l. cum Avus 102. ff. de condit. & demonstr. & l. cum Acutissimi Co l. de fideicomm. de qua in præclaro discur.74.* Card. de Luca *de fideicom. lib.10. ex solis verbis* Testamenti steterunt in decisis.

Siquidem postquam Antonius pater instituit Joan. Baptistam, & Franciscum Januarium filios, subdidit: *li quali morendo uno senza figli, succeda l'altro, e morendo tutti due tanto in età pupillare, quanto in qualsivoglia altra età &c. Sostituisce quello, ò quelli, figlio, ò figli di Giovanni Fratello del Padre di esso Testatore;* In duplici enim substitutio- 1
ne tam reciproca filiorum inter se, quam alia fideicommissaria facta in casu obitus utriusque filiis, sunt in conditione positi filii filiorum ad exclusionem reciproce substituti; In dicta quippe reciproca substitutione illud verbum *uno* habet suam relationem ad præcedens verbum *li quali*, & sic respicit, seu reperitur in duobus, & conditio, *morendo senza figli*, intelligitur in utroque reperita ex allegatis in decisione Fusar. *de substit. quæst. 437. ex n.88. & 89, vers. ergo autem*, ubi si allegavit in Causa de Cataneis, quæ est inter *Consil. impress. cons.144. a n.13. & 14.* ubi plene evacuat doctrinam Peregr. *de fideicomm. art.28. ex n.22.* Rot. post Fenzon. *ad statut. 626. dec.103.* & coram Arguell. *dec.22. & n.48.* ubi hanc simplicem substitutionem factam duobus, *morendo uno senza figli*, pro utroque intelligi factam, & esse in casu statuto; unde negari non possit tam primo morienti, quam exteris factam substitutionem, ut prosequitur *d. dec. n.56. cum alleg.*

In fideicommissaria vero subsequenter substitutione, *e morendo tutti due*, concluserunt DD. hoc certius, & clarius factum cum eadem conditione, & qualitate repetita, *morendo tutti due*, sicut *morendo uno senza figlioli*, quia conditio, & qualitas apposita in sequenti, & hæc ipsa conditio, *si decesserit sine liberis*, quando eadem militat ratio, 2
plene Fusar. *quæst.450. n.1. & 2. & 9. cum aliis.*

Ad exceptionem de prohibitione alienationis facta temporaliter a patre suis filiis etiam per modum denegatæ potentiæ usque ad ætatem annorum viginti ibi: *li quali non possino vendere, ne alienare la sorte principale sino all'età di vent'anni*, DD. communiter secuti sunt magis communem opinionem, non tolli substitutionem fideicommissariam, 3
Fusar. *q.720. ex n.1. & 9. vers. ego ter consului*, Rot. coram

Sera-

Seraph. *dec.829. in fin. & dec.1244.n.3. vers.& ad supradictorum corroborationem*, Grat.*discept.79.ex n.3.& maxime n.5.* ubi si quæ differentia opponeretur, quod fideicommissum præcedat, sive subsequatur hujusmodi prohibitionem (prosequitur in casu præsenti) generaliter cum constet de claro fideicommisso illam tacitam prohibitionem alienationis, quæ colligitur, non adeo operatam, ut possit elici efficax fundamentum contra res jam suppositas expresse fidei-
4 commisso, late Fusar.*cons.131.n.12.a vers.venio ad secundum Testam.* maxime adjectis vehementibus conjecturis ex Testamento, enumeratis *in dec. quæ confirmatur §.quamplures*.

Demum ad detractiones debitas Joanni Baptistæ tam ex capite legitimæ, quam crediti dotalis matris, ob quas prætendebant creditores actores sustinere alienationem controversæ domus fideicommissariæ, DD. visum est exceptionem, quantumvis legalem, nihilominus omisso a Joanne Baptista Inventario, & probatis insuper quamplurimis alienationibus locorum montium, census, mobilium ad usum Hospitii enumeratis ab informantibus pro reis, ab eodem factis, ac existentia jocalium, mobilium, & pecuniarum in quantitate considerabili repertarum in hæreditate Antonii, ut ex calculo, inutiliter opponi de stylo Rotæ; Præcipue quia, cum lex præsumat contra non conficientem inventarium alia bona fuisse in hæreditate, quodque sicut gravatus alienavit ea, de quibus constat; ita etiam alienare potuit alia, & quidem magna, de quibus non constat, ex quibus ipse sua credita consecutus sit, donec Actor prætendens ulteriorem consecutionem legitimæ concludenter probet adversus fideicommissarios negativam existentiæ, & alie-
5 nationis aliorum bonorum, ut dixit Rot. *dec.31.n.8. vers. legitimam vero par.11. & dec. 96. n. 1. par.12.*

Non subsistente Inventario facto a Tutore filiorum institutorum pro Inventario hæreditario, quod faciendum erat; diversæ enim solemnitates requiruntur in hoc hæreditario, quæ superfluæ sunt in illo tutorio, ut apud Battol. *ad § cum igitur l.ult.Cod.de Jur.de liber.n.20.* Adeo ut præcedenti *n.19*
6 nova quæstione concluserit ipsius Testatoris Inventarium de omnibus suis bonis traditum, hæredi non prodesse, quominus hæres teneatur facere aliud Inventarium, & cum aliis Gratian. *dec.77.n.18.* & cor.Coccin. *dec.5.9. n.5.*

7 Et quod in hoc removere omne dubium dicebant informantes pro reis, est defectus, quem patitur etiam Tutoris Inventarium, tanquam non integrum, nec continens omnia bona hæreditaria, quod ideo non potest deservire pro
8 Inventario hæreditario probans statum hæreditatis, Rota *in Senogalien. fideicommissi 29. Maii 1675. sub §. attento*, coram Reverendiss. Matthæjo.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Fideicommissi.

Ven. 25. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Filii in conditione positi quoties censerentur dispositive vocati, vocatio intelligeretur quoad portionem parentis, non autem quoad portionem Patrui, juxta ea quæ etiam ait Card. de Luca *de Fideic. disc. 77. cum seqq.* etiam si agatur de fideicommisso ascendentis, positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis, & inter primos Institutos apposita fuerit reciproca, & eorum successio nec esset admittenda in vim vulgaris anomalæ, licet parens, si viveret, successisset, dummodo vocati non non fuerint in tota hæreditate.

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in judicatam, si post interpositam appellationem nil actum sit, & fatalia prorogata non fuerint.*
2 *Reciproca facta inter primos institutos ad illorum filios in conditione positos non extenditur.*
3 *Filii in conditione positi ex Statuto Urbis censentur vocati.*
4 *Vocatio tamen intelligitur quoad portiones propriorum parentum, non autem quoad portiones aliorum.*
5 *Etiam si agatur de fideicommisso ascendentis, si tamen concludentes conjectura non concurrant.*
6 *Testator si masculos feminas insimul vocaverit, non censetur habuisse votum conservandi agnationem.*
7 *Filii in conditione positi ad portiones patruorum aspirare non possunt, si non adsit votum conservandi agnationem, & digressus ad plures gradus substitutionum.*
8 *Ad hoc ut filii in conditione positi ad portiones patruorum dicantur vocati, non sufficit, quod filii positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis, quodque inter primos institutos reperiatur reciproca.*
9 *In fideicommisso ascendentis datur repræsentatio.*
10 *Limitatur, ubi hæredes instituti fuerint propriis expressis nominibus vocati.*
11 *Filii in conditione positi in vim vulgaris anomalæ non succedunt in portionem patruorum, licet parens, si viveret, successisset, dummodo tamen vocati non reperiantur in tota hæreditate.*
12 *In quo casu procedat dec. 332. & dec.403.par.2,rec.*
13 *In quo casu loquatur dec.373. & dec.300.q.1.rec.*
14 *Fideicommissum conditionale etiam ad filios non transmittitur.*
15 *Si deficiat contemplatio agnationis & digressus ad plures gradus substitutionum, cæteræ conjecturæ inefficaces reputantur pro inducenda transmissione etiam in fideicommisso ascendentis.*
16 *Pro transmissionis exclusione vehemens est conjectura, quod Testator suos filios vocaverit propriis expressis nominibus.*

DECISIO LV.

ANno 1634. quondam Dominicus Lupus sibi hæredes instituit universales Vincentium, Thomam, Ægidium, & Ambrosium filios masculos, nec non Flaviam Domitillam, Annam Marsiliam, & Angelam Theresiam filias feminas reciproca substitutione his verbis, *quibus decedentibus seu aliquo ex eis sine filiis legitimis, & naturalibus ipsis, & cuilibet ipsorum, & alterum alteri ad invicem substituit.*

Defuncto Testatore, aditaque hæreditate per filios tam masculos, quam feminas heredis institutos, decessit primo loco Ambrosius sine filiis, cujus portionem assecuti sunt ejus fratres & sorores superstites: secundo loco Ægidius etiã sine filiis, & pariformiter istius portio inter superstites divisa fuit: tertio Anna Marsilia, relictis Jo: Baptista, & fratribus de Senapis filiis, & tandem obierunt Tomas, & Angela Theresia sine filiis, superstite tantum Flavia Domitilla matre Dominici, & aliorũ de Pennagallis, quæ vigore reciprocæ substitutionis portionẽ dd. Thomæ & Angelæ Theresiæ assecuta est, reportando insuper de an.1678. ab A.C. sententiam contra DD. de Senapis prætendentes succedere in portionibus præfatorum Thomæ, & Angelæ Theresiæ una cum dicta Flavia Domitilla eorum matertera, per quam sententiam declaratum fuit, nullum Jus DD. fratribus de Senapis competere, a qua licet isti appellationem curaverint interponere, causamque committere cl.me. Card. Tayæ, cum tamen ab inde citra nihil actum fuerit, dubitatum hodie fuit coram me in ejus locum suffecto, *An constet de re judicata*, vel *potius sit danda immissio*, & DD. de re judicata constare visum est.

Ea ratione, quia post interpositam appellationem a dicta sententia lata de anno 1678. per annos 15. fratres de Senapis nihil egerunt, nec fatalia prorogari curarunt, ex quo palam fit, sententiam prædictam in authoritate rei judicatæ transiisse *cap. cum sit Romana de appell. l. nemo C. de temp. appell.* 1
Rot. *dec.376.n.7.& seq.par.17.& §.93. a n.1.ad 4.par.18.*

Præsertim, quia liquido constat de sententiæ justitia cum fratribus de Senapis vigore reciprocæ substitutionis ordinatæ a præfato fideicommisso Domini, non debeatur successio, sed solum hæc competat Flaviæ Domitillæ; quia dum Anna Marsilia mater fratrum de Senapis prædecesserit Thomæ avunculo ipsorum & Angelæ Theresiæ eorum matertetæ, & sola Flavia Domitilla filia Testatoris, & soror respective superstes remanserit eisdem Thomæ, & Angelæ Theresiæ, successit illa istis in totum vigore præfatæ reciprocæ, quæ facta tantum fuit inter solos filios primos institutos, & ad illorum filios in conditione positos non extenditur, 2
Abbas *cons.22.dub.2.n.12.* Peregr. *de fideic.art.12.n.88.* Rot. *dec.1281.n.3.* coram Seraph. *dec.100.n.1.par... rec.dec.241. n.2. par.9. dec.124.n.1.p.23.rec.*

Parum refragante, quod vigore *Statuti Urbis lib.1.cap.* 3
142. filii in conditione positi vocati dispositive censeantur, quia id intelligitur quoad portiones propriorum parentum, a quibus sunt in conditione positi, non vero in portionibus patruorum, avunculorum, & materteræ post mortem patris defunctorum, Gabriel. *cons.2. n.6. & seqq. lib.2.* Fusar. *de substit. quæst.440. n.1. & 23.* Rota *dec.1281.n.3.& decis.* 4
1479. n.1. coram Seraph. *dec.258. n.2.* coram Peuting. *dicta dec.100. part.1. rec.* cum aliis *in dicta dec. 124. part.1. n. 3. par.13. recent.*

Tanto magis, quia in præsenti casu non concurrunt urgentes conjecturæ & perneccesse concludentes, quales requiruntur, ut a dicta regula recedatur, etiam si agatur de fideicommisso ascendentis, Rot. *dec.387.n.1.& 3.* cor. Buratto 5
decis.

decis. 120. *n.* 1. *&* 2. coram Royas *dec.* 145. *num.*6.*&* 7. coram Cerso *dec.*126. *num.*9.*par.*17.*& dec.*29.*n.*2.*part.*18. Deficit enim votum conservandi agnationem, quæ penitus excluditur in casu, dum Testator masculos & feminas insimul vocavit, Rot. *dec.*1014. *a n.*5. *ad fin.* coram Seraph.
6 *& dec.*667. *sub n.* 10. *par.*2. *rec. dec.* 118. *n.*3. *p.*3. *rec.& dicta dec.*29. *etiam num.*3. *par.*18. nec non digressus ad plures gradus substitutionum, ut liquet ex lectura Testamenti, quibus conjecturis deficientibus filii in conditione positi ad portiones patruorum aspirare non possunt, Rot. *dec.*119.
7 coram Cerro *dec.*258. *utrobique n.* 4. coram Peutinger. *& dec.*124. *num.* 7. *par.* 17. *& in Pisauren. fideicommissi* 12. *Februar.* 1685. §. *vocatio demum*, coram bon. memor. Albergato.

Nec considerațione dignæ sunt duæ conjecturæ, super quibus particulatiter insistebant scribentes pro fratribus de Senapis, nempe quod filii positi fuerunt in conditione cum qualitate legitimitatis, & inter eosdem primos institutos adsit reciproca substitutio, quia harum conjecturarum prima rejicitur a Rota *in dec.* 401. *n.*16. *par.* 9. *& in dicta Pi-*
8 *sauren. fideicom.* §. *& melius efficacia*. Secunda vero reprobatur *in dec.*5294. *n.*3. *seq.* coram Coccin. *dec.*100. *n.*1. *par.* 1. *rec. dec.*287. *n.*2. *cum pluribus seqq. par.*4. *rec. tom.*2. *dec.* 355. *n.*12. *par.*17. *& dec.*140. *n.*11. *par.*19.

Minusque refragatur, quod in fideicommissis ascendentium debetur repræsentatio, cujus ratione fratres de Senapis ex persona matris aspirare possint ad portiones avunculi
9 & matertere præmortuorum, Glos. *in l. cum ita* §. *in fideic. ff. de leg.*2. quia repræsentatio cessat, quando, ut in casu, filii hæredes instituti sunt propriis expressis nominibus, &
10 reciprocæ substitutioni, ut per text. *in l. qui plures ff. de vulgar.* tenent Mantic. *de Conject. lib.*8. *tit.*9. *n.*5. Curt. Jun. *cons.* 57. *n.*9. Rot. *dec.*1281. *n.*1. cor. Seraph. *dec.*482. *n.*3 *pa.*4. *divers.*119. *n.*7. *& dec.*614. *n.*11. cor. Cerro *dec.*124. *n.*9. *par.* 13. *& dec.*118. *n.*11. *vers. ulterius & n.*14. *par.* 17.

Sicuti etiam ex vi vulgaris anomalæ contentæ in compendiosa fratres de Senapis capere non possunt eam portionem, quam habuisset eorum mater si viveret, quia id procederet, si ipsi vocati reperirentur in tota, & integra hæreditate, quo casu mortua eorum matre admitterentur ad portiones avunculi & matertere; dum autem in conditione positi reperiuntur limitate vocati ad portionem propriæ matris, inde fit, ut caducato gradu substitutionis factæ avunculo, & matertere ob prędecessum matris non possint DD. fratres de Senapis, qui non sunt vocati ad portionem avunculorum,
11 subintrare per vulgarem anomalam gradum matris caducatum, capiendo proprio nomine eam portionem, quam eorum mater habuisset, si non prædecessisset, Gabr. *cons.*2. *n.* 16. *l.*2. Rot. *dec.*1479. *n.*3. cor. Seraph. *dec.*1274. *n.*5. *& seq.* cor. Peutinger. *& dec.*123. *n.*6. *&* 7. *part.*13.

Authoritates vero in contrarium allegatæ non urgent, quia in nonnullis tam pater quam filii vocati erant in tota
12 hæreditate, & erat casus *dec.*332. *&* 403. *par.*2. *recent.* in aliis concurrebant efficacissimæ conjecturæ contemplationis agnationis, & digressus ad plures gradum substitutionum, ex quibus constitit voluntatem fideicommittentium
13 fuisse, ut filii in locum patrum subingrederentur, ut sunt *dec.*273. *&* 3000. *par.*1. *rec.*

Quemadmodum vis fieri non potest in eo, quod saltem per viam transmissionis fratres de Senapis vivere possint, quia agitur de fideicommisso conditionali, quod regulariter cessantibus conjecturis non transmittitur etiam ad filios, quando pater decessit, pendente conditione, Glos. est litera-
14 lis, & communiter recepta *in leg.*1. *verb. de relictis C. de his qui ante apertas tabulas*, & Barth. *in l. si hæredes mei* §. *cum ita ff. ad Senatus Consult. Treb. & in terminis statuti urbis*, Gab. *cons.*91. *n.*6. *&* 7. *lib.*2. Rot. *dec.*1479. *n.*5. cor. Seraph. *dec.*119. *n.*10. *cum seqq.* cor. Cerro *dec.*124. *n.* 10. *par.*13.

Et sane deficiunt conjecturæ, cum contemplatio agnationis & digressus ac plures gradus substitutionum non adsint in hoc casu, ut probatum est; istis autem deficientibus exteræ quæ cumulari possunt remanente inefficaces, & nullius considerationis pro inducenda transmissione etiam in
15 fideicommisso ascendentis, Rota *dec.* 1014. *n.*3. *cum seqq. et signanter n.*5. coram Seraph. *dec.*389. *n.*7. cor. Rosas *decis.* 614. *n.*9. cor. Cerro *cum ibi allegatis*, & semper pro transmissionis exclusione vehemens est conjectura, quod Testa-
16 tor suos filios vocavit propriis expressis nominibus, ut *in dicta dec.*614. *n.*10. cor. Cerro.

Quæ deducebantur circa detractionem legitimæ, & Trebellianicæ debitarum, præfatis Thomæ & Angelæ Theresiæ, quas sibi deberi prætendunt fratres prædictorum Thomæ & Angelæ, DD. censuerunt, quod detur particulare dubium super illorum competentia præfatis fratribus de Senapis. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Bonorum.

Lun. 20. *Aprilis* 1693.

ARGUMENTUM.

Etiam si filii in conditione positi quatenus censerentur dispositive vocati non succedant in portione patrui, nihilominus limitatur, si concurrant conjecturæ, ex quibus in decisione eorum admittitur successio.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi censentur vocati etiam ad portionem patrui, si non obstante Statuto, ex qua cavetur, quod censeantur dispositive vocati illos expresse vocare voluisset, et n.*2.

3 *Et vocatione filiorum in conditione positorum in portione patrui, eveniente casu delicti vel alienationis, desumitur voluntas eos vocandi etiam in casu obitus.*

4 *Illorum vocatio in portione patrui desumitur quoque ex prohibitione Trebellianicæ.*

5 *Pro vocatione filiorum in conditione positorum in portione patrui, si non concurrat vel contemplatio agnationis, vel digressus ad plures gradus, illæ conjecturæ non sufficiunt.*

6 *Limita, si non dubitetur de illorum dispositiva vocatione.*

DECISIO LVI.

Hieronymus senior de Varesiis instituit heredes quatuor, quos habebat, filios masculos, nempe Franciscum, Jo: Petrum, Marcum Antonium, & Diomedem pro æquali portione, quos invicem reciproce substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, casu quo aliquis eorum sine filiis legitimis, & naturalibus moreretur, addita postea declaratione, quod licet ipse sciret, quod per Statuta Urbis filii in conditione positi censeantur vocati; nihilominus ad majorem cautelam illos expresse vocavit, prohibendo etiam prædictis hæredibus a se institutis, & aliis vocatis quamcunque Trebellianicæ detractionem, & bonorum stabilium alienationem, venditionem, distractionem, hypothecationem, & pignorationem alienationis, vocabulo etiam latissime sumpto; & in casu alienationis, venditionis &c. voluit non solum, quod alienatio, venditio, & hypothecatio esset nulla, sed, quod illa bona alienata, oppignorata, & hypothecata devolvantur ad cohæredes, & alios, ut supra vocatos, qui in alienatione, vel hypothecatione non consenserint, & in casu delicti, propter quod bona publicarentur, voluit bona statim secuto delicto, devolvi ad alios, ut supra vocatos superstites, qui non deliquerunt.

Ex quatuor filiis Hieronymi Testatoris fato cessit Jo: Petrus relictis R.P.D. Pompeo, & Hieronymo juniore superstite, adhuc R.P.D. Diomede filio, ut dictum est, Testatoris, & fratre respective D. Joan. Petri, qui Diomedes cum obiisset multo ęre alieno gravatus, & pręsertim obligatione relevandi indemnem q. Horatium Falconerium in censu scutorum quinque millium sortis principalis imposito favore Electæ Mariæ, & Mariæ Angelicæ sororum de Henriquez Monialium Sanctissimæ Annunciationis Savonæ, & post earum obitum favore Archiconfraternitatis Sanctissimæ Resurrectionis erectæ in Ecclesia Sanctor. Jacobi, & Idelfonsi nationis Hispanorum; pro quo censu dicta Archiconfraternitas obtinuit usque ad an. 1659. mandatum contra bona hæreditaria dicti Diomedis, quod ne exequeretur contra bona provenientia a Hieronymo seniori obventa in partem dicto Diomedi, & possessa ab eisdem Hieronymo juniore, & Pompeo, isti deduxerunt per obitum D. Diomedis purificatum fuisse ad eorum favorem fideicommissum a dicto Hieronymo seniore ordinatum, & ob id præfata bona esse immunia a debitis contractis per supradictum Diomedem. Quo vero ad bona libera ab illo relicta competere ipsismet retentionem, vel ex causa reintegrationis dicti fideicommissi, vel ex causa ingentis pecuniarum summæ ab eis persolutæ pro extinctione æris alieni contracti a Diomede anterioris D. Horatii Falconerii.

Super quibus A.C. pronunciavit constare de fideicommisso favore dictorum Hieronymi junioris, & Pompei, eisque adjucanda bona Hieronymi senioris fideicommittentis in partem obventa D. Diomedi. In reliquis sibi reservando cognitionem super redditione rationis bonorū liberorū ejusdem Diomedis, & retentione pro debitis ejusdem solutis a DD. Hieronymo juniore, & Pompeo. Devoluta autem per appellationem Causa ad Rotam, eaque prosecuta per Pau-

lum Franciscum filium, & hæredem d.q. Horatii creditoris contra Priorem Varesium, litisque consortes habentes Causam a sæpe dictis Pompeo, & Hieronymo juniore dedi hodie dubium - *An constet de fideicommisso, quæ bona sint separanda, & super quibus possit fieri executio, super quo DD. responderunt*, constare de fideicommisso, & in reliquis dilata, & eligatur peritus.

Decidendi ratio pro vocatione Pompei, & Hieronymi junioris filiorum Joannis Petri ad portionem Diomedis patrui desumebatur, ex quo Testator non contentus posuisse in conditione filios hæredum institutorum, ulterius progressus fuit eos expresse vocandi ibi - *filii filiorum, quos in conditione posuit, sint expresse vocati*, & quod plus est, hodie dixit in ea parte, in qua reciprocam substitutionum favore hæredum institutorum ordinaverat, quo stante filii filiorum institutorum vocati sunt, nedum ad portionem proprii parentis, verum etiam ad portionem patruorum sine filiis defunctorum, Fus. *de subst. q.* 440. *n.* 18. Peregr. *cons.* 151. *lib.* 5. *n.* 7. Rota *dec.* 171. *n.* 23. *&* 24. *p.* 12. cum si Testator filios filiorum institutorum voluisset vocare ad portionem parentis, tantum satis fuisset, eos in conditione posuisse in Testamento condito in Urbe, ubi viget Statutum Testatori cognitum, uti ipse declarat in suo Testamento dicens ibi, *Quod, licet ipse sciat; quod per Statutum Urbis filii in conditione positi censeantur vocati*; unde, dum ulterius progressus fuit, non contentus filios filiorum in conditione posuisse: sed eos expresse vocavit post reciprocam substitutionem hæredum institutorum; inde datur intelligi,
9 quod voluerit filios filiorum frui debere eadem reciproca substitutione, si patrui sine filiis decederent, quam ordinaverat, si primo hæredes instituti decederent sine filiis.

Quod clarius colligebatur, ex prohibitione alienationis concepta nimis effrænatis verbis ibi - *Prohibuit dd. hæredibus, & aliis vocatis, ut supra quamcunque bonorum stabilium alienationem, alienationis vocabulo largissime sumpto; et in eventum alienationis bona eo ipso devolvantur ad alios cohæredes, et alios, ut supra vocatos*, quod idem repetiit in casu, quo aliquis ex hæredibus, & aliis, ut supra vocatis committeret delictum in quem casum voluit, quod illa bona devolvantur *ad alios, ut supra vocatos:* ex quibus, sicuti in casu alienationis, & delicti Testator voluit, quod
3 bona devolverentur ad filios filiorum hæredum institutorum per illa verba adjecta ibi- *Ad alios cohæredes, et alios, ut supra vocatos*, quæ verba, *et alios ut supra vocatos*, cum verificari non possint, nisi in nepotibus, exinde non obscurum elicitur argumentum, quod idem voluerit Testator servandum in casu mortis patruorum sine filiis, ex deductis per Rot. *apud Cens.* Giovagn. 75. *n.* 71. *lib.* 1. *et dec.* 163. *n.* 3. *et seq. p.* 8. *dec.* 862. *numer.* 4. *et* 5. coram Dunozett. Jun.

Juncta præsertim prohibitione Trebellianicæ facta non solum filiis primis hæredibus institutis, sed etiam omnibus aliis vocatis; ex quo dicendum venit, quod filii dd. filiorum sint substituti in tota hæreditate quemadmodum in ea instituti, & reciproce substituti sunt filii primi hæredis, & consequenter stante hac prohibitione filii dd. filiorum censeantur vocati ad portionem tam parentum, quam patruorum, alias non verificaretur substitutio in tota hæreditate, sed esset solum in quota, ut observant Fusar. *de substit. q.* 441.
4 *n.* 55 *et consil.* 145. 21. Rota *dec.* 181. *n.* 16. coram Celso *dec.* 355. *n.* 7. *p.* 5. *dec.* 360. *n.* 9. *p.* 17.

Nec refert, quod deficiant contemplatio agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionum, sine quibus, vel saltem aliqua istarum conjecturarum non inducitur fidei-
5 commissum in portione patrui *dec.* 381. *num.* 3. *et* 26. *p.* 17. cum ibi allegatis: quia hæc urgerent, si simpliciter filii filiorum institutorum essent positi in conditione, & dubitaretur, An essent vocati ad portionem Patrui. Cum autem in præsenti casu filii filiorum institutorum non sint simpliciter positi in conditione, sed expresse vocati, & quidem post reciprocam ordinatam inter filios primos hæredes, ut dictum est; inde non est curandum de defectu supradicta-
6 rum conjecturarum, sed stante præfata expressa vocatione, reputandi sunt vocati etiam ad portionem patrui, juxta deducta in *dec.* 171. *n.* 22. *et seqq. p.* 12.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Bonor. seu Fideicommissi.

Lunæ 28. Februarii 1695.

ARGUMENTUM.

Cum ex conjecturis filii in conditione positi censeantur vocati etiam ad portionem patrui, ideoque ad dignoscendum quænam conjecturæ urgere possint, fore distinguendum putavit Card. de Luca *de Fid. disc.* 77. inter casum, quo conjecturæ deberent inservire, tam pro probanda filiorum vocatione, quam pro illa protrahenda in portione patrui, & casu, quo non dubitetur de dispositiva vocatione, sed tantum an dicantur vocati in portione patrui, ut scilicet primo casu efficaciores exigantur conjecturæ quam in secundo; numerus & pondus conjecturarum, quod non recipiant ad d. effectum certos ac determinatos limites, sed potestas id judicandi tota resideat in prudentis Judicis arbitrio, idem Author in *disc.* 222. affirmavit; has autem binas sententias Rota in istis duabus quæ subsequuntur decisionibus laudat, & sequitur, & illis inhærendo decidit, quod etiamsi aliqui crediderint, quod absque digressu ad plures gradus, vel contemplatione agnationis non detur vocatio in portione patrui; attamen contrarium esse verius, quoties aliæ concurrant conjecturæ, quæ æquivalentes possint reputari.

SUMMARIUM.

1 Filii in conditione positi dicuntur vocati etiam in portione patrui, si post reciprocam factam inter primos immediate fuerint expresse vocati, licet potuisset sufficere Statutum disponens, quod filii in conditione positi censeantur vocati.
2 Id eo magis admittendum, si ipsos Testator vocaverit in casu alienationis, vel delicti, et n. 4.
3 Filii in conditione positi dicuntur vocati in portione patrui, si prohibita sit detractio Trebellianicæ.
5 Filii in conditione positi non dicuntur vocati in portione patrui, si non concurrat digressus ad plures gradus, vel contemplatio agnationis.
6 Contrarium est verius.
7 Facilius inducitur vocatio filiorum in portione patrui, si agatur de descendentibus Testatoris.
8 Si non dubitetur de expressa vocatione filiorum in conditione positorum, non exigitur pernecesse digressus ad plures gradus, vel contemplatio agnationis pro extendenda vocatione ad portionem patrui.
9 Pro illorum vocatione multum confert reciproca inter primos clausula vulgariter, pupillariter et per fideicommissum, et exclusio propriæ filiæ.

DECISIO LVII.

Decisio coram me edita sub die 20. Aprilis 1693. qua dictum fuit constare de fideicommisso Hieronymi senioris de Varesiis purificato in favorem R.P.D. Pompei, & Hieronymi junioris de Varesiis non solum quoad portionem bonorum fideicommissariorum obventam Jo: Petro eorum Patri, sed etiam respectu portionis obventæ R.P.D. Diomedi Varesio eorum patruo, confirmationem hodierno die meruit, atque ideo iterum censuerunt DD. quod mortuo d. Diomede, super bonis per ipsum possessis, & provenientibus a dicto Hieronymo fideicommittente Paulus Franciscus Falconerius sua jura virtute sui crediti experiri non valeat.

Etenim vocatio præfatorum Pompei, & Hieronymi junioris ad portionem dicti Diomedis patrui apparuit ex eo, quod postquam Hieronymus senior, & Testator instituerat quatuor ejus filios æqualibus portionibus, eos invicem substituendo, si quis ipsorum moriatur sine filiis legitimis, & naturalibus, subdit, quod, licet sciat per Statuta Urbis filios in conditione positos censeri vocatos, expresse tamen voluit, quod filii filiorum, quos in conditione posuerat, essent vocati ad fideicommissum a se ordinatum: Cum itaque in præsenti adsit vocatio filiorum in conditione positorum per expressam dispositionem, & quidem factam immediate post reciprocam substitutionem favore hæredum institutorum ordinatam, exinde convincitur, ut etiam vocati censeantur ad portionem patruorum, cum ut vocati censerentur ad portionem proprii parentis, satis fuisset eos posuisse in conditione, attento *Statuto Urbis lib.* 1. *capit.* 42. alias hæc expressa vocatio filiorum in conditione positorum remaneret superflua, ut ex Fusar. *de subst. q.* 440. 1
n. 18. Rota *dec.* 171. *n.* 23. *et* 24. *p.* 12. dictum fuit in decisione, quæ revidetur §. *Decidendi ratio.*

Idque manifestius apparere visum est ex prohibitione alienationis concepta verbis nimis amplis ibi - *prohibuit dictis hæredibus, et aliis vocatis ut supra quamcunque bonorum stabilium alienationem, et bona alienata eo ipso devolvantur ad alios cohæredes, et alios, ut supra vocatos*; Idem repetendo in casu, quo aliquis ex hæredibus, & aliis, ut supra vocatis committeret delictum, mandando, quod hoc casu, *bona devolvantur ad alios, ut supra vocatos* ibi, *Talia bona eo ipso devolvi ad alios cohæredes, et alios, ut supra vocatos:* Ex quibus, sicuti in casu, quo patruus alienet, vel

delin-

delinquat, ejus bona devolvuntur ad alios cohæredes, & alios supra vocatos, & sic etiam ad nepotes, hoc est filios filiorum hæredum institutorum ex efficacia dd. verborum, *& alios, ut supra vocatos*, quæ necessario referri debent ad filios dictorum filiorum, cum alios non vocaverit expresse
2 Testator, nisi filios suos, & istorum filios; ita etiam exinde efficax deducitur argumentum, quod eosdem nepotes voluerit Testator vocare ad portionem patrui in casum mortis istius sine filiis, ex traditis per Rot. *apud Giovagn. consil. 75. n. 71. lib. 1. dec.* 862. *n.* 4. *&* 5. coram Dunoz. jun. *& dec.* 136. *n.* 3. *& seq. par.* 8. *recent.*

Tum etiam ex prohibitione detractionis Trebellianicæ injuncta non solum filiis primis hæredibus institutis, verum etiam omnibus aliis vocatis ibi: *Prohibuit dictis hæredibus, & aliis vocatis ut supra quamvis Trebellianicæ detractionem*, quod indicat filios dictorum filiorum substitutos esse in tota hæreditate eo modo, quo in ea filii primi hæredes instituti, & reciproce substituti fuerunt, atque ideo ex hac
3 prohibitione censeantur filii filiorum vocati tam ad portionem parentum, quam patruorum, dum alias substitutio illorum non verificaretur in tota hæreditate, sed tantum in quota, ex deductis per Fusar. *de substit. quæst.* 441. *n.* 55. *& consil.* 145. *n.* 21. Rota *dec.* 361. *n.* 9. *par. decima septima*, cum aliis *in dec. quæ revidetur §. Juncta præsertim.*

In nihilo refragante, quod ex vocatione in casu alienationis, & delicti inferri nequeat ad fideicommissum restitutorum in casu mortis: quia id procederet, si ageretur de inducendo novo fideicommisso, seu extendendo de uno casu ad alium, de quo in præcedenti substitutione nulla habita fuerit mentio; non autem, quando, ut in casu agitur de declaranda voluntate Testatoris: An nempe nepotes, quos posuit in conditione, & expresse illos vocavit, vocari censeantur, nedum ad portionem patris, sed etiam patrui. Tunc
4 enim, cum non agatur de extendenda vocatione, sed de interpretanda voluntate, ad quam scilicet portionem referri debeat eorum vocatio, sufficiens desumitur argumentum vocandi nepotes ad portionem patrui in casu mortis ipsius sine filiis ex vocatione expressa eorundem nepotum in casu alienationis, & delicti, Rusticus *de filiis in conditione positis lib.* 1. *c.* 9. *n.* 3. *cum tribus seqq.* Card. de Luca *de fideicom. disc.* 54. *n.* 10. *& in Summa de fideicomm. n.* 112. Rota *decis.* 605. *n.* 13. *& seq.* coram Bichio *dec.* 269. *n.* 11. *par.* 15.

Prout non obstat, quod in præsenti casu non concurrat digressus ad plures gradus substitutionũ, & conservatio agnationis, sine quibus conjecturis, vel saltem aliqua earum, cæteræ conjecturæ reputari soleant inutiles, & inefficaces ad inducendam vocationem filiorum in conditione positorum ad portionem patrui, ut plene Rocca *disp. Juris tom.* 1. *c.* 18.
5 *n.* 5. Rot. *dec.* 124. *per tot. & signanter n.* 4. *& seq. p.* 13. *dec.*
6 481. *n.* 3. *&* 26. *par.* 18. *cum ibi allegatis*, quia, ut inducatur ex conjecturis vocatio filiorum in conditione positorum ad portionem patrui, non est de jure, nec ex mente Doctorum præfixus certus conjecturarum numerus, vel qualitas, sed quantæ, & quales esse debeant repositum est in arbitrium Judicis, cum satis sit tales conjecturas concurrere, quibus consideratis, animus Judicis moveatur ad credendum, Testatorem voluisse filios filiorum vocare etiam ad portionem patrui, ut advertit Rota *dec.* 501. *n.* 3. cor. Dunoz. jun. *& dec.* 617. *n.* 5. *cum tribus seqq. p.* 18. & in specie de vocatione nepotum ad portionem patrui etiam deficientibus dictis duabus conjecturis, digressus, nempe ad plures gradus substitutionum & conservationis agnationis, juxta Rot. *dec.* 474. *n.* 6. *& seq. p.* 13. Permaxime quia versamur in descendentibus a Testatore, in quibus ad assequendam portionem patrui sine filiis prædefuncti leviores conjecturæ suffragantur, Giova-
7 gnon. *consil.* 81. *n.* 7. Rota *dec.* 337. *n. final.* cor. Gregorio *d. decis.* 465. *n.* 7. *& dec.* 617. *n.* 8. *par.* 18.

Ultra quod placuit DD. responsio deducta in decisione quæ revidetur *§. finali*, scilicet quod defectus contemplationis agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionũ, tunc urgeret, si versaremur in casu, quo filii filiorum simpliciter essent positi in conditione, & dubitaretur: An vocati essent ad portionem patrui, in quibus terminis urgentes requiruntur conjecturæ, & nisi concurrat saltem aliqua prædictarum duarum, cæteræ inefficaces sunt; non autem quando, ut in casu non contentus Testator posuisse filios in conditione, eos expresse vocavit, & quidem immediate
8 post reciprocam ordinatam inter filios primos hæredes institutos; quo fit, ut stante hac expressa vocatione, vocati censeri debeant ad portionem patrui, quamvis deficiant supradictæ conjecturæ, si tamen aliæ concurrant, & si non ita efficaces, Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 77. *n.* 6 *& in Summ. num.* 100. Rota *decis.* 171. *num.* 22. *& seqq. part.* 2.

Atque hinc stante expressa vocatione filiorum ex filiis primis hæredibus institutis in parte, qua sunt positi in conditione, & concurrẽte eorum vocatione ad portionem patrui in casu delicti, & alienationis, & juncta prohibitione Trebellianicæ. Et quia versamur in descendentibus a Testatore non parvi faciẽdas esse censuerunt DD. nonnullas alias conjecturas ponderatas in præsenti propositione, & desumptas, Tum ex substitutione reciproca inter filios Testatoris primos hæredes; Tum ex clausula *vulgariter, pupillariter, & per fideicomm.* adjecta a Testatore, in casu quo unus ex suis 9
filiis hæredibus institutis decederet sine filiis, cui supervenientem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; Tam ab exclusione Liviæ propriæ filiæ, quæ conjecturæ, licet singillatim consideratæ, non sint approbatæ, tamen simul conjunctæ, ut in hac materia conjecturali fieri debet, Rot. *dec.* 605. *n.* 24. cor. Bichio, *& dec.* 481. *n.* 3. *dec.* 690. *n.* 15. *p.* 18. & concurrentibus aliis supra ponderatis suadent vocationem nepotum etiam ad portionem patrui.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Fideicommissi de Varesiis.

Argumento non indiget, cum sit adnotatum in præcedenti.

S U M M A R I U M.

1 *Filii in conditione positi ex Statuto Urbis censentur dispositive vocati.*
2 *Dicuntur tamen vocati ad portionem patris, non patrui.*
3 *Limitatur quoties accedant conjecturæ in contrarium.*
4 *Efficaciores exiguntur conjecturæ ad inducendam vocationem filiorum in portione patrui, quam ad arguendam illorum vocationem in portione patris.*
Adeo ut absque digressu ad plures gradus, vel agnationem contemplatione aliæ conjecturæ inefficaces semper fuerint reputatæ.
5 *Declara, ut dd. duæ conjecturæ quidem reputentur efficaciores, non tamen exinde evenit, ut absque illis non desumatur voluntas Testatoris, si aliæ concurrant, n.* 6. *&* 7.
8 *Vocatio filiorum in conditione positorum potest argui ex reciproca inter primos hæredes, quæ licet de per se non sufficiat, juncta cum aliis est relevans.*
9 *Hæc conjectura fortior reputatur, si filii legantur positi in conditione immediate post reciprocam.*
10 *Filii in conditione positi censentur vocati etiam ad positionem patrui, si post reciprocam inter primos fuerint dispositive vocati, licet adsit Statutum mandans, quod filii in conditione positi dicantur vocati.*
11 *Amplia, licet Testator professus fuit ad expressam vocationem devenire pro majori cautela.*
12 *Dicuntur pariter vocati, si illos Testator substituerit in casu alienationis vel delicti. Amplia ut n.* 18.
13 *Nulla potest dari efficax conjectura ad suadendam vocationem nepotum in portione patrui in casu obitus, quam ea quæ desumitur ex eorundem vocatione in alia parte Testamenti.*
14 *Voluntas Testatoris imaginariis discursibus subverti non debet.*
15 *Reciproca inter filios in conditione positos & patruum elicitur ex prohibitione ipsis filiis facta absque eo quod reperiatur datus substitutus in casu contraventionis.*
16 *Optima est illatio, sicuti nepote alienante superstite patruo iste est substitutus, ita patruo alienante superstite nepos in ejus portione est vocatus.*
17 *Est inverisimile quod Testator voluerit bona alienantis vel delinquentis pervenire potius ad extraneos & ad fiscum, quam ad nepotes quos prædilexit.*
19. *Trebellianica non prohibetur nisi iis qui sunt vocati.*
20 *Ex prohibitione Trebellianicæ inducitur vocatio filiorum in conditione positorum in portione patrui.*
21 *Etiam si prohibitio sit inefficax.*
22 *Clausula* — vulgariter, pupillariter & per fideicommissum — *confert pro desumenda vocatione filiorum in conditione positorum in portione patrui.*
Prout etiam qualitas masculinitatis.
23 *Leviores exiguntur conjecturæ ad assequendam portionem patrui, si agatur de descendentibus Testatoris.*
24 *Prout etiam si conjecturæ proponantur tantum pro habenda dispositione ad vocationem in positione patrui, ut quia filii in conditione positi appareant dispositive.*

DE-

DECISIO LVIII.

Respondit Rota in duabus decisionibus editis coram me die 20. Aprilis 1693. & 28. Februarii 1695. R. P. D. Pompejum, necnon Hieronymum germanos fratres de Varesiis vocatos fuisse ad fideicommissum institutum anno 1590. ab Hieronymo seniore de Varesiis, tam quoad portionem bonorum fideicommissariorum obventam Joanni Petro ipsorum Patri, quam etiam respectu portionis R.P.D Diomedis eorundem patrui, itaut Paulus Franciscus Falconerius experiri nequeat super dictis bona sua jura pro debito olim per memoratum Diomedem contracto; Quarum resolutionum fundamenta, cum die 11. Junii præteriti ad trutinam revocaverim, dilata resolutione, demandatum fuit, ut controversia exemplarem continens articulum, iterum & per omnes Patres examinanda proponeretur. Quamobrem exquisito in hodierna Audientia omnium suffragio, *An sit standum, vel recedendum a decisis?* Persistendum esse responsum fuit.

Quandoquidem, cum vocatio prædictorum fratrum ad portionem Joann: Petri eorum Patris non revocetur in du-
1 bium; Tum quia uti positi in conditione ex *Statuto Urbis lib.1.cap.142.* censetur dispositive vocati: Tum pariter, quia fideicommittens minime contentus de hac tacita Statutaria vocatione, declaravit nepotes in conditione positos intelligi expresse vocatos: Hinc propterea totum difficultatis momentum versatur: An sint etiam vocati in portione Diomedis patrui, circa quam, licet filiis positis in conditione, & dispositive vocatis obstet regula, & intelligantur solummodo invitati ad portionem relictam Patri, cujus respectu fuerunt positi in conditione, non autem quoad portionem patrui post obitum Patris defun-
2 cti, ad Text. *in l. Hæredes mei §. Verum ita ff. ad Treb.* Gabriel. *cons.2. n.6. lib.2.* Gratian. *discept.66. n.2.* pluribus congestis Rocca *disput. Jur. select. c.18. n.1. & 2.* Rota cor. clar. mem. Card. Cerro *dec.618. n. 3.* & cor. san. mem. Alexandro VIII. *dec.28. n.7.*

Ab hujusmodi tamen regula communiter receditur, ex conjecturis suadentibus diversam Testatoris voluntatem, ex quibus pateat, quod filii positi in conditione nedum dicantur vocati ad portionem Patris, sed etiam patrui, ex traditis per Ruinum *cons.139. lib.3.* Giovagn. *cons.79. num. 35. & cons.81. fere per tot.* Marcian. *disp 48. n.6. lib.1.* Card. de Luca *disc.76. num.5. de fideicomm.* Rocca *dicto cap. 18. num.4.* Rota *dec.54. num.201. part. 8. & 241. num. 4. par.9.* coram Bichio *dec. 17. n.22.* & coram Alexand. VIII. *dec.1. num. 22.*

3 Et quamvis ad inducendam hanc tacitam vocationem filiorum in portionem patrui requirantur conjecturæ, & argumenta magis valida, & urgentia, quam ad arguendum fideicommissum in portione paterna, adeout pluries hoc Sacrum Tribunal, deficientibus illis duabus solidissimis, vel earum altera, digressus videlicet ad plures substitutionum
4 gradus, & contemplationis agnationis, reliquas in plerisque casibus concurrentes rejecerit, non semel generaliter ponderando, alias conjecturas, exclusis duabus mox relatis, frigescere, ac minoris operationis reputari, ut patet *ex dec.145. n.1.3. & 34.* coram Card. Celso *dec. 342. num.1. & seqq.* coram Bichio, *& dec. 258. n. 3.* coram Peutingerio *dec.119. n. 4.* coram Card. Cerro, *& in recent. dec. 276. n.3. & dec. 481. par. 18.* Ubi citantur aliæ concordantes hodie cumulatæ a defensoribus Falconerii.

Exinde tamen dicebant Domini erui quidem posse generalem propositionem, quod inter alias conjecturas, quæ,
5 ut plurimum in hanc Causam adduci soleant, Sacra Rota tanquam potentiores, firmiores, magisque efficaces perpendere consueverit, digressum ad plures gradus substitutionum, & contemplationem agnationis; utpote, quæ præ cæteris manifestius produnt voluntatem Testatoris non esse inducendi fideicommissum ad portionem Patris tantum, sed etiam patrui.

Non tamen recte educi aliam regulam, quam informan-
6 tes pro Falconeriis in hodierna propositione pro faciliori recessu a decisis suadere conabantur, quod nempe juxta sensum Tribunalis, ubi signanter agitur de inducendo fideicommisso in portione patrui, sit præcise, ac taxative necessarius, vel copulativus, aut saltem alternativus concursus præfatarum duarum conjecturarum, quasi quod illis exulantibus, aliæ æque efficaces adinveniri nequeant, & quando istæ non sufficiant ad convincendam voca-
7 tionem in portionem patrui, talis quippe restrictio, & taxatio, per modum thesis generalis in nulla ex antedictis decisionibus legitur firmata. Quin vero appositum clarissime depromitur ex alio generico principio in subjecta materia per Rotam ante particulare conjecturarum examen præmitti solito, quod in hac re certa, & determinata regula tradi nequeat, sed quot, & quales esse debeant conjecturæ relinquitur arbitrio Judicis, cujus est pro singulorum casuum diversitate cunctas peculiares facti circumstantias enucleare, usque ad assequendam probabiliorem Testatoris voluntatem, aut pro vocatione filiorum ut portione patrui, aut pro illorum exclusione; absque eo, quod restringatur ipsius Judicium ad certam verborum, seu conjecturarum formulam, cum mens Testatoris quomodocunque adepta in ejusce modi controversiis totum faciat, ac dominetur, ut in his terminis notavit Rota *dec. 329. num. 11.* coram Gregorio *dec.258. n. 13. in fine* coram Peutingerio, coram Bichio *dec.605. n. 24. & 25.* coram Amato Dunoz. *dec. 501. num. 3.*

Et omissis generalibus, quod juxta mentem Rotæ non sit restrictive necessarius copulativus concursus dictarum duarum conjecturarum, sed sufficiat aliter quomodocunque constare de voluntate Testatoris, solemniter responsum fuit *in Ravennaten. Fideicommissi 10. Januarii 1676.* coram Reverendiss. meo Decano, *quæ est dec.617. p.18. tom.2. a n.2. ad n.8.* ubi notatur, quod nec a Jure, neque a DD. præfixus sit certus conjecturarum numerus; Et quidem jure optimo, dum omnes DD. formiter, ac latiori calamo hanc quæstionem pertractantes, tametsi ubi deveniunt ad examen conjecturarum, nimium in modum se torqueant perquirendo, quænam sint magis probabiles, & efficaces; & varie unusquisque pro suo sensu, modo has, modo illas interpretetur: veruntamen in hoc uno tandem conveniunt, quod earum quantitas, & pondus non recipiant certos, ac determinatos limites, sed potestas judicandi tota residet in æstimatione, & prudentis judicis arbitrio. Ita Soccin. *in l.eum Avus de condit. & demonstr. in fine,* Curt. Jun. *cons. 43. n.7. & consil. 113. n.5.* Soccin. Jun. *consil. 158. n 73. vol. secundo* Ruin. *consil. 108. n. 11. & consil. 111. lib. secundo,* Rust. *de fil. in condit. posit. lib.2. cap. 1. n. 7.* Petra *de fideic. q.190. n.190. vers. Ego puto,* Fusar. *de subst. quæst.440. n. 11.* Clar. *in §. Testamentum quæst.79. in fine,* Menoch. *de arbitr. casu 148.* Honded. *consil. 65. n. 44. lib. 1.* optime Giovagn. *cons. 79. n.61. cum seqq.* Capyc. Latro *dec. 1. n.35.* Thesaur. *dec.95. n.9.* Surd. *cons. 162.* Viv. *dec. 193.* Paitell. *de ult. volunt. dec.2. n.733.* Card. de Luca *de fideicomm. disc. 220. a n.2. ad n.7.*

His sic præhabitis reassumpto examine Testamentariæ dispositionis dicti Hieronymi sen. de Varesiis juxta omnes illius partes plures consideratunt DD. conjecturas, quæ simul sumptæ eos coegerunt ad affirmandum constare de fideicommisso favore prænominatorum fratrum de Varesiis in portione Diomedis patrui. Quorum prima dicta fuit ex reciproca ordinata inter filios Testatoris primos hæredes institutos, quam solam, etsi Rota discusso articulo *in Romana Fideicommissi de Ferratinis 15. Junii 1648.* coram Ghislerio *impressa post consil.58. l.1. Redenaschi* declaraverit non sufficere ad inducendum vocationem favore filiorum quoad portionem patrui; nihilominus juncta cum aliis conjecturis fuit semper habita pro relevanti, ut admittitur *in eadem Romana de Ferratinis,* & expresse habetur *in dec.* 8
266. num. 4. par.1. rec. dec.332. & 403. par. 2. rec. dec. 474. num.6. par.13. ubi quod sit urgentissima conjectura *dec.337. n. 93. & seqq.* coram Ludovis. & coram Alex. VIII. *dec. 1. num. 23.*

Efficacior autem, ac magni ponderis visa est Dominis in præsenti ex geminis peculiaribus facti circumstantiis, quarum altera est, quod filii leguntur positi in conditione immediate post dictam, quinpotius in ventre ipsiusmet reciprocæ, ibi - *Quos invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, casu quo aliquis sine filiis legitimis, & naturalibus moreretur.* Ex qua continuatione, & conjunctione facilius inducitur repetitio reciprocæ inter primos hæredes positæ ad sequentes vocatos,
Menoch. *lib.4. præsumpt. 62. n.39.* bene Soccin. Jun. *consil.* 9
78. n.23. lib.3. Peregrin. *consil.151. n.21. vers. si ubi arguit,* Rota *dec.306. n.4 cum seqq. par. 12.* & in his terminis *dec. 287. num. 19. par. 4. tom. 2. recent. & dec. 1. num. 5.* coram Alex. VIII.

Fortius stringit alia circumstantia, quod post ordinatam eandem reciprocam, statim disposuit Testator, quod filii filiorum, quos in conditione posuerat, sint expresse vocati, ibi: *Et quamvis ipse Testator sciat, quod per Statuta Urbis filii in conditione positi censeatur vocati, nihilominus ad majorem*

jorem cautelam expresse voluit, quod prædicti filii filiorum, quos in conditione posuit, sint vocati; Quæ vocatio sic mysteriose facta in ea parte Testamenti, in qua fuit ordinata reciproca favore primorum heredum institutorum, admodum urgens præbet argumentum, prædictos filios positos in conditione in dicta reciproca fuisse dispositive vocatos tam ad portionem Patris, quam patrui, perindeque esse videtur, ac si Testator dixisset, *quod substituebat ad invicem heredes primo institutos, & eorum filios*, in quibus terminis expeditum est, nepotes comprehensos esse in reciproca, ac per consequens admitti debere per fideicommissum in portione patruorum, per ea quæ tradunt Fusar. *de substit. quæst.* 440. *n.* 15. Peregr. *cons.* 151. *n.* 7. *lib.* 1. Palm. Nepos *allegat.* 775. *n.* 49. §. *Et in terminis*, Thomat. *dec.* 23. *n.* 22. Rota *dec.* 171. *n.* 23. *&* 24 *par.* 12. *rec.* Alias dicta expressa filiorum vocatio remaneret superflua, cum ut censerentur vocati in portione paterna satis erat eos posuisse in conditione attento Urbis Statuto *in lib.* 1. *c.* 142. ut animadvertunt decisiones, quæ revidentur. Prima *in* §. *Decidendi*, & secunda *in* §. *Et enim vocatio*, *& in* §. *ultra quod*.

Non suffragante responsione, quod Testator se habuerit relative ad dictum Statutum, profitendo devenire ad expressam filiorum vocationem, pro majori cautela; Ideoque per eam non alteratur modus, & dispositio ejusdem Statuti inducentis vocationem filii positi in conditione, ad portionem Patris tantum, & non patrui: Placuit nanque responsio, quod, ubi etiam dicta vocatio filiorum esset expressio ejus, quod tacite inerat dispositione Statuti, non ideo desinere esse vocationem expressam, & operari aliquod plus, quam operaretur Statutum, dum istud vocat filios ex interpretata voluntate defuncti, expressa autem vocatio

11 promanat ex certa, absoluta, & declarata voluntate Testatoris, ut bene distinguit Bellon. *de Jure accrescen. cap.* 5. *quæst.* 25. *num.* 29. *&* 42. Palma Nepos *alleg.* 126. *num.* 14. *in fine*, *n.* 15. *&* 16. Quapropter semper urget argumentum, quod si Testator licet optime conscius, quod pura, & simplex dispositio Statuti afferebat filiis positis in conditionem beneficium vocationis ad portionem Patris; nihilominus ulterius progrediendo illos expresse vocavit utique per hanc superadditam expressam vocationem in ea parte Testamenti, in qua fuit apposita reciproca, datur intelligi voluisse eosdem vocare in portionibus patruorum, ex notatis per Rotam *in dec.* 41. *n.* 14. *&* 15. *par.* 18. *recent.*

Quod que profecto talis fuerit mens Testatoris, ut scilicet filii, quos ordinando reciprocam inter primos hæredes institutos posuerat in conditione, essent etiam vocati ad portionem patrui visum est dominis explanari, ac aperte comprobari ex secunda urgentissima conjectura prohibitionis alienationis suorum bonorum, factæ tam primis hæredibus institutis, quam filiis positis in conditione; Nec non ex altera vetitæ confiscationis in casu delicti, addita provisione devolutionis in casu contraventionis, ac delicti ad heredes, & alios, ut supra vocatos non alienantes, nec delinquentes; Ex quibus inquam geminis dispositionibus, cum patruis alienationibus, & delinquentibus fuerint substituti nepotes, & e contra, alienationibus, & delinquentibus nepotibus fuerint substituti patrui, convincitur ad evidentiam

12 eisdem patruis mortuis sine filiis substitutos fuisse nepotes, cum nulla assignari valeat ratio discriminis, cur nepotes admittere voluerit, ad portionem patrui, potius in casu alienationis, & delicti, quam in casu obitus, ad tradita per Ruin. *consil.* 60. *n.* 24. *lib.* 2. Honded. *consil.* 54. *n.* 37. *vers. sexta conjectura*, *& seqq. lib.* 2. Curt. Jun. *consil.* 16. *n.* 17. Menoch. *præsumpt.* 76. *n.* 56. *&* 54. *lib.* 4. Rot. cor. Gregor. *decis.* 329. *n.* 4. & coram Bichio *dec.* 605. *n.* 13. ubi quod nulla potest dari magis efficax conjectura ad suadendam vocationem nepotum in portione patrui in casu obitus, quam ea quæ desumitur ex eorundem vocatione in alia parte Testamenti, & comprobantur authoritates deductæ in decisionibus, quæ revidentur. In prima *sub* §. *Quod clarius*. In secunda, *sub* §. *Idque manifestius*.

Neque obstat, quod dicebatur, præstictas substitutiones ordinatas in casu alienationis, & delicti, intelligendas esse

13 discretive, videlicet, quod alienante, vel delinquente Patre, succedant ejus filii, si vero contingat patruum alienare, vel delinquere, illi succedat alius frater superstes.

Nam ejusmodi intelligentia visa fuit repugnare tam verbis Testamenti, quam rationi; verba enim tam in ea parte, in qua adjicitur gravamen, quam in illa, in qua defertur emolumentum, respiciunt non solum primos hæredes, sed etiam ipsorum filios. *Prohibuit quippe Testator* (sunt ipsius verba) *dictis heredibus, & aliis vocatis, ut supra, quamvis ejus bonorum stabilium alienationem, & venditionem, pignorationem, alienationis vocabulo largissimo modo sumpto.* Ex quibus oculariter patet præceptum non alienandi fuisse in genere injunctum, æque filiis primo institutis, quam eorum filiis, Illis ex vi verborum *dictis heredibus*; Istis ex efficacia sequentium, *& aliis vocatis, ut supra*, cum supra post filios primos hæredes appareant tãtummodo vocati eorum filii positi in conditione. Eadem verborum formula usus est Testator in deferendo emolumentum in casu contraventionis, ibi - *Et in eventum alienationis, venditionis &c. bona alienata, vendita &c. eo ipso devolvantur ad alios coheredes, & alios, ut supra vocatos*. Sicque ad filios institutos, & eorum filios; Itaut contrevenientibus patruis, succederent nepotes, & vice versa, contravenientibus nepotibus, succederent patrui, cum itaque attenta proprietate verborum prædictæ dispositiones habeant suam veram, & germanam significationem, ut scilicet comprehendant active, & passive patruos, & nepotes respectu bonorum, quæ eis obveniunt, non debemus sensum Testatoris clare expressum imaginatiis discursibus subvertere, potissime non concur- 14
rentibus aliis verbis praecise compellentibus ad intelligendam alio modo mente Testatoris, ut bene observat Episcopus Rocca *cap.* 106. *n.* 72. *&* 74. & dixit Rota *decis.* 75. *n.* 13. *& dec.* 265. *n.* 6. *&* 7. *par.* 5. *tom.* 1.

Rursus prædicto discretivo intellectui resistit ratio; Si enim Testator solummodo voluisset, ut in casu contraventionis patrui, succederent tantum fratres cohæredes superstites, & alienantibus patruis filii tantum, ad quid eisdem filiis hæredum prohibere alienationem, ac contraveniendo adjicere pœnam privationis, si deinde in casu alienationis ipsis datus non esset substitutus? Hinc propterea, ne hujusmodi incontrovertibilis prohibitio facta nepotibus remaneat frustratoria, omnino dicendum est, quod ipsis contrafacientibus voluntati Testatoris fuerit substitutus patruus, ut fere in his terminis perpendit Urceol. *controv.* 80. *num.* 8. 15
& 9. Insurgitque illatio, quod, sicuti nepote alienante superstite patruo, iste est literaliter substitutus, ita patruo alienante superstite nepote, nepos in ejus portione est vocatus, ut notat Fusar. *de substit. quæst.* 441. *n.* 40. Rota *decis.* 306. *n.* 18. *&* 19. *par.* 12. *& dicta dec.* 265. *num.* 12. *part.* 13. 16
recent.

Ponderando ulterius, quod quatenus prædictæ dispositiones intelligerentur discretive, sequeretur, quod si unus tantum superesset ex filiis primis heredibus Testamentariis, qui filios non haberet, sed tantum nepotes superstites, potuisset ille bona fideicommissaria alienare, & in casu delicti eadem bona subjacerent confiscationi in perniciem nepotum superstitum, quod esset notabile absurdum, dum mens Testatoris per tales prohibitiones unice tendebat ad providendum, ne sua hæreditas, superexistentibus filiis, & nepotibus expresse vocatis transiret ad extraneos, & signanter ad fiscum; Essetque contra omnem verisimilitudinem, quod in defectum cohæredum voluerit Testator bona alienantis, vel delinquentis sine filiis defuncti pervenire potius ad extraneos, & ad fiscum, quam ad nepotes, quos adeo dilexit, ut illos ponendo in conditione non contentus remanserit de statutaria dispositione, sed expresse vocaverit, Fusar. *de substit. quæst.* 475. *n.* 18. & Rot. *post consult.* 17
Urceol. 80. *n.* 23.

Minusque turbat, quod prohibitio alienationis sit accessoria, & continuativa ad præcedens fideicommissum, quodque ex vocatione in casu alienationis, & delicti inferri nequeat ad fideicommissum restitutorium in casu obitus; quoniam quidquid sit: An vere dicta prohibito stet de per se, & per modum principalis dispositionis, placuit Dominis responsio tradita in secunda decisione §. *In nihilo refragante*, quod hic non agitur de extendendo fideicommissum de uno casu ad alium, sed de declaranda voluntate fideicommittentis: An nempe nepotes quos posuit in conditione, & expresse vocavit, censeantur vocati, tam ad portionem patris, quam patrui; hoc enim casu ex eorundem vocatione in casu alienationis, & delicti efficacissime conjici potest pro vocatione in casu obitus, ut huic objecto respondit Rota cor. Alexandro VIII. *dec.* 1. *n.* 30. *& dec.* 300. *n.* 21. 18
par. 12. *rec.*

Tertia conjectura, quæ antecedens confirmat, desumitur ex prohibitione Trebellianicæ facta non solum primis hæredibus institutis, sed etiam eorum filiis, ibi - *Prohibuit dictis heredibus, & aliis vocatis, ut supra, quamvis Trebellianicæ detractionem*. Cum etenim talis prohibitio præsupponat, quod non solum filii Testatoris, sed etiam ipsius nepotes

res sint gravati onere restituendi, alias frustra ipsis vetita
19 esset hujus quartæ detractio, ad tradita per Riminald. Sen. *cons.*243. *n.*90. Menoch. *cons.*117. *num.*21. *& cons.*177. *n.*12. Gabriel. *cons.*123. *n.*11. *cum duobus seqq.* Certumque sit nepotes non posse intelligi gravatos, nisi erga patruos, dum in Testamento præter patruos, & nepotes nulli alii leguntur vocati, Hinc propterea sequitur pernecesse, quod si Testator voluit gravare nepotes, ut restituant patruis; Ita etiam censetur gravasse patruos, ut restituant nepotibus, ex regula
20 *quem gravo honoro*, de qua est Text. *in l.*6. *ff. de leg.* & *l.*9. *Cod. de dd.* & in specie præter adductos in decisionibus, quæ revidentur, dixit Rota *decis.*328. *n.*8. & 9. *par.*19. *rec.*

Parum relevante, quod Trebellianica non debetur, nisi primis hæredibus, ac per consequens inutilis, & inepta fuit illius prohibitio filiis filiorum injuncta. Quoniam, cum dicti filii filiorum fuerint substituti, sub commemoratione mortis, censentur vocati per vulgarem in portione parentum, casu quo isti ante obitum Testatoris mortui essent; prævidens propterea Testator, quod nepotes in contingentia d. casus subingrediendo locum parentum tanquam primi hæredes potuissent detrahere Trebellianicam, summa providentia nec inutiliter illam etiam nepotibus favore patruorum prohibuit. Ultra quod quidquid sit, An censenda sit inutilis, quod non est præsentis indaginis, nec hoc verificari mox demonstratum fuit, adhuc per modum hypothesis, admisso, quod ea censeri debeat superflua, non ideo tamen desinit declarare voluntatem Testatoris gravandi nepotes ad restituenda bona fideicommissaria, cum tritissimum sit, quod ex actu nullo, & insubsistenti emergit con-
21 jectura ad declarandam mentem Testatoris, Rota coram Ludov. *decis.*76. *n.*3. *decis.*68. *n.*2. *vers. Ista voluntas par.*2. *rec.* alibique passim.

Hisce solidissimis conjecturis adstipulantur plures aliæ, videlicet qualitas masculinitatis, clausula *vulgariter, pupillariter & per fidic.* quæ licet seorsim sumptæ sint controversæ, junctæ tamen cum aliis mirifice conferunt ad magis, magisque elucidandam vocationem nepotum in por-
22 tione patrui, ex notatis per Rot. *decis.*42. *n.*16. *par.*11. *rec.* Fortius in præsenti casu, quia versamur in descendentibus Testatoris, in quibus etiam ad assequendam portionem patrui sine liberis defuncti, leviores conjecturæ suf-
23 fragantur, Ruin. *cons.*139. *col.*7. *lib.*3. Giovagnon. *cons.* 81. *num.*7. & respondit Rota *decis.*266. *num.*4. & *seqq. decis.*300. *num.*7. *part.*1. *recent. decis.*474. *num.*7. *par.*13. *decis.*617. *num.*18. *par.*18. *decis.*501. coram Dunoz. jun. ac facilius stante quod filii non sunt simpliciter positi in conditione, sed expresse vocati, quo casu, cum conjecturæ unam tantum operationem facere debeant suadendi fideicommissum in portione patrui, & non etiam Patris, prout contingeret, quando filii essent solummodo positi in conditione. Hinc in hoc casu multo minores conjecturæ requiruntur,
24 ut advertit Card. de Luca *de fideicomm. disc.*77. *num.*6. & *in summa n.*1000. & ponderavit secunda Decisio hujus Causæ §. *Ultrà quod.*

Et ita utraque Parte informante, omnibusque Dominis suffragantibus responsum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Carpentoraten. Hæreditatis, seu Fideicommissi.

Veneris 14. *Martii* 1687.

ARGUMENTUM.

Substitutio concepta cum conditione *si sine filiis* per filiorum existentiam expirat, sed quoties concurrant conjecturæ suadent fideicommissum, quod d regula minimo sit attendenda, habetur apud Card. de Luc. *de Fideicom. Discurs.*83. *cum seqq.* in cujus comprobationem plures conjecturæ hic transcribuntur. Secundogenitus per obitum primogeniti efficitur primogenitus & redditur incapax succedendi in secundogenitura postea purificata, & hanc incapacitatem influit in omnes ejus descendentes, licet ipsi quoque successive fuerint vocati, quando vocatio secundogeniti, & descendentium non nomine proprio, sed appellativo fuit emissa.

SUMMARIUM.

1 *De æquitate hæredi gravato, cui competunt detractiones quantitativa, datur recentio alicujus portionis bonorum verisimiliter adæquantis creditum illarum, & in reliquis bonis conceditur immissio fideicommissario.*
2 *In conjecturali materia prudenter est procedendum.*
3 *Substitutio emissa sub conditione* si sine filiis, *per filiorum existentiam evanescit.*
4 *Ab hac regula receditur, si aliud suadeant, & verba & conjecturæ Testamenti.*
5 *Ex gravamine elicitur vocatio.*
6 *Onus assumendi cognomen, & arma Testatoris perpetuo injunctum, præsupponit descensivum fideicommissum.*
7 *Voluntas Testatoris, qualis fuerit in casu obitus, recte declaratur a considerato eo explicato casu privationis.*
8 *Fideicommissum perpetuum censetur ordinatum, si Testator mentionem fecerit de linea.*
9 *Votum conservandi agnationem desumptum ex onere ferendi arma, & cognomen Testatoris efficax reputatur pro inducendo perpetuo fideicommisso.*
10 *Idque suadet digressus ad plures gradus substitutionum.*
11 *Ex vocatione activa facilius inducitur vocatio passiva.*
12 *Inverisimile est, quod Testator potius voluerit gravare proximiorem, quam remotiorem.*
13 *Perpetuum onus perpetuum indicat fideicommissum.*
14 *Declaratur decis.* 95. *post Fenzon. ad stat. Urb.* & *num.*15.
16 *Prohibitio alienationis, ac detractionis, arguit fideicommissariam substitutionem.*
17 *Eamque etiam demonstrat fœminarum exclusio.*
18 *Conjecturæ pro desumenda fideicommissaria substitutione, non singulæ, sed unita considerari debent.*
19 *In fideicommisso ordinato pro secundogenito aspirare non possunt descendentes ex primogenito.*
20 *Secundogeniti expressa vocatio secum fert primi exclusionem.*
21 *Vocatio unius lineæ importat exclusionem alterius.*
22 *Descendentes unius lineæ, non dicuntur descendentes ab alia.*
23 *Quamvis unus frater descendat ex eodem latere Patris, tamen non dicitur de linea alterius fratris.*
24 *Ex discretivo modo loquendi recte arguitur Testatoris voluntas.*
25 *Pro exclusione descendentium a primogenito, non sufficit, quod Testator solam respexerit majoratuum personalem incompatibilitatem.*
26 *Sufficit bene, quod respexerit incompatibilitatem realem, & linealem ex vocatione lineæ totaliter diversæ a linea primogeniti.*
27 *Descendens a linea primogeniti exclusa non juvatur substitutione facta secundogenito.*
28 *Ut quis succedat, inspicitur, an sit de linea vocata.*
29 *Testator vocans secundogenitum nomine appellativo non nomine proprio, censetur vocasse quemlibet, qui esset secundogenitus tam civiliter, quam naturaliter.* Vide num. 30.
31 *Substitutio si sit collata in tempus remotissimum non facit, quod descendentes a secundogenito effecto primogenito succedat in fideicommisso ordinato favore lineæ secundogeniti.*
32 *Extensio in primogenituris non admittitur.*
33 *Si clara sit voluntas Testatoris non urgent conjecturæ* & num. 34.
35 *Defecta linea secundogeniti fit retrogradatio ad lineam primogeniti.*
36 *Hæc tamen retrogradatio non admittitur, si vocatio secundogeniti facta fuerit per nomen appellativum.*
37 *Admitteretur bene, si esset scripta per nomen proprium.*
38 *Minus admitteretur, si in defectum expresse vocatorum subsequatur alia substitutio.*
39 *Prædicta retrogradatio non datur, si resistat Testatoris voluntas desumpta ex discretivo modo loquendi.*
40 *Verbum capaci significat animum admittendi ad successionem expresse vocatos.*
41 *Ad hoc ut in parte conditionali comprehendantur aliæ personæ diversæ a dispositive vocatis, verba debent magis latè patere in parte conditionali.*
42 *Immissio substituto denegari non debet.*

DECISIO LIX.

Alemannus de Passis licet prole destitutus, solicitus tamen conservandi familiæ de Passis memoriam & splendorem, in locum naturalis & veræ agnationis, fictam & artificialem inter descendentes masculos ex Alizetta sorore in suo Testamento composuit, instituens perpetuum, & successivum fideicommissum, ad quod primo loco vocavit Thomam unum ex dicta sorore nepotem cum sua descendentia. Secundo, invitavit Alemannum ex Claudio altero nepote primogenitum, ejusque descendentes masculos. Tertio, substituit secundogenitum Guilielmi, ejusque masculos. Quarto, tertiogenitum pariter cum suis posteris. Quinto, admisit primogenitum Petri alterius nepotis, quibus omnibus defectis, substitutionem fecit ad favorem secun-

cundogeniti Claudii, & demum fideicommissum extendit ad omnes alios descendentes masculos ex linea dicti Claudii, injungendo vocatis nedum onus assumendi nomen, & arma familiæ de Passis, verum renunciandi bonis paternis, & maternis favore suorum fratrum, ne ista bona cum Testatoris bonis unquam commiscerentur.

Ex hac vita migrato Claudio pronepote Thomæ, ac fideicommissi possessore, actis orta fuit contentio inter Marchionissam Joannam de Tertullis ejus uxorem, & hæredem, ac Marchionem Franciscum ultimum de linea Thomæ primi instituti; prætendente Marchionissa super his bonis quamplurimas detractiones, e contra Marchione Francisco immissionem sibi deberi uti ad fideicommissum vocato, quæ controversia finem habuit coram bo. me. Albergato, decernendo manutentionem Marchionissæ in quarta parte bonorum fideicommissi pro omni eo, quod ipsi competere posset, & in reliquis immissionem Marchioni, ut ex geminis decisionibus 17. Maii 1686. editis, altera super bono jure, altera super manutentione, ad quarum limites lata fuit sententia, qua utraque pars a præjudicialibus provocavit.

Interim defuncto Marchione Francisco, scripto sibi hærede D. Paulo Dominico de Seguins, præsentis controversiæ status alteratus fuit ex varietate inspectionum decidendarum; Et antequam ego Judex appellationis illas examinandas proponerem, petiit ad Causam admitti Baro de Maligeai, & obtinuit docto de interesse, quod successive justificavit. Unde triangularem contentionem decidendam DD. meis exhibui. Unam ex parte Marchionissæ restaurantis instantiam pro manutentione super omnibus bonis fideicommissi. Alteram ex parte d. Pauli Dominici de Seguins prætendentis fideicommissum expirasse, & bona libera evasisse. Alteram demum ex parte Baronis allegantis ad sui favorem purificatum esse fideicommissum.

Verum quia in ipsa die propositionis Causæ D. Carolus de Panisse institit etiam ad illam admitti, adducens apertam esse substitutionem ad sui beneficium ad exclusionem Baronis, ideo suspensa resolutione injunctum mihi fuit, ut quamprimum Causam reproponerem, addito dubio, *An sit danda immissio Baroni, vel potius Carolo*.

Hanc itaque in tantas scissam inspectiones Causam proposui hodie disceptandam, & DD. dixerunt *manutentionem dandam Marchionissæ in 4. p. in reliquis immissionem Carolo*.

Quia super manutentione placuit æquitas pluries a Sacra Rota admissa, quæ ubi cognoscit competere detractiones quantitativas non excedentes certam summam, tunc solet hæredi gravato concedere retentionem alicujus portionis bonorum verisimiliter adæquantis creditum illarum; donec de istis plene discutiatur, & in reliquis bonis non suspendere immissionem, imo illam concedere vocatis ad fideicommissum, quando de illo clare constat, ut *in dec. 26. n. 13.* cor.
1 Meil. *dec. 216. n. 14. in fin.* post Posth. *de manut. dec. 269. n. 14. & 15. p. 5.* Cyriac. *contr. 12. n. 76.* Fontan. *dec. 48. n. 16. idem de pactis nupt. to. 2. clauf. 7. gloss. 3. p. 4. n. 29.*

De existentia vero fideicommissi constare visum fuit ex Testamenti lectura, & accurata inspectione tot substitutionum per singulas clausulas, sicut faciendum esse
2 monent Meil. *dec. 447. n. 9.* Priol. *dec. 229. n. 10.*

Neque extinctum dici potest, ex quo omnes substitutiones factæ sint Thomæ primo hæredi instituto, casu quo sine filiis decederet, quare cum decesserit relictis filiis, cæteræ substitutiones expiraverint, ad celebre cons.
3 Oldrad. 21. passim a Rota canonizatum, Bich. *dec. 46. n. 5.* Dunoz. jun. *dec. 50. n. 1.*

Siquidem ab hac opinione communiter receditur, si aliud
4 suadeant, & verba, & conjecturæ Testamenti *l. 1. Cod. de condit. insert.* de Luca *de fideic. disc. 83.* Rota *dec. 385. num. 20. p. 9. rec.* Othob. *dec. 113. n. 3. & dec. 138. n. 1. decis. 2. n. 6. & 7. p. 17. decis. 40. n. 8. p. 5. et dec. 226. n. 26.*

In casu præsenti nedum concurrunt conjecturæ quamplurimæ suadentes recessum a dicto Oldradi consilio, verum, & demonstrationes ex ipso Testamenti contextu, in quo in primis Testator per modum regulæ sic disponit, ibi: *Ordina, e dispone il detto Testatore che tutti gl'altri, che verranno doppo il suo erede, e li suoi à succedere in forza, e virtù del presente Testamento, e sostituzioni in esso contenute ne' detti suoi beni, et eredità etc. siano tenuti rimettere etc.* Unde patet, Testatorem voluisse virtute testamenti succedendum esse ex aliis substitutionibus in eo contentis post obitum Thomæ, ac etiam ejus descendentium. Gravamen nanque injunctum post Thomam, ejusque descendentes, aliis substitutis, remittendi parentum portionem, supponit per prius istorum vocationem, ac fideicommissi progressum in aliis subsequentibus substitutionibus *l. quamvis C. de fideic.* Cyriac. *contr. 96. n. 4. et 5.* Cavaler. *dec. 454. n. 2. et 3.* Rot. *dec. 663. n. 5. p. 2. rec. dec. 75. n. 5. p. 16. rec.* 5

Ulterius fideicommittens injungens onus assumendi cognomen, & arma, sic locutus fuit, *gravandoli il detto Testatore tutti, cioè il detto Tomaso suo Erede, e suoi, e tutti gli altri qui sopra sostituiti, che debbano portare il cognome, et armi del detto Signor Testatore, sotto pena di privazione di detti Beni etc.* Et inferius: *Che sia osservata detta sua volontà in forma specifica del detto Tomaso suo Erede, e li suoi, e da tutti gli altri sostituiti sopranominati.* Ex quibus resultat substitutos esse vocatos post Thomam, & suos descendentes, cum omnibus indistincte onus assumendi nomen, & arma injunctum sit, & perpetuo servandi hanc voluntatem, Fusar. *de subst. q. 384. n. 9.* Anton. de Luca
de lin. leg. art. 13. n. 23. vers. quando. 6

Rursus in casu, quo Thomas, & sui descendentes reputati essent indigni ad succeden. tunc admisit ad fideicommissum Testator alios substitutos supra nominatos eodem ordine, & gradu substitutionum superius ordinatarum. Quod convincit, voluntatem Testatoris semper fuisse admittendi substitutos etiam post mortem Thomæ, & suorum descendentium: Voluntas nanque Testatoris qualis fuerit in casu obitus, recte declaratur ab isto casu privationis ex capite indignitatis, Redenasch. *conf. 8. n. 9.* Surd. *dec. 84. n. 1. dec. 269. n. 11. p. 15. rec.* 7

Item in secunda substitutione, qua Testator post Thomam vocat Alemannum, mentionem facit de tota linea masculina Thomæ. Ex qua expressione recte infertur, quod substitutio sequens non est restricta ad Thomam, sed complectitur omnes descendentes ejus lineæ, quandocunque ultimus decesserit sine filiis, Peregr. *conf. 56. n. 2. lib. 4. et* 8
de fideic. art. 29. n. 41. Decian. *conf. 84. n. 26 lib. 3.* Andreol. *contr. 86.* Priol. *dec. 344. n. 14. vers. dispositio decis. 280. n. 19. et 20. p. 19.*

Adstipulantur pariter urgentissimæ conjecturæ. Prima desumitur ex conservatione agnationis desumpta ab onere cunctis vocatis apposito assumendi cognomen, & arma familiæ Testatoris cum pœna caducitatis in casu inobservantiæ, quæ conjectura efficax est pro inducendo recessu a consilio Oldradi, Cels. *dec. 228. n. 7. et dec. 433. n. 15. et dec.* 9
684. n. 5. Caril. *dec. 2. n. 1. et seqq.* Merlin. *dec. 83. n. 9. et 16. dec. 95. n. 18. et 19. part. 11. rec. dec. 481. n. 14. p. 18.*

Secunda elicitur ex digressu ad plures gradus substitutionum inter se independentes, Ancharan. *conf. 74.* Add. *ad dec. 632. n. 35. p. 4. to. 3. dec. 40. n. 2. et 3. p. 5. rec. dec. 315.* 10
n. 4. et 329. n. 15. Ludov. *et in Rom. fideicom. de Ursinis 7. Febr. 1681. §. Accedit digressus*, cor. bon. me. Albergato; Et digressum istum importare passivum gravamen restitutionis in filiis, & descendentibus Thomæ erga omnes alios substitutos. Placuit DD. ex verbis testamenti supra ponderatis. Maxime quia nedum descendentes Thomæ sunt positi in conditione, sed expresse vocati, ut clare patet ex testamento, qua vocatione activa stante facilius inducitur passiva, ut advertunt Actolin. *resol. 106. n. 7.* Cavaler. *de-* 11
cis. 454. n. 9. Othob. *dec. 113. n. 7. et seq.*

Atque hinc non solum non contrariantur Palma Nepos *alleg. 90. n. 46.* de Luc. *de fideicom. disc. 83. per tot.* Rot. *dec. 486. n. 20. p. 1. rec.* & Adden. *ad dec. 632. n. 35. ad 52. part. 4. tom. 3.* & alii allegati pro exclusione fideicommissi; imo potius comprobant hanc conjecturam, ubi concurrit vocatio activa positorum in conditione, & quando aliunde ex verbis Testamenti desumitur gravamen in singulis vocatis, ut in præsenti.

Tertia oritur ex inverisimilitudine, quod Testator gravare voluerit potius Thomam proximiorem, & magis dilectum, quam remotiores, & minus dilectos, ac incognitos, cum tamen omnes essent æqualiter vocati, Actolin. *res. 106. n. 19. dec. 113. a n. 12. ad 14.* Othob. *et decis.* 12
361. n. 12. p. 1. rec.

Quarta resultat ex perpetuo onere cunctis injuncto mittendi cereum ad associandum Corpus D. N. Jesu Christi, quod perpetuum legatum inducit perpetuum fideicommissum, imo reciprocum, Bart. *in l. annua §. Avia ff. de annu.* 13
legatis Anchar. *conf. 27. n. 7.* Parif. *conf. 30. n. 3. dec. 608. n. 4.* cor. Bichio *cum ibi alleg.* & in terminis perpetui luminarii dictum fuit *in dec. 481. n. 21. p. 18.*

Neque obstat *dec. 95.* post Fenzon. *ad stat. Urbis §. Nam* 14
ad 1. quia non concurrebant aliæ conjecturæ comprobantes fideicommissum, ut in hoc casu, quibus stantibus, etiam 15
dicta decisio admittit hanc conjecturam *§. Non obstat.*

Quinta conjectura emergit ex prohibitione alienationis, & de-

16 & detractionis cujuscunque quartæ, ut ad rem considerant Othob. *dec.* 113. *n.* 16. & 21. *dec.* 163. *n.* 10. *p.* 10. *rec.*

Ultima demum est perpetua feminarum exclusio ac ma-
17 sculorum vocatio, ut habetur *in dec.* 344. *n.* 16. cor. Priol, & *dec.* 142. *n.* 44. & 45. *p.* 10. *rec.*

Exinde etiam irrelevantes cognoverunt Domini oppositiones contra has conjecturas, quia licet illa seorsim sumptas, quandoque Rota reprobaverit; tamen simul junctas (prout ita sumendæ sunt in hoc dubio) concludere fi-
18 deicommissum pluries dixit, ut habetur apud Ludov. *decis.* 315. *n.* 9. Othob. *dec.* 138. *n.* 8. Priol. *dec.* 344. *n.* 19. Merlin. *dec.* 83. *n.* 21. Ubi in specie respondetur *dec.* 486. *part.* 1. *rec.* quæ communiter allegatur pro exclusione fideicommissi, & *dec.* 142. *n.* 40. *p.* 10.

Posita fideicommissi existentia DD. responderunt ad illud non esse vocatum Baronem de Maligeai, quamvis descendentem ex linea Guilielmi senioris de Panisse; quia Alemannus fideicommittens, postquam defectæ essent substitutiones Thomæ primi instituti, & Alemanni secundo loco substituti, non vocaverit simpliciter Guilielmum seniorem cum sua linea, sed ulterius tertio loco substituit secundogenitum Guilielmi his verbis: *il detto caso succedendo sostituisce il detto Signor Testatore il secondo figlio maschio naturale, e legitimo di Guglielmo di Panisse suo nipote, et il primogenito figlio maschio legitimo, e naturale, et altri primogeniti naturali, e legitimi descendenti dal detto secondo figlio maschio naturale, e legitimo del detto Guglielmo di Panisse*; Item in defectu secundogeniti, & descendentium ab eo, quarto loco substitutionem fecit de tertiogenito cum sua descendentia, & præter has substitutiones de secundo, & tertiogenito Guilielmi senioris, nullæ aliæ leguntur in ipsius linea. Quare cum Baro non descendat a secundogenito, nec tertiogenito Guilielmi vocatis cum suis descendentiis, sed a primogenito Guilielmi non vocato, eidem obstat vulgata Regula, *substitutio de te non loquitur*, de
19 qua apud Joan. Andr. *in addit. ad specul.* §. 1. *vers. occurrit in fin.* Fusar. *cons.* 39. *art.* 39. Altogr. *cons.* 48. *n.* 1. *libr.* 1. *dec.* 433. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 281. *n.* 47. Ludov. *dec.* 433. *n.* 2. *dec.* 378. *n.* 2. *p.* 13. *dec.* 238. *n.* 3. *p.* 15.

Et non solum Baro de Maligeai vocatus non est, quinimo exclusus, si non expresse, saltem tacite ex eo, quia secundogeniti expressa vocatio secum fert primi exclusio-
20 nem, Bald. *in l.* 2. §. *sed viden. n.* 2. *ff. ad Tertul.* Ripa *in rubrica C. de* 2. *nupt. n.* 12. Castil. *contr. lib.* 5. *c.* 178. *n.* 15. *versic. ut eo ipso et c.* 181. *n.* 8. *et* 9. Mans. *consult.* 126. *n.* 25. *vers. Et pulcherrima est doctrina dec.* 309. *n.* 7. *p.* 13. sicut unius lineæ vocatio importat alterius exclusionem, Roxas *de in-*
21 *compatibili*, *p.* 1. *c.* 6. *n.* 12. neque descendentes unius lineæ dicuntur descendentes ab alia, idem Roxa *d. c.* 6. *num.*
22 167. Et quamvis unus frater descendat ex eodem latere patris, tamen non dicitur de linea alterius fratris, Giurb.
23 *ad consuetud. Messan. c.* 13. *gloss.* 3. *p.* 1. *num.* 7. Capon. *disc.* 237. *n.* 39. *in fin.*

Confirmat prædicta patens Testatoris animus voluntatis excludere primogenitum Guilielmi, quia dum in aliis substitutionibus literaliter vocavit primogenitos aliarum, in linea vero Guilielmi tantum vocavit secundogenitum, & tertiogenitum, patet fideicommittentem distinxisse vocationem secundogeniti a primogenito; Et dum in hac substitutione nullam de primogenito mentionem facit, quem præ oculis habebat, utique noluisse eum vocare dicendum est, cum faciliter exprimere potuisset. Ex quo discretivo modo loquendi recte arguitur Testatoris voluntas *l. unic.* §. *sin autem C. de caduc. tollen.* Castil. *contr. jur. tom.* 6. *c.* 181.
24 *sub n.* 8. Rot. *dec.* 267. *n.* 13. *p.* 17. *d.* 20. *n.* 15. *et* 16. *et d.* 122. *n.* 8. *p.* 19. *rec. et in Romana, seu Florent. fideic.* §. *Alterum*, cor. Rondinino.

Corroboratur ista Testatoris voluntas ex validissima ratione, quæ ipsum ad sic disponen. induxit. Quia Guilielmus senior erat primogen. de domo, & familia de Panisse, & successurus in pingui primog. ejusdem, quæ post ejus mortem erat transitura ad suum primogenitum, & suos descendentes; Ideo ne bona fideicommittentis confunderentur cum bonis alterius primogenituræ de domo de Panisse, consulto voluit providere de pingui primogenitura novissime ab eo erecta secundogenitum, & descendentes ab isto, & in defectum horum, tertiogenitum &c. sicque Testator non respexit hujusmodi majoratuum personalem incompatibilitatem, quæ sola non sufficit pro exclusione descendentium a primogenito, juxta distinctionem Roxas *de incompatibili*
25 *p.* 7. *c.* 6. *n.* 35. *ad* 48. sed apposuit realem, & linealem, eo quia providit lineam totaliter diversam a linea primogeniti abunde provisa de pingui primogenitura de Panisse, in quibus terminis incompatibilitas est linealis, & realis, Roxas
de incompatib. p. 1. *c.* 8. *n.* 33. *et* 35. *p.* 7. *c.* 6. *a n.* 50. *ad* 53. Castil. *contr. lib.* 5. *c.* 178. *n.* 15. *et c.* 181. *n.* 8. *et* 9. *tom.* 6. Alciat. *resp.* 101. *in fin. lib.* 9. *vers. non obstat* Menoch. *cons.* 97. *lib.* 1. 26

Quapropter cum Baro descendat a linea primogeniti ex-
clusa, non juvatur hac substitutione facta secundogenito, 27
Fabr. *in C. lib.* 6. *t.* 19. *def.* 24. *per tot.* Matt. *consil.* 199. *n.* 33. Spad. *cons.* 243. *n.* 14. *lib.* 3. Capon. *discept.* 237. *a n.* 30. *ad* 39. *d.* 309. *n.* 6. *et* 7. *p.* 13. Decian. *cons.* 2. *a n.* 31. Rot. *in Avenion. fideic.* cor. R. P. D. Rondin. *impressa p.* 19. *in ordine la* 304. *n.* 3. & confirmata 17. *April.* 1679. §. *siquidem*, cor. eod.

Sicque etiam consideratur, ac si non existeret, cum solum inspiciatur, an sit in linea vocata, Menoch. *consil.* 97. *n.* 59. Bardellon. *cons.* 95. *n.* 19. Hodiern. *contr.* 33. *n.* 3.
Bero *cons.* 120. *n.* 46. *lib.* 2. *d. dec.* 309. *n.* 6. in qua fuit recessum *a dec.* 309. *p.* 13. 28

Neque Baronis vocationem desumi posse Domini censuerunt, eo quia in substitutione controversa fideicommittens vocaverit secundogenitum nomine appellativo, non nomine proprio, ac per consequens videatur vocasse quemlibet, qui in linea Guilielmi erit secundogenitus, sive talis esset naturalis, sive civiliter, idest repræsentans gradum secundogeniti, qualis reperitur Baro, sicque admitti de-
beat ad fideicommissum, ex traditis per Alciat. *resp.* 590. *n.* 29
4. Mieres *de majorat. p.* 2. *q.* 6. *n.* 40. Menoch. *consil.* 269. *n.* 24. *lib.* 3. Bich. *dec.* 602. *n.* 4. *dec.* 395. *n.* 2. *p.* 4. *divers.*

Placuit quippe responderi, vocationem secundogeniti nomine appellativo potius confirmare exclusionem primi,
& descendentium ab isto, & manifestam facere voluntatem 30
fideicommittentis contemplantis lineam secundogeniti, ejusque descendentes, ac volentis ordine successionis incipere ab ista linea & gradu, ad exclusionem lineæ primogeniti, Roxas *d. c.* 8. *a n.* 39. *ad* 48.

Minus refragatur, quod substitutio collata sit in tempus
remotissimum, quo probabiliter Testator credere potuerat, 31
secundogenitum immediatum Guilielmi non vivere, ac proinde ne elusoria reddatur dispositio, substitutio accipienda sit pro illo, qui in linea Guilielmi erit secundogenitus. Quia observarunt DD. huic casui providisse Testatorem, vocando descendentes a secundogenito, & ulterius tertiogenitum, & suos descendentes, & his defectis alios gradus substitutionum fecit. Et hæc conjectura fallax est, &
reprobatur *in dec.* 648. *n.* 24. cor. Dunoz. jun. *et in dec.* 507. 32
n. 14. *p.* 2. *rec.* Ultra quod non dixit Testator secundogenitum, qui tunc erit, ut ponderat Mier. *de major. p.* 2. *q.* 6. *n.* 40.

Reliquas vero conjecturas levis ponderis pariter DD. existimarunt in præsenti casu, in quo non versamur in extendendo substitutionem ad ulteriores gradus procedentes a personis vocatis, in quibus terminis illas considerant DD.
in contrarium allegati, sed prætenditur extensio lineæ vo- 33
catæ ad lineam non vocatam, quod in primogenituris, quæ sunt stricti juris, & quæ strictam recipiunt interpretationem, non admittitur *l. quæ conditio ff. de condit. et demonstr.* Decian. *cons.* 2. *n.* 51. *lib.* 2. Menoch. 442. *n.* 12. de Luc. *de fideic. disc.* 15. *n.* 38. Bardellon. *cons.* 95. *n.* 17. [illegible]eph. *cons.* 107. *n.* 18. *et* 19. de Luc. *de Ling. l. art.* 13. *dub.* 17. *dec.* 172. *n.* 7. *p.* 14.

Et cum adsit expressa Testatoris voluntas admittendi ad fideicommissum lineam secundogeniti cum reali exclusione primi, & ejus descendentium ex supra ponderatis, non est æquivocis conjecturis immorandum, quia hæc voluntas facit ordinem succedendi *l. pater* §. *filiæ, et* §. *a te peto ff.*
de l. 2. *l. generaliter a. quid ergo ff. de fid. libert. l. Nec enim* 34
ff. de solut. cum aliis per Roxam *d. p.* 1. *c.* 8. *n.* 31. *et n.* 45. *et* 46. & hac stante, non esse recurrendum ad conjecturas, dixit Faber (in simili casu de vocatione secundogeniti ad exclusionem primi) *in C. lib.* 6. *tit.* 9. *definit.* 24. *in fin.*

Eoque minus extincta linea secundogeniti, & tertiogeniti, valet prætendere Baro esse vocatum, saltem eo quia,
defectis his gradibus, fiat retrogradatio ad lineam primo- 35
geniti, ad Text. *in l. cum ita* 32. §. *in fideic. ff. de l.* 2.

Siquidem quamplures occurrunt responsiones; tum quia vocatio secundogeniti nomine appellativo, & non nomine proprio manifeste excludit retrogradationem, &, illo defuncto, & deficientibus descendentibus, successio non defertur ad primogeniti lineam, quæ, ut diximus, nedum non est vocata, sed realiter exclusa; sed transit ad tertioge-
nitum, & alios substitutos, *c. licet* 6. *circa fin. de voto, et* 36
voti redemptione Auth. de hered. et falcid. §. *si quis autem v. inordinatum vero circa modum*, Roxas *d. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 38. *et p.* 7. *cap.* 6. *n.* 50. *et* 53. Castillus *controv. cap.* 181. *num.* 34. *et* 35. Quidquid esset, si secundogenitus esset vocatus nomi-

nomine proprio; quo casu talis expressio importaret prædilectionem personæ secundogeniti, & in istius defectum
37 reverteretur successio ad primogeniti lineam, Roxas *d. c.8.n.42. & 48.* Castill.*contr. lib. 3.c.15.n.26.*

Tum etiam quia, ubi etiam esset plurium de familia collectiva vocatio, & aliquorum expressio, si in defectum expresse vocatorum subsequitur alia substitutio, tunc fideicommissum non revertitur ad generice nominatos in defectum specifice vocatorum, ut habe-
38 tur ex Text. *in l. cum ita §. in fideicommisso*, ibi -- *Nisi specialiter defectus ad ulteriores voluntatem suam extenderit*, ubi Baldus *n.3. vers. tertia quæstio.*

Tum demum, quia resistit huic retrogradationi Testatoris voluntas desumpta ex discretivo modo loquendi, quo usus fuit, quando voluit redire ad lineam Claudii, a qua semel digressus fuerat; tunc nanque facere non ignoravit, specifice vocando secundogenitum Claudii, quem prius in secunda substitutione prætermiserat, quare cum, extinctis secundogenito, & tertiogenito lineæ Guilielmi, fideicommittens non redierit ad primogenitum, ubique ipsum excludere voluit, Faber. *in Codic.*
39 *lib. 6. t. 19. de verb. signif. def. 24. circa finem vers. Nam ex verbis*, & comprobant Castill. *contr. c. 81. n. 8. tom. 6,* de Luca *in linea legali art. 13. n. 13. & 15.*

Similiter non potest Baro de Maligeai dici comprehensus in parte conditionali, ibi -- *E caso che detto Nobile Guglielmo de Panisse non avesse alcuni figli maschi, ò morisse senza alcuni figli maschi capaci à succedere, all'hora la detta sostituzione venga &c.* Quoniam in hac parte Testamenti Testator non posuit in conditione simpliciter filios Guilielmi, sed adjecit ibi -- *Capaci à succedere*, per quam significare voluit animum suum admittendi ad successionem capaces, idem expresse vocatos, & sic verbum *Capaci* declarat Mierez *de Majorat. p. 2. q. 4. n. 334.*
40 Ultra quod, ad hoc ut in parte conditionali comprehendantur aliæ personæ diversæ a dispositive vocatis, verba debent magis late patere in parte conditionali, alias censentur eædem personæ repetitæ in parte conditionali, quæ erant in parte dispositiva, Cephal. *cons. 107. n. 5.* Cerrus *dec. 956. n. 6. dec. 232. n. 30. vers. Tum quia & seqq. p. 19.*

Constito itaque ex prædictis fideicommissum existere,
41 & continuare in aliis sequentibus substitutionibus, ac justificata exclusione Baronis, & quod nullus alius compareat comprehensus in reliquis substitutionibus, clare visa fuit DD. vocatio Caroli positi in ultima substitutione tanquam descendentis a secundogenito Claudii, ut
42 abunde justificatum fuit, ac per consequens ipsi debetur immissio *ex l. C. de edict. Div. Adr. tollen.* Rota *dec. 49. n. 7. & dec. 378. n. 1.* coram Card. Cerro.

Et ita, Marchionissa, & Paulo Dominico de Seguin, ac Barone Petro Francisco, & Carolo de Panisse acriter informantibus, resolutum fuit &c.

R. P. D. PRIOLO:

Carpentoraten. Hæreditatis seu Fideicommissi.

Ven. 24. Novembris 1690.

ARGUMENTUM.

Exclusio descendentium secundogeniti subingressi in locum primogeniti in secundogenitura ex traditis in alia decisione affirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Reus dicitur in ejus exceptione Actor, illamque consequenter probare tenetur.*
2 *In qualitatibus, quæ habilitatem personæ respiciunt, attendendum est tempus, quo successio defertur.*
3 *Ut descendentes ex secundogenito vocati jus irrevocabiliter acquirant, sufficit, quod eorum pater per temporis momentum secundogenitus extiterit, adeo ut per successivum ascensum ad gradum primogeniti minime remaneant præjudicati.*
4 *Declara, ut vera sit conclusio, si Testator secundogenitum nomine proprio nominaverit; secus in nomine appellativo, cum tunc non sufficiat, quod extiterit secundogenitus ante apertam successionem, sed exigitur, quod talis sit de tempore purificatæ conditionis, & n. 5. & 6.*
7 *Nemo dat quod non habet.*
8 *Linea incœpta de tempore incapacitatis, ipsa quoque incapax efficitur, & n. 9.*
10 Castr. cons. 164. lib. 2. n. 5.
11 Seraph. dec. 145. n. 2. *in quo casu loquantur.*
12 *Declaratur* Rot. in Bononien. primogenituræ 16. Jan. 1675. coram Bourlemont.

DECISIO LX.

JAM proposita Causa coram me die 13. Junii proxime præteriti sub dubio, *An sententia Rotalis R. P. D. mei Molines sit confirmanda, vel infirmanda*, DD. crediderunt substitutionem, de qua est quæstio, ab Alemanno factam secundogenito Guilielmi esse civiliter, & non naturaliter interpretandam; atque ideo pro confirmatione responderunt. Attamen in hoc præsenti juris articulo, in quo eadem persona nempe Guilielmus junior qualitatem primogeniti repræsentat, & capacitatem, incapacitatemque succedendi tenet, nil facilius, quam, omissa temporum distinctione, plura scribere, sed in hodierna causæ repropositione illam DD. præ oculis habentes in decisis perstiterunt.

Contra primam partem decisionis, hoc est, quod Alemannus in tertia substitutione vocando secundogenitum Guilielmi illum non taxative, & personaliter contemplaverit, sed gradum potius elegerit, ideoque talis substitutio sit civiliter, & non naturaliter intelligenda; iterum multis, sed inefficacibus, insurrexerunt argumentis scribentes pro Barone Petro Francisco.

Et primum desumunt ab ipsa decisione R. P. D. mei Molines §. *Si quidem*, ubi prætendunt, quod cubitalibus verbis firmatum sit, Alemannum respexisse taxative ad certam, & determinatam personam secundo loco nati, & quod tantum resolutio fundetur in æquivoco, nempe, quod Guilielmus junior esset primogenitus. Sed hoc minime subsistit; dicit enim (& sunt ipsamet verba decisionis) *substituisse restrictive personam certam, nimirum filium secundogenitum*; sed cum his verbis bene convenit nostra decisio; nam persona certa ex certa verificari potest in quocunque secundogenito Guilielmi, sive Guilielmus sit talis, sive alius, & ita dispositio Testatoris etiam secundum sensum R. P. D. mei Molines est civiliter interpretanda.

Secundo, repetunt illam facti circumstantiam, quod Guilielmus senior haberet de tempore conditi Testamenti per Alemannum quinque filios, quodque ex aliorum præteritione desumenda sit prædilectio Guilielmi junioris ex propria persona, non autem uti secundogeniti. Sed cum hoc factum probare minime potuerint defensores Baronis Petri Francisci, nisi ex solo primo Testamento matris condito de anno 1551. tale onus transfundere curarunt in adversarium tanquam hoc asserentem. Verum nimis patet, quod talis assertio sit fundamentum intentionis Baronis Petri Francisci in hac exceptione actoris, quodque ad eundem spectat suam intentionem probare, ad Text. *in l. qui accusare C. de edend. l. actor. C. de probat. & l. fin. ff. de rei vendic.* Sufficit enim D. Carolo illam negando destruere, & ulterius, ut deficientiam quoquo modo demonstret, adducit alterum matris Testamentum, in quo de tribus tantum filiis mentionem facit hodierno *Summario n. 4.* 1

Tertio, ad ostendendam personarum prædilectionem, quam semper Alemannus in mente habuit, considerant primam ipsius institutionem, & substitutionem, in qua cum septem ex Alexia sorore nepotes haberet, quatuor tantum, & per saltus vocavit. Hoc tamen gratis dicitur; ex nulla enim verborum conceptione prædilectio desumitur, & potius argumentum retorqueri posset, si opus esset. Nam certum est, quod Alemannus absque ulla confusione potuisset vocare nepotes per gradus nativitatis, scilicet, denominando Thomam quartogenitum, alterum sextogenitum &c. sed quia in illo casu vere prædilexit personas, illos expresse nominavit, ut citra dubium mutationis succedere possent.

Facilius demum corruit dilemma, quod indissolubile creditur, quod nempe, aut Alemannus in tertia substitutione respexit taxative ad secundogenitum existentem de tempore Testamenti, & talis est Guilielmus junior; aut vero respexit ad secundogenitum civilem existentem de tempore delatæ successionis, & talis est alter Baro Petrus Franciscus: Neutrum tamen subsistit; non primum, quia jam firmatum est, quod talis substitutio civiliter, & non naturaliter est intelligenda; non secundum, quia Ale-

mannus vocavit secundogenitum Guilielmi, & ejus descendentes primogenitos, non quoscunque secundogenitos in linea Guilielmi.

Firmato itaque ex noviter deductis, atque etiam ex authoritatibus in decisione, quæ revidetur, jam allegatis, nec amplius repetendis, quod talis substitutio sit civiliter accipienda, fideicommissum erat purificandum favore illius, qui tempore delatæ successionis erat secundogenitus, vel illius lineæ tanquam fideicommissum conditionale; in qualitatibus enim, quæ habilitatem personæ respi-
2 ciunt, attendendum est tempus, quo successio defertur, quia non prius oportet de conditione cujusque quærere, quod ad eum hæreditas, vel legatum pertineat *leg. post consanguineam §. proximum ff. de suis, et leg. her. l. 1. ff. unde leg. si non oportet ff. ad leg. 1. l. sed et si l. 10. §. esse art. et §. pen. ff. de leg. præst.*

3 Agnoscentes tandem hanc veritatem ex adverso scribentes modo tota vi probare contendunt, quod Guilielmus junior, etiamsi per solum momentum extitisset in gradu secundogeniti de tempore apertæ substitutionis, sibi fuisque acquisivisset incommutabiliter saltem jus habituale, & jus in spe, de quo expoliari minime potuit, etiam per ascensum ad gradum primogeniti, quodque illis sufficiat ostendere talem fuisse Guilielmum juniorem, & talem modo esse Baronem Petrum Franciscum, & hanc opinionem tuentur tribus authoritatibus, nempe Castr. *consil.* 164. *n.* 5. *vers. Ad secundum* Dec. Seraph. 145. *n.* 2. *versic. ideo sufficit, in Bononien. primog.* 16. *Januar.* 1675. coram Bourlemont §. *Nec subsistit*, quas magistrales vocant, & utique tales sunt, sed non in sensu partis.

Hæc propositio nimis generalis est, & indiget distinctione, ut bene intelligatur, & casui nostro adaptari possit. Jus habituale quod prætenditur acquisitum per Guilielmum in ipso momento aperti Testamenti potest esse certum, & invariabile, nec non incertum, & variabile. Si
4 tale jus esset certum, & invariabile, hoc est, si fuisset vocatus expresse ex propria persona, bene utique dixissent, quod satis esset, Guilielmum illud per unicum etiam temporis momentum acquisivisse, ut modo illius descendentes succedere possent. Sed tale jus incertum est, & variabile relictum nempe secundogenito, & ita non minus Guilielmo, si in tali gradu permansisset, & filios procreasset, quam alteri, qui illi in tali gradu *successisset*. Cum autem tale jus sit incertum, non sufficit, quod a principio Guilielmus illud acquisiverit, sed necesse est, quod conditio adimpleatur etiam de tempore delatæ successionis, hoc est, quod Baro Petrus Franciscus dici valeat primogenitus ex linea secundogeniti Guilielmi, alias jus habituale, & jus in re conjungi non possent, stante hoc medio impedimento non adimpletæ conditionis.

Hanc materiam doctissime examinat Roxas *de incompatibilitate p.* 1. *c.* 4. *per tot.* & quamvis casus sit diversus, & agatur, an legitimatus per subsequens ætate major præferendus sit in majoratu filio legitimo? Ratio tamen, quam considerare debemus, est eadem; firmat enim quod ideo filius legitimus nunquam potuit jus certum, & invariabile ad majoratum sibi acquirere, quia existebat filius na-
5 turalis in potentia, & possibilitate legitimandi, & tanquam legitimatus fieri capax successionis, a qua sola possibilitate remanebat conclusus legitimus, & attendendum erat tempus delatæ successionis.

Præterea hæc opinio duobus exemplis ab eodem Roxas notabiliter augetur, & explicatur. Primum est, ut duo disjuncta extrema inter se conjungantur, necessarium est
6 medium, Sicut ad conjungendas fluminis ripas necesse est, quod pons intermedius existat, Secundo supponit plures in stadio currentes, & quod unus cæteris omnibus præcedat: si iste postea in cursu deficiat, & ab altero ad metam perveniatur, huic, & non illi, bravium debetur, & nihil consideratur illa præcedentia, quæ usque ad finem cursus durare minime potuit. Ut ista casui nostro applicemus, jus habituale incertum est quid distinctum a jure reali, & ut inter se conjungantur necesse est, quod adimpleatur conditio per Testatorem desiderata, neque satis est, quod a principio tantum, hoc est de tempore aperti Testamenti valeat dicere, quod Guilielmus fuerit secundogenitus, sed oportet, quod duret usque in finem, & quod etiam de tempore delatæ successionis dicatur, quod Baro Petrus Franciscus sit primogenitus ex secundogenito Guilielmi senioris, quod cum non verificetur, neque ista duo extrema conjungi possunt, neque prodest solum principium, & substitutio corruit.

Non solum ex persona Guilielmi, sed neque per se, & independenter rationem ullam succedendi prætendere potest Baro Petrus Franciscus, non enim est de vocatis tanquam natus ex primogenito, quod est alterum partis suppositum, Guilielmus nanque antequam filios procrearet factus primogenitus amiserat jus illud habitua- 7
le, quod uti secundogenitus habebat, amissumque non erit amplius transmissibile in filios postea natos, quia nemo dat quod non habet; nec nunquam majus jus esse potest in transmissario, quam in transmittente, ad Textum in *l. traditio ff. de acquirend. rer. domin.* Men. *consil.* 954. *n.* 16. Aldobr. *consil.* 3. *sub n.* 57. *lib.* 1. Noal. *de transm. cons.* 8. *n.* 179.

Præterquam quod hæc juris regula vulgata sit, eam optima firmat Valasquez de Avendan. *ad l.* 40. *gl.* 4. *in princ.* 8
ubi distinguit lineam procreatam in gradu capacitatis, & ait, quod, deficiente conditione requisita, tunc incipit incapacitas, ac incapacem reddit lineam post talem incapacitatem inceptam, Quod mirifice facit ad casum nostrum: quia verum est, quod Guilielmus fuit capax fideicommissi Alemanni usque dum fuit secundogenitus, sed postea factus primogenitus, deficiente conditione ab Alemanno demandata, factus est incapax, & cum in tali incapacitate cœperit filios procreare, ipse & ejus linea incapaces effecti sunt, ut præter Avendanen. bene comprobat Castill. *controv. jur. lib.* 19. *n.* 10. Molin. *de primog. Hispan. q.* 13. *n.* 20.

Latrea quoque *Dec. Granat.* 51. *num.* 24. hoc firmat pulcherrimo exemplo; Ait enim quod succisa vena deficit cursus, ita incapacitas semel læsa semper remanet talis ad omnes actus, qui post læsionem ab ea profici possunt; imo posset etiam dici, quod succisa vena neque cursus in- 9
cœpit post sectionem in parte inferiori, quia secundum ejusdem Latreæ sensum non videtur aliquod jus ademptum illis de linea, sed potius non datum.

Ecce igitur quomodo Roxas, & Valasquez de Avandan. cæterique DD. supradeducti conveniunt cum sententia in præcedenti nostra decisione firmata, quod nempe in fideicommissis conditionalibus attendendum est tempus delatæ successionis, & omnes ad unum eundemque finem tendere videmur tantum per diversos tramites longiores, seu breviores.

Hac retenta ratiocinandi methodo, quam alienæ sint a præsenti quæstione authoritates ex adverso deductæ, facile dignoscitur.

Inter tres allegatas, prima est Castrensis *cons.* 164. *lib.* 12. *n.* 5. *vers. ad secundum*; ibi enim dicitur, quod secundogenitus, quamvis proximior defuncto, non poterat succedere in primogenituram, quia extabat descendens pri- 10
mogeniti; Hæc sola facti species demonstrat, quod diversus sit casus iste a nostro; potissima enim hujus & præteritæ decisionis ratio consistit in eo, quod Guilielmus junior transivit de gradu secundogeniti ad gradum primogeniti non relictis liberis, in quibus radicari posset jus habituale.

Secunda est decisio Seraph. 145. *num.* 2. *vers. ideo sufficit*, ubi agitur de proximiori defuncto, quæ qualitas pro- 11
ximitatis tanquam invariabilis non est cum nostra variabili comparanda: imo retorqueri posset; nam eadem decisio in principio firmat pro regula, quod in fideicommissis conditionalibus attendi debeat tempus evenientis conditionis; postea limitando regulam ponit casum proximitatis, quæ tanquam invariabilis consideranda est tempore mortis Testatoris. Si ergo exceptio firmat regulam in contrarium, dicendum est, quod in casu nostro ex eadem auctoritate regula sit attendenda.

Minus demum accommodatur tertia, quæ est decisio *Bonon. Primog.* coram Bourlemont §. *Nec subsistit*, existebat enim Sebastianus, ut videre est, filius Catharinæ 12
in gradu capacitatis procreatus, hoc est in gradu primogenituræ, quæ erat qualitas a Testatore desiderata, & in quem moriendo ipsa transmiserat jus habituale seu in spe, quod tenebat; nam semper Sebastianus dici poterat primogenitus ex primogenita.

Eodem incapacitatis defectu utique laboraret Carolus, nisi sublata remaneret ex claris verbis ipsius Testamenti; postquam enim in secunda substitutione vocaverat Alemannum primogenitum Claudii, in quarta vocavit lineam secundogeniti ipsiusmet Claudii; ex quo enim Testator ita disposuit prævidit mortem Alemanni primogeniti, ac in tali casu secundogenitus meriendus est a primo, & per consequens Franciscus, qui in arbore occupat primum locum

eum post Alemannum, dicendus est secundogenitus, & ejus descendentes ex linea secundogeniti.

Postquam DD. visum est fideicommissum purificatum ad favorem Caroli, extra quæstionem remansit, an esset locus retrogradationi, vel potius bona evasissent libera, quæ ab utraque parte opponebantur, de quibus nihil in præsenti.

Nulla pariter responsione vindicantur authoritates pro D. Carolo allegatæ, & in præcedenti decisione contentæ; nam satis est, quod illas unusquisque sano oculo prælegat & consideret, in quem sensum citatæ existant.

R. P. D. PRIOLO.

Carpentoraten. hæreditatis seu Fideicommissi.

Ven. 23. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Magistralis est decisio aliarum confirmatoria super articulo, an descendentes secundogeniti Jus irrevocabiliter acquirant in secundogenitura, adeo ut pater per ingressum in locum primogeniti eis præjudicium inferre non possit.

SUMMARIUM.

1 *Vocati ad fideicommissum, si non compareant, præsumuntur defecti.*

2 *Ei, cujus favore facta non fuit vocatio, obstat exceptio*, substitutio de re non loquitur.

3 *Secundonatus per prædecessum primi efficitur primogenitus.*

4 *Testator substituendo descendentes secundogeniti statim ex existentia istius illi acquirunt jus, adeo ut pater si secundogeniti qualitatem perdere voluerit, ipsis nequeat prajudicium inferre, declara, ut n. 7. 8. 9. & 10.*

5 *Testator substituendo secundogenitum & illius descendentes, ut isti jus acquisivisse dicantur, exigitur quod de tempore aperta successionis qualitas volita a Testatore reperiatur.*

11 *Testator si vocaverit secundogenitum legitimum & naturalem, non dicitur, se restrinxisse ad secundogenitum tunc existentem, & n. 13.*

12 *Vocatio secundogeniti facta nomine appellativo admittit secundogenitum civiliter, non autem naturaliter, si Testatori secundogenitus esset cognitus, & attamen nomine proprio non nominaverit.*

14 *Apud Gallos idem est secundogenitus ac secundonatus.*

15 *Usus loquendi prævalet cuicunque naturali, & propria verborum significationi.*

16 *Hæres spernendo onus assumendi cognomen & arma Testatoris abdicat a se commodum hereditatis.*

17 *Limitatur, si actus fuerint expleti ante acquisitionem emolumenti.*

18 *Quod sint alienata bona fideicommisso obnoxia, nequit allegare ille, qui non est vocatus.*

DECISIO LXI.

PRæviis duabus decisionibus editis coram R. P. D. meo Molines, quarum vigore prodiit sententia Rotalis, adeo solide firmatum fuit, Alemannum de Passis inter plures substitutionum gradus vocasse ad proprium fideicommissum immediatum secundogenitum Guilielmi senioris, ejusque descendentes primogenitos, ut scribentes pro Barone Petro Francisco agnoscentes forsan earundem decisionum fundamenta non ita de facili everti posse, conati fuerint ad proprium commodum interpretari, & accommodare: Quapropter melius justificata arbore familiæ de Panisses, ostendere satagebant ex superexistentia Gabrielis ulterius filii primogeniti Guilielmi senioris tunc existentis de tempore Testamenti, & obitus ipsius Alemanni Guilielmum juniorem tunc fuisse secundogenitum; ideoque juxta sensum decisionum supradictarum exinde inferebant, claram reddi vocationem Baronis Petri Francisci uti descendentis ex Guilielmo tunc secundogenito. Quocirca, cum in gradu appellationis post expeditam causam super manutentione favore Marchionissæ Tertullæ iterum coram me, dubitatum fuerit de viribus sententiæ Rotalis, DD. non obstantibus exceptionibus de novo deductis, pro illius confirmatione responderunt.

Siquidem ex lectura ipsius Testamenti noviter perpensi constare visum fuit de vocatione Caroli actoris; Nam cum Alemannus Testator post defectas lineas Thomæ, & Alemanni substituerit secundogenitum Guilielmi senioris, ejusque primogenitos, illisque deficientibus, successive invitaverit secundogenitum Claudii, ejusque primogenitos in infinitum; dum igitur ex prædictis lineis ita honoratis modo non superest nisi Carolus descendens ex secundogenito Claudii, merito eidem concessa fuit immissio ad bona hujus fideicommissi, cum cæteri alii ante ipsum vocati, quoties non comparent, præsumantur defecti, Rot. *in recent. decis.* 1
79. n. 12. p. 5. & dec. 458. n. 1. p. 9. & cor. Cels. *dec. 388. n. 2. & seq.*

Nec vocationem Caroli intervertere potuit superexistentia Baronis Petri Francisci; quia cum iste descendat ex Guilielmo juniore primogenito dicti Guilielmi senioris, de quo in Testamento Alemanni, nulla mentio facta fuit, cum non sit de genere vocato, ei obstat vulgata exceptio, *substitutio de re non loquitur*, de qua apud Joann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de testament.* §. 1. 2
versic. occurrit in fine, cum aliis allegatis *in 1 decision. hujus causa 14. Martii 1687. §. posita fideicommissi*, coram R. P. D. meo Molines.

In nihilo relevante, quod de tempore conditi Testamenti ob existentiam Gabrielis alterius fratris, Guilielmus tunc esset secundonatus, itaut per prædecessum Gabrielis, licet civiliter effectus fuerit primogenitus, quia 3
tamen jam præcedenter acquisitum fuerat ejus descendentibus si non jus in re, saltem jus habituale, alioquin certum, & incommutabile, non potuerit Guilielmus pater per hujusmodi voluntarium subingressum eis præjudicare tanquam venientibus ex propria persona, juxta ea, quæ firmat Rota coram Seraphin. *decis. 145. n. 2. cum seqq. & in Bononien. primogenituræ 16. Januarii 1675. §. nec subsistit*, coram R. P. D. Bourlemont.

Quoniam pro remotione hujus objecti DD. ponderabant, quod cum ad successionem hujus fideicommissi vocatus fuerit secundogenitus Guilielmi senioris, & successive substituti ejus descendentes primogeniti, talis profecto non erat Guilielmus junior, qui longe ante apertam purificationem dictæ primogenituræ per obitum Gabrielis jam subingressus fuerat in locum primogeniti civilis; quapropter non solum ipse, sed tota ejus linea, & descendentia, tanquam proveniens a radice infecta, & a persona non vocata, reddita fuit incapax hujus primogenituræ, quæ cum specialem qualitatem exigat, ut ejus successores descendant a secundogenito Guilielmi senioris, illa præcise requiritur de tempore delatæ successionis, vel apertæ substitutionis, ad tradita per Alciat. *consil. 101. n. 9. & seqq. lib. 9.* Valenzuol. *consil. 83. n. 31. lib. 1.* Menoch. *consil. 220. n. 123. & seqq.* 5
Molin. *de primogenit. 1. cap. 5. num. 20.* ubi firmat, id præcipue procedere, quando fideicommissum est perpetuum, & substitutio ordinata in remotum tempus, Rota coram Sanctissimo *decis. 254. n. 1. & sequ.* Bich. *dec. 602. n. 1. cum plurib. seq. & in rec. decis. 346. num. 6. part. 12.*

Eoque clarius in præsenti themate, quia cum Guilielmus junior filios susceperit post obitum Gabrielis fratris primogeniti, & sic de tempore, quo ipse de secundogenito evaserat primogenitus; inde sequitur, ut Baro Petrus Franciscus, ejusque authores minime dici possint descendentes a linea secundogeniti Guilielmi senioris, & proinde sicuti ipsemet Guilielmus tanquam effectus primogenitus de tempore delatæ successionis fuisset exclusus, ita etiam exclusi remanent ejus descendentes, cum in illis, nec incœpta, nec radicata unquam fuerit qualitas descendentiæ a secundogenito præcise a testatore desiderata in successione hujus primogenituræ, Decian. *consil. 7. n. 58. & 60. lib. 1.* Mantic. *de* 6
Conject. lib. 8. t. 10. n. 8. Mastrill. *dec. 266. num. 16.* Mans. *consult. 106. n. 12. cum seqq.* Rota coram Sanctissimo *d. decis. 254. n. 3. & seqq.*

Ex quibus ita præmissis elicitur responsio ad authoritates superius insinuatas a scribentibus pro Barone, ut illæ scilicet procedant, si Guilielmus post susceptos liberos ex propria culpa se reddidisset incapacem successionis, quo fane casu culpa patris filiis nocere non posset; at in casu præsenti

senioi cum Guilielmus transierit in locum primogeniti, non quidem voluntarie, sed ex sola operatione legis ita deman-
7 dantis, illius itaque incapacitas provenit a natura, quam a culpa, Capon. *discept.* 237. *n.* 58. quo fit, ut ejus descendentes tanquam procreati in statu incapacitatis, & efforo-
8 mantes lineam primogenialem a Testatore non vocatam, nullum profecto jus, neque habituale, neque in re acquirere potuerint ad hujusmodi successionem, ad quam cum invitata sit linea solius secundo geniti, remanet pernecesse exclusa linea primogeniti, cum vocatio unius lineæ importet alterius exclusionem, Roxas *de incompat. part.* 1.
9 *c.* 6. *n.* 12. Mans. *consult.* 126. *n.* 25. *versic. & pulcherrima est*, Rota *in rec. dec.* 309. *n.* 7. *p.* 13.

Et sane, quod primogenitus Guilielmi senioris ejusque descendentes nullum jus acquirere potuerint in hac primo-
10 genitura, nedum suadet contextus ipsius Testamenti, in quo cum fiat mentio de secundogenito, tertiogenito, aliisque Testatoris nepotibus, prætermisso, & neglecto duntaxat primogenito, aperte elicitur voluntas disponentis pro illius exclusione; sed ulterius animadversum fuit, quod Alemannus eo forsan primogenitum exclusit, quia opinari potuit, illum esse successurum in hæreditate matris, cujus patrimonium tunc erat opulentissimum, ut ita cæteris fratribus consultum esset de propriis bonis Testatoris, ut in similibus terminis observat Rot. *dec.* 39. *n.* 13. *cum seq. p.* 13. *rec.* licet hoc deductum sit extra necessitatem causæ.

Minus urget, quod Testator usus fuerit verbis importantibus vocationem secundogeniti naturalem potius, quam civilem ibi - *Il secondo figlio maschio naturale, e legitimo.* Ita ut sequendo voluntatem disponentis, testamentum quoque debeat juxta ordinem naturæ interpretari; Quoniam pro responsione animadversum fuit, quod vocatio secundogeniti concepta fuit cum qualitate superius expressa ibi, *naturale, e legitimo;* ex hac autem vocatione ita qualificata argui videbatur, Testatorem non intellexisse de secundogenito tunc existente, sed potius respexisse, vel ad illum secundogenitum, qui esset talis de tempore delatæ successionis, vel ad ipsius secundogeniti descenden-
11 tes, Rot. coram Bich. *dec.* 602. *n.* 11. & melius *in recent. dec.* 301. *n.* 4. *cum plur. seq. p.* 17.

Quod eo tertius procedere visum fuit in præsenti hypothesi, quia si Testator intelligere voluisset de secundogenito naturali, juxta ea quæ firmat supradicta *dec.* 201. *num.* 4. potuisset illum tanquam cognitum, & viventem de tempore conditi Testamenti proprio nomine nuncupare, prout nuncupavit Thomam, & Alemannum, quos singulariter prædilexerat; unde cum vocatio secundogeniti facta fuerit nomine appellativo, hinc manifeste colligitur, Testatorem non fuisse taxative, & determinate contemplatum certam individualem personam, ex discretivo quippe modo loquendi per ipsum adhibito arguitur voluntatis diversitas de uno casu ad alium, ex allegatis in Romana, seu Floren-
12 tina fideicommissi 1. Junii 1682. §. *sed non minoris*, coram R. P. D. meo Hervault *confirmata* 6. *Martii* 1684. §. *alterum*, cor. bon. mem. Rondinino.

Non obstat, quod in hac vocatione secundogeniti qualitatem legitimitatis procedat illud verbum *Naturale*, quasi hoc factum fuerit a Testatore cum solo mysterio vocandi secundogenitum naturalem: quia cum in toto contextu Testamenti, & in omnibus ejus partibus Alemannus Testator semper eadem loquendi formula usus fuerit, modo instituendo filios naturales, & legitimos, modo substituendo primogenitos pariter naturales, & legitimos; sequitur proinde, ut hęc verba non alio fine adhibita fuerint, quam ad effectum excludendi descendentes natura-
13 les, vel adoptivos, ut ita bona eo honorificentius conservarentur in sola agnatione legitima, & naturali.

Minus relevat, quod Testamentum lingua Gallica exaratum, non loquatur de secundogenito, sed de secundonato, quo casu idem est, ac si secundonatus fuisset proprio nomine nuncupatus: quia cum secundogenitus aliter in dicto idiomate appellari non soleat, quam secundonatus, & idem sit secundonatus, quam secundogenitus, ut videre est apud Natanel Ducz. *in ejus Dictionaris* ibi *Secundogenito, secundinò, puisnè*, propterea dicendum venit, Testatorem usum fuisse dicto verbo ex necessitate, cum aliter se explicare non potuisset, & usus loquendi prævalet cuicunque naturali, & propriæ verborum significationi, ad Text.
14 *in capit. ex literis ubi gloss. extr. de Sponsal.* Gregor. *decis.* 123. *n.* 1. *& in rec. dec.* 135. *n.* 4. *cum seq. p.* 10.

Et licet ad magis confirmandam prædilectionem Guilielmi scribentes pro Barone in hac postrema propositione novam familiæ arborem exhibuerint, in qua cum descripti reperirentur quinque filii, arguebant, quod exclusio non solum primogeniti, sed quarti, & quinti nepotis non poterat provenire ex solo amore secundi, & tertii gradus; sed id potius tribuendum esset prædilectioni Guilielmi, & alterius nepotis. Placuit enim responsio, quidquid sit, an ex tali exclusione argui possit aliorum prædilectio; existentia tamen istorum quinque filiorum non deducitur nisi ex primo Testamento matris, quod cum præcedat illud Alemanni, potuerunt hoc medio tempore deficere, eo- 15
que magis quia in alio posteriori Testamento ejusdem matris fuerunt prætermissi, quod sane demonstrat eos de tempore Testamenti Alemanni fuisse probabiliter prædefunctos.

Et demum inopportunum visum fuit objectum incapacitatis Caroli, eo quia a se abdicaverit nomen, arma, 16
& bona Testatoris, & hæc prævia transactione cesserit Dominico de Seguins extraneo, itaut per talem abdicationem ipso facto ceciderit ab omni commodo fideicommissi, & successio censeatur resoluta usque ab initio; nam cum obligatio per Testatorem imposita assumendi nomen, & ar- 17
ma, sit tantum adimplenda de tempore delatæ successionis, hæres non potuisset pęnam privationis incurrere, nisi post quæsitum emolumentum, quod cum nondum consecutus fuerit, inobservantia minime illi imputari valet, eoque magis, quia Baro Petrus Franciscus non est de genere vocato, neque ei est facienda restitutio in casu contraventionis; quapropter citra sui præjudicium potuit Carolus etiam transigendo libere disponere de bonis fideicommissariis, juxta Textum *in l. cum pater* §. *libertis*, *& l. qui solidum* §. *prædium ff. de legat. secund.* Alciat. *consil.* 31. *n.* 13. *lib.* 9. Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *n.* 2. Castald. *consult.* 281. *n.* 1. Rota coram Peutinger. *dec.* 221. *numer.* 17. Ubag. *dec.* 49. *num.* 6. *& in rec. decis.* 34. *num.* 18. *part.* 8. *dec.* 47. *n.* 4. *part.* 14.

Ex hoc etiam desumitur responsio ad prætensam retrogradationem, cum Baro Petrus Franciscus non sit de lineis vocatis, ut luculenter ostensum fuit in decisionibus R. P. D. mei Molines.

Et ita, causa tertio proposita, partibus semper acriter informantibus, resolutum fuit a DD. quoad reliqua comprobantis fundamenta bene perpensa in utraque decisione R. P. D. mei Molines.

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO.

Pisauren. Fideicommissi.

Lunæ 12 Februarii 1685.

ARGUMENTUM.

Conditio non existentiæ vel deficientiæ si clare restricta sit ad certum & determinatum tempus, quod importet vulgarem; si vero indeterminata, quod importet fideicommissariam, nisi adsint verba restrictiva - *tunc & eo casu* ait Card. de Luca de *Fideic. disc.* 89. firmatur autem in præsenti decisione, quod ut vulgarem tantum inducere possit præfata conditio, æquipollentia verba sufficiant, multaque alia adnectentur, quæ ad prædictam materiam pertinent.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta in casu obitus favore masculorum, & in illorum defectum favore feminarum, est quoad feminas vulgaris, adeout per masculorum existentiam expirat, & n.* 13.
2 *Exigitur tamen, quod adsint verba limitativa* allora & in tal caso.
3 *Hujusmodi tamen verba restrictiva possunt per æquipollens, & ex aliqua alia dictione suppleri.*
4 *Dictio* -- vi -- *posita post verbum* morendo *æquiparatur dictioni* tunc.
5 *Dictio* -- sin minus -- *operatur, ut subsequens dispositio restringatur precise ad casum primæ & antecedentis substitutionis.*
6 *Contrariorum eadem est disciplina.*
7 *Dictio* - se non - *secum fert repetitionem verbi in præcedenti oratione appositi, & cum omnibus qualitatibus præcedentibus, & n.* 8.
9 *Dictio* - li -- *est restrictiva & personalissima, & n.* 10.

11 *Ex*

11 *Ex discretivo modo loquendi validum resultat argumentum pro exclusione fideicommissi.*
12 *Verbum* -- morendo -- *qua determinare valeat.*
13 Surd. conf. 110. n. 9. expenditur.
15 *Substitutio filiorum pluribus personis facta intelligitur discretive, itaut cuilibet substituti dicantur proprii filii; secus vero si nemo adsit qui succedere possit.*
16 *Digressus ad plures gradus substitutionem quomodo accipi debeat pro inducendo fideicommisso.*
17 *Gravamen injunctum substituto non infert ad inducendum fideicommissum, si illo vocatus fuerit per vulgarem.*
18 *Absurdum, quod melioris esset conditionis extraneus, quam proximior, non est considerabile pro inducenda fideicommisso, & n. 19.*
20 *Partio filiorum in conditione est conjectura, qua nil urget pro desumendo fideicommisso, si deficiant alia conjectura, & praesertim contemplatio agnationis.*
21 *Idem est de conjectura deducta ex privatione hereditatis in casu delicti, & n. 22.*
23 *Prout de alia desumpta ex qualitate legitimitatis, et naturalitatis.*

DECISIO LXII.

EX dispositione a quondam Hyppolita Ondedea in ejus ultimo elogio ordinata, censuit Rota coram me 10. Martii anni proxime elapsi resultare fideicommissum ad favorem fratrum de Lovatellis, & Mariæ Hieronymæ de Barignanis Pompei Mazzæ ultimo defuncti ex sororibus nepotibus, ut ex decisione tunc temporis edita, cujus fundamenta nedum ob inexistentiam fideicommissi, verum etiam ob defectum probationis identitatis bonorum, impugnantes Creditores ejusdem Pompei in memoriali pro nova audientia porrecto, addidi ex placito partium consueto dubio - *An sit standum, vel recedendum a decisis* - aliam dubii partem -- *Et quæ bona cadant sub ass. fideicommisso*, super quibus DD. hodie consultis pro recessu a decisis prodiit resolutio.

Verba siquidem Testamenti in præterita decisione per extensum relata, & signanter illa - *Al qual Signor Gaspare morendo sostituisce li suoi figliuoli maschi tanto nati, quanto da nascere, se vi saranno, se nò, li sostituisce le figlie femine del medesimo Signor Gaspare* -- Visa sunt præsefetre fideicommissum universale ad favorem tantundem masculorum Gasparis primo instituti; secus vero ad favorem feminarum, quæ duntaxat substitutæ leguntur per vulgarem, quatenus illi non existerent; non autem per fideicommissariam, casu quo existerent masculi, & postea decederent, prout evenit in præsenti per existentiam Pompei, per quam caducata remansit illarum substitutio ex defectu conditionis appositæ, prout consuluerunt Paris. *consult.* 74. *sub n.* 17. *libr.* 2. Fusar. *consil.* 25. *n.* 12. Bellon. Jun. *cons.* 26. *n.* 37. *et consult.* 39. *n.* 19. *et* 23. *et sub n.* 25. *vers.* Minus obstat, ubi quod contraria opinio communiter reprobetur. & in simili Cyriac. innumeros cumulans *contr.* 322. *sub n.* 93. Philipp. Castald. Mutinen. *consult. forens.* 34. *sub n.* 22. qui infinitos refert, & optime de more perpendit, ac sæpe sæpius dixit Rota *dec.* 499. *sub n.* 1. *et seq. p.* 4. *divers. et* 277. *n.* 13. *p.* 6.
1 *et* 527. *n.* 1. *et* 14. *p.* 13. *rec. et* coram Priolo *dec.* 110. *sub n.* 1. *et seq.*

Nec adducta distinctio in præterita mea decisione ex theorica Soccin. *in l. solemnus sub n.* 6. *ff. de condit. et demonst.* *cum illius sequacibus sub* §. *Nam hujusmodi, et* §§. *seq. ipsius decisionis cumulatis* præsenti hypothesi, applicabilis videbatur; nam licet verba substitutionis feminarum non limitentur ad certum tempus, cum dictionibus -- *All'hora, et in tal caso* -- contextus tamen totius dispositionis præsefert præcisam restrictionem ad tempus obitus gravati; ideoque ad solam vulgarem restringitur, & substitutionem tantummodo ad casum non existentiæ masculorum præsefert. Præmisso enim, quod talis restrictio nedum ex solis dictionibus *tunc, et eo casu*, desumatur, sed etiam ex reliqua di-
2 ctione relativa, vel æquipollenti, ut expresse tenuerunt Alex. *consil.* 101. *sub n.* 13. *lib.* 7. Peregr. *de fideicomm. artic.* 29. *sub n.* 15. Rota coram Buratt. *dec.* 689. *sub n.* 2. exinde inferebatur, quod sicuti Testatrix in illis verbis -- *Al qual Signor Gaspare morendo sostituisce li suoi figliuoli maschi, se vi saranno* -- Dispositionem direxit in solum Gasparem, & ad ejus personam tantum gravandam, stantibus ver-
3 bis limitativis, & restrictivis -- *Al qual Signor Gaspare* -- Morott. *respons.* 5. *n.* 6. *et dec.* 190. *n.* 22. *part.* 17. *rec.*

& ex illa dictione *vi*, quæ tanquam posita post verbum *morendo* æquiparatur dictioni *tunc*, perinde ac id dictum fuisset *si tunc erunt*, maxime quia impossibile est, quod post mortem patris filii concipi, & nasci possint, ut ad rem ponderat Altogr. jun. *consil.* 55. *n.* 15. *et contr.* 56. *n.* 3. ita etiam 4
in substitutione feminarum idem tempus respexit, ut illa verba quæ subsequuntur -- *se nò, li sostituisce le femine*, stent adversative ob illam dictionem *se nò*, latine *sin minus*, quæ non solum operatur, ut subsequens dispositio restringatur præcise ad casum primæ, & antecedentis, ut post alios tradit Riminald. jun. *consil.* 251. *sub n.* 16. *et* 17. Grat. *c.* 539. *sub n.* 25. & congruit regula, quod contrariorum 5
eadem est disciplina, & idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, ut arguunt Fusar. *de subslit. q.* 480. *sub n.* 92. *versic. fin.* Peregr. *de fideicommissi art.* 29. *sub n.* 9. *versic. quodcunque*; verum etiam secum fert repetitionem verbi in præcedenti oratione appositi, & quidem cum omnibus qualitatibus præcedentibus, 6
ut in proximis terminis Corn. *consil.* 44. *sub n.* 7. *lib.* 3. Rot. *dec.* 527. *sub n.* 17. *p.* 13. *rec.* adeout determinatio casus existentiæ inducat etiam ad casum non existentiæ, itaut utereque intelligi debeat determinatus ad tempus mortis, Abbas 7
consil. 40. *n.* 1. *p.* 1. Alciat. *consil.* 205. *in princ.* Corn. *consil.* 186. *n.* 5. *lib.* 3. Andreol. *contr.* 100. *n.* 1. Rot. *in rec. decis.* 8
507. *per tot. et signanter n.* 16. *p.* 13.

Stante præsertim illa dictione *li* ante verbum *sostituisce*, quæ, cum sit restrictiva, & personalissima, limitative restringitur ad casum, seu tempus mortis, ad tradita per Rot. *dec.* 269. *sub n.* 11. *p.* 1. *rec.* & coram Dunoz. jun. *dec.* 558. *sub n.* 11. coram Rembold. *dec.* 596. *sub n.* 3. & præcise 9
de tali dictione Rota *in Fanen. dotis* 31. *Januarii* 1656. §. *siquidem*, coram bon. mem. R. P. D. Verospio; ideoque ipsi Gaspari tantum quem designat, injunctum ostendit onus fideicommissi, prout in proposito ponderarunt Anchar. *consil.* 266. *n.* 2. *ante medium versic. et hoc multum*, Soccin. jun *consil.* 180. *n.* 41. *post medium et* 42. *lib.* 2. 10

Quæ sane restrictio ex diversitate loquendi ipsius Testatricis desumebatur, dum ubi voluit per fideicommissum substituere claris verbis dixit -- *A quali morendo sostituisce li loro figliuoli maschi, et in defetto de maschi le loro femine* -- Ex quo discretivo modo loquendi, seu disponendi validum resultat argumentum pro exclusione fideicommissi, & inductione vulgaris substitutionis, ut in simili tradiderunt Giovagn. *cons.* 97. *sub n.* 9. *versic. facit etiam lib.* 1 Galin. 11
allegat. 48. *sub n.* 5. *et seq.* Rot. coram Priolo *dec.* 110. *sub n.* 8. *et dec.* 72. *sub n.* 11. *et* 12. *p.* 10. *rec.*

Nec refragante responsione, quod illud verbum *morendo*, determinat tempus, quo Gaspar deberet restituere, sed non existentiam, & successivam deficientiam filiorum, quæ a morte Gasparis non restringitur, sed respicit quodcunque tempus favore substitutorum, juxta responsionem in præterita mea decisione datam; nam verbum illud *morendo*, cum non sit verificabile post mortem, sed ad præcisum tempus mortis restringatur, determinat quidem, tam existentiam, quam restitutionem, ut latissime discusso articulo comprobat Altogr. *consil.* 60. *sub n.* 16. *cum plurib. seq. lib.* 1. & licet operari possit, quod filii Gasparis, 12
sive masculi, sive feminæ, possint eidem vigore compendiosæ substitutionis succedere; non tamen sequitur, quod inter utrosque tam masculos, quam feminas inducatur eadem fideicommissaria substitutio, dum inter istos nullum legitur verbum tractum temporis denotans, & quoad illos sola intelligitur substitutio vulgaris, ut tradiderunt Andr. *contr.* 100. *sub n.* 5. Rot. coram Royas *dec.* 87. *sub n.* 11. cor. 13
Merlin. *dec.* 269. *sub n.* 3. *et in dec.* 357. *sub n.* 6. *et* 8. *p.* 1. *rec.*

Supposita ex his vulgari substitutione, & quod verbis æquipollentibus, si non expressis restrictionem fideicommissi ad casum obitus Gasparis, sine filiis succedentibus per supervivientiam Pompei ultimo defuncti, conditio defecerit; ideoque quodcunque fideicommissum ad favorem vocatorum in diverso casu expiravit, DD. superfluum videbatur confutare quascunque auctoritates in præterita mea decisione allegatas, uti omnino præsenti casu extraneas; tum quia in illis non aderat restrictio ad tempus mortis, sed verba extendebantur etiam ad tempus post mortem, ut signanter explicat, & se declarat Surd. *consil.* 110. *n.* 9. *prope* 14
fin. tum quia erant concepta cum verbis diversis a præsenti hypothesi, ut singulis respondendo accurate observabant scribentes pro creditoribus, quorum responsiones, & respective casuum distinctiones DD. approbarunt.

Prout etiam inapplicabiles videbantur conjecturæ in 15

dicta mea decisione cumulatæ; nam præter quod deficiente hujusmodi vocatione omnes conjecturæ frigescunt. Prima scilicet ex quo Testatrix vocando filios, & filias Gasparis subdidit—*A quali morendo sostituisce li loro figli maschi, legitimi, e naturali, & in difetto de maschi li sostituisce le femine*-- Ex quibus verbis infertur correspectiva vocatio feminarum, & masculorum, ideoque respectu eorundem gravamen inducatur, cessare videbatur, ex quo substitutio filiorum pluribus personis facta intelligitur disceretive, itaut cuilibet substituti dicantur proprii filii; secus vero si nemo adsit, qui succedere possit, ut firmant Ruin. *consil.* 115. *n.* 12. *lib.* 3. Paris. *cons.* 18. *n. sent. libr.* 2. Rot. cor. Seraph. *dec.* 1023. *n.* 3. cor. Penia *dec.* 1557. *num.* 7. coram Cavale *dec.* 465. *sub num.* 2.

16 Altera vero conjectura digressus ad plures substitutionum gradus non applicatur, cum post factam substitutionem feminarum unica duntaxat legatur substitutio filiorum eorundem, & sic antecedentes substitutiones non attenduntur, juxta responsum Decian. 59. *n.* 10. *lib.* 2. Rot. *dec.* 401. *n.* 19. *p.* 9. *dec.* 162. *n.* 22. *p.* 10. *rec.* cor. Cels. *decis.* 145. *num.* 16. *versic. digressus*,

Gravamen vero a Testatrice injunctum ipsis feminis, prout etiam absurdum, quod melioris conditionis essent extranei substituti, quam feminæ descendentes, nec urgent, nec relevant, dum ipsæ feminæ vocatæ dignoscuntur per vulgarem, & illarum gravamen inducitur duntaxat in casu, quo successissent, & retento eodem themate, jux-

17 ta allegata per Alex. *cons.* 24. *sub n.* 6. *lib.* 3. Peregr. *cons.* 29. *n.* 12. *lib.* 2. *& in ejus tract. de fideicomm. art.* 12. *n.* 19. Absurdum vero, quod melior esset conditio extraneorum reprobatur per Buratt. *dec.* 387. *n.* 6. *vers.* 3. Royas *decis.* 123. *sub n.* 7. *& dec.* 160. *sub num.* 18. *cum seq. p.* 10. *rec.* Attentis præsertim, & quod extranei non leguntur substituti in to-

18 ta hæreditate, sed illorum vocatio ad certas summas restringitur, & quod feminæ duntaxat vocatæ fuerunt per

19 vulgarem, ut innuit *eodem dec.* 162. *sub n.* 11. *p.* 10. *rec.* & id comprobat Rota *in dec.* 383. *sub n.* 31. *p.* 15. *rec.*

Vocatio demum, quam decisio infert ex positione filiorum in conditione, prout etiam ex privatione hæreditatis tam Gasparis, quam ejus filiorum in casu delicti, omnino destruitur ex supposito, quod talis substitutio fuerit per vulgarem, & deficientibus cæteris conjecturis, & signanter contemplatione agnationis semper hujusmodi conjectura frigescit, maxime, quando non agitur de inducenda vocatione ad successionem proprii parentis, seu patrui, seu

20 avunculi, prout in præsenti, ut ratiocinantur Gabr. *cons.* 115. *n.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 93. *n.* 34. *lib.* 2. Giovagn. *cons.* 80. *n.* 31. *lib.* 1. Rot. *dec.* 429. *n.* 17. *p.* 3. *tom.* 2. *& dec.* 425. *n.* 4. *p.* 9. *& dec.* 79. *n.* 2. *p.* 18. *rec.*

Privatio hæreditatis in casu delicti, cum referatur ad masculos ex masculis, qui erant successive per fideicommissum vocati, non autem ad filios feminarum, nisi forte evenisset casus successionis illorum favore, nullius est

21 ponderis, ut in specie ponderat Rot. *dec.* 438. *n.* 17. *&* 18. *p.* 19. *rec.* attenta præsertim regula, quod nunquam fideicommissum extendatur ad casum mortis, si testrictum dignoscitur ad casum delicti, & signanter cum dictionibus *in*

22 *tal caso, ed evento*, ut tenuit Rot. coram Eminentissimo Othobono *dec.* 255. *sub n.* 20. coram Eminentiss. Cerro *dec.* 383. *sub n.* 12. *&* 13. *& dec.* 406. *n.* 21. *& in rec. decis.* 115. *sub n.* 1. *p.* 3. *& dec.* 234. *itidem sub n.* 1. *&* 2. *p.* 11. *& allegata dec.* 349. *sub n.* 18. *p.* 19. *rec.*

Et nullius efficaciæ visa est conjectura desumpta ex qualitate legitimitatis, & naturalitatis pluries rejecta per Rot.

23 coram Buratt. *dec.* 355. *n.* 8. *& in rec. dec.* 401. *n.* 16. *part.* 9. prout hic etiam alia ex clausula *omni meliori modo*, ut ex eodem Buratt. *d. dec.* 355. *sub n.* 7. & ibi Adden. *in fin. cum aliis in ea allegatis.*

Semota ex his existentia fideicommissi, supervacaneum itidem aggredi videbatur discussionem; *An, & quæ bona cadant sub asserto fideicommisso*, dum talis quæstio ad instantiam creditorum assumebatur, ex quo saltem

24 satisfactionem eorundem creditorum prætendebant super aliquibus bonis liberis Pompei ultimo defuncti; ideoque DD. inanem crediderunt hujusmodi disputationem, cum omnia bona ob non existentiam fideicommissi libera effecta fuerint.

Et ita causa bis proposita, & acerrime in præsenti propositione discussa responsum fuit utraque parte informante.

R. P. D. CACCIA.

Bononien. Fideicommissi de Burgonzonis.

Veneris 3. *Martii* 1690.

ARGUMENTUM.

Collectivo nomine vocatos per vulgarem tantum censeri nominatos plenissime habetur apud Card. de Luca *de Fideic. disc.* 91. *cum seqq.* hujusmodi autem theorica in decisione ampliatur, licet collective vocatos Testator invicem substituerit, cum per hæc verba inducatur quidem substitutio activa, non vero passiva.

SUMMARIUM.

1 *Vulgaris substitutio per aditionem expirat.*

2 *Verba* quos, & eorum filios, & descendentes quandocunque decedentes absque filiis invicem substituit, *important reciprocam tam inter primo vocatos, quam inter eorum descendentes.*

3 *Declara, ut hæc conclusio vera sit pro activa vocatione, non autem pro passiva, & reciproco gravamine.*

4 *Verba immediate adjecta verificari debent ad illos, ad quos fuit facta relatio.*

5 *Ex natura reciprocorum omnes ad invicem sortiuntur, gravamen, & commodum.*

6 *Verba* ad invicem substituit *licet respicerent tam primos institutos, quam ulteriores descendentes, attamen pernecesse non omnes solent pariformiter determinare, si rationis concurrat diversitas.*

7 *Tractus temporis a Testatore consideratus per dictionem* quandocunque *importat fideicommissariam in omnibus vocatis, declara, ut n.* 8.

DECISIO LXIII.

IN novo examine dispositionis testamentariæ Nicolai Domini recedendo a decisis sub die 6. Junii anni præteriti, censuerunt nullum ex ea resultare fideicommissum favore Actorum, descendentium ab altero ex institutis, sed illud tanquam ordinatum per simplicem vulgarem jamdiu expirasse per aditionem filiorum institutorum, ipsorumque omnium obitum cum filiis, juxta doctrinam Cuman. *in l. Cum ita §. fideicommissum n.* 4. *ff. de l.* 2. Fusar. *cons.* 57. *num.* 19. 1
Rot. *in rec. dec.* 242. *n.* 2. *p.* 17. *& dec.* 349. *pariter n.* 2. *p.* 19. cum cæteris cumulatis in alia decisione hujus causæ 19. Febr. 1680. §. *Quod vero*, coram R. D. meo Decano. Nec obstare dixerunt, quod per verba §. *quos & eorum filios, & descendentes quandocunque decedentes absque filiis invicem substituit*, inducta censeatur reciproca tam inter primo vocatos, quam inter eorum descendentes cum æquali determinatione, & sub eodem orationis contextu substitutos, 2
ex allegatis in mea præterita decisione, §. *Et hinc tollitur*, cum aliis in *dec.* 79. *a n.* 4. *&* 13. coram Sanctissimo.

Verba siquidem mox relata visa sunt duntaxat importare activam omnium descendentium ordine successivo vocationem, ita ut altero ex institutis absque filiis decedente, aliorum forsan præmortuorum filii, ac descendentes essent active vocati, non autem concludere inter eosdem descendentes passivum, ac reciprocum gravamen, quod regulariter non egreditur personas institutorum, ut in simili dis- 3
positione consuluerunt Soccin. sen. *cons.* 69. *&* 104. utrobique *n.* 2. *in fin. lib.* 3. Alter. jun. *consil.* 81. *sub n.* 12. pariter *lib.* 3. Fusar. *consil.* 3. *fere per tot. & de substit. q.* 479. *n.* 84. *& seq. & firmavit* Rot. *dec.* 349. *n.* 7. *p.* 19. Ponderando præsertim clausulam immediate adjectam -- *in stirpes sed non in capita*, quæ cum sit relativa ad descendentes non potest veri- 4
ficari nisi in activa substitutione, ut præter mox citatos arguunt Paris. *consil.* 87. *sub n.* 25. *lib.* 2. Surd. *consil.* 315. *n.* 19.

Nil adversante, quod illa verba, *ad invicem substituit*, æqualiter qualificent, ac comprehendant tam filios institutos, quam ulteriores descendentes; unde quemadmodum in primis inducunt substitutionem tam activam, quam passivam, ita hoc idem resultet quoad alios, ut æqualiter omnes juxta naturam reciprocorum ad invicem sortiantur gravamen, & commodum, ad tradita per Soccin. jun. 5
consil. 79. *n.* 33. *lib.* 3.

Stat enim simul, quod prædicta verba æqualiter respiciant 6
tam primos institutos, quam ulteriores descendentes, & tamen ex diversitate rationis non omnes pariformiter determi-

terminent, sed respectu institutum, qui fuerunt honorati, important passivum gravamen; non sic respectu descendentium, quorum vocationis casus cum non evenerit, sed expiraverit per vulgarem, sicuti non potuerunt dici instituti, ita neque gravati, neque reciproce substituti censendi sunt ex regula *l. ab eo Cod. de fideicomm.* & conferunt tradita per Soccin. sen. *cons.* 104. *n.* 5. *lib.* 3. *& per* Fusar. *cons.* 3. *sub n.* 6. *vers.* 4. *addo*.

Minus relevat, quod tractus temporis consideratur a Testatore per dictionem *quandocunque*, non patiatur fideicom-
7 missum expiratum per vulgarem in primis institutis, sed importet fideicommissariam in omnibus successive vocatis, *DD. in l. Centurio ff. de vulg. & pupill.* cum concordantibus in praeterita decisione §. *Hac videbatur*, quia placuit responsio data in decis. Reverendiss. D. mei Decani §. *Nec pariter*, quod nimirum talis dictio tanquam non opposita post verbum *substituie* non percutit substitutionem, quae respiciat omnes vocatos, sed solum uti adjecta decedentiae institutorum ibi, *Quandocunque decedentes* ad tempus eorum mortis restringitur, quod non sufficit ad effectum, de quo agitur,
8 Cravet. *cons.* 131. *n.* 4. Laderch. *cons.* 58. *n.* 31. Mart. *de success. legal. p.* 4. *q.* 24. *art.* 2. *n.* 3. *&* 4. Cavaler. *dec.* 496. *nu.* 9. *&* 10. Ubald. *dec.* 23. *n.* 7. *&* 8.

Exclusa ex praedictis fideicommissi existentia, superfluum putarunt Domini aggredi articulum illius purificationis, nec non alterum super detractionibus, quas sibi competere super Praedio controverso contendebant Moniales Reae conventae.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CAPRARA.

Reatina Fideicommissi.

Merc. 24. *Novembr.* 1694.

ARGUMENTUM.

Substitutionem factam in casu deficientiae cessare in casu non existentiae existimavit Oldrad. cons. 177. sed contrarium esse verius probavit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 90. tam in substitutione directa, quam in obliqua, cujus sententiam quoque sequitur haec, quae edita fuit, decisio.

SUMMARIUM.

1 *Immissio fideicommissario debetur, si concurrant fideicommissi existentia, purificatio illius, & bonorum identitas.*

2 *Dicitur factus locus substitutioni, si purificatio conditionis appareat.*

3 *Substitutio facta in casu extinctionis lineae, locum habere non potest, si linea nunquam incoeperit.*

4 *Contrarium est verius.*

5 *Substitutus in casu deficientiae filiorum eo magis censetur substitutus in casum non nativitatis, si conservationem familiae Testator exoptaverit.*

6 *Alienum a voluntate fideicommittentis dicitur esse, quod extranea persona valeat excludere proprios descendentes.*

7 *Verba in tal caso in substitutione adjecta, non excludunt, quin dispositio ex verisimili voluntate Testatori extendi possit.*

8 *Filius, qui fuit praesens Testamentariae dispositioni ascendentis, & disposita in ea observare promisit, censetur prohibitionem etiam legitimae approbasse, licet illa cum cautela Soccini prohibita non legatur.*

9 *Vir non autem uxor dicitur debitrix, si census impositus fuerit pro indigentiis Domus, & in hanc causam pecuniae extiterint versae.*

10 *Detractiones modicae non impediant Immissionem, cum praesumantur ex fructibus consumptae.*

11 *Mater, quae est prohibita per Statutum testari de ejus dote, nequit illam fideicommisso pergravare, cum filii illam recipere dicatur ex Statuto, non autem judicio materno.*

12 *Valet Testator bona haeredis fideicommisso supponere.*

13 *Et supposuisse dicitur, si illa specifice cum suis confinibus expresserit.*

14 *Et talem suppositionem nequit haeredes, qui illam servare promisit, retractare, minusve successores ab eo.*

DECISIO LXIV.

POst obitum Antonii Pennicchi sine filiis apertum fuit favore Bernardini, & Leopoldi filiorum Hieronymi illius sororis fideicommissum constitutum a Pulcheria communi matre, sed illorum restitutionem impugnantem Orinthia uxore, & haerede Testamentaria dicti Antonii intentare curarunt iidem fratres remedium *l. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. toll.* cujus vigore reportavit ab A.C. Thaurusio immissionem a Rota pariter canonizatam; nam cum constet de fideicommisso ejusque purificatione, & identitate bonorum, utique non debet illa denegari ex remedio *d. l.* 1
sive ex utilis Salvino interdicto juxt. Text. *in l. fin. C. commun. legat.* ut passim respondit Rota *& signanter*, coram S. M. Alex. 8. *dec.* 242. *n.* 5. *&* 6. coram Cels. *dec.* 131. *n.* 11. *& in rec. dec.* 146. *n.* 4. *&* 5. *p.* 12, *& dec.* 386. *n.* 13. *& dec.* 308. *n.* 2. *& dec.* 180. *n.* 1. *&* 2. *p.* 17.

Existentia siquidem, & purificatio fideicommissi clare apparet ex Testamento, ubi cum Pulcheria in defectum descendentium Antonii haeredis instituti extinctaque ejus linea masculina, & feminina substituerit Hieronymum filium, ejusque filios masculos (quales sunt Actores) & Antonius obierit sine filiis tam masculis, quam feminis, dicitur factus locus substitutioni, Rot. *dec.* 12. *n.* 2. *&* 3. *p.* 10. *& dec.* 150. *sub n.* 11. *vers. Clarum est fideicommissum* 2
p. 15. *rec. dec.* 253. *n.* 1. *&* 2. coram Priolo.

Nec obstat, quod vocatio Hieronymae, & filiorum fuerit concepta in casum extinctionis lineae Antonii, ibi *& estinguendosi la linea feminina d'Antonio*, qui casus cum non evenerit, quia linea non incoepit, dici non potest purificata substitutio, juxta *cons. Oldrad.* 142. *&* 147. Quoniam cum illa verba non ad alium finem fuerint a Testatrice prolata, quam ad sustinendam propriam filiam, ejusque in casu defectus masculorum, & feminarum Antonii, inde fit ut eadem filia & filii vocati censeantur tam in casu quo filii An- 3
tonii non nascerentur, quam si postea nati decederent, cum in utroque ex his casibus verificetur successionis defectus, licet ex diversa causa proveniens, ut de veriori, & magis communi opinione reprobata altera Oldradi, & sequacium, late firmatum fuit in *dec.* 12. *n.* 9. *cum seqq. p.* 10. *rec.* quam se- 4
cuta est Rota *in Urbevetana fideicommissi* 25. *Januarii* 1692. §. 2. coram R. P. D. meo Pio, & in praecisis terminis finita, & extincta linea, tradit Giovagn *cons.* 74. *per tot. & cons.* 75. *n.* 16. *& seqq. & dec. Ferrarien. ibi impressa, n.* 54. Rota *in rec. dec.* 233. *n.* 3. *p.* 14. *& dec.* 358. *n.* 12. *& seqq. p.* 15. & coram Bich. *dec.* 480. *a n.* 11. *usque ad* 17. & firmatum fuit *in Ferrarien. fideicommissi Aprilis* §. *Nec substit. &* 10. *Junii* 1693. §. *Non enim*, cor. R. P. D. meo Molines.

Quae opinio eo libentius fuit admissa, ex quo Testatrix usa non fuit verbis taxativis, minusque ex ejus dispositione tales resultent conjecturae, quae contrariam ejus voluntatem demonstrent; quinimo favorabiles pro Actoribus visae sunt concurrere, dum vocavit non solum ipsos primos filios masculos Hieronymae, sed gradatim omnes alios in infinitum cum onere assumendi nomen & Arma familiae Pennicchiae, illiusque domum habitandi sub poena privationis in casu inobedientiae; & proinde ex ratione identitatis fateri oportet voluisse gravare Antonium tam in casu nativitatis, & deficientiae filiorum, quam non nativitatis, ut arguit in specie Rota coram Burait. *d.* 379. *n.* 3. & cor. Bich. *d.* 480. *sub n.* 14. *cum tribus seqq. & d.* 358. *n.* 15. *p.* 15. *rec.* alias enim 5
sequeretur absurdum protsus alienum a voluntate fideicommittentis, quod scilicet persona extranea, ut est uxor Antonii, excluderet proprios descendentes Testatricis, Rota 6
d. 427. *n. septimo & octavo p* 5. *& d.* 358. *num.* 16. *p.* 5. *rec.*

Nec huic intellectui adversantur verba illa substitutionis *in tal caso*, quia non excludunt, quin dispositio ex verisimili voluntate Testatricis extendi possit, ut respondit Rota *d. dec.* 12. *n.* 17. *&* 18. *p.* 10. *rec. & in Urbevetana fideicommissi* 23. *Januarii* 1692. §. *Cujus quibus*, coram Rev. P. D. meo Pio.

Firmato ex his fideicommisso ejusque purificatione consecutiva immissio non valet praetensio detractio- 7
num. Quoniam quotitativae consistentes in Trebellianica & legitima fuerunt expresse prohibitae in Testamento, non obstante, quod legitima non potuerit prohiberi, non servata cautela Soccini; quia cum in confectione fuerit praesens Antonius, & cum ejus juramento consenserit pro omnium ibi dispositorum observantia ibi, *per osservanza di tutte le cose infra dette &c.* censetur, prohibitionem etiam legitimae approbasse, eidemque renunciasse, Peregr. *consil.* 8
67. *n.* 3. *&* 13. *lib.* 1. *et in tract. de fideicomm. art.* 36. *n.* 89. *et* 90. Fusar. *de substit. q.* 296. *n.* 93. *et seq. et n.* 100. *et* 104. Merl. *de legit. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 25. Rota *penes ipsum decis.* 137. *n.* 7. & cor. Arguell. *dec.* 66. *n.* 9. & coram san. mem. Alex. VIII. *dec.* 100. *n.* 6. *et seqq.*

Quantitativae vero detractiones, quarum prima consistit in censu scut. 150. extincto per Antonium, fuit quidem iste

census

census impositus a Testatrice, sed pro indigentiis viri, & domus, ut loquitur Instrumentum, & patet ex interventu Procuratoris ejusdem viri, & ex cessione facta ab eodem Antonio communi filio, & praexistentia aeris alieni, ejusq;
9 dissolutione biduo post impositionem census, ut ex documentis exhibitis *in sum. Actor. n. 2. & 3.* & proinde non mulier, sed ipse vir dicitur census debitor, juncta glos. *in l. sed & Julianus §. si inter duos ff. ad Vellejan.* Cenc. *de cens. q. 73. n. 2. & 6.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 1. n. 2. & 3.* Rot. cor. Merlin. *decis. 734. nu. 5. & 6. & perpensis omnibus circumstantiis* Rota *dec. 114. n. 1. & per tot.* ubi in specie *de censu extincto a filio p. 5. rec.*

10 Aliae vero scut. 50. pro legato soluto PP. S. Augustini, & scutor. 10. 60. pro expensis funeris tanquam modicae praesumuntur consumptae ex fructibus pro Orinthiam perceptis, Rot. *dec. 108. n. 5.* coram Celso, *& in rec. dec. 244. n. 2. & 3. p. 7. & dec. 276. n. 21. p. 13. & dec. 35. n. 6. p. 15.*

Nedum restringenda videtur immissio tantum ad partem hereditatis maternae ob resistentiam Statuti Reatini, permittentis mulieribus nuptis testari de tertia parte tantu suae dotis secundum libitum voluntatis; nam etsi mater stante d. Statuto non possit in aliis duabus partibus gravare filios fideicommisso, quia illas recipiunt ex dispositione Statuti,
11 non autem judicio matris, ut voluit Surd. *cons. 165. n. 1. & seqq. lib. 2.* & firmavit Rot. *dec. 388. n. 1. & seq. p. 4. recent.* Nihilominus, quia mater filium haeredem instituit, potuit de illis bonis propriis disponere, illaque supponere eidem fideicommisso, cui propriam haereditatem, & bona supposuit, ad Text. *in l. Unum ex famil. §. & si fundum, & l. Imperat. §. si censum, & l. cum Pater ff. de legat. 2. cum aliis in*
12 *Romana, seu Verulana fidcic. Maii 1690. §. nec ad impediendam,* coram me, & voluisse etiam apparet, dum omnia
13 bona singulariter, & specifice cum suis confinibus expressit in Testamento *summ. Actor. n. 1.* ut dixit Card. de Luc. *de fideic. disc. 139. sub n. 4. vers. Idemque* & Rota *dec. 375. n. 6. vers. Voluntas & seq. p. 12. rec.*

Unde cum maternae dispositioni consenserit Antonius eamque omnibus observare promiserit, permissum non est Orinthiae illius haeredi dd. duas partes bonorum detrahere,
14 cum dicantur suppositae eidem dispositioni, ac fideicommisso, Peregr. *de fideic. art. 6. n. 47. & seq.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 3. n. 28.* Capyc. Latr. *dec. 44. n. 38. & 39. par. 12. rec. confirmatoria sub die 2. Decembr. 1659. §. Unde cum talis donatio,* coram Meltio.

Atque ita partibus absque controversia procedentibus circa identitatem bonorum fuit iisdem informantibus resolutum &c.

R. P. D. CACCIA.

Romana Fideicommissi.

Lun. 9. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Pluralitas in singularitatem resolvitur, sed quoties praeexistat persona praedilecta resolutionem, fieri non posse, plene notat Card. de Luca *de Fideic. disc. 97.* at hujusmodi conclusionem esse declarandam in hac decisione deciditur, ut vera sit in substitutione concepta per verba collectiva, vel distributiva; secus vero si per alternativa.

SUMMARIUM.

1 *Substitutus sub duabus conditionibus alternative positis sufficit, ut admittatur quod purificetur altera ex ipsis.*

2 *Pluralitas non resolvitur in singularitates, & verba distributiva resolvuntur in conjunctiva, superexistente persona magis dilecta Testatori.*

3 *Hac tamen conclusio admittitur in terminis substitutionis conceptae, vel per verba collectiva, vel per distributiva.*

4 *Secus si per alternativa, & n. 5.*

6 *Una pars Testamenti aliam declarat, declarat n. 7.*

7 *Exceptio firmat regulam.*

9 *In particularibus pretium loco rei non succedit.*

10 *Limitatur in terminis investimenti secuti ad formam Bullae Juris congrui, & n. 11.*

DECISIO LXV.

Lucia Testatrix, institutis haeredibus Simeone, & Michaele Angelo filiis, iisque in certis casibus ad invicem reciproce substitutis transeundo ad aliam substitutionem, sic disposuit: *In caso che ciascheduno di loro ò ambedue non morissero senza Testamento, tutta la mia robba ò parte si ritrovasse intatta, voglio che succeda la Chiesa di Campo Marzo con peso di tante Messe;* Defuncto autem nuper Simeone altero ex dictis filiis nullo condito Testamento, Ecclesia praedicta judicium immissionis super bonis fideicommissariis ab eo de tempore obitus possessis contra Michaelem Angelum fratrem introduxit. Cumque in prima instantia succubuerit, disputato hodie coram me Judice appellationis dubio consueto, *An sit danda immissio,* Domini dandam esse responderunt.

Moti sunt ex tenore mox relatae dispositionis, in qua Ecclesia substituta legitur tam collective in casu obitus utriusque haeredis, quam distributive per obitum uniuscujusque ideoque evenisse videtur casus illius vocationis eo ipso, quod per mortem Simeonis purificata est altera ex conditionibus, sub quibus ipsa fuit alternative substituta, ad communiter firmata per DD. *in leg. haeredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Fusar. *de substit. q. 473. n. 1. & seq.* Rota *dec. 47. n. 4. & seq. p. 9. rec.* & coram Dunoz. Jun. *dec. 562. n. 2. & 11, cum aliis infra allegatis.* 1

Nec obstare visum est, quod ob superexistentiam Michaelis Angeli pluralitas non resolvatur in singularitates, & verba distributiva resolvantur in conjunctiva ex praesumpta praedilectione, seu verisimili mente Testatricis, quae non censetur ad exclusionem proprii filii voluisse Ecclesiam haeredem extraneam substituere, *l. cum quidem C. de impub. & aliis substit.* Bald. *in l. 1. C. de condit. inserti* Peregr. *de Fid. art. 13. n. 32.* Rota *dec. 804. sub nu. 6. p. 1. divers. & in rec. dec. 97. n. 8. & 9. p. 17.* 2

Quidquid enim esset, si ageretur de substitutione concepta per verba duntaxat collectiva, in quibus terminis intrat quaestio, an pluralitas resolvatur in singularitates, vel etiam per verba tantum distributiva; quo casu dubitatur, an resolvatur in conjunctiva, quoties superest persona verisimiliter Testatori praedilecta, & quae ab intestato excluderet substitutum ex authoritatibus in objecto allegatis. Respondebant Domini, quod ubi, prout in praesenti, substitutio concepta est sub utroque casu distributive simul & collective ibi *Ciascheduno di loro, o ambedue* nimis clara videtur voluntas Testatricis substituendi Ecclesiam tam per praemorientiam unius duntaxat ex haeredibus, quam per decessum utriusque; nec ideo attenditur argumentum praedilectionis, & praesumpte voluntatis excludendi ex hoc capite substitutum, ad text. *in l. haeredes mei §. cum ita, & l. Lucius Titius §. Cajo ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideic. artic. 13. n. 28.* Fusar. *de substit. q. 483. n. 11. & seqq.* Card. de Luca *de Fideicomm. disc. 96. nu. 3.* Latr. *dec. Granaten. 61. per tot. & signanter n. 19. cum sequent.* cum aliis, in quos in consimilis themate verborum secuta est Rota *in Romana manutentionis 15. Martii 1688. §. quod attinet,* coram R. P. D. meo Hervault, *& 23. Martii 1689. §. quod ad secundum 2. & 26. Januarii §. minus assistit,* cor. R. P. D. meo Caprara. Ea convincenti ratione, quod ubi habemus certam, & determinatam voluntatem ex litera Testamenti depromptam, rigescunt praesumptiones, & conjecturae, quae semper cedunt veritati, ut in proposito notavit Rota *in d. Romana manutentionis 23. Martii anni praeteriti, §. In nihilo,* coram R. P. D. meo Caprara. 3 4 5

Absque eo quod contrarium suaderi valeat, ex quo Testatrix in priori parte Testamenti filios haeredes institutos, re & verbis conjunxerit, eosque ad invicem substituerit, quamvis enim una pars Testamenti soleat aliam declarare: quia tamen dicta conjunctio, & reciproca respective restricta apparent ad certos casus per vulgarem jam expiratos, extendi non possunt ad casum fideicommissariae contra expressam Testatricis voluntatem, quam ex praedictis constat per uniuscujusque obitum ab intestato indistincte voluisse adexclusionem cohaeredis Ecclesiam vocare; unde potius intrat argumentum ductum a discretivo modo loquendi *l. quando §. idem respondit ff. de fundo instructo.* 6 7

Fortius, quia haec certa ac determinata voluntas Testatricis magis convincitur ex alia inferiori parte ejusdem Testamenti, in quo ad exclusionem Ecclesiae substitutae posuit in conditione solummodo filios utriusque haeredis praemorientis ab intestato ibi *Non intendo però di togliere a miei figli la facoltà di alienare, ò di testare ma solamente la successione ab intestato, eccetto se havessero figli, quali voglio che succedino a i loro Padri solamente &c.* Ex hac enim intestata successione reservata solum filiis institutorum, recte arguitur, Testatricem omnes alios excludere voluisse, juxta vulgatum axioma, quod exceptio unius casus firmat regulam in non exceptis *l. Lucius Titius §. pluribus ff. ad Trebell.* Rota *dec. 150. n. 20. p. 6. cum aliis passim.* 8

Firmata ex praedictis existentia & purificatione fideicommissi quoad identitatem, super qua ceteroquin nulla cadebat quaestio, non obstat quod substitutio sit facta in eo, quod superest; adeoque cum domus fideicommissaria alienata jam

ſam fuerit per Simeonem, immiſſio dirigi non poſſit ad loca Montium quantumvis pretio illius acquiſita, eo quia in
9 particularibus regulariter pretium loco rei non ſuccedit *leg. qui vos §. ult. de fun. gloſ. in l. Labeo, & Sabinus ff. de verbor. oblig.* Tiraq. *de tract. lignat.* §. 32. *gloſ.* 1. *n.* 20. *& ſequent.*

Quoniam cum alienatio præceſſerit ex cauſa neceſſaria retractus, ſcilicet coactivi in vim Bullæ Gregorianæ diſtrictè præcipientis, quod pretium reinveſtiatur, & obnoxium remaneat omnibus diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oneribus, quibus res vendita ſubjacebat; & de facto loca Montium ad formam dictæ Conſtitutionis fuerint comparata, non videbatur hæſitandum, quin adhuc ſuper illis uti diſtra-
10 ctæ domui ſubrogatis vigeat fideicommiſſum, juxta naturam ſubrogatorum de relatis connotantibus in propoſito, Rota coram Merlin. *dec.* 428. *n.* 1. *& ſequentibus*, ſupplente ipſamet lege, factum hominis, de cujus voluntate ſubrogavit etiam in particularibus, admittitur, ut limitando con-
11 trariam regulam probat Tiraquell. *ubi ſupra n.* 22. Surd. *dec.* 306. *n.* 12. Rota *dec.* 539. *n.* 5. coram Coccino, & coram Zarata *dec.* 79. *n.* 4.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MOLINES.

Bononien. Fideicommiſſi de Mareſcottis,

Lun. 3. *Decembris* 1691.

ARGUMENTUM.

Subſtitutio pluribus facta cum conditione, *ſi omnes ſine liberis obierint*, habet locum, ſi unus tantum ſine filiis deceſſerit; ſed id procedere ex mera voluntate Teſtatoris adeout quatenus de contraria voluntate conſtet non eſſe admittendum, notat Card. de Luca *de Fideic. diſc.* 98. enumerantur itaque caſus, in quibus dicatur cõſtare de volũtate Teſtatoris excluſiva reſolutionis pluralitatis in ſingularitates.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum relictum duobus ſeu pluribus cum conditione*, ſi uterque ſive omnes ſine liberis obierint *habet locum, ſi unus tantum ſine filiis deceſſerit.*
2 *Subſtitutio facta copulative in caſu mortis plurium ſine filiis purificata dici non poteſt, ſuperextante aliquo ex primo vocatis cum filiis.*
3 *Natura copulativæ eſt, ut concurrere debeant omnia copulata.*
4 *Pluralitas ſolet in ſingularitatem reſolvi.*
5 *Reſolutio autem fit ex præſumpta Teſtatoris voluntate.*
6 *Ideo exiſtente in contrarium voluntate Teſtatoris, pluralitas in ſingularitatem reſolvitur.*
7 *De hac voluntate conſtaret, ſi Teſtator fideicommiſſum inſtituerit, ut conſervaretur ſplendor, & nobilitas ejus familiæ, quouſque vocatorum linea perduret.*
8 *Pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur, quando ſubjecta materia ita ſuadeat.*
9 *Subſtitutio purificata dici non poteſt, ſuperextante perſona de linea contemplata, & expreſſe vocata.*
10 *Pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur, ſi Teſtator bona fideicommiſſo obnoxia tanquam individua conſideraverit.*
11 *Re & verbis dicuntur conjuncti hæredes, ſi ſub unica oratione & eadem res duobus legata.*
13 *Quo caſu per Jus non decreſcendi per obitum unius conſolidetur res favore alterius.*
14 *Et non fiat reſolutio pluralitatis in ſingularitatem;*
15 *Jus accreſcendi locum non habet poſt quæſitum emolumentum, declara, ut nu.* 16. *&* 17. 18. *&* 19.
20 *Pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur, quando ſupereſt perſona Teſtatori magis prædilecta, quam ſubſtitutus.*
21 *Perſona autem magis prædilecta ad d. effectum dicitur ille, qui primo loco fuit nominatus.*
22 *Ac etiam ille, qui fuit aptior reputatus pro conſervatione ſplendoris familiæ, & extitit re & verbis conjunctus.*
23 *Verba* iiſdem modis, & formis *denotant æqualicatem vocationis cum caſu præcedenti.*

DECISIO LXVI.

Nicolaus Mareſcottus inter cætera, quæ diſponit in ſuo Teſtamento, reliquit jure legati, inſtitutionis, & omni alio meliori modo Bernardino, & Antonio Mariæ fratribus ejuſdem familiæ Mareſcottæ prædium ſub communi Medicina nuncupatum *la Mareſcotta* cum omnibus bonis ſub illo contentis; quibus deficientibus cum filiis, & deſcendentibus lineæ maſculinæ, voluit iſtos in prædictis bonis & d. prædio ſuccedere, excludendo tamen legitimatos etiam per ſubſequens matrimonium, vel privilegium; ſi vero deficerent legatarii, vel eorum deſcendentes, & linea ſine filiis maſculis legitimis natiſque de legitimo matrimonio, mandavit, quod d. prædium, & prædicta bona redirent ad ſuum univerſalem hæredem nempe Vincentium Mareſcottum fratrem naturalem ipſius Teſtatoris, ejuſque deſcendentes. Deinde in codicillis legato accrevit alterum prædium nuncupatum *del Boſco* in communi Sancti Almaſii cum iiſdem tamen modis, formis, & ſubſtitutionibus contentis in ſupradicto altero legato.

Defuncto Teſtatore vigore hujuſmodi diſpoſitionis, & prædium, & bona ſub illo contenta conſecuti fuerunt legatarii, ſed vice prædii *del Boſco* receperunt pretium valutatum in lib. 38. cum onere illum inveſtiendi pro vocatis ad hoc fideicommiſſum particulare.

Poſt hæc obiit Antonius Maria ſine filiis, & deinde Bernardinus, relicto Comite Antonio Joſepho filio, & hærede, contra quem inſurrexit D. Co. Vincentius hæres inſtitutus in Teſtamento, & ſubſtitutus in prædicto legato in defectum legatariorum ſine filiis, & deſcendentibus, & linea, prætendens quod per obitum Antonii Mariæ ſine filiis purificata fuerit ejus favore ſubſtitutio pro medietate d. legati in- 1
nixus diſpoſitioni vulgati Text. *in l. hæredes mei* 57. §. *Cum ita ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* in quo ſancitur fideicommiſſum, relictum duobus, ſeu pluribus cum conditione, ſi uterque ſive omnes ſine liberis obierint, habere locum, ſi unus tantum ſine filiis deceſſerit, cum pluralitas reſolvatur 2
in ſingularitates, ſuper quo contrariis habitis ſententiis in Tribunali Eminentiſſimi Legati Bononiæ, tandem ad me appellantis cauſa devoluta hodie dubitavi, *An ſit concedenda immiſſio, & laxandum mandatum?* & ſuper utroque negative fuit reſponſum.

Non enim conſtare viſum de purificatione ſubſtitutionis favore Vincentii Actoris, quia ejus ſubſtitutio facta reperitur copulative in caſu moris plurium ſine filiis; ideoque purificata dici nequit, ſuperextante aliquo ex primo vocatis cum filiis, *leg. hæredes plures* 5. *ff. de condit. inſtitut. leg. Cum quidam* 10. *C. de Impub. & aliis ſubſtit.* juxta non minus veram, & naturalem verborum proprietatem, quam efficaciam copulativæ, cujus natura eſt, ut concurrere debeant omnia copulata, & falſa ſit niſi in omnibus impleatur, Bart. *in l. hæredes mei d.* §. *Cum ita ad Sen. Conſ. Treb.* & ibi Ripa *n.* 130. *&* 134. Menoch. *præſumpt.* 186. *n.* 33. *&* 3
34. *lib.* 3. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 473. *n.* 93. Surd. *dec.* 10. *n.* 39. Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 29. Dec. *conſ.* 594. *nu.* 2. *&* 3. Gratian. *diſcept.* 468. *n.* 74. *&* 621. *n.* 32.

Et licet ab hac verborum proprietate recedi ſoleat reſolvendo pluralitatem in ſingularitatem, itaut, decedente ex inſtitutis ſine filiis, admittatur ſubſtitutus ad portionem deficientis, inhærendo vulgato reſponſo Papiniani *in d. l. hæredes mei* 57. §. *Cum ita ff. ad Trebell.* hoc tamen fundatur 4
in quam tacita ſeu præſumpta voluntate Teſtatoris ex eo deducta, quod ſi iſte voluit ſubſtitutum totum habere omnibus primo vocatis deſcedentibus ſine filiis, cenſeri etiam de- 5
bet voluiſſe habere partem ſeu portionem unius tantum deficientis, qua voluntate concurrente a proprietate verborum, & natura copulativæ receditur, ut *in d.* §. *Cum ita* ibi - *Neque prima facie propter conditionis verba admitti non videbatur, ſed cum in fideicommiſſis voluntatem ſpectari conveniat leg. falſa demonſtratio* 33. §. *fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Mantic. *de conjectur. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 24. poſt med. Gratian. *diſcept. forenſ.* 468. *n.* 75. etiam idipſum tenuit Rot. *dec.* 604. *n.* 3. *& per tot. p.* 1. *diverſ. & dec.* 246. coram Gregor. XV. *dec.* 145. *n.* 2. *&* 3. *& dec.* 316. *n.* 4. *p.* 1. *rec. deciſ.* 97. *num.* 2. *&* 142. *n.* 4. *&* 244. *n.* 2. *p.* 17.

Ac proinde exiſtente in contrarium voluntate Teſtatoris pro non reſolutione pluralitatis in ſingularitates attẽdenda venit, capiendo verba in propria ſignificatione, & juxta naturam copulativæ, ut nempe ſermo conceptus in perſonis plurium copulatorum non conveniat aliquibus tantum 6
cum reſolutione numeri pluralis ſingularem, Patiſ. *conſ. ſeptuageſimo quarto, primo dubio vol.* 2. Gratian. *diſcept.* 621. *num. trigeſimo ſecundo, diſcept.* 741. *n.* 12. Card. de Luca *de fideicomm. diſc.* 96. *num.* 5. Rota *dec.* 97. *nu.* 3. *deciſ.* 142. *n.* 3. *dec.* 244. *n.* 3. *p.* 17.

De tali autem voluntate excluſiva reſolutionis in ſingularitates conſtare viſum fuit in præſenti, reflectendo, quod Teſtator particulare ordinavit fideicommiſſum ſuper prædio ſemper, & ab antiquo tempore poſſeſſo a perſonis de vera, pro-

propria, & legitima familia Marescotto, de qua ipsa erat (itaut prædium secum ferat denominationem familiæ nuncupatam *la Marescotta*) ad illud vocando Bernardinum,
7 & Antonium Mariam de dicta familia eorumque descendentes masculos in infinitum cum mentione lineæ masculinæ, & exclusione legitimatorum etiam per subsequens matrimonium, vel privilegium; ex quo apparet, quod Testator ejus fuerit intentionis, ut perpetuo retineretur hujusmodi prędium una cum bonis ei annexis sitis in Communi de Medicina ab illis de d. familia Marescotta, & sic conservaretur splendor, & nobilitas ejus familiæ quousque vocatorum linea masculina perduraret, qua stante, censetur voluisse, ut decedente uno ex legatariis sine filiis pro adimplemento suæ voluntatis, consolidaretur portio deficientis penes su-
8 perstitem, ut in simili advertit Rota *in decis. Roman. fideicommissi de Ursinis 7. Februarii* 1681. §. *Et quamvis*, coram bon. mem. Albergato, & generaliter non resolvi pluralitates in singularitates, quando subjecta materia aliud suadet, tenent Oldrad. *cons.* 231. Card. de Luc. *d. disc.* 96. *n.* 7.

Addito, quod Testator nedum in controverso legato, & particulari fideicommisso consideravit Bernardinum, & Antonium Mariam eorumque descendentes per modum unius lineæ ibi-- *E doppo d essi alli figliuoli, e descendenti in linea masculina*, & inferius ibi-- *E mancando essi, o suoi descen-*
9 *denti, e linea*, quod operatur, ut substitutio favore Vincentii purificata dici non possit, super extante Bernardino de linea, sic contemplata, & expresse vocata, ad tradita per Rota *dec.* 183. *n.* 6. *part.* 15. Verum etiam substituendo Vincentium habuit, & consideravit prędium tanquam rem individuam, & cum supposito de ejus permanentia absque scissura portionum penes institutos, & suos descendentes, dum dixit ibi-- *Che la sudetta possessione, e beni vadino, e ritornino all'infrascritto suo Erede, e descendenti*, ex quo oritur assistentia purificationis substitutionis favore Vincen-
10 tii quoad solam portionem alterius ex legatariis sine filiis, quodque, ut locus fiat substitutioni, expectandus veniat o-
11 mnium legatariorum obitus sine filiis, ex firmatis per Rotam *dec.* 177. *n.* 11. *& sequent.* coram Priolo, & traditis per Peregr. *cons.* 31. *n.* 44. Card. de Luc. *d. disc.* 9. *n.* 8.

Quæ clariora redduntur, ponderando quod Bernardinus, & Antonius Maria legatarii sunt conjuncti, re, & verbis ibi-- *Lascio a Bernardino, & Antonio Maria Fratelli una possessione*, cum sub uno, & eodem verbo, complexu, seu
12 unica oratione sit eadem res duobus legata §. *si eadem res instit. de legat. l. Triplici* 142. *ff. de verb. signif. l. Compuncti* 78. *ff. de legat.* 3. propter quod, defecto Antonio Maria sine filiis, superstite Bernardino, huic per jus non decrescen-
13 di totum legatum debetur *d.* §. *si eadem res l. par. in princ. l. penult. ff. de usufruct. accresc. l. unica* .*Ubi autem vers. sin vero nemo alius C. de caduc. tollen.* Bellon. *de Jur. accresc. cap.* 5. *q.* 37. *a n.* 1. *dec.* 72. *n.* 8. *& seqq. & decis.* 94. coram Pœn. *dec.* 374. *n.* 4. *p.* 11. & in his terminis pro exclusione resolu-
14 tionis pluralitatis in singularitates, Menoch. *cons.* 661. *nu.* 13. *vers. ita commune & n.* 15. Card. de Luca *d. disc.* 46. *nu.* 8. Rota *dec.* 97. *n.* 16. *& dec.* 244. *in fin. p.* 17.

Parum refragante, quod subaccrescendi locum sibi non
15 vindicet post quæsitum emolumentum *leg.* 1. §. *Interdum ff. de usufruct. accrescendo*; quoniam hoc procedit, quando eadem res pluribus in eadem oratione relinquitur; quo casu
16 licet interitus adsit conjunctio realis, vel verbalis postquam quilibet suam portionem acquisivit, cessat jus accrescendi; ubi autem (prout in casu) legatum fuit relictum nedum Bernardino, & Antonio Mariæ, verum etiam eorum filiis, & descendentibus. Inde sequitur, quod cum Antonius Maria decesserit sine filiis, ejus portio per jus non decrescendi remanserit penes superstitem, Rota *d. dec.* 72. *n.* 10. *& seq. &*
17 *dec.* 94. coram Pœn. *d. dec.* 374. *n.* 7. *p.* 11. Præsertim quia, ut dictum est, Testator legatarios consideravit per modum unius lineæ: quo casu uti redacti in unum corpus superstes
18 præoccupat partem deficientis quasi suam *leg. primo* §. *his ita definitis vers. hoc ita tam varie C. de caduc. toll.* & etiam quia rem legatam reputavit uti rem individuam, quo stante, cum eadem res sit apud omnes legatarios insolidum, ideo habet
19 conditiones non decrescendi, Card. de Luca *de feud. disc.* 8. *sub n.* 16. *& de Jurepatr. disc.* 35. *n.* 10.

Et his positis applicatur altera limitatio communiter recepta, ne pluralitas resolvatur in singularitates, nempe quan-
20 do superest persona Testatori magis prædilecta, quam substitutus, Bart. & Doctores *in d. l. haeredes mei* §. *cum ita* Fusar. *de substit. q.* 463. *n.* 30. Card. de Luca *d. disc.* 96. *num.* 9. Rot. *dec.* 183. *n.* 8. *p.* 15. *dec.* 92. *n.* 8 *&* 142. *n.* 12. *&* 244. *n.* 6. *p.* 17. quod sane concurrit in hoc casu, sive quia Bernardinus, & Antonius Maria fuerint in hoc particulari fideicommisso primo loco numerati, Rot. *decis.* 287. *n.* 10. cor. 21
Bich. *& decis.* 637. *n.* 3. *in fin. p.* 2. *rec.* sive quia, ut dictum est, tale legatum relictum fuit pro conservando splendore, & nobilitate familiæ Marescottæ, ad quod aptiores Testator reputavit ipsos legatarios tanquam vere de d. familia, sive quia eos re & verbis conjunxit, ut has duas qualitates ad probandam prædilectionem ad exclusionem substituti ponderat Menoch. *de præsumpt.* 86. *n.* 20. *vers. dicitur.* 22

Et hæc omnia militant etiam respectu prædii *del Bosco* legati in codicillis eisdem Bernardino, & Antonio Mariæ, cum legatum hoc relictum fuerit eisdem modis, formis, & substitutionibus contentis in altero legato relicto in Testamento prædii *della Marescotta*, de quo supra dictum est; sicque ex efficacia dd. clausularum eodem modo de utroque legato judicandum est, Menoch. *cons.* 124. *nu.* 60. Rot. cor. 23
Pamphil. *dec.* 706. *n.* 2. *& dec.* 1788. *n.* 17. coram Coccino.

Et ita utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Tusculana Fideicommissi.

Ven. 9. *Maii* 1687.

ARGUMENTUM.

Fideicommissa utpote odiosa nequaquam extensionem recipiunt, & ideo quoties verba Testatoris satis verificari, & adaptari possint descendentibus distributive utriusq; lineæ nunquam est pro inductione reciprocæ linearis judicandum, nisi ejusdem Testatoris verba adeo sint clara, ut sine lineari reciproca salvari non possint per ea quæ etiam scripsit Card. de Luca *d. Fideic. disc.* 100. cum multis sequentibus & ad effectum suadendi reciprocam, cum multæ hic propositæ fuerint conjecturæ tanquam dubiæ rejiciuntur.

SUMMARIUM.

1 *Ægidianæ Constitutionis dispositio locum non habet, si scientia sit injusta.*
2 *Reciproca linearis nunquam inducta dicitur, si verba Testatoris satis verificari & adaptari possint descendentibus distributive utriusque lineæ, & numer.* 11.
3 *Ad hoc ut reciproca linearis volita dicatur, necesse est, quod verba sint adeo expressa, ut sine lineari reciproca salvari nequeat dispositio Testatoris.*
4 *Idque eo magis procedit, si agatur de fideicommisso condito a transversali.*
5 *Et si Testator a principio non unicam personam seu lineam, sed plures lineas instituit.*
6 *Dictio e così est repetitiva reciprocæ factæ inter primos institutos.*
7 *Declara, ut repetat reciprocam discretive in unaquaque linea, non autem de linea ad lineam.*
8 *Reciproca linearis in fideicommisso facto a transversali volita non dicitur, nisi prægnantia verborum, & ratio recti sermonis aliud non patiatur, vel adstipulentur vehementes conjecturæ non verificabiles nisi in reciproca de linea ad lineam.*
9 *Testator, vocando lineam in numero singulari, unam tantum lineam considerasse videtur.*
10 *Feminæ non admittuntur, nisi evacuata linea masculina.*
12 *Reciproca linealis non probatur ex prælatione masculorum ex digressione ad plures substitutiones, & ex alienationis prohibitione.*
13 *Omnis est facienda interpretatio, ut reciproca linealis excludatur.*
14 *Existentia fideicommissi non probatur ex assertione hæredis.*
15 *Res alienata ex facultate fideicommittentis remanet libera fideicommisso, vide n.* 16.

DECISIO LXVII.

FRancīscus de Parentibus post institutos hęredes universales Ambrosium, & Joannem Mariam ambos pariter de Parentibus, alterum tamen ex fratre, alterum ex sorore nepotes subdidit-- *Et in caso che uno di loro mori senza figli maschi legitimi, muori all'altro, & in questo medemo caso uno succeda all'altro, e così anco li figli maschi da loro descendenti in perpetuo nel detto caso uno succeda all'altro, e mācando la linea mascolina succedano le femine per egual portione.*

Quare

Quare concessa ab A. C. immissione in omnibus bonis
subjectis fideicommisso Francisci Felicis de Parentibus soro-
ri Joannis Baptistæ, qui fuit filius Hieronymi, & ultimus
masculus superstes ex lineis vocatis a fideicommittente; du-
bitavi, an esse locus Ægidianæ, & D. D. quoad Joannem
1 Mariam, & demum venditam ab Ambrosio eidem Joanni
Mariæ; negative responderunt propter injustitiam sententię,
cujus ratione cessat Ægidiana, Rota *decis.* 322. *n.* 1. 19. *et
alibi s pius*.

Reciproca enim linearis, cujus vigore Felix petit totum
fideicommissum, nec concurrit expresse, nec sufficienter re-
sultat ex conjecturis; & quidem non concurrit expresse,
nam verba superius recentita possunt quidem inducere reci-
procam inter descendentes cujuslibet lineæ, non autem de
linea ad lineam. Cum enim non proferant necessarium &
promiscuum complexú inter plures ex diversis lineis proce-
2 dentes, sed satis verificari & adaptari possunt descendentibus
distributive utriusque lineæ, utique non sunt apta inducere
reciprocam linearem, pro qua necesse est, quod verba sint
adeo expressa, ut sine lineari reciproca salvari nequeat dis-
3 positio Testatoris, Menoch. *cons.* 982. *n.* 415. Fusar. *consil.*
17. *nu.* 42. *et* 45. Castald. *consult.* 477. *nu.* 1. *et* 3. *et consult.*
145. *n.* 20. Gratian. *discept. For. cap.* 731. *n.* 8. Fusar. *de sub-
stit. q.* 475. *n.* 2. Rota *dec.* 287. *n* 3. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.* Seraph.
dec. 1023. *n.* 3. Eminen. Cerr. *decis.* 631. *nu.* 4. Carill. *decis.*
605. *n.* 21. *et seqq.* Cels. *dec.* 376. *n.* 4. Dunoz. jun. *dec.* 582,
4 *n.* 1. Bich. *dec.* 271. *n.* 8. *dec.* 58. *a n.* 1. *cum seq. p.* 15. *rec. et
dec.* 10. *n.* 15. *et seq.* 19. Quæ conclusio eo magis videtur pro-
cedere, cum fideicommissum fuerit constitutum a transver-
sali, Peregr. *cons.* 35. *n.* 8. *lib.* 3. Mans. *consult.* 218. *n.* 20. *et
consult.* 210. *n.* 11. *lib.* 3. Rota *dec.* 68. *nu.* 1. *p.* 15. & cor. Ca-
rill. *dec.* 105. *n.* 20. & coram Emin. Cerr. *dec.* 639. *n.* 3. *et* 4.

Et Testator non instituit a principio unicam personam
seu linea, sed duos nepotes, unum ex fratre, & alterum
ex sorore, & per consequens plures lineas, Card de Luc. *de
fideic. disc.* 101. *n.* 2. Mans. *consult.* 219. *n.* 10. *et plurib. seq.
5 lib.* 3. Rota coram Ubald. *dec.* 383. *n.* 18. & coram Carill. *d,
dec.* 105. *n.* 22. *dec.* 67. *n.* 7. *et* 15. *p.* 15. *et dec.* 20. *nu.* 15. *et
seq. p.* 19. *rec.* Inter quas ab initio divisit hæreditatem in dies
portiones ubi *Ciascheduno di loro per eguale portione*, Mars,
d. consult. 219. *n.* 7. *lin,* 3. Rota *dec.* 341. *n.* 15. *et seq. p.* 7. *rec,*

Non obstat, quod sicuti reciproca est expressa inter Am-
brosium, & Joannem Mariam hæredes institutos, ita repe-
tita sit inter eorum descendentes vigore illorum verborum
6 --*E così li figli da loro descendenti*, quæ sunt repetitiva
ejusdem dispositionis, Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 103.
et disc. 104. *n.* 4. 7. *et seq.* Cyriac. *consult.* 70. *num.* 4. *et seq.*
Carol. Ant. de Luca *de linea legali art.* 30. *sub n.* 7. *vers vi-
detur verius et respons.* 19. *n.* 4. Rota *dec.* 280. *num.* 10. *p.* 19.
dec. 306. *nu.* 5. *seq. p.* 12. *et in Tridentina fideicomm.* 29. *A-
prilis* 1682. *et* 25. *Junii* 1683. *utrobique §. primo* coram bon,
mem. Decano, *et in Tusculana Fidecomm.* 29. *Junii* 1615.
§. *fideicommiss.* coram bon. mem. Paulutio Rot. *dec.* 528. *nu,*
16. *p.* 18. *rec. et dec.* 583. *n.* 30. *et seq.* coram Bichio. Quia
dictio--*E così*, sit illativa, & repetitiva tamen repetit sim-
plicem reciprocam discretive in utraque linea, non autem de
7 linea ad lineam, Menoch. *cons.* 982. *n.* 4. & 5. Mans. *d. con-
sult.* 218. *lib.* 3. Rota *dec.* 225. *n.* 13. post Torr. *de pact. futur.
succ.* & coram Coccino *dec.* 1194. *n.* 4. & *seq.* & *dec.* 20. *num.*
27. & *seq. part.* 19. & *in Interamnen. fideicommiss.* 13. *Junii*
1683. §. *nec refert*, coram bon. mem. Albergato, Præser-
tim cum agatur de fideicommisso instituto a transversali in-
ter plures lineas & stirpes a principio discreta, & divisa inter
illos æqualiter hæreditate; quo casu difficilius reciproca li-
nearis censetur inducta, & repetita, in quibus terminis non
loquuntur DD. & decisiones pro Felice allegatæ; procedunt
enim vel in eadem linea, vel quando prægnantia verborum,
8 & ratio recti sermonis aliud non patitur, vel adstipulantur
vehementes conjecturę non verificabiles nisi in reciproca de
linea ad lineam, itaut ex illis alias tacita reciproca substitu-
tio resultaret, quæ tamen in præsenti non adest, quia si cur-
ritur ad vulgata requisita *l. Titia Sejo, §. Sejo liberis ff. de l.*
2. ex illis duo deficiunt, nempe quod substitutio sit facta ul-
timo morienti, & in tota hæreditate, deficiente enim præ-
supposito, quod rata hæreditatis per obitum Joannis Mariæ
devenire debeat ad masculum alterius lineæ prædeficit ex su-
prædicti. Inde sequitur, quod Felix respectu portionis ejus-
dem Joannis Mariæ non sit substituta ultimo nec in tota hę-
reditate, nec hujusmodi defectus supplere potest vocatio fe-
minæ post masculos, & deficiente linea masculina, ex quo
Testator exprimendo masculos duorum nepotum hære-
dum institutorum sub nomine lineæ in numero singulari,
unam tantum lineam considerasse videtur; illam desumen- 9
do a seipso ac inter masculos prædictos reciprocam substitu-
tionem ordinare voluisse, Carol. Ant. de Luca *de linea lega-
li art.* 26. *n.* 4. & *seq. vers. puto posse* Rota *consult.* 60. *nu.* 65.
tom. 1. Rota *in Romana fideicommiss. de Ursinis* 1. *Februarii*
1661. §. *non obstat in fin.* coram bon. mem. Albergato & *de
fideicomm. transversali decisione* 339. *n.* 11. *p.* 17. *rec.* Cum
feminę non possint admitti, nisi in totum evacuata linea ma-
sculina, secundum *cons.* 344. *n.* 17. Redenasch. *cons.* 59. *n.* 10
15. Altograd. *cons.* 80. *n.* 64 & *seq. lib.* 2. Andreol. *controv.*
85. *n.* 1. & *cons.* 367. *n.* 2. Rota *d. consult.* 69. *n.* 64. *tom.* 1.
Rota *post cons.* Giovagn. 36. *n.* 45. *lib.* 2. & *in rec. dec.* 280.
n. 20. *p.* 10. & *dec.* 472. *n.* 10. *p.* 14. & *dec.* 339. *n.* 23. *p.* 17.
Etenim cum non agatur inter descendentes Testatoris, non
poterat linea masculina a propria persona descendere, imo 11
nec & a persona sui patris, de cujus linea masculina non erat
Ambrosius alter ex hęredibus institutis, utpote per feminam
descendentes; ideo cum prælatio masculorum & successive
feminarum vocatio impleri posse absque ulla necessitate ad-
mittendi reciprocam linearem, reciproca non debet accipi
collective, sed distributive, ut substitutio feminarum non
sit facta ultimo masculo utriusque lineæ, sed sigillatim cu-
juslibet lineæ, Rota *dec.* 245. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 467. *n.*
9. *p.* 5. *tom.* 2. *rec.* Bich. *dec.* 271. *n.* 24.

Ceteræ autem conjecturæ nempe reciproca inter primos
institutos, prælatio masculorum, digressus ad plures substi-
tutiones, & prohibitio alienationi, & aliæ minoris mo-
menti cumulatæ per scribentes pro Felice visæ sunt DD. pos- 12
se quidem operari reciprocam inter descendentes ejusdem li-
neæ, sed non esse trahendas, ut importent absque necessita-
te reciprocam de linea ad lineam, pro cujus exclusione su-
menda est quælibet interpretatio, Rot. coram Carill. *decis.* 13
105. *n.* 20. & *dec.* 20. *nu.* 27. *ad* 28. *p.* 19. *rec.* Et quæ, cum
non adsit in Testamento, multo minus potest desumi ex
confessione Joannis Mariæ unici ex primi hæredibus, qui in
quadam transactione initia cum Joanne Baptista filio Am-
brosii fassus fuit, quod post obitum Joannis Baptistæ in uni-
versa Francisci hæreditate successurus esset ipse Joannes Ma-
ria, & successive ejus descendentes; Quia, cum agatur de
mero juris articulo nihil facit assertio hæredis, qui erat
persona idiota, & penitus conclusionum ignara, Rota cor. 14
Royas *decis.* 554. *n.* 23. & *dec.* 284. *n.* 42. & *seq. p.* 8. *rec.*

Demum quoad domum nulla competit immissio, cum
fuerit licite alienata in cohæredem juxta facultatem expres-
sæ impartitam a Testatore; ideoque remanet libera in hęre-
ditate Joannis Mariæ, Simon. de Præt. *de interpret. ultima
volunt. lib.* 3. *fol.* 373. *n.* 2. Gratian. *disceptat. forens. capit.* 15
376. *num.* 2. Rota *decis.* 446. *num.* 1. *in fin. part.* 1. *recent.*
coram Eminentiss. Cerro *dec.* 507. *n.* 10. & *seq.* Cum enim
alienatio permissa fuerit inter cohæredes in Testamento, in
quo fuit contemplata parentela, sub cujus nomine veniunt
descendentes, & ex feminis qui possident domum aliena-
tam, illa non est modo obnoxia restitutioni, quidquid esset
dicendum, si esset in Testamento contemplatio agnationis, 16
aut parentelæ masculinæ, in qua Testator præcipisse bona
perpetuo remanere, ad tradita per Altograd. *cons.* 80. *n.* 51.
& *seq. lib.* 1. Bellon. jun. *cons. part. num.* 15. Rota *dec.* 429.
n. 15. *p.* 13. & *dec.* 415. *n.* 7. *p.* 14. & *in Romana fideicommis-
si de Compagnis* 18. *Junii* 1683. §. *penult.* cor. Bevilaq. & *in
Eugubina fideicommiss.* 2. *Junii* 1681. §. *inspectis*, coram
Eminent. D. Matthæjo.

Præterea animadvertebant Domini, quod in casu defi-
cientiæ masculorum sunt vocatæ feminæ æqualibus portio-
nibus, ac proinde hodie Felix non potest consequi fideicom-
missum, nisi æqualiter cum feminis descendentibus ab alia
linea Joannis Mariæ.

Et ita, utraque Parte informante &c.

R. P. D. RONDININO.

Tudertina Census.

Ven. 4. *Julii* 1687.

ARGUMENTUM.

Etiam si pro reciprocæ linearis exclusione Juris stet prę-
sumptio, nihilominus quoties ex conjecturis liquear
Testatorem reciprocam linearem voluisse, pro ea est
judicandum, volitam autem fuisse deciditur, dum
Testator amplissimis verbis alienationem prohibuit,
ut integra sua hæreditas & bona deferentur ad voca-
tos & bona semper remanerent penes ipsos, juxta ea
quæ pariter tradit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 101.
Alia multa habentur quæ concernunt modum bono-
rum identitatem.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Exceptio fideicommissi retardat immissionem creditoribus gravati.*
2 *Fideicommissum successivum inter descendentes dicitur inductum, si Testator voluerit in tempus longævum disponere, & succedendi ordinem per gradus statuere.*
3 *Præsertim, si prohibuerit alienationem & Trebellianicæ detractionem.*
4 *Reciproca lienalis dicitur volita, si prohibita fuerit alienatio, ut integra hæreditas deferretur ad descendentes masculos, & penes vocatus bona semper remanerent.*
5 *Ex Catastro probatur bona fuisse in bonis Testatoris.*
6 *In antiquis ex conjecturis probatur identitas, & n.7.*
8 *Ac etiam per testes deponentes per famam.*
9 *Possessio præsumitur continuata absque ad obitum.*
10 *Quidquid filii habent censetur a patre provenisse.*
11 *Contra non conficientem inventarium urget præsumptio, quod omnia bona per eum possessa fuerint in hæreditate defuncti.*
12 *Identitas probatur, si defunctus possidebat in eodem loco, quo possidet hæres.*
13 *Identitas probatur, si concurrant duæ demonstrationes, quarum altera generalis, & altera particularis sufficiunt.*
14 *Erronea descriptio facta in Inventario non præjudicat.*
15 *Præsertim, si apposita fuerint clausulæ salutares Jura præservantes.*
16 *Pro dote datur retentio.*
17 *Dotis solutio probatur per confessionem de recepto, si præcesserit promissio.*
18 *Promissio facta per virum solvendi certam pecuniarum quantitatem, quoties in certo loco non maneat, sustinetur.*
19 *Dos non exacta adversus virum reputatur, ac si esset soluta.*
20 *Non exigitur cessio ad effectum retinendi.*
21 *Hæres ad effectum faciendi fructus suos, censetur pro ejus creditis appropriasse bona hæreditaria.*

D E C I S I O LXVIII.

PRo præstatione novi fundi, & solutione fructuum census scut. 500. in sorte, quem de anno 1679. Laurentius Leonius imposuerat favore Joannis Pauli Celii, Carolus, & Bernardus de Patentiis præfati Celii successores obtinuerant ab A. C. mandatum contra bona hæreditaria Laurentii impositoris. Ad cujus mandati executionem impediendam licet Dominicus, Paula, & Catharina de Leoniis hæredes opposuerint plura eorum credita anteriora, & periti electi per judicem ad hunc effectum in partibus sub delegatum retulerint, hæreditate Laurentii absorberi a creditis anterioribus hæredum tam ex causa jurium dotalium Lauræ Bisentiæ uxoris Laurentii, quam debitorum ab hæredibus solutorum; Nihilominus placuit A.C. decernere processum ad ulteriora in executione mandati supra prædictis bonis, iisque tamen hæredibus non amotis, & dummodo oblationes excederent sc. mil. Quamobrem commissa mihi causa cum clausula translativa exceptionis, & proposito dubio ad formã commissionis, DD. responderunt, mandatum non esse exequendum.

Nam quod domum sitam in Civitate Tudertina, & quoad prædium, & Terras descriptas *sum. n.6. & 10.* censuerunt Domini constare de fideicommisso Laurentii senioris de Leoniis purificato ad favorem Dominici Leonii, ut ex Testamento dato in *sum. n. 1.* ideoque cum super istis bonis Laurentius junior ultimo loco defunctus, & debitor census non potuerit, neque tacitam, neque expressam hypothecam constituere, exceptio fideicommissi retardat immissionem creditoribus gravati, ut notant DD. *in l. filios familias §. Divo*, ubi præcipue Jason, & Ripa *n. 11. ff. de legat. 1.* Gobb.
1 *consult. 94. n. 1.* Rot. post Merlin. *de pign. dec. 55. n. 1. & 2.* cor. Seraph. *dec. 157. per tot.* & cor. Emin. Cerro *dec. 401. n. 1.*

Fideicommissum favore descendentium masculorum Laurentii resultat ex verbis præseferentibus tractum successivum futuri temporis, ibi— *Ita quod integra sua hæreditas deferatur ad descendentes masculos ex dd. suis filiis legitimis, & naturalibus, & successive de eorum gradu in gradum, ita quod d. sua hæreditas, & bona semper sint penes dd. descendentes masculos ut supra graduatos &c.* Cum enim constet, Testatorem voluisse in tempus longævum disponere, & succedendi ordinem per gradus statuere, dubitari non potest, successivum inter descendentes vocatos inductũ esse fideicommissum, Cuman. *in l. cum ita 32. §. in fid. sub n. 4. de legat. 1.* Fusar. *de substit. q. 382. n. 52. & q. 478. nu. 56. & 93.* Bellon. Jun. *cons. 26. n. 20. & seq.* Mans. *consult. 337. n. 3. & 4.* Castald. *consult. 66. n. 10.* Adden. ad Greg. *dec. 207. n. 9. v. 4. præd. opin.* Rota *in rec. dec. 168. n. 9. p. 3. dec. 212. n. 1. 2. p. 4. tom. 1. dec. 366. n. 10. p. 4. tom. 2. dec. 649. n. 2. & seq. p. 4. to. 3.* & cor. Arguell. *dec. 54. n. 2. & per tot.*

Multo magis concurrente prohibitione alienationis, ut integra hæreditas perveniret gradualiter ad descendentes, & prohibitione etiam Trebellianicæ, quæ locum non habet, nisi in fideicommissum, & est necessaria conjectura substitutionis fideicommissariæ, Valenzuol *con. 185. n. 65. lib. 2.* Peregr. *de fideic. art. 5. sub n. 1. 2. vers. Item prohibitio illa, & alii relati per tot.* coram Arguel. *d. dec. 54. n. 32.*

Præterea in superius recensita dispositione non solum adest simplex descensivum fideicommissum favore masculorũ, sed etiam continetur substitutio reciproca linealis inter omnes vocatos, ita ut Integrum fideicommissum, & omnes etiam patruorum portiones consolidatæ hodie sint in persona Dominici ultimi masculi. Quoniam si Testator verbis adeo amplius prohibuit alienationem totius hæreditatis, & 3
omnium bonorum, ita quod integra sua hæreditas deferretur ad descendentes masculos, & bona semper remanerent penes eosdem vocatos, id sequi non potest, nisi inter omnes vocatos adsit fideicommissum reciprocum etiam de linea ad lineam, per quod impediatur scissura hæreditatis, illiusq; transitus ad extraneos, Bart. & alii communiter *in l. qui* 4
Roma §. Cohæredes ff. de verb. oblig. Card. de Luca *de fideic. disc. 101. n. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 2. n. 37.* Petr. *de fideic. q. 11. n. 550.* Peregr. *de fideic. art. 13. n. 79.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. n. 24.* Adden. *de fideic. ex prohibit. q. 11. art. 8. n. 128* Fusar. *d. substit. q. 689. n. 7.* Rot. cor. Seraph. 1373. *& in rec. dec. 361. n. 14. dec. 10. 44. 193. p. 1. dec. 681. n. 4. p. 2. dec. 467. n. 1. & seq. p. 5. t. 2. dec. 16. n. 11. p. 14. dec. 28. n. 8. p. 19.*

Vocatio vero Dominici patet, cum illius descendentia a Laurentio fideicommittente probatur ex datis in *in sum. n. 2. & 9.* ubi ex depositionibus testium liquet ex Troilo filio instituto provenisse Laurentium juniorem, & ex illo natum Marcum Antonium, qui genuit Dominicum, qui proinde reperitur intra quartum gradum vocatorum, sive accipiamus gradus computationem, dempta sola persona Testatoris, sive post personas primo vocatas, juxta magis communem DD. inter se dissentientium contrarias opiniones, de quibus per Fusar. *de substit. q. 381. n. 34. 35.*

Quod autem bona sint sub hujusmodi fideicommisso comprehensa demonstrat tum antiquum Catastrum *sum. n. 11. & 12.* in quo descripta sunt bona stabilia Testatoris præcipue sita in villa Podii, & montis Castelli, cum per Catastrum probetur bona fuisse in bonis Testatoris, Rom. *cons. 165.* Alex. *cons. 92. n. 5. lib. 2.* Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 12. n. 46.* Ciriac. *contr. 204. n. 44.* Peregrin. *de fideic. art. 44. n. 7.* 5
Rota cor. Seraph. *dec. 1344. n. 2.* coram Cels. *dec. 291. n. 6.* coram Eminent. Cerro *dec. 3. nu. 6. & decis. 782. n. 6.* Quod Catastrum coadjuvatur etiam ex pluribus enunciativis, & aliis adminiculis, quæ in antiquis per se sufficerent ad ple- 6
nam probationem identitatis, Bald. *in l. cum aliquis C. de jur. delib.* Menoch. *cons. 20. 7. n. 10 & cons. 1111. n. 25.* Peregr. *de fideic. art. 44. n. 19.* Fusar. *de substit. q. 618. n. 26.* Rot. cor. Zarata *dec. 39. n. 15. & seq.*

Tum etiam confirmatur ex depositionibus testium formiter examinatorum de an. 1630. & aliorum pariter de anno 1572. examinatorum pro Troilo Leonio primo hærede gravato ad effectum probandi nobilitatem ejus domus pro suspicione habitus S. Stephani Pisarum. Qui omnes testantur de possessione eorundem bonorum penes Laurentium seniorem, & Troilum illius filium *sum. n. 15. & 16.* Maxime cum in antiquis ad docendum de identitate bonorum sufficiant præsumptiones, & adminicula, Marel. *var. res. lib. 1.*
cap. 12. n. 39. Rota coram Emin. Cerro *decis. 82. n. 6. decis.* 7
740. n5. & in recent. dec. 144. n. 17. p. 9. decis. 37. n. 12. par. 18. tom. 1. dec. 735. n. 42. eodem p. 18. tom. 2. & testes deponentes etiam per famam, Fus. *de substit. q. 518. n. 12.* Maresc. *var. l. 1. c. 22. n. 40.* Burs. *cons. 151. n. 25. & seq.* Gobb. *consult. 92. n. 16.*

Horum bonorum possessio cum præsumatur continuata usque ad obitum Testatoris, Natt. *cons. 400. n. 6.* Peregr. *de fideic. art. 44. n. 16.* Fusar. *de substit. q. 616. n. 6.* Andr. *contrav. 303. n. 8.* Batz. *dec. Bononum 2. n. 13.* Rot. cor. Merlin. *decis. 86.*
n. 4. & 5. dec. 294. n. 1. & in rec. dec. 322. n. 2. p. 18. tom. 1. & ul- 9

terius

terius probetur adfuisse penes Troilum filium Testatoris, præsumendum est bona possessa per filios in eodem loco, & communi esse illa eadem, quæ pater ibi possidebat: quia quidquid filii habent censetur a patre provenisse, Fusar. *de substit.d.q.616.n.7.* Peregr. *de fideic. ar.44.n.22.* Cyriac. *contro.204.n.45.* Mans. *consult.250.n.108.* Rot.cor.Greg. *dec.*
10 *573.n.9.&13. & dec.145.n.1.& seq.p.9.* Præcipue cum primi hęredes non confecerint Interventum, & propterea contra illos urgeat præsumptio, quod omnia bona per eos pos-
11 sessa fuerint in hæreditate defuncti, Menoch. *cons.207.n.16. vers. 5.& seq.* Gobb. *cons. 92.n.10.*

Quare cum penes ultimum gravatum debitorem census fuerint, & reperta sint in illius hæreditate bona cum iisdem nominibus, & vocabulis, & in eodem loco, & communi existentia; concludens exinde resultat probatio identitatis, ita ut omnia bona censeantur fideicommissaria, & Dominicus super illis dicatur habere intentionem fundatam, juxta
12 celebre cons. Fulgos. 145. *n. 2. vers. si aliunde* Gob. *cons. 92. n.17* Fusar. *de substit. d.q.618. n.45.* Andreol. *contr. 302. n.& per tot.* Ant. de Luca *de fideicomm. disc. 194. n.13.* Rota *dec. 24. n.23. p. 17. recent.* coram Eminen. Othob. *dec. 102. n.16.* & cor. Emin. Cerro *dec. 246. n.1.& 2.* Præsertim, concurrentibus duobus demonstrationibus, quarum una particula-
13 ris, & altera generalis sufficiunt in probatione identitatis, juxta doctrinam Bartol. *in l.demonstr.falsa n.25.ff. de condit. & demonstr.* Mans. *consult. 168. n. 91.* Rota *in rec. dec.611. nu. 22.& seq.p.4. to.3. dec.71. n.16.& 17. p.5. & 170.n.2.p. 17. tom. 1.* ut descendendo ad singula corpora bonorum ostendunt scribentes pro Leoniis.

Non obstat, quod bona fuerint a Dominico pupillo, & a Paula, & Catharina filiabus Laurentii junioris descripta in inventario tanquam hæreditaria ejusdem Laurentii. Quoniam cum hujusmodi descriptio ex supradictis fuerit erronea, præjudicium illis inferre non potuit, Rot. cor. Du-
14 ran. *dec. 39. n. 2. & 3.* & cor. Eminen. Cerro *dec. 246. n.7.*

Multoque minus fuit inventario appositæ fuerit clausulæ salutares, quæ præservant omnia jura describentis, Caffren.
15 *l.fin.§.cum igitur C. de jur. deliberandi* Angel. *in l.1.§.hac stipulatio n.24.vers. dictus hæres ff. si plus quam per l.falcid.* Thesaur.jun. *quæst.forens. lib.1. q.10. n.6.* & Rota *dec. 276.n.9.p.3. rec.* & coram Emin. Cerro *dec. 246. n.8.*

Suffragari pariter ad effectum retentionis videbatur DD. universalis donatio a Laurentio juniore pro se, & filiis reportata ab Angelo fratre, qui medietate bonorum in inventario hæreditatis Laurentii descriptorum possedisse probatur *summ. num. 6.*

Quoad alia bona, nempe mobilia, & semoventia descripta in inventario bonorum Laurentii junioris debitoris census, competit quoque retentio hæredibus ratione jurium
16 dotalium Lauræ uxoris Laurentii, & matris, & aviæ respective, Rota coram Peuting. *dec.365. n.1. & 2.* Constat enim de credito in summa scut. 3000. quorum scuta 1000.
17 præservata in mandato A.C. justificantur soluta per promissionem dotis & confessionem de recepto in ejusdem Instrumento dotali, Rip. *in l. femina nu.4. C. de 2. nupt.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.11. tit.20. n. 12.* Fontanell. *de pact. Nuptial.clausf.14.glos.unic.per n.31.& seqq.* Sanch. *de matr. lib.6. disp. 9. n. 10.* Boss. *de dot. cap. 10. nu. 141.* Rota cor. Seraph. *dec. 195. n. 1.* cor. Greg. *dec. 62. n. 6. & dec. 481. n. 7.* & cor. Dunoz. jun. *dec. 126. per tot. & in rec. dec. 24. n. 5. dec. 160. n. 1. p. 7. dec. 342. n. 2. p. 11.*

Altera scut. 1000. promissa fuerunt a Laurentio in augmentum dotis, quoties cum sponsa non moraretur in Civitate Urbevetana; quare cum constet, Laurentium non fuisse ad formam pacti commoratum Urbeveteri *sum. n.7.* commissa extitit stipulatio, & factus fuit locus pacto, quod tan-
18 quam honestum, & licitum sustinetur, & nisi superveniat nova, & legitima causa, est servandum saltem quoad conventionem temporalem & pecuniariam, ad notata per Abbatem Joann. Andr. & alios *in C. 1. qui matrimonium. accusare possint*, & de communi sensu Theologorum, & Canonistarum tradit Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 40. n. 20.* Covar. *de sponsal. cap. 7. p. 2. n. 5.* Capic. *dec. 135. per tot.* Gizzarell. *dec. 19. n.4.* Card. de Luca *de dot. disc. 155. num. 38.* Rota coram Coccin. *decis. 1405. per tot.*

Demum alia scut. 1000. residualia dotis, licet eorum exactio a Laurentio facta non probetur, suffragantur tamen pro retentione. Quoniam vel præsumuntur soluta per spatium longissimi temporis 40 annorum, quibus Laurentius Lauræ supervixit, vel respectu Lauræ, & ejus filiorum habentur pro exactis: quia maritus negligens exigere dotem non potest nocere uxori, cujus favore dos promissa fuit, imo illi datur actio pro repetitione contra ipsum maritum, 19
ad Text. *in l. si extraneus 34. ff. de Jur. dot. l.M. via cod. tit.* Fontanell. *de pact. nupt. clausf.6. glos. 1. part. 2. n.77* Cyriac. *controv. 110. n... & seq.* Boss. *de dote cap. 19. num. 56.* Card. de Luca *eod. tract. disc. 71. n.5. & seq. & disc. 163. n. 4.* Rota post Salgad. *in labyr. cred. dec. 3. per tot. repet. dec. 217. p. 11. rec. dec. 114. n.16. p.7. dec. 324. n.4. p.11.* & coram Peuting. *dec. 446. n. 9.* & post Zacch. *de oblig. Cam. dec. 203. num. 6.*

Præter creditum dotale adducunt Leonii duas alias partitas, quarum prima scut. 358. & pro censibus anterioribus extinctis, & alia sc. 121. 35. soluta in causam collectarum decursarum in vita Laurentii, de quibus *summ. nu. 11.* quæ, cum sit causa potior, & magis privilegiata, transfert suam potioritatem in solventem etiam sine læsione ad effectu retinendi *l. cum qui 18. ff. qui potior. in pign. habentur leg. 1. ff.* 20
quib. mod. pign. vel hypotheca solvatur, Rota *in Romana associationis 24. Martii 1687. §. parum*, coram Reverendiss. D. meo Emerix Decano confirmatam coram eodem *3. Decembris 1685.*

Nec relevat, quod Leonii teneantur rationem reddere de fructibus perceptis post aditionem hæreditatis Laurentii junioris: quia non solum hoc procedere non potest in bonis stabilibus, quæ sunt fideicommissaria, neque in mobilibus, quæ sunt in fructu, verum etiam quia hæredes beneficiati intelliguntur sibi solvisse bona hæreditaria pro eorum creditis, ad effectum lucrandi fructus, Bart. *in l. si ei cui §. 1. ff. de evict.* Peregr. *de fideic. art. 35. n.14.* Card. de Luc. *de* 21
hæred. art. pen. 366. Rota *dec. 47. n. 17.* cor. Emin. Othob. *& in rec. dec. 165. n.12. p. 12. & dec. 332. n. 7. & 8. p. 13.*

Et ita Leoniis tantum informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Faventina Fideicommissi.

Lunæ 23. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Quoties ex conjecturis appareat Testatorem reciprocam linearem voluisse Juris cessare dispositionem superius habetur; hinc cum Testator conservationem agnationis desideravit, quodq; bona ad ultimum masculum devolverentur pro lineari reciproca judicatur, sequendo theoricas in hac materia traditas per Card. de Luca *de Fidec. disc. 101.*

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissa utpote odiosa multiplicari non debent.*
2 *Vocatis a Testatore pluribus filiis reciproce gravamine inter eos successiva vocatio intelligi debet discretive in singulis lineis, & portione proprii parentis, & non autem de linea ad lineam.*
3 *Reciproca linearis potest probari ex conjecturis, licet deficiant requisita a lege præscripta.*
4 *Reciproca linearis inducta dicitur, si Testator voluerit conservationem agnationis, quodque bona ad ultimum masculum superexistentem devolvantur.*
5 *Redditur ratio conclusionis.*
6 *Idque procedit, licet Testator a principio plures lineas invitaverit, & n. 7.*
8 *Reciproca linearis facilius in descendentibus inducitur.*
9 *Linearis reciproca ex quibus tacite inducta dicatur.*
10 *Sub nomine filiorum veniunt per viam declarationis ulteriores descendentes, si Testator voluerit conservationem agnationis, & n. 11.*
12 *Vocatio filiorum ampliata verbis perpetuitatem importantibus in illis non expirat sed ulteriores descendentes comprehendit.*
13 *Prohibitio alienationis non dicitur famulatoria, si in ea magis contineatur, quam in dispositione.*
14 *Observantia multum confert pro interpretatione fideicommissi.*

DECISIO LXIX.

POstquam abolitis antiquissimis Juris regulis ex discretiori Codicis, & Authenticorum Sanctione fideicommissa evaserunt obligatoria, cessarunt quidem rigorosæ illæ theoricæ onus, & gravamen progressivum quodcunque rejicientis a bonis per viam ultimæ voluntatis relictis; sed non proinde evanuit exorbitantia illa a jure, quam materia ista patitur, quæ hodie etiam quacunque rejecta ampliatione ad limites literæ restringitur, aliamque non subit interpretationem præter eam, quam expressa Testantis indicat voluntas, ut argumento sumpto a fideicommissorum odiositate, quæ ubi naturali repugnantia libertati multiplicari jura non sinunt, concludit Text. *in leg. cohæredis §. Cum* 1
filia ff. de vulgar.

Inbæ-

1 Inhærendo memorandæ theoricæ regularis præsumptio viget pro gravaminis exclusione, potissimum quando agitur de inducendo perpetuo reciproco fideicommisso, quod uti onus oneri superadditum majorem secus ferens exorbitantiam, non censetur conceptum, nisi vel in casu expresse disposito, aut concurrentibus illis regularibus requisitis, de quibus in *l. Titio Seje §. Seja libertis ff. de legatis secundo*, itaut vocatis a Testore pluribus filiis cum reciproco gravamine, inter eos successiva vocatio intelligi tantum debeat discretive in singulis lineis, & portione proprii parentis, non autem de linea ad lineam, ac ad quotas patruorum cum ita minori limitando gravamine liberam naturæ facul-
2 tatem æquiorem regula sortiatur fallentiam magisque Juris principiis consonam, prout hoc themate retento rejectis contrariis, firmat Fusar. *conf. 17. n. 150. & seqq.* & dixit Rot. cor. Cels. *dec. 326. n. 8. & in rec. dec. 255. n. 13. p. 15.*

In laudatæ propositionis indagine tota præsentis causæ sistebat difficultas; nam cum Petrus Actor immissionis remedium intentaret ad bona fideicommissaria alterius Petri senioris de Diversis vigore reciprocæ linearis, quam in ultimis ejus tabulis scriptam asserebant, illamque e converso superius expositis argumentis excludere conarentur possessores bonorum, rei conventi Patres ad controversiæ stabiliendam resolutionem recurrentes ad literam Testamenti, ac ad successionis legem in ea præscriptam, cum animadverterint ex singulis dispositionis partibus urgentissimas erui conjecturas pro fideicommissi extensione ultra personas vocatas, ac pro duratione reciproci vinculi non tantum discretive in unaquaque ex lineis invitatis, sed cum progressu
3 de una ad aliam, putarunt ex illis locum esse limitationi regulæ, quam in his terminis excluso etiam concursu trium requisitorum Doctores communiter admittunt, ut apud Ruin. *conf. 144. n. 9. lib. 2.* Decian. *conf. 44. n. 88. lib. 3.* Peregrin. *conf. 55. n. 13. lib. 1.* Card. de Luca *de fideic. disc. 100. n. 4. & disc. 101. n. 9.* Rocc. *select. Jur. disp. c. 16. n. 14. to. 1.* & fuit constans nostri Tribunalis opinio, ut penes Bich. *decis. 285. n. 7. & 8.* & coram Merlin. *dec. 326. nu. 15. versic. Ultra quod* & alibi millies, ac per consequens Actori decernendam esse immissionem.

Testator nanque per hæc verba ultimum suum elogium integravit -- *In omnibus autem suis bonis hæredes instituit Octavium, Marcum Antonium, Camillum, & Joannem Evangelistam ejus filios æquis portionibus; & si unus, vel plures ex dictis filiis quandocunque decederent in pupillari ætate, videlicet quandocunque sine filiis masculis, quos ipse Testator vocatos esse vult, & intendit, tunc, & eo casu substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum alios superstites, & præmortuorum filios masculos in stirpes, & non in capita, probibens, & expresse vetans supradictis suis filiis, & hæredibus suis omnem, & in quamcunque detractionem cujuscunque legitimæ, Trebellianicæ, Falcidiæ, vel cujuscunque alterius quartæ, eo quia ipse Testator vult, & intendit semper, & omni tempore stare, & permanere in linea masculina dicti Testatoris, donec, & quousque aliquis masculus fuerit in dicto Testatore fuerit in dicta linea*. Sicque ordinata dotatione feminarum, ac vetata quacunque alienatione, privatisque delinquentibus dispositionem complevit, ex cujus methodo cum appareat, Testatorem explicite voluisse agnationem conservari, tum per exclusionem perpetuam feminarum, & strictissimam alienationis prohibitionem in rem directam, & quocunque in casu rigorosissime expressam, quam cum generali illa, & indefinita ratione conservandi bona semper, & omni futuro tempore in linea masculina Testatoris usque ad ultimum superexistentem masculum, pernecesse dicitur inducta reciproca inter descendentes lineæ Testatoris, per quam bona ad ultimum masculum deferantur, ad Textum
4 apertum in *l. fideicommissa §. Hac verba ff. de legat. 3.* Pereg. *de fideicomm. art. 13. n. 18. & 82.* Rota *dec. 474. nu. 4. & 5. juncto nu. 8. p. 14. rec. & dec. 568. n. 12. & 13. p. 18.* & penes Torr. *de pact. futur. success. dec. 19. n. 15.*

Quando nanque Testator generali, & indefinita voluntate voluit in linea masculina bona servari ultimo superexi-
5 stenti per verba perpetuitatem, ac progressivam infinitatem denotantia, idque cum universali ratione tam dispositionem informante, prout eam in hypothesi adhibuit noster Testator, nequit excludi reciprocum lineare gravamen, cum sine eo inadimplebile remaneret votum disponentis; nam seclusa reciproca importante onus restitutionis usque ad totalem lineæ masculinæ evacuationem bona non starent, nec permanerent semper, & omni futuro tempore in linea masculina, sed scinderentur in partes, & ultimo masculo obtingeret tantum quota bonorum, non autem tota in-tegralitas a fideicommittente desiderata; cujus proinde voluntatis famulando, prout juris est, ac ut ea debitum consequatur implementum, reciproca linearis in necessarium antecedens inducta censeatur, ad sensum Cravett. *conf. 130. n. 6. vers. Itaque, & voluntas*, Laderch. *conf. 179. num. 3.* plenissime Rocc. *select. Jur. disp. cap. 15. n. 21.* Card. de Luca *de fideic. disc. 101. n. 3. & seqq. & nu. 10. vers. 3.* ex strictissima Rota coram Bich. *dec. 287. n. 14. & 15.* & articulo in punctualibus terminis discusso *in Romana fideicommissi de Ursinis 7. Februarii 1681. §. Nec visa fuit, & primo Februarii 1683. §. primo resultat, & §. Fortius quia*, coram bon. mem. Albergato.

Unde in his terminis parum obsistit, an una, vel plures lineæ fuerint ab initio a Testatore invitatæ; nam etsi voluerit successionem in pluribus columnellis adapertam, cum tamen non ad eos, sed ad propriam masculinam sobolem respexisse videatur in illa in perpetuum exoptando bonorum integralem permanentiam per ea singularia verba, hic haud inutiliter repetenda -- *Semper, & omni tempore intendit stare, & permanere in linea masculina Testatoris, donec, & quousque aliquis masculus fuerit in dicta linea* -- non respectu linearum censetur ordinatum fideicommissum discretive in illis servandum, sed favore propriæ agnationis, in cujus commodum concepta dicitur reciproca de linea ad lineam perdurando usque ad totalem agnationis defectum, ut bene perpendit Rota *dec. 457. n. 10. & seqq. p. 5. dec. 41. num. 15. part. 14. dec. 755. n. 13. p. 18. rec.* 6

Et ratio rationis est, quia in hypothesi non dicitur considerata pluralitas discretiva linearum, sed omnes per modum unius perpensæ relative ad fideicommittentis agnationem, ad quam cum unice perspexerit volens in ea bona perpetuo conservari, perinde est ac si unicam lineam instituisset, una cum omnibus descendentibus gravatis restituere ultimo superextanti, cum ita suadeat conjecturata Testatoris voluntas, qua concurrente penitus destruitur regula a pluralitate linearum exoriens, ut apprime Rota *dec. 755. n. 13. p. 18. rec. & in citata Romana Fideicommissi de Ursinis 7. Februarii 1681. §. Non obstat, quod Testator*, coram bon. mem. Albergato. 7

Assumptum vero coadjuvant quamplures aliæ satis urgentes animadversiones, quæ in themate concurrunt; nam cum agatur inter descendentes, in quibus facilius inducitur reciproca, & Testator illam expresse voluerit in primo vocatis, eorumque filiis, subindeque amplissimum patefecerit votum conservandæ agnationis qualificatum cum effrænata alienationis prohibitione, munitumque satis ampla, & generali ratione, ut bona perpetuo maneant in linea masculina, non videtur hæsitandum, quin ex his omnibus non satis pateat Testantis volitum gravandi singulos masculos onere interlineatis reciprocæ, quæ in Jure ex his, & similibus argumentis tacite inducitur, ut singulariter singulas numeratas conjecturas perpendit Rota *dec. 199. n. 17.* apud Torr. *de pact. futur. succession.* & Rota *dec. 135. n. 7. & seqq. part. 5. recent.* 8 9

Ex huc usque perpensis satis ampla patet responsio alteri objecto proposito ad excludendam petitam a Petro immissionem ex eo erutam, quod fideicommissum conceptum a Testatore legatur restrictum ad solos filios, & filiorum filios, proindeque ineptum comprehendere Actorem uti in ulteriori descendentiæ gradu constitutum; nam etsi Testamenti litera talem pati videatur restrictionem, cum tamen ob volitam conservationem agnationis, Testator quamcunque detractionem vetando amplissimam expresserit voluntatem, quo bona servarentur in linea masculina usque ad ultimum masculum, ab ista sic qualificata prohibitione ampliatur, & extenditur dictum, ac fideicommissum vires porrigit ultra personas expresse invitatas, sub quarum nomine per viam declarationis comprehensi dicuntur ulteriores descendentes ad servandam Testantis voluntatem, & ne illa ultra ejus votum restringatur, & limitetur, ut per Grat. *discept. 828. nu. 15.* & Rota *dec. 65. n. 11.* coram Cardin. Cerr. conservatio nanque bonorum volita in propria 10 linea usque ad totalem illius evacuationem satis adapertam demonstrat voluntatem complectendi appellationem filiorum nepotes, ac ulteriores descendentes ad evitandam instantaneam correctionem, quæ alias patenter exoriretur, ad sensum Peregrin. *de fideicomm. art. 13. num. 76. vers. sed contra*, & Rota coram Peuting. *decis. 221. n. 2. cum ibi concordant.* 11

Talisque intellectus mirifice roboratur a dictionibus tractum successivum, ac perpetuitatem denotantibus, sub quibus concepta est prohibitio detractionum, de qua supra, ibi-

ibi · *Semper, & omni tempore*, quæ cum penitus incongruę essent vocationi restrictæ ad filios, & nepotes pernecessarium consequens ulteriorem præseferunt progressum ex communiter nota regula, quod vocatio filiorum ampliata verbis perpetuitatem importantibus, in illis non expirat, sed ulteriores descendentes comprehendit ad communiter
12 tra per DD. in l. *Gallus*, §. *Instituens de liber. & Posthum.* & firmavit Rot. *dec.* 984. *n.* 6. *& seqq.* coram Dunoz. Jun. *in dec.* 199. *n.* 1. *&* 2. *p.* 17. *rec.*

Neque urgere visa est replicatio prohibitionem detractionum munitam superius perpensa generali ratione non stare de per se, & independenter, sed accessorie ad dispositionem conceptam pro solis filiis, & nepotibus, sicque juridica principia ineptum esse fideicommissum extendere, & ampliare ultra personas invitatas, quidquid esset in casu contrario; nam præmisso hic non agi de extensione, sed de simplici declaratione voluntatis expressæ in toties enucleatis verbis satisfacit responsio, tunc prohibitionem alienationis adjectam substitutioni illi famulari, quando est simpliciter concepta nullo roborata connotato, quod valeat eam latiorem reddere dispositionem, cui inhæret; secus autem quando prohibitio continet magis amplam rationem, quam præcedens substitutio, prout in facti specie, in qua cum ex Testatoris voluntate bona servanda sint usque ad existentiam ultimi de linea masculina, hocque impleri non dato fideicommissi progressu; proinde spretis dictionibus continuativis, & relativis prohibitio, & ratio, qua munitur, non accedit, minusque famulatur dispositioni, sed magis late patet, & non tantum in personis expressis verificatur, sed omnes de linea comprehendit, ut in puncto di-
13 stinguendo firmant Castald. *consult.* 48. *n.* 7. *&* 8. ubi innumeri concordantes Actolin. *resol.* 3. *n.* 79. *vers. Tamen & tertio*, Card. de Luc. *de fideicomm. disc.* 51. *n.* 9. *vers. Aut agitur*, *& disc.* 101. *n.* 7. *& perbellè* Rot. *in dec.* 79. cor. clar. mem. Card. Cerro.

Acceditque in præmissorum corroborationem observantia ipsorummet nepotum substitutorum, qui fideicommissum agnoverunt, illudque tanquam progressivum ad ulteriores descendentes canonizarunt, cum nanque filii Octavii, & Joannii Evangelistæ hæredum institutorum domum hæreditariam distraxissent cum promissione libertatis, & emptores, de ea satis hæsitantes egerint contra venditores; isti fuerunt judicialiter coacti domum retroaccipere, & pretium restituere, ut *Summario Actorum n.* 9. *lit. A.* quorum facto demonstratur fideicommissum in eis non expiratum, sed a Judice, & a parte agnitum perdurans in cæteris descendentibus, quæ observantia tanquam interpretativa, & adminiculativa satis deservit ad intentum, ut observavit Rot. *in Narnien. fideic. de Capitonibus* 29. *Martii*
14 1683. §. *Qua distinctione*, coram me.

Et ita verificatis citra controversiam cæteris extremis in hoc Judicio necessariis PP. resolverunt, Partibus hinc inde contradicentibus.

R. P. D. PIO.

Senogallien. Fideicommissi.

Lun. 29. *Novembris* 1694.

ARGUMENTUM.

Per existentiam trium requisitorum quæ enucleantur in *l. Titio Sejo*, §. *Seja libertis*, *ff. de legat.* 2. inducitur reciproca linearis, & si illa deficiat adhuc si aliæ concurrant conjecturæ eadem reciproca quod elici possit ex superius adnotatis aperte constat, & in hac dec. quoque affirmatur & ad hunc effectum plures describuntur conjecturæ, quæ testatoris voluntatem reciproce substituendi clare indicabant.

SUMMARIUM.

1 *Ægidiana locum non habet, si in causa adsit Clericus.*
2 *Reciproca inter personas ejusdemmet lineæ a principio a Testatore contemplatæ, & efformatæ facilius desumitur, quam in casu, quo agatur de illo desumenda de linea ad aliam.*
3 *Reciproca de linea ad aliam inducitur, si omnes extiterint honorati, substitutio fiat ultimo morienti atque in tota hæreditate.*
4 *Vocatio omnium ad d. effectum dicitur facta, si vocati sint descendentes usquequo de istis reperiantur.*
5 *Paria reputantur substituere deficiente linea, ac ultimo morienti.*
6 *Substitutio ultimo morienti non est necesse, quod fiat formaliter, sed sufficit quod hoc interpretative eliciatur ad effectum inducendi reciprocam.*
7 *Ut substitutio dicatur facta de tota hæreditate non requiritur, ut id expressis verbis dicatur; sed sat est quod indefinite de hæreditate restituenda mentio fiat.*
8 *Substitutio reciproca linealis potest desumi ex conjecturis, licet non concurrant tria solita requisita.*
9 *Substitutio reciproca linealis arguitur ex digressu ad plures gradus substitutionum cum verbis denotantibus perpetuitatem.*
10 *Reciproca censetur volita, si adsit substitutio loci pii deficiente generatione, & descendentia substitutorum.*
11 Dec. 187. part. 15. rec. *in quibus casibus procedat.*
12 *Renunciatio fideicommissi non præsumitur, nisi ea euverbis indubitatis evincatur.*
13 *Fideicommissum censetur præservatum, si data fuerint bona fideicommisso obnoxia, & libera, & quoad libera promissa evictio, non vero quoad fideicommissaria.*
14 *Amplia, licet data fuerint bona in dotem pro fundo dotali.*

DECISIO LXX.

Per obitum Juniperæ sororis sine filiis egit Carolus Marcutius frater adversus Nicolaum defunctæ uxoris testamentarium hæredem pro immissione consequenda in bona, quæ Elisabetha de Carlettis olim fideiJoannisBaptistę heredis commiserat eum substitutionibus mox exprimendis, & cor. A. C. Thaurusio nunc hujus nostri Tribunalis Auditore Meritissimo fieri voti compos obtinuit. Hinc in gradu appellationis causa ad Rotam delata, proposui hodie de more 1
dubium, *An sit locus Ægidianæ, seu potius sit danda immissio*, quod negative respectu primę partis illius ob actoris clericatum d. Ægidianæ Constitutioni vim adimentem, Rot. *dec.* 234. *post pacific. de Salvian.* & cor. Buratt. *dec.* 315. *per tot.* affirmative autem quoad alteram partem attenta sententiæ in judicatum transactæ Justitia fuit resolutum.

Præsuppositis siquidem aliis extremis necessariis ad decernendam Immissionem ex *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. collen.* quæ apud partes non fuerunt in controversia fideicommissum non tãtum descensivum, sed etiam reciprocum ejusque purificatio in personam actoris probatur ex Testamento Elisabethæ exhibito *sum. n.* 1. quæ scripto sibi hærede Joanne Baptista eidem substituit præfatum Carolum Marcutium, Josephum, & Juniperam filios ipsius eorumque filios, & descendentes in infinitum de gradu in gradum quousq; Instituti hæredis descendentia perduraverit, tam in masculis, quam in feminis, demandando ulterius, quod filii personam patris semper repræsentarent, quodque ubi descendentia Joannis Baptistæ deficeret, succedere deberent Octavius aliique de Carlettis, eorumque filii in medietate ejus hæreditatis, in cujus altera medietate admisit Capellaniam erigendam in Ecclesia S. Caroli, vincta his omnibus expressa privatione delinquentium, quibus non delinquentes substituit; Quapropter cum decesserit Junipera absque filiis, nulli dubium quin portio illius delata fuerit ad Carolum Marcutiũ superstitem virtute reciprocæ substitutionis, quæ cum hic non agatur de eadem inducenda de linea ad lineam, sed inter personas duntaxat ejusdemmet lineæ principio a Testatrice contemplatæ, & efformatæ in Joanne Baptista nepote, adeo verum est quod facilius desumatur per ea, quæ notat Rocc. *select. juris cap.* 15. *n.* 14. *et* 15. & dixit Rota *dec.* 383. 2
n. 18. *usque ad* 22. coram Ubald. *et in rec. d.* 28. *n.* 11. & 22. *p.* 19. ut ex solo onere perpetui fideicommisi dicatur resultare, prout relatis concordantibus optime firmatur *in Romana fideicommissi de Avila* 16. *Junii* 1692. §. *Probata autem*, coram Rev. D. meo Decano.

At neque in omnem causam deficiunt in proposito themate tria illa notissima requisita, ex quibus frequenter tacita reciproca de linea ad lineam deduci solent, videlicet quod omnes extiterint honorati, quodque substitutio fiat ultimo 3
morienti, atque in tota hæreditate enumerata *in leg. Titio Sejo*, §. *Seja libertis ff. de legat.* 2. atque approbata per Doctores, & signanter Altogr. *consf* 6. *n.* 61. *lib.* 1. Redenasc. *cons.* 94. *per tot.* Peregr. *de fideic.* 13. *n.* 14. *vers. tria autem* Caren. *resol.* 120. *n.* 13. & *per* Rota coram san. mem. Alex. VIII. *d.* 177. *n.* 1. *usque ad* 8. cor. Cels. *dec.* 37. *n.* 5. *cum aliis plenissime congestis*, cor. Zarat. *dec.* 15. *n.* 15. *et in rec. dec.* 755. *n.* 1. *p.* 18. *tom.* 2. *et dec.* 218. *n.* 9. *p.* 19.

Quorum primum colligitur ex eo, quod Testatrix ad fideicommissarium successionem invitavit post mortem Joannis Baptistæ hæredis illius filios nominatim substitutos 4
eorumque descendentes in infinitum ibi · *E così sostitui-*

fee gl'altri di grado in grado successivamente della descendenza di esso Gio: Battista in infinito, & in perpetuo, e fin che quella durerà tanto ne'maschi, come nelle femine, quæ verba dispositiva omnium vocationem operantur, ut in specie Rota coram Zarat. *d. dec.* 15. *n.* 6. *&* 7. coram Priol. *dec.* 177. *n.* 4. *& d. dec.* 745. *n.* 2. *p.* 18. *rec.*

Alterum vero, quod substitutio facta fuerit ultimo morienti facile deprehenditur, quia deficiente descendentia Joannis Baptistæ, substituit Testatrix Octavium, aliosque de Carlettis, ac Capellaniam erigendam, ideoque cum descendentia d. hæredis Instituti terminari non possit, nisi post mortem ultimi, inde sequitur huic ultimo substitutionem
5 factam fuisse, nam paria ad hunc effectum reputantur, substituere deficiente linea, ac ultimo morienti, nec est necesse, quod substitutio ista fiat formaliter, sed sufficit, quod hoc interpretative eliciatur, Socein. Jun. *consf.* 151. *n.* 6. *&*
6 9. *lib.* 2. Rota cor. Bieh. *dec.* 271. *num.* 28. cor. Priol. *d. dec.* 177. *n.* 5. cor. Zarat. *d. dec.* 15. *n.* 7. 9. *&* 10. *& in rec. d. dec.* 755. *n.* 34. *&* 5. *p.* 18. *to.* 2. *& d. dec.* 218. *n.* 10. *&* 11. *p.* 9.

Tertium denique requisitum, quod substitutio sit facta in tota hæreditate clare patet, ex quo Institutio loquitur de omnibus bonis, & in postrema substitutione vocantur pro medietate hæreditatis illi de Carlettis, & pro alia medietate Capellania erigenda; unde liquet actum fuit de tota hæreditate cum non requiratur, ut id expressis verbis dicatur,
7 sed sat est, quod indefinite de hæreditate restituenda mentio fiat, Rot. *d. dec.* 16. *n.* 19. coram Zarat. *d. dec.* 177. *n.* 6. coram Priol. *& in rec. dec.* 54. *n.* 11. *&* 12. *p.* 18. *tom.* 2. *& d. dec.* 218. *n.* 12. *&* 13. *p.* 17.

Rursus Elisabethæ Testatricis, quæ uti totum in ipsius suprema dispositione operans solummodo perscrutanda venit substituendi unam lineam alteri perspicue hic ex geminis, nec parum urgentibus conjecturis eruitur, ex quibus saltem insimul acceptis in deficientiam quoque trium requisitorũ reciprocum fideicommissum deduci posse tradunt innumeri collecti per Rocc. *select. Jur. d. c.* 15. *n.* 3. *& c.* 16. *n.* 14. *&* 15. & per Rot. cor. san. mem. Alex. VIII. *d. dec.* 177. *num.* 30. & cor. Priol. *d. dec. pariter* 177. *n.* 13. inter quas prima se offert ea, quæ depromitur ex longa substitutionum serie; nam Testatrix post primam substitutionem Caroli Marcutii, Josephi, & Juniperæ, ultro progressa fuit, & in successivis succedendi ordinibus vocavit descendentiam Joannis Baptistæ hæredis de gradu in gradum, & in perpetuum; eaque terminata, jussit, ut admitterentur illi de Carlettis, & deinceps illorum filii in medietate hæreditatis, & in altera medietate substituit Capellaniam, qui sane digressus ad plures gradus substitutionum cum verbo literaliter præseferente temporis perpetuitatem plurimum valet arguendam linealem reci-
8 procam, Redenasch *consf.* 91. *n.* 126. Capyc. Latr. *disp.* *n.* 24. Roec. *cit. c.* 15. *n.* 9. *& c.* 16. *n.* 17. *&* 18. Gobb. *consult.* 50 *n.* 44. Rot. *dec.* 183. *n.* 11. *& sep. p.* 10. *rec.* & cor. Othob. *d. dec.* 177. *n.* 10. *&* 23. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 501. *n.* 10.

Cui succedit altera, & quidem potissima promanans ex substitutione Octavii, aliorumque de Carlettis, & Capellaniæ facta in totalem defectum generationis, & descendentiæ Joannis Baptistæ hæredis, quod efficit, ut inter substitutos censeatur perneceße volitum fideicommissum reciprocum, alias enim vocatio illorum de Carlettis, & Capellaniæ redderetur elusoria, & nunquam potuisset veri-
9 ficari, Roec. *d. c.* 16. *n.* 29. 30. *&* 31 Rota *d. dec.* 183. *a n.* 18. *cum seqq. p.* 10. & cor. Priolo *d. dec.* 177. *n.* 10.

Igitur tam ex concursu trium vulgatorum requisitorum, quam etiam expositarum conjecturarum statuta lineali reciproca, haud valuit efficere ad retardandam immissionem exceptio petita ex constitutione dotis a Carolo Marcutio Juniperæ sorori facta de bonis fideicommissariis, super quibus proinde dicebatur remissum fuisse fideicommissum, & per consequens tanquam libera posse a Nicolao hærede Juniperæ de præsens retineri, quoniam objectum tunc solum urgeret quotiescunque versaremur in terminis alienationis initæ per gravatum in personam alterius cohæredis, seu consensus præstiti alienationi per cohæredem in tertium factæ, qui est casus decisionis 187. *n.* 3. *& seq. par.* 15. *rec.* in
10 oppositum allegatæ: at minime vero procedit, quando prout hic agitur de assignatione propriæ portionis spectantis ad alium cohæredem, qualis erat Junipera; tunc enim ex quo actus iste nil aliud importat, quam simplicem divisionem, excluditur, utique ab eo asserta fideicommissi renunciatio, nunquam regulariter præsumenda, nisi eadem
11 ex verbis indubitatis aperte evincatur, juxta communiter receptam theoricam Bartol. *in l. qui Romæ duo fratres ff. de verbor. obligat.* Alex. *consf.* 408. *n.* 4. *lib.* 6. Ofasc. *dec.* 112. *n.* 14. Peregr. *de fideic. art.* 52. *num.* 18. *&* 24. Rot. coram Priol. *dec.* 192. *n.* 5. *& dec.* 197. *n.* 1. & Arguel. *dec.* 99. *n.* 26. *& in rec. dec.* 214. *n.* 7. *& dec.* 135. *n.* 2. 9. *&* 10. *p.* 18. *tom.* 1.

Et certo certius, quia in hujusmodi dotis constitutione non fuerunt duntaxat assignata bona obnoxia fideicommisso Elisabethæ, sed cum eisdem tradita etiam fuerunt bona libera Caroli Marcutii fratris dotantis, cumque respectu portionis liberæ fuerit stipulata evictio, & quoad reliqua bona fideicommissaria non solum eadem promissa non fuit, sed specialiter conventum extitit, quod tradebantur talia, qualia aderant, ex hac notabili contradistinctione insurgit prægnantissimum argumentum pro comprobatione præservationis fideicommissi super bonis provenientibus ab hæreditate Elisabethæ, quæ non obstante æstimatione ad solum finem sciendi dotis quantitatem facta, non nisi cum proprio onere quod inerat, censentur in dotem constituta, ad Text. *in leg.* 13
Mulier 72. *ff. de jure dotium*, quem consequitur in individuo Rota *dec.* 66. *n.* 10. *&* 11. *p.* 18. *tom.* 2. *recent.* & coram. san. mem. Alexand. VIII. *dec.* 28. *num.* 35. parum suffragante, quod in Capitulis matrimonialibus inter Partes stabilitum fuerit præcisa hæc fideicommissaria stare debere pro fundo dotali, ex qua conventione scribentes pro Carolo deducere contendebat fideicommissi remissionem, atque libertatem eorundem bonorum: quia præfata stipulatio recte quidem fieri valuit pro casu forrafse contingibili, quod præ defunctis fratribus absque filiis bona remansissent libera apud Juniperam absque eo, quod necessario ex eadem concludatur prætensa renunciatio, cui adversatur positive Par- 14
tium declaratio emissa in assignationem dd. bonorum per verba *talia qualia*, ut proxime firmatum fuit.

Et ita utraque Parte audita &c.

R.P.D. MOLINES.

Ariminen. Fideicommissorum super Reconventione.

Merc. 26. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Si Testator summopere decorem familiæ exoptaverit, adeo ut per modum rationis dixerit, quod bona non alienentur, ut conservari valerent pro decore & splendore familiæ, dicitur linealem reciprocam scripsisse inter substitutos, licet prohibitio alienationis sit consecutiva & dependeat a substitutionibus, si magis ampla, & quid plus continens appareat.

SUMMARIUM.

1 *HÆredi datur immissio ad bona defuncti.*
2 *Immissio etiam datur possidenti non jam, ut sibi nova tradatur possessio, sed pro tutamine, & conservatione jam adeptæ.*
3 *Bonorum identitas satis est, ut justificetur in limine executionis sententiæ, si immissio tantum generica ad bona fideicommissaria petatur.*
4 *Nepotibus non debetur legitima in bonis Avi, si hic decesserit adhuc vivo Patre nepotum; secus e contra.*
5 *Legitima non debetur ex persona Patris, si adita non probetur illius hæreditas.*
6 *Additio hæreditatis cum sit quid facti non præsumitur, sed concludenter debet probari etiam si is, qui dicitur hæres, sit filius.*
7 *Detractiones præsumuntur consumptæ ex non confectione inventarii, & alienationibus.*
8 *Legitima est deducenda ex bonis hæreditariis Patris.*
9 *Ideo non censetur consumpta ex alienatione bonorum emphyteuticorum, quæ non veniunt appellatione bonorum Patris, declara, ut n. 11. & 12.*
10 *Ex Statuto Cæsanæ omnia bona emphyteutica licet de directo dominio Ecclesiæ sunt redacta ad instar allodialium.*
13 *Renunciatio facta in transactione bona fide stipulata afficit non modo immediatos renunciantes, sed etiam successores ex propria persona venientes.*
14 *Heres nequit Authoris factum impugnare.*
15 *Reciproca linealis censetur inducta, si Testator prohibuerit alienationem, & per modum rationis dixerit, quod bona deberent conservari in ejus familia, & agnatione pro decore, & nobilitate suæ domus.*

16 *Li-*

16 *Limita, si prohibitio alienationi, & ratio conservandi agnationem sint consecutivæ præcedentis substitutionis.*
17 *Hujusmodi tamen limitatio locum obtinet eo tantum casu, quo prohibitio alienationis, & votum conservandi bona in agnatione restringi posset ad personas in primordiali dispositione vocatas; secus si comprehendat alias personas præter expressas, & n. 18.*
19 *Ad hoc, ut prohibitio alienationis dicatur vestita, & valida sit, sufficit quod fuerit adjecta pœna caducitatis.*
20 *Et eo casu, si suppraditum fuerit votum conservandi bona in agnatione ne istud dicatur superfluum importat novum, & perpetuum fideicommissum inter omnes de agnatione.*
21 *In vim vulgaris anomala substitutus subingreditur in locum gradus caducati.*
22 *Ex Statuto Urbis in conditione positi censentur dispositione vocati.*
21 *Ex quibus inducatur animus forensis conformandi cum Statuto alieno.*
24 *Fideicommissum non agnitum non transmittitur.*
25 *Agnitio ad effectum transmissionis resultat ex possessione bonorum.*
26 *Fideicommissum purificatum licet non agnitum ad hæredes transmittitur.*

DECISIO LXXI.

GAleatius Cima licet tanquam mediatus successor Comitissæ Juliç Franciscę Bandæ, & ex ejus persona Comitis Felicis Malatestæ ultimi masculi familię deBandis reperiretur pacificus possessor bonorum fideicommissariorũ Guidi, & Æneæ seniorum, necnon Ugolini, & Bartholomæi de Bandis; nihilominus occasione Judicii contra ipsum instituti a Diotallevis, & Hippolytis pro immissione ad bona fideicommissaria Comitum Bandi, & Æneæ juniorum de Bandis per viam reconventionis solo fine tuendi, & confirmãdi propriam in antedictis antiquioribus fideicommissis possessionem institit in eadem immitti; & quanquam Reus conventus tam in prima instantia cor. A. C. Origo, quam in gradu appellationis ad Rotam delatæ, me pariter proponente causa ceciderit, ut patet ex alia decisione hac die promulgata, reconveniens tamen in utroque judicio, cum modo inferius explicando, fere in omnibus Victor abscessit.

Pro comperto siquidem habuerit Domini, quod sicuti currentibus extremis necessariis ad obtinendum in Judicio *l. final. C. de edict. Div. Andr. toll.* prænominatis Galeatii Auctoribus concedenda foret immissio ad possessionem bonorum fideicommissariorum, de quibus agitur, ita eidem Galeatio agenti, utpote illorum hæredi ea itidem denegari non valeat, ex deductis per Menoch. *d. adipisc. remed.* 4. *n.*
1 236. Noguerol. *allegat.* 25. *n.* 163. Rudolph. *in prax. p.* 2. *c.* 7. *n.* 4. Rot. coram Amat. Dunoz. *dec.* 756. *num.* 1. *& in rec. dec.* 116. *p.* 3. *dec.* 163. *n.* 1. *& p.* 13. 1115. *n.* 1. *cum seqq. p.* 14. *& in Bononien. fideicommissis de Burzanis* 16. *Januarii an-*
2 *ni currentis*, §. *Quo enim*, coram me.

Absque eo, quod actualis possessio prædictorum bonorum sine discrimine penes Actorem existens ejus instantiam pro immissione incongruam, aut inanem efficeret, cum etiam possidenti immissio concedi possit, non jam ut sibi nova tradatur possessio, sed pro tutamine, & conservatione jam adeptæ, juxta theoricam Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de Carbon. edict.* quam esse communem, & veriorem, rejecto Baldo opposituin scribente, ait Alex. *ibi sub n.* 2. eam, quę sequitur Rot. *dec.* 764. *n.* 2. cor. bo. me. Card. Cerr.

Quibus sic in universum statutis descendendo ad particulare dictorum fideicommissorum examen, quatenus attinet ad primum Guidi de Bandis conditum anno 1515. illius existentiam, & purificationem favore Co: Felicis Malatestæ non impugnabant Scribentes pro Diotallevis, & Hippolytis; & profecto summo jure, dum æque certum est, quod prænominatus Testator instituerit perpetuum, ac literale fideicommissum favore omnium descendentium masculorum agnationis Bandæ, quam quod Comes Felix Malatesta habuisset utranque qualitatem descendentis a fideicommittente, & agnati familiæ de Bandis.

Nec de identitate bonorum operæ pretium fuit in hoc Judicio ullam adducere justificationem, dum Galeatius non petiit immissionem ad possessionem certorum bonorum, sed genericam ad bona fideicommissaria, neque porro ad
3 ipsam conservandam. Quocirca satis esse dictum est de illa docere in limine executionis sententiæ, ut ex Alexandro *cons.* 101. *n.* 9. *p.* 5. aliisque responsum fuit in hodierna decisione edita in Judicio conventionis, §. *Identitas*, coram me.

Unica autem proponebatur exceptio ad impediendam immissionem ad bona hujus fideicommissi, quod nempe Æneæ seniori prædicti fideicommittentis ex Ugolino filio nepoti competeret legitima in bonis Avi, prorsus autem vana ducta est prætensio; quandoquidem aut hæc detractio contenditur debita Æneæ ex persona propria, & petitio non est juri consentanea, cum de tempore obitus Avi fideicommittentis esset superstes Ugolinus senior ejus filius, qui primum gradum successionis occupabat, nec Æneas nepos hatus, aut conceptus fuerat; unde planum est eidem nullam competiisse legitimam in bonis Avi, Bart. *in l. Gallus*, §. *quidquid, si tantum n.* 7. *&* 8. *& ibi etiam cæteri Scribentes ff. de liber. & posthum.* Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 38. Merl. 4
de legit. 10. *n.* 1. Rot. cor. Merlin. *dec.* 165. *n.* 1. Contrariis procedentibus, quando vita functus est Pater vivo Avo, quo casu nepotes occupantes locum Patris ex propria tamen persona habent actionem ad legitimam, ad quam si Pater viverent, admissus fuisset, per Text. *in* §. *auth. de hæred. ab* 5
intestat. & in §. *cum filius iastit.* 1. *de hæred. quæ ab intestat.* Gabriel. *cons.* 153. *n.* 21. *lib.* 1. Merlin. *d.* 9. 19. *n.* 20. Rot. coram Cavaler. *dec.* 192. *n.* 1. & cor. Card. Cerr. *dec.* 351. *n.* 1.

Aut legitima prætenditur debita Æneæ ex persona Ugolini Patris, & minus visum fuit ex hoc alio titulo eam competere, Quoniam nullibi constat, Æneam fuisse hæredem Patris, & hæreditatem adivisse, adeout potuisset illius personam repræsentare, Bellon. *de jur. accrescen. cap.* 9. *q.* 24. *n.* 32. Faclin. *contr. Jur. lib.* 4. *cap.* 65. Rot. *in Romana, seu Januen. legitima* 28. *Aprilis* 1682. §. *Ex his*, coram Card. Matthæjo, *& in Romana fideicommissi de Inceranatis* 16. *Maii* 1695. §. *Nec denique*, cor. bo. me. Emerix. Haud suffragante, quod erat in gradu successibili, quia aditio hæ- 6
reditatis cum sit quid facti de jure non præsumitur, sed debet ab allegante concludenter probari, etiamsi is, qui dicitur hæres, sit filius, ut docuit glos. *in l. si cum dotem* 22. §. *Transgrediamur ff. solut. matrim.* Rolan. *cons.* 18. *n.* 29. *vol.* 1. Cyriac. *contr.* 244. *n.* 24. Surd. *dec.* 254. *n.* 17. Rot. *dec.* 96. *n.* 4. *p.* 6. *rec. & in Ravennaten. evictionis* 3. *Decembris* 1696. §. *Quandoquidem*, coram me.

Verum quando per hypothesim ex fideicommisso, de quo modo disserimus, detrahenda foret legitima in beneficium Co. Æneæ senioris, adhuc tamen cum ipse distraxerit Prædium fideicommissarium nuncupatum portus Cæsenatici valoris scutorum 3000. auri, & Ugolinus Pater, cujus personam repræsentat, adiverit hæreditatem fideicommittentis sine Inventario, consumptæ præsumuntur omnes 7
detractiones, per ea quæ tradit Gratian. *discept.* 580. *n.* 16. Merend. *controv. Jur. lib.* 24. *cap.* 9. *n.* 4. Marr. Medic. *decis. Senen.* 9. *num.* 15. *& seqq.* Adden. ad Greg. *dec.* 267. *num.* 16. Rot. *dec.* 73. *num.* 8. coram Ninot. 645. *n.* 1. coram Dunoz. Jun. 554. *n.* 20. *p.* 13. *rec. & in Romana fideicommissi* 4. *Februar.* 4689. §. *Unicum fundamentum*, cor. bo. me. Emerix, *cum aliis relatis in præallegata Bononien. fideicommissi de Burzanis* 16. *Januarii proxime effluxi*, coram me.

Nullatenus turbante, quod Prædium alienatum sit emphyteusis pactionatæ de directo dominio Abbatis Classensis, proptereaque cum legitima deducenda sit ex bonis hæreditariis Patris ex juribus congestis per Rocc. *disp. select.* 8
cap. 51. *num.* 2. censeri nequeat consumpta ex alienatione bonorum emphyteuticorum, quæ non veniunt appellatione bonorum Patris, Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 4. *n.* 11. 9
cum seqq.

Enim vero ex Statuto Civitatis Cęsenæ, ubi existit antedictum Prædium distractum, omnia bona emphyteutica licet de directo dominio Ecclesiæ sunt redacta ad instar allodialium, ut formiter discusso articulo respondit Rot. *in Cesenaten. hæreditatis* 5. *Maii* 1683. §. *Constito*, cor. bo. me. 10
Emerix. Quare procul dubio numerari debent in acervo bonorum hæreditariorum, ex quibus detrahenda est legitima, ut generalem conclusionem in objecto relatam limitat Bursatt. *cons.* 132. *n.* 11. *&* 12. Surd. *cons.* 827. *n.* 18. Merlin. 11
de legit. lib. 2. *q.* 8. *n.* 1. in eamque per consequens imputantur Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 108. Mangil. *de imput. q.* 33. *n.* 4. & prosequitur Merlin. *de legit. d. q.* 8. *n.* 2.

Minus autem e sententia Galeatii responsum fuit quoad 12
fideicommissum Æneæ senioris, tametsi nanque de illius existentia nullatenus ambigeretur, petitæ tamen immissioni præstitit obicem renunciatio a Guido sæpenominati Felicis Malatestæ Genitore ad favorem Comitis Æneæ junioris de

ris de Bandis emissi mediante solemni Instrumento transactionis, quæ cum contineat expressam remissionem hujus fideicommissi stipulatam bona fide pro bona pacis, dissidiorumque inter transigentes vertentium exitu afficit non modo immediatos renunciantes, sed etiam successores ex propria persona venientes *l. eum hæreditas ff. ad Trebell. & l. si de fideicommisso C. de transact.* Mans. *consult.* 326. *n.* 15. Card. de Luca *de usur. disc.* 35. *n.* 16. *& disc.* 7. *de donat.* Rot. *dec.* 175. *n.* 5. *part.* 8. *& nuper in Bononien. fideicommissi* 1. *Junii*
13 1696. §. *Et si enim*, cor. me; Eoque validius, quia transigentium successores erant eorum hæredes, nequibant propterea factum Auctoris impugnare ex alia Juris censura *in l. cum a Mater C. de rei vendic.* Adden. ad Greg. *dec.* 354. *n.* 3. Rot. *dec.* 154. *n.* 28. *& in dicta Bononien. transactionis*
14 12. *Maii* 1681. §. *fin.* cor. Florez, *& in altera præcitata Bonon.* coram me, §. *Et si enim.*

Quod vero attinet ad tertium fideicommissum ordinatum ab Ugolino juniore de Bandis, censuerunt Domini, immissionem ultro concedendam fore Galeatio Actori, cum vocatio Felicis Malatestæ illius Actoris emergeret clarissime ex lectura ipsius Testamenti, in quo Ugolinus scriptis hæredibus Ænea, & Malatesta junioribus, necnon Guido ejus filiis masculis, illisque ad invicem substitutis, ulterius procedendo in hunc, qui sequitur, modum disposuit - *Uni autem, vel pluribus ipsorum decedente, cum eidem, vel illis substituit dictos ejus filios, & liberos descendentes pariter legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita; Prohibens, & expresse vetans dictis ejus filiis, & cujuslibet ipsorum liberis, & descendentibus in infinitum omnem alienationem, sumpto alienationis vocabulo in potiori, & ampliori significatu: Et in casu cujuscunque alienationis etiam modicæ ex nunc pro tunc privavit alienatorem portione sibi obventa, quam eo casu devenire voluit ad non alienantes, sed observantes paternam mentem, & ordinationem ipsius D. Testatoris, qui ideo sic alienari prohibuit, quia ejus intentionis fuisse dixit, ut integra ejus bona conserventur perpetuo in agnationem suam, & suæ familiæ, & nobilitatis domus suæ, & successorum.* Ex quo sane dispositionum contextu resultat clarissima vocatio præfati Felicis Malatestæ, tam ad portionem spectantem ad Guidum ejus Genitorem, quam ad alias portiones Patruos tangentes. Ad illam quidem Patris, ex quo literale legitur gravamen injunctum primis hæredibus institutis restituendi ratam portionem filiis, ut patefaciunt illa verba - *Et uni, vel pluribus ipsorum decedenti sine filiis, eidem, vel illis substituit dictos ejus filios, vel liberos, ac descendentes.* Post obitum proinde Guidi revocari nequit in dubium, quin ejus portio devoluta fuerit ad Felicem Malatestam filium.

Vocatio autem ad portionem Patruorum itidem manifeste colligebatur, perpensis amplissima prohibitione alienationis, & anxio Testatoris desiderio per modum rationis superaddito, ut totum ejus Patrimonium perpetuo conservaretur in ejus familia, & agnatione pro decore, & nobilitate suæ domus, & successorum. Hujuscemodi autem votum nequaquam ad effectum redduci posset, nisi præsupposita substitutione perpetua reciproca lineali inter omnes vocatos. Si enim altera ex lineis perempta, aliæ non succederent, bona Testatoris ad alienas peragrarent familias, atque ita ipsius nobilitas, cujus perpetuæ conservationi unice
15 prospexerat Testator, deficientibus divitiis declinaret, per ea, quæ observant Spad. *cons.* 237. *n.* 1. *p.* 3. Episc. Rocc. *disp. Jur. select. c.* 10. *n.* 18. Rot. *dec.* 677. *n.* 1. *cum seqq. par.* 5. 472. *n.* 13. *& seqq. p.* 14. 617. *n.* 14. *&* 648. *n.* 11. *p.* 18. *& dec.* 28. *n.* 7. *p.* 19. *rec. & latissime in Eugubina fideic.* 2. *Junii* 1681. cor. Card. Matthæjo, §. *in casu autem*, *& in Firmana Pradii della Parapina* 22. *Junii* 1696. §. *Quo enim*, cor. R. P. D. meo Muto, *& in confirmatoriis* 23. *Januarii proxime effluxi*, coram Rev. D. meo Decano, ...

Frustraque hoc solidum fundamentum declinare satagebant defensores eorum de Diotavellis ex responsione, quod stante antecedenti substitutione nepotum Testatoris ad portiones singulorum Parentum primorum hæredum, subsequens continua prohibitio alienationis, & ratio conservandi agnationem, utpote consecutiva, & famulatoria præcedentis dispositionis, non sit apta extendere fideicommissum de una linea ad alteram, ex traditis per Gabr. *cons.* 132.
16 *n.* 68. *lib.* 1. Redenasch. *cons.* 30. *n.* 132. Vent. *cons.* 2. *n.* 419. *cum seqq.* Rot. *dec.* 300. *n.* 20. *p.* 1. *rec.*

Quandoquidem objectum animadversione dignum foret, ubi prohibitio alienationis, & votum conservandi bona in agnatione restringi posset ad personas supra in primordiali dispositione vocatas; secus vero quando comprehendit alias personas præter supra expressas, videlicet, prout in themate omnes de familia personarum supernominatarum. Hoc 17
quippe casu, cum ratio sit generalior dicto, non dicitur stare illative, & consecutive, sed per se, & independenter, novumque inducit fideicommissum, Rot. cor. Bichio *dec.* 129. *n.* 7. *& seqq. & dec.* 65. cor. Card. Cerr. *n.* 10. *&* 11. *& in rec. dec.* 442. *n.* 9. *p.* 13. *& in præallegata Eugubina fideicommissi*, cor. Matthæjo, §. *Hinc non relevat.* Et quidem etiam reciprocum lineale, stantibus supradictis verbis importantibus perpetuam descendentiam, & agnatorum vocationem per modum collectivum expressam, ad notata per Rot. *in dict.* 18
Firmana Pradii della Parapina 20. *Junii* 1698. *a* §. *Relevantia minoris*, cor. R. P. D. meo Muto, *et in confirmatoria* cor. R. P. D. meo Decano, §. *Et sane vocatio vers. non attento.*

Eoque certius, quia in nostra hypothesi prohibitio alienationis deprehenditur aliunde vestita, quam a ratione conservandi bona in agnatione, ex adjecta scilicet pœna caducitatis contra alienantem, quam sufficere ad hoc, ut prohibitio alienationis dicatur vestita, adeoque valida, est concors DD. sensus, de quibus late penes Rocc. *disp.* 10. *n.* 13. 19
Rot. *in Perusina fideicommissi de Bigazzinis impressa post respons.* 75. *n.* 75. Giovagnon. *et dec.* 312. *n.* 16. cor. Bichio. Quamobrem prædicta ratio generalis, ut bona conserventur perpetuo in familia, ne remaneat superflua, novum, & perpetuum inter omnes de agnatione secum ferre debet fi- 20
deicommissum ex congestis per eundem Rocc. *d. disp.* 10. *n.* 15. *et in prælaudata Eugubina*, coram Card. Matthæjo, §. *Tum etiam quia cum seqq.*

Bene tamen verum est, quod ex hujusmodi bonis detrahenda est legitima favore filiorum Ugolini, quam ad formam sententiæ R. P. D. Orighi non contendebant scribentes pro Galeatio.

Postremum fideicommissum Bartholomæi de Bandis clarissimum etiam censuit Rota ad favorem Comitis Felicis Malatestæ; Testator siquidem Comiti Bando ejus germano fratri hæredi instituto substituit Co: Æneam nepotem, cui succedere voluit Guidum juniorem alterum nepotem, & isti demum decedenti sine filiis substituit proximiores in gradu ex familia Banda. Quapropter cum vita functo Comite Bando primo hærede successerit Comes Æneas junior, quo adhuc superstite occubuerit Guidus junior Pater dicti Felicis Malatestæ in locum gradus paterni caducati virtute vulgaris anomalæ contentæ in compendiosa successit idem Felix Malatesta immediate post Patrem ad fideicommis- 21
sum vocatus, juxta famigeratam theoricam Bartol. *in l. quandiu ff. de acquir. hæred.* Peregr. *de fideicommissis art.* 15. *num.* 14. Card. de Luca *de fideicommissis disc.* 107. *n.* 4. Rot. cor. Bichio *dec.* 202. *num.* 1. *cum aliis relatis, in Romana, seu Januen. bonorum* 10. *Decembris* 1696. §. *Tum etiam*, coram me.

Quod autem Felix Malatesta fuerit invitatus ad successionem post obitum Patris, non videbatur posse in discrimen revocari; Quia licet fuerit tantum positus in conditione, tamen neminem latet ex Statuto Urbis *c.* 142. *lib.* 1. positos in conditione censeri dispositive vocatos, Rot. 22
dec. 201. *et dec.* 227. *per tot. par.* 18. *recent. et dec.* 18. *n.* 18. *par.* 10. *et dec.* 79. *n.* 4. *p.* 19. *et in Romana fideicomm. de Varesiis* 6. *April.* 1696. §. *Quandoquidem*, cor. me, sive agatur de fideicommisso ascendentali, sive de transversali.

Quemadmodum nec hæsitarunt DD. quin in hypothesi regulanda veniat controversa dispositio ad terminos Statuti Urbis, quia, etsi versemur in Testatore forensi, domicilium tamen contraxerat in Urbe, ubi possidebat stabilia, pleraque alia coemerat, sepulchrum pro se, ejusque familia comparaverat, ibique defunctus tumulari jusserat, modoque jacet, & pluries tanquam Urbis Incola denominatus legitur, ex quibus educitur patenter, animum ejus fuisse, se conformandi cum Statuto Urbis, Mans. *consult.* 603. *n.* 23
4. Merlin. *dec.* 447. *num.* 1. *cum seqq.* Rota coram san. mem. Alexandro VIII. *dec.* 113. *n.* 4. *et seqq. et in Spoletana fideicommissi* 9. *Februarii* 1688. coram bon. mem. Emerix, *et in Romana, seu Januen. Trebellianica* 2. *Martii, et* 5. *Junii* 1693. coram R. P. D. meo Pio.

Non resistentibus geminis exceptionibus in oppositum deductis; Non quidem prima, quod cum Felix Malatesta non agnoverit hujusmodi fideicommissum non potuerit illud transmittere in hæredes extraneos; Tum quia in fa- 24
cto justificata fuit possessio nonnullorum corporum fideicommissariorum, quæ præsefert sufficientem agnitionem ad effectum transmissionis, Noal. *de transmiss. cap.* 8. *n.* 128. 25
Tum pariter quia cum prædictum fideicommissum fuerit purificatum de tempore, quo adhuc viveret Felix Malatesta,

sta,

sta, explorati Juris est illud, quantumvis non agnitum, transmissum fuisse ad hæredes, ad Text. *in l. fin. C. quando dies legat. cedat.* Noal. *eod. tr. cas.2. n.21. & 22.* Rot. cor. Merl. *dec.890. n.13. & dec.78. n.6. p.11. & dec.376. n.3. p.16. recent.*

Nec magis attendi meruit secunda exceptio, quod immissio esset deneganda ad illam bonorum portionem, quæ Bartholomæo obvenerit ex fideicommisso Æneæ senioris ob assertam renunciationem, quam Guidus Felicis Malatestæ Genitor emisit de juribus ejusdem fideicommissi. Posthabitis nanque pluribus responsionibus, cum Guidus in dicta renunciatione sibi expresse reservaverit Jura omnia sibi, & suis hædibus ex Testamento dicti Co: Bartholomæi competentia *Sum. responsionis n. unico*, non remanet Galeatius impeditus, quo minus immissionem ad omnia bona ejusdem Bartholomæi assequi valeat. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Ariminen. Fideicommissorum super Reconventione.

Merc. 6. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Nil pro argumento est notandum, cum reperiatur in decisione ab ista confirmata.

SUMMARIUM.

1 *Detractio debita defuncto fieri non debet, si adita non sit illius hereditas.*
2 *Detractiones ex alienationibus præsumuntur consumptæ.*
3 *Detractio semel consumpta amplius fieri non valet.*
4 *Bona emphyteutica fideicommisso in vocatorum præjudicium supponi non possunt.*
5 *Etiam si redacta fuerint ad instar allodialium.*
6 *Emphyteusis acquisita pro se, & heredibus dicitur hereditaria.*
7 *Emphyteusis hereditaria valet fideicommisso supponi.*
8 *Et in legitimam imputatur.*
9 *Emphyteusis hereditaria potest ex particulari conventione evadere pactionata.*
10 *Lineale dicitur fideicommissum; si Testator voluerit, ut bona integre conservarentur in agnatione pro illius splendore.*
11 *Limitatur, si talis voluntas explicata fuerit tantum in prohibitione alienationis, & in parte dispositiva Testator plures separate contemplaverit.*
12 *Sublimitatur, si prohibitio, & ratio amplior sit substitutione.*
13 *Et eo magis, si ipsa prohibitio aliunde vestita sit, quam a 6. ratione, n. 16. & 17.*
14 *Prohibitio alienationis sufficienter dicitur vestita, si adjecta fuerit pœna caducitatis.*
15 *Prout etiam si partem alienatam, Testator non alienanti applicaverit.*

DECISIO LXXII.

Occasione Judicii moti a Diotavellis, & Hippolytis super immissionem ad bona fideicommissaria Bandi, & Æneæ juniorum de Bandis, Galeatius Cima Reus conventus allegavit, reconveniendo, quatuor alia fideicommissa, quæ ad sui favorem purificata contendebat: Discussoque ejus bono jure in audientia habita 26. Junii præteriti, illorum tria, nempe Guidonis senioris, Ugolini jun. & Bartholomæi fuerunt ad favorem ipsius Galeatii canonizata, separata legitima ex bonis Ugolini: Et quoad fideicommissum Æneæ sen. responsum fuit, eidem obstare renunciationem emissam a Guido juniore ejus authore, ut latius in decisione desuper emanata.

Concessa autem adversus tunc resoluta nova audientia, hodieque reassumpta disputatione, Galeatius non impugnabat decisionem in partibus sibi contrariis; Quemadmodum nec Hippolyti, ac Diotavelli insistebant super fideicommisso Bartholomæi de Bandis, sed totis viribus oppugnare satagebant resoluta circa fideicommissa Guidonis sen. & Ugolini jun. Non refragantibus tamen omnibus in contrarium congestis, Domini in decisis persliterunt.

Enim vero, quo spectat ad fideicommissum Guidonis, nulla emersit difficultas circa illius existentiam, & purificationem, sed rursus Rei conventi regerebant prætensionem super detractionem legitimæ ex persona Æneæ senioris, nepotis memorati fideicommittentis; ea tamen, re iterum bene perspecta, nullatenus debere visa fuit, sive quia de tempore obitus d. Guidonis, nec natus, nec conceptus fuerat antedictus Æneas senior, ideoque nullum eidem ex propria persona, ex bonis Avitis fideicommisso suppositis competebat jus consequendi hujusmodi detractionem, minusque ex persona Ugolini ejus Patris, cum usque modo doctum non fuerit Æneam adivisse hæreditatem Paternam, adeout potuisset illius personam repræsentare, ex firmatis in alia decisione, §. *unica cum seqq.*

Sive, & certius, quia admissa per hypothesim præfata qualitate hæreditaria, adhuc cum ex una parte non doceatur de confectione inventarii, & ex alia parte liquet, ipsum Æneam sen. distraxisse pretio sc. 5000. auri prædium fideicommissarium Portus Cæsenatici, explorati juris est; quamcunque detractionem, si quæ deberetur, consumptam censeri ex notis juribus collectis in Bononien. fideicommissi de Burzanis 16. Januarii 1697. coram me. Adeoque legitima semel, mediante hujusmodi alienatione, detracta, iterum detrahi non licet, ex notatis per Rot. *dec.* 240. *n.7.* coram Priol. *& dec.* 37. *n.* 7. coram Ninot.

Nullatenus resistente, quod antedictum prædium ab Ænea distractum, utpote emphyteusis pactionatæ Abbatiæ Classensis, sicuti non poterat supponi fideicommisso in præjudicium vocatorum in investitura, ita nequit censeri imputatum in legitimam debitam ex bonis fideicommittentis, Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. q.44. n.11. cum seqq.* Quantumvis versemur in bonis redactis ad instar allodialium, ac per consequens alienabilibus, cum ad hunc effectum potius sit spectandus ordo succedendi datus in investitura, quam forma Statuti, consuetudinis, vel alterius Indulti generalis, ex traditis in specie per Rot. coram Merlin. *dec.85. n.12. & dec. 759. n. 3. p. 3. & dec. 398. n. 6. p. 12. rec.*

Quandoquidem objectum corruit ex facto: Dum nullibi constat, nominatum prædium esse emphyteusis ex pacto, & providentia; quinimo patuit de opposito. Docuit nanque Galeatius illud non fuisse acquisitum a domo Banda titulo lucrativo ex facto, & concessione Abbatiæ Dominæ directæ, sed ex titulo oneroso, mediante venditione facta per quendam Landum Patritium Venetum favore Friderici Patris fideicommittentis pro se, & suis hæredibus, quæ verba nemo est, qui ambigat reddere emphyteusim hæreditariam, & transitoriam ad quoscunque hæredes, Rota cor. Cels. *dec.* 5. *n.8.* cor. san. mem. Alexandro VIII. *dec.* 265 *n.5. & dec.* 165. *n.4. p.5. rec.* & de facto tanquam res hæreditaria Friderici Patris apparet post ejus obitum inter sæpe nominatum Guidonem, & Hieronymum fratres divisa, & per istius prædecessum in totum consolidata in ipsum Guidonem superstitem; Quamobrem stante qualitate hæreditaria hujus emphyteusis, sicuti certum est d. prædium Cæsenatici fuisse comprehensum in fideicommisso Guidonis, ut docuit Bald. *in l. cum virum n.24. C. de fideic.* Alex. *in leg. si Patroni col. penult. ff. ad Trebell.* Tiraquell. *de retract. lignar. §.4. gl.7. n.21.* Menoch. *de præsumpt. lib.4 præsumpt. 197. n.5.* Cacher. *dec.26. n.17. & plene* Peregr. *de fideic. art.6. n.18.* Ita remanet etiam planum illud tanquam de substantia Paterna potuisse in legitimam imputari, juxta doctrinam Bart. *in l. 1. §. nec Castrense ff. de collat. bonorum* Alex. *in leg. si Patroni col. 3. ff. ad Trebell.* Bolognin. *in leg. in quartam n. 315. ff. ad l. falcid.* Clar. *de feud. q. 46. num. 3.* Peregr. *de fideic. art. 36. n.108. §. & idem est in fine, & §. si autem sequenti plene* Franch. *dec. 368. per totam*, Surd. *dec. 35. itidem per tot.*

Quin urgeat replicatio, quod Joannes Cinus, qui de anno 1572. hoc idem prædium titulo emptionis a d. Ænea seniore comparaverat, recognoverit Abbatiam Classensem in Dominam directam pro se, suisque filiis, & nepotibus, juxta adnotationem existentem in libris ejusdem Abbatiæ transcriptam in *Summ.* eorum de Hippolytis, & Diotavellis *n.4.* Quoniam hujusmodi documentum concludere potest, emphyteusim ex hæreditaria, quæ antea fuerat, commutatam fuisse in pactionatam, sed non evincit, quin de tempore, quo in humanis degebat Guido fideicommittens, fuerit hæreditaria, ut supra late demonstravimus, neque alias ullam involvit repugnantiam, quod emphyteusis ex hæreditaria evadat ex particulari conventione pactionata, & restringatur ad certum genus personarum ex iis, quæ notat Rota *dec. 155. n. 3. cum seqq. p. 16. rec.*

Descendendo ad fideicommissum ab Ugolino de Bandis institutum iterum Domini fuerunt in sensu, illud non solū esse descēsivum favore omnium descendentium trium filiorum fideicommittentis primo loco institutorum, sed reciprocum lineale, adeout Malatesta Felix successerit tam in portione Guidi ejus Patris, quam etiam in portionibus Malatestæ, & Æneæ junioris Patruorum, rursus moti, ex quo Testator post amplissimam alienationis prohibitionem declaravit ejus intentionem, desiderium, ac voluntatem esse (sunt ejus præcisa verba) *ut integra ejus bona conserventur perpetuo in agnatione sua, & sue familie, & nobilitatis domus sue, & suorum successorum, & alios omni alio meliori* modo,

modo. Qua stante dispositione clarissime resultat fuisse ordinatum fideicommissum reciprocum inter tres lineas ab ipso Testatore constitutas: Nam alias si una linea extincta statim non succederet altera, portio aliqua fideicommissi posset alienari in personas extraneas, & ad feminas transire, quæ illam in alienas familias transportaret, atque ita non adimpleretur anxia voluntas Testatoris, quod ejus bona integra perpetuo remanerent in agnatione, domo, & familia Testatoris pro illius decoris, & splendoris conser-
10 vatione, ex traditis per Dec. *cons.* 36. *num.* 2. *in fin.* Decian. *cons.* 44. *n.* 68. *vers.* 3. *respondetur lib.* 3. Ruin. *cons.* 163. *n.* 7. *lib.* 3. Aymer. *cons.* 113. *n.* 2. *& cons.* 30. *n.* 6. Altogr. *cons.* 80. *n.* 63. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 13 *n.* 77. Rot. *dec.* 284. *n.* 1. *& n.* 19. *cum seqq. p.* 6. *dec.* 18. *n.* 26. *p.* 10. *& dec.* 429. *n.* 6. *p.* 13. *dec.* 411. *n.* 4. *& dec.* 472. *n.* 12. *p.* 14. *& dec.* 617. *n.* 14. *p.* 18. *& in Romana bonorum* 29. *Aprilis* 1693. §. *juncta*, cor. me, *in Balneoregien. fideic.* 5. *Decembr.* 1691. §. *Verum etiam*, cor. R. P. D. meo Caprara, *& in Asculana fideic.* 29. *Maii* 1593. *&* 26. *Junii* 1694. §. *inter has autem*, cor. eod.

Non obstante, quod cum tam in parte dispositiva, in qua ordinatur fideicommissum, quam in parte prohibitiva, in qua demandatur alienationis prohibitio, legantur personaliter contemplati filii, & descendentes trium filiorum primo loco separatim Institutorum, frequens ratio conservandi agnationem non immutet qualitatem prohibitionis, ne-
11 que inducat novam dispositionem, aut extensionem fideicommissi, juxta *cons.* 636. *n.* 6. Peregr. *de fideic. art.* 14. *n.* 10. & plene Rot. *dec.* 228. *n.* 6. coram Card. Celso.

Siquidem quotiescunque ratio conservandi agnationem comprehendit alias personas non expressas in antecedentibus substitutionibus, ut est in casu, in quo tam substitutio, quã prohibitio alienationis legitur facta nominatim filiis, & eorum descendentibus absque ulla mentione familiæ, & in sequenti parte, in qua expressum fuit votum Testatoris perpetuæ conservationis suæ domus, & agnationis invitantur per modum collectivum omnes de familia, & quidem in perpetuum, & ad integram hæreditatem, ut patet ex verbis superius registratis, tunc quia ratio est generalior, & amplius substitutione, prohibitione, præsefert diversitatem, & independentiam a casibus substitutionis, ac de sola novum inducit reale fideicommissum inter omnes de familia, ex relatis per Menoch. *cons.* 900. *n.* 18. *vers.* 7. Decian. *cons.* 86.
12 *num.* 23. *& seqq. lib.* 3. Cæphal. *cons.* 107. *n.* 11. Grat. *cap.* 828. *n.* 15 Fusar. *de substit. q.* 683. *n.* 23. & cor. Bichio *dec.* 129. *n.* 7. *& dec.* 60. *n.* 10 coram Card. Cerro, *& in Eugubina fideic.* 2 *Junii* 1681. §. *hinc non relevat*, coram Matthæjo *et in Firmana Prædii della Parapina* 20. *Junii* 1696. §. *relevantia minoris*, coram R. P. D. meo Muto.

Et indubitantius, quia d. alienationis prohibitio apparet aliunde vestita, quam a ratione conservandi bona in fami-
13 lia. Tum quia Testator adjecit pœnam caducitatis in casu secutæ alienationis, ipsumque alienationis actum annullavit, Eugen. *cons.* 44. *n.* 53. *lib.* 1. Fusar. *d. substit. q.* 685. *n.* 19.
14 Caten. *resol.* 163. *n.* 29. Rota coram Bich. *dec.* 92. 29. *et dec.* 54. *n.* 25. coram Arguell. Tum pariter, quia demandavit, ut pars alienata, & obligata applicetur non alienanti, Altogr.
15 *cons.* 9. *n.* 29. *lib.* 1. Barry *de succes. lib.* 8. *tit.* 3. *n.* 3. *in princ.* Caten. *resol.* 163 *n.* 30. Rota coram Bich. *dec.* 343. *num.* 16. Rot. *dec.* 284 *n.* 11. *et* 12.

Quare cum stante hujusmodi vestimento prohibitio alienationis esset efficax, & per se subsisteret sine ulla difficultate ratio desuper adjecta, ut bona in perpetuum, & integra conserventur in familia, ne remaneant superflua, novum, & perpetuum inter omnes de familia inducit fideicommissum, Altograd. *d. cons.* 92. *n.* 24. Caten. *d. resol.* 163. *n.* 28. *ple-*
16 *nissime*, Rocc *disp.* 10. *n.* 15. Rot. *dec.* 129. *n.* 11. cor. Bich. *et dec.* 284. *n.* 8. *p.* 6. *rec.* & quidem reciprocum lineale, quia alias dispositio Testatoris, quod bona perpetuo remaneant in familia, suum effectum non sortiretur ex supra deductis, & individuo prosequitur Rota *dictâ decis.* 284. *n.* 24. *p.* 6. in dicta Firmana Prædii della Parapina 20. Junii
17 1695. §. *relevantia minoris*, & in confirmatoria, coram Reverendiss. meo Decano, §. *sane vocatio vers. non attento*. Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Bononien. Fideicommissi de Pandinis.

Lun. 3. *Decembris* 1685.

ARGUMENTUM.

Affirmantur eadem met quæ scripsit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 109. quod nempe si Testator plures fecerit substitutiones, & prima vulgaris sit, itaut per aditionem vel ob defectum conditionis evanescat intermedia, si minime a prima dependeat non caducetur, ex quibus autem de per se & independens stare dicatur optime in præsenti decisione discutitur.

SUMMARIUM.

1 *EX substitutione facta finita linea inducitur gravamen restitutionis ultimo de linea.*
2 *Immissio datur favore electi in vim dispositionis Testatoris.*
3 *Immissio executoribus Testamentariis solet concedi, donec adveniat casus, quo substitutus cum effectu possidere valeat.*
4 *Substitutio intermedia, quæ dependet ab alia caducata, effectum habere non potest.*
5 *Declara, ut vera sit conclusio, si coharentia cum alia retineat; secus si stet de per se, & sit independens ab alia.*
6 *Independens esse dicitur, si inter unam, & alteram substitutionem concurrat diversitas, vel quoad modum & formam dispositionis, vel quoad personas.*
7 *Independentia quoad modum dicitur adesse, si secunda facta fuerit per orationem omnino separatam, & a suo verbo rectam.*
8 *Etiam si reperiretur copula &*
9 *Verba* linea finita-*restringi non possunt ad certum, & determinatum eventum, sed locum sibi vendicant indefinita, & quandocunque linea defecerit.*
10 *Et sive linea inceperit, sive non.*
11 *Si in secunda substitutione alia continuantur personæ, quæ non habentur in prima, una non habet dependentiam ab alia.*
12 *Substitutio facta finita linea minime vulgaris esse potest.*
13 *Dictio* nam *est de sui natura continuativa.*
14 *Limita quoties reperiatur inter duas orationes de se perfectas.*
15 *Sententia lata super statu contra legitimum contradictorem afficit alios etiam non citatos.*
16 *Nec sic procederet, si jus non citatorum sit diversum ab illo citati.*
17 *Sententia recipit declarationem a libello.*
18 *Sententia inter alios lata tertio ex propria persona venienti præjudicare non potest.*
19 *Actus negativa non reputantur sufficientes pro interpretando fideicommisso dubio.*
20 *In fideicommisso claro observantia contraria non urget.*
21 *Confessio hæredis inservit pro interpretanda voluntate Testatoris.*

DECISIO LXXIII.

IMmissionem, quam scriptis heredibus Imperator Justinianus decrevit *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* hodie Domini concedendam esse dixerunt Commissariis, sive executoribus Testamentariis quondam Michaelis Pandini de Cimatoribus, nec non Julio Cæsari de Zagnis, & Catharinæ de Vecchis sponsis sorte extractis ad evincta bona per Michaelem de tempore mortis possessa, quia ad illorum favorem cõcurrere visa sunt omnia extrema hujusce remedii. Existentia nimirum fideicommissi illiusque purificatio favore eorundem actorum resultans ex undequaque perfecto Testamento quondam Michaelis Pandini de Cimatoribus condito de anno 1587. quod hodie exhibetur non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, in quo idem Testator universalibus sibi institutis heredibus Joanne Baptista Pandino ejus ex Ludovico germano fratre nepote, & Camilla de Ponte conjugibus substituit post eos ordine successivo eorum, & cujuslibet eorum ex tunc constanti, vel alio fortasse contrahendo matrimonio filios masculos nascituros, & his non extantibus filias feminas. Præfatis autem Joanne Baptista, & Camilla defunctis absque aliquibus liberis legitimis, & naturalibus, & sic nullis hujusmodi extantibus, tunc, & eo casu substituit Joannem Baptistam Macchiavellum, & successive ejus filios, & descendentes masculos feminis semper exclusis. Eo vero decedente quandocunque sine filiis masculis substituit duos futuros conjuges, ut infra substituendos, & eligendos, & deinde prosequendo suam hanc dispositionem hæc verba præcisa subdit- *Nam finita tam masculina, quam feminina Jo: Baptistæ Pandini, ac linea masculina Jo: Baptistæ Macchiavelli, tunc et eo casu voluit per R. Albertum Riccium unum ex Capellanis perpetuis Sanctæ Mariæ Majoris, vel ejus successorem pro tempore etc. Item per Curatum S. Laurentii etc. Item per Præpositum con-*

*consortis Cathedralis &c. Item per Præpositum S. Pro-
culi eligi sex Adolescentes masculos, & sex feminas,
ex quibus voluit duas, sorte extrahi unum masculum, &
unam feminam, qui contrahere debeant inter se matri-
monium, quos extrahendos, & matrimonium contrahen-
tes, & ordine successivo eorum liberos, & descendentes
legitimos in infinitum in casu, & talibus prædictis re-
spective instituit, & substituit, & si tales decesserint
sine filiis prædictus D. Testator instituit, & substituit
alios eligendos ordine quo supra perseverando toties, quo-
ties casus occurrat perpetuo, semper, & in infinitum in
omni meliori modo* -- ut latius *in Sum. n. 1. lit. F.* Qua-
mobrem cum per obitum Lucretiæ de Pandinis defecerit
descendentia conjugum de Pandinis hæredum instituto-
rum, & per mortem Jo: Baptistæ Macchiavelli ultimo
loco defuncti extincta itidem fuerit in linea masculina
ejusdem Macchiavelli laterale utique remanet fideicom-
missum favore Julii Cæsaris de Zagnis, & Catharinæ de
Vecchis juvenum extractorum, cum illorum substitu-
tio, ut supra facta finita linea, idem importat, ac si
1 Testator expresse gravasset ultimum de dd. lineis ad fa-
ciendum eis restitutionem fideicommissi, juxta Text. *in
l. Codicillis 34. ibique* Bart. *n. 1. ff. de usu, & usufr. legat.*
Riminald. Son. *cons. 189. n. 17. lib. 1.* Castill. *dec. 153. n. 70,
lib. 2.* & Rot. *dec. 79 n. 3.* cor. Arguell. *dec. 177. n. 3.* cor.
Eminent. Othob. & in his terminis *dec.* 388, *n. 1.* cor. Celso.
Bonorum autem identitas, quæ est secundum extremum
remedii intentati, non fuit controversa inter partes, &
abunde remanet comprobata ex inventario bonorum hæ-
reditariorum Michealis Testatoris facta a Pandino, &
Camilla hæredibus institutis, nec non ex quampluribus
aliis documentis exhibitis *in sum. Actorum n. 2. usque ad*
12. & legitimatio denique personarum satis justificare
videbatur respectu Commissariorum, seu executorum Te-
stamentariorum ex eorundem reputatione facta per ip-
sum Michaelem, donec sequeretur totalis effectus, &
adimplementum suæ voluntatis; respectu vero juvenum
extractorum ex illorum electione, seu extractione ad
formam Testamenti secuta in partibus, nec non pariter
ex sponsalibus inter eosdem contractis per verba de fu-
turo, cum obligatione contrahendi matrimonium per
verba de præsenti, & ex eorundem denique qualitati-
bus a Testatore exigitis, & in partibus satis probatis,
ut constat ex adverso *Summ. n. 6.* Quibus quidem om-
nibus concurrentibus jure merito dd. Actoribus a Judi-
ce de Partibus in 2. instantia de voto Rotæ Bononien.
2 decreta fuit immissio, & nunc per DD. confirmata vi-
gore *d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* quemadmodum
ad favorem extracti alias Rota respondit *in dec.* 380.
n. 3. & 4. p. 12. rec. & respectu Commissariorum, seu
executorum Testamentariorum, quod eis competat idem
remedium *l. fin.* vel saltem officium Judicis pro inte-
rim, & donec per verba de præsenti sequatur matri-
3 monium dd. juvenum tradidere Argell. *de acquir. possess.
q. 15. art. 7. n. 80. & seq.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. n.
309. & 398.* Angel. *cons. 135. n. 21.* ante finem, & Rot.
dec. 216. n. 1. & 2. & dec. 243. n. 1. & seqq. p. 4. tom. 2. rec.
His autem sic positis, & probatis obesse visa non fuit
unica exceptio a Levantibus, & Gambilonghis hæredibus
Testamentariis quondam Lucretiæ de Pandinis, & eorum
successoribus proposita, & desumpta ex eo, quod suprad. fi-
deicommissum in eo tantum casu fuerit a Testatore institu-
tum, quo Joannes Baptista, & Camilla de Pandinis dece-
derent absque filiis, adeoque cum isti obierint cum filiis,
relicta nempe Lucretia eorum filia, ex tunc expiraverit,
nedum intermedia substitutio Joannis Baptistæ Macchia-
velli immediate ordinata, sed subsequens etiam juvenum
4 extrahendorum ab ea dependens, juxta famigeratum,
& communiter receptum Oldrad. *cons. 21.*
Etenim quidquid sit, an substitutio intermedia Macchia-
velli fuerit per vulgatem concepta, & uti talis evanuerit
ob existentiam Lucretiæ filiæ hæredum institutorum, sive
potius per compendiosam, seu fideicommissariam, in
qua quæstione Rota Bononiensis non improbabiliter hanc
secundam partem amplexa fuit, pluribus suffulta conjectu-
ris lato, & eleganti calamo adductis in ejus voto decisivo
edito in priori instantia hujus causæ, & cujus controversiæ
examen hic assumendum visum non fuit: cum ex literali
Testatoris dispositione in præsenti casu aliunde tutius fun-
dari possit resolutio, supposita etiam pro tunc, & sine veri
præjudicio, quod existentiam filiorum ex filiis operata fue-
rit extinctione prioris substitutionis Macchiavelli, juxta
dictum Oldradi consilium, adhuc dicebatur operari non
potuisse extinctionem posterioris substitutionis factæ fa-
vore juvenum extrahendorum; quia quoad hanc appli-
cari videbatur limitatio, ob quam communiter recedi-
tur a suprad. regula, sive Oldradi consilio, nimirum
quod uti, prout hic, posterior, & subsequens substitu-
tio non est subordinata, & dependens a substitutione
intermedia, neque restricta ad casum obitus primo in- 5
stitutorum; sed legitur de per se demandata simplici-
ter, & absolute, ac sub indefinito tempore deficientiæ
filiorum, aliorumque omnium prius vocatorum; tunc
& eo casu non sit incertitudini ante expressæ condi-
tionis subjecto, ut antecedens caducata per existentiam
filiorum, sed simplex perpetua, & absoluta locum si-
bi vindicans quandocunque sive primi instituti, sive
ulteriores sine filiis decesserint, ex traditis per Gabriel.
cons. 91. n. 22, lib. 1. Cæphal. *cons. 383. n. 2. lib. 3.* Ne-
gusan. *q. 310. n. 80.* Pereg. *de fideicomm. art. 15. n. 29.*
Rot. *dec. 332. n. 6. & dec. 403. n. 71. p. 2. & dec. 18.
n. 12. p. 8. & dec. 645. n. 7. p. 18. tom. 2. rec.* & cor.
Cerr. *dec. 409. n. 30. & seqq. & novissime in Auxima-
na Prædii 9. Januarii* 1680. *§. Verba Testamenti in
fin. & 7. Junii ejusdem ann. §. existentia*, cor. D. meo
Rondinino *confirmata sub diebus 23. Februarii*, & 19.
Junii, coram me.
Independens autem fuisse fideicommissum juvenum ex-
trahendorum a substitutione Macchiavelli, & a condi-
tione deficientiæ hæredum institutorum absque filiis, 6
satis superque constitit ex diversitate, quæ de una ad
alteram intercedit, tam quoad modum, & formam di-
spositionis, quam quoad personas in utraque contentas,
& quidem modus, & forma dispositionis diversitatem
hanc, & independentiam præsefert. Quia Testator, post
institutos hæredes simpliciter, & immediate, substituit
Macchiavellum in casu obitus illorum sine filiis; Ju-
venes autem extrahendos licet immediate non tamen
cohærentes, nec consecutiva ad antea disposita, sed prin-
cipaliter, & dispositive vocavit per orationem omnino
separatam, & a suo verbo rectam, atque cum verbis
indefinitis, & perpetuitatem denotantibus voluit ipsos, 7
eorumque liberos, & descendentes in infinitum succe-
dere designatis conditionibus ipsorum extrahendorum,
nec non præscriptis regulis extractionis faciendæ toties,
quoties casus occurret perpetuo, semper, & in infini-
tum omni meliori modo. Quibus sic stantibus, secun-
da hæc dispositio sine dubio dicitur stare de per se, &
independenter ab antecedenti substitutione, & si illæ con-
junctæ fuissent per copulam, & ut notant Peregr. *cons. 23. n.* 8
8. & 5. lib. 4. Castill. *lib. 3 contr. c. 15. n. 43. vers. 2. & n. 58.
cum aliis* per Rot. *in dec. 409. n. 16.* cor. Cerro, *& in dec.
59. n. 12. & 13.* cor. Priol. *& dec. 260. n. 5.* cor. Dunoz. Jun.
Diversitas autem personarum contentarum in casu pu-
rificationis utriusq; fideicommissi eandem pariter inde-
pendentiam præfert; quippe quia in prædicta substitutio-
ne favore Macchiavelli Testator se restrinxit ab obitum
hæredum institutorum sine filiis; in secunda vero ju-
venes extrahendos indefinite vocavit post extinctam li-
neam masculinam, & femininam hæredum, quam ma-
sculinam tantum Macchiavelli, ibi -- *Nam finita linea
tam masculina, quam feminina dicti Jo: Baptistæ Pan-
dini, & Camillæ de Ponte, & cujuslibet eorum, ac li-
nea masculina Jo: Baptistæ Macchiavelli, tunc & eo casu
voluit eligi, nominari, & extrahi duos juvenes &c.* Adeo-
que cum verba illa *finita linea* restringi non possint ad
certum, & determinatum eventum, sed locum sibi vin- 9
dicent indefinite, & quandocunque linea utriusque de-
fecerit, ex traditis per DD. *in l. Centurio ff. de vulg. & pu-
pill. & in specie per* Laderch. *cons. 71. n. 4.* & Rot. *in dec. 134.
n. 14. p. 27. rec.* ubi alii concordantes, & sive linea in-
cœperit, sive non, Altogr. *cons. 71. n. 1. lib. 2.* Palma Jun.
alleg. 127. n. 12. tom. 2. Rot. *dec. 466. n. 7.* cor. Pen. *dec. 375.* 10
n. ult. cor. Coccin. *& dec. 810. n. 2. & seqq.* cor. Dunoz. Jun.
Utique ex hac indeterminata dispositione novarum per-
sonarum in parte conditionali non contentarum in præ-
cedenti substitutione recte quidem emergit, quod po-
sterior hæc dispositio nullam habeat connexionem, seu
dependentiam a prima, multoque minus a qualitatibus,
seu conditionibus adjectis in ea, ut pluribus allegatis
bene arguit Grat. *discept. forens. 828. n. 7. & seqq. & præcise n.* 11
15. & 16. & Rot. *d. dec. 409. n. 17.* cor. Cerr. *dec. 360. n. 7.*
cor. Merlin. *& dec. 18. n. 14. p. 8. & dec. 645. n. 7. p. 18. rec.* &
novissime *in d. Auximana Prædii 9. Januar.* 1680. cor. R. P.

D. meo Rondinino, §. 2. *ex diversitate*, *confirmata sub die* 23. *Februar*. 1684. §. *diversitas autem*, coram me.

Nec cohærentia, & dependentia utriusque substitutionis ab una, eademque conditione eventuali, & incerta deficientiæ hæredum sine filiis in contrarium concludi videbatur, ex quo posterior hæc substitutio, de qua est quæstio, ordinata fuerit immediate post primam substitutionem Macchiavelli sub eadem conditione, quatenus iste decederet sine filiis masculis, mediante ablativo absoluto, & copula *Et*, & continuativæ præcedentis orationis ibi: *Et eo decedente quandocunque sine filiis masculis substituit duos futuros* conjuges &c. Etenim Testator in dicto Capitulo non terminavit substitutionem ad favorem eligendorum, sed expressis verbis sibi eam reservavit inferius exprimendam, & perficiendam, ibi: *Substituit duos futuros conjuges, ut infra substituendos*. Quamobrem cum in substitutione inferius continuata non restinxerit fideicommissum extrahendorum ad casum obitus Macchiavelli absque filiis, sub quo incepta legitur eorum substitutio præcedens, sed ulterius progressus fuerit extendendo eorum vocationem ad casus aliarum personarum, & ad extinctionem utriusque lineæ, exclusa exinde remanet quæcunque dependentia a dicta conditione, seu casu obitus Macchiavelli absque filiis; nam si Testator in inferiori hac parte voluit; juvenes extrahendos finita linea hæredum institutorum, & substiturorum absolute, & simpliciter succedere, impossibile est, quod eorum substitutio propter aditionem unius, vel alterius
12 expiret, qui est casus vulgatis, qui in illa terminat lineà vocatorum non terminata, ut ponderat Rot. *in dec.* 266. *n.* 17. *et seqq. part.* 4. *tom.* 2. *et ad literam in dicta dec.* 134. *n.* 8. *part.* 5. *rec.*

13 Minusque obstat, quod inter unam, & alteram substitutionem eorundem juvenum adjecta fuerit copula *nam*, quæ, cum sit de sui natura continuativa, operatur, ut subsequens hæc dispositio intelligi debeat, retento eodem themate præcedentis conditionis, quatenus scilicet hæredes decederent sine filiis. Siquidem objectum procedit ubi hæc dictio, vel aliæ similes de sui natura continuativæ, & repetitivæ ponuntur inter duas orationes, quarum prima est perfecta, secunda autem imperfecta ex parte verbi, aut ex parte suppositi, vel appositi; secus autem ubi, prout hic, est posita inter duas orationes, quarum quælibet est omnino perfecta, illarumque posterior continet diversas personas, & diversam pariter dispositionem; hoc enim casu præfata dictio non dicitur stare per modum repetitionis, & copulationis
14 qualitatum, & conditionum præcedentium, sed inceptive faciendo duas dispositiones diversas, & separatas, & potius supponendo terminos antecedentes, quam repetendo, ut notant Peregr. *de fideicomm. art.* 16. *n.* 12. Gratian. *discept.* 828. *n.* 11. *et seqq. aliique relati per* Rot. *in dec.* 59. *n.* 14. *cor.* Priol. *et dec.* 65. *n.* 5. *et seqq. cor.* Certo.

Constitio itaque ex his, quod substitutio Macchiavelli sit longe diversa ab illa juvenum extractorum, nil refert, quod Gratiosus Ubertus olim Auditor Bononiæ occasione litis motæ inter Macchiavellum, & hæredes Lucretiæ super purificatione hujusmodi substitutionis per sententiam definitivam pronunciaverit assertum fideicommissum expirasse in personam Lucretiæ Pandinæ auctricis illorum de Levantibus, & Gambilonghis modernorum reorum, quodque sententia hæc lata cum legitimo contradictore in
15 auctoritatem transierit rei judicatæ, ac modo faciat jus quoad omnes alios fideicommissarios tametsi non citatos, juxta Text. *in l. ingenium ff. de stat. homin.*

Etenim cum ex huc usque deductis clarissime pateat, quod hodie nec eadem sit conditio personarum in præcedenti sententia comprehensarum, nec idem sit jus,
16 ex quo res judicata emanavit, illiusque utique exceptio non nocet Actoribus secundum censuram Text. *in l. cum quæritur duabus seqq. ff. de re judic. ibique communiter* DD. & Scacc. *de sentent. et re judic. gloss.* 14. *q.* 2. *n.* 9. Grat. *discept. forens. c.* 914. *n.* 31. & Rot. *dec.* 130. *n.* 33. *p.* 26. *rec. et in Romana fideic. de Incoronatis* 24. *Aprilis* 1682. §. *Non enim*, coram D. meo Rondinino.

Et quamvis in dicta sententia simpliciter, & indefinite dicatur fideicommissum expirasse per supervivientiam Lucretiæ filiæ hæredum institutorum, non per hoc sequitur, sublatam esse existentiam fideicommissi quoad omnes in eo convocatos; etenim cum petitio tunc facta in libello contineat, quod Lucretia condemneretur ad restituenda ipsi Macchiavello bona fideicommissa subjecta, jam patet in eo
17 judicio actum duntaxat fuisse de jure proprio, & personali ipsius Macchiavelli; quapropter sententia, quæ successive in eodem judicio probata fuit adhuc, ut respondeat actoris petitioni, & libello, a quo declarationem, & interpretationem de jure recipit, juxta firmata per Rot. *in dec.* 229. *n.* 4. *p.* 17. *rec. ac dec.* 190. *n.* 14. *p.* 18. *tom.* 2. *rec.* magis respicere dicitur personam agentis, quam ipsum 18
fideicommissum, ex cujus jure egit, & consequenter præjudicare non potest successoribus in dicto fideicommisso venientibus ex jure independente ab eo, quod in dicto judicio deductum fuit, ut docent Bald. *cons.* 121. *lib.* 3. *sub n.* 10. Pax. *de tenut. tr.* 2. *cap.* 43. *sub n.* 8. *et egregie* Mansius *consult.* 408. *n.* 8. *tom.* 5.

Nec officit demum contraria observantia, quæ ad interpretationem hujusmodi fideicommissi ex parte reorum deducitur, ex quo defunctis liberis conjugum de Pandinis, & ultimo loco mortuo Macchiavello de anno 1648. Commissarii, seu executores Testamentarii non devenerint ad extractionem juvenum sive sponsorum, neque ad petitionem immissionis, nisi de anno 1682. Quoniam etsi probaretur scientia Testamenti in DD. Commissariis, de quo tamen non constat observantia exinde elicita, non meretur attendi; Tum quia est fundata in actibus mere negativis, 19
qui non sunt de jure sufficientes pro interpretatione fideicommissi dubii, ad quem effectum exiguntur actus positive, de quibus hæredum consensus possit induci, ex traditis per Vermigliol. *cons.* 200. *n.* 14. & per Rot. *in Auximana* 20
Prædii 25. *Junii* 1674. §. *Nihilque penitus*, coram R. P. D. meo Archiepiscopo Damasceno. Tum etiam quia ubi, prout hic, fideicommissum est clarum, observantia nihil operetur, Castrens. *in l. hæredes*, §. *si quis sub n.* 1. *ff. de Testam. in cons* 340. *n.* 1. *lib.* 1. Aretin. *cons.* 84. *n.* 5. & *cons.* 111. *n.* 2. & Rot. *dec.* 319. *n.* 2. *p.* .... *rec.*

Tum denique, quia hujusmodi negativa observantia eliditur ex contraria affirmativa observantia desumpta ex facto positivo Lucretiæ auctricis modernorum reorum, quæ post obitum Joannis Baptistæ ejus patris agnoscens esse vocatam per viam fideicommissi, non vero simpliciter positam in conditione ad exclusionem Macchiavelli substituti; quo casu potuisset tantum succedere per viam intestatæ successionis uti hæres patris, declaravit ille consequi pretium domus, & prædii hæreditarii Michaelis Testatoris, non uti proveniens ex hæreditate patris, se uti sibi debitum independenter a patre tanquam vocatæ ad fideicommissum Michaelis, ut constat ex *Summario n.* 3. Hæc autem confessio, & observantia deducta ex facto positivo, contrariam negativam excludit, & valde desuper conducit ad congruam intelligentiam mentis Testatoris, ubi illius verba aliquam involverent dubietatem, ex Text. *in l. si de inter-* 21
pretatione ff. de legibus, & tradunt DD. allegari per Rotam *in dec.* 341. *n.* 8. coram Celso, & *in Auximana Prædii* 9. *Januarii* 1680. §. *Quinimo*, coram D. meo Rondinino, & *in Romana, seu Firmana Fideicommiss. de Burattis* 13. *Junii* 1681. §. *tandem*, cor. D. meo Decano.

Et ita partibus hinc inde in voce, & in scriptis auditis.

R. P. D. URSINO.

Bononien. Fideicommissi de Pandinis.

Ven. 29. *Martii* 1686.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio aliam supra extensam confirmat.

SUMMARIUM.

1 I*mmissio, concurrentibus requisitis, conceditur.*
2 *Caducata prima substitutione, caducatur altera quæ illi cohæret, amplia ut n.* 5.
3 *Dictio* nam *est orationis continuativa, & dispositionem aliquam denuo non inducit.*
4 *Et est de sui natura ratiocinativa, adeout licet apposita inter duas orationes perfectas, tamen habet cohærentiam cum præcedenti dicto, vide n.* 8. & 9.
6 *Omnis est facienda interpretatio pro exclusione fideicommissi.*
7 *Verba* ut infra substituendos *ostendunt substitutionem ipsam regulandam esse juxta formam, & modum in inferiori, & subsequentis orationis parte insertum.*
10 *Clausula* tunc & eo casu *quæ importat.*
11 *Dictio* tunc & eo casu *indeterminate posita omne tempus comprehendit.*
12 *Appellatione lineæ omnes descendentes continentur.*
13 *Conditio* deficiente linea *superflua esset, nisi operaretur inclusionem omnium descendentium.*

14 *Ar-*

14 *Argumentum ab abſurdo vitando nullius eſt roboris, ubi Teſtatoris voluntas certa, & literalis ſit.*
15 *Conditio habetur pro impleta contra præſtantes impedimentum.*
16 *Executores Teſtamentarii poſſunt agere, donec impleatur conditio operativa favore heredis.*
17 *Vulnerata via executiva, non remanet vulnerata alia ordinaria.*

DECISIO LXXIV.

AGnoſcentes Hæredes Teſtamentarii quondam Lucre-
tiæ de Pandinis ex perpetua, & abſoluta ſubſtitutio-
ne fideicommiſſaria juvenum ſorte extrahendorum firma-
ta in præcedenti deciſione coram me edita ſub die 3. De-
cembris anni præteriti, inſtitutionem ad eorum favorem
per dictam Lucretiam factam fruſtrari, curarunt hodie,
impetrata nova audientia adverſus dictam deciſionem,
pro viribus hujuſmodi fideicommiſſariam excludere, &
ad hunc effectum rationes alias oppoſitas reaſſumpſerunt,
aliaſque novas in adjumentum, & comprobationem an-
tiquarum cumularunt, ſed intentum conſequi non value-
runt; quippe quia animadvertentes DD. antiquas fuiſſe
jam in deciſione ſublatas, & novas tanquam nullius fe-
re momenti eſſe rejiciendas non dubitarunt in deciſis
perſiſtere, repropoſita hodie cauſa ſuper iiſdem.
Cum enim finita linea tam maſculina, quam feminina
Jo: Baptiſtæ, & Camillæ conjugum de Pandinis hæ-
redum inſtitutorum, necnon Jo: Baptiſtæ Macchiavelli
priori loco ſubſtituta, quondam Michael de Pandinis Te-
ſtator ſimpliciter, & abſolute vocaverit duos juvenes for-
te extrahendos, utique defectis utriuſque lineis factus di-
citur locus perpetuæ fideicommiſſariæ ſubſtitutioni ſimpli-
citer in tali caſu, ut ſupra ordinatæ ad favorem juve-
num extrahendorum, & conſequenter jure merito eiſdem
propter omnium extremorum concurſum, ex remedio *l.*
1 *ſ.n. C. de edict. div. Adr. tollend.* immiſſio decreta fuit in
deciſione, quæ confirmatur *in* §. 1.
Adverſus hujuſmodi fundamentum a reis conventis
reaſſumebatur, ut ſuperius præmiſſum eſt, objectio alias
adducta, & in deciſione ſublata, quod nempe fideicom-
miſſum fuerit a Teſtatore injunctum, & ordinatum in eo
duntaxat caſu, quo Jo: Baptiſta, & Camilla de Pandinis
primo loco hæredes inſtituit ſi abſque filiis deficerent, qua
conditione adimpleta, eiſdem ſubſtituit Macchiavellum,
in cujus ejuſque lineæ deficientia, conjuges eligendos
denique vocavit, quamobrem defunctis primis hæredibus
ſuperſtite Lucretia eorundem filia, ſicuti expiravit ſubſti-
tutio Macchiavelli per vulgarem in caſu tantum obitus
eorundem abſque filiis ordinata, ita & caducata reman-
ſit ſubſequens dd. conjugum propter dependentiam, &
mutuam cohærentiam deſumptam ab una, & eadem mox
2 relata conditione, juxta tradita per Modern. Forol. *conſult.*
81. *n.*5. Cancer. *var. reſol. lib.*1. *cap.*1. *n.*169. *&* 165. Rot.
dec. 486. *num.*6. *&* 7. *part.* 1. *rec.* *deciſ.* 210. *num.* 3. coram
Priolo, *& in Piſauren. fideicommiſſi* 12. *Februarii* 1685.
cor. Rev. D. meo Albergato Decano.
Neque ſubſiſtere ſupraddebant independentiam ſubſti-
tutionis conjugum extrahendorum a ſubſtitutione Mac-
chiavelli, & a conditione deficientiæ hæredum elicitam,
tum ex diverſitate quoad modum, & formam diſpoſitio-
nis, tum ex diverſitate quoad perſonas in ea contentas,
ut late dictum fuit in prima d. deciſione §. *independens
autem cum ſequent* quia modi, & formæ diverſitas exclu-
di prorſus dicebatur in hac facti ſpecie, dum in oratio-
nis initio, ex qua diverſitas deſumebatur appoſita, legi-
tur dictio *nam*, quæ uti orationis continuativa diſpoſi-
3 tionem aliquam de novo non inducit, ſed ad præteri-
tam eodem themate eodemque ordine ſe refert, ad Text.
in lib. inter ſtipulantem 83. *ff. de verb. oblig.* Peregrin. *conſ.*
57. *num.* 12. *lib.*5. Barboſ. *dict.* 332. *n.*5. *et* 2. *et in magis
proximis terminis* Altograd. *conſ.* 60. *num.* 39. *et ſeq. lib.*1.
Palma Jun. *alleg.* 19. *num.* 33. *lib.*1, & Rot. *deciſ.* 159. *num.*
3. *et ſeq. part.* 15. *rec.* ultra quod cum dictio ſupradicta de
ſui natura ratiocinativa dicatur, licet appoſita inter duas
orationes perfectas, & de per ſe completas, tamen ſem-
per habet cohærentiam, ſeu dependentiam a præcedenti
dicto, ſeu diſpoſitione, a quo animatur, regulatur, &
dicitur, adeout ſtare de per ſe non poſſit, Altograd. *conſ.*
4 79. *n.*30. *et* 31. *lib.*2. Palm. Jun. *d. alleg.* 19. *n.*17. *uſque ad*
22. Card. de Luca *de fideicomm. diſc.* 109. *n.* 7. Rot. *deciſ.*
300. *n.*27. *p.*1. *rec.*

Unde ſublata diverſitate ſubſtitutionis quoad modum,
& formam, nihil referre arguebant, diverſitatem quoad
perſonas in d. parte ratiocinativa vocatas; quia adjectio
novarum perſonarum operari quidem valet, ut, purifi-
cata ſuperiori conditionali diſpoſitione, etiam iſtæ hono-
ratæ cenſeantur, & ea evaneſcente propter præfatam de-
pendentiam omnes ſubſequentes, & conſecutivæ ſubſti-
tutiones expirent, nunquam tamen quod novum in eis
fideicommiſſum effotinetur, Cephal. *conſ.* 544. Menoch. 5
conſ. 493. *num.* 1. *verſ. reſpondetur*, *& conſ.* 888. *num.* 36.
Giovag. *conſ.* 97. *num.* 2. 3. *& lib.* 1. Altograd. *conſil.* 60.
num. 39. *lib.* 1. Bertaz. *conſ.* 69. *num.* 12. *& ſequent.* Fach.
*contr. Jur. lib.*10. *cap.*19 *per tot.* & Caren. *reſol.* 120. *num.*
verſ. modo nos verſamur.
Et denique augebatur talium rationum pondus, ani-
madvertendo, quod, admiſſo contrario intellectu, illico
permaneret ingens abſurdum, quod, defunctis primis hæ-
redibus cum filiis, iſtiſque ſubinde mortuis conjuges eli-
gendi Teſtatoris nullatenus conjuncti, imo prorſus in-
cogniti, ſuccedere per fideicommiſſariam potuiſſent, ex-
cluſo Macchiavello, ejuſque deſcendentibus maſculis Te-
ſtatori prædilectis, ſi ſupervixiſſent; ad quod evitandum
congruam diſpoſitionis interpretationem pro fideicom-
miſſariæ ſubſtitutionis excluſione ſumendam eſſe aſſere-
bant, prout quoque cenſuit Rota *in alia Bononienſi fidei-*
commiſſi de Ghiſellis 24. *Januarii* 1685. §. *prædicta*, cor. 6
Rev. P. D. Hervault.
Verum quidquid ſit de veritate præmiſſorum in abſtra-
cto, quibus etiam congrue occurrit d. prima cauſæ deci-
ſio in præſenti facti hypotheſi, ſingula hæc elidi DD. cen-
ſuerunt ex contextura integræ diſpoſitionis ſedulo inſpe-
cta, & perpenſa, ex qua indubie deſumitur in prima illius
parte præordinaſſe quidem Teſtatorem ſubſtitutionis ini-
tium favore conjugum extrahendorum, ſed non perfeciſſe
ibi - *eo vero decedente quandocunque ſine filiis maſculis, ſub-
ſtituit duos futuros conjuges, ut infra ſubſtituendos, & eli-
gendos;* ſubinde vero adjiciendo implementum quidditati-
vum ordinis, formæ, & modi juxta reſervationem deſu-
per factam ex alia dictione, *ut infra ſubſtituendos*, quæ
de ſui natura oſtendit ſubſtitutionem ipſam regulandam eſ-
ſe juxta formam, & modum in inferiori, & ſubſequenti
orationis parte inſertum, ad tradita per Menoch. *conſ.* 86.
*num.*9. *&* 71. Gratian. *diſcept.* 575. *num.*28. & alios cumu-
latos per Barboſ. *ibi num.* 10 complevit d. vocationem, ſeu
ſubſtitutionem per illa verba, *nam finita linea, tam ma-
ſculina, quam feminina Joan. Baptiſtæ Pandini, ac linea
maſculina Joan. Macchiavelli, tunc eo caſu voluit*, &c.
extrahi unum maſculum, & unam feminam &c. quare ad
ſenſum patet, quod remanet iſta poſterior orationis pars,
non mere ratiocinativa, ſeu præcedentium continuativa, 7
& ex ſuperiori regulanda, & interpretanda, prout in obje-
ctis ſupponebatur, ſed principaliter diſpoſitiva, infor-
mans, & declarans ex mente Teſtantis totam diſpoſitio-
nem; adeout ad illius literam, nedum propter obitum he-
redum, cum filia fideicommiſſum non expiravit, ſed pro-
pter deficientiam lineæ cum Pandini, tum Macchiavelli,
vindicet ſibi locum conjugum ſubſtitutio perpetuo, & ab-
ſolute ordinativa, prout ultra late cumulatos in deciſio-
ne, quæ videtur ſub §. *enim quidquid*, dixit etiam Rot. *in
dec.*233. *n.*1. *&* 3. coram Carillo.
Quæ fortius corroborari dixerunt, ſive quia non defi-
ciunt fortes, & quidem urgentes conjecturæ ſuadentes
forſan ſubſtitutionem intermediam Macchiavelli fuiſſe 8
per fideicommiſſariam conceptam, quas late expendit Ro-
ta in Bononien. in ejus voto deciſivo in priori hujus Cau-
ſæ inſtantia edito: ſive quia, etiam ſi objecta diviſio diſ-
poſitionis in diſpoſitivam, & ratiocinativam adeſſet, ad-
huc, ubi ratio eſt amplior dicto, ut in præſenti ex illa-
rum ponderatione colligitur, illum auget, & ampliat in
tempore, rebus, & perſonis, & nunquam a dicto limi-
tatur, aut reſtringitur, Surd. *conſ.* 67. *n.*36. *&* 47 Ruin.
conſ. 89. *ſub num.* 21. *lib.*2. & melius Altograd. *conſ.* 45. *n.*
16. *&* 17. *lit.*1.
Nil refragantibus clauſulis *tunc eo caſu*, in ipſa parte
inferiori ſubſtitutionis appoſitis, quæ illam ad caſum 9
non exiſtentiæ filiorum de tempore obitus hæredum coar-
ctare, & quemcunque alium caſum excludere opponeba-
tur, ex Fuſar. *de ſubſtit. qu.*478. *verſ. prima tamen opinio*,
Rot. coram Royas *dec.*87. *num.*10. Priol. *dec.*110. *num.*7. *in
rec. dec.*409. *num.* 6. *p.*5. *dec.*29. *n.*6. *&* 7. *p.*18. *& in Piſau-
ren. fideicommiſſi* 12. *Februarii* 1685. §. *nec adaucta*, cor.
R. D. meo Decano.

Quo-

Quoniam prætensam restrictionem tunc operati duntaxat
10 xat possent ad certum casum deficientiæ primi hæredis sine filiis, quando substitutiones ad illius obitum restrictive appositæ legerentur, in quibus terminis loquuntur mox al. legatæ authoritates; nunquam vero operari possunt in præsenti, ubi adjectæ leguntur, non ad tempus deficientiæ li-
11 neæ illorum, & Machiavelli primo substituti; hoc enim casu comprehendunt in tota sui latitudine omne tempus quo lineæ deficiant, ut optime inquit Rota *in dec.* 233. *n.* 5. coram Carillo, idem nanque est dicere defecta linea, ac deficientibus omnibus descendentibus quandocunque, qui sub ejus appellatione continentur, ut ponderat ad rem
12 Francisc. Palm. *consult.* 62. *n.* 106. Bonden. *collect. legal.* 54. *num.* 86. *& sequentibus*, unde singulariter advertit quod
13 alias nulla disparitas intercederet inter conditionem *si sine filiis* & illam *deficiente linea*, quod incongruum est dicere, Rota coram Seraph. *decis.* 934. *n.* 8. *& seq.* & coram Merlin. *decis.* 228. *n.* 19. *& seq.*

Nec denique turbat postremum objectum deductum ab absurdo, quod potuisset dari casus admissionis conjugum, exclusis Machiavello, ejusque descendentibus prædilectis, si superessent, ut supradictum fuit, tum quia innitur sup-
14 posito, quod Machiavellus per vulgarem fuerit substitutus, de quo adhuc valde dubitandum remanet; tum demum, quia ubi Testatoris voluntas certa, & literalis in præsenti ex supra probatis apparet, inutile, & nullius roboris argumentum ab absurdo vitando DD. vocant, & sequitur nostrum Tribunal coram Card. Cerro *dec.* 910. *n.* 27. *& in rec. dec.* 294. *n.* 11. *part.* 12. & sæpe alibi.

Ab objectis itaque vindicata fideicommissi existentia, nil relevat noviter allegatus defectus Matrimonii in sponsos extractos ex Testatoris præcepto comprehendi.

15 Etenim cum conditio hæc a Testatore præscripta usque adhuc adimpleta non fuerit ex facto, & culpa reorum, qui bonorum fideicommissariorum immissioni per sponsos petitæ acerrime se opposuerunt, cum sponsi ipsi se offerant paratos ad contrahendum Matrimonium, statim finita hujusmodi lite conditio ipsa haberi debet pro impleta contra præstantes impedimentum, ad Text. *in l. tertia ff. de constitut.* Cardin. de Luca *de Usur. disc.* 7. *n.* 12. Rota coram Buratt. *decis.* 416. *num.* 4. *& 5. & in Spoletana Hæreditatis de Rinaldis 9. Maii* 1681. *eoque magis*, coram R. Dom. meo Damasceno.

Et in omnem casum immissio hoc interim denegari
16 non potest Commissariis, seu executoribus Testamentariis, donec, & quousque per verba de præsenti matrimonium sequatur, ut firmat præterita hujus Causæ decisio *in* §. 1. *in fin.*

Neque plus demum meretur attendi, quod vulnerata remanserit hic via executiva per sententiam Vicarii Capitularis Bononiæ in prima instantia prolata, Actoribus denegantem immissionem; nam per hoc sublata non remansit altera via immissionem assequendi in judicio ordina-
17 rio, ut post plures Rota *in decis.* 362. *num.* 12. coram Dunoz. Jun. & admisit etiam *in dec.* 613. *n.* 2. *&* 3. cor. Card. Cerro.

Et ita in reliquis approbando fundamenta prioris decisionis utraque parte acerrime informante resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Bonon. Fideicommissi de Bedoris.

Ven. 24. *Aprilis* 1693.

ARGUMENTUM.

Agitur de eodem casu, an resoluta prima substitutione alia subsequens caducata quoque remaneat; & resolvitur cum eadem distinctione, quæ habetur in præcedentibus decisionibus, quod nempe si constet substitutionem subsequentem regulari a prima, quoties ista corruat, corruit quoque illa; secus si sit perfecte concepta, & de per se stare possit.

SUMMARIUM.

1 *Sententia nulla in numero poni non debet.*
2 *Si facta fuerit suspensio petitorii, Judex citra vitium nullitatis in eo pronunciare non debet.*
3 *Appellatio est quædam subrogatio Judicis* a quo, *& sic Judex* ad quem *habet tantam Jurisdictionem circa ea, quæ ille decreverat.*
4 *In Tribunalibus Urbis per appellationem a possessorio devolvitur ad Judicem* ad quem *etiam cognitio petitorii.*
5 *Validitas semper præsumitur.*
6 *Validitas ex actorum revolutione probatur.*
7 *Sententia posterior debet revocare primam, alias corruit.*
8 *Id tamen procedit, si Judex appellationis sententiam ferat uti secundus Judex, non ut in prima.*
9 *Potest Judex sententiæ primæ revocationem omittere, si illa notorie sit nulla.*
10 *Immissio debetur, si purificata appareat, & conditio, sub qua apparet concepta vocatio.*
11 *Evanescit substitutio, si purificata non fuerit conditio.*
12 *Sola Testatoris spectari debet voluntas.*
13 *Subsequens substitutio debet a prima regulari.*
14 *Limitatur, si de per se liqueat fuisse perfecte conceptam, & nulla adsit dictio repetitiva, & n.* 15.
16 *Quis debet propriam revocationem ex verbis Testamenti probare.*
17 *Si distincta sint substitutiones, nequit de una ad alteram fieri extensio.*
18 *Expresse in uno casu vocatus non censetur in alio casu volitus, si Testator eum non scripserit.*
19 *Nulla consideratur implicantia, quod in diversis substitutionibus variæ personæ admittantur.*
20 *Correctio ita est abhorrenda, ut potius verbis qualibet danda sit interpretatio, quam correctio admittenda.*
21 *Dispositiones si compatibiles sint, ex una alia non censetur revocata.*
22 *In re diversa & compatibili considerari non debet voluntatis correctio.*
23 *Subtilitates admittendæ non sunt ad evitandam claram Testatoris voluntatem.*
24 *In Judicio immissionis extraneæ reputantur rationes, & probationes altiorem requirentes indaginem.*

DECISIO LXXV.

AD provocationem Ludovici, & Caroli Antonii de Bedoris commissa mihi a Signatura Justitiæ hac causa cum clausula *Constito de duabus* proposui hodie dubium, *An constet de duabus*, sive potius *sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & negative quoad primam dubii partem, affirmative vero quoad secundam DD. annuerunt.

Siquidem licet Julia Catharina duas habeat sententias, sibi concedentes immissionem ad partem domus, & prædictum legatum a Michaele Angelo ejus patre Antonio filio naturali, in casu cujus obitus fuerunt vocatæ filiæ Testatoris, quarum superstes est dicta Julia Catharina, unam scilicet ab A. C. & alteram ab hoc Sac. Tribunali; tamen prima, uti nulla, nequit in computum admitti, nam illud, quod nullum est, nullum producit effectum, Rota *decis.* 172. *num.* 7. *part.* 18. *tom.* 2. *recent. & prius d.* 748. *n.* 1
9. *eadem part.* 18.

Nullitas judicati A. C. clare resultat ex eo, quod processerit ad definitionem petitorii, non obstante ejusdem judiciali suspensione coram ipso facta per prædictos de Be- 2
doris, *summ. responsionis pro iisdem n.* 2. qua stante sine vitio nullitatis non poterat Judex in petitorio decernere, Posth. *de manut. observ.* 7. *num.* 12. Rota *decis.* 378. *num.* 12. *part.* 14. *recent. & in Olornacen. Jurisd.* 19. *Januarii proximi* §. *nec suffragatur*, cor. me, *& licet in decis.* R. P. D. mei Hervault *sub* 27. *Aprilis* 1690. in hac causa, in qua fuit exclusa dispositio Ægidianæ ob nullitatem d. judicati A. C. adduceretur etiam pro motivo d. nullitatis, quod idem A. C. nequiverat in petitorio judicare, cum causa hujusmodi per appellationem illi devoluta fuerit in possessorio tantum, sicque quod excessisset limites juris- 3
dictionis, cum per appellantem id dicatur devolutum, quantum judicatum.

Verum, ut consideravit unus ex DD. licet regulariter appellatio sit quædam subrogatio Judicis *a quo*, & sic Judex *ad quem* habeat tantum jurisdictionem circa ea, quæ ille decernit, Bartholin. *lib.* 1. *in fine num.* 3. *Cod. advers.* 4
liber. & plene Rota *decis.* 131. *num.* 10. *cum seq. part.* 12. *rec.* tamen id limitatur in Tribunalibus urbis, in quibus per appellationem in possessorio devolvitur tota causæ cognitio, ut docuerunt Vestr. *in praxi lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. 11. *&* 12. & in terminis Tribunalis A. C. Salust. Tiber. *in praxi fol.* 524. *num.* 8. Marchesan. *de commiss. part.* 1. §. 1. *fol.* 394. *num.* 181. Rota *decis.* 9. *de sent. & re Judic. in antiquis*, ubi si uterque collitigans fuerit eidem foro subjectus, & *dec.* 183. *num.* 6. *p.* 13. *rec.* ex qua limitatione videtur quoque firmata Jurisdictio hujus Sacri Tribunalis in hac causa quoad dictum petitorium.

Hinc devenientes DD. ad confirmationem sententiæ rotalis, istam validam, & justam cognoverunt, sicque confirmandam duxerunt. Validitas ultra quod pro ipsa sit sem- 5
per

per præsumendum, Glos. *in Cod. si post Cod. de Jur. & fact. ignor.* satis clare resultat ex revolutione actorum ad normam *dec. 160. p. 2.* cor. Caputaquen. nec de defectu jurisdictionis, ut dixi, est dubitandum, & licet sententia Rotalis, uti posterior debuisset revocare primam nullam, alias
6 etiam secunda vitio nullitatis subjaceret, Gloss. *ult. cap. intus Monasterium de sent. & re judic.* ne detur sententia contra sententiam *lib. 1. C. quando provoc. non est necess.* Rota *dec. 60. n. 1. & 2.* ubi id procederet, si Judex appellationis sententiam ferat, uti secundus Judex, non uti in *1. p. 19. rec.* & prius *in dec. 706. num. 2. par. 18. tom. 1. recent.* Tamen id
7 etiam limitatur pluries, ut ubi, & præcise si prima sententia notorie fuerit nulla, Rota *dec. 370. n. 19.* cor. Bich. & *dec. 92. n. 15. p. 19. rec.*

Justitia judicati Rotalis elicitur ex lectura Codicillorum Michaelis Angeli, in quibus vocatio Juliæ Catharinæ ad controversa bona apparet. Ibi enim Testator titulo legati
8 reliquit Antonio ejus filio naturali dd. bona. *Et in caso, che d. Antonio morisse, voglio le sudette mie figlie succedano per una terza parte per ciascheduna.* Et pro alia tertia parte vocavit Innocentium ejus fratrem; Unde, cum secuto obitu Antonii sola Julia Catharina ex substitutis supervixerit, eidem videtur danda immissio, cum jam puri-
9 ficata fuerit conditio, sub quam fuit vocata, juxta Text. *in l. penult. ff. de impuber. et aliis substitutis* Seraph. *decis. 542. et decis 269. utrobique n. 1. p. 5. rec.* & fuit dictum *in*
10 *citata p. decis. hujus causæ §. quo vero, et in secunda sub die 28. Januarii proxim.* §. 1. cor. R. P. D. meo Hervavulr.

Quæ vocatio Juliæ Catharinæ non videtur restricta, ut supponunt Rei ad solum casum obitus Antonii legatarii an-
11 te 25. annum, vel ante consecutionem doctoratus, sic his non verificatis substitutio evanescat, juxta Text. *in l. 1. C. de Instit. et substitut.* nam dictæ conditiones ætatis, & doctoratus informant tantum tempus, cum Antonius bona legata consequi deberat, substitutionem vero filiorum Testator fecit sub sola conditione obitus dicti legatarii, ut supra constat; & sic in hac sola voluntas Testato-
12 tis est spectanda *l. exacto §. nostrum ff. de hered. Institut.* præsertim in dispositionibus conditionalibus *lib. ex conditionibus 15. digest. de Condit.*

Non adversatur ponderatio, quod dicta substitutio filiarum, uti subsequens dispositionem, debeat juxta hanc
13 etiam regulari, quia, cum substitutio perfecte reperiatur concepta sub unica conditione obitus Antonii, nequit aliunde limitari, quidquid esset, si adesset aliqua relatio, vel nequiret conditio ætatis, vel doctoratus aliam operationem facere, nisi informare substitutionem, ut dixit Rota *in Rom. fideicom.* de Ruspolis 11. *Maii* 1688. coram bon. me. Rondinino, & in aliis confirmatoriis adductis *in prima dec. hujus causæ §. nec citatur relatio*, nanque tunc ad proxima supponi debet, quando dispositio non est in se perspecta, alias non debet recipere ab alio, quod in se habet, ut plene fuit dictum *in Perusina Immissionis* 10. *Aprilis proximi §. Ita quoque cum seq.* cor. me.

14 Minus subsistit prætensa vocatio DD. Ludovici, & Caroli, cum de illa ex personis propriis non adsit, quapropter cum substitutio de eis non loquatur, nequeant habere jus ad bona præfata, cum propriam vocationem pro-
15 bare debeant ex verbis substitutionis *l. si quis ita ff. de vulg. et pupillar.* Glos. *in l. qui duos vers. superstites ff. de reb. dub.* Mascard. *de probat. conc.* 3. *conclus.* 351. *n.* 9. Cyriac. *contr.* 566. *n.* 31. Rota *decis.* 433. *n.* 1. *et* 2. cor. Greg. XII. & *dec.* 358. *n.* 1. *et* 2. *p.* 13. *rec.*

Nec ad inducendam vocationem valet consideratio,
16 quod Innocentius præfatus, hujusque prædicti filii in iisdem Codicillis vocati fuerint ad hæreditatem Antonii prout decedentis sine liberis, quia utique hæc substitutio præfato modo concepta nequit alterare dispositionem, seu vocationem Innocentii, tantum factam in casu obitus Antonii sine ulla mentione filiorum ad bona eidem Antonio legata, quia cum distinctæ sint substitutiones, nequit de una ad alteram fieri extensio, Bart. *in l. si jam §. hoc Jure §. fin. ubi* Paulus de Castro *n.* 7. *ff. de vulgar. et pupillar. Roman. cons.* 503. *n* 2. Grat. *discept. forens. cap.* 738. *n.* 1. *et* 19. Menoch. *de præsumpt.* 56. *num.* 13. *l.* 4. Rota *decis.* 338. *n.* 2. cor. san. me. Gregor. XV. *dec.* 433. *n.* 5. ubi non comprehendi personas diversas, & nominatas *dec.* 424. *n.* 12. *et dec.* 168. *n.* 5. *part.* 2. *ac dec.* 633. *n.* 23. *part.* 18. *tom.* 2.
17 *rec. et in DD. decisionibus hujus causæ.*

Imo, quod est considerandum ex disfectiva vocatione facta filiorum Innocentii in secunda Institutione universali, & non expressa in illa ad bona legata, potius excluditur vocatio prætensa; nam non debet tacite censeri vocatus in altero casu, si Testator expresse quem vo- 18
caverit in uno, & non in altero casu, quia utique si expressisset in utroque argumento *l. unica §. si autem C. de caduc. tollen.* & in his terminis Rota *l.* 7. *decis.* 433. *n.* 4. coram Gregor. *dec.* 115. *n.* 18. *et prius n.* 17. non admitti tacitam vocationem, cum nulla adsit implicantia, quod in diversis substitutionibus variæ quoque personæ admit- 19
tantur *p.* 13. *rec. et in Romasen. Cremonen. hæreditatis* 18. *Aprilis* 1687. §. *ad exclusionem*, cor. Rev. P. D. meo Benincasa.

Alias daretur instantanea correctio in dispositione prædicta, si subsequens substitutio facta Innocentii, & ejus liberorum Antonio intelligi deberet de bonis quoque legatis, in quibus specialiter substitutæ fuere sorores, & Innocentius, singuli pro tertia parte, quæque correctio in Jure ita abhorrenda est, ut potius quælibet verbis da- 20
ri debeat, *interpretatio* ad eam vitandam, *ex lege non ad eam, ibique*, Glos. *vero præsens in fine ff. de condit. et demonstr. cap. intus dilectos §. in omnibus vers. cæterum, de fideic. Instrum.* Rota *dec.* 297. *n.* 3. *et* 4. cor. Greg. XV. *dec.* 671. *n.* 24. *part.* 18. *et dec.* 303. *n.* 13. *part.* 16. *rec.*

Idque procedit fortius, si admitti valeat compatibilitas 21
secundæ dispositionis, quia tunc hæc non censetur revocasse primam *ad l. ses posteriora ff. de legibus*; nam voluntatis posterioris debet esse clarum indicium, ut sit ademptiva prioris, & detur ipsius correctio, Barbos. *axiom.* 230. *n.* 7. Fusar. *de substitut. quæst.* 630. *num.* 14. *et* 15. Cardin. de Luca *de Jure patrim. discurs.* 21. *num.* 7. *et de Testam. discurs.* 69. *num.* 6. Buratt. *decis.* 620. *num.* 1. *et* 1. *decis.* 113. *num.* 10. *part.* 11. ubi mandari mutationem, nisi in expressis, *et decis.* 20. *num.* 27. *part.* 18. *recent.* quæ compatibilitas utique consideratur in his substitutionibus diversis factis eidem Antonio: quia prima respicit bona legata, ad quæ vocatæ filiæ, & Innocentius absque expressione ulteriori liberorum; secunda vero complectitur totam hæreditatem in casu contraventionis Innocentii hæredis instituti provenienda Domino Antonio, in cujus deinde obitus casu sine filiis Testator vocavit D. Innocentium, hujusque descendentes, ut bene respondent præteritæ decisiones.

Pro quo dando intellectu non apponitur replicatio, quod, cum Innocentius contraveniens privatus fuerit hæreditate, ad quam in hoc casu vocaverit Testator Antonium, nequeat considerari, voluisse statim Dom. Testator eundem Innocentium reintegrare, hunc substituendo ad eandem hæreditatem post obitum; nam postquam disponens in pœnam contraventionis Innocentium pariter privaverit, non vocavit Antonium solum, sed etiam 22
hujus descendentiam, in defectum cujus iterum substituit eundem Innocentium, ac hujus descendentes, quod proinde egit, ne hæreditas ad extraneos perveniret potius, Innocentium contravenientem hujusmodi lineam reintegrando, quam bona libera relinquendo; sicque talis reintegratio non fuit instantanea; sed post evacuatam totam lineam Antonii, & ad favorem, nedum Innocentii, sed ejus posterorum, unde cum versetur in re diversa, & compatibili, nequit considerari in voluntate instantanea correctio apposita, ut apud cit. Card. de Luca *disc.* 16. *de Jur. patr. n.* 5. *et de testam. disc.* 69. *num.* 6. *et* 7. *et alios supra citatos.*

Tandem non subsistit objectum, quod Testator in sua hæreditate primogenituram erexerit, & tamen fuisset 23
vana: quia ultra bona legata, ut supra, æs testatoris ad nihilum redigitur; nam ultra quod id non est in actis probatum, sed tantum ex scripturis informibus, & non continentibus solum patrimonium Testatoris tempore sui obitus objectum ulterius removetur, quia sufficit com- 24
possibilitas primogenituræ in aliqua re Testatoris, nec ad evitandam claram voluntatem disponentis subtilizandum est, ut in his terminis fideicommissi dixit Rota *decis.* 164. *num.* 8. *part.* 18. *rec.* & eo magis id non obstare visum fuit, cum agatur in judicio immissionis, a quo extraneæ reputentur rationes, & probationes requirentes altiorem indaginem, quod pluries dixit Rota, *ut in dec.* 409. *num.* 2. *et* 3. & coram Card. Cerro, & late *in Ferrarien. fideicommissi* 26. *Januarii proximi §. hinc etiam commune.*

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. BENINCASA.

Interamnen. Fideicommissi.

Ven. 15. Januarii 1694.

ARGUMENTUM.

Licet fideicommissorum extensio non admittatur, quoties tamen concurrat rationis identitas admitti testatur Card. de Luca *de Fideic. disc.* 115. hinc etiam si Testator vocationem conceperit sub conditione quatenus Institutus filios non procrearet, deciditur in hac decisione substitutionem locum habere, licet Institutus filios procreare non potuerit, ex quo matrimonialibus vinculis se devinci non curavit.

SUMMARIUM.

1 *Conditio negativa* non facendo figli *tanquam generaliter, & indefinite concepta omnes casus indistinctè complectitur, in quibus contingat gravatum absque prole decedere, & n.* 9.

2 *Conditiones omnes purificatæ intelliguntur nedum in casu quem literaliter præseferunt, verum etiam in alio ad quem ex conjecturata mente disponentium fieri valet extensio.*

3 *Gravatus in casu prolis non susceptæ simpliciter gravatus dicitur in casu servatæ cælibitatis, amplia, ut num.* 5.

4 *Testamentum revocatum potest deservire pro elicienda voluntate Testatoris.*

6 *Conditionum repetitio in Jure cessat quoties id non exposcat vel identitatis ratio, vel dictio aliqua conjunctiva.*

7 *Substitutiones rectæ, & regulatæ a propriis verbis absolutum, & perfectum sensum constituentibus nullum inter se dicuntur habere dependentiam.*

8 *Difficilis admittitur conditionum repetitio, si substitutio ab altera sit separata.*

10 *Quando militat diversa ratio in uno ac in alio casu etiam per adversativam concepto, conditio expressa in primo non est in altero repetenda.*

11 *Stante diversitate rationis nunquam facienda est conditionum repetitio.*

DECISIO LXXVI.

Responderunt Domini concedendam esse Gasparo de Jocosiis petitam immissionem ex remedio *l. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.* vigore fideicommissi ordinati per Lucam de Donatis, & illius purificati.

Existentia siquidem fideicommissi concludenter resultare visa est ex lectura Testamenti, in quo Lucas hærede universali instituta Paula Sciaccia ejus uxore ulterius disposuit. (*Che rimaritandosi, & havendo figliuoli il primogenito si chiami di Casa Donati, e così in infinito, non facendo figliuoli li Signori Giocosi di sopra nominati succedano*) exindeenim probata remanet purificatio favore illorum de Jocosiis, qui simpliciter substituti leguntur in casu obitus Paulæ absque filiis. Conditio, nanque negativa, *Non facendo figli*, tanquam generaliter, ac indefinite concepta omnes casus indistinctè complectitur, in quibus contigisset Paulam absque prole decessisse, ut in ter-
1 minis respondit Rota *dec.* 156. *n.*6. *& seqq. & dec.*172. *n.*1. *& seqq.* coram Pamphil.

Ea potissimum ratione urgente, quod si generalis est juris præsumptio conditiones omnes purificatas intelligi, nedum in casu, quem literaliter præseferunt, verum etiam in alio, ad quem ex conjecturata mente disponentium fieri va-
2 leret extensio, ad Text. *in l. Cum servus* 81. *ff. de condit. & demonstr.* Ruin. *cons* 98 *n.*22. *prope fin. vers. Sola vis est respond. lib.*2. Rota *dec.*10. *n.*8. *part.*1. & in fortioribus terminis *dec.*226. *n.*7. *part.*16. *rec.* Sane in præsenti hypothesi specialius id comprobatur, dum nulla dispar ratio assignari valet, quare voluerit Testator Jocosius succedere in casu, quo Paula nullos filios eniteretur, illos vero excluderet, quatenus hoc eveniret ipsa manente in viduitatis statu. Ex identitate siquidem rationis, quę in utroque casu concurrit substitutus semper admitti debet, & perinde habetur, ac si hæres gravata in casu prolis non susceptę, similiter gravata
3 esset, quatenus etiam vidua permansisset, ut explicãdo Text. *in lib. fin. C. de posthum. hered. instit.* consulit Alex. *cons.*100. *per tot. lib.*4. Simon. de Pret. *de interpr. ult. volunt. lib.*1 *interpr.*2. *dub.*2. *solut.* 14. *n.*15. Neguſ. jun. *respons.*258. *n.*11. late Altogr. *cons.*76. *n.*28. *&* 42. *lib.*1. Rota *dec.*226. *num.*7. *part.*16. *rec.* coram Pamphil. *dec.*156. *n.*10. *& dec.*172. *n.*9.

Corroborantur præmissa, eo, quod Testator in præcedenti elogio aliud simile fideicommissum pro Jocosiis ordinavit, quod licet post modici temporis intervallum revocaverit, optime tamen deservit pro eliminanda voluntatis mutatione in præjudicium illorum, in quos paulo ante demonstrata fuerat uniformis disponentis affectio, 4
Cravett. *cons.* 166. *sub n.*6. *vers. Sed tamen in casu nostro*, Modern. Lucen. *de success. in primog. & majorat. Ital. part.* 3. *dec.* 16. *n.*39. Rota coram Cerro *dec.* 82. *n.*9. *&* 10. *& in Romana Primogeniture de Maximis sub die* 17. *Februarii* 1690. §. *fin.* cor. me.

His ita firmatis irrelevantes penitus apparuerunt exceptiones propositæ ab informantibus pro hærede Paulæ; Prima nempe ex eo deducta, quod substitutio ordinata favore primogeniti concepta fuerit sub duplici conditione, ibi (*rimaritandosi, & havendo figli*) ac proinde sub eadem duplici conditione intelligenda veniat substitutio immediate sequens (*Non facendo figli*) corruit animadvertendo, quod transitus ad secunda vota fuit a Testatore adjectus, tanquã legitimum, & necessarium antecedens ad susceptionem sobolis in eadem substitutione vocatæ, non vero consideratus 5
ad regulandam alteram substitutionem fratrum de Jocosiis, cum quælibet conditionum repetitio in jure cesset, quoties id non exposcat, vel identitatis ratio, vel dictio aliqua conjunctiva, quæ tamen nulla in hac substitutione legitur adjecta, juxta theoric. Bald. de qua *in cons.*153. *n.*2. *lib.*5. Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib.*10. *tit.*6. *n.*15. Castill. *contr. jur. lib.*2. *cap.*4. *n.*94. *& seq.* Fusar. *de substit. q.*403. *n.*21. & plene decisum fuit *in Melevitana Fideicommissi* §. *Nam ut in casu*, & latius in confirmatoria 3. *Anni* 1690. §. *Sed his* 6
minime refragantibus, *cum seq.* cor. Rev. Turonen.

Idemque procedit, non obstante prætensa cohærentia primæ substitutionis cum altera; ad evitandam enim illarum connexitatem ponderabant Domini, quod ambæ substitutiones ut rectæ, & regulatæ a propriis verbis absolu- 7
tum, & perfectum earum sensum constituentibus nullam invicem legalem habent dependentiam, sed unaquæque de per se subsistit per modum separatæ orationis, quo casu difficilius admittitur conditionum repetitio, Castil. *contr. jur. lib.*2. *cap.*4. *n.*131. *& seq.* Rota *dec.*172. *n.*5. *part.*14. *& dec.* 381. *n.*12. *et decis.*633. *n.*24. *et seq par.*18. *rec. et in Tudertina fideicommissi* 27. *Aprilis proxime præteriti* §. *Nec ob-* 8
stare, coram R. D. meo Emerix Decano.

Minus obstat altera exceptio, quod scilicet secunda substitutio, *Non facendo figli, li Signori Giocosi di sopra nominati succedano*, utpote carens nomine gravatæ, quæ filios debebat procreare, sit necessario supplenda ex repetitione nominis Paulæ cum iisdem qualitatibus, & conditionibus in antecedenti substitutione specificatis.

Placuit quippe responsio, quod licet dicta conditio sit referibilis ad nomen Paulæ præcedenter expressum, id autem in nihilo alteret illius verificationem in substitutione omnino diversa, & separata, quæ tanquam negative concepta nullum propterea casum regulariter excipit, ut omissis generalibus, de quibus Rota *decis.* 175. *numer.* 13. *part.* 13. *recent.* in his terminis dictum fuit *in dicta dec.* 226. *num.*6. *et seq. part.*19. *& in decis.* 156. *num.*10. coram Pamphil.

Non suffragante replicatione, quod saltem hujusmodi tacita conditionum repetitio induci valeat ab adversativa, quę inter unam, & alteram substitutionem intercedere prętenditur; Animadversum quippe fuit, quod in priori sub- 9
stitutione primogeniti ex Paula nascituri matrimonium erat necessario supponendum ob naturam ipsius actus, eoque non interveniente dispositio effectum sortiri non poterat; secus vero in posteriori, ubi consulto illius expressio omissa fuit, cum etiam absque nuptiis (permanente scilicet Paula in viduitate) dispositio erat verificabilis; quando autem militat diversa ratio in uno, ac in alio casu et- 10
iam per adversativam concepto, conditio expressa in primo non est in altero repetenda, Dec. *cons.*376. *sub num.* 7. *versic. Tertio non obstat*, Alexand. *consil.* 60. *col.*2. *lib.*2. Rota coram Buratto *decis.*863. *numer.* 9. & generaliter, quod, stante diversitate rationis, nunquam sit facienda repetitio, tradunt Castill. *controv. jur. lib.* 2. *cap.*4. *n.*94. *& sequent.* Rota *in præcitata Melevitana Fideicommissi* 3. *Junii* 1699. *sub* §. *In quo pariter*, *cum sequent.* coram Reverend. Turonen. *& in dicta Tudertina Fideicom-* 11
missi

missi 27. Aprilis proxime præteriti, §. *Nec obstare*, *vers. Tum etiam quia*, coram Rev. Decano.

Et ita omissa disputatione circa alia extrema in hoc judicio necessaria, quorum verificationem ultro partes admittebant resolutum fuit, utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Interamnen. Fideicommissi.

Merc. 5. Maii 1690.

A R G U M E N T U M.

Ea quæ in præcedenti decisione firmantur, hic laudata dignoscuntur.

S U M M A R I U M.

1 F*ideicommisso vocatus debet immissionis remedio succurri.*
2 *Substitutio sub duplici conditione concepta per purificationem unius locum habere non debet.*
3 *Dispositiones diversæ separatæ sunt accipiendæ.*
4 *Substitutio facta sub conditione* (non facendo figliuoli) *complectitur etiam casum non secuti matrimonii, licet Testator in substitutione dixerit* maritandosi, e non facendo figliuoli) *& num. 5. & 11.*
6 *Uxor honorata etiam in casu transitus ad secundas nuptias multo magis dicendum est honorata, si vitam viduilem servaverit.*
7 *Non est bona illatio, quæ fit ex Testamento vocato.*
8 *Præbet tamen magnum adminiculum Testamentum revocatum ad arguendam Testatoris voluntatem præcipue in ea parte, in qua videtur constans voluntas Testatoris.*
9 *Hæres simpliciter institutus cum prohibitione alienationis habetur ac si esset usufructuarius.*
10 *Testamentum revocatum valet ad indicandam Testatoris voluntatem.*

D E C I S I O LXXVII.

PRævia decisione edita coram bon. mem. Benincasa sub die 15. Januarii proxime præteriti, concessa fuerat immissio Gasparo, & aliis de Jocosiis, hodie subrogatus in locum defuncti collegæ dedi dubium; an esset standum, vel recedendum a decisis, & DD. responderunt pro confirmatione decisionis; quia satis resultare visa est purificatio Fideicommissi ad illorum favorem, cum reperiantur vocati in casu obitus Paulæ sine filiis, ibi: *non facendo figliuoli li Signori Giocosi di sopra nominati succedano*; ideoque Judex non potest retardare remedium a lege eisdem concessum per Text. *in fin. C. de edit. div. Adr. tollen.*

Unicum, quamvis pluribus exornatum ponderationibus in hac causa, objectum consistebat, quod talis substitutio non fuisset sub unica, sed potius sub duplici conditione concepta; itaut illa penderet, non minus a præsuppositis secundis nuptiis Paulæ, quam a deficientia filiorum, ita suadentibus illis verbis, ibi: *che rimaritandosi; & havendo figliuoli, il primogenito si chiami di Casa Donati, e cosi in infinito, non facendo figliuoli, li Signori Giocosi sopranominati succedano.* Cumque utraque conditio reperiatur in eadem oratione contenta, necessarium erat, quod ambo verificarentur; ideoque illa verba, che *rimaritandosi* censentur repetita in secunda parte conditionis, itaut ista veniant intelligenda, ac si dictum fuisset, *rimaritandosi, e non facendo figliuoli*, quia alias hæc posterior pars nisi conjungeretur cum prima, remaneret imperfecta; unde, cum Paula vitam vidualem servaverit usquequo vixit, exinde inferebatur, quod non adimpleta utraque conditione non fuisset purificatum fideicommissum.

Scribentes tamen pro Jocosiis asserebant istas esse duas perfectas dispositiones, comprehendentes diversas personas, & propterea etiam esse separate accipiendas, & cum prima conditio binubatus non evenerit, satis esse dicebant fuisse verificatam secundam defectus filiorum, ut favore illorum de Jocosiis diceretur purificata substitutio, juxta firmata in *Tudertina fideicommissi 16. Februarii proxime præteriti*, coram Rev. D. Decano.

Verum DD. meliorem crediderunt sensum decisionis, quæ revidetur, quod scilicet illud verbum *rimaritandosi* non stet conditionaliter, sed demonstrative ad qualificandam scilicet qualitatem primogeniti, ut ita in hæreditate Testatoris non quilibet primogenitus Paulæ, sed tantum ille, qui ex justis nuptiis natus fuisset, succedere deberet; cumque in secunda parte talis circumstantia tanquam non necessaria fuerit per Testatorem omissa, neque etiam venit supponenda; imo dum Testator per negativam absolutam disposuit *non facendo figliuoli*, dicendum est noluisse se limitare ad solum casum matrimonii, cum ea sit virtus negativæ, ut semper, & in quocunque casu implementum exigat, ut inquit Castr. *in lib. Pater Severinum ff. de condit. et demonstr.* Altograd. *cons. 76. num. 41. lib. 1.*
Surd. *decis. 37. n. 17. vers. in casu autem nostra cum aliis al-* 4
leg. in dec. quæ revidetur §. ea potissimum ratione.

Et auget pondus huic intellectui præsumpta voluntas Testatoris, qui principaliter consideravit, vel primogenitum Paulæ, vel in illius defectum suos nepotes; matrimonium vero fuit præsuppositum, tanquam medium ad obtinendam procreationem primogeniti; quia in casu, quo illud non fuisset contractum, Testator nihil disposuit; & tamen verisimile non est, si illud fuisset principaliter con-
templatum, quod de eo etiam specialiter non disposuisset, 5
ne talem suam dispositionem imperfectam relinqueret; ideoque dum voluit solum præponere primogenitum substitutis, debet habere locum substitutio ex quocunque capite proveniat illius non nativitas, ut in effectum sortiatur verisimilis Testatoris, Negusant. *resp. sive qu. 258. n. 11. et in simili* Curt. Jun. *cons. 84. n. 6.* late Altograd. *cons. 76. n. 28. lib. 1.* Surd. *d. dec. 37. n. 18.*

Nec dicatur, quod si maritus honoravit uxorem, illam 6
hæredem relinquendo in omnibus suis bonis, etiamsi transiret ad secundas nuptias, multo magis dicendum est illam honorare voluisse, si vitam viduilem servasset; ideoque ex majoritate rationis arguendum erat, quod etiam in tali casu ei censebatur relicta, & integra hæreditas.

Verum tale objectum removeri visum fuit non minus
ex primo, quam ex secundo testamento: & quamvis ex
actu revocato non bene infertur de uno ad alterum, cum 7
certa sit mutatio voluntatis; tamen non modicum adminiculum desumitur præcipue ex ea parte, in qua videtur constans voluntas Testatoris, prout in casu, de quo agitur. In præcedenti enim dispositione hæredem usufructuariam instituerat Paulam uxorem, in proprietate vero Jo-
cosios nepotes; in præsenti vero tantum prædilexit primo- 8
genitum Paulæ, eumque prætulit suis nepotibus, de cætero semper voluit, quod unus, aut alter eidem succederet; & quamvis in ista secunda dispositione uxor reperiatur instituta simpliciter hæres, & non usufructuaria, tamen attenta alienationis prohibitione illi expresse imposita, idem est, ac si hæres usufructuaria relicta fuisset, &
propterea, juxta præsentes facti circumstantias, una dispo- 9
sitio bene deservire potest ad alterius interpretationem; ad tradit. per Spad. *cons. 384. num. 17. lib. 2.* Rot. cor. Arguell. *dec. 11. num. 7. cum. seq. et decis. 49. num. 10. et in rec. decis. 94. num. 8. part. 9. et decis. 149. num. 21. par. 16.* & ad sum-
mum illatio deducta a scribentibus pro hærede Paulæ præ- 10
cedere posset, si maritus abhorruisset secundas nuptias, & nihilominus uxorem instituisset heredem usufructuariam, desumendo argumentum a minori ad majus; sed quando uxorem ad illas invitavit, vocando illius primogenitum, dicendum non est, Testatorem magis exoptasse, quod remaneret innupta, eique propterea constituisse majus præmium, illam hæredem liberam relinquendo; quia hoc argumentum ita deductum esset contra expressam literam Testamenti.

Nec obstat huic præsumptæ Testatoris voluntati præsuppositio matrimonii ex illis verbis elicita *non facendo figliuoli*, quæ denotare videntur possibilitatem procreandi filios, quæ ex solo matrimonio in muliere honesta provenire potest; ideoque cum Testator non conceperit conditionem, *si sine filiis*, & inter istas duas conditiones magna intercedat differentia, dicendum proinde venit, Testatorem consulto adhibuisse illa verba *non facendo figliuoli* ad exclusionem alterius conditionis, *si sine filiis*; quia, ut superius insinuavimus, hæc conditio fuit negative concepta, ut ita comprehenderet utrunque casum; & propterea nihil refert, quod illa verba *non facendo figliuoli* sint magis accommodabilia statui conjugali, quia satis est non fuisse procreatos filios, vel quia Paula non potuit, vel quia noluit, ut semper dicatur verificata illa conditio negativa non nativitatis filiorum, ut observant authoritates supra laudatæ.

Firmato, quod verbum illud *rimaritandosi* non stet con-
ditionaliter, sed tantum præsuppositive, cessant omnia ar- 11
gumenta ex adverso cum tali supposito deducta, neque erit

am-

amplius examinandum, an unaquæque substitutionum pars sit perfecta, & de per se stare possit, an vero sint inter se conjungendæ; itaut illud verbum *rimaritandosi* contineri dicatur in qualibet earum parte; vel per viam repetitionis, seu interpretationis, quia hæc omnia submovebantur ex *dec.15. & 172.* coram Pamphilio; Ibi enim, quia matrimonium non fuerat positum in conditione, dictum fuit, deficientiam filiorum satis verificari ex quacunque causa, sive quia hæres noluerit, sive non potuerit. Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Interamnen. Fideicommissi.

Ven. 4. Febr. 1695.

ARGUMENTUM.

Quæ in duabus decisionibus superius appositis firmantur, hic annotata quoque reperiuntur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio optimo jure conceditur fideicommissario, si de fideicommisso, illius purificatione, & bonorum identitate constet.*
2 *Substitutio concepta sub conditione* – non facendo figliuoli – *locum obtinet etiam in casu quo filii non procreantur ob non secutas nuptias, & num. 4. 7. & 9.*
3 *Amplia, etsi Testator apposuerit verba, e maritandosi, & n. 10.*
5 *Repetitio conditionis excluditur, si substitutio sit de per se perfecta, & nullam coherentiam cum alia retineat.*
6 *Illatio adversativa cessat, si diversitas adsit rationis.*
8 *Repetitio conditionis semper exclusa censetur, si rationis diversitas concurrat.*
11 *Voluntas licet ex actu immutato desumpta bene tamen deservit ad illius declarationem.*
12 *Non desunt viri, qui melius perpensa humanarum rerum vicissitudine, & juvenili ætate uxorum superstitum easdem ad secundas nuptias invitant.*

DECISIO LXXVIII.

Lucas de Donatis anno 1659. duo condidit Testamenta, in altero, quorum sibi hæredem usufructuariam scripsit Paulam Setacciam uxorem, & proprietarios Joannem Andream, & Gasparum de Jocosiis cum onere uni ipsorum, ut nuberet, & filius masculus primogenitus, deinde nriturus, nomen, & arma Testatoris assumeret, absque alterius mixtura, sub caducitatis pœna: Et in altero post duos successive menses confecto, hæredem universalem instituit eandem Paulam cum substitutione ipsorum de Jocosiis per hæc verba: *Instituisce herede universale la Signora Paula Setacci al presente sua Moglie, con patto, che rimaritandosi, & havendo figliuoli, il primogenito si chiami di Casa Donati, e così in infinito; non facendo figliuoli li Signori Giocosi di sopra nominati succedino.* Defuncto Luca Testatore, Paula hæres instituta meliorem eligens vitæ statum in viduitate, semper permansit, & cum decesserit de anno 1688. relicta sibi hærede Magdalena sorore, Gaspar de Jocosiis superstes vocatus ad fideicommissum memorati Lucæ Judicium immissionis instituit in vim *leg. fin. Cod. de edict. Dom. Adrian. tollen.* contra Canonicum Aurelium Vitutium olim dictæ Magdalenæ virum, & hæredem, bonorumque fideicommissariorum possessorem, atque præviis geminis decisionibus editis, altera coram bon. mem. Benincasa die 15. Januarii superioris anni, & altera die 5. Maii subsequentis coram R. P. D. meo Priolo subrogato, sententiam favorabilem in Tribunali nostro reportavit, quam hodie Domini confirmandam censuere, cum respectu ejus validitatis nulla emerserit controversia, & Justitia effulgeat ex prætactis decisionibus. Siquidem concurrunt præexistentia fideicommissi, ejusque purificatio in personam actoris; unde non controversa bonorum identitate, valido Jure concessa fuit immissio, ex firmatis per Rota *in Ferrarien. Fideicommissi 13. Maii 1689 §.1.* coram Reverendissimo Domino meo Decano, & *in Avenionen. seu Vasionen. primogenituræ 28. Januarii præteriti, §. validitas nanque* cor. me.

1 Absque eo, quod actoris vocatio, super qua totum contentionis pondus redactum fuit, iterum impugnari valeat, dum illa clare resultat ex prænotatis verbis postremi Testatoris elogii, ubi Jocosii simpliciter substituti leguntur in casum obitus Paulæ primæ hæredis absque filiis, ibi: *Non facendo figliuoli, li Signori Giocosi di sopra nominati succedino*, cujus quidem generalis, & indefinitæ substitutionis casus obvenit; nam Paula nedum decessit absque filiis, prout unice substitutio requirit, sed neque illos concepit, minusque ad secunda vota convolavit, ut in hoc casu vocatio videatur literalis, & substitutio purificata remaneat, juxta bene ponderata in his terminis per Rota cor. san. mem. Innoc. X. *decis. 156. n. 6. & seqq. & dec. 172. n. 1. cum seqq.* 2

Non subsistente responsione, quod fideicommissi conditor in hoc secundæ substitutionis casu Jocosios sub duplici conditione pariter ad successionem invitaverit, nempe si dicta Paula denuo nuberet, & si filios non susciperet, ob cohærentiam cum priori substitutione favore primogeniti ipsius Paulæ concepta, ubi nuptæ positæ fuerunt in conditione, ibi: *con patto, che rimaritandosi*, adeout utriusque conditionis adimplementum hæc secunda substitutio requirat. Quandoquidem iterum animadvertebant DD. quod secundæ nuptiæ in Paula per Testatorem consideratæ, aut solummodo fuerunt appositæ per viam necessarii præsuppositi, seu medii ad obtinendam procreationem primogeniti ex Paula nrituri, juxta Text. *Authen. Res quæ in final. Cod. Communia de legatis*, Rot. *in recent. decis. 312. num. 5. part. 6. decis. 245. n. 17. part. 8. & decis. 339. n. 9. & 10.* non autem per viam conditionis necessario adimplendæ, ut ponderat utraque Decisio superioris instantiæ, prima nempe coram bon. mem. Benincasa, §. *Hisita firmatis*, & secunda Rev. P. D. mei Prioli, §. *Verum Domini*. 3

Aut vero saltem illarum prætensa conditio qualificaret primam substitutionem primogeniti Paulæ, non autem subsequentem separatam favore illorum de Jocosiis, in qua nuptiæ nulli contemplatæ inspiciuntur, cum simpliciter Jocosii substituti legantur in eventum deficientiæ filiorum sub generali, & illimitata negativa conceptæ, ibi: *Non facendo figliuoli*, cujus generalis negativæ natura attenta, uterque casus deficientiæ filiorum videtur comprehensus, tam si Paula ad secundas nuptias transiisset, illosque per accidens non suscepisset, quam si viduitatem servando, prout fecit, illos necessario non procreasset, cum satis sit, quod nativitas ex quocunque capite non proveniat, ex animadversis per Altograd. *cons. 76. n. 28. lib. 1.* Surd. *d. dec. 37. n. 18.* 4

Replicatione minime attenta, præsuppositam nuptiarum conditionem in præcedenti substitutione adjectam censeri etiam conjunctiva dictio, quæ aliquam cohærentiam inter unam, & alteram ostendat, eandemque repetitionem suadeat, sed unaquæque substitutio regitur a proprio verbo, suaque oratione, ac sensu perfecto potitur, quo casu repetitio prorsus excluditur, cum essent illius extrema, Rota *in Melevitana fideicommissi 21. Aprilis, & 3. Julii 1690* coram Reverendiss. Turon. & *in Tudertina fideicommissi 27. Aprilis 1693. §. Nec obstare visum fuit, & 15. Februarii 1694. §. Non obstat*, coram Reverendiss. Dom. meo Decano. Non obsistente asserta adversativa inter unam, & alteram substitutionem, cum patens inter eas versetur rationis discrepantia; nam in prima eatenus facta fuit nuptiarum mentio, tanquam medium ad obtinendum primogenitum Paulæ; secus in postrema, in qua nedum repetita non extitit, sed potius consulto omissa, tanquam non necessaria, qua enim diversitate rationis stante, prorsus cessat adversativæ illatio, atque excluditur repetitio, ut latius advertitur *in dec.* bon. mem. Benincasa, §. *fin. ubi concordan.* 5

Sicuti neque urget, quod conditio, sub qua Jocosii vocantur, concepta fuerit per verba: *Non facendo figliuoli*, præsuppositiva Matrimonii, & diversa ab aliis obitus sine filiis, illud necessario non inferentibus, etenim persistit semper eadem responsio, quod dicta verba verificentur etiam nuptiis non contractis, cum in statu cœlibatus filii non generentur, & qui nubit, per accidens sine filiis moritur, qui autem non nubit, necessario absque illis decedit; Prout etiam in nihilo stringit suppositum, quod si Paula nupsisset, & procreasset filium, qui ante ipsam obiret, Jocosii remansissent exclusi; nam quidquid sit de illius subsistentia, ex quo testator Paulæ substituit ejus primogenitum, istique omnes alios primogenitos, in infinitum, non concludit repetitionem nuptiarum etiam in secundo casu substitutionis inducta ob defectum filiorum, sub quo 6

vocati

vecati leguntur Jocosii, cum verificetur, etiamsi Paula nuptias non contraxerit, ob generalitatem conditionis unicuique ex casibus adaptabilis ex superius firmatis.

7 Idque clarius animadvertendo, quod nuptiæ per Testatorem in priori substitutione consideratæ fuerunt tanquam medium productivum primogeniti, qui sine illis legitime procreari non potuisset, quæ sane ratio non videtur adaptabilis in secundo casu substitutionis generalis, & amplæ deficientiæ filiorum, tanquam adversantis intento, & fini nuptiarum, seu Matrimonii, quod minime demandatur, seu contrahitur ad effectum filios non habendi, ut stante hac rationis diversitate talis impropriæ conditionis repetitio semper exclusa censeatur ex
8 conjectis per Rotam *in dicta Tudertina Fideicommissi 27. Aprilis* 1693. *eodem* §. *Non obstante*, 14. *Februarii* 1694. §. *Nonobstat*, coram Rev. D. meo Decano.

Cessatque difficultas ex verisimili mente Testatoris, quem præsumi debet Jocosios ad succedendum invitasse, tam si Paula nuptias contraheret, quam si in viduitate permaneret, cum in utroque casu verificetur defectus filiorum, sub qua secunda substitutio concepta habetur, & nulla congrue assignari potest disparatio, cur fideicommissi conditor potius Jocosios vocaverit in casum duntaxat, quo Paula nubens absque filiis decederet, non autem in eventum, quo in cœlibatu maneret, ut ex hac verisimili mente Testatoris similis vocatio inducatur etiam per viam extensivam dispositionis, ad Text. *in leg. Titius* §. *Lucius ff. de liber. & posthum.* & prout bene observant *dicta dec.* 156. *n.* 10. *&* 172. *n.* 6. coram san. me.
9 Innoc. X.

Minime resistentibus qualitate conditionis voluntariæ, quæ præcisum adimplementum exigat, & verbis: *Con pat-*
10 *to, che rimaritandosi*, prohibitivis extensionis, tum quia hæc omnia restringuntur inter cancellos primæ substitutionis, tum deinde quia nunquam impedita remanet extensio, quæ fit ex præsumpta, seu conjecturata voluntate Testatoris, ut cum aliis Surd. *cons.* 236. *num.* 46. Rota coram san. mem. Innocentio X. *dict. decis.* 156. *num.* 15. *& decis.* 172. *num.* 5. *cum sequent.* ibique Adden. *num.* 15. *pariter cum sequent.* Ponderata maxime voluntate defuncti in præcedenti elogio patefacta, in quo Jocosios hæredes proprietarios, & fideicommissarios instituerat, hæc enim
11 voluntas, licet ex actu immutato desumpta, bene tamen deservit ad illius declarationem, ut ait Rota *in Romana primogenituræ de Maximis* 17. *Februarii* 1690. §. *final.* cor. bon. mem. Benincasa, & *in Romana Testamenti* 15. *Februarii* 1694. §. *de tempore siquidem* coram me.

Demum animadversionem non meretur allegatum absurdum, quod testator per illimitatam substitutionem Jocosorum plus gravasset uxorem vitam vidualem servantem, quam secundo nubentem, contra naturale, & commune virorum præmorientium votum; nam aliqui non desunt viri, qui melius perpensa humanarum rerum vi-
12 cissitudine, & juvenili ætate uxorum superstitum easdem ad secundas nuptias invitant, prout fecit controversi fideicommissi conditor, qui positive invitavit conjugem suam ad contrahendas secundas nuptias renovata ipsius, & familiæ memoria in primogenito ex illis nascituro, ob onus assumptionis nominis, & cognominis ipsius Testatoris injunctum cum emolumento totius hæreditatis, ut exinde, cum Testator non abhorruisset secundas nuptias, sed potius ad illas uxorem invitasset, nullum potest considerare absurdum, ut observat decisio R. P. D. mei Prioli, §. *Nec dicatur. cum seqq.* Præterquam quod, cum casus substitutionis evenerit ob deficientiam filiorum Paulæ, censentur substituti ex voluntate Testatoris vocati, ut nullum proinde notari valeat absurdum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. U R S I N O.

Perusina Immissionis.

Merc. 27. Februarii 1692.

A R G U M E N T U M.

Distinctionem allatam per Card. de Luca *de Fideicomm. disc.* 118. comprobat hæc decisio, quod nempe referens non sit attendendum, sed relatum, si verba sint mere suppositiva & relativa; secus si sint certa & determinata & de per se disponant, cum tunc sive relatum inveniatur sive non, & sive sit conforme cum referente sive difforme, referens non relatum est attendendum.

S U M M A R I U M.

1 *Fideicommissario debetur immissio in vim* leg. fin. C. de edict. Div. Adr. tollen.
2 *Ac etiam in vim Salviani interdicti, licet agatur de fideicommissio condito in contractu, si pro observantia illius reperiatur cameralis obligatio.*
3 *Substitutio facta deficiente successione vel linea importat onus restitutionis fideicommissi, perinde ac si Testator ultimum ex successione, vel linea gravasset ad faciendam ei restitutionem.*
4 *In discordia relati, & referentis attendi potius debet relatum.*
5 *Hæc tamen conclusio admittitur, quoties verba non stent dispositive, & propter se, sed suppositive; secus si dispositio referens sit certa, & determinata tam ratione personæ, quam ratione rei, temporis, & casus, & verba stent propter esse, quia tunc attenditur referens sive relatum contrarium non inveniatur, sive etiam relatum inveniatur, & sic contrarium & n. 6. & 7.*
8 *Relatio semper censetur facta ad ea quæ sunt compatibilia cum dispositione referente, non autem ad alia quæ sunt invicem contradictoria.*
9 *Quo casu appellatione successorum non veniant successores extranei.*
10 *Dictio* (ut supra) *dispositionem restringit ad superius disposita.*
11 *Verba* (successio sua seu successio propria) *æquipollent posteritati, & soboli, idemque significant.*
12 *Una pars dispositionis aliam declarat.*
13 *Ex donatione facta intuitu, & contemplatione matrimonii oritur Jus favore uxoris.*
14 *Limitatur quoties hujusmodi Jus destruatur a conditionibus appositis, dummodo ista apposita sint non ex intervallo, sed in ipsa donatione.*
15 *Bona donata non dicuntur amplius esse in hæreditate donantis, & propterea si contrahens hæreditatem restitui mandaverit, illa sub hac dispositione non comprehenduntur, sed tantum bona reservata.*
16 *Limitatur quoties ex toto contextu dispositionis constet disponentem intellexisse non de formali, & propria hæreditate sed de materiali, & impropria.*
17 *Omnis possibilis interpretatio est facienda, ut verba non remaneant frustratoria, & dispositio inutilis.*

D E C I S I O LXXIX.

Bartholomæus de Cinis prole carens, & in dispositione rerum suarum varius, & commutabilis plura condidit Testamenta, & Codicillos, ut quorum postremo solemniter rogato sub die 18. Februarii 1681. relicto, usufructu totius hæreditatis Severo de Severis ejus Cognato, donec naturaliter viveret, primogenituram perpetuam instituit ad favorem Friderici Pucci extranei, ejusque descendentium, quibus deficientibus substituit Vincentium dicti Friderici fratrem, illiusque pariter descendentes cum eodem ordine primogenituræ injuncta, omnibus vocatis strictissima prohibitione alienationis, & onere assumendi, & deferendi cognomen, & insignia familiæ ipsius Testatoris, absque mixtura, aliisque superadditis conditionibus, in quarum transgressione singulis in casibus diversas apposuit pœnas, quas applicari mandavit Ven. Domni Piæ Charitatis Perusiæ, *Summario utriusque partis num.* 1. Deinde in hoc proposito, sicuti in aliis parum constans quatuor ab illinc mensibus, & sub die 8. Junii ejusdem anni intuitu matrimonii contrahendi per præfatum Severum de Severis ejus Cognatum cum Catharina de Camillis, vel alia condigna muliere, aliisque justis, & rationabilibus de causis animum suum moventibus per publicum Instrumentum irrevocabiliter, & inter vivos donavit omnia bona sua præsentia, & futura, actiones, & jura dicto Severo, ejusque filiis, nepotibus, posteris, & descendentibus in infinitum masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreandis ex proprio corpore ipsius Severi de primogenito in primogenitum, eoque, vel alio masculo deficiente substituit primogenituram donatarii, illiusque descendentes in infinitum, quibus omnibus injunxit onus

defe-

deferendi cognomen, & arma ipsius donantis absque mixtione, & bonorum alienationem, sive locationem prohibuit, eosque desuper gravavit in casu contraventionis, & inobservantiæ ad solutionem scut. mille pro singulis vicibus ad favorem Piæ Domus Charitatis, & dilata per istam exactione pœnæ ad favorem Hospitalis Misericordiæ, & deinde subjunxit: *E portando il caso, che d. Signor Severo mancasse senza successione legitima, come sopra, overo mancasse la sua successione, adesso per all'ora, & in ciascun di detti casi vuole succedano in tutta la sua Eredità intieramente, e senza alcuna diminutione, ò detrazione la d. Pia Casa, ò suoi Signori Superiori pro tempore per d. Pia Casa nel modo, e forma, e come nel d. suo Testamento, al quale s'habbia relatione in questa parte tanto; qual Testamento, & ogn'altra dispositione da esso sin'hora fatto, e fatte salve sempre le cose predette, e non altrimenti revoca, & annulla nelle parti non contrarie alle cose comprese, e nominate nella presente donatione*, ut sunt verba præcisa donationis *data in Summ. Actoris n.2.*

1 Defuncto Bartholomæo Donatore, & possessione bonorum apprehensa per Severum, Pia Domus Charitatis, ne fraudari posset a gravatis eveniente casu purificationis substitutionis ad ejus favorem ut supra ordinatæ, impetravit a san. mem. Innoc. XI. literas monitoriales in forma, significavit contra detinentes, & occupantes bona mobilia, & stabilia donantis, ut ea omnia describi possent in Inventario per donatarium facto, seu faciendo, easque in partibus præsentatas exequi obtinuit per decretum Vicarii Generalis Curiæ Episcopalis; A quo appellante Severo, &
2 causa delata ad A. C. iste per contradictas d. decretum revocavit, & ulterius per sententiam declaravit nullum jus competere eidem Domui Piæ super universali successione in bonis, & hæreditate quond. Bartholomæi donatoris, sed omne illius jus esse restrictum ad actionem pro consecutione fructuum hæreditatis prædictæ, quotiescunque illius possessores contravenirent voluntati Testatoris in casibus particularibus demandatæ, & ad formam Testamenti. A quibus provocavit Pia Domus, & commissa causa R. P. D. de Aste diu siluit, donec defuncto Severo donatario, & nuperrime etiam Bartholomæo illius filio, & hærede in pupillari ætate Judicium reassumpsit cum Catharina de Camillis Matre, & intestata hærede dicti Bartholomæi, adversus quam ab eodem Judice prævia revocatione sententiæ A. C. immissionem sibi decerni obtinuit in possessionem omnium bonorum in d. donatione contentorum, & hodie in gradu ulterioris appellationis ad Rotam devolutæ uniformem favorabilem resolutionem reportavit præhabita particularis dubii discussione.

Cui quidem resolutioni fomentum præbuere justificata extrema instructi judicii, nimirum existentia fideicommissi illiusque purificatio ad favorem ejusdem Piæ Domus, necnon identitas bonorum olim a donante possessorum, quibus concurrentibus immissio de jure denegari non potest Actrici sive ex remedio vulgatæ *leg. final. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.* sive ex utili Salviano intemdicto tam, & si agatur de fideicommisso constituto in contractu, dum pro illius observantia adest hypotheca bonorum contenta in camerali obligatione, ex traditis per Menoch. *de adipiscen. ret. ed. 3. num 55* Card. de Luca *de donat. discurs. 65. num. 2. part 2. supplement. &* Rot. *decis. 743. num. pariter 1. part. 18. & plene in Narnien. fideicommissi in Capitulis 2. Decembr. 1683. §. Objectum penitus confirmata 29. Martii 1683* coram me, & 3. *Martii* 1684. coram bon. mem Paulutio.

Identitas bonorum non fuit controversa, existentia autem, & purificatio fideicommissi clare emicat ex publico, & solemni Instrumento donationis, in quo, decedente Severo primo donatario sine successione legitima, aut deficiente illius successione, in utroque ex dd. casibus legitur substituta Pia Domus Charitatis. Unde cum per obitum Bartholomæi filii præfati Severi defecerit illius successio, purificatio fideicommissi ad favorem ejusdem Piæ Domus remanet literalis; nam substitutio facta deficiente successione, vel linea importat onus restitutionis fideicommissi ad favorem substituti, & perinde est, ac si donans ultimum ex d. successione, vel linea expresse gravasset ad faciendam ei restitutionem bonorum, ad text. *in l. Codicillis 34. vers.*
3 *Item quæsitum est, & ibi* Bartol. *num. 1. ff. de usu, & usufruct. legat. & l. quidam Testament. 30. ubi* Bartol. & Bald. *num. 1. in fine ff. de vulgar. & pupil.* Castil. *decis. 153. num. 70. lib. 2. &* Rot. *decis. 988. num. 1.* coram Cels. & *decis. 791. num. 3.* coram Arguell. & *in Bonon. fideicommissi de Pandinis prima Decembris 1685. quamobrem*, coram me.

Nec existentia fideicommissi excluditur ex eo, quod substitutio Piæ Domus ordinata fuerit *nel modo, e forma, come nel d. suo Testamento, al quale si habbia relatione in questa parte tanto*. Indeque cum in Testamento nulla facta fuerit substitutio in casu obitus, ac deficientiæ successionis Severi, sed duntaxat in casibus, in quibus contro- 4
ventum esset pluribus dispositionibus in eo ordinatis, infertur ad hos tantum casus restringendam esse d. substitutionem relativam, nec posse ultra eos extendi, resistente vulgata conclusione, quod in discordia relati, & referentis attendi potius debeat relatum adinstar exempli, & exemplaris, ad tradita in specie per Dec. *consil. 63. sub num. 6. vers. non obstat, quod verba, & num. sequ.* Curt. Jun. *cons. 92. num. 8. & sequent.* Decian. *cons. 10. num. 92. & 93. volum. 3.* Peregr. *consil. 40. num. 17. lib. 5.* Fusar. *consil. 39. num. 62. vers. 4. et num. 63.* Urceol. *de transact. quæst. 61. num. 25. & 26.* Torr. *de success. in primog. & majorat. Ital. part. 1. quæst. 39. §. 1. num. 49. & sequent. & part. 2. quæst. 142. num. 6. & 7. cum aliis per* Rotam *decis. 439. num. 1. & seq.* coram Gregor. & *decis. 262. n. 6. & tribus seq. part. 16. rec. & in Romana Donationis 6. Junii 1664. §. & ex hoc* 5
coram bon. mem. Bevilaqua.

Etenim conclusio recte quidem procedit, quoties verba substitutionis non stant dispositive, & propter se, sed suppositive, & relative ad dispositionem jam factam, vel faciendam; tunc enim quia referens non voluit de novo disponere, nec alterare seu immutare disposita, attenditur utique actus relatus, & si in eo apparet aliter contineri, quam sit expressum in referente, expressio præsumitur ex errore processisse: Ideoque debet limitari, & restringi ad eam dispositionem, ad quam relatio habita fuit, & in his terminis procedunt omnes auctoritates in objecto relatæ, ut præ cæteris bene se explicat Decius *in d. consil. 63. num. 6. vers Ulterius hoc idem*, & Rota *in d. Romana Donationis in citato §. Ex hoc*, coram bonæ memoriæ Bevilaqua. At secus est, ubi prout hic, dispositio referens est certa, & determinata tam ratione personæ, quam ratione rei, temporis, & casus, ejusque verba stant propter se absque alia dispositione, seu Testamento, & sunt prolata ab eo, qui potestatem habet de novo disponendi, & immutandi contenta in actu relato: hoc nanque casu cum consensu, & de certa voluntate illius, qui potest novam dispositionem facere, attendi omnino debet actus referens, sive relatum contrarium non inveniatur, ut firmant Felin. *in cap. ex parte num. 11. in fine de rescript.* Decian. *d. consil. 63. numer. 6. vers. non obstat* Riminald. Jun. *consil. 68. num. 14* Adden. ad Gregor. *d. decis. 439. lit. A.* & Rot. *decis. 36. numer. 9. et sequent. part. 2. diversor.* 6
Seraphin. *decis. 883. num. 2.* & admittitur *in dicta Romana Donationis*, coram bon. mem. Bevilaqua, *eodem §. vers. quia conclusio*, sive etiam relatum inveniatur, & sit contrarium referenti, juxta tradita per Decian. *consil.* 7
58. num. 61 et 62. lib. 2. Peregr. *consil. 18. n. 11. lib. 1.* Torr. *de success. in primogen. tom 2. quæst. 22. num. 7.* & magistraliter Rot. *in decis. 178. numer. 1. et seqq. part. 13. rec. ubi plures concordan.*

Et verba relativa in his terminis, vel stare dicuntur causative, & non conditionaliter, vel in omnem casum debent intelligi, & limitari ad accidentalia dispositionis relatæ, nimirum ad modum, formam, vel ad onera illius; sicque in casu præsenti restringenda sunt ad modum succedendi integre sine ulla diminutione, vel detractione in Testamento præscriptum, & in donatione repetitum, ita suadente altera juris conclusione, juxta quam relatio semper censetur acta ad ea, quæ sunt compatibilia cum dispositione referente, non autem ad alia, quæ sunt invicem contradictoria, ne inducatur actuum contrarietas, & irreconciliabilis contradictio omnino vitanda, ut advertunt Surd. *consil. 440. num. 51. et decis. 27. num. 7.* Torr. 8
de success. in primogen. tom. 2. quæst. 23. n. 45. ubi alios cumulat, & Rota *decis. 193. num. 14.* coram Dunozz. Sen. *decis. 30. n. 8.* coram bon. mem. Card. Cerro, *et in recent. dec. 233. num. 11 part 17.*

Firmata autem existentia fideicommissi in casu obitus, illius purificatio ad favorem Piæ Domus nec evitari posse videbatur ex eo, quod non evenerit neuter ex casibus, in quibus illa substituta legitur; Non quidem primus decessus Severi sine successione legitima, cum hic obierit, superstite Bartholomæo filio, cujus superexistentia deficere fecit conditionem; minus secundus totalis, & indefinitæ deficientiæ successionis ejusdem Severi, cum Bartholomæus filius in æta-

in ætate pupillari defecerit supervivente Catharina de Camillis illius matre, quæ cum sit legitima succeditrix filiorum morientium ab intestato defectum legitimæ successionis excludit.

Siquidem tale objectum penitus evitatur ex toto contextu donationis, eo quo habetur donantem sub nomine legitimæ successionis Severi donatarii non intellexisse, de quocunque successore legitimo, sed de illius filiis, & descendentibus duntaxat, quemadmodum clare educitur ex parte principali, & dispositiva ejusdem donationis, in qua donatur Severo, præsenti, stipulanti, & acceptanti pro seipso, suisque filiis, nepotibus, posteris, & descendentibus masculis in infinitum legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio nascituris, & ex proprio corpore ipsius Severi procreandis, *summ. Astricis n.2. in princ.* & ulterius paulo post in ea parte in qua ordinavit primogenituram in bonis donatis, voluit, ut deficiente primogenito, aut alio masculo ex vocatis succederet filia primogenita ipsius donatarii, & illius descendentes in infinitum, *d. summ. n. 2. lit. N.* & demum onus assumendi cognomen, & insignia domus ipsius donantis expresse imposuit donatario, ejusque posteris, & descendentibus, *d. sum. n. 2. lit. O.* nulla unquam facta mentione nec expresse, nec tacite de hæredibus extraneis, quibus sic stantibus in parte dispositiva, necessario inde consequitur, quod verba illa apposita in parte conditionali, *overo che mancasse la sua successione*; licet alias in sua latitudine essent verificabilia in successoribus extraneis; nihilominus juxta subjectam materiam, & ex voluntate donanti, non possunt, nec debent intelligi nisi de successoribus sanguinis,
9 & descendentibus donatarii, de quibus in parte dispositiva, & in cæteris partibus donationis actum fuit, ad tradita per Gabriel. *conf. 68. n. 5. l. 2.* Rota *dec. 378. n. 24. par. 13. dec. 269. n. 26. & seq. p. 15. & decis. 232. nu. 19. p. 19. rec. & in Carpen. hæreditatis, seu fideic. 14. Martii 1687. §. Ultra quod, & 9. Junii ejusdem anni, §. fin.* cor. R. P. D. meo Molines, & in *Bononien. successionis 29. Febr. 1688. §. Ultra enim*, cor. Rev. D. meo Decano.

Eoque clarius, dum donans in hac parte conditionali in defectum Severi locutus est de successione legitima cum dictione *ut supra*, per quam successionem restrinxisse, & coarctasse censetur ad descendentes donatarii præcedenter nominatos, & juxta terminos partis dispositivæ, ad quem relatio habita fuit, Fusar. *conf. 39. nu. 4. in fine, & seq. & de*
10 *substit. q. 403. n. 39. vers. declaratur* Rota *dec. 469. n. 8. & seq. p. 15. & dec. 85. n. 25. p. 11. rec. & in Rom. seu Bonon. fideic. de Riariis 13. Junii 1681. §. nec quidquam revelat.* cor. R. P. D. Florez, *& in d. Carpen. hæreditatis, seu fideic. 9. Junii 1687. §. fin.* cor. R. P. D. meo Molines.

Et quamvis in altero casu deficientiæ successionis Severi, qui modo contingit, omissa fuerit qualitas legitimitatis, ac etiam dictio repetitiva, *ut supra*, sed simpliciter dictum, *Overo che mancasse la sua successione*; Attamen cum uterque casus in una eademque oratione positus fuerit per alternativam, dicendum est, quod sicuti in priori parte alternativæ sub nomine successionis legitimæ, & ex vi dictionis restrictivæ, *ut supra* non sunt comprehensi nisi descendentes donatarii antecedenter contemplati. Ita & in secunda parte sua appellatione successionis suę, sive propriæ ejusdem donatarii, quę æquipollet posteritati, & soboli, idemque signi-
11 ficat, ex traditis per Menoch. *præsumpt. 89. n. 56. vers. secundo motus est, & 57. vers. verum respondet, &* Rot. *dec. 503. n. 14. & 15. p. 17. tom. 2. rec.* comprehensi duntaxat fuerint iidem descendentes, cum una pars alternativæ aliam declaret, ut in his terminis monent Ruin. *conf. 89. n. n. 17. lib. 3.*
12 Cephal. *conf. 53. n. 67. & 93.* Menoch. *conf. 123. num. 3.* & Riminald. Jun. *conf. 676. n. 33.*

Nec superexistentia Catharinæ uxoris donatarii impedire valet, quin bona donata transeant ad substitutos saltem illius vita durante, ex eo quod donatio facta fuerit intuitu, & contemplatione matrimonii contrahendi cum dicta Catharina, & exinde ei jus fuerit quæsitum super eisdem bonis,
13 juxta Text. *in l. petens*, & ibi Bald. *C. de pact. de Pont. conf. 80. n. 15.* Cancer. *variar. resol. p. 1. cap. 8. num. 34.* Mastrill. *dec. 211. n. 4. p. 4.* & Rota *dec. 45. n. 1. & 2. p. 6. & dec. 30. n. 29. p. 9. rec.* Etenim cum conditiones, & substitutiones, de quibus agitur, fuerint a donante appositæ non ex intervallo, sed in ipsa donatione sub eisdem, & non alias, dicitur ipsi mulieri quæsitum jus, ad Text. *in l. in rebus, & l. cum antem ff. de pact.* Peregr. *conf. 77. n. 8. cum seq. lib. 3. late* bon. mem. Rocca Episcopus Isolan. *disp. Jur. select. lib. 1. c. 1. n. 64. & seq.* Card. de Luca *de don. disc. decim. n 10. & 12.* & Rota *dec. 203. n. 23. & seq. p. 6. & dec. 356. n. 4. & seq. p. 12. rec.*

Constito itaque ex his de existentia, & purificatione fideicommissi ad favorem Piæ Domus, illius vocatio restringi non valet ad bona duntaxat particularia a donante sibi reservata ad effectum testandi sub eo fundamento, quod ipsius successio demandata sit respectu totius hęreditatis, cujus nomen verificatur quidem in bonis reservatis ad testandum, in quibus vere, & proprie consistit donantis hęreditas, non autem in bonis donatis, quæ uti separata ab illius patrimonio non dicuntur amplius esse in ejus hæreditate secundum ea, quæ notantur per Mantic. *de conject. ult. lib. 7. tit. 8. n. 29.* Maresc. *var. l. 1. cap. 58. n. 39. in fin.* Barry *de success. l. 8. c. 2. n... & Camarin success. 15. Maii 1684. §. neque prædictis, & 4. Maii 1685. §. nihil relevante*, cor. Card. Matth.

Quoniam ex lectura donationis patet donantem intellexisse non de formali, & propria hæreditate, sed de materiali, & impropria, quatenus scilicet denotat universitatem bonorum donatorum, quemadmodum colligitur ex cæteris partibus instrumenti, in quibus donans sæpe appellavit possessores suæ hæreditatis, *ut in summ. Astr. n. 2. lit. Q.* & in casu delicti, ex quo sequeretur confiscatio bonorum, donatarios delinquentes privavit bonis, & hæreditate *d. Summ. n. 2. lit. R.* accipiendo pro synonymis universitatem bonorum donatorum, ac hæreditatem, & propterea desumendo Domini declarationem unius ab altera parte Testamenti, ut faciendum monet Peregr. *de fideic. art. 19. n. 108.* & Rot. *in d. Bononien. success. 14. Januarii 1686. §. quia licet in fine*, coram R. P. D. meo Benincasa, verbum istud *hæreditatis* in cæteris partibus dispositionis acceptum pro universitate bonorum donatorum in eodem significatu accipiendum esse autumarunt in hac etiam parte substitutionis Piæ Domus, juxta monitum Paris. *99. n. 19.* Surd. *conf. 515. n. 6.* Grat. *discept. 834. n. 4. & 5.* Fusar. *conf. 39. n. 14. & 15.* Pereg. *conf. 79. n. 19. tit. 1.* Mans. *conf. 201. n. 26.* & Rota *dec. 926. num. 10*, coram Dunozz. Jun. *& dec. 3. n. 18. & 19. rec.*

Maxime dum data contraria intelligentia, inanis redderetur substitutio Piæ Domus. Nam cum donator de bonis exceptuatis a donatione reservaverit sibi facultatē impostérum testandi, & non facto Testamento voluerit eadem comprehendi sub præfata donatione, substitutio Pię Domus in iis tanquam de hæreditate donantis nunquam posset verificari, quia vel non disponebat per Testamentum, & dd. bona non cadebant in hæreditate, sed sub donatione universali confundebantur; vel de illi testabatur ad favorem diversæ personæ, & non poterant restitui a donatariis, quibus facta legitur substitutio. Ne ergo successio Piæ Domus clare volita a donatore reddatur frustratoria, & inutilis, verba ita veniunt interpretanda, ut menti deserviant, ad Text. *in leg. penult. ff. ad exibendum*, -- ibi -- *Neque verba captari, sed qua mente quid diceretur animadverte convenire*, & animadvertit Rota *in dec. 32. n. 16. p. 16. rec.* & alibi passim.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Perusina Immissionis.

Ven. 10. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM

Approbantur ea quæ in præcedenti decisione fuerunt exposita.

SUMMARIUM.

1 *Referens regulari debet a relato.*
2 *Limitatur, si agatur de referente habente determinatam & perfectam dispositionem factam ab habente potestate disponendi.*
3 *Si aliter in referente, quam in relato dispositum appareat, illud est attendendum, non autem relatum.*
4 *Relatum est attendendum vel in iis, quæ in referente non exprimuntur, si tamen compatibilia sunt, vel quando præsuppositive processum sit, vel ubi disponens non habeat facultatem diversimode disponendi, vel demum si terminus referens nec contra nec præter contenta in relato præcise disponat, sed tantum relative.*
5 *Quo casu sub dispositione facta favore legitimæ successionis non veniant extranei.*
6 *Pars conditionalis a dispositiva explicatur.*

7 *Dictio ut supra est limitativa ad praecedenter expressa.*

8 *Ex donatione facta ex causa matrimonii uxor jus acquirit, dummodo tamen non apponantur conditiones hujusmodi juris destructiva.*

9 *Credita illiquida ob fructuum perceptionem non possunt retardare immissionem.*

DECISIO LXXX.

IMmissionem concessam Venerab. Piae Domui Charitatis ad bona q. Bartholomaei senioris de Cinis per Rev. D. de Aste, tunc Judicem Commissarium confirmavit hoc Sacr. Tribunal praeviis duabus decisionibus, ac Sententiam emanatis coram R. P. D. meo Ursino, a quo interposita appellatione per Catharinam de Camillis ream conventam: mihique causa commissa per Signaturam Justitiae cum clausula *Constito*, quod sit locus Statuto de duabus, hodie disceptandum proposui dubium, an sit locus praefata Statuto, vel potius Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, juxta quoque petitionem Piae Domus Actricis non discussa prima dubii parte, quatenus major difficultas potuisset oriri circa Statuti dispositionem, Domini ad secunda respondentes confirmationis robur Sententiae Rotali addiderunt inspectis requisitis validitatis, & Justitiae; illa etenim satis clara apparuit ex revolutione actorum, ac ista ex fundamentis optime enucleatis in praefatis decisionibus.

Vis nanque controversiae circa id praecipue versabatur retenta facti serie in prima decisione enunciata, nempe ex eo, quod d. Bartholomaeus senior donaverit bona ad favorem Severi de Severis ejusque descendentium, in defectum quorum substituit dictam Piam Domum, cum hujusmodi donatio habeat relationem ad praecedens Testamentum, in quo eadem Pia Domus vocata fuit ad haereditatem dicti Bartholomaei, non quidem in casu obitus gravatorum, sed tantum in poenam controventionis eorundem, an debeat proinde haec substitutio in donatione adjecta, uti se referens ad d. Testamentum, limitari ad formam relati in casu tantum controventionis, vel potius valeat ex se sustineri juxta formam in antedicta donatione expressam, etiam in casu mortis. At juxta hunc secundum intellectum sicuti fuit resolutum in decisionibus prioris instantiae, ita pariter Domini in confirmatione sententiae processerunt.

Nam sicuti vera est Conclusio, quod referens regulari debet a relato, uti illud informante, & animante, ac unum

1 inesse alteri dicatur, juxta *in l. si prior ff. de solut. Matrim. l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstr.* Rota *dec.* 243. *n.*7. *p.*2. *divers.* Merlin. *dec.* 654. *num.* 3. *& dec.* 615. *nu.* 30. *dec.* 379. *n.* 12. *cum duobus seq. p.* 17. *rec. & decis.* 91. *n.* 9. *&* 10. *post* Torr. *de pact. futur. success. & late in Anconitana praedii* 18. *Junii* 1599. §. 3. *demum, &* 12. *Decembris* 1682. §. 1. cor. Rev. D. meo Decano, §. *novissime in Rom. multiplici* 20. *Febr. prox. prat.* §. *moti sunt*, coram me.

Ita quoque certa est limitatio, quod si agatur de referenti habentem determinatam, & perfectam dispositionem factam ab habente potestatem disponendi, utique recipit vigorem, licet discordes a terminos, relato, vel relatum non reperiatur, quia tunc non debet terminus referens ab alio recipere id, quod in se habet, Bart. *in extravag. ad reprimendum*

2 *verbo pront*, *& in l. cum qui*, §. *Julianus ff. de Const. pecun.* Innoc. *in cap. Dilectos de fideic. Instrument.* Dec. *cons.* 325. *n.* 2. Decian. *cons.* 50. *n.* 51. *&* 62. *l.* 2. Surd. *cons.* 416. *n.* 23. *&* 24. Cardin. de Luca *de fideic. disc.* 116. *n.* 5. *& de praem. disc.* 24. *n.* 10. Gaiet. *de credit. cap.* 2. *tit.* 4. *n.* 113. Modern. Forolivien. *de transact. q.* 61. *n.* 12. *&* 29. ubi alios cumular, *& consult.* 47. *n.*6. Rota *dec.* 432. *& decis.* 667. *utrobique n.* 6. cor. Merlin. uti si in referente aliquid de novo magis praecise disponatur.

Cum etenim in donatione praecise disponatur quoad vocationem, seu substitutionem Piae Domus in casu obitus gravatorum, donatio quoad specialem hanc dispositionem nequeat habere relationem ad Testamentum, ubi hujusmodi substitutio non fuit expressa; nam si aliter in referente, quam in relato dispositum appareat, utique illud est attendendum, posita facultate disponendi, Altograd. *cons.* 44. *n.* 27. *leg.* 2.

3 Dunoz. Jun. *dec.* 375. *n.*10. Adden. ad Buratt. *dec.* 52. *n.*13. Rot. *dec.* 315. *nu.* 19. *p.* 11. *dec.* 505. *nu.* 4. *p.* 14. *& dec.* 16. *nu.* 11. *&* 12. *p.* 17. *rec.* & aliis cumulatis ultra praedicta fuit dictum *in dec. hujus causae scilicet prima sub die* 27. *Febr. anni prat.* §. *Etenim Conclusio, &* 205. *sub die Prima Julii prox. prat.* §. *At non ita*.

Hinc concurrente voluntate, & potestate, quae vires dare queunt cuilibet dispositioni, non est facienda relatio, nisi ea in referente non expressa; si tamen sint compatibilia, ut essent in hoc casu modus succedendi absque detractione, ac alia in decisionibus enunciata, contrariaque conclusio procedere potest, vel quando disponens praesuppositive processerit: quia tunc deficeret nova voluntas disponendi in actu referente, vel ex defectu potestatis in nova dispositione relativa, vel demum si terminus referens, nec contra, nec praeter contenta in relato praecise disponat, sed tantum relative se habet ad suum exemplar; quia tunc in, quod omittitur in termino referente, suppleri debet ex dispositis in relato, ut perpensis dictis circumstantiis distinxerunt praecitati DD. apud citatum Forolivien. *de transact. d. q.* 61. *nu.* 10. *& seq.* 4
Rota *dec.* 383. *n.* 11. *&* 12. cor. Merlin. & optime in secunda decisione hujus causae, §. *Quia domini*, *nec non in Anconitana praedii* 12. *Decemb. prox. prat.* §. *Quia objectum*, coram Rev. Dom. meo Decano.

Posita existentia fideicommissi irrelevans visa fuit oppositio ejus non verificationis in favorem d. Piae Domus, quia ea satis elicitur ex verbis Donationis cum illius vocatione post defectum legitimae successionis Severi Donatarii; quidquid enim sit, an sub nomine legitimae successionis comprehendantur haeredes extranei, certum ex facti circumstantiis istos non venire; cum tam in dispositiva, quam in aliis partibus donationis videantur contemplati solum haeredes sanguinis d. Severi Donatarii, qui acceptavit donationem pro se, suisque filiis, nepotibus, & descendentibus masculis in infinitum, & sic etiam in vocatione descendentium filiae primogenitae Donatarii in defectum lineae masculinae; 5 Unde stante hac explicita voluntate Donantis restricta videntur verba subsequentia legitimae successionis ad eam tantum haeredum sanguinis, de quibus supra locutus fuerat, licet quoque ex vi verborum aliqua dubietas oriri possent, ut praeter adductos *in prima decisione Domini mei Ursini*, §. *Firmata autem cum duobus sequent.* docuit Rota *decis.* 236. *n.* 9. *p.* 5. *rec. & dec.* 95. *n.* 23. *& seq. p.* 11. Pars etenim conditionalis bene explicatur a dispositiva, & quamvis in ista aliquod verbum dubium existat, semper declaratur praecedenti expressione in priori parte facta; debent proinde censeri in hoc casu repetitae tantum species successorum prius nominatae, praesertim stante verbo-*ut supra*-limitativo ad praecedenter expressa, Rot. *dec.* 320. *n.* 8. *p. duodecim. dec.* 489. *n.* 4 *p.* 14. *dec.* 269. *n.* 27. *part.* 16. *rec.* & etiam fuit dictum nuperrime *in Macerat. fideic.* 23. *Jan. prox. prat.* §. *Ceterum*, cor. me, *ac in citata prima decis.* §. *Eoque clarius*.

Quoad vero superexistentiam Catharinae uxoris Donatarii nullum jus considerari potest; quia in dicta donatione, licet causa matrimonii facta, tamen expresse Donator se cavit, ut bona Donatori acquirerentur certis praedictis substitutionibus incontinenti appositis in eodem actu donationis ut plene satisfacit eadem prima decisio, §. *Nec superexistentiam*. Ita pariter dicendum est, immissionem esse concedendam ad omnia bona donantis in donatione comprehensa 8
ex eo peculiari motivo, quod donans vocaverit sub nomine haereditatis omnia praedicta bona donata; Quapropter etiam in substitutione facta Piae Domus haereditatis ipsius universalitatem bonorum materialem complexivam ex omnibus bonis donatis censendum est, fuisse intellectam, ut in dictis decisionibus.

Tandem nequit Catharina rea conventa retardare concessam immissionem ob credita, nam illud dotis Elisabethae uxoris Bartholomaei, ac sororis donatarii, a qua habet Catharina causam, jam apparet solutum per eundem Bartholomaeum *Sum. praesenti n.* 2. & tam quoad illud, quam quoad alia forsan praetensa urget, vel praesumpta satisfactio, vel saltem eorundem illiquida, ac turbida natura ex fructibus per dictam Catharinam indebitae exactis ex bonis fideicommisso subjectis, ut propterea immissio haeredi fideicommissario impediri minime valeat, *ut in Rom. Salviani* 16. *Maii* 9
1686. §. *Quibus stantibus*, cor. bon. mem. Rondinino, ac aliis relatis *in Ferrarien. fideic.* 20. *Januarii proxim. prat.* §. *Hinc etiam*, coram me, & fuit dictum in secunda decisione hujus causae, §. *ultimo*.

Et ita unica tantum parte informante; Altera vero satis contumace resolutum fuit.

R. P. D. HERVAULT.

Bonon. Fideicom. de Pandinis.

Merc. 4. *Decemb.* 1686.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de eademmet quaestione agitata per Cardin. de Luca *de Fideic. disc.* 120. an nempe conditio uni substitutioni apposita censeatur repetita in subsequenti.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *VAliditas sententiæ ex resolutione Actorum probatur.*

2 *Sententia lata super statu, & libertate bonorum contra legitimum contraditorem, nocet etiam aliis.*

3 *Restitutio in integrum est imploranda adversus rem judicatam.*

4 *Exceptio rei judicatæ tertio non obstat, nisi copulative concurrat id entitas rei, actionis, & juris.*

5 *Testator vocando aliquem post defectum descendentia seu linea ultimum ex ea morientem censetur gravasse.*

6 *Gravamen tamen est intelligendum, retento themate, & attenta conditione substitutionis præcedentis.*

7 *Substitutiones, quæ dependent a prima ordinata sub conditione,* si sine filiis *per filiorum existentiam omnes expirant.*

8 *Conditio,* si sine filiis *repetita dicitur in sequentibus substitutionibus, si ista dependeant a prima, vel ratione necessariæ connexionis, vel ratione verbi easdem regentis, vel quia subsit eadem ratio.*

9 *Secus si concepta legantur dictionibus adversativis, itemque si adsit separatio dispositionis, & temporum, aut contraria militet ratio.*

10 *Qualibet dispositio de per se principaliter dicitur stare, si omnes conceptæ sint sub diversa periodo, & oratione.*

11 *Filiorum nomen speciale est.*

12 *Linearum nomen universalem descendentiam complectitur, & propterea ubi illud adest, adesse non potest tantummodo vulgaris substitutio.*

13 *Repetitio antecedentis conditionis excluditur ex ampliori novarum personarum vocatione.*

14 *Dictio* nam *est causalis, & ratiocinativa, & sic novam dispositionem non importat.*

15 *Absurdum, quod magis dilectus, & Testatori cognitus excludatur ab incognito, & minus dilecto, est evitandum.*

16 *Non subtilis natura verborum, & dictionum, sed Testatoris voluntas spectari debet.*

17 *Dictiones causales, ut inducere valeant cohærentiam inter duas dispositiones omnino separatas, necesse est, quod præcedat aliqua præfata dispositio, cui sequens cohærere, & famulari valeat.*

18 *Clausula* ut infra *expressam præsefert relationem ad dispositionem inferius ordinandam.*

19 *Dictiones causales denotare non possunt consecutivam, seu accessoriam rationem dispositionis, si ista nondum sit facta; & hoc casu stare dicitur dispositive, & independentem inchoare substitutionem.*

20 *In contrariis unum ab alio pendere non potest.*

21 *Argumentum ductum ab identitate rationis elicita ab absurdo rejicitur, quando contra illud militat dispositio Testatoris.*

22 *Ratio evitandi absurdi inservit pro arguendo, non autem pro destruendo fideicommisso.*

D E C I S I O LXXXI.

RESponsum fuit constare de duabus virtute Constitutionis Gregorii XV. Bononiæ vim rei judicatæ habentibus: Haud enim dubitatur de numero sententiarum, & conformitate postremæ latæ a R. P. D. meo Ursino, cum alia de voto Rotæ Bononiensis in præcedenti instantia pronunciata, qua, ex remedio *leg. fin. C. de edict. Div. Adr. tollen.* concessa fuit immissio executoribus Testamentariis q. Michaelis Pandini de Cimatoribus favore tamen, & commodo Julii Cæsaris, & Catharinę conjugum sorte extracto. rum ad cuncta bona a d. Michaele tempore obitus possessa.

1 Validitas vero earundem, juxta vulgatam *decis. Veralli 262. p. 2.* resultans ex revolutione Actorum frustra impugnatur, sub prætextu quod aspirante olim ad controversum fideicommissum quodam Malchiavello substituto post obitū sine filiis Joan. Baptistæ Pandini, & Camillæ conjugum, qui fuerunt primi hæredes instituti per sententiam definitivam in judicatum transactam, declaratum fuit illud expirasse in persona Lucretiæ dictorum conjugum filiæ, quæ quidem sententia utpote lata super statu, & libertate bonorum contra legitimū contradictorem, nocet etiam aliis substitutis, ad notum Text. *in l. ingenuum ff. de stat. Homin.* Rota cor. Priolo *dec. 416. n. 1. & seq.* Ideoque antequam in judi-

2 cio executivo, seu ordinario peti posset immissio *ex d. l. fin.* implorandum erat adversus illam beneficium restitutionis in integrum, Rota *dec. 142. n. 14. & seqq. p. 16. rec.*

Quoniam cum certi juris sit exceptionem rei judicatę tertio minime obstare nisi copulative concurrant identitas rei actionis, & juris, seu conditionis personarum *l. cum quæritur 12. cum duobus seq. ff. de except. rei judic.* in nostra hypo- 4
thesi deficere visa est identitas juris, ex quo substitutio, cujus virtute veniunt Julius Cæsar, & Catharina, est omnino diversa, & independens ab illa Malchiavelli, ut notant decisiones editæ a R. P. D. meo Ursino die 3. Decembris 1685. & die 29. Martii labentis anni, & patebit transeundo ad examen justitiæ præfatarum sententiarum, quæ ut luculenter explicant eædem decisiones, desumitur ex lectura, & contextu Testamenti, in quo Michael. *his præcisis verbis suos hæredes universales instituit Joan. Baptistam q. Ludovici de Pandinis, & honestam mulierem D. Camillam de Ponte ejus uxorem, & post eos ordine successivo eorum, & cujuslibet ex præsenti, vel alio forsan contrahendo matrimonio filios masculos, & his non extantibus filias feminas legitimas, & naturales.*

Dictis vero Joan. Baptista, & Camilla defunctis absque aliquibus liberis legitimis, & naturalibus, & sic nullis hujusmodi extantibus tunc, & eo casu in omnibus bonis, & tota hæreditate instituit, & substituit Joan. Baptistam q. Andreæ Malchiavelli, & ordine successivo filios, & descendentes masculos, legitimos, & naturales, feminis tamen exclusis, & eo descedente quandocunque sine filiis masculis hujusmodi instituit, & substituit duos futuros conjuges, ut infra substituendos, & eligendos.

Nam finita linea tam masculina, quam feminina dictorum Joan. Baptistæ Pandinis, & Camillæ de Ponte, & cujuslibet eorum legitima, & naturali, ac linea masculina legitima, & naturali d. Joan. Baptistæ Malchiavelli, tunc, & eo casu voluit per Rev. Albertum Riccium unum ex Capellanis perpetuis S. Mariæ Majoris, vel ejus successorem pro tempore. Item per Curatum S. Laurentii &c. Item per Præpositum Ecclesiæ Cathedralis &c. Item per Præpositum portæ S. Proculi eligi sex adolescentes masculos, & sex feminas, ex quibus voluit duos sorte extrahi, unum masculum, & unam feminam, qui contrahere debeant inter se matrimonium, quos extrahendos, & matrimonium contrahentes, & ordine successivo eorum liberos, & descendentes legitimos in infinitum in casu & casibus prædictis respective instituit; & si tales decesserint sine filiis præfatus D. testator instituit, & substituit alios eligendos ordineque supra præservando toties quoties casus occurrat perpetuo semper, & in infinitum omni meliori modo.

Jam vero extincta, ut non controvertitur per obitum Lucretiæ, & Malchiavelli utraque descendentia, seu linea primo loco vocata, evenit profecto casus ultimæ substitutionis conjugum sorte extrahendorū, cum substitutio ordinata deficiente linea ultimo ex ea moriente facta censeatur per litteralem Text. *in l. Codicillo* 34. ibique Bartol. *ff. de usu, & usufr. legato.* 5

Nec opponi valet, id intelligendum esse retento semper eodem themate, & attenta conditione substitutionis præcedentis, ut late explicat Altogr. *cons. 60. a n. 37. leg. 1.* quocirca cum Testator, ut patet ex prænarrata substitutionum serie, fideicommissum ordinaverit favore Malchiavelli duntaxat in casu quo præfati Jo. Baptista, & Camilla primi hę- 6
redes instituti decederent absque filiis, sicuti per obitum dd. hæredum cum filiis, relicta nempe Lucretia expiravit per vulgatem intermedia substitutio Malchiavelli; ita etiam simili modo expirasse dicendum erit substitutionem conjugū immediate subsequentem uti dependentem ab una, eademque conditione *si sine filiis* in omnibus substitutionibus, tacite repetita ad normam celebris Consilii Oldred. 21. ut pluribus cumulatis rationibus, & auctoritatibus objiciebatur in *dec. 2.* R. P. D. mei Ursini, §. *A vers. hujusm. cum seq.*

Nam omissa quæstione, an substitutio favore Malchiavelli facta fuerit per simplicem vulgarem, vel potius per fideicommissariam, ut sensit Rota Bononiensis, & probabilius existimabant etiam Domini, quamvis hujus articuli decisionem tanquam superfluam pro resolutione pręsentis causę declaraverint, responsum fuit quod ad hoc ut præfata conditio *si sine filiis* repetita dici possit in sequenti substitutione, eamque extinguat ob illius non purificationem, necesse est quod postrema substitutio subordinetur, & dependeat a prima, vel ratione necessariæ connexionis inter utranque intercedentis ob dictiones copulativas, vel ratione verbi easdem regentis, & determinantis, vel demum quia subsit eadem ratio extendendi similem conditionem ad reliquas substitutiones, ut docuit Bald. *in cons. 153. n. 5. leg. 5.* quem laudat, & sequitur Peregr. *de fideicomm. art. 6. n. 22. in fin.* At contra, ut prosequitur idem Baldus, cessat penitus quæ-

eunque præcedentis conditionis repetitio omnisque subordinatio posterioris substitutionis primæ; si istæ conceptę legantur dictionibus adversativis, itemque si adsit separatio dispositionis, & temporum, aut contraria militet ratio; his enim casibus duæ censentur factæ substitutiones omnino independentes, quarum prima licet evanescat ob non purificatam conditionem *si sine filiis;* haud tamen deficiet altera pendens ab alia indefinita, & indeterminata conditione de-
9 fectus scilicet lineæ, qua quandocunque verificata pura redditur substitutio, ut relatis antiquioribus docuere Decian. *cons.* 480. *n.* 3. *& seq.* Paris. *cons.* 18. *n.* 38. *cum pluribus seq. l.* 2. *quos referunt*, *& sequuntur*, Fusar. *de substit. q.* 480. *in fine* Peregr. *de fideic. art*, 15. *n.* 29. Caren. *resol.* 120. *num.* 7. *vers. & licet nonnulli*, ubi ait, contraria posse procedere in casu, quo defectus lineæ contemplatus appareat in eadem substitutione, in qua quis gravatus sub conditione *si sine filiis*, in quibus terminis tantum recipi posse videntur tradita per Altogradum exadverso citatum.

Hæc autem omnia rite applicantur nostræ hypothesi, in qua nulla concurrente ex præfatis causis inducentibus repetitionem conditionis, seu dependentiam unius substitutionis ab altera e contrario pro eisdem excludendis; urget primo, quod versamur in dispositionibus conceptis diversa periodo, & oratione, quarum utraque a suo verbo regitur, quo casu quamlibet dispositionem de per se principaliter stare dixit
10 Rota *dec.* 409. *n.* 16. *& seq.* coram Eminent. Cerro, aliique allegati *in prima decisione* §. *independens autem*.

Secundo accedit etiam distinctio & diversitas temporum, ad quæ præfatæ substitutiones referuntur, insurgens ex eo, quod in ultima substitutione novæ comprehenduntur personæ in prima minime vocatæ; nam substitutio Malchiavelli facta legitur sub conditione *si sine filiis*, quorum nomẽ cum sit speciale verificatio conditionis ad illos nominatim restringitur, Peregr. *de fideic. art.* 21. *sub n.* 45. Juvenes vero
11 extrahendi vocantur in defectu lineæ masculinæ, & femininæ primorum hæredum, quam in defectum lineæ masculinæ Malchiavelli, quod linearum nomen uti universam descendentiam complectens, Rota *dec* 97. *n.* 8. *p.* 7. *dec.* 383.
12 *n.* 3, ibique, Adden. cor. Greg *& dec.* 66 *n.* 2. cor, Merlin. restringi procul dubio nequit ad solas personas filiorum in præcedenti substitutione contemplatas, sed porrigitur ad alios supra minime vocatos, omnes nempe descendentes contentos in dictis lineis, quarum extinctio considerata in eadem substitutione necessario importat diversitatem & tractum successivum indefiniti, ac indeterminati temporis, quo illæ defecerint, quod impossibile est verificari posse in momento, ut contingit in vulgari, quæ statim expirat, suumque operatur effectum, cum sit locus successioni, Seraph. *dec.* 934 *n.* 8. & Merlin *dec.* 229. *n.* 19. *& seq. & d. dec.* cor. Emin. Certo 409. *n.* 17. *& pluribus seq.* & dictum etiam fuit in sæpius laudatis decisionibus R. P. D. mei Ursini pariter firmantibus ex hac ampliori novarum personarum vocatione excludi quamlibet repetitionem antecedentis conditionis, & dependentiam unius substitutionis ab alia, ut,
13 præter Gratian. *discept.* 828. *n.* 15. *&* 16. aliosque ibi allegatos, tradit Rota cor. Bich. *dec.* 129. *n.* 7.

Probata igitur his omnibus reali utriusque substitutionis distinctione, atque independentia, minime obstare visa est subtilis quædam animadversio, qua illam excludere contendebant scribentes exadverso ajentes, quod in ipso initio orationis, & periodi, ex qua talis distinctio desumitur apposita legitur dictio *nam*, quę tanquam suapte natura causa-
14 lis, seu ratiocinativa nullam novam dispositionem inducit, sed continuando præcedentem illi omnino adhæret eodem themate, & conditionibus semper retentis, idque eo potiori jure operari debet in nostro casu, in quo militat identitas rationis subaudiendi eandem conditionem *si sine filiis* in ultima quoque substitutione ob maximum absurdum, quod alioquin sequeretur; nam per obitum Joannis Baptistæ, & Camillæ cum filiis extingui deberet substitutio Malchiavelli, tanquam vocati per vulgarem, quamvis præfati filii subinde morerentur, & e contrario admittendi essent per fideicommissariam conjuges forte extrahendi Testatori penitus incogniti, minusque dilecti Malchiavello nominatim honorato, quod absurdum in simili casu alias expendit
15 Rota *in alia Bononien. fideic de Ghisellis a me edita die* 24. *Januarii* 1685. §. *Pr dicta*.

Responsum nanque fuit non esse recedendum ab aperta mente Testatoris, germanoque sensu, & tenore dispositio-
16 nis subtilius, quam par est, scrutando naturam verborum, & dictionum, juxta monitum *l. cum virum* 16. *C. de fideic.* præcipue quia etsi præfata dictio *nam* in nostro etiam casu videri posset causalis, ut tamen juxta similium dictionum virtutem inducere posset cohærentiam inter duas dispositiones aliqua perfecta dispositio, cui sequens cohæreret, & famulari valeret, ut relatis concordantibus, & formiter discusso articulo, tradit Rota *dec.* 159. *n.* 6. *&* 7. *p.* 15. *rec.* hæc autem dispositio, ad quam sequens referri possit, præexiste- 17
re non apparet in recensito substitutionum contextu, nec elici valet ex nonnullis verbis immediate sequentibus substitutionem Malchiavelli, ibi--*eo vero decedente, quandocunque sine filiis masculis, substituit duos futuros conjuges, ut infra substituendos, & eligendos*, quia licet Testator in illis præordinasse videatur futuram conjugum substitutionem, nihilominus in eadem periodo declaravit se nondum substitutionem perfecisse, sed perficiendam reservasse in sequenti oratione, ut aperte demonstrat clausula illa, *ut infra* expressam præseferens relationem ad dispositionem inferius ordinandam, Gratian. *discept.* 575. *n.* 28. aliique allegati in 18
secunda decisione, §. *verum quidquid sit*; quamobrem dum ista subinde revera completa fuit in alia periodo undequaque perfecta manifestum fit, quod dictio illa *nam* denotare amplius nequit consecutivam, seu accessoriam rationem dispositionis, nondum factæ, sed stando dispositive, & principaliter de per se, independentem inchoat substitutionem, 19
ut prosequitur *eadem dec.* 159.

Nec majoris efficacię reputatum est argumentum ductum ab identitate rationis elicitæ ab absurdo, Primo, quia hæc intercedere minime posse visa est inter præfatas substitutiones, cum vocatio Malchiavelli concepta legatur in casu non existentiæ lineæ de Pandinis, & expiret statim, ac illa extiterit; substitutio vero sponsorum, nedum facta sit in casu, quo tam linea de Pandinis, quam Malchiavelli non extiterint, sed etiam in alio omnino contrario actu, videlicet, quo utraque ex prædictis lineis incœperit, & postea defecerit, quo fit contrarias hasce dispositiones pendere non posse ab una eademque ratione, & conditione, sed unamquanque stare de per se ex regula, quod in contrariis unum ab alio pendere non potest, Rot. cor. Cerro *d. dec.* 409. *n.* 15.

Secundo, quia simile argumentum semper rejicitur, quan- 20
do contra illud militat aperta, & literalis dispositio Testatoris, qui citra ullum inconveniens clare determinare potest unum casum altero relicto dispositioni juris, & hoc objectum confutando in nostris præcisis terminis consuluit Fusar. *cons.* 9. *sub n.* 25. Quinimo si hujusmodi argumento lo- 21
cus esse posset in nostra hypothesi, certe eo nulla ratione uti possemus ad destruendam fideicommissariam substitutionem literalem, sed potius ad interpretandam, & ex verisimili mente Testatoris elicita a simili absurdo, declarandam in fideicommissariam substitutionem Malchiavelli, quæ sonare videtur in vulgarem, ex traditis per Rotam coram 22
Coccino *dec.* 564. *n.* 10. eo ferme modo, quo ad inducendam vocationem personæ magis dilectæ illo usa est, Rota coram me *in d. Bononien. de Ghisellis*.

Et ita Dominis, amplius non immorantibus frivolo, futilique objecto desumpto ex non adimplemento matrimonii, aliisque levioribus difficultatibus, responsum fuit utraq; &c.

R. P. D. URSINO.

Perusina Fideicommissi de Floribus.

Ven. 20. *Martii* 1690.

ARGUMENTUM.

Substitutio pupillaris per Patrem filio impuberi facta Matrem excludit a legitima, etsi pupillaris sit tacite contenta in compendiosa, ut ex Card. de Luca *de Fideic. disc.* 123. in cujus ornatum præsens decisio demonstrat nedum ipsius regulæ veritatem, sed etiam conjecturas, ex quibus pupillaris deprehendi valeat substitutio, quæ Matrem apta sit excludere. Testator filiis dotem prælegans non per modum particularis separationis bonorum, sed per modum universalis successionis & distributionis hæreditatis jam fideicommisso subjectæ; quod censeatur voluisse, quod bona distributa veniant sub generali restitutione fideicommissi, probat Card. de Luca *de Fideic. disc.* 132. idque & tradit præsens decisio.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissario datur immissio in vim l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollen. si fideicommissum illiusque purificationem ostendat, & bonorum identitatem concludat, & n.* 2.

2 *Prælegatum hæredi fideicommissario relictum nullo in eo scripto onere non venit sub generali fideicommissi restitutione.*

3 *Declara, ut conclusio procedere quidem possit, si legatum sit ordinatum per viam particularis bonorum separationis;*

tionis; secus si per modum successionis universalis, & distributionis hereditatis jam fideicommisso subjectæ, quia tunc venit in ejusdem fideicommissi restitutione, etsi distributio facta sit ex causa dotis, & n. 5.

4 *Testator integrum dividens patrimonium, etsi divisionem fecerit per viam prælegati, aperte ostendit voluisse bona divisa in fideicommissi restitutione comprehendere quoties juxta Testatoris credulitatem, totum patrimonium in parte fuerit divisum.*

6 *Comprehensio legati in fideicommisso quoties aperte constat, non sunt in consideratione habendæ conjecturæ quæ proponantur ad concludendam illius non comprehensionem.*

7 *In legitima imputantur omnia, quæ legitimarius capit ex judicio Testatoris.*

8 *Trebellianica dicitur prohibita, si Testator limitatam concesserit heredi facultatem, de certa tantum re disponendi, cum id operetur ac si Testator dixisset, quod alia bona integra absque diminutione deberent restitui, & n. 9.*

9 *Legitima matris non debetur in luctuosa filii hereditate, si filius in pupillari decesserit ætate, & a patre fuerit in Testamento substitutio pupillaris demandata.*

10 *Pupillaris substitutio etiam ad exclusionem matris dicitur scripta, si post universalem institutionem Testator dixerit,* che in caso di morte di ciascheduna di dette figlie nella minore età, una succeda all' altra.

11 *Verbum* succeda *in substitutionibus quoties non respicit res, sed personas, est directum.*

12 *Verbum* succeda *connumeratur inter verba communia.*

13 *Mater excluditur a legitima etiam per pupillarem contentam in compendiosa.*

14 *Substitutio pupillaris contenta in compendiosa resolvitur in fideicommissariam, matre existente in medio.*

15 *Id tamen procedit quoties Testator ad propria tantum bona substitutionem restrinxerit; secus si nulla facta mentione propriæ hereditatis simpliciter substitutionem compendiosam ordinaverit.*

16 *Matris exclusio eo magis procedit, si ultra regulas generales suadentes pupillarem substitutionem concurrant conjecturæ, quæ illam concludant.*

17 *Testator in substitutione facta filio pupillo expressam faciens mentionem minoris ætatis, quæ comprehendit etiam ætatem pupillarem, dicitur substitutionem pupillarem ordinare voluisse.*

18 *Ex substitutione pupillari facta uni filio ea inducitur etiam quoad alium.*

19 *Ex legatis factis ejus uxori per Testatorem cum prohibitio, ne aliud prætendere valeat, oritur præsumptio substitutionis pupillaris.*

20 *Testator a tutela uxorem excludens & extraneos admittens dicitur illam etiam voluisse excludere a legitima, mediante substitutione pupillari.*

21 *Testator substituens filio extraneum, non autem uxorem, præsumitur scribere voluisse pupillarem substitutionem.*

22 *Clausula* omni meliori modo *indicat substitutionem pupillarem.*

DECISIO LXXXII.

1 PEtrus de Floribus masculina successione orbatus in ultimis tabulis quas exaravit die 14. Julii 1675. universales sibi fecit hæredes pro æquis portionibus Elisabetham, Barbaram, & Liviam illius filias, easque invicem, & reciproce substituit, tam in casu, quo illarum aliquæ in minori ætate, vel innuptæ decederent, quam in casu etiam, quo in sæculo nuberent, & sine filiis morerentur, concessa tamen sic decedentibus facultate disponendi de medietate *tantum* propriæ portionis, quæ ex dictis suis bonis hereditariis illis obtigisset in priori divisione. Omnibus autem filiabus sine filiis descendentibus substituit filios, & descendentes masculos Sebastiani fratris prædefuncti, & deficiente quoque ista linea masculina ad successionem invitavit tres tutores nominatos in dicto Testamento; Codicillos deinde condidit post quatuor dies, in quibus pro facilitandis nuptiis filiarum, quas exoptabat, mandavit ut de tempore matrimonii futuro sponso, cujusque ex eis assignaretur dos scut. 12000. cum supradote scut. 2000. si quid vero detractis dotibus, & supradotibus istis superesset, voluit æqualiter inter easdem dividi juxta dispositionem factam in Testamento, ad quod in omnibus, & per omnia se retulit, ut habetur *in Summ. n. 1. & 2.*

Mortuo Testatore, Barbara ultimo loco nata, prius naturæ debitum persolvit in pupillari, ætate, ejusque portio in vim reciprocæ substitutionis accrevit alijs duabus sororibus supervenientibus, ex quibus cum nuper locis usuram amiserit Livia uxor jam desponsata Francisco Mariæ Antinoro absq; filiis, & cum Testamento, in quo eundem Franciscum Mariam virum hæredem universalem instituit, Elisabeth altera soror superstes duplex Judicium instruxit adversus Antinorum. Alterum quidem super manutentione in possessionem medietatis bonorum hæreditariorum patris sibi post illius obitum obventorum, in quo mandatum obtinuit, approbatum per Signaturam Justitiæ cum clausula *sine prejudicio.* Alterum autem super immissione in possessionem alterius medietatis, alias obventæ quondam Liviæ sorori, & ab A. C. Thomato sententiam favorabilem reportavit, reservata tamen pro indiviso eidem Antinoro tertia parte ejusdem medietatis bonorum existentium, & calculandæ de tempore obitus quondam Petri fideicommittentis correspondente medietatis portionis Liviæ juxta priorem divisionem, de qua ipsa Livia facultatem disponendi habuit a Testatore; a qua quidem sententia interjecta appellatione ex parte Antinori, illiusque examine mihi delegato per Signaturã cum clausula *constito, quod sit locus Ægidianæ* disceptandum de more dedi dubium supradictæ commissioni conforme, & Domini dispositionem prædictæ constitutionis appellationem prohibentis in possessorio immissionis Judicio de plano intrare autumarunt in casu præsenti, in quo agitur inter personas laicas, & sententia immissionem concedens, quæ citra controversia est valida. Justitia autem probatur ex concursu omnium extremorum, quæ de jure desiderantur in remedio hic intentato vigore *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. tollen.*

Existentia enim fideicommissi illiusque purificatio ad favorem Elisabeth actricis clare resultat ex lectura Testamenti q. Petri de Floribus Patris, in quo ita dispositum fuit, *in evento poi che una, ò più, o tutte si maritassero, e morissero senza figliuoli, in tal caso voglio, che à ciascheduna maritata, che morirà senza figlia sia lecito di disporre della metà, tanto della parte toccat alì nella prima divisione, senza però disporre di cosa alcuna di tutto quello, che gli fosse in qual si voglia modo pervenuto della mia Eredità, per la morte delle altre Sorelle. Nel resto poi, che resterà di detta mia Eredità voglio, che succedano le sopraviventi mie figlie, e loro figli.* Unde cum Livia jam nupta Antinoro decesserit sine filiis (excepta medietate propriæ portionis, illi obventæ in prima divisione, & per sententiam A. C. præservatæ ejus hæredi) totum residuum devolutum fuit ex literali dispositione ut supra relata ad Elisabeth alteram sororem unice supervivente; Cumque de identitate bonorum fideicommissariorum modo quæstio non cadat, sententia utique immissionem actrici concedens in genere ad bona provenientia ex hæreditate ejusdem fideicommittentis detegitur undique Justitia, & in concessa stabilitate munita, ex firmatis in specie per Rotam *decis.* 108. *n.* 1. cor. Celso, *& in Romana hæreditatis 9. Februarii* 1680. §. *fin.* coram me. 2

Nec de injustitia redargui illa valet ex eo, quod ultra tertiam partem non concesserit Antinoro retentionem pro detractione dotis, ejusque augmenti in summa scutor. mill. in Codicillis a Patre constituti ad favorem Liviæ ejus Actricis; quæ quidem dos cum fuerit simpliciter prælegata absque expresso vinculo fideicommissi sub eo non cadat, & consequenter nec sub illius restitutione nunc veniat, juxta dispositionem Textus *in l. mulier* §. *mulier* §. *Cum proponeretur ff. ad Senat. Consult. Trebell. & in* §. 1. *auth. de restitut. & ea quæ par. in vend. mens.* & tradit. Peregr. *de fideic. art.* 7. *sub n.* 38. *vers. Item quia.* 3

Etenim Testator in Codicillis designavit dotem filiabus non per modum prælegati, & particularis separationis bonorum in specialem causam dotis, sed per modum successionis universalis, & distribuit hæreditatem jam fideicommisso subjectam in causam dotis potius demonstrative pro faciliori nuptu filiarum, quam dispositive ad effectum recedendi a substitutionibus factis in Testamento, ut patet ex Codicillis dotis *in summ. Actricis n.* 2. *Volendo, che il restante del frutto che si caverà tanto da questo Capitale di sc.* 15. *mil. quanto d' altro che fosse spettante alla mia Eredità sopra li detti tre per cento vadi in utilità delle altre figlie, e*

delli loro sostituti da me nel mio Testamento &c. dichiarando, che all'altre mie figlie, vivendo in tempo da maritarsi, ò monacarsi si debba dare il restante della mia Eredità, la metà per ciascheduna fino, che loro ancora potendo, ottenghino la medema dote, e sopradote. In evento poi che sopravanzasse della mia Eredità alli scudi 15. mil. per ciascheduna, cosa, allora voglio che il sopravanzo si divida ugualmente trà tutte le mie figlie, che viveranno in detto tempo di matrimonio, ò monacato, come hò disposto in tutto per tutto &c. Quibus quidem attentis, cum dicta dos succedere noscatur in locum portionum hæreditariarum, venit sub restitutione fideicommissi, ne alias istud in totum eversum, & elusorium reddatur, ex Textu *in l. Quod ergo 92. ff. de legat. 1.* ibi *Plane si pluribus filiis institutis inter eos verbis legatorum bona diviserit*, & tradunt Peregr. *de fideic. art. 7. nu. 61.* ubi hæc nuncupat prælegata divisoria, Fusar. *de substit. p. 650. n. 74. & seq.* 124. Card. de Luca *de fideic. disc.* 131. Alter de Luca ad Grat. *discept.* 396. *n. 24. in fin. & discept. 404. sub n. 8. vers. Conjecturæ*, Magon. *dec. floren. 25. vers. 12. & seq.* & Rota Bononien. apud Actolin. *ref. 16. n. 51. & resol.* 106. *n.* 28. & Rota *in dec.* 847. *n.* 10. cor. Buratt. *& dec. 289. n. 9.* & cor. Priol. *& in rec. dec. 241. n. 9. 13. & seq. par. 15. dec. 408. n. 7. p. 12. & dec. 140. & 8. & seq. p. 15.*

4 Eoque magis dum pro restitutione assistit aperta Testatoris voluntas ex duabus circumstantiis elicita; altera scilicet quod hujusmodi dotes in summa sc. 14. mil. singulis filiabus assignatæ majorem partem hæreditatis absorbet. Quinimo ipse Testator valde dubitavit, an vires hæreditatis essent sufficientes ad comprobandam totam quantitatem dotium, ut supra constitutam. Unde eum juxta credulitatem Testatoris totum patrimonium fuerit in partes divisum, tametsi id actum fuerit per viam prælegati, remanet adhuc ex Testatoris voluntate obnoxium fideicommisso, ut in terminis dotis docet Merlin. *de legit. l. 3. tit. 1. q. 9. n. 43.* Boss. *de dot. cap. 3. n. 14.* & Rota *in supracitata dec. 408. n. 7. p. 12. rec.*

5 Altera autem, quod idem Testator in Codicillis expresse mandavit, quod capitale dotis constitutæ Dom. Elisabeth in summa scutorum 14. mil. separari non debeat a negotio Drogasiæ, sed quod istud teneretur eisdem solvere fructus, qui ex dicto capitali retraherentur ad rationem trium pro quolibet centenario, si reliquos fructus tam ex dicto capitali ultra rationem trium pro centenario, quam ex aliis effectibus suæ hæreditatis cedere jussit una cum residuo hæreditatis ad commodum aliarum filiarum, & earum substitutorum in casu mortis, ut habetur *in d. Summ. n. 2.* Ex quibus clare patet, quod Testator in dictis dotibus voluit conservare fideicommissum ordinatum in Testamento, nedum ad favorem filiarum superviventium, sed etiam aliorum substitutorum, quo expresses in Codicillis vocavit. Concurrente autem tam tacita, quam etiam expressa voluntate Testatoris, nulli dubium est, quin dotium prælegata veniant sub restitutione fideicommissi, ut firmant Boss. *de dot. cap. 7. n. 14.* ubi alii concordantes, & Rota *dec. 140. nu. 12. & dec. 308. n. 1. p. 15. rec.*

Atque hinc elisæ prorsus remanent omnes conjecturæ ex parte Antinori deductæ ad suadendum exemptionem dd. dotium a nexu fideicommissi. Nam cum clare hic constet de contraria mente Testatoris hucusque explicata, non est recurrendum ad generales præsumptiones, & conjecturas,

6 neque ad subauditos intellectus, ex monito Text. *in l. ille aut ille ff. de legat. 3.*

Multoque minus injustitia ejusdem sententiæ deduci valet ex eo, quod Antinoro concessa non fuerit retentio, nec pro detractionibus eidem competentibus ex propria persona pro legitima, & Trebellianica ascendente ad semissem, idest ad medietatem portionis, quæ obtigit Liviæ ejus Auctrici, Nec etiam pro aliis similibus spectante ad Barbaram alteram sororem prædefunctam, cui ab intestato dimidiatim successit D. Livia, Neque demum pro medietate tertiæ partis debita Barbaræ vigore facultatis disponendi sibi per Testatorem concessæ,

Etenim detractiones legitimæ, & Trebellianicæ ex persona Liviæ prætensæ nullo modo debentur. Non legitima remansit superabunde consumpta in medietate uniuscujusque portionis, de qua ipsis a Testatore concessa fuit facultas libere disponendi, quæque uti proveniens ex substantia, & judicio Testatoris imputanda venit in eam, ad Text. *in leg.*

7 *scimus §. Replicationem, C. de inoffic. Testam.* Gabriel. *cons. 108. n. 7. vol. 2.* Surd. *cons. 382. n. 9.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. dec. 1. nu. 5. & seq. & dec. 5. num. 8.* & Rota *dec. 568. n. 6. & 7.* coram Ludovis. *& dec. 1365. n. 6. in fin.* coram Seraph. *& dec. 584. la 2. n. 25.* coram Dunoz. Jun. *& dec. 168. num. 2.* cor. Bich. *& in recent. dec. 181. numer. 14. part. 14.*

Trebellianica autem prohibita tacite fuit, dum Testator facultatem disponendi de dicta medietate concessit cum verbis taxativis ibi *sia lecito disporre della metà, tanto della sua portione toccatali nella prima divisione*, quæ cum sint limitativa, & prohibitiva cujuscunque alterius quantitatis, idem operantur, ac si Testator dixisset, quod altera medietas deberet restitui tota, & integra sine diminutione, ex firmatis per Rot. *in decis. 2020. n. 4. & seq. & dec. 2064. a n. 1. cum seqq.* coram Coccin. Maxime dum immediate mandavit residuum dictæ portionis, idest alteram medietatem restitui substitutis, ibi *nel resto poi, che resterà di detta mia Eredità cioè nell'altra metà, voglio, che succedano le sopraviventi mie figlie, o loro figli*, Cum enim Testator certam portionem permiserit taxative detrahi, vel alienari a gravato, & residuum restitui mandaverit substitutis, Trebellianicam sine dubio prohibuisse dicitur, Bald. *in l. cum Patrem C. de jur. dot. & cons. 270. n. 4. l. 5.* Alex. *cons. 201. n. 19. vol. 7.* Peregr. *cons. 68. n. 18. vol. 2. & in tractatu de fideic. art. 3. n. 111.* Merlin. *de legit. l. 1. tit. 3. q. 1. n. 31.* Conciol. *alleg. 42. n. 23.* Gabriel. *com. conclus. tit. de Trebell. conclus. 7. n. 1.* Menoch. *de præsumpt. l. 4. præsumpt. 198. n. 17.* Mangil. *de imputat. q. 113. n. 13.* Petr. *de fideic. q. 15. n. 119. vers. Decimum tertium exemplum*, Cyriac. *controv. 11. n. 23.* & Rota coram Cocc. *d. dec. 2020. n. 4. & seq. & dec. 2064. a n. 1. & per totum, ac in rec. dec. 124. n. 4. & seq. p. 6. & decis. 4. a n. 7. p. 16. & dec. 92. n. 1. & sequent.* coram Ubald. *& decis. 462. n. 15. in fin. & 16.* apud Merlin. *de legitima.*

Super portione denique Barbaræ nulla pariter competit 8
Liviæ detractio, nec ex persona propria, neque etiam ex persona matris. Non quidem ex propria, quia ipsa successit quidem in medietate dictæ portionis sororis prædefunctæ in vim reciprocæ in Testamento ordinatæ, sed facultatem non habuit de ea disponendi ad favorem viri ejus hæredis, quippe quæ expresse illa fuit interdicta per Testatorem, qui in hoc casu voluit, & prohibuit, quod illa filia, quæ decederet sine filiis de nihilo penitus disponere posset de toto eo, quod quocunque modo ad illã pervenisset per mortem aliarum sororum: minusque competit detractio aliqua ex persona matris communis viventis de tempore obitus Barbaræ; nam etsi isti regulariter debeatur legitima, & Trebellianica in bonis filiæ prædefunctæ, nihilominus ubi, prout hic, filia decedit in pupillari ætate, & a Patre demandata fuit substitutio pupillaris in Testamento, integra illius portio venit in restitutione fideicommissi, non obstante existentia matris, per Text. *in cap. si Pater de testam. in 6.* Fusar. *de substit. q. 156. & q. 340. utrobique n. 12. & q. 242. n. 16. & seq.* Peregr. *de fideic. art. 34. n. 39.* Merlin. *de legit. l. 3. tit. 2. q. 74. n. 8. & 12.* Gobb. *consult. 50. n. 53.* Spad. *cons. 315. per tot. vol. 3.* 9
Thesaur. *lib. 3. q. 70. n. 1. & seq.* & Rota coram Peuting. *dec. 493. n. 6. & inter rec. dec. 120. per totam p. 7. & dec. 334. a num. 3. part. 15.*

Pupillaris autem substitutio in casu præsenti satis inducta dicitur ex verbis illis post universalem institutionem hæredum adjectis in Testamento *che in caso di morte di chiascheduna di dd. figlie nella minorità, e non ancora maritate l'una succeda all' altra reciprocamente*-- hæc enim substitutio, si- 10
ve concepta dicatur per verba directa, quale ab aliquibus reputatur verbum illud *succeda*, quoties prout his respicit personas, non autem res, ut post plures tradit Spad. *cons. 325. n. 5. vol. 3.* Bellon. *de jur. accrescent. cap. 7. q. 3. n. 212.* de Lu- 11
ca ad Gratian. *discept. 407. n. 15.* & Mantic. *decis. 367. n. 8.*
sive etiam per verba communia, inter quæ alii enumerant il- 12
lud verbum *succeda*, ut per Grat. *discept. 407. n. 6.* Bellon. *ubi supra n. 206. cum seq.* & Buratt. *dec. 84. n. 12.* cum contineat mentionem mortis super, & utrobique continere dicitur substitutionem, compendiosa tametsi deficiat dictio *Quandocunque*, & hæc compendiosa continet etiam pupillarem, quæ excludit a legitima, ut optime in his terminis 13
firmant Pereg. *de fideic. art. 34. sub n. 39. vers. contra matrem*, Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. q. 14. nu. 8. & 22. & per totum*, & Fusar. *de substit. q. 242. sub n. 19. & pluribus seq.* & de magis communi, & veriori sententia testatur Spada *cons. 225. per tot. vol. 3.* Altograd *cons. 91. a n. 99. cum seq. vol. 1.* Buratt. *dec. 84. n. 6.* Coccin. *dec. 717. n. 9.*

Nec obstat, quod substitutio compendiosa non contineat pupillarem, & resolvatur in meram fideicommissariam, quoties, ut in præsenti, mater existit in medio, ne ista censeatur exclusa a luctuosa filii hæreditate, ex traditis per bon. mem. Card. de Luca *de fideic. disc. 124. n. 4. et seqq.* & Rot. *dec. 183. n. 6.* cor. Carillo.

Tum quia Testator se non restrinxit ad bona propria, neque

neque ad illa substitutos vocavit, in quibus terminis proce-
dunt superius relatę authoritates, sed nulla facta expressione
de sua hæreditate simpliciter, & absolute mandavit, -- *che*
15 *in caso di morte di chiascheduno l'una succeda all'altra reci-*
procamente, sicque non res, sed personas respexit, quo ca-
su facilius pupillaris inducta censetur sub compendiosa, ad
tradita per Peregr. *de fideic. art.* 34. *n.* 37. Fusar. *de substit. q.*
242. *n.* 6. *& seq.* Christophorus Medic. *dec. Senen.* 69. *n.* 44.
& seq. & Rota *dec.* 717. *n.* 29. *& seq.* cor. Coccin.
Tum quia plures aliæ hic concurrunt urgentissimæ con-
jecturæ suadentes, patrem voluisse facere substitutionem pu-
pillarem, quæ omnem removent dubietatem, ut alias di-
16 xit Rota *dec.* 369. *n.* 9. *in fin.* cor. Mantic. *dec.* 84. *n.* 10. cor.
Buratt. *dec.* 717. *n.* 10. cor. Coccin. *& dec.* 424. *n.* 21. *& decis.*
448. *sub n.* 10. *vers. sed visa*, cor. Dunoz. Jun.
Primum quippe conjiciendi locum præbet expressam men-
tio minoris ætatis, quam Testator fecit, cum tres ejus filias
in pupillari ætate existentes invicem, & reciproce substituit,
inquiens - *In caso di morte di ciascheduna nella loro minore*
età, & non ancor maritate. Cum enim hæc verba sint apta
comprehendere nedum minorem sed pupillarem ætatem,
censetur Testatorem respexisse ad utrunque tempus, sicque
etiam ad casum præmorientiæ filiarum in ætate pupillari, in
qua existebant de tempore conditi Testamenti, Mantic. *dec.*
17 367. *n.* 1. *vers. cum vero*, & Dunoz. Jun. *dec.* 434. *n.* 18.
Secunda oritur, ex quo substitutę sunt alię filię Testatoris,
quæ prædilectæ præsumuntur, hanc esse validissimam conje-
cturam, testatur Fusar. *de substit. q.* 242. *n.* 60. *cum seq.* Mer-
18 lin. *de legit. l.* 3. *tit.* 2. *q.* 14. *n.* 24. Rota *divers. dec.* 181. *n.* 1.
& 2. *p.* 2. Dunoz. Jun. *d. decis.* 424. *n.* 22. *& dec.* 448. *sub n.*
10. *vers. Quibus non obstat*, Peregr. *dec.* 493. *n.* 8.
Tertia desumitur ex eo, quod matri fuit per Testatorem
provisum per plura legata; & inter cetera de victu, vestitu,
& famulatu. Quæ cum fuerint expresse relicta cum condi-
tione, *ut nihil aliud prætendere possit*, dicuntur utique facta
in compensationem exclusionis ab hæreditate filiæ ob pręor-
dinatam pupillarem substitutionem, Merlin. *de legit. q.* 24.
19 *nu.* 54. *& seq.* Fusar. *de substit. q.* 157. *n.* 19. *& q.* 242. *nu.* 54.
& seq. & Peregr. *de fideic. art.* 34. *nu.* 42. Cyriac. *contr.* 241.
n. 29. *& seqq.* & Rota coram Peutinger. *dec.* 493. *n.* 5. *&* 9.
coram Cocc. *dec.* 717. *n.* 24. *& seq.*
Quarta habetur, ex quo mater fuit exclusa a tutela, &
cura filiorum impuberum destinatis extraneis, quod pro
vehementi conjectura ponderant Merlin. *de legit. l.* 3. *tit.*
q. 14. *num.* 35. Mant. *dec.* 367. *num.* 12. & Rota *div. dec.*
20 181. *num.* 3. *p.* 2.
Quinta denique resultat; ex quo post mortem filiorum
substituti fuerunt Tutores, non autem mater, Dunoz. Jun.
21 *dec.* 424. *n.* 25. & melius *in dec.* 448. *n.* 10. *vers.* 3. *& seq.*
Ex his superaddi potest clausula *omni meliori modo* quę
licet adjecta in fine Testamenti simul juncta cum aliis pluri-
mum etiam confert ad effectum de quo agitur Peregr. *de fi-*
22 *deic. artic.* 33. *n.* 37. Fusar. *de substit. q.* 242. *vers.* 135. *cum*
seq. Christoph. Medic. *dec. Senen.* 69. *n.* 47. *vers.* 3. *cum plu-*
ribus seq. Caren. *res.* 78. *n.* 13. & Rota *divers. dec.* 181. *sub*
num. 5. *&* 6. *part.* 2.
Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Perusina Fideicommissi de Floribus.

Ven. 9. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Est decisio alterius confirmatoria & in ea superadditur con-
clusio, quod alienata per Hæredem etiam ex permissione
Testatoris in ejus detractiones imputentur, quodque Tre-
bellianica censeatur prohibita ex permissione alienandi
certam partem Hæredi cum verbis taxativis tributa.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio Ædigianæ Constitutionis minime intrat in causa, in qua reperitur Clericus.*
2 *Prælegata remanent obnoxia restitutioni fideicommissi, si ita Testator tacite, vel expresse voluerit.*
3 *In legitima imputatur omne id, quod ex substantia & Judicio Testatoris percipitur.*
4 *Facultas alienandi per Testatorem hæredi attributa, non est intelligenda ultra detractiones, sed ut alienata in ipsas detractiones imputentur.*

5 *Trebellianica potest etiam filiis primi gradus tacite prohiberi.*
6 *Trebellianica dicitur prohibita, si Testator alicujus tantum partis hæreditatis alienationem permiserit.*
7 *Statutum Perusiæ defert dotale lucrum marito in tertia parte dotis mulieri constitutæ.*
8 *Bona, quæ alienari permittuntur, libera reputantur.*
9 *Lucrum dotale non potest ex bonis fideicommisso obnoxiis detrahi existentibus bonis liberis.*
10 *Ex Statuto Perusiæ lucrum dotale censetur cum largitate Testatoris compensatum.*
11 *Idque etiam admittitur ex dispositione juris communis.*

DECISIO LXXXIII.

Decisio coram me edita, die... Martii proxime præteriti in hodierna Causæ repropositione, novo subjecta examini visa est Dominis reformanda in ea parte, in qua denegans in hoc possessorio immissionis Judicio appellationem a priori sententia firmat locum esse Ægidianæ. Præsuppositum enim in ea habitum, quod ageretur inter personas laicas, insubsistens apparuit ex literis testimonialibus Ordinarii Perusini super Clerico Antinori Rei conventi per istum exhibitis in hodierna audientia, nec non ex fide incessus in habitu, & tonsura Clericali, eoque exinde sublato, palam fit dispositionem Ægidianæ Constitutionis, appellationem prohibentis, tanquam jurisdictione in Ecclesiasticos penitus destitutæ, in hac Causa intrare minime posset, ut constanter tenuit *in dec.* 215. *num.* 1. *&* 6. coram Buratt.
& in rec. dec. 117. *n.* 2. *& seq. p.* 13. *& alibi passim.* 1

In alia vero parte, qua canonizata fuit Justitia sententiæ A.C. Thomati immissionem concedentis Elisabethæ in medietatem bonorum hæreditariorum patris relictorum, per Liviam sororem sine filiis prædefunctam, reservata Antinoro illius viro, & hæredi Testamentario medietate proprię portionis ipsi Liviæ obventæ in prima divisione, de qua disponendi facultatem habuit a Testatore; approbarunt fundamenta decisionis DD. innixa literali, & plane incontrovertibili fideicommissi ejusdem patris, pro quibus debilitandis vel evertendis haud satis fuerunt alias rejectæ, & nunc denuo repetitæ detractionum exceptiones, quas ad effectum retentionis ex persona prædictæ Liviæ objiciebat idem Antinorus bonorum possessor.

Etenim excepta detractione respiciente portionem Barbaræ alterius sororis in pupillari ætate defunctæ, cui dimidiatim successisse contendebatur Livia Antinori Auctrix, quam Domini inter se non satis concordes in suspenso reliquerunt particulari examini reservantes, quoad cæteras omnino indebita visa fuit retentio per eundem Antinorum opposita. Nam prior detractio prætensa ex causa dotis, ejusque argumentum in summa scutor. 14. mil. eidem Livię prælegatæ in Codicillis paternis rursus apparuit incompetens ex rationibus fuse deductis *in priori hujus Causæ dec. in* §. *nec de injustitia*, *& seq.* quia nempe pater etsi dotes assignaverit filiabus in Codicillis per viam prælegati, non ideo tamen voluit illas esse præcipuas, & exemptas a nexu fideicommissi, dum prælegatum istud ordinatum nō fuit per modum separationis ortum ab hæreditate, sed tantum divisionis bonorum universitatis inter filias in causam dotis, distributa unicuique earum proportione ad magis alliciendos, qui contraherent nuptias cum illis. Ponderata pręsertim in hunc sensum duplici circumstantia circa, quam informantes pro Antinoro nihil validum deducebant, quod nempe istæ dotes trium filiarum in scutis 14. mil. pro singulis majorem hæreditatis partem absorbebant, quodque idem pater in codicillis super fructibus tam Capitalis designati pro dote Elisabethæ excedentibus rationem trium pro centenario, quam aliorum quorumcunque effectuum suæ hæreditatis, onus fideicommissi adjecit favore aliarum filiarum, earumve substitutorum in casu mortis; Ex quibus dum clare constat de voluntate Testantis tam tacita, quam etiam expressa comprehendendi hujusmodi dotes, earumque, & aliorum sub fideicommisso in Testamento ordinato, limitata remanet regula, *quod prælegata restitutionis fideicommissi obnoxia non sint*. Rot. coram Buratt. *dec.* 167. *n.* 8. *& seq. & p.* 15. *dec.* 304. *n.* 1. *& p.* 19. *dec.* 356. *n.* 4. *in rec.*

Alias itidem detractiones ex causa legitimæ, & Trebellianicæ secundo expetitas ab Antinoro ex persona Liviæ secundo quoque denegandas DD. censuerunt, quia respectu legitimæ, licet ista nunquam fuerit prohibita, non servata cautela Soccini, ex quo tamen Testator eidem facultatem concessit libere disponendi de medietate portionis sibi ex prima bonorum divisione obtingentis, & hac licentia usa

fuerit Livia instituendo virum hæredem, in eam idcirco medietatem imputanda venit legitima sibi debita, in quam absolutum in jure est computari omne id quod ex substantia, & judicio Testatoris præcipitur, ex allegatis *in mea priori dec. §. etenim detractiones*.

3 Quibus non obluctatur consilium Soccini sen. 31. *n.* 10. *vers. nec secundo loco vol.*4. ex cujus auctoritate firmari contendebatur, quod dicta facultas alienandi per Testatorem hæredi attributa intelligenda sit ultra detractiones, quas filius, & hæres fideicommisso gravatus detrahit circa hanc facultatem hominis ex sola legis dispositione; Tum quia prædictum Soccini consilium sequitur in casu, in quo indefinite data fuerit alienandi licentia cum illa additione *non obstante substitutione*; Tum etiam quia illud in foro nunquam potuit obtinere, ut patet *ex cons.* 226. *vol.* 6. *Alex.* qui in eodem Soccini casu contrarium consuluit, ac etiam declarat Grat. *cons.* 126. *vol.* 2. sed ubique

4 prævaluit contraria sententia, nempe, alienatam ex permissione Testantis imputentur in detractiones, quam post alias firmant Merlin. *de leg. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 5. *n.* 8. *& seqq.* Peregr. *de fideic. art.* 38. *num.* 12. *vers. contrarium tamen* Fusar. *de substit. q.* 546. *nu.* 10. *& seq.* Mangil. *de imputat. q.* 136. *n.* 58. *vers. quem tamen, & dictum fuit in Ravenaten. fideic.* 12. *Januarii* 1682. *§. nec evitari*, cor. R. D. meo Decano.

Respectu vero Trebellianicæ subsistit pariter responsio decisionis: *in §. Trebellianica*, quod scilicet Testator illam tacite prohibuerit, prout certum est, facere potuisse etiam erga filios primi gradus, juncta inconcussa sententia, quam hucusque est amplexa, cor. Cassador. *dec.* 4. *de Testam.* cor. Crescent. *dec.* 2. *eodem tit.* cor. Seraph. *dec.*

5 533. *n.* 8. coram Greg. *dec.* 411. *n.* 10. coram Merlin. *dec.* 383. *n.* 14. *& post alteram* Merlini *de legit. dec.* 562. *n.* 16. & cor. Sanctissimo *dec.* 36. *n.* 3. *& alibi sæpe*, quam prohibitionem ex elatis Testamenti verbis desumptam, elidere non potuerunt decisiones, in quibus scribentes pro Antinoro magno prinsistebant *in Spoletana hæreditatis de Ranaldis* 8. *Aprilis* 1680. *& 9. Maii* 1680. cor. clar. me. Card. Matthæjo,

Inapplicabiles nanque visæ sunt, cum in eis ultra præceptum restituendi simpliciter residuum nulla adessent verba taxativa, & limitativa facultatis alienandi certam partem assis hæreditarii, quæ tamen ocularitet concurrunt in casu præsenti ibi- *Sia lecito di disporre della metà tanto della sua portione trovatali nella prima divisione*. ex quibus clare depromitur Testatoris voluntas, ut coarctata facultate ab eo tradita disponendi ad hanc medietatem tantum perinde habeatur, ac si expresse jussisset, quod altera medietas esset substitutis porrigenda tota, & inte-

6 gra absque ulla prorsus diminutione, ex bene firmatis per Rotam *in decis.* 2020. *n.* 4. *& seq. & decis.* 2064. *nu.* 1. *& seq.* coram Coccin. *ubi concordantes*.

Rejectis itaque detractionibus hisce ab Antinoro, ex persona Liviæ in medium prolatis, facilius videbatur rejicienda alia detractio lucri dotalis ex propria ejus persona prætensa, & noviter excitata vigore Statuti Perusiæ deferentis lucrum dotale marito superstitit in tertia

9 parte dotis mulieri constitutæ, quando quidem existentibus bonis propriis ipsius Liviæ, cujusmodi reputatur medietas illa, de qua libertatem disponendi a patre assecuta fuit, ex eis utique hi debet lucrum dotale favore viri, non vero ex bonis alienis nempe fideicommisso, & restitutioni subjectis, Castren. *cons.* 19. *vol.* 1. *& cons.* 43. *vol.* 2. Gratian. *discept. forens.* 245. *n.* 48. *& seq.* Peregr. *de fideic. art.* 42. *n.* 207. Fusar. *de substit. quæst.* 673. *num.* 17. ut late firmavit Rota *in Foroliv. lucri dotalis*, cor. Cels. *& novissime in d. Spoletana de Ranaldis* 8. *Aprilis* 1680. *§. fin.* coram bon. mem. Card. Matthæjo.

Et ulterius cum Livia de dicta medietate bonorum, quam liberam habuit, disposuerit ad favorem mariti lucrum dotale, quod est debitum omnino necessarium ex mera necessitate Statuti, censetur de jure compensatum cum portione ista, in qua Antinorus ab uxore hærede fuit institutus, ut literaliter disponit ipsum Statutum Perusinum relatum per Gilian. *in Verb. Dotis lucrum litera C. D.* cum quo etiam concordat dispositio Juris communis, ut notat idem Gilian. *ad d. statut. n.* 9. Roland. *de Lucr. Dot. q.* 90. *nu.* 8. *& seqq.* Menoch. *de præsumpt. leg.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 35. Rota cor. Cavaler. *dec.* 318. *n.* 1. *& in rec. p.* 13. *decis.* 79. *n.* 24. *& seq. & part.* 14. *dec.* 348. *n.* 7. *& seq.*

Et ita juxta modum superius expressum persistendum in decisis Domini existimarunt, utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Ariminen. Bonorum.

Ven. 16. *Maii* 1592.

ARGUMENTUM

In hac decisione agitur de eadem re, quæ habetur in præcedenti decisione, & plures connumerantur conjecturæ ad concludendam pupillarem expressam, ad effectum excludendi matrem a legitima.

SUMMARIUM.

1 Fideicommissario datur immissio, si constet de purificatione fideicommissi, & bonorum identitate.
2 Et remedium immissionis de casu competit etiam in vim utilis Salviani interdicti.
3 Pupillaris substitutio expressa excludit matrem a legitima.
4 Pupillaris substitutio expressa censetur facta qualem verba habeant respectum ad ipsam pupillarem ætatem.
5 Substitutio concepta verbis obliquis non continet pupillarem.
6 Etiamsi adsit mentio pupillaris ætatis.
7 Verba, si in pupillari ætate decesserit, important conditionem pro fideicommisso.
8 Verbum, accidere, est directum & facit pupillarem.
9 Declarantur Doctores, qui contrarium solent allegari, in quo casu procedant, & loquantur.
10 Ad dignoscendam, an Testator voluerit facere expressum pupillarem etiam ad exclusionem matris, ex conjecturis deprehendi potest.
11 Ex dinumeratione ætatis, & temporum considerata per Testatorem in substitutione cum expressione ætatis ante pubertatem desumitur ordinatio substitutionis pupillaris.
12 Si Testator uxori pinguia fecerit legata, præsumitur, illam a legitima in bonis filii, mediante substitutione, pupillari voluisse excludere.
13 Si Testator uxorem in nullo casu filio substituere voluerit, præsumitur, quod in substitutione facta in casu obitus filii in pupillari ætate exceptaverit excludere ipsam uxorem a legitima in bonis ejusdem filii favore substituti.
14 Mater censetur a legitima consecutione exclusa, si Testator voluerit, ut bona sine diminutione ad substitutum devenirent.
15 Substitutio facta favore piæ causæ præsumitur pupillaris expressa ad exclusionem matris a legitima.
16 Testator disponendo de suis bonis non censetur voluisse facere pupillarem substitutionem.
17 Verba, in bonis suis hæredem fecit, sibi substituit, & similia, non immutant formam & naturam pupillaris substitutionis.

DECISIO LXXXIV.

In supremo vitæ elogio, cum quo decessit Marcus Aurelius postquam Theresiæ uxori, & aliis personis plura fecit legata, ac sibi hæredem instituit Eleonoram filiam, in hæc verba disposuit: *In caso che questa mia herede si monacasse voglio, che sia ripartita l'heredità in due parti per metà, l'una delle quali resti à libera dispositione di essa mia figlia, e l'altra meza parte, come nel capitolo seguente, applicata in sollievo di poveri di Rimini. Quando poi morisse la mia figliuola prima di essere maritata, ò arrivare all'età adulta, in tal caso dispongo, e voglio, che tutto quello le lascio, e resta del mio, venga fondato, & investito in Rimini mia Patria sopra altri stabili, ò sopra altri mezi più sicuri, e de' frutti, che si caveranno da capitali, siano due terzi distribuiti annualmente frà li poveri bisognosi di detto Luogo con preferire però quelli della Casa, se ve ne saranno; l'altro terzo poi sia impiegato in beneficio dell'Hospitale di Rimini, come più parerà alli Sign. Deputati del medemo Hospitale, quali da me sono instantemente pregati (succedendo il caso accenato) di prender sopra di se l'affare, e dirigerlo con la conservazione de capitali, &c.*

Accidit autem, Eleonoram filiam, & hæredem obiisse in pupillari ætate annorum undecim, propter quod orta est controversia inter Theresiam matrem ex una, & Hospitale, ac pauperes Arimini ex altera, prætendente illa istorum substitutionem esse Fideicommissariam, non pupillarem, sicque ei deberi legitimam in prædictis bonis. Super quo introducto judicio coram A. C. contrariam passa est Sententiam, a qua ad Rotam devoluta appellatione, & commissa mihi causa dedi de more dubium, *An sit danda immissio, vel pro quarata*, & prodiit resolutio, dandam esse

esse immissionem Hospitali, & pauperibus Arimini in omnibus bonis a prædicto Marco Aurelio relictis.

Decidendi ratio resedit in eo, quod clara est substitutio ad favorem Hospitalis, & pauperum Arimini, ejusque purificatio per obitum Eleonoræ in pupillari ætate, ac etiam
1 incontravertibilis est bonorum identitas, quibus concurrentibus, immissio, vel ex remedio *l. finalis Cod. de Edict. Div. Andr. tollen.* vel utilis Salviani interdicti, concedenda est Rot. *dec.* 133. *num.* 1. *part.* 19. *rec.* & *alibi passim*.

Absque eo, quod competat Theresiæ deductio legitimæ
2 in prædictis bonis obventis Eleonoræ filiæ; Quia, cum dicta substitutio ad favorem Hospitalis & pauperum sit pupillaris expressa, excludit matrem in totum a filiæ impuberis successione, & ab ipsa legitima *cap. si pater §. fin. de testam. in 6. l. Lucius* 45. *ff. de vulg.* & *pupill. L. Papinianus*, § *sed neque ff. de inoffic. testam. l. precib.* 8. 6. *de impub.* & *aliis subst.* Peregr. *de fideic. art.* 34. *num.* 39. *vers. contra matrem* Fusar. *de substit. q.* 156. *per tot.* & *signanter num.* 14. Merlin.
3 *de legit. lib.* 3. *t.* 2. *q.* 14. *n.* 7. & 12. Graff. §. *Substitutio qu.* 30. *n.* 2. Grat. *discept.* 407. *n.* 5. & 32. Rot. *decis.* 307. *n.* 6. cor. Ubald. *dec.* 493. *n.* 6. cor. Peutinger. *dec.* 639. *n.* 3. *p.* 1. *dec.* 120. *n.* 1. & 16. *p.* 7. *rec.* & *in Perusina fideicommissi de Floribus* 10. *Martii* 1690. §. *super portione*, & *seqq.* coram R. P. D. meo Ursino.

Pupillaris autem substitutio expressa DD. probari visa est in præsenti casu ex illis verbis: *Quando poi morisse la mia figliuola prima di essere maritata, ò arrivare all' età adulta*, quæ idem importare existimarunt, ac si fuisset expressa forma pupillaris substitutionis, cum ista censeatur considerata, quoties verba habent respectum ad ipsam pupillarem ætatem, per text. *in* §. 1. Instit. *de pupill*, ibi, & *prius moriatur, quam in suam tutelam venerit, scilicet antequam*
4 *pubes factus sit leg. si ita scriptum* 8. *ff. bonor. possess. secund. tabul. l. qui habebat* 47. *ff. de vulgar.* & *pupill.* ibi: *Sed filia, si antequam nuberet decessisset*, ubi glos. ibi: *id est nubilis esset*, Ripa *in l.* 2. *n.* 38. *ff. eod.* Socc. sen. *cons.* 116. *num.* 4. *vers. multo fortius lib.* 1. Soccin. jun. *cons.* 113. *n.* 10. *l.* 1. Altogr. *cons.* 91. *n.* 1. *cum seq. lib.* 1. Matta *de success. legal. p.* 4. *q.* 32. *n.* 37. Mantic. *de conject. lib.* 5. *t.* 8. *n.* 8. *v. Quemadmodum*, Menoch *lib.* 4. *præsumpt.* 34. *n.* 8. *vers. nam conditio*, Rot. *dec.* 404. *n.* 13. & 18. *dec.* 448. *n.* 2. coram Dun. Jun. & *in d. Perusina*, §. *primum quippe*.

Nec sustineri potest, quod hæc substitutio concepta sit verbis obliquis, ac proinde fideicommissaria reputanda sit, non pupillaris, Fusar. *de subst. q.* 244. *num.* 7. & *cons.* 34.
5 *per tot.* Mans. *consult* 157. *num.* 14. Merlin. *de legit. libr.* 3. *tit.* 3. *tom.* 2. *q.* 4. *n.* 8. Rot. *dec.* 31. *n.* 7. *et* 10. *p.* 9. *rec.* quamvis adsit mentio pupillaris ætatis, eo quia, stantibus ver-
6 bis obliquis, verba: *Si in pupillari ætate decesserit* importent conditionem pro fideicommisso *l. cohæredi* 41. §. *cum filia ff. de vulgar.* Bald. *cons.* 120. *per tot. libr.* 2. Fusar. *de*
7 *substit. q.* 243. *et* 244. *n.* 37.

Quoniam contrarium apparuit ex verbis Testamenti ibi: *Come più parerà alli Signori Deputati, quali da me sono pregati di prendere sopra de se l' affare e dirigerlo con la conservazione de capitali nel modo, che stimeranno più pro-*
8 *fittevole per la povertà*, quæ indicant, Testatorem jure directo substituisse Hospitale, & pauperes, non jure fideicommissi, ex efficacia illius verbi *accipere* relati ad personas deputatarum, quod ex se non obliquum, sed directum est, & facit pupillarem, Bart. *in l. centurio n.* 163. *et* 21. *ff. de vulg. et pupill.* Odd. *de substit. compendios. p.* 5. *art.* 1. *Verbo accipiat.* Graff. §. *substit. p.* 5. *n.* 3. Guilielm. Benedictus *in cap. Raynutius p.* 2. *Verbo si absque liberis il* 2. *t. de compend. substit. d. q.* 244. *n.* 2. 14.

Neque contra hoc adduci potest Bald. *in l. precibus n.* 45. *C. de impub. et aliis subst.* cum cæteris, qui eum sequuntur relatis per Fusar. *ead. q.* 244. *n.* 9. Quia isti Authores disputant solum quæstionem. An substitutio in casu obitus fi-
9 lii in pupillari ætate ordinata per hæc verba: *volo bona mea vendi, et pretium distribui pauperibus* sit pupillaris, vel fideicommissaria, & defendunt contra Bartolum, eam esse fideicommissariam, præcipuum constituens fundamentum in eo, quod in prædictis verbis non subintelligatur verbum directum *accipiant*, quod subaudiri debere tenet Bartolus. Ideoque dum in præsenti casu expresse concurrit dictum verbum *accipiant*, inde est, ut etiam ex sententia Baldi, & sequacium, substitutio, de qua agitur, sit pupillaris.

Tanto magis concurrentibus conjecturis, quibus defertur ad effectum dignoscendi, Testatorem voluisse pupillariter substituere etiam ad exclusionem matris a legitima, Bartol. *in l. quærebatur*, & *ibi DD. ff. de milit. testament.* Curt. jun. *cons.* 290. *n.* 12. & *seq.* Andreol. *contr.* 7. *num.* 21. Card. de Luca *de fideic. disc.* 124. *num.* 5. *versic. evitatur*, 10
Mans. *consult.* 326. *n.* 35. *et seq.* Rot. *dec.* 717. *n.* 18. coram Coccin. *dec.* 181. *per tot. p.* 2. *div. dec.* 120. *a n.* 21. *p.* 7. *rec.*

Conjecturæ autem resultant. Primo, ex dinumeratione ætatis, & temporum considerata per Testatorem in substitutione cum expressione ætatis ante pubertatem ibi: *Quando poi morisse la mia figliuola prima di essere maritata, ò arrivare all' età adulta*; hoc enim casu præsumitur, Testatorem voluisse substituere per pupillarem intra tempus pupillaris ætatis, Bald. *in l. si quis ad declinandum* 37 *n.* 7. *versic. Sed ponamus C. de Episc. et Cleric.* Menoch. *libr.* 4. *præsumpt.* 56. *n.* 6. Fusar. *de substit. q.* 242. *n.* 88. *et* 93. Merlin *de legit. lib.* 3. *t.* 2. *q.* 14. *n.* 45. 11

Secundo ex legato usufructus omnium bonorum cum taxativa (*Sinchè il mio herede sarà in età adulta, e stato nubile, et essa mia Consorte resti nello stato Vedovile*, & ex aliis legatis florenorum 590. ac usufructus prædii tornaturarum 60. naturali vita durante eidem uxori, & matri respective relictis, quæ dicuntur facta in recompensationem ablatæ successionis, & legitimæ per pupillarem substitutionem Fusar. *cons.* 20. *n.* 13. Menoch. *d. præsumpt.* 56. 12
n. 25. *et* 26. Andreol. *d. contr.* 7. *n.* 22. Rot. *dec.* 493. *n.* 9. cor. Peuting. *dec.* 367. *n.* 12. coram Mantic. *dec.* 424. *n.* 23. *cum seq. dec.* 448. *n.* 11. coram Dunoz. jun. & tenuit etiam Bald. *contrariæ opinionis author. cons.* 417. *alias* 422. *vers. hic maritus providit uxori*, *lib.* 3.

Tertio, ex eo quod Testator nedum de casu mortis pupillæ antequam perveniret ad ætatem adultam, sed etiam casu quo Monialis efficeretur, non substituit uxorem, seu matrem pupillæ, sed semper substitutionem fecit ad favorem pauperum, cum hoc discrimine, quod in casu monachationis medietatem reliquit filiæ, alteram medietatem pauperibus. In casu vero quo decederet ante pubertatem, totam hæreditatem Hospitali, & pauperibus distribui mandavit, ex quibus indicatur voluntas Testatoris in utroque casu ex- 13
cludendi matrem a successione filiæ, Fusar. *de subst. q.* 242. *n.* 138. Rot. *dec.* 181. *n.* 5. *p.* 2. *div. d. dec.* 424. *n.* 22. *et dec.* 448. *n.* 11. *vers. tertia pariter*, coram Dunoz. jun.

Quarto, quia substitutio Hospitalis, & pauperum est in tota hæreditate, & toto eo, quod filiæ relinquebat, ibi (*tutto quello, che le lascio, e resta del mio*,) quod indicat, Testatorem voluisse, bona sine diminutione ad eos pervenire, quod utique non adimpleretur, si fieret detractio le- 14
gitimæ per matrem, ut ponderat Bald. *d. cons.* 417. *alias* 422. *vers. sed hic apparet de mente lib* 3. & notant Peregrin. *de fideicomm. art.* 34. *n.* 35. *et* 47. Fusar. *de substit. n.* 241. *n.* 66. *cum seq. et q.* 242. *num.* 104. *et* 108. Menoch. *d. præsumpt.* 56. *n.* 156. Andreol. *contr.* 7. *n.* 24. Rot. *decis.* 707. *n.* 14. cor. Cocc. *dec.* 424. *n.* 26. *et decis.* 448. *n.* 11. *versic. quarta denique*, cor. Dunoz. jun.

His accedit favor piæ causæ substitutæ, quæ ad matris exclusionem facit præsumere pupillarem, cum Testator plus censeatur diligere animam suam, quam uxorem, seu 15
matrem respective, Fusar. *d. q.* 241. *n.* 81. Peregr. *d. art.* 34. *n.* 43. Gratian. *discept.* 528. *n.* 11. Merl. *de legit. d. lib.* 3. *t.* 2. *q.* 14. *n.* 61. Rot. *ead. dec.* 717. coram Cocc. *n.* 27. & cor. Dunoz. jun. *d. dec.* 424. *n.* 25.

Tandem nihil referunt verba Testatoris ibi (*voglio, che tutto quello, che le lascio, e resta del mio*,) ex quibus scribentes pro matre deducebant, Testatorem disposuisse tantum de suis bonis, non autem pupillæ, & consequen- 16
ter substitutionem pupillarem exclusam remanere, & solum habere locum fideicommissariam, ex dictis per Merl. *de legit. eodem lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 14. *a n.* 16. Quoniam constito, ut in præsenti, de expressa pupillari probata nedum ex verbis, sed etiam ex urgentibus conjecturis supra relatis, sequitur, sub hac substitutione venire nedum bona Testatoris, sed etiam pupillæ, non obstantibus verbis *tutto il mio*, quæ sicut alia verba *in bonis suis hæredem fecit*, *sibi substituit*, & similia, non immutant formam, & naturam pupillaris substitutionis, Altograd. *d. consil.* 91. *num.* 32. *cum seqq. lib.* 1. Gratian. *discept.* 407. *num.* 21. *et d. discept.* 528. *num.* 13. *et* 36. Mantic. *de conject. libr.* 5. *tit.* 2. *num.* 22. Peregr. *d. artic.* 34. *num.* 45. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 48. *numer.* 12. Fusar. *de substitut. quæst.* 241. *numer.* 63. Rot. *decis.* 307. *numer.* 4. coram Ubald. *dec.* 84. *a num.* 6. *et dec.* 101. *num.* 3. coram Buratt. *d. decis.* 717. *n.* 30. cor. Cocc. & cor. Dunoz. jun. *eadem dec.* 424. *n.* 13. *et* 16.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. PRIOLO.

Firmana Successionis.

Lun. 28. Aprilis.

ARGUMENTUM.

Substitutio continens bona Testatoris neque ullam mentionem faciens de pupillari ætate, & concepta per verba communia & obliqua, non continet pupillarem, juxta doctrinam Card. de Luca *de Fideic. disc.* 124. Enumerantur quoque conjecturæ ad excludendam substitutionem pupillarem, ut Mater non sit excludenda a luctuosa filii hæreditate.

SUMMARIUM.

1 *Verbum* ricada *est commune, & obliquum,*
2 *Substitutio facta per Testatorem de suis bonis per verba communia, & obliqua continet tantum fideicommissariam, non vero pupillarem.*
3 *Avia non potest nepotibus facere substitutionem pupillarem.*
4 *Testator non præsumitur voluisse facere substitutionem pupillarem, si Testamentum condiderit simul cum persona, quæ pupillariter sustinere nequit, & cum eisdemmet verbis ejus quoque regulaverit substitutionem, & n. 6. & 19.*
5 *Unica determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinari,*
7 *Testator non dicitur velle pupillariter substituere, si tantum de propriis bonis disponere voluerit.*
8 *Testator declarando, quod condit suum ultimum Testamentum dicitur non cogitasse de substitutione pupillari, quæ importat Testamentum alienum.*
9 *Testator non dicitur voluisse pupillariter substituere, si substitutio concepta fuerit cum eisdem verbis cum quibus factæ fuerint aliæ substitutiones, in quibus cadere non possit pupillaris.*
10 *Eadem dispositio non debet diverso jure censeri.*
11 *Testator non disponendo expresse, vel per æquipollent de bonis filii pupilli non obstante quod bona habere sciebat, præsumitur noluisse facere pupillarem substitutionem.*
12 *Si in nulla parte Testamenti ætas pupillaris expressa fuerit, pupillaris minime sub compendiosa comprehenditur.*
13 *Substitutio facta per verba communia, & obliqua, continere non potest pupillarem.*
14 *Si Testator verisimiliter habuerit ignorantiam de substitutione pupillari, & de vi, & efficacia verborum illam implicite importantium, credendum est voluisse tantum condere fideicommissariam.*
15 *Testamentum factum a duobus diversam facultatem habentibus reputari debet duplex dispositio.*
16 *Ad dignoscendum, an Testator voluerit substituere pupillariter, non cortex verborum; sed verisimilis mens, & intentio disponentis est attendenda.*
17 *Testator dicitur voluisse disponere etiam de hæreditate filii pupilli, si de tota disposuerit hæreditate absque ulla dictione taxativa comprehendens tantum bona Testatoris, vide n. 24.*
18 *Verbum* ricada *in substitutione aptum est recipere pupillarem, & fideicommissariam,*
19 *Contrarium est verius, & n. 23,*
20 *Ille qui non habet in potestate, non potest ei pupillariter substituere nec per modum conditionis, & oneris, sed substitutio resolvitur in fideicommissariam.*
21 *Ut excludatur substitutio pupillaris, non est necesse, quod adsit dictio taxativa in Testamento,*
22 *Declaratur* Dec. 717. coram Coccin.
25 *Favor piæ causæ ad arguendam substitutionem pupillarem non est considerabilis, si substitutio sit illius favore concepta sub conditione incerta,*
26 *Clausula* omni meliori modo *inservit pro affirmanda substitutione pupillari eo tantum casu, quo alio modo Testamentum sustineri nequiret.*
27 *Prædicta clausula pro arguenda pupillari substitutione est inefficax, si deficiat mentio pupillaris ætatis, & substitutio restricta sit in bonis Testatoris.*

DECISIO LXXXV.

Postquam Nicolosa mater, & Jo. Baptista filius sub unico tantum Testamento in tota hæreditate sese ad invicem instituerunt, sibique substituerunt Mariam Flaviam, & Antoniam Rotam, & neptes respective ambabus sine filiis decedentibus ad hujusmodi hæreditatem vocarent Montem Firmi per hæc verba, *Item lasciano, che morendo uno di essi Testatori tutta l' heredità ricada à quello, che sopraviverà, e dopo la sua morte ricada tutta l' heredità alle Zitelle &c. e morendo l' altra, che il marito della medema non possa pretendere, che solo scut. 500. et il residuo della detta heredità ricada al Monte del suffragio.* Mortuis ambabus Maria, & Antonia sine filiis, tanquam incontrovertibilis admissa fuit ab Angelo dd. sororum Avunculo purificatio substitutionis favore matris; sed tantum prætendebatur subsistere Testamentum, vel eo subsistente immissionem non esse concedendam nisi in bonis Testatorum, eo quia substitutio esset duntaxat fideicommissaria, non vero pupillaris; proposita itaque causa in hodierna audientia DD. posthabitis nullitatibus tanquam irrelevantibus dixerunt, immissionem esse dandam Monti juxta modum, demptis scilicet legitima, & bonis pupillarum si quæ extarent.

Quod talis substitutio continens tantum bona Testatorum neque ullam mentionem faciens de pupillari ætate, sed uti concepta per verba communia, & obliqua nempe *ricada* sit compendiosa comprehendens magis substitutionem fideicommissariam, quam pupillarem, communior est DD. opinio, & prorsus absque omni difficultate concurrentibus conjecturis, prout hic, quæ demonstrent talem fuisse Testatoris intentionem, sicuti semper observatum fuit in examine hujus articuli, ut sequendo doctrinam Bartoli *in l. precibus n. 44. C. de impub.* videre est apud Mantic. *de conject. l. 5. tit. 7. n. 12. et l. 7. t. 3. num. 12.* Peregr. *de fideicom. art. 34. n. 44. versic. et sic censuerunt,* Maresc. *var. resol. c. 140. num. 1. et seqq.* plene Card. de Luca *de fideicom. disc. 124. num. 4. cum seqq.* & alter de Luca ad Gr. *c. 528. sub num.* 8. Rot. *dec. 504. n. 1. et per tot. et dec. 509. in princip. p. 4. div.* & apud Merl. *de legit. dec. 22. num. 2. et dec. 63. n. 3.* & apud Torre *de pact. fut. success. dec. 133. n. 5.* & coram Dunoz. Jun. *dec. 66. n. 5.* & Catill. *decis. 183. n. 10.* & Buratt. *dec. 101. n. 2.* quod assumptum non fuit inter partes controversum, & super quo etiam DD. principaliter fixerunt pedem. 1 2

Quo circa assumentes modo cognitionem super vi, & efficacia conjecturarum, primam desumpserunt ex unico Testamento, in quo tam pater, quam Avia per eadem verba de propriis bonis disposuerunt, sicuti enim Nicolosa ex defectu potestatis non poterat suis nepotibus pupillariter substituere, juxta regulam, de qua agit Fusar. *de subst. q. 118. n. 27. et q. 300. n. 2.* Ita dicendum est, quod Jo. Baptista noluerit illis substituere nisi per fideicommissum, ut ita se uniformaret cum potestate, & voluntate Nicolosæ matris, sicuti se omnino cum illis verbis conformavit; quæ sane voluntatis conformitas eo certius præsumenda est, ne eadem verba diversas interpretationes recipiant, & diversos quoque operentur juris effectus, cum unica determinatio respiciens plura determinabilia debeat æqualiter determinare, per Text. *in l. jam hoc jure ff. de vulg. et pupil.* Mant. *de conject. l. 5. t. 14. n. 15.* Menoch. *l. 4. præsumpt. 54. n. 20.* Grat. *c. 684. n. 50. cum seq.* & Rot. *in rec. dec. 527. n. ult. p. 13.* & specialiter ne substitutio compendiosa comprehendat pupillarem, quando pro una parte potest illa Aviæ resolvi in fideicommissariam, Rot. *decis. 334. n. 40. per 15. rec.* 3 4 5

Secunda conjectura resultare visa fuit ex eo, quod Testatores non intellexerunt disponere nisi de propriis bonis, quod elicitum fuit ex duplici capite; primo scilicet, quia declararunt velle condere suum ultimum Testamentum, ex quo colligitur non cogitasse de substitutione directa, quæ importat Testamentum alienum, per Text. *in l. 2. §. 1. ff. de hered. vel act. vend.* de Luca *de fideicom. disc. 79. lib. 3. et disc. 124. num. 16. vers. 2. est* Merlin. *de legit. lib. 3. t. 2. qu. 14. n. 16. et seq.* Marescott. *variar. resol. cap. 139. num. 7. lib. 2.* Rot. *in recent. decis. 523. num. 33. cum seqq. part. 13.* secundo, ex verbis ipsius Testamenti; nam Testatores ad invicem se instituendo voluerunt, *che morendo uno d' essi tutta l' eredità ricada à quello sopraviverà,* cum autem omnes substitutiones sint eisdem verbis conceptæ, sicut respectu hujus primæ nulla adaptari potest consideratio pupillaris 6 7 8

laris substitutionis, cum adhuc pupillæ non essent hæte-
redes, ita hoc idem dicẽdum est de aliis substitutionibus suc-
cessive factis, ideoque si illud verbum *tutta l' eredità*
9 in prima dispositione adjectum non potest comprehende-
re nisi hæreditatem Patris, & Aviæ quomodo in ultima
substitutione erit ampliandum, ut comprehendat etiam
bona pupillarum, cum eadem dispositio non debeat di-
verso jure censeri, Maresc. *variar. resol. cap. 139. lib. 2. n.
4. cum seqq.* & conferunt tradita per Fusar. *de substit. part.*
10 *257. n. 12. cum seqq.* Eo magis quia Testatores jam scie-
bant, pupillas habere de proprio dotem matris jam præ-
mortuæ, de qua neque expresse, neque per æquipollens
11 ulla mentio facta legitur, quam tamen facere debuis-
sent, si de illarum patrimonio disponere voluissent.

Tertia conjectura est, quod in nulla parte Testamen-
ti ætas pupillaris filiarum expressa fuit; imo Testatores
potius illas consideratunt extra pupillarem ætatem, co-
12 gitando de illarum matrimonio tam in Domino, quam
in sæculo, ut videre est in ultima substitutione (*morendo
l' altra parimente senza figli ricada al monte del suf-
fragio*; susceptio enim liberorum, & matrimoniorum
contractus a Testatoribus contemplati non bene con-
gruunt cum pupillari ætate, ideoque in hoc casu dicen-
dum est, quod sub compendiosa non comprehendatur
substitutio pupillaris, ut bene comprobat Fusar. *de sub-
stit. p. 241. n. 21.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 44.
n. 21.* & Intrigliol. *de substit. contr. 3. q. 21. n. 46.*

Pro quarta demum conjectura considerata fuerunt
13 verba ipsarummet substitutionum, quæ cum communia
sint, & obliqua scilicet *ricada* nunquam substitutionem
pupillarem importare valent, juxta auctoritates superius
laudatas *in §. quod talis substitutio.*

Quibus omnibus accedit ignorantia, quia cum veri-
similiter non cogitaverint ordinare substitutionem pupil-
larem, minusque intelligere potuerint vim, & efficaciam
verborum illam implicitatem importantium, credendum
est voluisse tantum condere fideicommissum magis fie-
14 ri consuetum, Menoch. *de præsumpt. l. 6. præsumpt. 23. n.
16.* de Luc. *de testam. disc. 58. n. 2. vers. in proposito igitur*,
& Fusar. *de substit. p. 379. n. 19. cum seqq.*

Ad enervandum vim istarum conjecturarum oppone-
bant scribentes pro Monte, quod talis dispositio quam-
vis esset in unico folio exarata reportari debebat, ac si
esset duplex testamentum, inspecta maxime diversitate fa-
cultatis disponendi, & præcipue quando subest diversa
ratio, & utraque dispositio respicere potest diversos ef-
15 fectus prout hic; nam Nicolosa non potuit pupillariter
substituere; non ita dicendum est de Jo: Baptista haben-
te pupillos in potestate, cum agatur de diversis dispo-
sitionibus in eodem folio contentis *ex cons. Berlon. 83.
n. 8.* & de diversis personis, in quibus non militat iden-
titas physica ejusdem voluntatis, quo casu debet dari
divisio, & distinctio proportionata, quæ juxta termi-
nos juris conveniat voluntati utriusque Testatoris, cum
16 in hac materia non sit inspiciendus cortex verborum,
sed verisimilis mens, & intentio disponentium, per
Text. *in l. non aliis 69. n. 1. ff. de leg. 3.* Rot. coram Du-
noz. *d. 814. n. 5. cum seqq. & in rec. dec. 65. n. 39. part. 5.
& dec. 150. n. 13. p. 18.*

Secundo dicebatur, Testatores non respexisse solum-
modo ad primam hæreditatem, sed voluisse disponere
quoque de hæreditate filiarum, ex quo in genere dis-
posuerunt de tota hæreditate; ideoque cum in casu præ-
senti nulla adsit taxativa comprehendens bona Testato-
17 rum, ex hac igitur nota totalitatis censensum est il-
los intellexisse etiam de hæreditate pupillarum, ut fir-
mat Rot. coram Cocc. *dec. 717. n. 17. & seqq.*

18 Et tertio objectabatur, quod non minus substitutio
compendiosa, quam illud verbum *ricada* apta essent re-
cipere utrunque tempus pupillaritatis, & pubertatis, ac
utranque significationem, directam nempe, & obliquam,
quæ postea pendere debent a conjecturata voluntate Te-
statoris, qui bene potuit considerare actus contingibiles
in pubertate, citra quod excludere voluerit tempus pu-
pillaritatis, quæ tantum excepta remaneret mediante ali-
qua particula taxativa in casu nostro non adhibita.

Verum quoad primum objectum responsum fuit dif-
ficultatem non residere in numero dispositionum, quia
licet in eodem folio dari possit duplex Testamentum,
nihil facit ad rem nostram, sed punctus controversię in
eo versari visus fuit, quod uterque Testator disposuit
19 cum eisdemmet verbis individualibus, & quod illum
unicum verbum *ricada* continet utranque dispositionem;
quapropter fuisset omnino incongruum, quod eadem
verba traherentur in diversos sensus; nam si una pars
Testamenti declaratur ab altera, quanto magis erit de-
sumenda eadem voluntas ex eisdem verbis ut compro-
bant authoritates allegatæ in *§. quo circa, & in §. seqq.*

Nec subsistit, quod Nicolosa potuit saltem per mo-
dum conditionis, & oneris pupillariter substituere, quia
cum talem conditionem, & onus specialiter non expres-
serit, neutrum est supponendum, & quatenus etiam fuis-
set expressum, substitutio tamen potius resolveretur in
modalem, quam pupillarem, cum hujusmodi onera; & 20
præcepta adaptari non possint substitutioni pupillari,
sed soli fideicommissariæ, ut firmat *Glossa in cap. 51.
pater verb. absq. deductione de Testam. in 6.*

Quo vero ad secundam PP.D. dixerunt non esse neces- 21
sariam taxativam pro exclusione rei non existentis,
quia ut diximus de tempore institutionis filiæ, & neptes
respective adhuc non erant hæredes, & tamen Testato-
res disposuerunt de tota hęreditate; & ulterius requi-
rebatur, quod expresse dispositum fuisset de bonis pu-
pillarum habentium de proprio dotem maternam, ut
ita apparere posset de voluntate disponendi etiam quoad
illarum bona, sicut est casus *decisionis* 717. cor. Cocc.
ubi Testator eisdem verbis substituerat, si venter præ-
gnans fecisset abortum, & proinde sicuti in illo casu
abortus substitutio erat directa, ita quoque præsumen-
da erat talis in aliis casibus, & bene declarat Maresc. 22
dict. c. 139. lib. 2. ex n. 8.

Pariter insubsistens apparuit tertium objectum, non
admisso etiam ratiocinio scribentium pro Monte, quan-
do tamen ex prædictis constat de contraria voluntate
disponentium, efficacia argumenti ex adverso deducti
omnem vim amittit, & magis particularis conclusio in-
sinuata a defensoribus Angeli, quod absque mentione
pupillaris ætatis, & per verba communia, & obliqua
nunquam inducitur substitutio pupillaris, ut in specie
de verbo *ricada*, quod tanquam commune non com-
prehendat pupillarem, firmant Dec. *in l. precibus n. 19.
C. de impud.* Bero *cons. 45. num. 8. & cons. 123. n. 5. & cons.
125. n. 8. lib. 2.* Buratt. *cons. 8. n. 39. cum seq.* Menoch. *cons.
144. n. 16. & cons. 551. per tot.* Merlin. *de leg. lib. 3. tit. 2.
q. 14. n. 42.* Afflict. *dec. 367. per tot. &* Thesaur. *dec. 200.
n. 4.* & Rot. *dec. 509. sub n. 2. p. 4. divers.*

Minus relevant conjecturæ in contrarium ponderatæ,
prima nempe, quod substitutio facta sit de tota hære-
ditate, quodque tota non dicatur, si detrahatur legi-
tima: quia etsi hæreditas adhuc dici posset integra de-
tracta legitima, hoc clarius procedit in casu præsenti,
in quo illud verbum *Tota* non potest referri ad bo-
na pupillarum, quæ ultra legitimam habebant etiam
bona materna; quapropter illa dictio *Tota* non vide-
tur apposita ad ordinandam substitutionem pupillarum,
ex firmatis per Jas. *in l. centur. col. 11. vers. limita tamen
ff. de vul. & ibid* Angel. *n. 7. & cons. 125. n. 5.* Paris. *consil.
93. per tot. lib. 2.* Trentacinq. *de substit. p. 4. c. 11. num. 14.
vers. tertio ponunt*, & Fusar. *eodem tract. q. 241. num. 74.
cum seq. vers. ego tamen & qu. 242. n. 109. & 111.*

Tollitur pariter secunda deducta ex favore piæ cau-
sæ, quia cum substitutio sit concepta sub conditione
incerta, *si sine liberis*, & agatur de interpretanda volun-
tate Testatoris, nullus favor substituti considerari pot-
est, ut ponderat Card. de Luca *de fideicomm. disc. 123.
n. 6. & disc. 124. n. 11.* & pluribus adductis firmat Rot.
cor. Carill. *dec. 183. n. 16. cum aliis seqq.*

Denique minus obstat clausula *omni meliori modo* pro
tertia conjectura considerata, quia cum hæc clausula
nunquam extendat, & ampliet dispositionem Testato-
ris ultra illius intentionem, præsertim feminæ, & idio-
tæ observatum fuit, quod illa solummodo habeat lo-
cum, quando Testamentum alio modo sustineri non
posset; secus tamen est, quando substitutio aliter adim-
pleri commode valet, prout hic jure fideicommissi, 23
Curt. Jun. *cons. 73. n. 22.* Dec. *cons. 205. n....* Fusar. *de sub-
stit. q. 24. n. 27.* Petr. *de interpretatione ult. volunt. solut. 4.
n. 17.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76. n. 82. ad med.* & certius
quando deficit mentio pupillaris ætatis, & substitutio
videtur restricta ad bona Testatoris, ut probat Rot. co-
ram Carill. *d. dec. 183. n. 19. cum seqq.*

Et ita utraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D.

R. P. D. RONDININO.

Anconitana Fideicommissi.

Lun. 11. Martii 1686.

ARGUMENTUM.

Prælegata in fideicommisso non venire, nisi aliter Testator senserit, affirmat Card. de Luca *de Fideicom. disc.* 131. *cum seqq.* venire autem hic deciditur ob concursum conjecturarum quæ Testatoris voluntatem reddunt manifestam, feminæ in fideicommisso agnationum favore masculinitatis, vel si post masculos agnatos fuerunt vocati masculi ex feminis, illas non succedere firmatur.

SUMMARIUM.

1 *Quoties sententia est justa, est locus constitutioni Ægidianæ.*
2 *Ad hoc, ut in vim* l. fin. Cod. de edict. Div. Andr. toll. *debeatur immissio, Testamentum non debet esse vitiatum nec cancellatum neque abolitum.*
3 *Si tamen abolitiones, & cancellationes non respiciunt substantialia non præjudicarent.*
4 *Præsertim, si suspicari valeat, quod pendente lite facta fuerint.*
5 *Suspicio proveniret, si in diuturno litigio nunquam allegata fuerunt,*
6 *Ac etiam, si in aliis exemplaribus non reperirentur.*
7 *Legalitas Testamenti interverti non potest, si in judicio semel fuit approbatum.*
8 *Decisiones sunt supponendæ.*
9 *Testamenti legalitas non est impugnanda, quando concurrit illius observantia.*
10 *Auctoris factum nemini licet impugnare.*
11 *Fideicommissum absolutum, & perpetuum etiam in casu obitus resultat ex prohibitione alienationis adjectæ hæredibus institutis, & substitutis per modum dispositionis cum præcisa ratione, ut bona in familia conserventur.*
12 *Fideicommissum descensivum, ex quibus verbis inducatur.*
13 *Fideicommissum resultans ex prohibitione alienandi dicitur agnatitium.*
14 *In fideicommisso agnatitio feminæ non admittuntur.*
15 *Minusque in fideicommisso masculino.*
16 *Fideicommissum agnatitium potest permanere etiam apud feminas, quæ donec vivunt impediunt purificationem fideicommissi favore masculorum, & agnationem conservant.*
17 *Limitatur quoties Testator ultra qualitatem agnatitiam requisivisset in substitutis etiam masculinitatem.*
18 *Femina perpetuo censentur exclusæ, quando Testator post defectum masculorum ex masculis filios masculos feminarum vocavit.*
19 *Prælatio masculorum attendenda est inter descendentes ejusdem lineæ, non autem diversæ.*
20 *Linea quæ ab uno provenit, si subdivisa fuerit in plures columnellos, non exinde evenit, quod dicantur constitutæ diversæ lineæ.*
21 *Bona prælegata non cadunt sub fideicommisso.*
22 *Præsertim, si in omnibus aliis condere fideicommissum Testator declaraverit.*
23 *Limitatur, si Testator ultra fideicommissum personale explicatum post hæredum institutionem aliud reale, & absolutum in prohibitione alienationis ordinationis ordinaverit immediate post prælegatum, & ante hæredis institutionem.*
24 *Limitatur etiam quoties ex conjecturis constet de voluntate Testatoris comprehendendi quoque prælegatum sub fideicommisso.*
25 *Prima conjectura esset, si prælegatum fere omnia stabilia Testatoris contineret.*
26 *Si Testator prohibuerit alienationem, ut omnia bona in familia conserventur.*
27 *Si injunxerit, ut in casu venditionis bonorum prælegatorum alia subrogentur cum prohibitione alienationis.*
28 *Si concurreret observantia.*
29 *Assertivo modo loquendi potest deprehendi, quod Testator prælegata noluerit sub fideicommisso comprehendere. Declara, ut n. 30.*
31 *Dos in fundo constituta non potest detrahi ex fideicommisso.*
32 *Limitatur, si vir fundos distraxerit.*
33 *Sublimitatur, si accesserit consensus Mulieris.*
34 *Immissio retardari non potest cum creditis illiquidis.*

DECISIO LXXXVI.

Comiti Carolo, & aliis de Fanellis agentibus de bona subjecta fideicommisso Galeatii, immissionis Judicio adducto ex *l. finali C. de Edict. Adr. tollen.* Vincentia hæres Josephi, & posseditrix eos omnes cumulative opposuit exceptiones, quæ ad illam impediendam opponi possunt, scilicet vitia Testamenti aboliti, & cancellati, defectum fideicommissi purificationis, & comprehensionis bonorum controversorum, & detractiones, quibus tamen omnibus uti insubsistentibus rejectis in duabus decisionibus editis, cor. bo. mem. Albergato. Prima scilicet *edita die* 3. *Junii* 1672. *mox impressa in p.* 19. *rec. la* 356. *ordine.* Alia autem *promulgata die* 27. *Junii* 1685. petita immissio per Rotalem sententiam concessa fuit; Cumque inhærendo novæ commissioni mihi directe cum clausula *consilio, an sit locus Ægidianæ* dubium illi conforme hodie proponerem, affirmative DD. responderunt, inspecta qualitate bonorum, & personarum laicalium, & validitate sententiæ in judicio possessorio latæ non controversis, nec non Justitia, & præcedentibus decisionibus, & infinitis rationibus comprobata, quibus stantibus dictæ Ægidianæ constitutioni locum esse quotidie nostrum Tribunal respondet, ut apud Caputaquen *dec.* 223. *n.* 1. *& seqq. p.* 1. *in rec. dec.* 325. *n.* 4 *p.* 12. *& coram* Priolo *dec.* 399. *n.* 1. 1

Et primo frustra impugnari videbatur veritas, & candida legalitas Testamenti, illa scilicet, qua Galeatius in Codicillis exequendum mandavit Testamentum habens annexa quædam folia ipsius manuscripta, quæ non apparent in scriptura exhibita; ista autem, quia Testamentum originale in protocollo asservatum plura continet vitia, ablationes, & cancellationes adnotatas, in exemplo per Vincentiam nuper exhibito, quod ideo vel fidem, vel saltem promptam non meretur executionem destinatam per Imperatorem *in d. finali C. de Edict. div. Adrian. tollen.* foliis Testamenti non 2 abolitis, nec cancellatis per verba ibi: *Testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque sui formæ parte vitiatum.*

Ultra quod enim abolitiones, & cancellationes existentes, in quo exemplo illius anno præterito extracto non re- 3 spiciunt substantialia, nec impediunt quin aliqua verba cancellata legi possint, & non sine Juridico fundamento suspicari valent pendente lite, & moderno tempore factæ, dum 4 talia vitia in diuturna controversia, & pluribus præcedentibus disputationibus nunquam allegata fuerunt, imo non ap- 5 parent in aliis exemplaribus ejusdem Testamenti, scilicet in illo contento in extractu actorum factorum coram A.C. & in alio transumpto anno 1679. quæ ambo absque ulla læ- 6 sione, & vitio candidam præseferunt lecturam verborum in nova copia cum additionibus, & abolitionibus relatorum, dicebant DD. quod veritas, & legalitas d. Testamenti hodie in dubium revocari non potest, postquam illud canonizatum fuit tam in nostro Tribunali mediantibus duabus Decisionibus, cor. Ubaldo *editis la* 452. *&* 526. *inter impressas ejusdem*, quæ supponi debent ex notissimo stylo, de 7 quo apud Buratt. *dec.* 596. *n.* 1. & cor. Card. Celso *dec.* 382. *n.* 10. & per longum temporis spatium inviolabiliter obser- 8 vatum ab omnibus de familia Fanella, præsertim autem a Josepho fratre, & auctore Vincentiæ, qui verbis, & factis fideicommissum in Testamento controverso contentum approbavit illud apponendo ad repellendos Paternos credito- 9 res, & bona ab illorum molestiis liberanda: unde sequitur, quod eadem Vincentia audienda non sit ad impugnandam confessionem, & factum sui auctoris contra regulam Tex- 10 tus *in l. cum matres C. de rei vindic.* quam in his terminis deducit Rota *Ilerden. seu Tarraconen. beneficii tertia currentis mensis* §. *nolens tamen ante finem*, coram me.

Fideicommissum in prædicto Testamento contentum ultra approbationem Josephi ex mox deductis clarum colligitur tum ex generali, & stricta prohibitione alienandi a Galeatio adjecta hæredibus institutis, & substitutis non quidem simpliciter, & dependenter, sed absolute, & separate per modum particularis dispositionis, & cum præcisa ratione ad hoc, ut bona in familia conservarentur, quæ abso- 11 lutum,

lutum, & perpetuum inducit fideicommissum non solum in casum alienationis, sed etiam obitus hæredum, ut probat *utraque Decisio* bon. mem. Albergati *superius indicata*.

Tum ex liberali substitutione ab eodem Testatore ordinata inter descendentes masculos Bartholomæi, & Jacobi Antonii filiorum mediantibus verbis ibi-*ejus heredes &c.* fecit *Bartholomaeum, & Antonium Jacobum ejus filios, ac eorundem filios descendentes masculos perpetuis temporibus nascituros, quibus omnibus deficientibus succedant, & succedere voluit filios masculos nascendos ex filiabus feminis dd. heredum, filiorumque & descendentium eorundem masculorum cum simili conditione, quod posteri succedant, & prohibitione de non alienando, ut supra &c.* quæ clarum, & descensivum fideicommissum important, ut probat *ult. decisio* bo. me. Albergati, §. *fideicommissi existentia, & seqq.* ubi decla-
12 rantur *dec.* 122. 237. & 230. *apud Posth. de subhast.* in quibus supponebatur Rot. dictum fideicommissum rejecisse.
13 Purificatio autem d. fideicommissi in personam actorum vix controverti posse videbatur; supposita enim illorum descendentia ab Antonio Jacobo filio Testatoris mediante Joanne Baptista Patre, quam licet etiam hodie impugnatam, sufficienter tamen probatam censuit Rota ex pluribus documentis relatis, & indicatis *in d. ultima Precedenti d.* §. *Incassum*, clara etiam resultat illorum favore purificatio Proaviti fideicommissi per obitum Josephi sine filiis masculis; parum relevante existentia Vincentiæ filiæ feminæ, quia aut attendatur fideicommissum resultans ex prohibitione alienandi ad effectum conservandi bona in familia, & illud dicitur agnatitium, Menoch. *cons.* 775. *n.* 10. *vers. Praeterea* Fusar. *de substit. p.* 499. *n.* 1. Rot. coram Buratt. *d.* 272. *n.* 2. *in p.* 11. *rec. dec.* 95. *n.* 15. & *in p.* 99. *dec.* 232. *n.* 7. Aut inspiciatur fideicommissum resultans ex substitutionibus in-
14 feriori parte Testamenti explicatis, & illud est masculinum favore solum masculorum ordinatum; Neutrum autem feminas admittit, ut de fideicommisso agnatitio respondit Gabriel. *cons.* 133. *n.* 38. & *seqq. lib.* 1. Molin. *de primog. Hisp. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 38. Rota coram Buratt. *dec.* 272. 454. & 742. *utrobique n.* 2. *et seqq. et in Romana seu Florentina fideicom-*
15 *missi* 1. *Junii* 1782. coram Rev. P. D. meo Hervault, *et* 6. *Martii* 1684. §. *uno supposito*, coram me, *ubi concordantes*; de masculino autem, per Text. *in l. feminae C. de Adult. in l. cum ita ff. de condit. et demonstr.* dixit Rot. coram Coccino *d.* 1854. *n.* 5. & coram Dunoz. Jun. *d.* 499. *n.* 1.

Parum relevante, quod fideicommissum agnatitium possit aliquando permanere etiam apud feminas, quæ saltem donec vivunt impediunt purificationem fideicommissi favore masculorum, & agnationem conservant, per Text. *in l. Pronunciatio*, §. *familia in fine ff. de Verb. significat.*
16 Surd, *cons.* 140. *n.* 63. Rot. coram Seraph. *d.* 1488. *n.* 23. *et in rec.* 266. *n.* 3. *p.* 9. quidquid enim sit de hac regula in suis terminis vera, in præsenti inapplicabilis videbatur, ex quo Testator ultra qualitatem agnatitiam requisivit in substitutis, etiam masculinitatem, quæ in Vincentia verificari non potest, & prælationem operatur favore masculo-
17 rum, donec ipsi extant, Fusar. *de substit. q.* 332. *n.* 9. Rot. cor. Eminen. Cerro *d.* 65. *n.* 21. *et seqq. ubi concordantes*.

Quinimo perpetuam feminarum exclusionem Testator non obscure additavit, quando post defectum omnium descendentium masculorum ex masculis filios masculos feminarum vocavit; unde frustra quæritur de admissione istarum sub nomine, & qualitate agnationis, quas Testator particulariter consideravit, & nominavit, sed non substi-
18 tuit, ut respondit Rot. *in dicta Romana, seu Florentina fideicomm.* §. *Alterum*, coram me.

Quod si replicetur, prælationem masculorum attendendam esse inter descendentes ejusdem lineæ, non autem di-
19 versæ, juxta tradita per Molin. *de primog lib.* 3. *c.* 4. *n.* 3. *et seqq.* Thesaur. *q. for. lib.* 2. *q.* 12. & Rota *in rec. dec.* 261. *n.* 10. *p.* 11. hæc ipsamet sententia Vincentiæ, non autem actoribus præjudicialis apparuit, dum non verificatur in facto diversitas, sed potius unitas lineæ omnium colligantium descendentium ab eodem stipite scilicet Antonio Jacobo, uno ex filiis, & hæredibus Galeatii Testatoris, ut non controvertitur, licet autem eadem linea subdivisa postea fuerit in duos Columnellos descendentes ex Joanne Baptista communi Avo colligantium, ex hac tamen subdi-
20 visione non dicuntur constitutæ diversæ lineæ; ut satis probat *ultima dec.* bon. mem. Albergati, §. Data itaque.

Sub dicto fideicommisso, ut supra purificato, comprehendi quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad quę præsens controversia restringitur, & quæ a Galeatio fideicommittente possessa fuisse non controvertitur; Nec illa dici possunt a fideicommissariis legibus exempta; uti prælegata ex Theorica Bartol. *in l. si quis servus*, §. *fin. ff. de le-* 21
gat. 2. stante præsertim clausula adversativa in hæredum institutione adjecta, sub verbis ibi-*In omnibus autem aliis, et singulis bonis, quae diversitatem dispositionis in diversis bonis indicant, ex juribus relatis per* Barb. *d.* 47. *n.* 7.

Ultra quod enim Testator ordinavit non solum fidei- 22
commissum personale, explicatum post hæredum institutionem, ad quod opposita exceptio dirigitur, sed etiam aliud reale, & absolutum mediante elixa prohibitione alienationis, ad hoc ut bona conserventur in familia, quod 23
fideicommissum explicatum apparet immediate post prælegata, & ante hæredis institutionem: ideoque referri non potest nisi ad prælegata superius relata, non autem ad alia bona sub institutione universali comprehensa; satisfacit etiam responsio, quod tam modus disponendi per viam prælegati, vel restitutionis, quam verba, & clausulæ Testamenti nihil operantur, quoties aliunde de voluntate Testatoris constat, quæ sicuti illis omissis generaliter, & semper inspicienda est, Soccin. Jun. *cons.* 106. *sub n.* 20. *lib.* 1. 24
Surd. *dec.* 27. *n.* 32. Rot. cor. Priolo *dec.* 253. *n.* 10. ita etiam specialiter attendenda venit ad effectum determinandi, an prælegata veniant in restitutione fideicommissi satis probat *utraque praecedens Decisio, scilicet prima in rec. la* 356. *n.* 3. *et* 2. *sub* §. *quo vero ad secundam, et seqq.*

Urgentissimæ sane in hoc casu concurrunt conjecturæ, quoniam prima desumebatur ex eo, quod prælegata omnem fere Testatoris substantiam præsertim autem stabilia absorbebant; unde incongruum est, quod Testator voluerit perpetuum fideicommissum, pro conservatione familiæ restringere ad sola mobilia, & excludere stabilia notabilis qualitatis, & valoris ad desideratum effectum magis accommodata, ut animadvertit Card. de Luc. *de fideic. disc.* 128. *sub n.* 6. Secunda eliciebatur ex dicta universali prohibitione aliena- 25
tionis vestita etiam ratione, ut bona omnia conservarentur in familia. Tertia resultabat ex præcepto injuncto hæredibus; quod in casu coactæ revenditionis aliquorum ex bonis prælegatis ab antiquis Dominis, vigore pacti redimendi faciendæ pretium illorum reinvestiretur in aliis stabilibus eidem prohibitioni alienationis subjiciendis, quod pernecesse 26
supponit fideicommissariam qualitatem, tam in prælegatis, quam in bonis subrogandis, & quatenus Testatoris voluntas aliquam involveret dubietatem, ista penitus remove- 27
tur, & conjecturæ præfatæ robur assumunt ex uniformi, & inconcussa observantia hæredum, & successorum, ut bene in facto comprobat, & in jure exornat utraque *decisio* bon. 28
mem. Albergati *in locis mox indicatis*.

Nec Dominos a sententia retraxit argumentum ab informantibus pro Vincentia deductum a discretivo modo, quo Galeatius disposuit circa prælegata relicta Vincentio filio primogenito cum expresso onere fideicommissi, & alia relicta Antonio Jacobo, & Bartholomæo sine dicto expresso onere, quæ ideo ab illo immunia prætendebatur, per Text. *in l. Pater* 39. §. *fin. ff. de legat.* 3. argumentum enim a pari nō 29
potest in his diversis substitutionibus attendi, dum Vincentius separatam habuit institutionem, & gravamen in certis bonis particularibus ab hæreditate universali sejunctis, de quibus hodie non agitur, ut bene respondit *decisio praefata*, 30
cor. bo. mem. Albergato *edita*, §. *fideicommissi existentia*.

Detractiones denique dotium Ursulæ matris, & proprię Vincentiæ reæ conventæ isti suffragari non possunt; dos enim materna partim restituta jam alias fuit eidem Vincentiæ, & Josepho fratri; partim autem recuperari potest ex fundis dotalibus, & constituta fuit absque necessitate alienandi bona fideicommissi ex remedio *Auth. res quae C. commun. de legat. et fideicom.* quod ibi subsidiarium locum non 31
habet existentibus aliis bonis liberis, Rot. *dict.* 877. *n.* 1. coram Dunoz. Jun. coram Celso *dict.* 108. *n.* 8. *et in rec. d.* 356. *n.* 44. *p.* 19.

Non attento, quod præfati fundi Dotales alienati fuerint a marito, ex quo prætenditur licere uxori, experiri privilegiatum remedium *Authenticae res quae*, contra bona fideicommissi, ne ipsa gravata remaneant, persequendi recuperationem sui fundi dotalis a tertiis possessoribus, juxta decisa per Rotam *in Firmana fideicomm.* 4. *Julii* 1668. §. *fin.* cor. 32
bo. me. Bevilaqua; Hoc enim procederet, quoties alienatio fundi a solo marito facta fuisset; secus autem cum illi accessit etiam consensus uxoris, quæ ex propria voluntate privilegio *Auth. res quae*, renunciasse censetur, & illud amplius allegare non valet, Menoch. *cons.* 1127. *n.* 21. Petr. *de fideicomm. q.* 8. *n.* 458. Fusar. *de substit. q.* 532. *n.* 13.

Propria autem dos Vincentiæ, vel satisfacta fuit ex plu-

ribus

ribus aliis bonis fideicommissatiis alienatis, & in hanc cau. sam imputandis, nec non ex aliis, quæ retinet ultra quatuor corpora in præsenti controversia cadentia, vel saltem exinde reddita fuit illiquida, ideoque inepta ad retardandam immissionem debitam fideicommissa omnia requisita, ut supra Justificantibus, ut sæpe respondit nostrum Tribunal præsertim apud Royas *dec.* 452. *n.* 5. cor. Carillo *dec.* 291. *n.* 13. & cor. Priol. *dec.* 292. *n.* 16. *& ibi concordantes*.

Et ita utraque parte audita, & omnibus DD. suffragantibus, resolutum est.

R. P. D. CAPRARA.

Romana seu Verulana Fideicommissi.

Merc. 10. *Maii* 1690.

ARGUMENTUM.

Testator potest de re hæredis disponere illamque fideicommisso gravare, adeout si Hæres Testatoris adeat hæreditatem gravamen non posse impugnare, probat Card. de Luca *de Fideic. disc.* 134. *cum seqq.* notatur autem in decisione, quod traditio procedat sive Testator sciverit sive ignoraverit rem esse Hæredis, quoties constet de ejus voluntate super illa onus imponendi, quoque oneris acceptatio ex aditione desumatur, illaque Hæredi præjudicialis efficiatur, sive ejusdem oneris notitiam habuerit, sive non habuerit.

SUMMARIUM.

1 *Virtute fideicommissi conventionalis datur immissio.*
2 *Prout etiam conceditur virtute fideicommissi constituti in donatione.*
3 *Heres pro rata emolumenti tenetur fideicommissum conditum ab Authore omnino servare.*
4 *Potest Testator de bonis heredis seu ex fideicommisso ab ipsum heredem devolvendis, non minus quam de propriis disponere tam in ultima voluntate quam inter vivos.*
5 *Testator dicitur de bonis heredis disponere voluisse, si illa nominatim descripserit.*
6 *Voluntas Testatoris disponendi de re heredis non excluditur, ex quo ipse esset heres gravatus, & bona tanquam sua in dispositione descripserit.*
7 *Scientia Testamenti, & fideicommissi, ex quibus resultet.*
8 *Scientia fideicommissi in filio etiam ex conjecturis potest deduci.*
9 *Testator potest res heredis legare, & fideicommittere, etiam quod illas possideret credens esse suas.*
10 *Ut sive sciverit sive ignoraverit esse heredis.*
11 *Ex quibus inducatur acceptatio fideicommissi.*
12 *Heres acceptando fideicommissum Authoris dicitur cum Testatore quasi contrahere.*
13 *Acceptatio fideicommissi in re ad heredem spectante prejudicat absque eo, quod attendatur scientia, vel ignorantia, & n.* 14. *&* 15.
16 *In actu laudabili favore agnationis nulla consideratur lesio.*
17 *Minusque in acceptatione fideicommissi reciproci.*
18 *Licet illud non extiterit favore sui ipsius purificatum.*
19 *Fideicommissum conventionale, & particulare venit ab herede simplici prestandum, etiam ultra vires hereditarias.*
20 *Legitima, & Trebellianica dimidiam partem totius assis conficiunt.*
21 *Prohibitum ad tempus post tempus censetur permissum.*
22 *Filiis primi gradus non imputantur fructus in Trebillianicam.*
23 *Defectus Inventarii non impedit detractionem Trebellianicæ.*
24 Minusque legitimæ.
25 *Alienationes modica attento asse hereditario non sunt apta secum ferre presumptionem consumptionis detractionum, etiam concurrente defectu Inventarii.*

DECISIO LXXXVII.

Immissionem ad bona subjecta fideicommisso conventionali, & reciproco ordinato per Silvium anno 1577. quam sacra Rota cor. bo. me. R. P. C. Rondinino prævia infirmatione sententiæ latæ ab A. C. de voto nostri Tribunalis conceperat sub die 15. Junii 1662. & iterum sub die 29. Januarii 1643. Paulo Æmilio Juniori, & aliis fratribus de Filonardis hodie coram me, in defuncti Collegæ locum suffecto iterum concedendum existimavit.

Cum enim citra controversiam concurrant hic omnia extrema ad intentarium judicium necessaria, nimirum existentia fideicommissi reciproci, ac linearis ejusque purificatio ad favorem actorum, & bonorum identitas; Immissio utique ipsis denegari non potest, ut firmat *prima decis. causæ* cor. bo. me. Calataju *impressa in rec. dec.* 4212. *n.* 1. *par.* 113. & de simili fideicommisso conventionali dixit Rot. coram 1
Card. Celso *dec.* 36. *princ. & n. seq. &* 1012. *n.* 1. *& seq. confirmata*, cor. Amato Dunoz. *dec.* 915. & de fideicommisso 2
in contractu donationis, Rot. *dec.* 355. *a n.* 1. *ad* 6. *p.* 16. *rec.*

Nec ad impediendam immissionem proficere visa fuit unica exceptio antiquioris fideicommissi a Saturno ordinati super præfatis bonis, quæ proinde non potuerint per Silvium filium novo fideicommisso gravari in præjudicium ejus descendentium proprio Jure vocatorum; etenim cum omnes fuerint ejusdem Silvii hæredes, & ipse Marius ultimo defunctus licet hæreditatem Jacobi Patris repudiaverit, retinuerit tamen, & possederit omnia bona Silvii, consequens est, ut illius dispositionem, ac fideicommissum teneatur observare usque ad concurrentem ratam emolumenti et quæsiti ex bonis ejusdem Silvii, computatis etiam accessionibus seu fructibus medii temporis, ut disponit Text. *in l. imperator* 72. § *si censum*, *&* §. *cum quidem ff. de leg.* 2. 3
& l. cum pater 79. §. *Titio fratri eodem tit. l. quod de bonis* 16. §. *quod Avus ff. ad l. falcid.* Bellon. Jun. *consf.* 99. *a n.* 15. *usque ad* 21. Peregr. *consf.* 62. *a n.* 1. *ad* 6. *lib.* 4. *& in tract. de succ. lib.* 12. *tit.* 22. *n.* 12 *fol. mih.* 337. Card. de Luc. *de fideicommissis disc.* 134. *n.* 16. & fuit dictum *in voto emanato*, coram Rev. Decano *in causa Ferrarien. fideicommissi de Turchis* 19. *Augusti* 1617. §. *hac sufficeero*, *& in alia*, cor. R. P. D. Hervault 30. *Augusti* 1688. §. *non solum*, & Rot. *decis.* 125. *n.* 13. *et* 14. post Merlin. *de pignor. et dec.* 19. *n.* 5. *et* 5. *p.* 5. *rec.* cum satis notum sit, posse Testatorem de bonis heredis, seu fideicommisso ad ipsum hæredem devolvendis non minus, quam de propriis disponere tam in ultima vo- 4
luntate *l. unum ex familia*, §. *si rem tuam*, *et l. cum pater* 79. §. *cum Titio ff. de legat.* 2. *l. heredum C. fideic. et* §. *potest autem instit. de sign. reb. per fideic. relict.* Nicol. Bellon. *consf.* 9. *nu.* 9. *et* 10. Rot. cor. Coccin. *dec.* 1507. *nu.* 1. *et* 2. *et dec.* 1623. *n.* 1. *et in rec. dec.* 444. *sub n.* 2. *p.* 4. *et decis.* 19 *n.* 1. *et dec.* 129. *n.* 2. *p.* 5. *et dec.* 240. *p.* 9. *et dec.* 613. *utrobique nu.* 17. *et part.* 112. quam inter vivos *l. prima in princ. ff. de except. rei judic.* Cyriac. *controv.* 160. *num.* 112. Rot. *dec.* 343. *num.* 3. *p.* 32. *rec.*

Nec in dubium fuit revocata voluntas Silvii disponendi de dictis bonis pro rata, quæ provenire a fideicommisso Saturni; quia dum illa specifice, ac nominatim cum suis distinctis validitatibus, & confinibus expressis recte dicitur constare de voluntate, juxta distinctionem Textus *in l. seq.* 5
q. ff. de legat. 2. Peregr. *consf.* 41. *n.* 13. *et seqq. lib.* 3. *et in tr. de fideic. art.* 7. *n.* 16. Rot. *dec.* 375. *sub n.* 6. *p.* 1. *et decis.* 444. *n.* 3. *in princ. p.* 4. *rec.*

Nullatenus refragante, quod eadem bona denominavit sua ibi *sua bona prædicta* quasi putaverit sua propria, ac libera, non autem fideicommissaria, quia heres quamvis fideicommisso gravatus, & possessor, hujusmodi modus loquendi verificatur etiam in ejus persona, ut notat Lederch. 6
Imo. *consf.* 111. *sub n.* 1. *vers. sed itaque* Card. de Luca *de fideic. disc.* 59. *n.* 6. Peregr. *de fideic. art.* 33. *n.* 29. cum nostra dicamus etiam ea quæ restitutioni sunt obnoxia *l. non ideo ff. de rei vendic. leg.* 1. §. *servi appellat. ff.* ad Senat *Consult. Sillan. l. et post litem*, §. 1. *ff. fam. erciscund. l. si fur. ff. de rei vendic.* & simili modo fuit responsum ad alia verba præmialia instrumenti ibi *eum habeant, et possideant infrascripta bona*, quia ex iis non dominium, sed possessionem, & detentationem significari dixit in his terminis Job Horivus *con.* 37. *n.* 4. *in fine*.

Addebatur præterea, quod scientia Testamenti, & fideicommissi paterni satis resultare videbatur, tum ex conjunctione sanguinis, tum ex cohabitatione Silvii cum Saturno patre juncta familiaritate, qua insimul versabantur, dum Silvius filiali obsequio bona Saturni patris de illius commissione locabat, *ut ex sum. fratrum nu.* 15. tum ex majori 7
ejus ætate tempore, quo pater condidit Testamentum, tum ex brevitate temporis, quæ intercedit inter Testamentum & obitum Saturni, & fideicommissum a Silvio filio ordinatum, tum etiam ex quo agitur de Testamento non in scri-

ptis,

ptis, sed nuncupativo, quod solet devenire ad notitiam
omnium propter Notarium, & Testes ibi adscriptos, qui
solet contenta in testamento publicare, & manifestare, ut
observant Castrens. cons. 94. sub n. 1. vers. in dubio, & n. 2.
lib. 1. Roland. cons. 36. n. 12. & 112. lib. 2. Gozzadin. cons.
912. n. 21. Berous consil. 130. num. 18. & 19. lib. 2. Honded.
8 cons. 33. n. 28. cum duobus seq. lib. 1. & Rot. cor. Bich. decis.
6. n. 19. & seqq. cum hujusmodi scientia in filio deducatur
etiam ex conjecturis, & præsumptionibus, Nicol. Bellon.
cons. 9. n. 13. Dec. consil. 286. n. 17. Cyriac. contr. 910. n. 4.
Rot. coram Buratt. dec. 658. n. 4.

Non omisso præterea, quod quatenus adfuisset prætensa
credulitas (quæ ex supradictis remanet exclusa) potest Te-
stator res hæredis legare, & fideicommittere etiam quod
illas possideret, credens esse suas lege unum ex familia 69.
9 §. si neque l. cum filius, §. si Dominus ff. de legat. 2. & utro-
bique Bart. & Bald. Soccin. Jun. C. 124. n. 77. lib. 1. & consil.
107. cons. 57. volum. 3. Bellon. d. cons. 9. n. 9. Rob. Gonded.
cons. 37. n. 11. & 12. Gabr. C. 85. n. 6. lib. 1. Peregr. de fideic.
10 art. 33. num. 15. & sive sciverit, vel ignoraverit esse hæres,
Fusar. de subst it. q. 698. n. 9. Rot. cor. Penia dec. 407. n. 2.
coram Durano dec. 10. n. 1. cor. Coccin. dec. 1358. num. 13.
& 14. & coram Card. Cerro dec. 397. n. 9. & 10.

Minus fuit dubitatum de acceptatione hujus fideicom-
missi conventionalis ex parte Marii, cum respectu descen-
dentium Pauli Æmilii confideicommittentis, & aliorum
successorum Silvii non fuerit controversa, & liquido con-
stat ex summ. actorum num. 10. & 14. quia illa satis perspicua
11 apparuit, nedum ex possessione bonorum illi subjectorum
independenter a Jacobo Patre, cujus hæreditatem dicitur
renunciasse, verum etiam ex immissione ad illa ex hoc ti-
tulo pluries petita, & obtenta in dicto summ. n. 4. & clarius
ex judicio immissionis intentato contra successores Pauli
Æmilii super purificatione fideicommissi ad sui favorem ex
capite alienationum per illos factarum dicto num. 4. in fine,
& fusius in summario responsionis num. unico, & fuit admis-
sum in utraque dec. coram bon. mem. Rondinino sub die 15.
Junii 1682. §. hac omnia, & 28. Januarii 1683. §. bona au-
tem, & his omnibus circumstantiis perpensis, firmavit
Rot. in Viterbien. castrorum 14. Martii 1618. coram Sacrat.
ut ex particula data in eodem summ. n. 5.

Nec vis, & efficacia acceptantis evitari videbatur ex
opposita ignorantia antiquioris fideicommissi Saturni in
12 Mario, quia cum obligatio servandi gravamen oriatur
ex æquivalenti emolumento, quod Marius consequitur in
bonis propii Silvii gravatis, & proportionabilia ex juri-
bus superius allegatis in §. nec ad impediendam. Eo ipso
quod Marius acceptavit dicitur quasi contraxisse cum Te-
statore, & aliis vocatis ad fideicommissum, Gulielm. de
Benedict. in cap. Raynutius verbo, si absque liberis il 2. nu.
155. in fin. Cardinalis de Luca de fideicommissis disc. 33. nu.
23. & disc. 59. n. 5. in fine, & disc. 134. nu. 15. & seq. Rot.
13 coram Coccin. dec. 1507. n. 31. nec attenditur scientia, vel
ignorantia, quia vel scivit, vel scire debuit conditionem,
& qualitatem bonorum, ut in præcisis terminis similis do-
nationis dixit Hodiern. cum ipso Sacro Concilio Neapo-
litano contr. forens. lib. 1. contr. 15. sub n. 12 ver. etiam jun-
ctis sub n. 38. & aliis pluribus seqq. & signanter n. 40. & 41.
& nu. 54. et 57. et similibus Testatorem posse disponere de
14 rebus hæredis, ut in his pariter terminis fuit resolutum in
Viterbien. Castrorum 1. Februarii 1619. coram Sacrato, §.
circa primam 5. et similibus, ubi declarat Text. in l. de his
ff. de transact. procedere, quando agitur principaliter de
abdicatione juris, & in materia renunciationis; secus ubi
agitur de titulo lucrativo, & susceptione onerum, quæ ve-
15 niunt in consequentiam, quæ decisio exhibita in summ. n. 3.
fuit confirmata coram Coccin. dec. 1358. n. 10. et seqq. et
n. 14. et 15. et dec. 1387. nu. 8. et seqq. et nu. 17. et 18. et dec.
2452. n. 27. et dec. 1507. n. 6. et dec. 1623. n. 19. et seqq.

Nec adem acceptatio redargui merebatur de læsione,
quia cum agatur de gravamine honestissimo, & reciproco,
ad honorem, & conservationem nobilis familiæ hinc inde
inducto, & a successoribus tam Pauli Æmilii, quam Sil-
vii approbato nulla considerari valet læsio, vel quia actus
laudabilis tanquam favorem agnationis, & familiæ emana-
tus, Rot. coram S. D. N. Alexandro VIII. dec. 182. n. 26. et
16 decis. 23. num. 34. q. 11. rec. vel quia agitur de acceptatione fi-
deicommissi reciproci, quæ potest æque se habere ad lu-
17 crum, ac ad damnum, ex notatis per Tob. Hon. cons. 41.
sub n. 18. et 22. vers. & præsertim Odd. cons. 60. num. 10. et
11. Moder. Mutinen. consult. 141. n. 18. Rot. dec. 110. 206.
n. 14. et dec. 456. n. 43. part. 9. rec. 20. quam attento, quod
reciproca purificat fuerit favore alterius lineæ, quia spe-
ctatur possibilitas eventus hinc inde, non autem quid eve-
nit, ut notat Modern. Lucens. alleg. 278. n. 6. & Rota dec. 18
292. n. 23. et seqq. p. 6. et dec. 169. n. 16. et 17. p. 17. rec. vel
demum, quia Marius non remansit obligatus nisi ad ratam
emolumenti, quod percipiebat.

Quo igitur ad emolumentum, quod ex bonis Silvii, una
cum accessionibus, & fructibus medii temporis, devenit ad
Marium, hoc visum fuit æquare, imo exuperare injunctum
gravamen. In peritia enim status bonorum Silvii enume-
rantur primo acquisitiones per ipsum factæ; usque ad scut.
302. ultra sex corpora non appretiata in iisdem acquisitio-
nibus: secundo aliæ acquisitiones usque ad scut. 4591. 70.
quas ad Marium pervenisse, constat ex instrumento posses-
sionis ejus nomine captæ summ. n. 6. & respective ex inven-
tario ejus hæreditatis n. 7. & tertio palatium emptum pretio
scut. 8000. pro rata nempe, quæ ex subsequ. nti venditio-
ne ad manus Marii devenit, ut devenisse apparet ex disc.
27. Cardin. de Luca de alienat. et contract. prohibit. tom. 7.
ut de his tribus partitis in eadem peritia pag. 127.

Nec obstat, quod Tenuta Collis Mausolei empta a Sil-
vio pretio scut. 2000. dicatur evicta ab illis de Amato, per
sententiam bon. mem. Bichi de anno 1641. quoniam evi-
ctio non potest percutere hæc bona cum longe postea ex pos-
sessione capta a Mario de anno 1653. & a D. Felice illius hæ-
rede anno 1670 constet adhuc existere, & ab eo possideri,
ut in peritia fol. 98.

His addenda videbatur summa scut. 1000. auri per Sil-
vium soluta Paulo Æmilio in causam extinctionis census a
Saturno debiti summ. reorum n. 20. quamvis solutio emana-
verit per viam compensationis cum dote Contanitiсæ uxo-
ris Silvii; nam cum dos spectaret ad Germanicum, &
alios ejusdem Silvii filios, qui fuerunt patris hæredes sim-
plices absque beneficio legis, & inventarii, utique duos, &
omnia eorum jura remanserunt obligata pro fideicommisso
conventionali. quod tanquam particulare, & super certis
bonis constitutum venit ab ipsis integre præstandum, etiam
si excederet vires hæreditatis paternæ, juxta Text. in §. 19
hinc nobis, Gaut. ad hæred. et falcid. Castrens. in l. ita tamen
25. §. si ex Trebelliana ff. ad Senat. Consult. Trebellian.
et in l. omnibus 37. §. si vero num. 2. ff. de legat. et fideicomm.
p... et consil. 77. sub n. 1. vers. si vero non est confectum lib. 2.
Joann. Anton. Bellon. cons. 99. n. 31. Rot. dec. 399. num. 20.
usque ad 27. q. 9. et dec. 489. n. 21. p. 18. rec.

Item dos Lucretiæ matris Silvii debita a Saturno etiam si
constituta fuerit in corporibus, cum ex peritia fol. 126. con-
stat eadem bona fuisse possessa a Mario, & nunc existere pe-
nes ipsum Felicem eadem peritia fol. 115.

Calculanda sunt insuper reliqua omnia bona descripta in
peritia fol. 121. et seq. & a Maria possessa, quæ non pro-
bantur fuisse in bonis Saturni, cumque extiterint penes Ger-
manicum, & alios filios, & nepotes Silvii, ejus simplices
hæredes remanent proinde obligata pro hujus fideicom-
missi particularis implemento, juxta mox allegata in §. his
addenda.

Referendo domum, ducebantur ad eundem calculum
detractiones legitimæ, & Trebellianicæ competens Sil-
vio, tam ex propria quam ex persona Vellii fratris cujus est
hæres, quæ constituunt medietatem bonorum, a Saturno
patre etiam uti hæredes Card. Ennii proprio fideicommisso 20
subjectorum, Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. qu. 1. num. 7. Rot.
Coccin. decis. 187. n. 1.

Nec relevat, quod legitima fuerit Silvio confiscata in
vita patris, quodque Trebellianica consumpta remanserit,
vel ex perceptione fructuum, vel ex omissione inventa-
rii junctis alienationibus, quia a legitima, quæ ipsi Satur-
no fuit subinde per fiscum gratiose remissa, deberi videbatur
Silvio ex Testamento ejusdem Saturni patris, in quo licet
mandaverit filium debere esse contentum legitima jam ob
ejus culpam confiscata, voluit nihilominus illam posse pe-
tere postquam fuerit absolutus, & in gratiam Principis re-
integratos, ut colligitur ex verbis testamenti, de quo in
summ. actorum n. 11. ibi ita quod durante ejus banno, et exi-
lio donec ob illos absolutus, et liberatus seu rebannitus, et
ad patriam, et honores restitutus, et reintegratus fuerit, ni-
hil aliud de bonis suis minusque ipsam legitimam portionem,
quæ ipsi D. Testatoris l. gratiose remissa extitit petere aut
consequi possit, et valeat, nec ipse aut fiscus propter ejus
delicta succedere aut quidquam prætendere, sperare, et con-
sequi possit nam dum fuit prohibita temporaliter, nempe du-
rante banno, & donec fuerit absolutus, dicitur permissa, &
revocato Silvio ad Patriam, & ad honores restituto, ut venit 21

jam.

sum. n. 12. cum prohibitum ad tempus post illud censeatur permissum *lege pater filium*, §. *fundum ff. de legat. et fideic.* 3. *contr. cons.* 263. *sub n.* 3. *vers.* 1. *quia lib.* 2. Tiraquell. *de retract. t.* 2. §. *Glos.* 2. *n.* 46. Rot. coram Ubald. *dec.* 18. *n.* 1. *et* 7.

Trebellianica vero non remansit consumpta ex fructibus, qui per filios primi gradus non imputantur *l. jubemus Cod. ad Trebell.* Peregr. *de fideic. art.* 49. *n.* 55. Cavaler. *dec.* 540.
22 *n.* 6. Card. Cerro *dec.* 443. minusque ob non confectum inventarium junctis prætensis alienationibus, quia defectus inventarii non impedit detractionem Trebellianicæ, Rot.
23 *dec.* 241. *n.* 31. *et* 32. *q.* 9. *rec.* nec legitimæ, Cras. *in* §. *legitima q.* 45. Rot. cor. Bich. *dec.* 32. *n.* 7. & cor. Peuting. *dec.*
24 359. *n.* 4. alienationes vero præter unam pro pretio scut. 39. factam ab ambobus fratribus reliquit cum consistant in venditione animalium, pluribus, & diversis partitis in totum ascendente ad sc. 211. ut habetur *ex sum. responsionis rerum n.* 10. inter quas sunt venditiones suum pro pretio scut. 549. quæ tanquam factæ de anno 1573. non possunt esse de bonis Saturni jam defuncti anno 1567. Hæc omnes venditiones non videntur mereri nomen alienationis ad hunc effectum, cum in gregibus aliquæ venditiones sint potius in fructu cum quotidie crescant, & subrogentur alia loco venditarum; unde cum alienationis sint valde modicæ, attento asse hæreditario, non sunt aptæ secum ferre præsumptionem consumptionis detractionum etiam concurrente
25 defectu inventarii, juxta firmata per Rotam cor. Celso *dec.* 1. *n.* 9. *et* 10. & cor. Peutinger. *dec.* 359. *n.* 5. *et n.*... *dec.* 123. *n.* 19. *p.* 16. *rec. et in Sabinen. bonorum* 4. *Aprilis* 1672. §. *accedit vers. quamvis cum eo concurrant alienationes*, coram D. Bourlemont.

Præfatis omnibus adjungendos DD. dixerunt fructus intermedio tempore perceptos a Mario ex prænarratis bonis, hoc est ab anno 1653. usque ad 1670. quo illa possedit, cum veniant & ipsi computandi ex superius deductis *in* §. *nec ad impediendum*.

Hinc omnibus simul, & in unum collectis cum constiterit longe plus devenisse ad Marium, quam importent bona fideicommissi conditionalis, DD. in decisis perstiterunt super decreta immissione absque eo, quod opus fuerit aggredi discussionem controversiæ testamenti Cardin. Ennii. Utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana seu Verulana Fideicommissi.

Ven. 10. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Superius decisa laudantur.

SUMMARIUM.

1 *Testator registrando in fideicommisso bona ad hæredem spectantia censetur noluisse de eis disponere.*

2 *Testatori permissum est non solum disponere de bonis propriis, sed etiam de aliis suppositis antiquiori fideicommisso purificando in suis hæredibus, qui dispositionem tenetur servare ad ratam emolumenti ex bonis Testatoris quæsiti computatis etiam accessionibus medii temporis.*

3 *Agnatio fideicommissi constat ex possessione bonorum fideicommisso subjectorum.*

4 *Ut inducta dicatur acceptatio fideicommissi cum onere in eo contento, satis est, si hæres judicialiter fideicommissi petitionem emittat.*

5 *In urbe habetur pro majore, qui annum vigesimum explevit.*

6 *Filiusfamilias impetrando veniam a patre satisfacit dispositioni Statuti urbis cap.* 152. *lib.* 1.

7 *Acceptatio non minus verbis expressis resultat, quam ex aliis illam pernecesse inferentibus.*

8 *Hæres nequit impugnare acceptationem fideicommissi onerosi ab Authore emissam.*

9 *Hæres acceptando fideicommissum onerosum non potest allegare ignorantiam oneris, cum vel scire præsumatur, vel scire debuerit.*

10 *Ex retentione fideicommissi præsumitur scientia in eo contentorum.*

DECISIO LXXXVIII.

Inhærentes DD. fundamentis Decisionis coram me, in hac causa editæ die 10. Maii 1693. iterum hodie censuerunt Silvium Philonardum voluisse, & potuisse disponere de bonis comprehensis in fideicommisso Saturni Patris, illaque fideicommisso conventionali, & reciproco inter ipsum, & Paulum Æmilium seniorem ordinato supponere, ideoque danda esse immissionem Cin- 1
thio, & Philippo de Philonardis ad idem fideicommissum vocatis per obitum Marii ultimi possessoris sine filiis defuncti.

Siquidem de voluntate visum fuit non posse ambigi; cum enim idem Silvius registraverit in fideicommisso conventionali bona paterna, non est dubium, quod intellexerit de illis disponere, ut probat *præcedens decisio*, §. *nec in dubium*, & dixit Ridolphin. *al-* 2
leg. 150. *n.* 20. & fuit firmatum *in Bononien. transactionis* 13. *Martii* 1578. §. *secundus articulus*, coram Reverendissimo Bourlemont, *et in Reatina fideicommissi* 29. *Novembris* 1694. §. *nihilominus*, coram me. Cum cæteroquin scientia paterni fideicommissi in Silvio sufficienter resultat ex præsumptionibus recensitis *in eadem mea Decisione*, §. *addebatur*.

Potestas autem non fuit in dubium revocata, cum permissum sit Testatori non solum disponere de bonis propriis, sed etiam de aliis suppositis antiquiori fideicommisso purificando in suis hæredibus institutis, seu substitutis, qui eandem dispositionem tenentur servare ad ratam emolumenti, ex bonis Testatoris quæsiti, computatis etiam accessionibus medii temporis, juxta Textus *expressos in l. Imper.* 72. §. *si centum*, *et* §. *cum quidam*, *et in l. cum pater*, §. *Titio Fratri ff. de legat.* 2. *et* §. *potest autem instit. de singul. reb. per fideic. rel. cum cæteris juribus in eadem decisione plene cumulatis*, §. *nec ad impediendam*.

Emolumentum autem ad Marium devenisse non solum æquivalens, sed longe majus, quam importet fideicommissum Saturni, satis perspicuum remanet ex deductis *in eadem mea decisione*, §. *quo igitur cum*, §§. *seqq. usque ad final.* & magis elucescit ex novis juribus datis in præsenti *summ. num.* 18. & ex restrictu novæ relationis Petiti *n.* 19.

Non obsistentibus quibusdam alienationibus, & oppignorationibus per Silvium factis de bonis Saturni, tum quia ad quid modicum rediguntur, ut liquet ex responsionibus datis *in dicto summ. n.* 16. Tum etiam quia compensantur cum censu scut. 8000. auri alias per Saturnum imposito, & per Silvium retrovendito, ut in eodem *sum. n.* 17. itaut pinguioritati illius fideicommissi in nihilo detrahere videatur.

Quod attinet ad acceptationem fideicommissi Silvii per Marium, visum est illam ex pluribus resultare, & primo ex possessione bonorum eidem fideicommisso suppositorum, ex qua justificare illius agnationis dixit Rot. *dec.* 265. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 1. *rec. et dec.* 224. *n.* 6. coram clar. mem. Eminentiss. Cerro.

Secundo ex immissione per eundem Marium bis obtenta prævia productione ejusdem fideicommissi. Tertio ex Judicio super caducitate intentato ex capite alienationum contra successores Pauli Æmilii fideicommittentis; & quarto demum ex aliis actibus contra patrem, & patruum, & ex mandato procuræ speciali ad agendum pro dicta caducitata ordinara in fideicommissi Silvii, & Pauli Æmilii, ut de his omnibus *dicto sum. n.* 2. *usque ad* 6. qui actus bene probat acceptationem, & agnationem fideicommissi, cum ad hunc effectum satis sit sola illius petito judicialis, ut tradunt Monet. 4
de commut. ultim. volunt. c. 8. *sub n.* 492. *vers. simul habetur* Rot. *dec.* 68. *n.* 7. *p.* 14. *rec. et decis.* 450. *n.* 11. coram Amat. Dunozet.

Nec relevat, quod mandatum procuræ ad agendum pro caducitate fuerit factum a Mario, tempore quo erat filiusfamilias, & minor annorum 25. quia quidquid sit de tali exceptione, cum Marius natus esset Romæ, & Civis Romanus, & annum vigesimum tunc explevisset ex datis *in summ. numer.* 7. 9. *et* 10. & sic haberetur pro majore ex eodem Statuto Urbis *capitul.* 47. *libr.* 1. & licet filiusfamilias, veniam tamen a patre ad agendum reportaverat *dicto summ. numer.* 5. per quem consensum dicitur satisfactum eidem Statuto *capit.* 152. *libro* 1. ex firmatis per Rot. *decis.* 241. *numer.* 3. *post* Zacch. *de oblig. Camer. et in Romana census* 4. *Januarii* 1686. §. *non obstat*, coram clar. me. Cardinal Matthæjo. Cessat quælibet difficultas, ex quo 5
Marius mortuo patre constitutus in ætate annorum 29. tan-

tanquam vocatus ad fideicommissum, consensum præstitit alienationi bonorum, tutius, ut ipse inquit, a caducitate ob interventum derogationis Apostolicæ, *ut in dicto summ. num.* 11. Unde innegabilis est acceptatio, quæ non minus ex verbis expressis resultat, quam ex aliis illam per-
6 necesse inferentibus, Rot. *dec.* 137. *num.* 7. *post* Merlin. *de legit. & decis.* 87. *n.* 18. *& seq.* coram Ubag. & cum Marius semel acceptaverit fideicommissum, sicuti non posset ab ipso impugnari, ita nec a Felici, & aliis de columna illius hæredibus, ut in specie dixit Rot. *dec.* 159. *n.* 9. *post* Torr. *de pact. futur. success.*

Ad allegatum defectum scientiæ fideicommissi antiquio-
7 res Saturni in Mario, quam requiri contendunt iidem de columna, ut illi acceptatio præjudicare valuerit, responsum fuit, quod cum obligatio servandi gravamen oriatur ex æquivalenti emolumento, quod Marius consecutus fuit in bonis habitis a Silvio gravante, eo ipso quod ipse acceptavit dictum fideicommissum conventionale, quasi contraxit cum Testatore, aliisque ad illud vocatis, adeout nulla ratio habenda veniat de scientia, vel ignorantia, quia vel scivit, vel scire debuit conditionem, & qualitatem bonorum, ut firmat *decisio quæ confirmatur* §. *nec vis, & ef-*
8 *ficacia*, & præter allegatos Ridolph. *alleg.* 150. *n.* 21. Rot. *decis.* 19. *num.* 10. *& seqq. & dec.* 31. *ante num.* 1. *& num.* 3. *part.* 5. *rec.*

Sed nec defuit etiam scientia, dum constat Marium retinuisset penes se publicum Instrumentum fideicommissi Saturni, ex qua retentione præsumitur scientia in eo contentorum, Aut. *consil.* 15. *in fin.* Surd. *consil.* 335. *n.* 54. Pe-
9 regr. *de fideic. art.* 52. *n.* 104. *vers.* 8. Cyriac. *controv.* 325. *n.* 14. Barz. *decis.* 81. *n.* 21. maxime quia fideicommissum Silvii, quod Marius acceptavit, continebat, quod successores in nihilo possent diminuere bona, etiamsi ex quavis alia dispositione ipsius forent dedita, sed quod perpetuo deberent remanere eidem fideicommisso supposita, ut *in summ. n.* 1. *lit. B. & seqq.* Unde inverisimile est, quod neglexerit perquirere dispositionem Saturni Patris ejusdem Silvii, vel dicendum quoad quaecunque dispositione non obstante voluerit acceptare fideicommissum Silvi uti pinguius, & favore familiæ ordinatum.

Et ita suffragantibus etiam quinto, & sexto ex DD. perstitum fuit in decisis, altera tantum parte informante.

R. P. D. CAPRARA.

Romana seu Verulana Fideicommissi.

Ven. 21. *Februarii* 1698.

ARGUMENTUM.

Confirmat hæc decisio duas quæ ipsam præcedunt.

SUMMARIUM.

1. *Ex descriptione facta per Testatorem bonorum alieno fideicommisso subjectorum, inducitur illius voluntas de eis disponendi.*
2. *Acceptatio fideicommissi promanat ex illius productione.*
3. *Ex Judicio caducitatis promoto in vim Testamenti.*
4. *Ex petita & obtenta Immissione & num.* 6.
5. *Ex præstatione consensus alienationibus.*
7. *Hæres acceptando fideicommissum in quo bona ex alia hominis dispositione ipsi debita subjiciuntur, censetur velle tantum ex dispositione prædicta fideicommissaria & non alio titulo succedere.*
8. *Attenditur tantum titulus ad speciem & exercitium redactus, licet generaliter alii quoque fuerint expressi.*
9. *Scientia in genere idem operatur, quod scientia in specie.*
10. *Ex retentione Testamenti inducitur scientia fideicommissi in eo ordinati.*
11. *Acceptatio fideicommissi reiterate facta probat scientiam antiquioris fideicomm. in hoc ultimo gravati.*
12. *Vir nobilis præcipue angustiis pressus non præsumitur ignarus fideicommissorum a majoribus sua familia ordinatorum.*
13. *Onus fideicommissi acceptatum a defuncto qui in vita sua illi semper acquievit, non potest ejus hæres impugnare.*
14. *Ut dicatur renunciatum fideicommisso requiritur illius scientia præcisa, quæ resultet ex inspectione & lectura Testamenti. Declara ut n.* 15.
16. *Hæres pro rata emolumenti non potest rejicere onus in bonis ad ipsum spectantibus, a Testatore scriptum.*
17. *Ex modicis alienationibus non oritur præsumptio consumptionis detractionum, etiam non existe ateI aventario.*
18. *Filius rehabilitatus ad successionem paternam dicitur quoque rehabilitatus ad consequendam legitimam, quæ est portio successionis.*
19. *Spes succedendi est pretio æstimabilis.*

DECISIO LXXXIX.

Revocatis ad censuram geminis decisionibus coram me editis sub diebus 1. Maii 1690. & 21. Junii proxime præteriti, in quibus decreta fuit immissio fratribus 1
de Philonardis in omnibus bonis descriptis in fideicommisso Silvii, quamvis eorum plura subjacerent anteriori fideicommisso Saturni illius Patris, & comperto eorum fundamenta undique subsistere, visum est DD. pro illatum confirmatione respondere.

Constat enim de voluntate Silvii disponendi de bonis Saturni, eaque subjiciendi fideicommisso conventionali, & reciproco inter ipsum, & Paulum Æmilium sen. per contractũ donationis inter vivos ordinato, dum ibi eadem bona nominatim, ac individualiter descripsit, ex qua specifica descriptione bonorum resultat clara voluntas de illis disponendi, ut probat utraque decisio Causæ; prima nempe in §. *nec in dubium & in* §. *addebatur*; & altera *in* §. *siquidem*.

Constat etiam de acceptatione hujus fideicommissi ex parte Marii, per cujus obitum sine filiis ad favorem actorum purificatur; ipse enim primo ad manifestandam hanc 2
suam voluntatem, tanquam hæres, & successor Silvii, & Pauli Æmilii de Philonardis, & cum hac specifica expressione exhibuit in actis contra quoscunque publicum instrumentum hujus fideicommissi conventionalis cum adnotatione etiam diei, mensis, anni, & Notarii rogati, ut in præterito *summ. n.* 3.

Successive cum eadem expressione tanquam vocatus in eadem donatione facta per Silvium, & Paulum Æmilium de Philonardis intentavit Judicium caducitatis contra Marcellum, & Joannem Petrum de Philonardis descendentes a Paulo Æmilio ob alienationes ab ipsis factas de bonis eidem fideicommisso subjectis, contra expressam prohibitionem fideicommittentium, cum reproductione monitorii desuper expediti, & repetitione Instrumenti ejusdem donationis, & fideicommissi in actis primitus producti *d. summ. sub n.* 3.

Rursus de eodem anno 1652. simile Judicium caducitatis intentavit contra patruum, & patrem ob alienationes, 3
& contraventiones eidem fideicommisso per Silvium, & Paulum Æmilium ordinato, constituendo ad d. effectum specialem procuratorem ad agendum, ut eodem *Summ. num.* 6.

Insuper inhærendo eisdem caducitatibus, & contraventionibus egit de anno 1653. contra tertios possessores bonorum fideicommissi repetendo contra ipsos idem instrumentum donationis, & fideicommissi alias in actis productum sub die 15. Maii 1652. *d. Sum. n.* 4. *&* 5. Et successive etiam reportavit mandatum de immitendo super bonis fideicommissi ejusdem quondam Silvii, eodem *sum. n.* 2.

Ulterius defuncto patre, idem Marius exprimens Judici fuisse factum locum successionis ad ipsius instantis favorem in omnibus, & singulis bonis, ut ipse inquit, perpetuo fideicommisso per contractum a dicto quondam Silvio subjectis vigore Instrumenti donationis sub die 29. 4
Octobris 1577. obtinuit super illius mandatum de immittendo, & ejus vigore adeptus fuit possessionem bonorum, mediante Procuratore ad id specialiter constituto, ut in *d. Sum. n.* 2.

Accidit etiam quod de anno 1659. uti vocatus ad dictum fideicommissum Silvii, & Pauli Æmilii consensum præstitit alienationis certorum bonorum faciendæ per alios de Philonardis descendentes a Paulo Æmilio, tutus, ut ipse 5
expressit, a pœna caducitatis, stante derogationis Pontificia, & multiplico in reintegrationem fideicommissi ordinato, *d. Sum. n.* 11.

Denique de anno 1662. cum obiisset R. P. D. Petrus Franciscus Philonardus possessor medietatis bonorum eidem fideicommisso quondam Silvii subjectorum, Marius uti hæres fideicommissarius ejusdem Silvii, & hoc præciso titulo comparuit coram A. C. & repetito eodem Instrumento donationis, & fideicommissi in actis, ut supra producto obtinuit mandatum de immittendo cum successiva illius expeditione, *dicto summ. sub num.* 2. *in fine.* Ex quibus replicatis actibus comparitionum Marii in actis, uti hæredis fideicommissarii Silvii, & Pauli Æmilii, productionis Instrumenti ejusdem fideicommissi, in-

tenta-

tentatæ caducitatis contra gravato contraventores, & tertios possessores, obtentotum mandatorum de immittendo cum successiva adeptione possessionis bonorum uti eidem fideicommisso subjectorum usque ad obitum continuatæ, non solum aperte colligitur, quod Marius voluerit acceptare fideicommissum Silvii, sed etiam quod præcisam, & individuam scientiam habuerit omnium dispositorum in eodem fideicommisso; Unde cum clara appareat voluntas Silvii disponendi de omnibus bonis ibidem enumeratis, atque itidem literalis sit prohibitio per ipsum facta omnibus vocatis in nihilo diminuendi bona jam descripta, tametsi ex quavis alia hominis, vel legis dispositione ipsis forent debita, ut *d. Sum. n.* 1. consequens sit, ut Marius scienter acceptando hujusmodi sic qualificatam dispositionem, & fideicommissum, censeatur voluisse non ex alia dispositione, sed ex hoc eodem fideicommisso acquirere, ut his terminis dixit Mandell. Alba *consil.* 17. *num.* 1. Bellon. jun. *consil. 99 num. 5. cum duobus*
7 *seqq.* Fontanell *de pact. nupt. clausf.* 4. *gloss. sub n.* 35. & optime Rot. *decisio* 1507. *n.* 47. *et* 48. coram Coccino.

Nec obstat, quod Marius allegaverit etiam generaliter alia fideicommissa suorum majorum, & sic non censeatur plus ex uno, quam ex alio acquirere voluisse; quoniam cum nullum aliud in specie deduxerit, quam fideicommissum Silvii, quamvis penes se haberet etiam fideicommissum Saturni repertum inter Scripturas ipsius Marii, & illud unice prælegerit, & acceptaverit, allegando se illius vigore hæredem fideicommissarium, agendo pro caducitate, obtinendo mandata, & possessionem annorum, non est attendenda illa generalis expressio aliorum,
8 & exercitium redactum est *l. in toto ff. de regul. Jur.* Tiraquell. *de leg. Connub. gloss.* 7. *n.* 125. Rota *dec.* 513. *num.* 17. *part.* 12. *rec.*

Minus advertetur, quod ad validitatem acceptationis fideicommissi Silvii requiratur etiam scientia fideicommissi Saturni, cui renunciabatur.

Etenim hæc scientia satis superque visa est convinci. Primo, ex ipso Instrumento fideicommissi Silvii, ex quo resultat adfuisse alia fideicommissa, dum prohibetur vocatis diminutio bonorum, quæ ex quavis alia dispositione ad illos spectare possent; Unde Marius acceptando tale fideicommissum, verisimile est, quod cogitaverit adesse alia fideicommissa, quæ per talem acceptionem de medio tollebantur, & præcludebatur ipsi via eadem bona ex alia dispositione, & fideicommisso acquirendi; ex qua generali, & necessaria cognitione resultat sufficiens scientia, quæ licet in genere, tamen æque idem operatur, quod scientia in specie, per Text. *in leg. qui* §. *de*
9 *milit. testam.* Costa *de fact. scient. inspect.* 63. *n.* 15.

Secundo, & clarius, ex quo penes Marium fuit repertum Testamentum Saturni, ex cujus retentione probari scientiam fideicommissi in eo ordinati, voluit Ri-
10 minald. jun. *consil.* 493. *num.* 45. Intrigliol *de substit. centur.* 3. *quæst.* 94 *n.* 20. Corbul. *de aut. privat. ob non sol. can. limitat.* 10. *num.* 10. Paitell. *dec. caus. civil. annot.* 94. *num* 48. cum aliis allegatis in decisione, quæ confirmatur §. *finali*.

Tertia conjectura resultat ex intentata caducitate contra gravatos alienantes, arcendo creditores, & recuperando bona a tertiis possessoribus; quod beneficium non cõsequebatur ex fideicommisso Saturni nullatenus præscribentis hujusmodi caducitatem, quæ in solo fideicommisso Silvii continebatur; qua de re Marius bene novit utrunque fideicommissum, dum illud sibi magis proficuum prçelegit.

Quarta elicitur ex eo, quod sterio, & geminatis actibus acceptavit fideicommissum Silvii, in quo prædicta onera exprimebantur, vi quorum in illo succedentes suis Juribus renunciare cogebantur; hæ autem reiteratæ acceptationes secum ferentes virtualem fideicommissi antiquioris renunciationem, ob geminationem secum ferunt illius specificam scientiam, ad tradita per Leonard. Rodoer. *consf.* 24. *n.* 46. Rota *dec.* 246. *n.* 15. *part* 15. *recent.* &
11 *in Romana, seu Reatina fideicommissi* 2. *Decembris* 1696. §. *Rursus*, coram R.P.D. meo de la Tremoille.

Quibus denique omnibus additur, quod agitur de Viro Nobili, & quod ob angustias, quas passus est, solerti, & rerum familiæ non ignaro, quique pluries de fideicommissis agnatitiis suæ familiæ meminit, cuique autem compertum est hujusmodi Viris innotescere fideicommissa gentilitia, & majorum dispositiones, dum quisque paterfamilias mediocriter diligens illa investigare solet, & propterea idem Marius cum plene noverit cuncta onera, & gravamina sibi a Silvio injuncta, inverisimile prorsus est, quod toto vitæ spatio illis acquieverit, illaque nunquam detrectare tentaverit, & cum ipse siluerit ad hæredes transmiserit potestatem illa excutiendi, cum alias onus fideicommissi acceptatum a defuncto, qui in vita sua illi semper acquievit, non valeat ejus hæres impugnare, Cancer. *var. resol. c.* 2. *n.* 203. *tom.* 2. Molin. *de prim. lib.* ... 13
cap. 3. *n.* 36.

Nec valet oppositio, quod ad hoc ut dicatur renunciatum fideicommisso, requiritur illius scientia præcisa, quæ resultet ex inspectione & lectura Testamenti, juxta 14
Text. *in l. de his ff. de transact.*

Quoniam quidquid esset, si ageretur de actibus præjudicialibus, quibus quis se tollit e medio, & in alios trans- 15
fert jura fideicommissi, ipseque bonis, & juribus spoliatus remanet, in quibus terminis procedit præcitatus Textus; secus est ubi agitur de actu, prout hic, qui incipit a lucro, & commodo, & in quo per acceptationem novi fideicommissi fit solum mutatio tituli, & inducitur prorogatio vinculi citra amissionem fideicommissi, quod remanet penes acceptantem, qui illius commodo fruitur, nec agitur de acceptatione oneris odiosi, sed de gravamine favorabili, utpote quod respiciebat agnationis favorem, & quo acceptans non lædebatur, nam Marius subiit aleam lucri; si enim extincta fuisset linea altera Pauli Æmilii confideicommittentis, ipse totum fideicommissum consequi poterat eo modo, quo, defuncto Mario, actores illud hodie consequi intendunt; his enim casibus, scientia fideicommissi non est probanda rigorosis probationibus, nec elicienda est ex lectura, & visione Testamenti; sed sufficit scientia intellectualis, quæ excludat ignorantiam tollentem consensum renunciantis, ut declarando materiam, & ipsum Textum *in l. de his* tradit Leonard. Rodoer. *consil.* 24. *num* 40. *cum pluribus seqq.* Modern. Lucens. *allegat.* 278. *num.* 11. Rota *decis.* 153. *n.* 15. *cum duobus seqq. part.* 9 *recent.* & nuper *in Romana, seu Reatina fideicom.* 2. *Decembris* 1697. §. *Secundo objiciebatur cum seqq.* coram R.P.D. meo de la Tremoille.

Hæc satis esse putabant D D. pro decernenda Immissione; Et nihilominus quatenus etiam esset opus inquirere, an Marius ex fideicommisso Silvii, agnito, & acceptato consecutus fuerit tantũdem, quod æquivaleret emolumento ipsi obvento ex fideicommisso Saturni, qua probata æquipollentia magis certum redditur, quod Marius, ejusque hæredes impugnare non valent ejusdem Silvii dispositio- 16
nem, sed ea obstet vat tenentur usque ad ratam emolumenti ex illius bonis sibi quæsiti, computatis etiam fructibus, & accessionibus medii temporis, juxta plene firmata in utraque decisione Causæ, hujusmodi æquipollentia statim emergit, quia procedendo etiam cum præsupposito, quod omnia bona descripta in fideicommisso Silvii provenirent ab hæreditate Saturni ejus Patris, legitima, & Trebellianica ipsi ex persona propria, & Velli fratris, cujus fuit hæres ex Testamento, medietatem assis hæreditatii Saturni absorbent, quæ medietas constituit tantundem æquivalens gravamini, quod Silvius imposuit super alia medietate, quæ ex fideicommisso Saturni Mario forent debita.

Non obstat præsumpta consumptio deducta ex alienationibus factis a Silvio; nam istæ restringuntur ad modicas, ut concludunt cum Pretio ultimæ decisiones, & signanter illa anni 1690. §. *Trebellianica*, si ab illis secernantur venditiones animalium, quæ æstimari debent tanquam fructus, & aliæ quæ in immensum exagerantur per argumenta ducta a possibili, quæ non concludunt, ut singillatim respondetur in vernacula informatione data pro Philonardis super his prætensis alienationibus, qua stante modicitate alienationum, planum est, quod ex iis non oritur 17
præsumptio consumptionis, etiam concurrente defectu Inventarii, ut firmat eadem Decisio *d.* §. *Trebellianica*.

Minus subsistit, quod legitima Silvio non deberetur, quia etsi illa privatus fuerit a Patre, ex quo fuerat confiscata, & a fisco eidem Patri gratiose remissa, nihilominus ad illam successive censetur reintegratus; Tum quia privatio fuit, durante banno, ut ex verbis ponderatis in supra allegata decisione §. *nec relevat*; Tum etiam quia cessante banno fuit a Patre rehabilitatus ad successionem paternam *Sum. Columnæ anni* 1692. *num.* 6. & consequenter ad legitimam, quæ est portio successionis, & dicitur quota hæreditatis *Authent. novissima C. de inoffic. Testam.* Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 2. & faciunt in proposito tradita per Rot. *dec.* 27. & 28. penes eundem.

Crescit æquivalens consecutum a Mario super bonis a Silvio

Silvio post conditum fideicommissum acquisitis, quas sane acquisitiones a Petito approbatas vindicat a contrario lingua materna exarato.

Nec attendi merentur defectus objecti Petito, ex quo omiserit descriptionem plurium acquisitionum factarum a Saturno, quia ut in mox relato folio advertitur, solum perscrutare debuit illas, quæ percutiunt bona possessa a Mario, & descripta in fideicommisso Silvii, & successive ab isto acquisita.

Demum pro commensurando æquivalenti præter fructus ex bonis correspondentibus legitimæ, & Trebellianicæ, ut ex dictis acquisitionibus per Marium, ejusque hæredes per tot annos preceptis, spernenda non videtur spes succedendi ad portionem subjectam a Paulo Æmilio confideicommittente, ubi illius linea masculina deficeret,
18 quæ spes est aliquo pretio æstimabilis, juxta Textum expressum *in l.2. §. Illud potest ff. de hered. vel act. vend.* Rot. *dec.160. n.12. & 13.* post Torr. *de pact. futur. success.*
19 Prætensis detractionibus ex causa nonnullarum dotium satisfacit responsio, quod bona acquisita a Silvio reperiuntur primitus obligata pro multiplico scutorum decem millium in controverso fideicommisso ordinato, ut ex responsione defensoris actorum.

Et ita pro confirmatione decisionum fuit resolutum, suffragantibus etiam quinto, & sexto ex Dominis, & partibus informantibus.

Congregatione Deputata.

Reverendiss. PP. Emerix, Caccia, Albano, Boncompagno, & de Aste.

Votum decisivum extensum.

R. P. D. E M E R I X.

In Causa.

Ferrariensi Fideicommissi de Turchis.

Mercurii 19. Marti 1687.

A R G U M E N T U M.

Licet Testator possit de re hæredis disponere, adhuc ultra illius voluntatem, & oneris impositionē, exigitur quod utilitas quam hæres ex judicio Testatoris percepit æquare debeat ipsum onus, quia alias illud hæres impugnare valeret, etiamsi Inventarium non confecerit, & Testator specifice in Testamento per Fideicommissum universale de re hæredis disposuerit.

S U M M A R I U M.

1 *TEstatori de re hæredi disponendi tribuitur facultas.*

2 *Jura Digestorum quoad legatarios, & fideicommissarios correcta dicuntur per Jus novissimum.*

Declaratur num. 3.

4 *Fideicomm. universale, in quo nulla facta fuit expressio corporum, non potest transcendere viros hæreditarios.*

5 *Hæres a Testatore gravari non potest in bonis propriis, vel alio titulo illi debito, ultra vires hæreditarios, &c.*

6 *Quod procedit non solum de Jure veteri digestorum, sed etiam de Jure novissimo Codicis, & Authenticorum.*

7 Baldus, Corneus, & Menochius, *super emissione Trebellianicæ ab hærede gravato non conficiente Inventarium, &c. sententiam mutarunt.*

8 *In correctoriis & pœnalibus non valet fieri extensio de uno casu ad alium ex identitate vel etiam ex majoritate rationis, & n. 14.*

9 *An, & quando hæres qui non confecit inventarium, possit credita sua contra legatarios et fideicommissarios deducere.*

10 *Imperatoris mens in* Auth. §. hinc nobis de hæred. & falcidia *interpretatur ex §. antecedenti*, sin autem.

11 *Gravamen in bonis propriis hæredis in fideicommisso universali non potest excedere emolumentum tam in casu omissi, quam confecti inventarii.*

12 *Lex facilius permittit lucrum non facere, quam damnum sentire.*

13 *Fideicommissarius particularis non potest cogere hæredem ad conficiendum inventarium.*

15 *Nihil tam contrarium est consensui, quam error seu ignorantia.*

16 *Restitutio in integrum, ex capite enormissimæ læsionis competit etiam majori.*

17 *Tempus quadrienii a Jure præscripti ad incohandam & terminandam causam restitutionis in integrum, non incipit currere nisi a die scientiæ enormissimæ læsionis.*

D E C I S I O XC.

ANno 1602 decessit Marchio Alphonsus Turcus cum Testamento, in quo instituta primogenitura super quibusdam particularibus ejus bonis, *La Valle di Maremorta* nuncupat. & relictis cuilibet ex filiabus scut. 10. m. pro dote, in reliquis omnibus ejus bonis, juribus, & actionibus tam præsentibus, quam futuris, hæredes universales instituit Marchionem Cæsarem filium infantem, alios que filios masculos nasci turos, & post ordinatum perpetuum fideicommissum in ejus, & Marchionis Annibalis, illius Fratris, descendentia masculina, voluit, & ordinavit, quod tota ejus hæreditas eodem ordine, modo, & forma, & cum eisdem oneribus, ut supra, perpetuo perveniat ad filios, & descendentes masculos suarum filiarum, adjecta tam hæredibus institutis, quam substitutis expressa prohibitione Trebellianicæ.

Subjunxit deinde ad hoc, ut nullo tempore dubitari possit (sunt verba præcisa Testamenti) *quali siano li beni immobili restati nella sua eredità, e sottoposti al fideicommisso, ne occorra alli sudetti suoi descendenti, o altri chiamati come di sopra in occasione di pravare la loro identità, e che fossero da esso Sig. Testatore al tempo della sua morte tenuti, posseduti, o restati nella sua eredità, ha risoluto, & ordinato che siano descritti con le loro qualità, quantità, e confini nel fine del presente Testamento, secondo si contiene in un Inventario dato da esso Testatore.*

Defuncto Testatore, Marchionissa Livia mater, & tutrix Cæsaris unici hæredis superstitis, & adhuc Infantis curavit describi omnia mobilia, & retineri distinctum computum pecuniarum in eodem Banco, seu apud eundem Mercatorem, penes quem a Testatore depositæ fuerant. Et defuncto postmodum etiam Annibale sine prole, ac successive similiter Cæsare sine Testamento; orta est controversia inter filios Annæ, & Camillæ, ejus sororum consanguinearum, & filios, ac descendentes masculos Catharinæ, & Eleonoræ, illi ex utroque latere conjunctarum, super bonis immobilibus, ut supra in Testamento descriptis tanquam de hæreditate, & fideicommisso Alphonsi Testatoris: Et licet nulla cadat quæstio inter partes, quin illa essent supposita fideicommissis avitis, adeoque propria Cæsaris hæredis, seu ei debita; Nihilominus post lapsum quinquaginta circiter annorum emanavit sententia actoribus favorabilis, quæ, cum fuerit in secunda istantia per A.C. Cavallerium, & in tertia per particularem Congregationem revocata, contigit hodie coram nova Congregatione a Sanctissimo Domino Nostro deputata, de illius viribus ex integro inquiri.

Et quia Causæ defensores utrinque diffuse scripserunt, & agitur de articulo exemplari, in quo non omnes Domini eisdem rationibus movebantur. Ideo pro clariore, & solidiore resolutione mihi ordinarunt, ut iam præcipua fundamenta defensorum hinc inde, quam etiam fortiora motiva, quibus quisque eorum nitebantur, hic breviter referrem, maturius in altera Congregatione examinanda.

Fundamentum principale actorum defensores constituebant *in l. unum ex familia §. si rem. ff. de legat. 2. & in lege filiusfamilias ff. de legat. 1. in quibus tribuitur Testatori facultas disponendi de re hæredis, seu bonis ei debitis ex alio Titulo*, ut in specie examinando eosdem Textus tradunt Bellon. Sen. *cons. 9. num. 10.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 5. n. 36.* & dixit Rota coram Durano *dec. 93.* & coram Coccino *dec. 1517. utrobique n. 1. & 2.*

Nec obstare afferebant, quod eatenus sustineatur gravamen super bonis propriis hæredis vel ei debitis, quatenus, computatis accessionibus, seu fructibus medio tempore perceptis, non excedit emolumentum proveniens ex hæreditate Testatoris, juxta alios Textus *in l. Imperator 72. in §. Si centum & § Cum quidam, & lege cum Pater 79. §. Titio fratri ff. de legatis 2. & lege quod de bonis 15. §. quod Avus ff. de leg. falcid.* Quia Jura ista digestorum dicebant fuisse correcta per Jus novissimum, *Cod. in l. final. de Jur. de liberan. & per Auth. in §. hinc nobis de hered. & falcid.* quando, prout in præsenti hypothesi, hæres gravatus super bonis propriis adiit hæreditatem nullo confecto inventario, ut liquet ex verbis, *Auth. in §. hinc nobis*, ibi: *Si vero non feceris Inventarium &c. non retinebit falcidiam, sed complebit legatarios, & fideicommissarios, licet pura substantia morientis transcendant mensuram legatorum datio,* & tenent Bald. *in Auth. sed cum Testator §. sed contra istud oppone C. ad leg. falcid.* Roman. *in Auth. similiter n. 104. circa fin. vers. 3. ego C. eod.* Corneus *in d. Auth. sed cum Testator sub num. 2. vers. & tamen optime &c.* Molin. in 1

K 2 addit.

addit. ad Alexandr. *conf.67. litt. B. circa finem verf. 4. eft veritas lib.4.* Menoch. *conf.272. n.68. ufque ad 75.*

Et quamvis Bellon. Rolan. Fach. Phanucc. Merlin. aliique Doctores inferius allegandi teneant, Correctionem Juris veteris digestorum habere locum quoad legatarios, & fideicommissarios particulares tantum, non autem quoad universales: horum tamen opinionem declarandam esse fubdebant cum fubdistinctione, quam tradit Beltramin. in addit. ad Gregor. *decifio 421. n.15. verf. prædicta tamen opinio &c.* & fequitur Cenfal. ad Peregr. *de fideicommiff. art. 35. fol. mihi 225. § Quarto obferva verf quamvis &c.* Posth. *refol. Civil. 24. n.26.* Fontan. *de pact. nuptial. gl.5. n. 24. & feqq.* nimirum, quod Jura vetera digestorum non funt correcta in cafu fideicommissi universalis, in quo Testator specifice non difpofuit de bonis hæredis restituendis, cum universare ipfius hæreditate; fecus vero quando, prout in præfenti, nominatim de illis difpofuit, affignando rationem differentiæ, quia nimirum in primo cafu hæres deducendo fua credita, vel retinendo bona propria non contravenit voluntati Testatoris, quæ in eo verfatur, ut factis prius deductionibus a Jure permiffis, restituat Jus univerfale fideicommissi, licet consisteret in Jure inutili, ut docet Castrenf. *in l. ita tamen 27. §. Si ex Trebelliano ff. ad Sen. Conf. Trebell. & in leg. ab omnibus 107. §. Si Socero ff. de legatis primo, & conf.77. n.1. in fin. lib. 2.* In fecundo vero hæres gravatus retinendo bona propria nominatim fubjecta restitutioni fideicommissi universalis expreffe contravenit voluntati Testatoris, non fecus ac fi renueret folvere legata, & fideicommiffa particularia excedentia vires hæreditarias.

Idque etiam comprobare conabantur, tam ex litera Text. in *d. §. Hinc nobis Auth. de hæred. & falcid.* in quo Imperator, postquam pluries copulative locutus fuit de legatariis, & fideicommissariis, & fancivit hæredem non conficientem Inventarium teneri complere legatarios, & fideicommiffarios, fubdidit, *licet pura fubftantia morientis transcendat menfuras legatorum datio*, nullamque in hac ampliatione fecit mentionem de fideicommiffis, quæ non debent cenferi inconfulto omiffa, fed apposite, quia nimirum fideicommiffum univerfale, in quo nulla fuit facta expreffio corporum, non poteft transcendere vires hæreditarias, ut advertit. Corn. *conf. 303. fub n. 4. lib.1.* Ludovicus Bell. *conf.41. n.12. verf. cujus refolutionis.* Peregrin. *conf 64. n.26. lib.3.* Parif. *confil. 2. ex n.30. cum feqq. lib.3.* Ofafch. *dec. 147. fub num. 26. verf. non obftat*, Vincent. de Franch. *dec. 39. num. 4.* Mangil. *de imput. quæft. 130. n. 10. verf. nec movet &c.* Quam etiam ex fenfu S. Rotæ deducto ex pluribus decifionibus editis fuper hac materia, in quibus quæstio fuit folum de voluntate, non autem de potestate Testatoris, ut videre eft in *decifione 93. & decifione 119. per tot.* cor. Duran. *decifio 910. n.26. & per tot.* coram Dunozetto jun. *& in Savonen. Fideicommiffi Aprilis 1677. §. Potiffimum quia cum feqq. & §. Imo ex præfatis, & 21. Aprilis 1679. §. Nec fubftineri*, coram Reverendifs. Bourlemont, *& in Romana Fideicomm. de Pinis 17. Maii* 1680. cor. R. P. D. Rondinino, *& 23. Januarii 1623.* coram bon. mem. Pauluccio.

Et cavendum effe monebant ab authoritate Bartoli, Baldi, Imolæ, aliorumque ex adverfo allegandorum ad roborandum defectum potestatis Testatoris in gravando hæredem fuper bonis propriis ultra emolumentum; quia vel loquuntur de jure veteri digestorum, nullatenus confiderato jure noviffimo Codicis, & Authenticorum, in cafu non confecti Inventarii, vel non percutiunt præfentem cafum, in quo Testator expreffe difpofuit de bonis hæredis, de quo in individuo loquitur Beltram. Cenfal. Posth. Fontanell. *locis fupracitatis*.

Hoc jacto fundamento circa potestatem Testatoris difponendi de bonis hæredis, defcendebant ad particularem difcuffionem voluntatis Marchionis Alphonfi, quam fatis fuperque refultare dicebant ex fpeciali defcriptione horum bonorum fpectantium citra controverfiam ex antiquioribus fideicommiffis ad Marchionem Cæfarem hæredem, facta de ipfius ordine, feu mandato in fine Testamenti, ne unquam dubitari poffet de identitate bonorum ejus fideicommiffo fubjectorum, ad tradita per Menoch. *de præfumpt. lib.4. præfumpt. 197. num. 17.* Thefaur. jun. *quæftion. for. lib.1. quæftion. 55. num. 10. verficul. fecundo.* Rota *decifio 444. num. ... part.4. rec.* licet ad hunc effectum fufficeret, ut quoquo modo conftaret de voluntate, etiamfi non fuiffet facta fpecifica expreffio corporum, ut notat Peregr. *de fideicommiff. artic. 6. num. 16. verfic. fpecialiter autem*, Tondut. *quæft. Civil. 109. fub numer. 2. verf. Et dum in fine &c.*

E contra vero eorum defenfores nitebantur difpofitioni Textus *in l. imperator 72. §. Si centum, & §. Cum quidam de legatis fecundo, & leg. cum Pater n.9. §. Titio fratri eodem Titul. leg. quod de bonis §. Quod avus ff. ad leg. Falcid. gloff. in leg. cohæredi §. Cum filiæ digeft. de vulgar.* ex quibus Doctores communiter tradunt, hæredem gravari non poffe in bonis propriis, vel alio titulo ei debitis, ultra vires hæreditarias, & emolumentum calculatis acceffionibus, feu fructibus, medii temporis, ut videre eft apud Bartol. *in dicta leg. Imperator num. 1. & 4.* ibique etiam Imola *n.3.* Bald. *in d. leg. cum Pater §. Titio in princ. ff. de leg. 2.* Benedict. *in cap. Raynutius verf. fi abfque liberis il fecondo tit. de fi eicomm. fubftit. n. 25. ad med. & n.60.* Soccin. jun. *conf. 57. num. 19. lib.3.* Gabriel. *conf. 202. n.8. cum duobus feqq. & n.20. lib.2.* Bellon. jun. *conf. 99. a n.15. ufque ad 29.* Peregr. *conf. 63. num.1. cum feqq. & per tot. lib.4 & in tract. de fideicommiff. artic. 33. num. 47. & 49. & in decif. Patavin. 96. n.8. verf. Sexto decifum fuit*, Mell. *obfervat. 144. num. 22.* Conciol. *de hered. art. 3. n. 27.* Andreol. *controver. 434. a num. 4. ufque ad 41.* Merlin. *de pignor. lib.2. quæft. 16. num. 51. ufque in finem* cum aliis concordan. adductis per Cardinal. de Luca *de fideicommiff. difc. 134. n.14. cum feqq.* 5

Et hoc procedere dicebant non folum de Jure veteri digestorum, fed etiam de jure noviffimo Codicis, & Authenticorum, per quod non fuerint correcta jura vetera quoad fideicommiffarios univerfales, fed tantum quoad legatarios, & fideicommiffarios particulares, ut distinguendo tradunt Castrenf. *in leg. ab omnibus 107. §. final. n.2. ff. de legat. 2. & decif. 77. fub num. 1. verf. fi vero non eft confectum lib. 2.* Roland. *conf.65. num. 13. ad med. & n.14. lib.2.* Mantica *de conject. lib.7. tit.8. num. 15.* Fachin. *controver. Jur. lib.4. cap.38. §. Septimum argumentum cum §. feqq. & per tot.* ubi egregie examinat verba Textus *in §. Hinc nobis*, Phanucc. *de Inventar. part. 7. num. 41.* Peregrin. *de fideicommiff. art.3. num. 73. & 74.* ubi hanc opinionem vigere Ferrariæ, *& artic. 33. num.48.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. quæft. 16. num. 51. & feqq.* Christin. *dec. Belgic. 318. per tot. lib. 1.* Rota *decifion. 519. part. 4. diverf.* coram Coccino *decif. 1507. num. 6. & feqq. & in rec. decif. 19. numer. 4. & 5. & decifio 31. numer. 4. & cum feqq. part. 5. & in Romana Fideicommiffi de Pinis 17. Maii 1680. §. Nec applicabilis*, coram R. P. D. Rondinino. 6

Nec attendendam effe refpondebant authoritatem Baldi, Cornei, & Menoch. *in locis allegatis* per fcribentes pro Actoribus, ubi per folam amiffionem inventarii dicunt hæredem gravatum amittere Trebellianicam, & difpofitionem *Textus in §. Hinc nobis Auth. de hered. & falcid.* comprehendere tam fideicommiffarium univerfalem, quam particularem; Tum quia ipfi loquuntur contra communem, ut testatur Decian. *conf. ult. lib.2.* ubi ait, nunquam vidiffe in foro aliter judicatum, Gail. *practicabil. obfervat. 138. num. 15.* Peregr. *de fideicommiff. art. 3. num.7. & pluribus feqq. & fignanter num. 76. & 78.* Marefcot. *var. refolut. lib. 1. cap.23. n. 9.* Gratian. *difcept. 34. numer. 4.* Rota coram Caffadoro *decif. 3. numer. 6. & per tot. de Teftament. & decif. 519. num. 1. & per tot. part. 4. diverfor. &* coram Dunozetto jun. *decif. 910. num. 20. cum feqq.* coram Eminentifs. Othobon. *dec. 235. num. 30.* Eminentifs. Cerro, *decif. 119. num. 31. & 32. & in rec. decif. 432. num. 3. par. 4. tom. 1. et decif. 123. num. 6. par. 16. rec.*

Tum etiam quia contrariam opinionem tenuerunt ipfimet Authores in aliis locis, nimirum Bald. *in Auth. fed cum Teftator, num.3. C. ad leg. falcid.* Roman. *conf. 276. num.8.* Corneus *confult. 180. num. 11.* ubi hanc opinionem fulciri melioribus rationibus, & fervari in praxi *lib. 4.* Menoch. *conf. 756. num.14. in fine*, ubi in fpecie ait contrariam opinionem ab ipfo firmatam in *conf. 272.* non effe receptam in Civitate Ferrariæ, proinde non effe amplectendam. 7

Distinctionem vero inter cafum, quo Testator nominatim expreffit bona hæredis restituenda per fideicommiffum univerfale, & alium in quo illa non expreffit, traditam a Beltramino in addit. ad Gregor. *decif. 421. fub n. 35.* & amplexam a Cenfal. ad Peregr. Posth. & Fontanell. *locis fupracit.* fatagebant evertere duplici refponfione; Prima nempe, quod ex identitate rationis, quæ militare dicitur tam in fideicommiffariis univerfalibus, quam in particula- 8

ticularibus, quando Testator nominatim gravavit hęredem super bonis propriis, non valet extendi correctio Juris antiqui ab illo ad istum casum contra inconcussum Juris principium, quod in correctoriis, & pœnalibus non valet fieri extensio de uno casu ad alium ex identitate, vel etiam ex majoritate rationis, per Text. *in l. principimus in fine ff.*
8 *de appel. in Auth. quas actiones C. de Sacrosanct. Eccl.* & tradita in terminis per Fragos. *de Regim. Reipubl. Christ. p. 2. lib. 5. disc. 8. §. 15. n. 467. & 468.* Peregr. *de fideic. d. art. 3. n. 76.* Rota *d. decis. 3. n. 8. de Testamentis*, cor. Cassadoro *& decis. 519. n. 3. p. 4. diversor.*

Secunda vero, quia Beltraminus, aliique supra allegati Auctores (excepto duntaxat Fontanella, qui nititur aliis fundamentis) moventur ex dicto Castr. *in l. ita tamen 27. §. si ex Trebelliano ff. ad Sen. Cons. Trebel.* qui examinando quæstionem, an hæres, qui non confecit Inventarium, possit deducere sua Credita? ait non posse id facere contra legatarios, & fideicommissarios singulares, quia legata, & fideicommissa particularia possunt transcendere vires hæreditarias, & sic hæres deducendo sua credita posset minuere legata, & fideic. contra voluntatem Testatoris; secus vero quoad fideicom. universales, in quibus militat diversa ratio, cum fideicomm. universale consistat in Jure, quod nullis limitibus circumscribitur, non autem in corporibus
9 particularibus, & sic illud nunquam minuitur per deductionem propriorum creditorum factam ab hærede gravato, nec contravenitur voluntati Testatoris, quod etiam repetit, & approbat *in l. ab omnibus 107. §. si Socero n. 2. ff. de Leg. & fideic. primo*, *& cons. 77. sub n. 1. vers. Si vero non est confectum Inventarium l. 2.* Verum, cum ratio, propter quam attento etiam Jure novissimo, est permissa hæredi deductio propriorum creditorum, sed bonorum, adversus fideicom. universales, etiamsi Inventarium non confecerit, non sit illa unica, percutiens solam voluntatem Testatoris, ponderata per Castrensem *locis supr. cit.* sed etiam alia proveniens ex defectu potestatis sublatæ a Legislatoribus *in d. l. Imper. aliisque Juribus supra relatis*, quæ quoad fideicommissarios universales non reperitur restituta per Jus novissimum, ut advertunt Bellon. jun *cons. 99. n. 26.* Peregr. *de fideicomm. dicto art. 33. sub n. 48. vers. Item in iis*, *& n. 49. vers. primo quia*, Phanunc. *de invent. p. 7. n. 41. & 46. cum seqq.* Rota *decis. 13. n. 7. & 8. p. 5. recent.* sequitur opinionem Beltramini in casu, quo Testator nominatim expressit bona hæredis, restituenda simul cum fideicommissio universale, non posse procedere; cum in eo casu, licet concurrat voluntas Testatoris, prout ipse considerat, deficiat tamen potestas, sine qua voluntas non attenditur.

Præterea superaddebant, quod potissima ratio Imperatoris in *§. hinc nobis*, corrigendi Jura antiqua etiam quoad
10 legatarios, & fideicommissarios particulares, non fuit illa, adhoc ut adimplerentur voluntates Testatorum: quia per admissionem ad beneficium Inventarii, juxta formam *dictæ Auth.* non minus subvertuntur, quam adimplentur voluntates Testantium juxta facti contingentias, cum hæredes per illud præserventur ab obligatione adimplendi eorum voluntates, ultra vires hæreditarias, & intra illius limites coerceatur potestas Testatorum disponendi de rebus hæredis, sed alias, nimirum cohibendi præsumptam malignitatem hæredum omittentium conficere Inventarium pro occultandis bonis, cum quibus potuissent satisfieri legata, & fideicom. particularia; ut liquet ex verbis ipsius *Authen.*

Quo vero ad authoritatem Fontanellæ, qui coincidit in eandem opinionem Beltramini, animadvertebant nullam ex tribus rationibus, quibus ipse movetur, probare assumptum; Non quidem primam desumptam, ex *l. sequens q. 70. ff. de legat. 2.* quia ille Textus loquitur de donatione inter virum, & uxorem, quæ morte confirmatur, & sortitur potius naturam legati, & fideicommissi particularis, ut respondet in præcisis terminis Bellon. jun. *citat. consil. 99. n. 42.* Nec minus secundam, quod Testator possit disponere de re hæredis, *ex l. n. ex fam. 69. §. si rem digest. de legat. 2.* Neque etiam tertiam, quod hæres teneatur approbare factum defuncti, videaturque adeundo quasi contrahere cum legatariis, & fideicommissariis; Quia hæc bene procedunt in legatis, & fideicommissis particularibus, vel etiam in universalibus, quando gravamen super bonis propriis hæredis non excedit emolumentum, & fructus medii temporis; secus vero ubi, prout hic, longe excedit, ut notat Peregr. *cons. 63. n. 3. & 4. lib. 4. & de fideic. d. art. 33. num. 42.* Phanuc. *de Invent. d. par. 7. n. 110. & plurib. seqq.*

Neque huic sententiæ adversari, imo potius favere respondebant literam Textus *Auth. in dicto §. hinc nobis*. Imperator *in §. antecedenti, si quis autem*, in quo mandat, hæredes, qui moniti a Judice neglexerunt implere intra annum præceptum Testatoris, privari hæreditate, plures meminit fideicommissariorum universalium sub explicito termino, *per universitatem*; In sequenti autem *§. hinc nobis*, licet loquatur de fideicommissariis, nullo utitur termino universalitatis; Unde ex hoc discretivo modo loquendi argui diversam voluntatem Imperatoris, quod ubi voluit comprehendi fideicommissarios universales, id expressit termino universalitatis, ubi vero noluit, omisit, ut præcise examinando partes ejusdem Auth. notat Peregr. *citat. art. 3. n. 76.*

Prout nec etiam urgere in contrarium opinionem Ro- 11
tæ, quæ semper processit cum inconcusso principio, quod gravamen in bonis propriis hæredis in fideicommisso universali non posset excedere emolumentum tam in casu omissi, quam confecti Inventarii, prout liquet *ex decisionibus editis* cor. Coc. *in causa Viterbien. Castror. nimirum la 1032. n. 3. & 17. 18. 1358. n. 15. 1187. n. 18. & 19. 1452. n. 27. 1507. n. 4. & seqq. 1648. n. 23. & 24. & 1675. in princ. & in Romana fideicommissi de Pinis 17. Maii 1680. §. l rout nec minus cum §. seqq.* cor. R.P.D. Rondinino. Et in tantum *in decis. 93. & 119.* cor. Durano, *aliisque ex adversa allegatis*, fuit quæstio solum de voluntate, non autem de potestate Testatoris, in quantum gravamen in bonis propriis hæredis non excedebat emolumentum hæreditarium, ut patet ex illarum lectura.

Minusque relevare quod Bartol. Bald. Imol. aliique supra allegati, denegantes Testatoribus facultatem disponendi ultra emolumentum loquantur *de veteri Jure digestor.* non autem *de Jure novissimo Codicis, & Authent.* Quia ultra quod hujusmodi objectio dicebatur non procedere respectu Castrens. *in l. ab omnibus 107. §. si Socero ff. de legat. 1.* Mantic. Fachin. Phanuc. Peregr. aliorumque allegat. *in §. Et hoc*, qui distinguunt inter fideicommissarium universalem, & particularem, & in specie loquuntur de Jure novissimo; non est præsumendum quod Bartol. Imol. aliique scribentes, quorum mens, & intentio fuit in singulis lecturis, & repetitionibus adducere Jura in contrarium, illaque solvere, vel declarare, omisissent in repetitione *l. Imperator 72. ff. de legatis 2.* facere mentionē de illius correctione; multoque minus quod illam ignoraverit, Æneas, de Falconibus *de reservat. effect. 9. n. 2. ad med. vers. nec est credendum*.

Nec demum subsistere, quod nulla ex authoritatibus adductis pro Reis percutiat casum, in quo Testator specifice expressit bona hæredis restituenda una cum fideicom. universal i; Quia omnes Doctores tractantes hunc articulum loquuntur cum præsuppositione terminorum habilium, nimirum quod constet de voluntate Testatoris certa, & determinata disponendi de bonis hæredis, quæ quomodocunque patefacta, sive verbis expressis, sive sub involucro verborum, & per restitutionem universalem omnium bonorū quomodocunque ab eo possessorum, eundem operatur effectum, ad Text. *l. nominatim 90. ff. de legat. 3. & in l. nomin. 3. ff. de condit. & demonstr.* Peregr. *de fideic. art. 6. n. 16. vers. specialiter autem*, Rota cor. Durano *d. decis. 93. n. 9.*

His firmatis circa defectum potestatis Testatoris, dicebant superfluam, & inutilem esse quæstionem circa voluntatem; Verum ex abundanti, ut Domini facilius moverentur ad capiendam resolutionem pro confirmatione sententiarū, deducebant Marchionem Alphonsum, non solum in contextu Testamenti declarasse se velle disponere de bonis suis, suaque hereditate, quod excludit voluntatem disponendi de alienis, ex firmatis per Rotam cor. Priolo *decis. 357. n. 5. & 6.* sed nunquam insinuasse bona, de quibus ipse disponebat, spectare ad hæredem, & velle super illis dispositionem suam sortiri effectum, quamvis hæres ex ea æquivalens emolumentum non percepisset, prout de Jure requiritur, cum alias subintelligatur tacita conditio, quatenus hæres gravatus tantundem consequatur vel a sua hæreditate, vel a substitutis, ad tradita per Ang. de Perus. *in l. filius fam. §. apud Marcellum ff. de l. 1.* Gab. *cons. 102. n. 8. lib. 2.*

In conflictu igitur harum rationum, & authoritatum, non minus ingeniose, quam accurate a defensoribus hinc inde propositarum, Domini ponderabant, quod Text. *in §. hinc nobis Auth. de hered. & falcid.* non loquitur de fideicommissariis per universitatem bonorum, prout loquitur *in §. antecedenti*; Quodque si juxta communiorem, & in praxi receptam opinionem in casu omissi inventarii non fuerunt per jus novissimum *Codicis, & Authenticorum* correcta jura antiqua decernentia quartam Trebellianicam heredi gravato

...tio fideicommisso universali, ut præter allegatos in §. *Nec attendendam*, Carbens. *in cons.7. n.3. lib.2.* ubi quod temerarium esset recedere ab hac opinione in judicando, Bardellon. *cons.9. num.20. cum seqq.* Calcan. *cons. 37. n. 7.* Ceval *commun. opin. contra comm. q.26. vers. sed contrariam opinionem*, Citoch. *disept.1.n.40.* Fragos. *de Regim. Reip. Christ. p.3. lib.5. disp.8. §.15. n. 499. & plurib.* Fachin *controvers. jur. l.4. cap.38. per tot.* Rota *dec.399. n.5. & 6.* ubi tam Rotam antiquam, quam modernam, aliaque suprema Tribunalia tenere hanc opinionem *p.5. rec.* & coram Greg. *decis.266. n.5.* fortius censeri debeant incorrecta alia dispositentia, hæredem non posse gravari in bonis propriis ultra emolumentum habitum ab hæreditate Testatoris, computatis accessionibus, seu fructibus medii temporis, cum in primo casu hæres agat solum de non lucrando, & in se-
12 cundo de damno vitando, lex autem facilius permittat lucrum non facere, quam damnum sentire, ad text. *in l. ultima C. de Codicil.* & tradita per Doctores *in l. fin. §. licentia C. de jur. deliberan.*

Et ulterius, quod distinctio Beltramini, ejusque asseclarum, est periculosa; Tum quia fundatur in sola ratione contraventionis voluntati Testatoris, nulla habita consideratione ad effectum potestatis resultand. ex *d. l. Imperator 72. §. si centum, & §. cum quidam, & l. cum Pater 79. §. Titio fratri ff. de legatis secundo*, aliisque juribus supra allegatis in §. *Econtra*, minusve ponderatis aliis pluribus differentiis, quæ intercedunt inter fideicommissatium universalem, & particularem, ex relatis per Rotam *in sæpe citata dec.* Cass. 3. *de test. a num.6. in fin.* Peregr. *de fideic. art. 3. num 75. cum tribus seqq.* ac sæpelaudata *decis. 519. p.2.*
13 *divers.* quarum tres potissime placuerunt DD. prima nempe, quod fideicommissarius particularis non potest cogere hæredem ad conficiendum inventarium, sicuti potest fideicommissarius universalis, per text. *in l. cum Artedoram C. ut in possess. leg.* ac proinde, sicuti respectu istius, negligentia, seu culpa omissionis inventarii plerumque est promiscua, & communis cum hærede, ita etiam mutua culpa hinc inde compensatur, & melior esse debet conditio Rei, & possessoris, ut in præcisis terminis post Bald. *cons.* 430. *in fin. vol.2.* advertit Rota *d. dec. 519. n. 4. p.4. divers.* Secunda vero, quod fideicommissariorum particularium, qui consequuntur minora emolumenta, quam universales identitati pinguius fuit consulendum, ne malignantibus hæredibus, prout sæpe contingit, cogerentur pro consequenda re particulari & exigui valoris assumere quæstionem super integro statu hæreditario, & gravarentur majori onere probationum, quam res petita meretur; Et tertia demum, quia ex legatis, & fideicommissis particularibus hæres detrahit Falcidiam solum in subsidium, adeoque in hoc casu major urget præsumptio occultationis bonorum, quam in alio fideicommissi universalis, in quo hæres usque ab initio scit se absolute posse detrahere Trebellianicam, ut in specie ponderat Fachin *controv. Jur. lib.4. c.38. in responsione*
14 *ad primum argumentum*; Tum quia adversus illam urget inconcussum juris principium, quod in correctoriis, & pœnalibus non sit facienda extensio de casu ad casum ex identitate vel majoritate rationis, sed ea quæ expresse innovata non leguntur veterum legum sanctionumque regulis relicta intelliguntur, ut inquit Text. *in l præcipimus in fin. C. de appel.* & ad rem nostram notat Pereg. *de fideic. art.3. n.86.* Rot. cor. Cassad. *d. dec.3. n.8. de Test. & d. dec.519. n.3. p.4. divers.* Tum etiam quia in contrarium stat communis opinio Bartol. Baldi, Imolæ, ac aliorum graviorum Doctorum supra laudatorum in §. *Econtra vero rerum defensores*, ut bene advertit Bellon. jun. *in citat. cons.99.* qui individualiter loquitur in casu, quo Testator specifice disposuerat de domo hæredis; *& n.42.* ait, *in restitutione hæreditatis seu fideic. universalis non venire bona propria illius, etiamsi Testator hoc dixerit*, nisi hæres perceperit ex hæreditate fructus æquivalentes, & in principio sequentis Consilii testatur ter fuisse judicatum juxta suam opinionem.

Et demum quod non parum dubitari possit de voluntate Testatoris, quod intellexerit disponere de bonis etiam uti debitis hæredi ex antiquioribus fideicommissis, sed dumtaxat præsuppositive quod essent sua libera, & in sua hæreditate comprehenderentur, dum semper locutus fuit de suis bonis, & de sua hæreditate, adeoque in dubio amplectenda sit opinio excludens voluntatem gravandi hæredem in bonis propriis, cui tanquam iniquæ modis omnibus occurrendum monet Jurisconsultus in supracitata, *l. cum Pater §. Titio fratri de legat.2.* Quodque nec minus probari potest, hæredem, qui de tempore delatæ hæreditatis erat infans, scivisse, illa sibi esse debita ex fideicommissis avitis, & nihilominus se conformare voluisse cum voluntate defuncti, prout deberet, ad effectu ut posset inde inferri ipsum voluisse quasi contrahere cum fideicommissariis, & se tacite obligare de illis etiam restituendis, tametsi transcenderent emolumentum hæreditatis paternæ, juxta Text. *in §. hæres quoque legatorum nomine, Instit. de oblig. quæ ex quasi contract.*
cum nihil tam contrarium consensui sit, quam error, seu ignorantia, ut inquit Jurisconsult. *in l. si quis per errorem de Jurisdict. omn. Jud. & in l. censensisse de judiciis* & notat glos. *in l. ex maleficiis §.1. verb. ignorans ff. de obligat. & act.* 15

Ac proinde inclinabat pro confirmatione posteriorum sententiarum, reservata ulteriore discussione causæ ad aliam Congregationem quam primum faciendam. Tanto magis, quia adest exacta descriptio bonorum facta de ordine Testatoris in fine Testamenti, ut in simili advertit Rot. *d. dec. 519. n.1. p.4. divers.* & diligens Inventarium tutelare confectum a Marchionissa Livia Matre, & Tutrice hæredis, distinctumque computum pecuniarum hæreditariarum retentum in Ratione Bancharia, qua utebatur Testator. Ex quibus excluditur qualibet suspicio fraudis, & occultationis bonorum, perinde ac si fuisset confectum Inventarium hæreditarium, ad tradita per Text. *in l. cum Tale §. Titius n. 2. vers. adverte ff. de cond. & demonstr.* Giovag. *cons.19. sub n.20. lib.2.* Cancer. *var. res. p.3. c.2. n.131.* Fontanel. *de pact. nuptial. claus.4. glos.5. n.28. cum seqq. & signanter n.42. ad med. vers. Si enim, & n.46. cum seqq.* Rota coram Coccin. *dec.1886. a n.10. usque ad 23. & in Bonon. Fideicommissi de Glavarinis 23. Januarii 1683. §. Idque bene*, cor. me. *& in Senogallien. Fideic. 30. Aprilis 1677. §. In omnem casum*, *& 31. Aprilis 1679. §. Sed amplius*, cor. Reverend. Boutlemont, *& in Romana hæreditat. de Vellis 10. Decemb. 1681. & 1. Junii 1682.* cor. R.P.D. Ursino.

Et in omnem casum videretur concedenda restitutio in integrum, adversus inconsulto aditam hæreditatem, quæ ex capite enormissimæ læsionis competit etiam majori, ut tradit Capyc. Latr. *consult.57. per tot.* & dixit Rota *dec.82. n.3. & seq. p.9. dec. 32. n... & seqq. p. 12. & in Sancti Severini Inventarii 73. Jan. 1562.* cor. bo. mem. Avunculo meo, *& in Anconitana seu Maceraten. Census 1. Junii 1679.* cor. Reverendiss. Bonlemont, *& alia Anconitana fructuum 22. 1678. §. non subsistit* cor. me, & illius hæredibus, Calv. *de æquit. lib.2. c 81. n.10. cum aliis ibi allegatis, &c.*

Non obstante lapsu, nedum quadriennii a Jure præscripti ad inchoandam, & terminandam causam restitutionis,
in integrum, *in l. final. C. de tempor. restit. in integr. & c.1. de restit. in integrum in 6.* sed etiam 80. & ultra annorum ab obitu Testatoris, & 60. ab obitu Marchionis Cæsaris primi hæredis. Quia tempus a Jure definitum non incipit currere nisi a die scientiæ enormissimæ læsionis, quæ huc usque non videbatur probata, cum adhuc incertum, & indefinitum sit, an substineatur gravamen in bonis propriis hæredis, unde talis læsio oriretur, ad tradita per Censal. ad Peregr. *de fideic. art.36. §. secundo ampliatur fel. mihi 228.* Phanucc. *de Invent. q.239. n.2. l.2. cum concordantibus &c.*

Reverendiss. PP. DD.

Emerix, Caccia, Albano, Boncompagno, & de Aste.

Votum decisivum extensum.

R. P. D. EMERIX.

In Causa.

Ferrarien. Fideicommissi de Turchis.

Mart. 19. Augusti 1687.

ARGUMENTUM.

Enucleantur in præcedenti Voto contenta.

SUMMARIUM.

1 *Testator loquens de suis bonis non videtur velle disponere de alienis.*
2 *Acceptatio hæredis onere injuncto a Testatore non inducitur sine scientia.*
3 *Testator declarans disponere de suis bonis, non videtur velle disponere de bonis fideicommissariis, etsi illa describat in Testamento.*
4 *Et talis descriptio potest operari solum quoad fructus d. bonorum fideicommissariorum.*
5 *Scientia gravaminis in re sibi debita non requiritur in hærede, sed sufficit simplex aditio hæreditatis.*
6 *Limita in hærede infante, & ubi gravamen in bonis debitis hæredi est appositum per viam fideicommissi universalis.*
Secus vero in fideicommisso particulari, & n.8.
7 *Fideicommissum universale cum specificatione & nominatione*

natione bonorum Hæredis æquiparatur fideicommisso particulari.

9 *Inventarii vices supplet descriptio exacta bonorum facta a Testatore.*

10 *Et diligens Inventarium tutelare.*

11 *Atque exinde excluditur præsumptio subtractionis bonorum.*

12 *Aditio hæreditatis inconsulto facta a Tutrice absque Inventario nequit operari pupillum Hæredem remansisse gravatum in bonis propriis ultra emolumentum hæreditatis.*

13 *Producens nequit impugnare Jura producta.*

14 *Inventarium nequit redargui de nullitate propter defectum descriptionis paucorum mobilium pro usu coloni.*

15 *Nec ex defectu descriptionis librorum introitus, & exitus.*

16 *Inventarium nequit redargui, si personæ magis informatæ, & tempore magis proximo nihil contra illud deduxerunt.*

17 *Testator valet disponere universaliter de bonis hæredis vel illi debitis, quatenus iste consequatur a Testatore æquivalens emolumentum computatis fructibus medio tempore perceptis.*

Cæterum non valet etiam si hæres gravatus per viam fideicommissi universalis in bonis propriis, & adeat hæreditatem nulle confecto inventario, & n.19.

18 *Testator in fideicommisso particulari Jure digestorum non valebat de re hæredis disponere, sed Jure authenticorum hodie potest.*

20 *Jus novum codicis & Authenticorum non corrigit Jus antiquum quoad fideicommissarios universales, sed solum quoad particulares, & num. 22. 28. 30. & 31.*

Et d. novum Jus non comprehendit fideicommissa universalia pro inducenda pœna amissionis Trebellianicæ propter amissionem Inventarii, & n.27.

21 Beltram. ad Greg. dec. 421. n. 15. *reprobatur & num. 30. & 31.*

23 *Hærede non conficiente Inventarium oritur præsumptio subtractionis bonorum.*

24 Auth. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, *explicatur.*

25 Peregr. de fideic. art. 3. *n. 76. exponitur.*

26 *Argumentum a contrario sensu non valet ex verbis Doctorum.*

29 *Jus prohibendi falcidiam trahitur ad facultatem prohibendi quoque Trebellianicam.*

32 *Fideicommissarius universalis potest cogere hæredem ad conficiendum Inventarium.*

33 *Non autem legatarius particularis.*

34 *Falcidia ex fideicommissis particularibus detrahitur solum in subsidium.*

35 *Pœna non extenditur ex identitate rationis.*

36 *Hæres simpliciter adiens facit suam voluntatem Testatoris, circa ea quæ lege permittente Testator disponit, non circa ea quæ a Jure fieri prohibentur.*

DECISIO XCI.

1 DOmini, in hac tertia discussione causæ, fuerunt in Voto pro confirmatione Sententiarum latarum in Curia denegantium Comitibus de Flaschis Actoribus immissionem in bonis de quibus agitur: quia Partes conveniunt, nos versari in fideicommisso universali, & quod bona possessa per Marchionem Alphonsum Testatorem, super quibus petunt immissionem, essent debita Marchioni Cæsari hæredi ex fideicommissis avitis, quodque iste nihil consecutus fuerit ex hæreditate Testatori, quod adæquare, vel compensare possit valorem bonorum ei debitorum ex præfatis fideicommissis deficientibus tam expressa voluntate Testatoris disponendi de bonis hæredi debitis, quam etiam potestate, & specifica acceptione hæredis.

2 Deficit expressa voluntas Testatoris, & specifica acceptatio hæredis, quia neque in institutione, neque in substitutione, & toto progressu Testamenti ullum legitur verbum expressum comprehensivum bonorum hæredis, sed Testator semper locutus fuit de suis bonis, & relative ad illa disposuit; Unde excluditur, non solum in Testatore voluntas disponendi de bonis debitis hæredi ex antiquioribus fideicommissis, ad tradita per Parif. *cons. 98. n. 14. lib. 2.* Cephal. *cons. 56. n. 13. l. 4.* Fusar. *de substit. q. 648. num. 2.* & Melius *q. 649. n. 6.* Peregr. *de fideic. art. 6. num. 12. vers. Tertio considerabam* Andreol. *contr. 220. num. 9.* cum aliis concordantibus adductis per Rot. cor. Priolo *dec. 368. n 5. & seqq.* sed etiam acceptatio hæredis, quæ sine scientia non inducitur, juxta Text. *in l. ad probationem*, ibique Glossa *Cod. de locato & conducto.*

Non obstat, quod Testator mandaverit nominatim describi in calce Testamenti etiam bona debita hæredi ex antiquioribus fideicommissis, superaddita ratione -- *affinche non si possi dubitare, quali siano li beni immobili restati nella sua eredità, e sottoposti al fideicommisso, ne occorra alli sudetti suoi descendenti, ò altri chiamati, come di sopra, in occasione di provare la loro identità, e che fossero da esso Sig. Testatore tenuti, posseduti, e restati nella sua eredità, ha risoluto, & ordinato, che siano descritti con le loro qualità, quantità, e Confini nel fine del presente Testamento*, adeoque dubitandum non videatur, quin voluerit de illis disponere, per Tex. *in l. sequens, quæstio 70. ff. de legat. secunda.* Tum quia antecedens declaratio se velle disponere de bonis suis operatur, quod subsequens præceptum, & ratio nominatim describendi bona importet solam voluntatem disponendi de bonis hæredis, præsuppositive, quod essent libera, non autem uti de suppositis antiquioribus fideicommissis, & debitis hæredi jure propriæ vocationis, ut de simili descriptione bonorum fideicommissariorum facta per Testatorem, quod censeatur facta ad abundantiorem cautelam, & cohærenter ad illius voluntatem antecedenter expressam, tradit Gratian. *discept. 704. n. 5. & 6.* 3

Tum etiam quia, quatenus per modum suppositi admitteretur præceptum describendi eadem bona importare juxta sensum partis aliquam voluntatem disponendi de illis, etiam uti debitis hæredi, exinde duntaxat sequeretur, quod voluisset disponere juxta terminos Juris, & imputationem fructuum ei permissam, ad hoc ut ad limites hæreditatis, & ad ratam emolumenti habiti per hæredem, sustineretur gravamen impositum super bonis eis debitis, non autem quod voluerit de illis disponere etiam ultra vires hæreditatis, & emolumentum, quod hæres esset consecuturus, dum id ulterius non expressit, ut in specie notant Angel. de Perus. *in l. filius famil. 17. §. apud. Marcellum prope finem vers. quia non est verisimile de legat.* pr. Gabr. *cons. 102. n. 8 & 11. l. 2.* 4 5

Prout nec relevat, quod specifica acceptatio, & scientia gravaminis in re sibi debita non requiratur in hærede, sed sufficiat simplex aditio hæreditatis absque beneficio legis, & Inventarii. Quia contrarium procedit, quando hæres est (prout in præsenti erat) infans, & Testator disposuit de bonis debitis hæredi uti suis, & per viam fideicommissi universalis, ut distinguendo inter fideicommissum universale, & particulare fortiter discusso articulo, firmavit Rot. *in celebri Viterbien. Castrorum*, cor. Cocein, *decis. 2303. n. 2. & 3. & dec. 1623. n. 7. & 8.* 6

Minus facit, quod sicuti in fideicommisso particulari sufficit pro acceptatione gravaminis simplex aditio hæreditatis; ita etiam in fideicommisso universali ordinatio cum specificatione, & nominatione bonorum hæredis, quod æquiparatur fideicommisso particulari, juxta ratiocinium Beltram. in addit. ad Gregor. *dec. 421. sub num. 15.* quia in tantum ignorantia gravaminis in re propria, vel alias ei debita, non excusat hæredem adeuntem, quando agitur de fideicommisso particulari, in quantum scit, vel scire debet, quod non conficiendo Inventarium incurrit pœnam satisfaciendi de proprio legatariis, & fideicommissariis particularibus, ut post Parif. *cons. 2. n. 29. & seqq. lib. 3.* ponderat Rota cor. Coccin. *d. decis. 1623. num. 15.* Quod cum in præsenti casu non possit imputari, seu exprobrari Marchioni Cæsari licet gravato fideicommisso universali cum specifica nominatione bonorum sibi debitorum ex fideicommissis Avitis, ex quo tam ipse, quam illius Tutrix probabiliter credidit, seu credere potuerit, vel quod non posset gravari in bonis sibi debitis ultra emolumentum, juxta dispositionem Text *in l Imperat. 72. § si centum, & §. cum quidam ff. de legat. secundo*, & opinionem Bartoli, aliorumque veterum Juris Interpretum, de quibus infra; maxime quia de tempore adhuc nō prodierat in lucem distinctio excogitata per Beltramin. inter fideicommissum universale cum specificatione bonorum hæredis, & aliud sine illorum specificatione. Vel quod bona, de quibus Testator asseruit disponere tanquam suis, essent ipsius libera, quodque eorum specificatio fuerit demandata ad abundantiorem cautelam, adhoc ut in futurum hæredes non gravarentur onere probandi illorum identitatem, ut in specie tradit Grat. *d. discept. 404. n. 5. & 6.* non militat contra ipsum eadem ratio, quæ militaret contra hæredem gravatum legatis, & fideicommissis particularibus. 7 8

Tanto minus, quia vices Inventarii supplere possint exacta descriptio bonorum facta de ordine Testatoris in fine Testamenti, ex firmatis per Rot. *decis. 519. num. 1. par. 4. divers.* & diligens Inventarium tutelare confectum a Mar-

chionissa Livia matre, distinctumque computum pecuniarum hæreditariarum, & pupillarum retentum in eadem ratione Bancharia, qua utebatur Testator; ex quibus, sicuti constat certitudinaliter de statu hæreditario, & excluditur præsumptio subtractionis bonorum, ita etiam succurri de-
11 bet indemnitati infantis, ne, per editionem inconsulto factam a Tutrice absque confectione Inventarii legalis, remaneat gravatus in bonis propriis ultra emolumentum hæreditatis, ut in fortioribus terminis docet Castrens. *in l. ita*
12 *tamen* §. *si ex Trebelliano n.2.* & ibi Alexand. *num.3. ff. ad Trebell.* Mant. *de Conjectur. lib.7. tit.* 8. *n.* 1. Cancer. *var. res. p.3. cap.2. n.*131. & Rota coram Coccin. *decis.* 1886. *a n.*10. *usque ad* 23. *& in recen. decis.*16. *n.*1. *& seqq.* cum aliis concordantibus adductis per Rotam *in Senogallien. fideic.* 30. *Aprilis* 1677. §. *In omnem casum*, *&* 21. *Aprilis* 1679. §. *sed amplius*, coram Reverendiss. Bourlemont, *& in Romana hæreditatis de Vellis* 10. *Decembris* 1681. *&* 1. *Junii* 1682. cor. R.P.D. Ursino.

Nullatenus subsistente, quod non appareat de cujus mandato, & ad quem finem fuerit confectum istud inventarium, quod ulterius impugnatur tanquam defectuosum, ex quo in eo non leguntur distincte descripta supellectilia mansionum nobilium Palatii Ferrariæ, nec mobilia Palatii Ariani, & Colognæ, neque libri introitus, & exitus, aliæque plures scripturæ hæreditariæ tam Marchionis Alphonsi Testatoris, quam Marchionis Hippolyti Avi: quia inventarium fuisse confectum de mandato Marchionissæ Liviæ matris pro indemnitate puppilli, constat ex partita solutionis mercedis Notarii factæ, mediante ratione Bancharia *Aventi*; & ad allegatos defectus Inventarii, licet satis esset respondere, quod istud olim fuit productum a Comitibus de Flaschis pro fundamento illorum intentionis, adeoque hodie amplius ab eis impugnari non possit,
13 ex traditis per Gratian. *discept.* 577. *n.*11. *& firmatis per* Rotam *decis.*431. *n.*77. *&* 8. *p.*13. *& decis.*174. *num.*14. *& seqq. p.*17. *recent.* præsertim post lapsum 40. annorum, quo distulerunt hanc exceptionem opponere; nihilominus Domini eos singillatim examinando, existimabant omissionē descriptionis supellectilium mansionum nobilium Palatii Ferrariæ bene removeri ex eo, quod paulo post obitum Testatoris illarum parietes fuerant, juxta morem Regionis, denudatæ peristromatibus, aliisque sericis mobilibus, quæ fuerant asportata in vestiarium, & leguntur descripta inter alias res in eo repositas. Defectum vero descriptionis mobilium Palatii Ariani, & Colognæ non esse haben.jin consideratione ad tam enormiter gravandum hæredem, dum ex accurata ipsorum descriptione facta in Inventario confe-
14 cto post obitum Marchionis Cæsaris, citatis etiam Comitibus de Flaschis, constat, illa consistere in paucis mobilibus pro usu Coloni, itaut fere major fuisset impensa in transmittendo Notario ad illa describendum, quam illorum valor, ut in specie pro excusando defectu Inventarii ponderat Phanucius *inter Tractatus diversorum de Inven-*
15 *tario quæst.*244. *n.*271. Defectum autem librorum introitus, & exitus, aliarumque scripturarum concernentium statum hæreditarium, suppletis ex partitis rationis Bancharix *Aventi*, per quam fuerunt factæ omnes solutiones de mandato Testatoris, etiam consistentes in modica summa paucarum librarum, ut bene ostendebant informantes.

Ac ulterius ponderabant, quod ab anno 1623. quo fuit
16 mortalis, & per Marchiones de *Bentivolis*, *& Bevilaquis*, reos conventos, oppositum de insufficientia hæreditatis, nihil fuit deductum contra hujusmodi Inventarium, & statum hæreditarium ab Authoribus *Com de Flaschis*, qui tanquam filia, & gener Testatoris præsumuntur magis informati de illius statu; immo nec ab ipsis Comitibus de Flaschis Actoribus usque adhuc adinventum aliquid, quod dici possit dolo Marchionis Cæsaris subtractum, vel alienatum, non obstantibus pluribus diligentiis per eos factis in Archivio, & apud Tabelliones Ferrariæ.

Hæc sufficere videbantur pro confirmatione præcedentium sententiarum etiam omissa discussione articuli potestatis disponendi de bonis propriis, vel debitis hæredi, quæ exclusa voluntate Testatoris remanet inefficax: Verum ad plene satisfaciendum omnibus adductis a scribentibus pro Comitibus de Flaschis, hanc quoque deficere Domini res-
17 pondebant ex Text. *in l. imperator.* 72. §. *si centum*, *&* §. *Cum quidem*, *& in l. cum Pater.* 79. §. *Titio Fratri ff. de legat.*2. in quibus Papinianus respondit, eatenus sustineri gravamen impositum a Testatore super bonis propriis, vel debitis hæredi, quatenus iste equivalens emolumentum consequatur ex hæreditate Testatoris, computatis accessionibus, seu fructibus medio tempore perceptis, ut bene explicat Bartol. *in dict. l. Imperator num.* 1. *&* 4. *ibique etiam* Imola *num.*3. Bald. *in dicta l. cum Pater*, §. *Titio in princ. ff. de legat.*2. Benedict. *in c. Raynutius verf. si absque liberis il n.*25. *ad medium*, *& n.*60. *tit. de fideicommiss. constitut.* Soccin. Jun. *cons.*57. *n.*19. *lib.*3. Gabriel. *consil.*202. *num.*8. *cum duob. seqq. et n.*20. *lib.* 2. cum aliis adductis in præcedenti discursu §. *E contra*, quos male interpretantur scribentes ex adverso loqui de Jure *Digestorum*, non considerato jure novissimo *Authenticorum*, quoniam, cum distinguendo dicant, quod Testator in particularibus potest, in universalibus non potest disponere ultra vires hæreditaria, perneccesse habuerunt respectum ad jus *Authentic.* quo circumscripto nec in particularibus quis posset disponere 18
ultra vires, secundum Text. *in l.*1. §. *si is qui quadrigenta ff. ad Trebell. et in l. si universa C. de legat. et tradita per* Pregr. *art.*3. *num.*78. & Bellon. *consil.*99. *num.* 25. *aliosque concordantes*.

Idque procedere etiamsi hæres gravatus per viam fideicommissi universalis in bonis propriis adeat hæreditatem 19
nullo confecto inventario, jus novum Codicis *in l. final. de jur. deliber.* & novissimum *Authent. in* §. *Hinc nobis de hæreditat. et falcid.* non corrigant Jus antiquum *Digesto-* 20
rum, nisi quoad legatarios, & fideicommissarios particulares, non autem quoad universales, ut ex professo examinando materiam tradunt Castren. *in dicta l. cum Pater* §. *Titio Fratri sub num* 1. *post med. et in l. ab omnibus* 107. §. *final. num.*1. *ff. de leg.*2. Bellon. Jun. *cons.*99. *num.*38. *vers. Nec obstat cum pluribus seqq.* Phanuccius *de Invent. p.*7. *n.*11. Mantic. *de conjectur. lib.*7. *tit.*8. *n.* 15. Fachin. *contr. Jur. lib.*4. *cap.*38. §. *septimum Argumentum cum* §§. *seqq. et per tot.* Pereg. *de fideicomm. art.* 3. *num.*74. *et art.* 33. *n.*48. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.*1. *q.* 16. *n.* 51. *et seqq.* Christin. *decis. Belgic.* 37. *per tot. lib.*1. Rota *decis.* 519. *p.*4. *divers.* & coram Coccin. *decis.*1507. *num.*6. *et seqq. et in rec. decis.* 19. *n.*4. *et* 5. *et decisio* 31. *num.*4. *cum seqq. part.*5. *et in Romana fideicommissi de Pinis* 17. *Maii* 1680. §. *Nec applicabilis*, coram R.P.D. meo Rondinino.

Nec placuit limitatio in contrarium adducta per Beltram. *in addit.* ad Greg. *decis.*421. *sub n.*15. *vers. prædicta tamen opinio*, quod etiam respectu fideicommissi universalis specifice disposuit de bonis hæredis fundata in ratione, quod 21
in tantum in fideicommissis universalibus, in quibus nulla fuit facta specificatio corporum, est permissum hæredi, etiam in casu non confecti Inventarii, detrahere bona, & credita propria, non obstante Jure novo, in quantum gravamen super tali fideicommisso non potest transcendere id quod est in hæreditate, ut docet Castrens. *in l. Ita tamen* 27. §. *si ex Trebelliano n.* 2. *ff. ad Trebellianum*, adeoque hæres deducendo bona, vel credita sua non contravenit voluntati Testatoris: quæ ratio non militat, quando in fideicommisso universali fuit facta specificatio bonorum hæredis, cum in hoc casu gravamen ex specifica voluntate Testatoris transcendat vires hæreditarias, & consequenter hæres per detractionem propriorum bonorum ex fideicommisso universali contraveniat ejus voluntati, perinde ac si fuisset gravatus legatis, & fideicommissis particularibus, quem sequitur Censal. ad Peregr *de fideic. art.*35. *fol. mihi* 225. §. *Quarto observo vers. quamvis*. Posth. *resol. civil. n.*24. Quia hæc opinio nititur erroneo supposito, quod 22
ratio incorrectionis Juris veteris respectu fideicommissorū universalium sit unice illa, quam considerat, & ponit Castrens. in impossibilitate transcensus emolumenti ex defectu voluntatis Testatoris; Quodque ex cessatione hujusmodi rationis cesset quoque ratio incorrectionis; Verum cum ultra hanc rationem concurrant etiam aliæ plures inferius recensendæ, & signanter illa, quæ resultat ex defectu potestatis veteris Jure sublatæ, quæque non reperitur restituta a Jure novo, neque a novissimo, ut egregie probant Bellon. Jun. *cons.*99. *a n.*15. *usque ad fin. & signant. num.* 26. Pereg. *de fideic. art.*3. *n.* 78. ubi clarissimis verbis dicit, jura antiqua non fuisse immutata per jus novissimum in hoc nostro casu, & ita sæpissime vidisse practicatum; ac rursus *art.* 23. *n.*48. ubi sic ait: *Et procedit etiam jure novo non facto Inventario, quia Inventarii emissio non gravat hæredem adeuntem a Jure novo ultra dispositionem Juris antiqui nisi quoad legata, & fideic. particularia*, & paulo post *Item in his, in quibus a lege moderata reperitur potestas, omissio Inventarii non nocet* hæredi Phanuc. de *invent. p.*7. *n.*41. *&* 46. *cum seqq.* Rot. *dec.*31. *n.*7. *&* 8. *p.*5. *rec.* Illatio facta per Beltraminum, qui non consideravit defectum potestatis, reddidit valde periculosa, & non est amplectenda contra veriorem,

rem, & usque ad ipsum communiter receptam sententiam.

Minus replicatio, quod obligatio hæredis ultra vires hæreditarias ex jure novo totaliter dependeat a voluntate Testatoris: quæ sicuti in fideicommissis particularibus per aditionem hæreditatis efficitur voluntas propria hæredis, ita etiā in universalibus, ut ex pluribus alias adductis per modernum Episcopum Isclanum in suo responso Juri edito in hac causa, & novissime impresso *inter ejus disputationes Jur. select. cap. 11.* comprobare conabantur scribentes pro Comitibus de Flaschis in hodierna discussione Causæ: quia obligatio solvendi integra legata, & fideicommissa particularia, etiam ultra vires hæreditarias, provenit non ex eo, quod in Jure novo adsit lex aliqua tribuens Testatori liberam facultatem disponendi de bonis hæredis, etiam ultra emolumentum ei relictum, sed ex quo jus novum *in l. fin. C. de Jur. deliberandi, & Auth. de hæred. & falcid. §. hinc no-*
23 *bis &c.* induxit contra hæredem præsumptionem Juris, & de Jure sufficientiæ patrimonii defuncti, & malignæ occultationis bonorum in pœnam omissi inventarii, quæ non militat in fideicommissis universalibus, prout luculenter cōprobatur examinando rationes in cōtrarium adductas, quæ tantum abest, quod probent assumptum, ut mirifice in contrarium retorqueantur.

Et quidem non prima, & secunda fundatæ in eo, quod Imperator in proœmio ejusdem *Authenticæ* voluerit providere, ut voluntates defunctorum omnimode adimplerentur,
24 tur, ut desumunt ex verbis sequentibus-*una est legis intentio, ut quæ disposita sunt a morientibus adimpleantur.* & etiamsi agatur de fideicommissis universalibus in §. *His igitur a nobis præordinatis, sancimus eos, qui ab aliquibus scripti sunt hæredes, aut meruerunt fideicommissa per universitatem forsan, aut per speciem, aut per legatum, necessitatem habere quæcunque Testator, aut honorans eos disposuerit omnimode ea complere.* Exinde inferendo quod sine ea non cōprehenderentur etiam heredes gravati fideicomisso universali ultra emolumentum, non remaneret consultum, ut in quocunque casu, & modo adimpleantur voluntates defunctorum; Siquidem mens, & intentio Imperatoris fuit providere iis duntaxat casibus, in quibus dispositiones Testantiū non repugnant legibus, ut liquet ex proœmio ejusdem *Authenticæ* ibi *Competentes deficientium dispositiones, quæcunque non repugnant legibus omnibus modis adimpleri,* & in dicto. *His igitur*, ibi *Si id quod præcipitur legitimum sit, aut si non illud aliqua lex prohibeat,* unde ista ratio retorquetur; quia si ipse noluit providere casibus, in quibus fuerat dispositum contra prohibitionem legis, *& in §. Hinc nobis* non fuit locutus de fideicommissariis per universitatem bonorū, sicut locutus fuit tam *in §. His igitur*, quam etiam *in §. Immediate* antecedenti, *si quis autem &c.* sequitur quod ex hoc discretivo modo loquendi arguatur diversa voluntas Imperatoris respectu fideicommissorum universalium, & particularium, quodque illa noluerit comprendere *in §. Hinc nobis*, sicuti ista, ut præcise advertit Peregr. *de fideic. art. 3. n. 76.* & Rota coram Cassador. *d. dec. 3. n. 7. vers. præterea ubique de testam.* Immo nec in legatis, & fideicommissis particularibus est verū, quod Imperator in sæpe dicta Authentica voluerit, ut omnimode adimplerentur voluntates Testantium, cum per admissionem ad beneficium Inventarii præservet hæredes a damno, & solum in casu non confecti Inventarii mandet illos teneri, etiam ultra vires hæreditarias, ob præsumptam subtractionem bonorum; sed unica ipsius intentio in condendo novo Jure fuit obviare malignitati hæredum, ne subtraherent bona hæreditaria, non autem quod omnimode adimplerent voluntates defunctorum, etiam contra sanctiones legum antiquarum.

25 Prout nec tertia fundata in dicto Peregrin. *in tr. de fideic. art. 3. n. 76. in §. Si quis autem &c.* in quo agitur de hæredibus monitis a Judice qui negligunt intra annum adimplere voluntatē Testatoris. Imperator meminit de hæredibus gravatis fideicommisso universali, *& in §. hinc nobis* in quo agit de hæredibus non conficientibus Inventarium, quod in pœnam illius omissionis teneantur adimplere legata, & fideicommissa, etiamsi trascendant mensuram substantiæ morientis; non meminit de gravatis fideicommisso universali, in quantum in isto non potest dari trāscensus ultra mensuram substantiæ morientis, & sic defecit voluntas Testatoris, quæ si concurreret, arguebatur a contrario sensu ex verbis Peregrini, quod etiam *in d. §. Hinc nobis* possent comprehendi hæredes gravati fideicommisso universali. Tum quia ex verbis Doctorum non licet arguere a contrario sensu, sic-
26 uti fit ex verbis legis: sed attenditur tantum id, quo ipsi firmant verbis claris, & apertis, ut monet Rot. dec. 600. *n. 32. p. 5. tom. 2.* Tum etiam quia Peregrinus ideo considerat solam rationem impossibilitatis trāscensus gravaminis ultra vires hæreditarias, quia ibi agit de quæstione, an per omissionem Inventarii hæres amittat Trebellianicam, quæ est diversa ab ea, de qua hic agitur, & pro cujus resolutione sat est ratio ab illo ibi adducta; at quando in eodem *tract. art. 33. n. 48.* tractat præsentem quæstionem, an hæres ex jure novo possit gravari in bonis propriis ultra emolumentū, & ad illud teneatur propter omissionem Inventarii? non reperit hanc solam rationem, sed subnectit aliam ex defectu potestatis proveniente ex Jure antiquo, quod ut ipse ait, non fuit immutatum per Jus novum; Et idem prius firmavit *art. 3. n. 78.* qui venit ad explicationem *n. 76. ejusdem art.* in contrarium allegati.

Minus quarta desumpta ex authoritate Doctorum, qui 27
fere omnes, excepto Joanne de Anania *in cons. 59. lib. 4. inter cons. Alexandri* admittunt *Auth. de hæred. & falcid.* comprehēdere etiam fideicommissa universalia, ut advertit modernus Episcopus Isclanus in præallegato suo responso *n. 10. cum seqq. & n. 20.* Quia Domini ad tollenda æquivoca distinguebant plures casus. Aut enim agitur ad effectum inducendi permissionem prohibitionis Trebellianicæ ex judicio Testatoris sicut permittitur prohibitio Falcidiæ, & in hoc casu bene procedit animadversio Episcopi Isclani; Aut vero agitur ad effectum inducendi pœnam amissionis Trebellianicæ propter omissionem Inventarii, & illius animadversio non procedit, cum juxta communē opinionem Doctorum dispositio: *Authent.* non comprehendat fideicommissa universalia, ut distinguendo docet Bartol. *in l. Marcellus* 28
sub n. 9. quando igitur cessat ff. ad Trebell. Fachin. *contr. Jur. lib. 4 dicto cap. 38. in responsione ad secundum argumentum,* Mangil. *de imput. quæst. 14. a n. 9. usque ad 13. & signanter n. 11. & 12.* Aut demum agit ad effectum sustinendi gravamen fideicommissi universalis in bonis propriis hæredis ultra emolumentum, & ad hunc effectum non fuisse correctum Jus antiquum, tradunt Castrens. Bellon. Peregr. Phanuc. aliique super allegati *in §. Idque procedit.*

Nec juvat replicatio, quod sicuti dispositio nostræ *Authenticæ in §. Si vero expressum*, tribuen. Testatori facultatem prohibendi Falcidiam, trahitur, etiam ad facultatem prohibēdi Trebellianicam, quamvis Textus tam in Rubri- 29
ca, quam in Nigro, loquatur solum de Falcidia, ut tradit Jason. *in l. Marcellus n. 40. ff. ad Trebell.* Gomez. *var. resol. tom. 1. cap. 5. n. 11. & seqq.* Clar. *in §. Testamentum quæst. 62. & 63 per tot.* Bruneman. *in C. lib. 6. tit. 50. in Authent. sed cum Testator. fol. 398. vers. sed hanc Trebellianicam,* Māgil. *de imput. quæst. 114. n. 18. & 19.* Ita etiam dispositio ejusdem *Authenticæ in §. Hinc nobis*, in quo sancitur, hæredem omittentem confectionem Inventarii non posse detrahere Falcidiam, sed teneri solvere legata, & fideicommissa, etiam ultra vires hæreditarias extendi debeat ad amissionem Trebellianicæ, & gravamen fideicommissi universalis, etiam in bonis propriis hæredis; quia in primo agitur de sustinenda voluntate Testatoris in re sua, quod est favorabile; In secundo vero de extendenda pœna omissionis Inventarii, 30
& gravando hæredem in re propria ultra emolumentum, & vires hæreditarias, quod cum sit odiosum, non debet trahi ultra literam Textus, ut in specie notat Bald *in contrarium allegat. in authen. sed cum Testator sub n. 3. Cod. ad l. falcid.* ibi-*nam quando Testator prohibet, & videtur idem in Trebellianica, & Falcidia favor Testatoris, sed ubi non facit Inventarium hic non versatur favor Testatoris, sed mera pœna, quæ non reperitur expressa in Trebellianica, et hanc differentiam facit etiam* Bartol. sunt verba Baldi.

Demum neque quinta consistens in eo, quod nulla sit assignabilis ratio differentiæ, quare hæres gravatus legatis, & fideicommissis particularibus per omissionem Inventarii debeat remanere obligatus adimplere voluntatem defuncti etiam ultra vires hæreditarias, non autem gravatus fideicommisso universali, quia ultra defectum potestatis, & rationes relatas per Rotam coram Cassador. *dec. 3. de Testam.* 31
a num. 3. usque ad fin. plures assignari possunt rationes differentiæ; & primo quidem, quod in fideicommissis universalibus non militat præsumptio Juris, & de Jure pro Testatore, quod disposuerit de rebus suis intra vires propriæ substantiæ, & hæres per malignitatem subtraxerit bona, ex quibus potuisset solvi relictum, sicuti militat in legatis, & fideicommissis particularibus, ut pulchre tradit Anton. Perez. *in explicat. tit. Codicis de Jur. deliberat. num. 15.* Secūdo, quod fideicommissarius universalis potest cogere hæredem ad conficiendum Inventarium, juxta Text. *in l. dum Artemidoram Cod. ut in possess. legat.* Peregr. *de fideicom. di-*

cto ar-

*cto artic.*3.*num.*79. Ac proinde sicuti negligentia confectionis Inventarii est promiscua inter hæredem,& fideicommissarium; sic etiam mutua culpa, seu negligentia compensari debet, itaut potius sit conditio rei, & possessoris, quod non potest dici de legatariis, & fideicommissariis particularibus, qui non valent cogere hæredem ad conficiendum Inventarium, ut assignando hanc rationem differentiæ post Bald.
33 *conf.*403. *in fine lib.*2. ponderat Rota *dicta dec.*519.*num.* 4. *par.*4.*divers.* Tertio, quia ex legatis, & fideicommissis particularibus Falcidia detrahitur solum in subsidium, adeoque urget major suspicio subtractionis bonorum in hærede, quam in fideicommissis universalibus, ex quibus hæres ab initio scit, se posse detrahere Trebellianicam, & bona propria, ut bene præveniendo occurrit Text. *in nostra Authent.*
34 *§.hinc nobis versic.sancimus*, in verbis. *Et non per ea, quæ forte subripiunt, aut malignantur introducere pertentent Falcidiam, cum utique si nihil malignanti essent, forte non competeret*, & ponderat Fachin. *controv. Jur. lib.* 4. *cap.*38 *in respons. ad prim. argum.* Et quarto denique, quia fideicommissarii particulares consequuntur minora emolumenta, quam universales, ac proinde eis erat magis consulendum, ne per malignitatem hæredum, prout sæpe contingit cogerentur pro consequenda re particulari, etiam exigui valoris, assumere quæstionem super integro statu hæreditario, & gravarentur majore onere probationum, quam res petita mereretur.

Et in omnem casum quatenus etiam militaret eadem ratio, tam in fideicommissario universali, quam particulari, adhuc non procederet illatio, cum agatur de corrigendo Jure antiquo favorabili, & extendenda pœna inflicta a Jure novo, quod fieri non debet etiam concurrente identitate
35 rationis, ad Text. *in l. præcipimus in fine C. de appellat.* & tradit in nostris terminis Peregr. *de fideicom. art.*3.*num.*76. Rot.coram Cassador. *dicta dec.*3.*n.*8.*de Testament.& dicta dec.*519.*n.*3.*par.*4.*divers.*

Tandem non obstat, quod hærede simpliciter adeunte, voluntas Testatoris efficiatur propria hæredis, qui remanet obligatus ex quasi contractu; quia hoc bene procedit circa ea, quæ Lege permittente, disposita sunt a Testatore, non
36 autem quoad ea, quæ a Jure irritantur, vel fieri prohibentur, ut pluribus exemplis comprobat Cravett.*conf.*200.*n.*5. *& 6.*Phanucc. *inter tract.divers.de Invent.quæst.*244.*n.*112. Castill.*controv.Jur.lib.*5.*cap.*107.*sub num.*73. *vers. Tertius est casus*, & in nostris terminis respondit Bellon. *in sæpedicto conf.* 99. *num.* 38.

Et ita omissis aliis insinuatis in præcedenti discursu, ad quæ DD. approbative se retulerunt, resolutum fuit &c.

Congregatione Deputata.

RR. PP. DD. HERVAULT, BENINCASÆ, RAGGII, PATRITII, ET SPINOLÆ.

Votum Decisivum extensum a

R. P. D. HERVAULT.

In Causa.

Ferrarien. Fideicommissi de Turchis.

Lun. 30. *Augusti* 1688.

ARGUMENTUM:

Approbantur contenta in superius adnotatis decisionibus.

SUMMARIUM.

1 *Gravamen hæredis non sustinetur ultra emolumentum viresque hæreditarias, computatis accessionibus & fructibus medio tempore perceptis.*
2 *Hecque traditio quoad fideicommissa universalia nedum procedit de Jure antiquo Digestorum, sed etiam ex novo Jure Codicis, & authenticorum, licet non fuerit confectum Inventarium.*
3 *Ampliatur, ut conclusio locum obtineat, licet Testator expresse de bonis heredis disposuerit, num.* 4. 5. *& 6.*
7 *Semper ea est sumenda interpretatio, ne dicatur quod Testator voluerit hæredem ultra vires gravare.*
8 *Voluntas Testatoris potest ex conjecturis desumi.*
9 *Ex discretivo modo loquendi.*
10 *Et ex ratione separatæ rationis.*
11 *In claris conjectura spernuntur.*
12 *Singula quæ non prosunt, unita faciunt rem claram, & manifestam.*
13 *Res ex melioramentis non immutatur.*
14 *Terrena quæ ad culturam fuerunt reducta, non possunt e manibus meliorantis auferri.*
15 *Dispositio generalis per specificum postea moderatur.*
16 *Heres accipere non potest nisi quando in hæreditate invenit.*
17 *Solent homines sibi blandiri in divitiis suis futuris, præsentibus.*
18 *Pro Inventario favore heredis adversus fideicommissarium universalem potest inservire descriptio facta per Testatorem in Testamento.*
19 *Inventarium diu observatum impugnari non licet.*
20 *Adversus inconsulto aditam hæreditatem competit restitutio in integrum etiam majori ex capite læsionis, & tempus restitutionem petendi protrahitur, usque ad scientiam læsionis.*

DECISIO XCII.

Lis otta gravis erat de hæreditate Marchionis Alphonsi Turchii inter DD. de Bentivolis, & Bevilaquis filiis sororum ex utroque latere Cæsaris prædefuncti conjunctarum, & DD. de Flaschis Gualenghisque nepotes ex d. Cæsaris sororibus consanguineis duntaxat. Hi, quibus Jure naturæ successive non deferebatur hæreditas ex sibi verificato Alphonsi fideicommisso, petebant Immissionem ad bona descripta in ipsomet Alphonsi Testamento, & obtinuerunt in Partibus: Illi vero compertis antiquioribus fideicommissis detractionibusque totum hæreditatis statum excedentibus tres pedetentim sententias in Urbe retulerunt, omnino revocantes primam. Nec DD de Flaschis juvit unquam inculcare omnia bona etiam hæredis Alphōsi ab ipso Alphonso esse supposita perpetuo fidei commisso universali constare de ipsius potestate in Jure, & de ejusdem voluntate in facto sive Testamento.

Quapropter in hodierna de casu restitutionis in integrū disceptatione vix antiquam defensionem foventes vixque relinquentes novam assumebant, & acrius immissionem postulabant vi certæ primogenituræ ab Alphonso erectæ, in quibusdam bonis suis, quam amplecti omnia bona descripta in Testamento asserebant.

Verum his non obstantibus DD. unanimiter responderunt, non constare de causis restitutionis in integrum, & hujus quæ sequuntur voti fundamenta, ut ego exponerem, præceperunt.

Receptam enim habebant DD. sententiarum validitatem vel ex sola Actorum revolutione, & earum Justitiam ultro comprobabant, ex Text. *in l. Imperator* 72.§.*si centum, & §.cum quidam ff.de legat.* 2. *& in l.cum Pater* 79. §. *Titio fratri ff.de legatis* 2. In quibus apertum est gravamen hæredis non sustineri ultra emolumentum viresque hæreditarias, computatis accessionibus, & fructibus medio tempore perceptis, sed hæredem posse prius detrahere bona propria, & credita.

Non solum autem ex Jure veteri Digestorum hæc habenda sunt, sed ex novo Jure Codicis, & Authenticorum, quod licet in casu non confecti Inventarii (quem casum præsentis inspectionis esse volunt Actores) Jus vetus correxit respectu legatariorum, & fideicommissariorum particularium, ut manifestum est in *Auct. de hæred. & falcid.* correctum tamen nullibi videtur quoad fideicommissa universalia; Imo qui legerit attente dictam Autenticam, in qua hæredibus comendatur ab initio voluntas Testatoris in bonis etiam per Universitatem, & in §. *Hinc nobis*, ubi cum de casu omissi Invētarii agitur relicto jam universalitatis verbo simpliciter præcipitur, ut servetur Testatorum voluntas, conjiciet ex discretivo modo loquendi d.Authent. a Jure veteri non recedere circa fideicommissa universalia. Ita ratiocinatur Peregr. *de fideic.art.*3.*n.*79. qui quidem præter eam, quam obtinet apud omnes, gravitatē in fideicommissorum scientia testatur hanc opinionem vigere Ferrariæ, ubi bona, quæ nunc sub Judice sunt, reperiuntur *art.*33.*n.*48. sequuntur & alii Doctores fere innumeri Bartol. *citata l. Imperator.n.*1. *& 4. prope finem* Imola *ibid.n.*3. Cumanus *eodem nu. vers.nota quod gravamen*, Bald. *in d.l.Cum Pater eodem*§.*Titio post princ. & n.* 1. *vers. Oppone quod hæreditas* Socc. Jun. *conf.*57.*n.*19.*volum.*3. Gabr. *conf.*202.*n.*8.*cum duabus seqq.& num.*20.*lib.*2. Bellon. Jun. *conf.a num.* 15.*ad* 29. Phanucc. *de Invent.p.*7.*n.*46. Ludovic. Bellus *conf.* 41. *n.*12. Barry. *de success.l.*8.*tit.*13.*n.*12.*vers. denique cum Testat.* Andreol. *contr.* 34.*a n.*4.*ad* 9. clar.mem. Card. de Luc. *disc.*134.*n.*16.*ad med. de fideic.* Rot. *quoque dec.*19.*n.*4.*&* 5. *& dec.*31.*n.*7. *&* 8.*p.*5. *rec.* perpaucis tamen exceptis, reliquisque Doctoribus, Bald. *in Auth. sed cum Testator* §. *sed contra istud oppone C. ad l. falc.* Corn. *ibid.sub n.*2.& Menoch. *conf.*27.*n.*78.& *seqq.* qui & contra communem opinionem agunt, neque sibi ipsis constant, nisi quod tandem adhæreant ipsimet sententiæ, quæ communis est, ita Bald. *in Auth. sed cum Testator n.*3. *C.ad l.falcid.* Corn. *conf.*180.*n.*11.& Menoch. *conf.*75. *n.* 14. reprobans ipsemet opinionem, in qua fuerat *in conf.* 272.

Nec

Nec ullius momenti est limitatio, vel distinctio Beltram.
in addit. ad Gregor. dec. 421. n. 5. cum asserit quod licet ge-
neratim Jus vetus non fuerit correctum a novo Jure in *d.*
Auth. per respectum ad fideicommissa universalia, in certo
tamen casu sit admittenda d. correctio, nempe cum Testator
specifice disposuit de bonis hæredis; cum enim, inquit, ex
tali specificatione corporum oriatur manifesta determinata
que voluntas Testatoris, tam circa bonorum universitatem,
quam fieri potuisset in fideicommisso particulari sive per
speciem. Hinc sequitur similis obligatio adimplendi in u-
troque casu, ne hæres resistat apertæ voluntati Authoris
sui, quam omissione Inventarii veluti quodam tacito con-
tractu amplexus est. Advertebant enim DD. mei hanc opi-
3 nionem non esse in Jure admittendam, quæ sola nititur in
voluntate Testatoris, quasi nec dubitandum foret de ejus-
dem potestate, de qua tamen fit præsens quæstio, quam
ipsamet Authentica de herede, & falcidia, postquam dixit
unicam scopum legis esse, ut adimpleatur morientis voluntas,
subjunxit, *si id quod pracipitur legitimum sit*, unde intelligi
debet non esse adimplendam si id quod percipitur non sit
legitimum.

Hinc neç valet ratio contractus impliciti, quasi hæres In-
4 ventarii defectu cũ legatariis, vel Testatoribus veluti con-
traxerit, & acceptaverit hujus conditionem impositam, cũ
id locum habere tantum possit in iis quæ lege permittente,
& Testatore favente ab ipso disposita sunt; non vero defi-
ciente hujus potestate, clare Peregr. *art. 33. n. 49.* Item in his
in quibus a lege moderata reperitur potestas, omissio In-
ventarii non nocet, Phanuc. *de Invent. p. n. 41. & 46.* Rot.
dec. 31. n. 7. p. 5. rec. Et recte nemo præsumi unquam poterit,
velle se obligare tacite, & implicite in re tam odiosa con-
tra legem, & sibi præjudiciali, manifeste Cravett. *cons. 33.*
ex n. 4. Rot. *dec. 460. n. 15.* etiam coram Gregor.

Quanquam aliunde nec præcise ratio contractus taciti,
vel impliciti cogat hæredem non confecto Inventario in le-
5 gatis, & in fideicommissis particularibus ultra emolumen-
tum ab hæreditate perceptum, sed tali pœna potius afficiatur
a lege, cujus metu compellatur ad Inventarium, velut mo-
dum fere unicum obviandi fraudibus, & subreptionibus a-
lioquin a Jure presũptis, sed declarat etiam ipsa Authentica
dabit ei pœnã exactio sua malignitatis, & pulchre admodũ
hæc omnia distinxit Bald. *in Authent. sed cum Testator n. 3*
C. ad leg. falcid. his paucis verbis, *Nam quando Testator pro*
hibet, & videtur idem in Trebellianica, & Falcidia in favore
Testatoris, sed ubi non facit Inventarium hic non versatur
favor Testatoris. sed mera pœna que non reperitur expressa
in Trebellianica, & hanc differentiam facit etiam Bart.

Porro hic manifesta fit discriminis ratio inter fideicom-
missum particulare, & universale; nempe in particulari hæ-
res cogi non potest a fideicommissario ad conficiendum In-
ventarium; unde a lege compelli debet etiam inflicta pœna
6 ad obviandum fraudibus. Ac cum fideicommissarius uni-
versalis jus habeat cogendi hæredem *l. cum Artemidoram*
C. ut in poss legat. Peregr. *de fideic. art. 3. num. 79.* negligen-
tia confectionis Inventarii promiscua est, atque ideo debet
compensare, vel condonare, manebitque semper potior
conditio possidentis, ut *in Regul. Juris in 6.* E contrario ve-
ro ratio similitudinis etiamsi omnimoda foret circa præsens
institutum, attamen in Correctoriis, pœnalibusque non
esset faciẽda extẽsio de casu ad casum contra Text. *in l. pra-*
cipimus C. de appellat. Peregr. *art. 3. n. 76.* Rot *dec. 519. n. 3.*
p. 4. divers. & coram Cassador. *dec. 3. n. 8. de Testam.*

Verum cum ex his, & aliis, quæ fusius meliusque in di-
scursu, & voto Reverend. D. Emerix sac. Rotæ Decani di-
scussa sunt DD. pro certo haberẽt defectum potestatis Testa-
toris libuit, & de ejus voluntate quodam modo dubitare, li-
cet enim vix dici possit noluisse disponere de re hæredis,
quam apptime callebat, & specifice descripserat, cum aliun-
de tamen nullum in toto Testamento verbum inveniatur,
unde erui necesse sit voluntatem gravandi hæredem ultra
emolumentum, & vires hæreditarias, sumenda est omnino
favorabilis Interpretatio, ut hæc iniquitas auferatur, quam
7 mentem nec verisimile est habuisse Testatorem metiendo
voluntatem a potestate, Angel. de Perus. *in l. filiusfamilias §.*
apud Marcellum ff. de legat. primo; Gabr. *cons. 102. n. 8. lib. 2.*

Frustra vero Actores cõtra vim hujus difficultatis parum
feliciter contendentes hodie præcipue ad factum revertunt,
ut ostendant non hic agi de fideicommisso universali, sed de
bonis Primogenituræ in Testamento descriptis, quod est fi-
deicommissum particulare; Ideoque ob antiquorum Jurium
correctionem gravamen admitti debere etiam ultra emo-
lumentum in hærede Inventarium omittente; siquidem non
modo conjecturari debet, & inverisimile judicari Testato-
rem pinguiori quodam Primogenitura privare ferme peni-
tus voluisse omnes secundo genitos: sed ita aperta est Testa-
mẽti litera pro primogenitura Vallis maris mortui cum so-
lis ejusdem Juribus, & pertinentiis: ut vix clarius dici posse
Domini reputarent. Postquam enim instituit primogeni-
tum, *nelli suoi Beni infrascritti*, absque ulla universitatis
nota, postea amplioribus verbis favore heredum disponit.
In tutti gli altri suoi Beni, absque ulla confusione primogeni-
tura, & hereditatis - hæredum, & primogeniti: quam distin-
ctionem servavit exacte non honorando solum, sed etiam
illos privando ratione delicti: *Commanda se alcuno de suoi,*
& ancora il primogenito penserà fare delitto &c. che sia pri-
vato delli Beni, & eredita' ò della Primogenitura.

Et deinde magis specificans bona primogenituræ, quæ se
infra descripturum promiserat; ita loquitur expressius, *li be-*
ni li quali intende esso Sig. Testatore, che siano sottoposti al-
la Primog. sono la valle di Maremorata cõ tutte le sue ragio-
ni, e pertinentia; neque prosequendo in eadem linea, &
contextu orationis, sed per caput separatũ, ut in Testamento
originali fideic. universalis non ad eundem finem assignan-
di bona, sed ad obviandum duntaxat liti, quæ circa identita-
tem bonorum fideic. oriri possit, *& affinche non si possi dubi-*
tare quali siano li beni immobili restati nella sua eredita', e
sottoposti al fideic. & quo major distinctio fieret assignatio
bonorum primog. fit ab ipso Testatore, descriptio vero alio-
rum bonorum a quodam servo facta Testamẽto solum jun-
gitur, unde si ex conjecturis licet, ut ex certis Juribus licet
Dun. Jun. 432. *n.* 18. si valet unquam discretivus loquendi 8
modus, ut valet maxime *dec. 28. n. 12.* cor. Priolo, si ratio 9
separatæ orationis, ut apud Car. *dec. 255. num. 4. cum duob.*
seq. in rec. dec. 216. n. 5. & inf. p. 16. si denique ipsa rei mani- 10
festatio spretis conjecturis *ex l. ille aut ille §. cũ in Verbis ff.* 11
de leg. 3. ex Bartol. *in l. de etate n. 11. in princ. ff. de Minor.*
& in l. 1. in fine ff. de dote prael. hic plusquam maxime valent
ubi hæc plura concurrunt, juxta *reg. de qua* apud Dun. Jun.
dec. 230. num 19.

Ab hoc igitur DD. removere non potuerunt verba Te- 12
stam. *Non vuole, ne intende lasciare a dd. Bastardini, che*
siano chiamati nell' infrascritta valle di Maremorta, nè
in alcun altro delli infrascritti beni sottoposti alla Primo-
genitura: unde duplex insurgebat argumentum neutrum
spernendum, si consideretur in se. Primum est, quod fru-
stra, ne dicam fatue, per contrapositionem diceretur nec in
Valle Maris mortui, nec in quovis alio ex infrascriptis bo-
nis primogenituræ subjectis, si sola Vallis Maris mortui fo-
ret Primogenit. supposita. Alterum quod si per primogeni-
tum intellexisset d. Vallem tantum, non exclusisset natura-
les, & spurios a solis bonis emphyteuticis primogen. sed pe-
nitus a primogen. removisset, cum sciret ipsa annua solutio-
ne canonis totam Vallem esse Ecclesiæ subjectam, quin &
vana fuisset, & superflua Testatoris prohibitio, cum ex Bul-
la Piana jam excluderentur illegitimi.

Primo enim Testator dubitaverat circa Bullam Pianam,
an esset in viridi observantia, ut in testamento videre est, &
an dicti illegitimi non obtinerẽt dispensationem a Summo
Pontifice, quare quo firmior remaneret prohibitio non abs
re interdixit insuper cautus ille Testator. Cæterum respon-
debant DD. quod pro una contrapositione Vallis Maris
mortui & aliorum bonorum primogen. reperiantur in hoc
Testamento plus quam viginti distinctiones exactissimæ
primogeniti & heredum d. Vallis & bonorum fideicom. seu
hæreditatis cum congrua relatione rerum ad personas, qua-
re utrinq; incommoda vitari non possunt, nisi forte dicatur
d. Vallis junxisse in primogen. ejusdem omnia jura, & perti-
nentias, in quibus verificari possint hæc alia bona enuncia-
ta præter Vallem, & bona emphyteutica, eoque magis, quod
forte augmentationes ingentiaque melioramenta meditare-
tur in multis terris paludosis allectus exemplo vicinorum,
valet enim hic quævis verisimilitudo, imo mera fere possi-
bilitas, neque ratio conceptæ, frustratæque spei dd. melio-
ramentis rem immutare posset, ut ex text. *in l. si quis legave-* 13
rit 72. ff. de legat. 1. sed sufficit, ut in his melioramentis, seu
paludibus ad frugum fertilitatem translatis intelligere Jure
posset a nemine posse peti, de quo Text. *est apertissimus in l.* 14
ea qua per alium C. de aluvion. & palud. & pasc. Tandem-
que advertebant has difficultates ortũ ducere ex preambu-
lis præparatoriis Testamenti, in quibus non est quærenda
præcisa, & determinata declaratio voluntatis, sed in dispo-
sitione, in qua quidem clare, & aperte expressit solam
Vallem Maris mortui cum omnibus juribus, & pertinen-
tiis, ut diximus; unde sicut dispositio generalis per specifi-
cam

cam postea moderatur *in l. toto 81. ff. de reg. Jur.* ita & proemialis per dispositivam præsertim cum prima & generalis refertur ad inferius exprimendam, Rot. *dec.* 111. *num.* 5. *&* 13. *rec.* Grat. *discept.* 575. *n.*... *& seqq.*

Hæc autem superior responsio quodammodo obviare videtur alteri difficultati excitatæ ex quodam apparatu, & magnificatione primogen. his expressa verbis: *E desiderando conservare, e mantenere lo splendore della Casa sua antichissima, il quale sa'malamente potersi conservare senz'un grosso nerva di facoltà*, ad quam postea primog. allicit extraneos non sine onere adjunctorum suæ familiæ insignium, quæ rerum magnificatio nedum verificari possit in primogen, amphyteutica cum onere canonis totum terræ fructum fere adæquantis, ut potius primogen. maximeque illegitimis ab amphyteusi rejectis vix Testatorem consuluisse sit credendum, si nihil aliud præter Vallē assignaverit. Testator enim circumscribitur primogen. assignasse non solum Vallem, sed etiā rationes, & pertinentias d. terræ, atque etiam melioramenta, & augmentationes quas mente conceperat, quæ si præter intentionem primogen. acciderint in hæreditate hac
16 duntaxat accipiet quod invenit, ut in casu *legis si quis servum 8. §. si quis ita delegat. & fideic.* 2. Solent enim homines sibi blandiri in divitiis suis futuris, & præsentibus, quod lex facile præsumens optime ad rem nostram docet *in Auth. de*
17 *hæd. & falcid. d. §. hinc nobis*, si enim omnino quidem sibi vult aliquos fieri hæredes, & habere quandam consolationem ex sua successione, & arbitratur sufficientem se habere substantiam non tamen hoc Causæ veritas ostendit; certum est quia non hæc contrarietas erit sententiæ morientis, sed ignorantiæ puritas illius: adde quod retorqueatur argumentum ex eo deductum, quod Testator parce consuluisset primogen. tam levi primogenitura, contra enim si bona descripta in primogen. collocasset, minus consuluisset hæredibus, & fideicommisso perpetuo, quod revera si excipiantur dd. bona descripta, paucis admodum complectitur.

Quod si post hæc & similia Actoribus quondam dubium remaneret circa difficultatem, & resolutionem Causæ, quod manere vix posse DD. confidebant ex d. Testamenti observantia rotum dilui facile crediderunt ex vulgatis, nanque Marchione Cæsare vita functo, & aperta primogen. favore unius forte extrahendi huic primogen. qui Gualengus fuit, sola d. Vallis assignata est, ut ex *Instrumento anni* 1624. *sum. n.* 4. In his maxime ponderandis circumstantiis, quod tunc temporis viverent multi interesse habentes circa d. primog. plene instructi, utpote qui Testatorē ipsum viderant, quodque anno præcedente introducta lis fuerat super fideic. & successione Cæsaris, ut *in sum. hodierno Reor.* Et ad d. observantiam confert, quod olim dd. de Flaschis petierint ab initio immissionem non virtute primogen. insolidum, sed ad mediam, vel tertiam partem ratione fideicom. quæ veluti confessio eo major est, quod feriat tempus Testatori proximum *sum. hodierno num....*

Hæc in casu omission. Inventarii dicta sunt, verum (quod litem dirimere illico videretur) Inventarium confectus, &
18 sufficiens asserebatur præter quam quod enim facta est bonorum descriptio in ipsomet Testamento quibusdam duntaxat exceptis corporibus, circa quorum identitatem Testator difficultatem oriri non posse credidit uxor ejus, & tutrix Cæsaris mortuo Alphonso repetiit, & distinctissime usque ad minutias ampliavit.

Neque audiri valent Actores super quibusdam omissionibus, quibus singulis congruis responsiones esse datas compertum erat in *Voto Reverendiss. D. Emerix, emisso die* 19. *Augusti* 1687. *§. nullatenus*, maxime quia mala fides, dolusve penitus excludebatur sicut & alienatio, vel rerum occulta subreptio. In antiquis versamur, & quod magis est dd. de Flaschis eo inventario usi sunt pro fundamento illorum intentionis quadraginta ad minus annis priusquam hanc exceptionem opponerent, & in lite cum Benivolis, & Bevilaquis anno 1623. licet ibi ageretur de insufficientia hæreditatis, non impugnarunt dictum inventarium, unde nec am-
19 plius ipsis impugnare licet *c. quod semel 1. de Reg. Jur. in 6.*

Et ne diutius immoremur saltem non deneganda foret restitutio in integrum adversus aditam inconsulto hæreditatem, quæ major etiam competit capite enormissimæ læsionis, cujus tempus protrahitur usque ad scientiam d. læ-
20 sionis enormissimæ juxta tradita per Censal. ad Peregr. *de fideic. art.* 5. *§.* 2. *ampliatur fol. mihi* 227. quæ huc usque dubia fuit, & sub Judice, & ideo quovis elapso temporis intervallo non præscriptum est.

Et ita definitum est, cum utraque Pars acerrime disputaret.

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO.

Asculana Primogenituræ.

Mar. 26. *Junii* 1686.

ARGUMENTUM.

Agitur de materia validitatis pacti futuræ successionis, & an, & quando sustineatur cum distinctione casuum & declaratione limitationum, quæ pro validitate solent afferri, & habentur apud Card. de Luca *de fideicom. disc.* 141.

SUMMARIUM.

1 *ÆGidiana probibet appellationem in causis possessoriis, & vindicat locum quoties sententia sit valida, & justa & lata inter Personas mere laicas, & super rebus laicalibus.*
2 *Immissio valide decernitur, si omnia requisita concurrant.*
3 *Pactum successorium, & adimens seu restringens liberam facultatem testandi, utroque jure comprobatur.*
4 *Exigitur tamen quod comprehendat totam hæreditatem ad hoc ut irritetur.*
5 *Ad dignoscendum, an pacta sint futuræ successionis improbata nec ne, verba paciscentium sunt primario attendenda.*
6 *Si ex conceptione verborum appareat contrahentes voluisse hæreditatem transferre jure successionis pactum inutile redditur; secus si jure contractus pactum initum videatur.*
8 *Ex quibus prædicta dignosci possint.*
9 *Verbum - hæres - aliquando accipitur pro Domino, non pro successore.*
Id non procedit, si junctum appareat cum dictione universali, & n. 11.
10 *Verbum - hæreditas - accipitur pro bonis, & sic compræhensivum bonorum præsentium tantum, non autem futurorum, vide num. 11.*
13 *Promissio faciendi aliquem hæredem si careret dictione universali verbum - hæredem - capi potest pro Domino, aut pro hæreditamento particulari.*
14 *Pactum successorium est validum, si promissio respiciat personam promissoris, vel hæredis; secus si tangat bona.*
15 *Pactum successorium non sustinetur ex juramento.*
16 *Minusve ex favore matrimonii.*
17 *Nec ex correspectivitate.*

DECISIO XCIII.

Legavit Cardinalis Centinus in ejus ultimo elogio Joanni Baptistæ primogenito ex Angela sorore nepoti loca 120. cameralia non vacabilia, quæ sub vinculo perpetuæ primogenituræ stare deberent ad favorem primogenitorum pro tempore, quibus omnibus defectis succedere voluit Josephum ejusdem Joannis Baptistæ germanum fratrem, ejusque filios, & descendentes primogenitos itidem ordine successive vocatos, istorumque linea extincta, consimili modo, ac forma Bonifacii alterius nepotis filios, & descendentes. In omnibus vero aliis bonis hæredes universales vocavit pro medietate præfatum Bonifacium ejusque filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & in eorum defectum præfatos Jo: Baptistam, & Josephum, eorumque filios, & descendentes, in altera vera medietate istos hæredes instituit, sustinendo similiter in eorundem defectum Bonifacium, ac ejus filios legitimos, & naturales, & expresse eidem mandando, quod huic dispositioni acquiesceret, sub pena privationis, & caducitatis.

Verum defecta linea Jo: Baptistæ per obitum Felicis Antonii absque filiis, Annibal Centinus præfati Josephi unicus filius uti literaliter substitutus pro Immissione in possessionem 60. eorundem locorum montium a Co: Felice Bonifacii filio indebite detentorum, & a Judice ab A. C. deputato favorabilem Sententiam obtinuit, cujus appellatione mihi commissa cum clausula *constito, quod sit locus Ægidianæ* ad normam commissionis DD. meos consului, & esse locum Ægidianæ responsum obtinui.

Notoria siquidem est dispositio istius constitutionis, quæ locum habet in omnibus terris, & locis Romano Pontifici immediate subjectis, & in quolibet possessorio, quoties Sententia sit valida, & justa, & lata fuit inter personas mere laicas, & super rebus laicalibus, ut notat Vest. & Rudolph. *in praxi hic par.* 2. *cap.* 6. *n.* 132. *cum seqq. ille lib.* 7. 1
cap. 3. *per tot, & innumeras decisiones id firmant.*

Validitas Sententiæ, ut ex actis resultans neque in dubium revocabatur; Justitia vero depromebatur ex concursu omnium extremorum ad intentatum remedium necessa-

cessariorum. Existentia quippe fideicommissi, ac istius pu-
rificationis ad favorem Annibalis, nec non bonorum iden-
titati, quibus præhabitis, immissio in vim *l.fin.C.de Edict.*
divi Adrian.toll. denegari nequit, & rite, ac recte decreta
dicitur ex allegatis, coram Eminentiss. Cerr. *dec. 740.sub*
n. 2. & dec. 784 sub num. 1. & in recent. decis. 79. num. 3.
part. 19.

2 Non impugnabant scribentes pro Com. Felice eorum-
dem extremorum verificationem, sed de injustitia Senten-
tiam redarguebant, ex quo controversa loca 60. Montium
Com. Felici uti filio, & hæredi Bonifacii spectarent in vim
juratæ promissionis longe ante Testamentum per Cardina-
lem factæ occasione Matrimonii inter præfatum Bonifa-
cium, & Flaviam Mascellam contrahendi, qua ejusdem spe-
ciali nomine per Abbatem Centinum nepotem promissum
legitur: *Che doppo la morte di S. E. sarà detto Sign. Bonifa-*
cio herede universale della metà di tutti li suoi boni presenti
e futuri. Exinde enim inferebatur, quod stante hujusmodi
promissione non potuerit Cardinalis controversa loca mon-
tium vinculo primogenituræ subjicere, sed eorundem me-
dietas deseranda esset Bonifacio, ejusque hæredibus in exe-
cutionem ejusdem obligationis. Verum hujusmodi obje-
ctum nullum Juris fundamentum habere DD. agnoverunt,
ex quo talis promissio contineat obventionem hæreditatis
post mortem promittentis. Ideoque pactum successorium
dicitur, & tanquam futuræ successionis a Jure improbatur
uti inducens votum captandæ mortis, & adimens, seu re-
stringens liberam facultatem testandi, Textus *sunt expressi*
3 *in l. pactum quod dotale 15. l.licet 19. & l.fin. C de pact. ibi-*
que communiter Doctores, & præcipue Alciat *in princ.* Soc-
cin. Bartol. & Bald. *ad d. l. fin. n.17.* Cephal. *cons. 44. n. 12.*
tom. 2. Curt. Jun. *cons. 15. n. 4. & 15. & cons. 25. n. 1. & 6.* Pe-
regrin. *de fideicommissis art. 15. n. 24. & seqq.* Cyriac. *con-*
trov. 88. sub num. 2. Urceol. *consult. 98. sub num. 2. & seqq.*
Torre *de pact. futur. success. cap. 3. sub num. 1. cum aliis al-*
legatis; per Rotam *in decis. 106. num. 1. & decisio 154.*
num. 1. & 2. part. 9. recent. & coram Royas *decisio 282.*
num. 13.

Nec applicabilis reddebatur distinctio, quod hujusmodi
pactum irritum redditur, quando promissio est super tota
hæreditate, seu illius quota, secus vero super quota bono-
rum, vel quando hæreditatis mentionem faciat, non autem
bonorum, (quam distinctionem videtur innuere Dec. *cons.*
4 *578. sub n. 10.* & Menoch. *cons. 92. n. 51.* Tondut. *quæst. 96.*
n. 13. & 14. ideoque in hac hypothesi verba illa: *della metà*
di tutti li suoi beni importent duntaxat bonorum obven-
tionem, non autem hæreditatis; Quia verba totius promis-
sionis, non dum mentionem bonorum, verum etiam hære-
ditatis, & quidem universalis præseferunt ibi *Che doppo*
la morte di S. E. sarà detto Sig. Bonifacio herede universale
della metà di tutti li suoi beni. En igitur quod facta fuerit
mentio hæredis, & hæreditatis, & quidem universalis, quo
casu versamur in primo membro distinctionis, & sic in pa-
cto de jure invalido, ut bene distinguunt, & probant al-
legati per Urceol. *consult. 98. n. 11. & 12. & præ cæteris* Cy-
riac. *controv. 88. n. 6. & 10.*

Ad dignoscendum enim, an pacta futuræ successionis
sint improbata, nec ne, verba paciscentium sunt primario
attendenda, in quorum conceptione tota difficultas in hac
materia versatur, cum ex eisdem obligatio oriatur, ut in
proposito advertunt Cagnol. *in l. final. Cod. de pacto n. 213.*
5 Bolognen. *ibidem n. 116.* Paris. *cons. 26. num. 69. lib. 2.* Si-
mon. de Pret. *cons. 199. num. 11.* Gabriel. *cons. 107. num. 16.*
lib. 1. Cyriac. *dicta contr. 88. in princ.* & Andreol. *dicta con-*
sult. 98. n. 1.

Si igitur ex conceptione verborum appareat, contrahen-
tes voluisse hæreditatem transferre jure successionis, non
autem jure contractus, pactum nullius momenti, ac inu-
tile omnino redditur, quod secus si jure contractus pactum
institutum videatur, Sylvan. *cons. 90. n. 4. lib. 2.* Dec. *cons. 225.*
6 *n. 4.* Gabr. *cons. 137. n. 11. vol. 1.* Peregr. *de fideic. art. 51. n. 25.*
Andreol. *controv. 312. n. 5. & 6.*

Quod aperte dignosci potest, si in Instrumento habita fuit
mentio hæredis, seu hæreditatis, vel quando promissa sit
7 successio, vel de ista habita fuit ratio, quamvis etiam verba
8 promissionis essent magis consentanea contractui quam ul-
timæ voluntati, cum proprietas verbi *hæres*, seu *hæreditas*
adversetur contractui inter vivos, nec a vivente in pactum
deferri possit, ex quo ipsius viventis non sit *l. 1. ff. de hered.*
vel action. vend. & optime in his terminis responderunt
Dec. *cons. 30. n. 28. lib. 3.* Cyriac. *dicta controv. 88. num. 7.*
cum seqq. Torre *de pact. futur. success. qui innumeros allegat,*
& materiam exornat, & ampliat cap. 4. lib. 1. sub n. 12.
& seqq.

Non obstante, quod verbum *hæres* aliquando accipia-
tur pro domino, non autem pro successore, ut conabantur
informantes ostendere, ideoque evitetur Juris censura pro 9
nullitate hujusmodi obligationis, prout etiam quod ver-
bum *hæreditas* accipiatur pro bonis, & sit comprehensi-
vum bonorum præsentium, non autem futurorum, ex relat.
per Urceol. *dicto cap. 98. sub n. 13.* & per Cyriac. *dicta con-* 10
trov. 88. sub n. 19. Quia id non procedit, si verbum *hæres*
jungitur dictioni *universali*, & quidem in bonis præsenti- 11
bus, & futuris, prout etiam si hæreditas promittatur Ju-
re obventionis, seu successionis, cum isto casu verba, &
mens contrahentium successorium pactum præseferant,
itaut per hujusmodi universales dictiones ipsimet contra-
hentes etiam Jura, & actiones comprehendere voluerint, 12
idem Urceol. *dicto cap. 98. sub n. 14.* Cyriac. *dicto controv.*
88. sub n. 21. Rota cor. Royas *dec. 282. sub n. 4. & 5. dec. 217.*
sub n. 2. post medium.

Quidquid sit si promissio faciendi aliquem hæredem ca-
reret dictione *universali*, quia tunc verbum *hæres* capi pos-
set pro domino, aut pro hæreditamento particularis, ut
ex Cancer. *var. resol. lib. 3. cap. 7. n. 138.* Bellon. Jun. *cons.* 13
22. num. 12. et seqq. Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 9. def. 8.*
num. 4. allegat. per eundem Urceol. *dicta consult. 98. sub*
num. 19.

Vel si promissio sit de bonis post mortem, non autem
hæreditatis, seu successionis, quia tunc dicitur potius con-
tractus inter vivos dirigens actiones contra hæredes pro-
missoris, ut est prima opinio Petræ *de fideicommisso quæst. 4.* 14
sub n. 4. quam ipse adscribit Oldrad. *in cons. 139. in princ.*
& bene illam explicat Torre *citata cap. 4. lib. ... num. 2. et*
sub n. 7. ubi quod inspiciendum est, an promissio respiciat
personam promissoris, vel ejus hæredis, itaut obligatio
incipere debeat in persona hæredis, sed potius tangit bona,
itaut ipso jure absque ullo hæredis facto illa transeant in
eum, cui sunt promissa, & isto casu pactum non valere
tanquam successorium, juxta opinionem Bartoli *in cons.*
212. et aliorum Juris Interpretum.

Nec opitulari potuit, quod talis promissio uti juramen-
to vallata, & facta contemplatione matrimonii sustineri
debeat, quia respectu juramenti promissio vires non reci-
pit, cum illud non debeat esse vinculum malitiæ, & iniqui-
tatis, *DD. in dicta l. fin. Cod. de pact.* Cancer. *cap. 7. n. 143.* 15
Peregr. *cons. 69. n. 12. lib. 1.* Torr. *dicto tract. lib. 1. cap. 5. sub*
num. 16. ubi infinitos allegat. Peregr. *de fideicomm. art. 51.*
num. 24. Urceol. *d. consult. 98. num. 6.* Rota coram Royas
d. dec. 282. sub n. 16. respectu vero contemplationis matri-
monii, neutiquam sustineri potest, quia semper militat
ratio deperditæ, vel restrictæ liberæ facultatis testandi,
ac inductionis voti captandæ mortis, cum favorabilior
sit causa liberi arbitrii, quam matrimonii, ut est casus *d.*
l. pactum quod dotali C. de pact. et in l. hereditas C. de pact.
quos sequendo renuerunt adducti per Cyriac. *d. controv. 88.* 16
num. 12. Urceol. *d. consult. 98. num. 7.* Mart. *de success. legal.*
part. 4. quæst. 25. art. 4. num. 8. Mantic. *lib. 12. tit. 34. n. 4.*
Torr. *eod. tract. lib. 1. cap. 7. n. 5.* cum ibi pleno calamo cu-
mulatis.

Minus refragante, quod promissio Cardinalis fuerit cor-
respectiva ad dotem mulieris, cui in tanta quantitate dos
tradita non fuisset sine tali obligatione; non enim in instru-
mento legitur prætensa correspectivitas, sed duntaxat in-
ferri potest simplex Cardinalis munificentia, & liberalitas
erga nepotem, quinimo potius incongrue dignoscuntur ter-
mini correspectivitatis, si ob mediocrem dotem respectu
qualitatis sponsi, ubi nepotis Principis Purpurati promitte-
retur hæreditatis scut. 40. mil. circiter; Nec pariter in jure
relevat, quia talis correspectivitas salvare nequit pactum
successorium a nullitate, & imputet sibi, quia contraxit sub
tali spe, & promissione, quia nullum habet remedium, etsi
dolo deceptus fuisset, Citoch. *discept. 68. sub n. 8.* Cyriac. *de*
d. controv. 88. n. 13. Urceol. *d. consult. 98. sub n. 7. circa med.*
Torr. *d. tract. cap. 7. sub n. 29. cum ibi alleg.*

Et ita rejectis aliis ad decisionem Causæ non necessa-
riis responsum fuit, utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Asculana Primogenituræ.

Lun. 10. Martii 1687.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de eadem materia, quæ in alia præcedenti decisione peragitur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 Appellatio in Judicio possessorio non datur.
2 Pactum futuræ successionis est invalidum.
3 Et quo casu complectatur totam hæreditatem.
4 Pactum successorium ex Juramento sustinetur.
5 Contrarium est verius, & n.7.
6 Limitatur in pacto negativo.
8 Favor matrimonii facit valere pacta successoria.
9 Contrarium in foro servatur, & n. 10.
11 Non præsumitur, quod quis inæqualitatem inter nepotes voluerit servare.
12 Bona prælegata quando non comprehendantur in generali fideicommisso.
13 Ex consuetudine totius Italiæ pacta successoria sustinentur præsertim in Instrumentis dotalibus.
14 Et contra inobservantes competit saltem actio ad interesse contra, n.17. & 18.
15 Adversus hanc consuetudinem pugnant plures Doctores.
16 Et quatenus esset admittenda, intelligeretur quoad convalidationem conventionis, sed non quoad illius irrevocabilitatem.

DECISIO XCIV.

Agnita validitate, & justitia sententiæ ab A. C. favore Annibalis prolatæ pro immissione in possessionem locorum 60. Montium in vim legati Cardinalis Centini responsum fuit coram bo.me. Albergato locum esse Ægidianæ, cujus notissimæ Constitutionis vigore Comiti Felici colitiganti, qui in possessorio Judicio succubuerat, nulla competebat appellatio, ut in sua praxi notat Ridolph. *par.2.c.6.*
1 *n.132.* & licet hodie coram me subrogato ad propositionem causæ fieret instantia pro recessu a decisis; attamen cum fundamenta in priori decisione approbata optime subsisterent, ab ea recedere DD. noluerunt.

Non enim visum est efficere præcipuum, & repetitum objectum, quod non liceret Cardinali per viam prælegati disponere de controversis locis Montium, eaque ullo modo separare ab hæreditate, quando integram illius medietatem solemniter promiserat Bonifacio Felicis Authori occasione matrimonii ab eo contracti specialiter per contemplationem hujusmodi promissionis. Quoniam dum hæc includebat pactum futuræ successionis hæreditati promittentis ejusque mortis captandæ votum inducebat, ut in prima propositione diligenter animadversum fuit, utiq; a Jure improbata, & bonis moribus contraria nullam parerer obligationem, ac si facta nunquam fuisset, *l. fin. C. de pact.* ibique scribentes Cur. jun. *cons.15. n.4. & 5. n.1.* Peregr. *de fideic. ar.51.*
2 *n.24.* Rot. *dec.106. n.11. & dec.154. n.1. & 2 p.9. rec.* parum subsistente replicatione data ad evitandam improbitatem actus, quod promissio respiceret potius quotam bonorum, quam hæreditatis, quia verba illa *prometre farlo suo herede universale della metà di tutti i suoi beni*, in præcedenti decisione examinata contrarium convincent. Sylvan. *cons.90. n.*
3 *7.* Macer. *var. lib.2. resol.11.* Cyriac. *contr.88. n.6. & 10.* Urc. *cons.98. n.11* Osasc. *dec.90. n 6.* Rot. cor. Royas *dec.282. n.6.*

Neque obstat, quod ad validandam promissionem juramentum Cardinalis accesserit, in quibus terminis stipulationem etiam nullam confirmari, tenet Cov. *in c. Quamvis n.2. vers. Altera vero* Angel. *cons.179. n.2.* Cravett. *cons.29. n.8.* Guttierez *de Jurament. p.1. cap.9. n.7.* Ea potissimum ratione urgente, quia tale pactum (quod ideo irritatur, quia
4 bonis moribus adversatur) intelligendum est, quando vel ex parte materiæ, quam respicit pactio jurata, vel ex parte paciscentis adesset turpitudo a Jure naturæ, aut a sacris Canonibus damnata, secus vero quando eadem super contractu a sola lege civili improbato; ut in terminis hujus pacti successorii exemplificant Seraph. *de privil. Jurament privil. 20. n.8. & seqq.* Guttier. *de Jurament p.1. cap.59. n 6.* & cum aliis apud Mancin. *simili tractatu effect.62.*

Inter varias nanque DD. opiniones, qui jamdiu sub diverso Duce Martino, & Bulgaro in contrarias acies divisi scripserunt, alii siquidem juramento facultatem tribuentes roborandi contractum etiam invalidum, alii omnino vero adimentes, crebrius hæc ultima, & fere omnium calculo accepta sententia fuit in terminis pacti futuræ successionis, ut
5 negare ausi non sunt Seraph. Guttierez *alii 9. in contrarium allegati*, & communiter tenent Riminald jun. *cons.600. n. 10.* Giovagn. *cons.34. l.2.* Gabriel. *pact. concl.1. n.11.* Crass. *de success. ab Intestato p.9. sub n.7.* Viv. *com. opin. lib.1. verb. Pactum n.5.* Boer. *dec.204. n.8.* Osasch *dec.100. n.31.* Rot. *dec. 40. n.4. tom.1. a. dec.376. fere per tot. q.6. & dec.390. n.9. p.2. recent.* Non autem attenta distinctione superius adducta; quia dubium non est, hujusmodi pactum non solum civili, sed naturali etiam Jure, & Canonicis Constitutionibus indistincte improbari *c.1. & 2. Propositi §. licet autem de conc. preb. & c. de testand. eod. tit. in n.6.* & Bald. *in l. pactum col. 2. ver.5. Oppono C. de collat. ibid.* Salic. *n.5.* ubi de communi Canonistarum opinione testatur Cagnol. *in l. ult. C. de pact.* & ibi fatius Bologn. *n.49.* Alex. *cons.26. n.6. vol.3.* Soc. Jun. *cons.44. n.41. lib.2.* Facchin. *contr. Jur. contr.72. §. Præter hunc* Molph. *ad consuetud. Neap. p.4. de ren. p.9. n.15.* Osasch. *dec.110. n.36.* Rot. post Merlin. *de legit. dec.182. n.14. & 15.* & cor. Sacrato apud Gratian. *cap.692. n.27.* & cor. Robuster. *in Roman. hæreditatis de Magnanis 17. Decembris 1584. & 1. Aprilis 1585.* apud Mancin. *de Jurament. effect. 62.* Ubi enim civilis legis dispositio aliquid prohibet præter præsumptionem delicti, aut tanquam bonis moribus contrarium, tunc in foro etiam Canonico servanda est, & de exceptione Macedoniani tradit Abbas *in c. fin. de præscript. n.26. & seq.* quem sequitur Felin. & communiter Doctores, & de voto captandæ mortis in nostris terminis Castill. *controv. Jur. lib.3. cap.9. n.23.* Et licet aliquando in pacto nega-
tivo soleat hoc limitari, quasi tunc cessare videatur damnati voti præsumptio *lib.2.* Graff. *d. successio p. 9. n.4.* Cappel. Tolos. *dec.452.* in pacto tamen affirmativo, ut in præsenti, 6
nullum habet contradictorem, Cal. *de Empt. 30. n.8.* Marr. *de success. regal. p.1. quæst.14. art.1. n.19.* Rota cor. Sacrato *in d. Asculana Bonorum* apud Grat. *discept. 692. quæst. dec. 40. p.4. recent. tom.2.* & cor. Robusterio *in supradictis decisionibus* penes Mancin. *de Jur. effect. 62.* 7

Minus afficit, quod controversa promissio stipulata fuerit intuitu matrimonii a nepote Cardinalis contrahendi, & respective ad dotem, quam recipiebat in summa satis considerabili, unde duo inferebantur. Alterum, quod casu matrimonii prædicti conferret ad validitatem actus, juxta opinionem DD. quos refert Fusar. *de subst. q.308. n.67.* Alterum, 8
quod admissa etiam invaliditate adhuc tamen præsumendum non esset, quod Religiosus promissor ab ea recedere voluerit, sed ejusdem ultima dispositio potius interpretanda foret, quod prælegatum alteri ex nepotibus factum in portionem illius imputaretur, ne contra fidem præcedentis conventionis inæqualis eorum institutio succederet, ex traditis per Tiraquell. *de Jur. Prim. g. q.4. ex n.8. n.170. circa finem cum seq.* Rota *dec.460. ex n.6. p.9. rec.* 9

Quoniam non solum clara est prohibitio legis singulas promissiones, & pacta successoria annullantis etiam quod occasione matrimonii, & in sponsalium contractibus apponantur *l. ... illum quod dotalis, & c. C. de pact.* sed contraria opinio communiter repellitur a scribentibus, ut sat probat Urceol. *consult.98. n. 12.* cum neque favorabili causa dotis libera disponendi facultas restringi possit, Belcar. *cons.17. n. 41.* Peregr. *cons.69. ex n.9. volum. 1.* Cyriac. *controv. 87. n. 10* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. gloss.9. p.4. rec. tom.1.* coram Bich. *dec.119. n.14.* & coram Royas *dec. 282. n. 17. & dec.317. n.10. & dec.455. n.7.* neque violatæ fidei redargui valent contrahentes ex inobservantia pactionis, quia præsumi semper debet illos convenisse solum sub conditione, quatenus in eodem voto usq; ad ultimum vitæ spiritum permansissent, Bald. *in l. Archimedor n.12. C. ut in possess.* S. Thes. *q.78 n.10.* Rota cor. Seraph. *dec.870. n.2.* Ludovis. *dec.85. n.32.* Buratt. *dec. 894. n.12.* & coram Royas *d. dec.455. n.3.* Unde cessat etiam illatio, quod noluerit Cardinalis a sua promissione recedere, cum illum nulla adstringeret obligatio, & satis manifeste contraria ejus voluntas convincatur, dum in supremis tabulis post factum prælegatum alteri ex 10 11
nepotibus, non tanquam hæredes, sed tanquam primogenitos illos æquis portionibus hæredes postea instituendo, dubium non est bona prælegata non comprehendisse in generali fideicommisso aliorum bonorum, *L. cohæredi §. qui postea ff. de vulg.* Menocg. *de præsumpt. 54. n.15. lib.4.* Rot. *dec.218.* 12

Tandem non refert, quod saltem ex consuetudine totius fere Italiæ pacta hujusmodi præsertim in nuptialibus instrumentis sustineantur, ut testatur Peregr. *cons. 69. in fin. lib.1.* Joan. Anton. Bellon. *cons.22. n.7.* Thes. Jun. *9. forens. lib.2. 8.* 13
79. imo contra inobservantes competat in omnem casum actio ad interesse, per Text. *in l. Eleganter §. si servus actionem, ff. de dolo l. si quis affirmaverit §.1. ff. eodem,* Gabriel. *cons.137. n.2. lib.1.* Gratian. *discept. 792. n.44.* 14

Omissa nanque discussione probationis, validitatis similis consuetudinis, contra quam tenuit Bald. *in l. cum Archimedor. num.12. C. in possess. legat.* & facit Text. *in cap. Detestabilis de concess. preb. in 6.* attamen ubi etiam probaretur, intelligenda esset, quod convalidare quidem posset conventionem, sed nullatenus illam reddere irrevocabilem, 15

Boer.

16 Boer. *dec.*204.*n.*14. Thes. *dec.* 225.*n.*13 *cum concordant. in dec.*137. Urcol. *consul.*98. *n.*9. Rota *dec.*137. *n.* 17.*p.*11. *recent.* Actio vero ad interesse in hoc casu non competit, quia contrahentibus imputandum est, si irrevocabilitati promis-
17 sionis consulere neglexerunt, Cagnol. *in l.eligere Dot. n.*5. *ff. de re judic.* Thes. *d.quest.* 79 *n.*10. alias enim facile legis dispositio eluderetur, si quod in vim contractus non con-
18 sequitur, diversa posset actione obtineri, Gabriel. *cons.*137. *n.*2. *lib.*1. Grat. *discept.*642. *n.*40. Peregr. *dec.Patav.*50.*n.*6. Rota coram Royas *dec.*282. *n.*27.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Cæsenaten. Immissionis.

Mer. 1. *Julii* 1693.

ARGUMENTUM.

Ex præsumptione relata per Card. de Luc. *de Fideicom. disc.* 144. quod nempe semper præsumitur, quod Testator voluerit ejus dispositionem cum Statuto conformare, statuitur quod si successionem in hæreditate deferendam Testator jusserit prout de Jure, intelligatur juxta terminos traditos per Statutum, non autem secundum dispositionem Juris communis.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissario datur immissio in vim* leg. fin. Cod. de Edict. Div. Ad. tollen.
2 *Ac etiam in vim Salviani Interdicti.*
3 *Ex Statuto Cæsenæ fratri ab intestato defuncto sorores succedunt, exclusa matre, & avia, quæ ad usufructum tantum admittuntur.*
4 *Eventus conditionis facit locum fideicommisso conditionali.*
5 *Testator demandans successionem, prout de Jure censetur se voluisse conformare cum dispositione Juris municipalis, non vero Juris communis, & n.* 6.
7 *Creditum dotale mulieris nequit impedire immissionem, si administraverit bona filiorum, & rationem non reddiderit.*
8 *Hæres beneficiatus tenetur servare factum defuncti, donec rationem reddat.*
9 *Reintegratio debetur pro rebus non repertis in hæreditate, quæ adesse debuerant.*
10 *Acquiescentia non præjudicat, si expeditum fuerit monitorium, licet non extiterit executum.*
11 *Non valenti agere non currit præscriptio.*

DECISIO XCV.

AD duo Prædia, Alterum nuncupatum di *Gattolino*, & alterum di *Lizzano*; primum a Fideicommisso Francisci Carnevalis, & secundum a dispositione Nicolai Righi provenientia immissionem ex remedio *l.fin.* petebat Julis Cæsar Righius adversus Moniales S. Spiritus Cæsenæ Possiditrices; Et DD. dilata resolutione quoad secundum, voti compotem fecerunt quoad alterum.

Concurrunt enim omnia extrema in hoc Judicio necessaria existentia, nempe fideicommissi Francisci Carnevalis, ejusque purificatio ad favorem Catharinæ (ex cujus perso-
1 na venit Julius Cæsar filius) ac identitas prædii, quo casu denegari non solet immissio, sive ex remedio *l. fin. Cod. de Edict. Div. Adr. tollen.* sive ex utili Salviani interdicto,
2 ut sæpissime firmavit Rota, & signanter coram Seraph. *dec.*828. *n.*1. & 2. & *dec.*277. *n.*1. & *seq. par.* 18. *rec.* & *rec. in Bonon. fideicomm.* 10. *Decembris* 1692. §. *resolutioni*, cor. R. P. D. Ursino.

De fideicommissi existentia, ejusque purificatione visum fuit non posse dubitari, dum Franciscus, instituta hærede Ricalida matre, ei substituit Catharinam sororem per hæc verba, *Doppo la morte della quale, vuole, & ordina il Sig. Testatore, che vadi alla Signora Catterina Carnevalle sua sorella quella portione dell'Eredità, che ha da succedere, quando il fratello morto ab intestato*, Cum autem ex Jure municipali Cæsenæ *rubr.*96. de qua apud Card. de Luca *de*
3 *statutar. success. particul.*53. *ad fin.* fratri ab intestato defuncto sorores duntaxat succedant, exclusa matre, & avia, quæ ad usumfructum tantum admittuntur, sequitur, quod secuto obitu Ricalidæ aperta fuerit successio in controverso Prædio, & in reliquis bonis Testatoris ad favorem Catharinæ sororis in d. casu substitutæ, Rot. *dec.*269. *n.*1.
4 *par.*5. & *dec.*359. *num.*1. *par.*17. *recent.* & coram Dunoz. *dec.*601. *n.*5. cum Testator se referendo ad Jus ibi — *che deve provenire di ragione*, non de Jure communi, sed de Jure municipali Cæsenæ suæ Patriæ intellexerit, juxta tradita per Menoch. *cons.*95. *num.*93. *vers. non obstat secundum*, Peregr. *de fideicomm. art.*25. *n.*53. *ad fin. vers. Et ideo Testator.* Gratian. *discept.* 308. *n.*9. *cum tribus seqq.* plane Mant. 5
*de Conject. ult. volunt. lib.*4. *tit.*10. *n.* 13. *circa fin. vers. sed in secundo*, & 12.14.15. & 16. Ubi quod fatuus esset, qui crederet, Testatorem potius voluisse sequi Jus commune Romanorum, quam Jus propriæ Civitatis, quo semper 6
usus est, quodque sibi notissimum fuit, & sequitur Add. *ad dec.*378. *a n.*21. *usque ad* 24. *par.*4. *tom.*2. *rec.*

Nec ad retardandam Immissionem objici valet creditum dotale Ricalidæ: quia cum ipsa gesserit tutelam, & curam filiorum, & de bonis inventariatis, & administratis rationem non reddiderit, vel præsumitur ex eis satisfacta, vel illius creditum adeo fuerit redditum illiquidum, ut impedire non valeat Immissionem, ut in specie dixit Rot. coram Card. Celso *dec.*235. *n.*8. & cor. Manzan. *dec.* 743. *n.*3. cor. Peuting. *dec.*334. *n.*17. *vers. ultra quod*, *cum tribus seqq.* & 7
*dec.*392. *n.*6. *vers. Nihil cum duobus seqq.*

Minus relevat, quod Catharina fuerit hæres Ricalidæ matris, & ideo teneatur ejus factum servare, donec & ipsa rationem reddiderit; Quoniam cum mater obierit in Monasterio, nec in hæreditate, quam ipsa adivit cum beneficio legis, & sine præjudicio propriorum Jurium, non extiterint, nisi bona Francisci, in quibus erat matri substituta, non habet unde rationem reddat, nisi quod ut ipsa Catharina reintegraretur de non repertis in hæreditate materna, quæ ad- 8
esse debuerant, & proveniebant ab hæreditate Francisci, pro quibus esset reintegranda, ex firmatis per Rot. coram 9
Cels. *dec.*235. *n.*1. & 2. & coram Priol. *dec.* 294. *n.*13.

Deducta præscriptio ex longæva acquiescentia Catharinæ visa fuit cessare ex monitorio usque de anno 1645. per ipsam expedito, licet non executo, & ex eo etiam, quia ipsa Vidua contra occupatores potentes, & plures respectus erga eos non valuit agere, ut ipsamet longa expressione protestata est in Codicillis per eam conditis de anno 1676. ut *in Summar. Replicationis n. Unico*. Non valenti enim agere, non currit præscriptio per Text. *in l. in rebus* 11 10
§. *omnis Cod. de Jur. dot.* & *l. final. Cod. de annal. præscr.* Rot. coram Buratt. *dec.* 509. & *decis.*79. *n.* 5. *part.* 15. & *passim alibi.*

Quoad identitatem Prædii non fuit controversia inter Partes, ut resultat ex Inventario per Ricalidam de bonis Francisci confecto.

Et ita pro Immissione fuit resolutum, utraque Parte informante &c.

R. P. D. CAPRARA.

Cæsenaten. Immissionis.

Mer. 27. *Januarii* 1694.

ARGUMENTUM.

Distinctionem firmatam in decisione quæ istam præcedit, hæc decisio confirmat, quod nempe si Testator simpliciter relationem habuerit ad Jus, censeatur voluisse intelligere de Jure municipali, si vero se retulerit ad Jus commune, secus sit dicendum; pluraque explicantur circa interpretationem Statuti feminarum exclusivi.

SUMMARIUM.

1 *Mater in bonis filii succedit pro medietate.*
2 *Ad Jus commune recurritur, quoties Statutum de casu contingenti non disponat.*
3 *Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione Juris municipalis, si simpliciter se retulerit ad Jus.*
4 *Secus si se retulerit ad Jus commune.*
5 *In dubio censetur voluisse Testatorem, ut bona perveniant ad eos, quos vocat Jus municipale, non vero Jus commune.*
6 *Ad Jus commune non præsumitur quis habuisse relationem, nisi quatenus non existat Statutum.*
7 *Pronomen portio verificatur etiam in integra hæreditate.*
8 *Quod Statutum excludat matrem nedum per existentiam masculorum, sed etiam feminarum potest desumi ex conjecturis.*
9 *Appellatione fratrum veniunt & sorores in dispositione tam legis, quam Statuti.*
10 *Statutum complicans fratres, & sorores in parte proœmiali censetur voluisse hanc etiam complicantiam in parte dispositiva.*
11 *Statutum excludens matrem, & aviam ne bona deveniant ad familiam extraneam censetur voluisse eas excludere etiam per existentiam feminarum, n.*12. 13. & 14.
15 *Filiorum appellatione veniunt feminæ.*
16 *Prout etiam veniunt appellatione liberorum.*

17 Et

17 *Est evitandum absurdum, quod soror excludatur a nepote ex fratre prædefuncta.*

18 *Statutum excludens matrem propter existentiam filiorum, si admittatur etiam in casu existentiæ feminarum, non dicitur fieri extensio, sed tantum comprehensio.*

19 *Et similia Statuta non dicuntur odiosa, sed favorabilia, & n. 20.*

D E C I S I O XCVI.

AD impediendam immissionem, quam Sac. Rota sub
die prima Julii 1693. in vim fideicommissi quondam
Francisci Carnevalis dandam decreverat ad favorem Julii
Cæsaris Righii uti hæredis quondam Catharinæ ejus matris
ad d. fideicommissum vocatæ hodie Informantes pro Mo-
nialibus Sancti Spiritus Cæsenæ teis conventis iterum obji-
ciebant vocationem Catharinæ esse regulandam juxta dis-
positionem Juris communi, & sic restringendam ad me-
dietatem hæreditatis fraternæ ob existentiam Recalidæ
communio matris, ut ab illo disponitur *in Auth. defuncto
Cod. Tertull.* Nec non etiam subjungebant, quod quatenus
1 dicendum esset, Franciscum se conformare voluisse cum
dispositione Juris municipalis Cæsenæ propriæ Patriæ,
adhuc cum Statuto mater non excludatur a successione fi-
lii ab intestato defuncti, nisi ob existentiam alterius filii
masculi, nullatenus autem feminæ, de qua non loquitur,
intret saltem ex isto capite dispositio Juris communis, ad
quod semper recurritur, quoties Statutum de casu contin-
genti non disponit *l. commodissime ff. de liber. & Posth.* Soc-
cin. jun. *cons. 4. n. 10. lib.* 1. Rota *decis. 101. num. 5. part. 5.
recent.* sed his non obstantibus DD. censuerunt standum
esse in decisis.

Quod enim attinet ad primam ex præfatis exceptionibus
consisten. in præsumpta voluntate Francisci cum dispositio-
ne Juris communis visa est removeri ex ipsis verbis Te-
stamenti ibi *vuole, & ordina, che vadi alla Sig. Cattari-
na sua sorella quella porzione dell' Eredità, e beni che deve
pervenire di ragione ad una sorella, lasciando doppo di se la
madre, & una sorella*, cum illa enim verba, *che deve perve-*
3 *nire di ragione*, tanquam simpliciter probata, intelliguntur
de Jure municipali, non autem de Jure communi, ut plu-
ribus relatis firmat Adden. *ad decis. 378 n. 21. & seqq. part.
4. tom. 2. recent.* Pereg. *de fideicom. art. 25. num 55. in fine*, &
in nostris terminis Gratian. *discept. 99. per totum*, & signan-
4 ter *numer. 16.* ad differentiam, ut proferuntur cum illo ad-
ditamento *di ragione commune*, quo casu capiuntur pro Ju-
re communi Romanorum non autem municipali, ut distin-
guendo tradit Barbos. *numer. 14.* Add. *ad DD. 378. n. 8. &
seqq. & in dec. 22. n. 7. & seqq part. 9. rec.* & altera, quam
præstabat generalis præsumptio in omnibus intra sese con-
formandi cum sanctione patrii Statuti, & transfrendi eo-
rum hæreditates ad illos, ad quos ex ejusdem Statuti forma
debent pervenire, ut notat Alex. *cons. 141. sub n. 19. vers.
sed in proprio lib. 7. Idem* Anton. Bellon. *cons. 74. n. 71. 72.
& 73.* & late probat Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 7.
n. 1. cum pluribus seqq. & per tot.* Rota *dec. 174. nu. 31. p. 18.
recentior.*

Nec contrarium desumi posse videbatur ex iisdem verbis
5 inferius repertis, ubi Testator remisit obligationem *di far
alcuno Inventario, o altro che fosse obligata de Jure*, quasi
intelligendo de Jure communi, cum Statutum non disponat
de obligatione hæredis ad confectionem Inventarii, ita in-
tellexerit in superioribus verbis; etenim si Cæsenæ adesset
Statutum circa confectionem Inventarii, hæc etiam postre-
ma verba intelligerentur, ut alia supra de jure statuario,
6 quia ad Jus commune non refertur intelligentia nisi in subsi-
dium deficiente Statuto, Soccin. jun. *cons. 67. n. 64. lib. 12.*
Joseph. Ludovic. *dec. Perusin. 9 n. 3.* Censal. *dec. Lucen. 60.
n. 58. & seqq.* & coram Card. Cels. *dec. 125. n. 5.*

Minus elici valet ex eo, quod Testator adhibuerit prono-
men *portionis* exclusivum totalitatis concessæ a Statuto;
nam cum hoc nomen *portio* non semper significet dimidiam,
7 sed prout est adjectum ex mente Testatoris, juxta deducta
in decis. 283. numer. 39. part. 17. recent. verificatur de inte-
gra hæreditate, ex Text. *in leg. nomen filiorum §. Portiones
ff. de verbor. significat. &* Cost. *de portion. rat. prem. 6.
num. 10.*

Quo vero ad alteram exceptionem, quod nempe Statu-
tum excludat matrem ad solum favorem fratrum defuncti,
non autem sororum; ita pariter insubsistens visa est, quia
appenso integro tenore Statuti exhibiti *in prædicti sum. n. 1.*
& relato per Card. de Luca *de Stat. success. partic. 33. col. 3.
versic. tum ad defunctorum filiorum* aperte colligitur ma-
trem excludi & a sorore defuncti; nam licet a statuenti-
bus ibi nominentur fratres fratrumque filii, & liberi, ta-
men ex pluribus conjecturis sorores quoque comprehendi 8
dicebatur, quod satis esse voluit Abb. *cons. 73. sub n. 6. post
med. vers. Et ex his lib. 1.* Thesaur. *dec. 269. num. 2.* Rota co-
ram Merlin. *dec. 471. n. 10. & seqq.*

Prima earum eliciebatur ex ipsa denunciatione fratrum,
quorum appellatione veniunt & sorores in dispositione
tam legis, ut *in l. Tres fratres, & in l. Lucius §. quæsitum ff.* 9
de legat. 3. quam Statuti, ut in specie ad exclusionem matris
ex Statuto respondit Bald. *cons. 47. sub n. 1. circa finem vers.
qui enim inter masculos, & inferius vers. cum enim pro for-
ma vol. 5. & seq.* Alex. *cons. 85. num. 7. lib. 4.* Corn. 335. *ante
num. 1. vers. si licet de Jur. com. lib. 1. & cons. 49. n. 1. lib. 4.*
Matt. *de success. legal. par. 2. cap. 4. art. 5. num. 3. & 6.* & eo
facilius ubi, ut in præsenti, fratres enunciantur in numero
plurali, ut ponderat Alex. *d. cons. 85. n. 7.* Decian. *cons. 63.
num. 2. vol. 2.*

Secunda ex complicatione fratrum, & sororum facta per
statuentes in parte inchoativa dispositionis, quæ operatur
ut in parte exclusiva intelligatur & de sororibus, ut infert
Joan. Bellon. *cons. 74. n. 82. §. Respondit.* 10

Tertia ex adducta ratione exclusione matris, aviæ, &
aliorum descendentium per lineam maternam, ne bona de-
veniant ad familiam extraneam, & alienas domos, quam
ponderat & Rota coram Coccin. *dec. 767. n. 5. & seqq.* quæ
ratio suffragatur nedum fratribus, sed etiam sororibus, cum
& ipsæ sit de familia, & deficientibus masculis agnatio- 11
nem conservent, ut ad interpretationem similis Statuti fir-
mat Rota *dec. 133. num. 14. cum pluribus seqq. par. 9. tom. 1.
& dec. 491. num. 8. par. 9. tom. 2. recent.* & ratio Statuti æque 12
militat in fratre, ac in sorore masculinum concipit femini-
num, Grat. *discept. 499. num. 10. par. 5. recent.* & late coram
Greg. *dec. 273. per tot.* & signanter *n. 11. & seqq.* prout con- 13
cipit, ubi agitur de materia indifferenti masculo, & femi-
næ, ut est materia successionis, ut observat Alciat. *cons. 6.
n. 3. vers. sed his non obstantibus tom. 1. lib. 2.* Curt. Sen. *cons. 9.* 14
n. 13 & 14. Dec. *cons. 127. n. 7.* Matt. *vol. Pisani 24. num. 6.
& 7.* Rota cor. Cocc. *dec. 277. n. 2.* ubi quod vi rationis non
sexus, & bene coram Greg. *d. dec. 293. per tot.*

Quarta denique ex quo admissæ fuerunt filiæ fratrum
dum statuentes vocarunt ad successionem defunctæ perso-
næ fratres fratrumque filios, & liberos, quorum appella-
tione veniunt & feminæ, ut de verb. *filios* sunt *in l. si* 15
*ita scriptum 46. ff. de legat. 2. l. filii appellat. verb. omnes, &
ibi gloss. de verb. signific.* & de verb. *liberos* sunt Text. *in l.
cognoscen. §. liberorum, & l. non sine liberis ff. de verb. signif.* 16
cum concordan in dec. 459. nu. fin. par. 4. tom. 2. recent. unde
satis demonstratur mens statuentium admittendi & femi-
nas, ut arguit Alciat. *d. cons. 6. num. 5. vers. Nec statutum,
et sub n. 8. vers. Nec de Jure municipali, et num. 10. tom. 1.
lib. 2.* & si verba statuti loquentia de fratre non compre-
henderent sororem, sequeretur Juris absurdum, quod
ipsa excluderetur a nepote fratre prædefuncto, quod
absurdum est vitandum, Alex. *cons. 85. sub n. 10. vers. 4.* 17
diceremus, n. 11. et 12. et seq. lib. 4. Castrens. *cons. 175.
num. 4. vol. 1.*

Hic non obstat, quod hujusmodi extensio non sit admit-
tenda, cum agatur de materia odiosa, & correctiva ex-
clusionis matris a luctuosa filii hæreditate; Etenim cum
ratio motiva Statuti pariformiter vigeat in sorore, ac in fra-
tre, non dicitur fieri extensio, sed potius dicitur compre-
hensio, Abb. *cons. 73. in fine lib. 1.* Rota *dec. 348. n. 6. par. 1.* 18
recent. & coram Cels. *dec. 125. num. 15.* nec agitur de materia
odiosa, sed potius favorabili, dum relinquitur matri usus-
fructus, & bona non transeunt, ut ad alienas domos, sed
redeunt, unde proveniunt, ut considerat Castrens. *cons. 175.* 19
num. 4. lib. 1. Matt. *de success. legal. p. 2. cap. 4. art. 5. n. 5. et 6.
et art. 6. n. 3.* Rota coram Greg. *d. dec. 293. n. 7.* & mater ea-
tenus excluditur, quia alienum est a Justitia agnatorum
spolia in alium verum, & familiam transferri, ut inquit
Rot. coram Coccin. *dec. 676. n. 5. et seqq.* 20

Reliqua quæ circa præscriptionem repetebantur, cum
fuerint sublata in antecedenti dec. cum illius fundamentis
DD. transierunt, utraque Parte informante &c.

R. P. D. B E N I N C A S A.

Sabinen. Fideicommissi.

Luna 13. *Junii* 1989.

A R G U M E N T U M.

Agit Card. de Luca *de Fideic. disc. 161.* an Hæres grava-
tus possit pro ære alieno fideicommittentis bona fidei-
commissi alienare; hæc autem decisio determinat, quod
facul-

facultatem quidem retineat, dummodo tamen duo concurrant, nempe quod Creditores urgeant, quodque effective debita solvantur.

S U M M A R I U M.

1 *Immissio conceditur heredi per fideicommissum vocato.*
2 *Facultas concessa creditori vendendi pignus intelligitur, quatenus debitor sit in mora.*
3 *Emptor rei fideicommissariæ nequit impedire immissionem, si emptio sit nulliter peracta.*
4 *Pater potest ratione administrationis retinere bona filii.*
5 *Mora absque interpellatione minime contrahitur.*
6 *In distractione pignoris semper fieri debet debitoris denunciatio.*
8 *Creditor nequit distrahere pignus absque interpellatione heredum debitoris, etiam si defunctus remiserit necessitatem citationis.*
8 *Constitutio Procuratoris, et in rem propriam non immutat naturam contractus.*
9 *Translatio dominii ex quibus excludatur, & n.10. & 11.*
12 *Facultas alienandi ad unum casum restricta non est extendenda nec ex majoritate rationis.*
13 *Concessa facultate aliquid faciendi, ea omnia intelliguntur concessa quæ ad illud explendum sunt necessaria.*
14 *Ut emptio secura reddatur, necesse est prius creditores anteriores admittere, declara, ut n.16.*
15 *Consequens absque antecedenti stare non potest.*
17 *Fieri non potest venditio rei fideicommissariæ, nisi creditores urgeant, adeout stipulari nequeat pro dimittendis censuariis.*
18 *Exigitur ulterius, quod debita effective extinguantur, & simplex accollatio absque delegatione non sufficit.*
19 *Itaut si extinctio non concurrat, fideicommissarius possit bona vendita retrahere.*

D E C I S I O XCVII.

Sententiam denegantem immissionem ad prædium *delli Coppari* fideicommissarium quondam Nicolai Liberati infirmarunt DD. tanquam injustam; quia clare undique constat, nec inter Partes ambigitur de existentia, & purificatione fideicommissi aliisque necessariis extremis in hoc judicio, quibus concurrentibus immissio deneganda non
1 erat Actoribus substitutis, Gabr. *conf.*46. *n.*28. *lib.* 1. Pereg. *de fideicom. art.*48. *n.*5. *& seqq.* Rota *dec.*180. *n.*1. *&* 2. *par.* 17. *& dec.*79. *n.* 3. *&* 4. *p.* 19. *rec.*

Neque obstat, quod rei conventi satis justo titulo detineant prædium tanquam in eos alienatum pro solutione dotis Theodosiæ uxoris fideicommittentis, cui data fuerat amplissima facultas vendendi singula bona propria auctoritate absque decreto Judicis, ac nulla præcedente citatione usque ad integram illius satisfactionem, & restitutionem, constituendo insuper ad hunc effectum eandem Theodosiam, & suos Procuratores, & Procuratores irrevocabiles, ut in rem propriam, prout latius in Instrumento utrinque exhibito. Quia similis facultas vendendi pignus creditori concessa, ea sub conditione data de jure intelligitur, quatenus debitor sit
2 in mora. Cumque illam minime contraxerint, nec idem vir Theodosiæ, qui fideicommissum condidit, nec Cæsarini Actores ad illud vocati, frustra se confovent emptores in possessione prædii, citra ullam debitorum negligentiam in
3 solvendo male, & perperam in eos distracti, Gloss. *in l creditor. hypothecas C. de distract. pign.* Negusan. *de pign. par.*4. *princ. sub n.* 11. *& melius par.* 1. *membr.* 1. *n.* 1. *per tot. juncto n.* 5. Grat. *discept.* 777. *n.* 22 *&* 23. Rot. cor. Coccin. *decis.* 1154. & apud Posth. *de subhast. dec.* 92. *n.* 8.

Quod autem nullam contraxerint moram debitores prænominati de facili funditur. Nam quoad virum fideicommittentem, licet eo superstite, matrimonium solutum fuerit & consequenter dies restitutionis dotis advenerit, qui solet pro homine interpellare, & in mora constituere *l. magnam C. de contrahen. & committen. stipul cap. potuit de locat.* nihilominus quia uxor post se reliquit Petrum Silvestrum communem filium, & hæredem, utique non tenebatur Pater ei assignare prædium licet dotali credito obnoxium, cum imo
4 retinere illud posset ratione scilicet legitimæ administrationis, & usufructus sibi de jure competendo super bonis adventitiis ejusdem filii *l. quacunque, & l. eum oportet C. de bon. qua liber.* Rota coram Ubald. *decis.*132. *n.* 7. *& dec.* 197. *& in Anconitana usufructus* 23. *Januarii* 1679. §. *cum enim,* coram bo. me. Albergato, & quoad Cæsarinos mora facilius excluditur; illa enim per defunctum non contracta eo minus contrahi potuit per successores, quando, ut in præsenti casu, nulla præcessit contra eos interpellatio ad solvendum debitum *l. nec semel ff. quando dies leg. ced.* Jason. *in l. virum* 5
22. *n.* 10. *ff. si cert. pet.* Menoch. *conf.*641. *n.* 21. Altogr. *conf.* 84. *sub n.* 1. *&* 2. *& seqq. lib.* 1. Conciol. *de hæred. art.* 3. *ex n.* 140. Rot. *dec.* 331. *n.* 3. *part.* 11. *rec.*

Nec afficit, quod remissa citatione ex prædictis remissa quoque intelligatur interpellatio: quia in his terminis patiens debitor se non citari nihil aliud remittere censetur, quam quod sibi facienda non sit renunciatio, qualis de jure fieri debet in distractione pignoris, ad Text. *in l. final. C. de* 6
jure nominan. l. creditor la 2. *C. de distract. pig.* secus vero, ut omitti possit interpellatio contra ipsius hæredes, quæ habet in se rationem diversam, præcipue fundatam in ignorantia illorum, quæ alias semper excusat a mora, ut in specie distinguendo notat Tiraq. *de retract. convent.* § 4. *glos.* 5. *n.* 5. *&* 6. 7
& comprobat Merlin. *de pign. lib.*4. *q.*119. *n.*2. & Rot. apud Posth. *de subhast. dec.*92. *n.* 5. 7. *&* 8. *& dec.*107. *n.*17. *&* 18.

Minusque relevat, quod in vim prædictæ Constitutionis Procuratoris, ut in rem propriam, Theodosia, & sui effecti jam fuerint veri domini prædii, & ideo potuerint illud vendere, nemine prorsus requisito, seu interpellato, ut signanter probat *postrema decisio hujus causæ* coram R. P. D. meo Caccia 9. *Februar.* 1688. §. *neque enim.*

Quia licet revera similes clausulæ dominium transferant, quando apponuntur in actu illius translativo; secus tamen est, quando actus ipse translationem hujusmodi non inducit; nam semper induunt naturam contractus, cui adhærent & famulantur, Dec. *conf.*521. *n.*16. Capyc. Galeot. *con-* 8
*trov.*28. *n.*7. *&* 8. *lib.*.. bene Censal. *decis.* 15. *ex n.* 79. & firmavit Rota *in Roman. donationis* 12. *Febr.*1688. §. *sed conclusio,* cor. eodem R. P. D. meo Caccia; facultas vero alienandi cum adhæret illa Constitutio Procuratoris, ut in rem propriam, sonat duntaxat in pignus, non autem in dationem in solutum translativum dominii, quod evidenter ostenditur non tantum quia ipsimet contrahentes respective data, & recepta hac facultate agendo professi sunt de simplici assecuratione dotis, ut evincitur ex Instrumento conces- 9
sionis ejusdem facultatis factæ reis conventis, quod pro exclusione dominii ponderat Urceol. *conclus.* 151. *sub num.*49. Merlin. *de pign. lib.*3. *q.*73. *n.*5. *& seq.* Posth. *de subhast. inspect.* 18. *n.* 122. Giurb. *dec.* 16. *n.*5. Rota *dec.* 11. *n.* 5. *p.* 15. *rec.*

Sed fortius, quia eadem assecuratio explicite limitata est, usque ad integram dotis satisfactionem, & restitutionem, quod pactum convenit quidem pignori, quo soluto debito resolvitur, ut *tot. tit. ff. quibus mod pign. vel hypoth.* 10
solut. non autem dationi in solutum, quæ de sui natura perpetua est, & non resolubilis, cum dicatur quædam venditio, & alienatio *l. si prædium in fin. C. de evict.* optime Surd. *conf.*543. *num.*6. *vers. quarto ostenditur, & num.* 8. quem in punctualibus terminis secuta est Rota coram Dunoz. jun. 11
decis. 42. *n* 3. *& in recent. dec.*373. *num.* 12. *& seqq. par.* 16. *& decis.*138. *num.*17. *& in dicta Romana donationis* 5. *Junii* 1685. §. *his tamen &* 10. *Martii* 1687. §. *idque,* coram R. P. D. Caccia.

Cæterum præscindendo a jam dictis, licet regali fundamento suffultis, adhuc peculiari animadversione dignum videbatur, pro detegenda semper magis injustitia sententiæ, quod prædium alienatum non fuerit pro satisfactione, seu restitutione dotis, ad quem duntaxat effectum tributa erat vendendi facultas, ut non controvertitur, sed pro diversis creditis censualibus, extra illam tametsi pro majori parte anterioribus; & tamen alienandi licentia ad unum casum restricta operatur, quod alienatio ultra eum facta non sustineatur, cum trahi nequeat de casu ad casum, sive ex identitate, sive ex majoritate rationis, ad Text. *in l. Pupil-* 12
lorum 6. *si prætor ff. de rebus* coram Cyriac. *contr.* 377. *n.*3. 5. *&* 6. Noguerol. *alleg.* 19. *n.*118. Conciol. *alleg.*16. *n.*4. Rota coram Bich. *dec.* 349. *n.*7. coram Cels. *dec.*260. *n.* 4. *&* 5. *& in rec. dec.* 6. *n.*9. *part.* 15.

Nullatenus refragante, quod concessa facultate aliquid faciendi ea omnia intelligantur concessa, quæ ad illud explendum sunt necessaria *l. ad rem ff. de procur.* & necessa- 13
rium foret prius dimittere creditores anteriores, ut securior ab evictione redderetur venditio facienda pro dote *l. prima* 14
digest. de distract. pign.

Nam præterquam quod objecta regula limitat solum in necessario antecedenti, sine quo consequens stare non potuit, ut docuit Bart. *in l. ambitiosa C. decret. ab ord. faciend.* 15
Ruin. *conf.*114. *n.*5. *lib.* 2. Surd. *dec.*194. *n.* 31. Rot. *dec.*66. *num.* 5.

num.5.part 10. *et dec.*58 *num.*5 *par.*16. *recent.* Quod non
contingit in præventiva hujusmodi satisfactione credito-
rum, sine qua etiam subsistebat venditio, & satis erat pro
cautela emptoris prævenire illorum molestias, cum pro-
16 missione de evictione, vel alia simili securitate, Mangil.
de evict. qu. 86. *et* 87. Rot. cor. Coccin. *decis* 1388. *n.*1. *et
seqq. et in Romana Falcidiæ* 17. *Februar.* §. *Responsum*, *et*
27. *Junii* 1687. §. *Animadversum*, coram me.

Placuit nihilominus magis adæquata responsio, quod
nulla scilicet necessitas intercesserit deveniendo ad hanc
venditionem pro dimittendis creditoribus, qui non urge-
bant, nec urgere poterant, cum census ex parte illorum
essent irrepetibiles, juxta notissimam Pianam Constitu-
17 tionem, quam in proposito expedit Rota apud Cenc. *de
Cens dec.*27. *n.*6. *et* 7. *et in Romana Domus* 5. *Junii* 1682. §.
secunda autem, coram R. P. D. Rondinino.

Hoc insuper addito, quod talia debita realiter non fue-
runt extincta, dum citra ullam donationem in se accolla-
runt ei conventi, quod non liberat hæreditatem a nexu pri-
18 mævæ obligationis, Bald. *in l. singularia n.*18. *ff. si cert. pe-
tat.* Actolin. *resol* 18. & cor. Peuring. *dec.* 316. *n.*9. *et dec.*
206. *nu.*5. *part.*16. *rec.* & quod fortius est, nec ipsum dotis
creditum ullo modo solutum fuit, adeo ut cessante adhuc
præcipuo fine, cujus intuitu sustineri prætenditur aliena-
tio, omnis suadet æquitas, ut hæredes fideicommissarii,
sive saltem prælationis immissionem obtineant ad vendi-
19 tum prædium, quod eo simul cumulato remedio retrahere
curant refuso integro pretio, & quidem tempore satis con-
gruo, dum alienatio secuta est eis penitus irrequisitis; &
citra ullam ejusdem dotis satisfactionem *l. emptor* 65. *ff. de
rei vendicatione*, Gloss. *et scribentes in l.*1 *C. de præscript.*
30. *vel* 40. Aym. Gurtierez, *pract qu. cap.*8. *n.*20. *et seq.*
Rota *dec.*13. *n.*6. *et* 7. coram Emin. Cerro.

Et ita utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Sabinen. Fideicommissi.

Lun. 24. *Maii* 1690

ARGUMENTUM.

Confirmantur superius decisa, & superadditur quod li-
cet in hærede gravato detur in Jure facultas detrahen-
di bona fideicommisso obnoxia etiam substitutis non
interpellatis pro extinguendo ære alieno fideicommissi,
dummodo Creditores urgeant, & debita effectiva ex-
tinguantur, nihilominus hujusmodi potestas non tra-
hatur ad successorem, utpote dominio destitutum.

SUMMARIUM.

1 *Habens facultatem distrahendi pignus non potest illam exercere sine precedenti mora, mediante interpellatione contracta.*

2 *Fieri non potest alienatio pro una causa in vim facultatis tributæ pro alia.*

3 *Constitutio Procuratoris ut in rem propriam non est apta transferendi dominium, si restricta non sit ad certum corpus, sed universalis scripta legatur.*

4 *Creditor retinens pignus æquivalens, vel non excedens quantitatem crediti ob spem luitionis, acquirit illius dominium. Declara, ut n.*5.

6 *Hæres gravatus potest pro dimittendis creditoribus fideicommissi etiam substitutis non interpellatis, bona alienare.*

7 *Requiritur tamen, quod creditores urgeant.*

8 *Adeout, si dimittantur censuarii, nulla sit reputanda alienatio.*

9 *Facultas alienandi bona fideicommissaria, quam retinet hæres gravatus, nequaquam extenditur ad illius successorem, etiamsi creditores urgeant, illique dimittantur.*

DECISIO XCVIII.

IMmissionem ad prædium *delli Coppari* fideicommisso
subjectum, quam denegavit Rota coram R. P. D. meo
Caccia fratribus de Cesarinis, quantumvis ad illud vocatis,
concessit postmodum coram me priori sententia infirmata
sub die 13. Junii anni præteriti, cujus resolutionis funda-
menta in hodierna audientia ad novi examinis trutinam
revocata, approbanda fore, ut inconcussa DD. censuerunt.

Subsistere nanque visum fuit prædium, de quo agitur,
non potuisse Ursinis vendi in præjudicium eorundem vo-
catorum, non attenta facultate a fideicommittente tribu-
ta ejus uxori, & suis alienandi bona fideicommissi pro
solutione illius dotis ex duplici, & quidem efficaci ratione;
Alia scilicet, quod talis facultas exerceri non potuerit sine
præcedenti mora, quam tamen ante prædictam alienationẽ
substituti nunquam contraxerunt, cùm ad solvẽdum nullo
unquam tempore fuissent interpellati; Alia vero, quod d. 1
venditio prædii facta non fuerit pro restituẽda dote, sed pro
dimittendis aliis diversis creditoribus censuariis; ideoq; re-
manserit omnino nulla, quia facultas alienãdi una ex cau-
sa cõcessa extra illam minime exerceri valet, ex late conge-
stis *in præterita mea decisione* §. *Neque obstat cum plur. seqq.*

Neque ad evertendum fundamentale utriusque rationis 2
assumptum alicujus ponderis erat exceptio alias allegata,
quod eadem uxor, & sui potuerint libere, & tanquam do-
mini alienare controversum prædium, cum pro alienatio-
ne a Testatore constituti fuerint Procuratores, ut in rem
propriam. Quoniam pro omnimoda remotione hujus obje-
cti ultra fuse deducta *in decisione, quæ revidetur* §. *Minus-
que relevat*, placuit hodie superaddere, quod prædicta clau-
sula non sit præsenti casu operativa, quia restricta non le-
gitur, vel ad idem prædium, vel ad certum corpus bonorũ:
sed quidem est universalis, & indefinita, quo casu non repu-
tatur apta propter incertitudinem aliquod transferre do-
minium in creditorem, ut in specie docuit Angel. *in l. qua
de tota* 76. §. *Incerta partis n.*2. *ff. de rei vindic.* Menoch.
*cons.*222. *ex n.*50. Rota coram Pamphil. *decis.* 375. *n.*8. & 3
melius, ad rem coram Ubag. *dec.*44. *n.*7. *cum seqq.*

Atque hinc bene agnoscentes emptores venditionem
hujusmodi sustineri non posse ex permissione hominis ma-
jori conatu eam tueri modo curabant ex facultate legis,
quæ tribuit proprietatem pignoris creditori habenti credi-
tum æquivalens, vel excedens valorem illius ob cessantem
spem reluitionis, prout innuit Jurisconsultus *in l. legata
9.* §. *supellectili ff. de supellect. legat.* ibique Bartol. *num.*1. 4
& 2. Alex. *cons.* 169. *in fin. lib.* 6. Lotard. *de usur. p.*12. *n.*1.
& seq. Rot. *dec.*228. *n.*4. *&* 5. *p.*18. *rec.*

Verum inter plures responsiones in jure datas ab infor-
mantibus pro Actoribus, quibus adhærere DD. non dubi-
tabant, ea prę ceteris in facto videbatur irrefragabilis, quod
nempe non attenta possessione, & subsecuta venditione
controversi prædii dos nũquam fuerit habita pro soluta ab
eodemmet venditore seu creditore: quia tam in contraria
sententia R. P. D. mei Cacciæ lata etiam eo citato, quam in
alia priori tunc A. C. R. P. D. mei Cavallerini, quibus in hac
parte acquieverunt collitigantes, concessa fuit immissio
conditionalis Actoribus, solutis scilicet scut. 394. 95. parti-
cularis ejusdem dotis satisfactione. Quinimo in confirma-
tione inconcussæ hujusmodi voluntatis pluries, ut dictum
est in Judicio, canonizatæ idem venditor, & respective cre-
ditor recepit, & post latam primam sententiam in Curia
nonnullas pecuniarum summas eo sub expresso titulo, vi- 5
delicet *a conto della dote, che deve conseguire &c.* prout la-
tius in recepta ab emptoribus exhibita *hodierno summ. n.*
3. Appropriatio nanque seu imaginaria solutio cum sit fun-
data in nuda, ac mera juris præsumptione cedere semper de-
bet veritati *l. si eo cui*, §. 1. *ff. de evic.* & in præcisis terminis
Card. de Luc. *de credit. disc.*136. *n.*4. Modern Melphiten.
in animadvers. ad Grat. *discept.* 422. *sub n.* 7. *vers. ideoque
optime* Rot. *in decis.*517. *n.*6. *cum duobus seqq. part.*14. *rec.*

Minusque sustineri valet præfata alienatio uti facta pro
dissolvendo ære alieno fideicommissi, & sic ex causa neces-
saria, quæ operatur, ut bona licet arctissimo fideicommisso 6
supposita alienari adhuc possint etiam substitutis non in-
terpellatis, juxta text. *in l. peto* 71. *l. prædium ff. de leg.*2. *l. ait
pretor ad fin. ff. de Jure delib.* Quoniam hoc non solum in-
telligendum est cum juridica, & æquitativa moderatione,
quatenus scilicet creditores urgeant *l. magis puto* §. *non pas-
sim* ibi -- *Quando dec.*856. *n.*30. & coram Bich. *dec.*454. *n.* 7
11. *& in dec.*364. *part.* 17. *& dec* 14. fere utrobique *per tot.
p.*18. *rec.* Quæ tamen urgentia in hoc casu non verificatur,
quia censuarii tantum creditores dimissi sunt, qui non ur-
gebant, nec urgere poterant, cum sortes censuum essent
irrepetibiles, ex cumulatis *in precedenti d.* §. *placuit*.

Sed esto etiam, quod indistincte admitti posset proposi- 8
tio in objecto firmata, attamẽ d. legalis facultas omnimode
limitanda est, & restringenda ad hæredem gravatum, qui
vere est dominus, licet revocabiliter quousque pendeat con-
ditio fideicommissi, sed nullo modo amplianda vel exten-
denda venit ad illius successorem, qualis erat venditor, qui
prædium distraxit in Ursinos; Iste nanque, in quo eadem
dominii ratio non procedit, eadem quoque facultate uti
non valet ne quid in causam necessariam inconsulto Preto-
re, & non vocatis substitutis, prout egregie distinguendo,
& explicando textum in contrarium allegatum, tradunt
Peregr. *de fideicom. art.* 40. *sub n.*23. *vers. non obstat textus* 9
circa fin. Moner. *de commun. ult. volunt. cap.*9. *sub n.*125.

Et ita

Et ita omissis aliis levioris ponderis, quæ in priori decisione sublata sunt, ad eam remissive sese habentes DD. steterunt in decisis, utraque. &c.

R. P. D. P I O,

Fulginaten. Pecuniaria,

Ven. 6. Junii 1698.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem quæstione agitata per Card. de Luca *de Fideic. disc.* 166. an emptor rei fideicommissariæ cum licentia obtenta a Principe ad effectum extinguendi debita teneatur esse de versione solicitus?

S U M M A R I U M.

1 *Restitutio in integrum non datur, non concurrente læsione.*
2 *Jura fideicommissi dicuntur translata in investimento pretii rei fideicommissaria cum Principis licentia alienatæ.*
3 *Adeoùt super bonis venditis nulla actio competere possit.*
4 *Ut alienatio rei fideicommissariæ cum licentia Principis ad effectum extinguendi debita facta sustineri possit, exigitur probatio versionis.*
5 *Hujusmodi tamen probatio non exigeretur, si Princeps liberaverit emptorem ab onere procurandi investimenti effectuationem, & n.* 6. 7.
8 *Derogatio fideicommissi concedi non solet nisi cum maturitate.*
9 *Ea quæ in sententia narrantur, vera præsumuntur,*
10 *Exceptio debita non fuisse soluta spectat ad creditores,*
11 *Ex lapsu temporis præsumitur versio.*
12 *Quis cogi possit ad servandum proprium factum.*
13 *Factum Authoris impugnari non potest,*
14 *Per petitionem pretii rei fideicommissaria distractæ insurgit approbatio venditionis.*
15 *Minores tanquam majores reputantur in actibus cum solemnitatibus emissis.*
16 *Proprium factum nemo impugnare valet.*

D E C I S I O XCIX.

Relectis ab A. C. per sententiam Nicolao Ceccarello, & Clementia ejus germana sorore agentibus pro immissione ad Hospitium in Civitate Fulginei situm antiquo fideicommisso Francisci obnoxium, & jam pridem virtute Brevis san. mem. Pauli Quinti alienatum in fratres de Eliseis sub ea tamen lege erogandi illius pretium in extinctionem æris alieni, ac conficiendi multiplicum pro fideicommissi reintegratione, nec non absolutis dictis fratribus de Eliseis per eundem Judicem ab onere curandi multiplicum, nisi quatenus vellent pro eorum interesse, quod onus fuit declaratum spectare ad Ceccarellos, *Summ. fratrum de Eliseis n.* 7. declaravit utraque pars acceptare judicatum, & in illius sequelam, tam Elisei exhibuerunt literas patentes locorum montium usque tunc ex multiplico reinvestitorum *dicto Summ. n.*8. quam Nicolaus, & Clementia constituerunt Procuratorem pro ejusdem recuperandis ad effectum perficiendi multiplicum *dicto Summ. n.*9. prout idem Procurator illa recuperavit *Summ. n* 8. *lit. A.* nec non facultatem exigendi fructus Eliseis delatam suis principalibus obtinuit per Judicem impartiri *Summ. n.*10.

Verum postquam decessit Nicolaus adscita sibi in hæredem Clementia, ista immemor, quod prius cum fratre susceperat onus perficiendi multiplicum, obtinuit ab A. C. Bulgarino mandatum ad factum, ut Elisei docerent de implemento memorati Brevis, a quo provocantibus reis conventis ad Rotam prævia commissione Signaturæ directa bon. mem. Rondinino, & postea cor. me subrogato, Patres Olivetani Sanctæ Mariæ in Campis hæredes scripti a Nicolao post obitum Clementiæ novam mihi dirigi curarunt commissionem super restitutione in integrum a prima sententia absolutoria A. C. quæ tamen per Signaturam Justitiæ fuit reformata cum clausula sine præjudicio rei judicatæ; quapropter ad utriusque Partis Instantiam dedi dubium — *An constet di Causis restitutionis in integrum, seu potius mandatum A. C. Bulgarini sit exequendum* — eoque hodie in Rota proposito in omnibus emanavit negativa resolutio.

Etenim petitæ restitutionis in integrum censuerunt DD. obstare incontroversam validitatem, & patentem Justitiam Judicati A. C. quæ sicuti quamlibet læsionem excludunt, ita operantur, ut succumbens in integrum minime restituatur *c. t. de in integr. restit. cum aliis in Cavallicen. Pecuniaria* 15. *Junii* 1696. §. *Quemadmodum*, cor. R. P. D. meo Ulmo. 1

Et sane Justitiam eliciebant DD. ex eo, quod rite, & recte A. C. denegavit Ceccarellis immissionem in Hospitium, de quo agitur, quia cum ex speciali diplomate Pauli V. fuerit derogatum cuicunque fideicommisso ex causa dissolvendi æs alienum a gravatis factum sub lege conficiẽdi multiplicum ex quinta parte pretii pro ejusdẽ fideicommissi reintegratione, satis utique consultum fuit Nicolao, & aliis successoribus super investimento faciendo, in quod jura fideicommissi dicuntur translata, ut ponderat Cyriac. *controv.* 203. *n* 37. & dixit Rota cor. sa. mem. Alex. XIII *dec.* 249. *n.* 5. cessavit proinde quælibet actio contra memoratum Hospitium, quod per Summum Pontificem effectum fuit liberũ, ac si nunquam fideicommissi vinculo fuisset obnoxium, Merlin. *de primog. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 49. Cyriac. *d. contr.* 303. *n.* 35. Rudolph. *alleg.* 180. *n.* 23. *& seq.* Rota cor. Alex. VIII. *d. dec.* 249. *n.* 1 & cor Bich. *dec.* 98. *n.* 12. *& dec.* 175. *n.* 10. & coram Cerro *decis.* 117. *num.* 2. & coram Dunoz. jun. *dec.* 858. *n.* 1. 2 3

Nec relevat, quod doceri debeat de ære alieno realiter, ac legitime contracto a gravatis, ac de versione pretii retracti, tum in illius extinctionem, tum etiam in confectionem investimenti juxta conditionem adjectam in Brevi, ne alias istud ob præjudicium Tertii, quales reputantur vocati ad fideicommissum, remaneat subreptitium, & nullius roboris, ac si alienatio secuta fuerit absque Principis licentia, ut notat Giurb. *dec.* 79. *n.* 7. Rot. *in rec. dec.* 131. *n.* 6. *&* 7. *& dec.* 157. *in princ. & dec.* 465. *n* 22. *& seqq p.* 19.

Preterquam, quod enim Conclusio non ita absolute procedit, ubi Papa, prout in præsenti casu, liberavit emptorem ab onere procurandi investimenti effectuationem, quia tunc sustinetur alienatio, ac emptor tutus est, & si versio pecuniarum in causam expressam non probetur, & competit quidem vocatis actio contra alienantem, sed non contra emptorem, quem Pontifex voluit esse securum, etiam non secuta versione, ut tuetur Card. de Luca *de Fideic. disc.* 166 *n.* 3. *et* 4. ubi quod alias laborarent manifesta nullitate innumeri census constituti præviis similibus Brevibus, in quibus demandatur debitorum extinctio, vel multiplicum, quæ nunquam expleta fuere, & gratia ob id remaneret inanis propter difficultatem reperiendi emptores, qui similibus oneribus vellent subjici, & rursus in *sum. n.* 300. *vers.* 5. & pariter distinguendo pluries firmavit Rot præsertim *dec.* 301. *n.* 9. *p* 1. *rec.* & coram Othobon. *d. decis.* 249. *n.* 7. & coram Bich. *decis.* 98. *n.* 11. *et decis.* 175. *n.* 13. & cor. Dunoz. jun. *dec* 858. *n.* 8. & coram Cerr. *dec.* 117. *n.* 5. *et dec.* 448. *n.* 7. *et* 8. & regulare est, ut solvens non debeat esse solicitus, ut pecunia in causam expressam erogetur, quoties onus hujusmodi recipienti, non autem solventi injunctum fuit, ut pluribus relatis tradit Rocca *select. disp. jur. cap* 117. *n.* 11. 4 5 6 7

Adverterunt DD. quod etiamsi juris rigor exigeret hanc probationem implementi in emptore jam antea a Summo Pontifice liberato, illa nihilominus non deficit in themate presenti; nam quoad multiplicum hoc apparet adimpletum ex investimento locorum duodecim montium, usque ad annum 1659. *Summ. n.* 8. quæ deinde prævio Judicis decreto a Procuratore Nicolai, & Clementiæ, cum eorum mandato fuerunt recuperata, ut præmisimus; existentia vero, ac solutio æris alieni satis desumitur tum ex ipsa impetratione derogationis, quæ concedi non solet, nisi cum maturitate, & justificato ære alieno, ut animadvertit Rot. cor. Cerr. *dec.* 117. *n.* 6. Tum fortius ex sententia Judicis super illius executione, ac graduatione creditorum, ea quippe veritatẽ narratorum facit præsumere, ut in eadem *dec.* 117. *num.* 77. potissimum quando hoc non opponunt creditores, quorum interesse respiciebat, & quibus erat destinata solutio, ut notat in nostris terminis Rota cor. Ludov. *dec.* 511. *sub n.* 8. Unde ex lapsu longi temporis plusquam triginta annorum non levis oritur præsumptio, quod fuerint realiter satisfacti, ut pariter in specie Rota *d. decis.* 117. *n.* 12. cor. Cerro. 8 9 10 11

At in longe clarioribus terminis versatur Justitia sæpedictæ sententiæ, si effectivo implemento Brevis derogationis addatur positiva, & iterata approbatio omnium hæredum gravatorum; Franciscus enim junior pater Nicolai, qui in publico, & solemni transactionis instrumento acquisiverat ab Eliseis prædium fideicommissarium distractum per aliud Breve derogatorium, promisit perpetuam observantiam etiam nomine filiorum natorum, & nascitu-

rorum, quamobrem cum Nicolaus fuerit hæres Patris, ut constat ex mandato obtento a PP. Olivetanis contra ipsum
12 uti hæredem Francisci *d. Summ. n.13. & 14.* quemadmodum igitur cogeretur Nicolaus prædictam transactionem ratam habere, Peregr. *de fideic. art.32. n.6.* Grat. *discept. 766. n. 21.* Franch. *dec.335. n.7.* Rota *in Romana fideicommissi de Pinis 11. Decembris anni præteriti §. his autem*, cor. Reverendiss. Decano, ita quoque Patres Olivetani a præfato Nicolao causam habentes illam nullatenus valent impugna-
13 re, Fusar. *de substit. q.678. n.5.* Rota cor. Cavaler. *dec.430. n.5. & in rec. decis.184. n.9. part.6. & dec.157. n.3. par.19.*

Observantia, ad quam tenebatur Nicolaus ex persona Francisci Patris, accedit etiam particularis nexus propriæ approbationis, quandoquidem agnito tandem quam recte A.C. ipsi denegaverit immissionem ad controversum Hospitium, & rursus per alterum Judicatum declaraverit onus investimenti non spectare ad Eliseos, institit mediante Procuratore legitime constituto pro exactione locorum montium pro multiplico destinatorum, & illa deinde affective exegit, ex quibus sane actibus amplius ambigendum non est, quin antecedentem distractionem Hospitii iterato
14 approbaverit, ut de petitione est Text. *in l. etiam ff. de minoribus*, & probant Cravett. *cons.159. sub n.5.* Surd. *consil. 60. n.12. & 13.* Rimin. jun. *cons.450. n.17.* Soccin. jun. *cons. 84. n.23. lib.2.* Capyc. Latr. *decis. 57. n.14. & seqq.* & dixit Rota *decis.54. n.16.* coram Buratt. *& dec.113.* coram Zarat. & de exactione pariter sunt Text. *in l. de lege 6. ibique Glossa verbo accepisset, & l. post diem 7. ff. de leg. commiss.* Rocca *select. disp. cap.149. n.5.* Modern. *de solemnit. in contractibus minor. gloss.22. §.23. n.54.* Magon. *dec. Lucen. 17. n.16. & seq.* Rota *dec. 509. n.10. p.13. rec.*

15 Nec urget, quod ad prædictos actus devenerit in minori ætate, quia attento interventu solemnitatum a Statuto præscriptarum, non possunt iidem de nullitate redargui, & habentur, ac si a majori fuissent emissi, ut observat Menoch. *de præsumpt. lib.3. præs. 75. sub n.2.* Card. de Luca *de empt. & vendit. cap.23. sub n.23.* Rot. cor. Dunoz. jun. *dec. 695. n.11. vers. visa, & n.12. & dec.155. n.1. part.11. rec.*

Et demum non deest positiva approbatio eorundemmet Patrum Olivetanorum, dum virtute *nihil transeat* impedire curarunt alienationem locorum montium provenientium ex pretio supradicti Hospitii *Summ. n.16.* & in judicio se opposuere associationi super eisdem coram tunc A.C. Caprara petitæ *Summ. d. n. 16. lit. A.* qui propterea nequeunt modo alienationis validitatem ab ipsis etiam agnitam
16 in controversiam deducere, ad notum Text. *in cap. quod semel de re jur. in 6.* cum vulgatis,

Constito itaque ex hucusque firmatis de Justitia sententiæ A. C. per eadem fundamenta, quæ influunt in injustitiam mandati ad factum ab A.C. Bulgarino relaxati, DD. inclinarunt in negativam pariter resolutionem pro deneganda illius executione; Etenim cum jam semel fratres de Eliseis tradiderint duodecim loca montium, & Nicolaus una cum aliis susceperit onus perficiendi ceptum multiplicum, nec creditores quidquam urserint pro eorum creditis, non poterat utique A. C. Bulgarinus mandatum ad factum relaxare pro novo implemento, maxime quia Clementia sibi assignavit in dotem dd. loca montium, quare nec æquum, nec justum est, quod iidem fratres ad iteratum implementum debeant adstringi.

R. P. D. HERVAULT.

Ravennaten. Fideicommissi.

Lun. 28. Februar. 1689.

ARGUMENTUM.

Renunciatio fideicommissi etiamsi ex divisione non soleat induci, nihilominus quoties cum camerali obligatione promissa fuit evictio & uni obventa fuerunt bona libera & alteri fideicommissaria absque oneris deductione renunciationem desumendam affirmant Card. de Luca *de Fideic. disc.175.* idque etiam præsens Statuti decisio, eaque etiam docet, ex quibus pactum negativum aliquem non molestandi reale non personale sit existimandum.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum ab Authore renunciatum prodesse non potest successori etiam ex propria persona vocato.*

2 *Renunciatio fideicommissi promanat ex divisione, in qua promissa fuit evictio obligatione camerali.*

3 *Præcipue si uni obtenta fuerunt bona libera, & alteri fideicommissaria.*

4 *Et eo maxime, si bona æqualiter æstimata fuerunt, nullo subducto onere fideicommissi.*

5 *Promissio non molestandi aliquem ex vi fideicommissi illud adversus eum non est amplius deducibile, & num. 6.*

7 *Idem pactum conceptum eisdem verbis diverso jure inter easdem personas censeri non debet.*

8 *Pactum remissionis fideicommissi dicitur reale, si concordia stipulata fuerit pro se, hæredibus, & successoribus.*

9 *Prout etiam, si adsint clausulæ* ad habendum, & libere disponendum.

10 *Pactum non molestandi in vim fideicommissi reale dicitur, si fuerit correspectivum ad bona libera divisa.*

11 *Et si uti tale ostendat subsecuta observantia.*

12 *Pactum negativum reale reputatur, si sit correspectivum.*

13 *Personalitas seu perpetuitas pactorum non dignoscitur ex cortice verborum, sed ex ratione, & causa finali.*

DECISIO C.

IN decisione a me edita 4. Junii anni præteriti firmatum fuit fideicommissum, cujus virtute fratres a Porta Actores immissi fuerunt in possessionem prædii Tauresii possessi a fratribus de Morigis, remissum dici non posse in divisione bonorum facta anno 1621. ab Auctoribus colligantium ex supposito, quod in ea distributæ solum fuerint partes unicuique ex condividentibus debitæ, non autem vindicata in libertatem bona divisa, dum id nullibi expresse dispositum legabatur, nullaque in d. divisionis Instrumento inserta reperiebatur clausula, ex qua hoc argui posset. Minus vero eidem fideicommisso derogatum fuisse in alia conventione celebrata anno 1628. consistente personalia tantum pacta extra personas contrahentium 1
non extendenda.

Verum hodie facto melius dilucidato DD. recesserunt a decisis cernentes Jura fideicommissi vere fuisse a contrahentibus in præfatis actibus sublata, ideoque prodesse amplius non posse successoribus, quamvis ex propria persona vocatis, Bich. *dec. 134. n.17. & dec.158. n.28. dec.371. n. 11. cum seq. dec.275. n.4. p.15. rec.*

Hæc autem remissio apparet primo ex lectura Instrumenti d. divisionis per extensum nunc exhibiti, in quo legitur condividentes proculdubio non ignaros fideicommissi amplissima promissione evictionis jurasse se nunquam contraventuros divisioni factæ, pactaque omnia in eo contenta firma, ac rata perpetuo habituros, suscepisse invicem expensas litium, damnaque evictionis, ac pro majori denique 2
promissionum firmitate adjecisse obligationem etiam hæredum, & successorum, bonorumque omnium in ampliori forma Rever. Cameræ Apostolicæ, ex quibus omnibus fideicommissi Jura dixerunt remissa Cyriac. *contr.285. n.41.* Cavalcan. *dec.36. n.19. part.2.* Cels. *dec.376. n.12.*

Et hæc potiori jure procedunt in hac facti specie, in qua periculum evictionis ex natura rei, & ratione fideicommissi imminens non erat mutuum, sed illi suberat portio duntaxat assignata Paulo, a qua rei causam habent; ei nanque in divisione obvenerant bona fideicommissaria, ut non controvertitur, non autem portio Hieronymi pro majori ex parte bonis liberis inflata, ideo quoad excludendam inæqualitatem dicendum ob condividentes, fideicommissi Juribus renunciasse Rot. *decis. 174. n.19. part.13. dec.138. n. 10. par.14. dec.128. n.4. part.16.* & post Torr. *de pact. futur.* 3
success. dec.655. n.20. maxime quia in divisione æqualiter æstimata fuerunt utriusque speciei bona, nulla habita ratione vinculi fideicommissi justum rei valorem valde diminuentis, Fusar. *de substit. part.599. n.20.* 4

Secundo comprobatur assumptum ex conventione ann. 1628. & stipulata inter Cornelium Avum Actorum, & Paulum, qui bona libera Hieronymi prædefuncti communicaverat Cornelio promittendo in compensationem hujus 5
emolumenti relinquere penes Paulum bona fideicommissaria Tauresii eidem obventa in præcedenti divisione cum Hieronymo, illaque nunquam vindicandi virtute fideicommissi per propositiones Hieronymi purificati.

Quo pacto inductam fuisse remissionem fideicommissi, 6
vel saltem acquisitam Paulo exceptionem retentionis bonorum liberorum adversus hæredes Cornelii, juxta tradita per Andreol. *contr. 56. n.16.* Nec objicere videtur decisio, a qua hodie receditur solummodo respondens præfatum pactum esse personale, ut sub initium dictum est, & prædictam

ctam exceptionem objici non posse, cum bona libera in divisione Cornelio obventa compensata fuerint aliis oneribus ab eodem susceptis.

Sed neutra responsio subsistit ob dilemma quo convincitur, quod si pactum, libera dimittendi Paulo bona Tauresii fuit personale, personale per consequens fuit etiam pactum, quod Cornelius tantundem ex bonis liberis con-
7 sequeretur ne idem pactum conceptum iisdem verbis diverso jure inter eadem personas censeatur, idcoque vindicantibus hæredibus Cornelii bona fideicommissaria restituere debeant libera, cum verum non sit, quod subdjtur hęc fuisse communicata Cornelio in compensationem onerum acceptatorum, quia omisso, quod hujusmodi onera sunt adeo lævia, ut æquari non possint valori bonorum quibus contraponuntur, difficultas cessare videtur animadvertendo Cornelium divisisse bona Hieronymi Paulo optione eligendi partem, quam mallet; quo manifestum fit præfata onera fuisse annexa alteri bonorum diversorum parti, ut ambo fierent æquales, non autem ut induceretur compensatio ex adverso prætensa. Vel illud fuit reale, ut verius videbatur, & controverti nequit necessario suam
8 tulisse remissionem fideicommissi casu, quo Cornelio tantundem obtigisset ex bonis liberis.

Realitas vero pacti sufficienter deducitur ex stipulatione concordiæ facta pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunque in parte dispositiva nominatis cum amplissimis promissionibus evictionis, illamque semper gratam, ratamque habendi, nullasque unquam molestias inferendi, quibus clausulis inesse virtutem remittendi fideicommissum probatum fuit supra §. *hæc autem remissio*. Et etiam ex divisione bonorum Hieronymi postmodum facta in executionem ejusdem conventionis, in qua bona distributa fuerunt cum facultate de eisdem libere disponendi, & ad habendum, quæ proculdubio repugnat temporalitati, ac per-
9 sonalitati actus præcedentis, sed illum fuisse ad hæredes transitorium declarat, Rot. *dec.* 352. *n.* 18. *part.* 9. *rec.*

Clarior apparet primo ex eo, quod hujusmodi promissio non molestandi bonaque fideicommissi non vindicandi non fuit simplex; & puta, sed correspectiva ab bona libera Hieronymi absque ullo vinculo transitorio ad hæredes Cornelii, & commensurata bonis fideicommissariis relictis Paulo, ideoque uti facta occasione rei realis deci-
10 debat Zaratt. *dec.* 89. *n.* 10.

Secundo ex subsecuta observantia cum post obitum Pauli Cornelius recuperare non curaverit bona fideicommissaria, ut verisimiliter fecisset, si prænarratæ conventiones ad personas paciscentium dumtaxat fuissent restrictæ,
11 argumento text. *in l. cum indebito ff. de probat.*

Ex quibus patet non applicari ea, quæ in contraria decisione ponderantur ad habendam personalitatem pacti, quod nempe versemur in promissione verbis negativis, ac personalibus concepta, & tractetur de fideicommisso conditionali post mortem paciscentium purificando: quia hæc omnia bene arguerent prætensam personalitatem quando pactum est simplex, & purum, non procedunt quando est correspectivum, & sub certa materia transit ad hæredes
12 contrarium. Tunc enim firma remanet regula tradita *in l. Veteris Cod. de contr. & comm. stipulat.* qua statuitur pacta transmitti ad hæredes etiam, & non nominatos, quamvis verbis negativis, & personalibus concepta sint: quia cum realitas, seu perpetuitas pactorum non dignoscatur ex cortice, & extrinseca formula verborum quibus concipiuntur, sed ex ratione, & causa finali habente tractum successivum, quæ dum subest, ut ex hucusque deductis revera subest in casu nostro pacta restringi non valent verbis negativis, & expressione personarum facta solum ad demonstrandos illos, cum quibus contrahitur, non autem ad eandem limitandam, ut bene observavit Rot. *dec.* 371. *n.* 6. *part.* 11. *rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. CRPRARA.

Asculana Fideicommissi.

Merc. 5. *Decembris* 1691.

ARGUMENTUM.

In hac decisione habentur ea quæ liquent *in disc.* 194. Card. de Luca *de Fideic.* circa modum probandi identitatem ad effectum obtinendi Immissionem in vim Fideicommissi.

SUMMARIUM.

1 *Immissio conceditur heredi in fideicommisso vocato.*
2 *Ex quibus verbis inducatur perpetuum fideicommissum inter omnes descendentes masculos, & transversales de agnatione, & n.* 3.
4 *Fideicommissum particulare nullam recipit declarationem seu restitutionem ab universali, si illud sit magis amplum, licet adsint dictiones relativæ.*
5 *Ex affectione erga propriam domum facile desumitur voluntas inducendi perpetuum fideicommissum.*
6 *Quando non exigatur ad effectum successionis gradus, seu proximitatis.*
7 *Ex quibus probetur identitas.*
8 *Ad probandam identitatem in antiquis leviores sufficiunt probationes.*
9 *Imo & ipsa indicia, conjecturæ & præsumptiones.*
10 *Ut bona dicantur incorporata, & fisco quæsita, exigitur, quod fiscus actualiter apprehenderit possessionem, & bona ipsa descripserit in libris Cameræ.*

DECISIO CI.

MAriamus de Parisanis in Testamento, quod condidit Mutinæ sub die 9. Octobr. 1576. relictis pluribus legatis diversis ejus filiis naturalibus, & signanter Carolo, & Magdalenę, cui ipsum Carolum substituit in casu illius obitus sine filiis, universalem hæredem sibi fecit Parisanum filium legitimum, & naturalem, & eo non extante omnes ejusdem Parisani filios masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo Matrimonio natos, quos etiam, & eundem Parisanum simili modo eidem Carolo substituit, & ipsis non extantibus, *Proximiores masculos, legitimos, & naturales de domo, & Casata Testatoris in infinitum.*

Et quia (ut ipse subjungit) summopere desiderat, ut bona 1
sua in ejus agnatione, & descendentibus conserventur, *voluit propterea, & ordinavit, quod in eventum, in quem prædictus Carolus, & Magdalena post mortem prædicti Parisani herdis instituti absque filiis tunc præmortuis decederent, necnon etiam similiter d. Parisanus absque filiis, & descendentibus legitimis, & naturalibus decederet; tunc, et eo casu eidem Parisano, Magdalena, & Carolo, modo quo supra decedentibus substituerunt vulgariter, pupillariter, & per fideicommissarium omnes filios masculos legitimos, & naturales Julii alterius filii legitimi, et naturalis ejusdem Testatoris*, & in eventum, in quem nulli extarent filii *masculi prædicti Julii, vel si extarent quandocunque absque filiis masculis legitimis, & naturalibus cederent, tunc, & eo casu prænominatis omnibus, modo quo supra, & præmissis semper salvis, ita decedentibus, substituit vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum* proximiorem seu prædicti D. Testatoris in gradu, & Casata ipsius absque diminutione, & detractione, & prædicta omni meliori modo.

Facta postmodum electione executorem suæ ultimæ voluntatis, & certo alio legato, per orationem distinctam, & separatam prosecutus fuit ulterius dispositionem per hæc verba: *Item voluit, et ordinavit prædictus Testator: quod domus sua, et Brolium, seu Zardinum d. Testatoris in Civitate Asculi posita et infra suos notissimos confines*, semper, & in perpetuum subjaceat fideicommisso strictissimo *tam inter d. suos descendentes masculos modo, quo supra ordinatum* est in infinitum, *quam inter transversales de familia, & agnatione prædicti d. Testatoris, modis, & conditionibus supra narratis*, & ideo prohibuit idem *Testator, quod nullus dd. institutorum, et substitutorum* in infinitum *possit d. domum, Brolium, seu Zardinum vendere, obligare, et permutare etiam sub pretextu majoris commodi aut alio quovis titulo alienationis, capiendo verbum* alienationis *largissimo modo, vel in livellum, sive emphyteusim concedere, vel subpignorare, vel in aliquam transferre, tamen ex testamento, et per ultimam voluntatem, quam ab intestato*, sed semper stare debeant subjecta fideicommisso, *et affecta* in infinitum, *ut supra, et prædicta omnia omni meliori modo, et quia ita fuit, et est intentio*, & voluntas prædicti D. Testatoris, ut ex *Summ. utriusque partis, et signanter reor. n.* 1.

Mortuo Testatore successerunt in illius bonis juxta ordi- 2
nem prædictæ dispositionis tam primi, quam ulteriores descendentes. Cumque de anno 1680. obiisset Alcides Parisanus ultimus ex eis, nulla relicta prole, prætendentes Oliverius, & Laurentius de Parisanis factum esse casum eorum vocationis, uti proximiorum de familia, & agnationis Testatoris postremo loco substitutorum, introduxerunt prius judicium in partibus, & deinde, illo relicto de consensu collitigantium in Rota pro recuperatione domus dicto fideicommisso, ut supra subjectæ contra executores testamentarios q. Tiburtii Miliani, in quem titulo permutationis Marianus junior de Parisanis illam alienaverat; unde hodie disputato dubio, An sit danda immissio, fuit per DD. affirmative resolutum stante concursu omnium extremorum, quæ de jure requiruntur, sive ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian.*

Adrian. tollen. sive ex interdicto utilis Salviani in l. C. comm. de legat. ex cumulat. per Rot. coram Zarati. *dec.* 39. *n.* 1. *&* *dec.*178 *n.*2. *&* *a.p.*17. *rec.* *&* *alibi*.

Existentia fideicommissi satis deprehenditur ex contextu prænarratæ dispositionis, in qua Testator, postquam ordinavit fideicommissum universale super omnibus ejus bonis favore ejus descendentium, & proximiorum de agnatione, in oratione distincta, & separata, voluit, & mandavit, quod domus sua semper, & in perpetuum subjaceret fideicommisso strictissimo tam inter suos descendentes masculos, in infinitum, quam inter transversales de familia, & agnatione ipsius, addendo amplam, & enixam prohibitionem alienationis, ut domus semper stare deberet subjecta fideicommisso, & affecta in infinitum; ex hac enim dispositione hujusmodi verbis concepta, clare resultat testatorem super eadem domo induxisse particulare, & perpetuum fideicommissum inter omnes descendentes masculos, & transversales de agnatione, ut in consimili dispositione respondit Rota *dec.* 121. *n.* 1. *& seq. part.* 2. optime etiam Peregr. *cons.* 30. *n.*1.2. *&* 3. *lib.*2. & tenet Paris. *cons.*83. *n.*13. *lib.*2 Petr. Imol. *cons.*5. *sub n.*81. *vers.*2. *& sub n.*88 Rot. *dec.* 125. *sub n* 4. 5. *&* 6. *& dec.*143. *sub n.*4. *&* 9 *p.*1. *rec. & dec.* 27. *n.* 1. *& dec.*348. *n.*6.7. *& seq.* coram Priolo; *& dec.*312. *n.*2. *&* 3 *part.* 14. *rec* cum alias si non daretur reciprocum
3 gravamen inter omnes, domus stare non posset semper, & in perpetuum; ac in infinitum sub fideicommisso inter omnes, ut Testator mandavit, Peregr. *d. cons.*30. *n.*7. *lib.*2. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 492. *n.*18. *& in rec. dec.* 47. *n.* 1. *in fine p.*1. *& dec.*20. *n.*3. *&* 4. *& dec.*245. *n.* 1. *& seq. part.*19.

Nec adversatur, quod dispositio particularis contineat dictiones, ac verba relativa ad præcedens fideicommissum universale, quasi ex hoc inferri prætendatur, quod sicuti illud expiraverat per obitum Parisani cum filiis; ita pari modo dicatur evanuisse aliud particulare super modo etiam in oratione separata ordinatum. Etenim quidquid sit de supposita expiratione fideicommissi universalis, quam inspectionem in præsenti aggredi opus non fuit, tale objectum neutiquam procedere potest ubi fideicommissum particulare, ut hic, est magis amplum, cum sit reale, & contineat descendentes, & transversales, & prohibitionem alienationis omnibus institutis, & substitutis cum dictione *in infinitum* sæpius repetita, quæ expressa leguntur ex fideicommisso universali; hoc enim casu, quamvis adsint dictiones relativæ, fideicommissum particulare in oratione diversa,
4 & distincta institutum, nullam recipit declarationem, seu restrictionem ab universa, sed in sua latitudine observari debet, ut firmat Fusar. *de substit. q.*683. *n* 23. Grat. *discept.* 818. *n.* 15. Modern. Episc. Isclan *disp. jur. cap.* 10. *n.*11. *&* 12. *tom.*1 Rot. coram Cerro *dec.* 65. *n.*9. 10. 11. *et* 12.

Quod eo facilius fuit admissum, quia agitur de domo propria testatoris, erga quam præsumitur habere majorem dilectionem, vel quia sibi videtur honorifica, vel quia fuerit ejus majorum; ex qua affectione facile desumitur ratio prohibendi alienationem, & inducendi particulare fidei-
5 commissum, ut perpetuo conservetur in familia, ad notata per Fusar. *de substit. qu.* 530. *n.*9. Petra *de* · *deic. qu.* 1. *n.*93. Rota *dec.*225. *n.* 11. *part.*1. *et dec.* 358. *n.*8. *part.*16. *et dec.* 20. *n.*10. *et seq. et dec.*245. *n. fin. part.*19 *rec.*

Purificatio autem fideicommissi ad favorem actorum justificata remanet ex eo, quod ipsi probant se esse de proximioribus, seu transversalibus familiæ de Parisanis desumpta ex libro impresso cum suis documentis, tum ex gestatione ejusdem cognominis, & Insignium, tum demum, quia obtenta in Curia sententia favorabili super purificatione fideicommissi *Sum. n.*7. deinceps uti tale transegerunt cum Monasterio B. Mariæ Misericordiæ Tolentini *d. Sum. n.*10. & tamen ad effectum, de quo agitur, sufficit probare agna-
6 tionem in genere absque eo quod afferatur probatio specialis gradus, seu proximitatis, ex quo nullus comparet, qui se dicat agnatum proximiorem, Riminald. jun. *consil.*482. *n.*8. *et* 81. Fusar. *cons.* 16. *n.*3. *vers. et scribunt* Rota 1. *Bonon. fideicom. de Pancaldis* 16. *Februar.* 1640. §. *Quæ eo facilius*, cor. Card. Panzirolo confirmata cor. Card. Cerr. *dec.* 65. *n.*62. nec non etiam cor. Alex. VIII. *dec.*102. *n.*17. *et seq.* & cor. Peuting. *dec.*309. *n.*1. *cum seqq.*

Identitas denique domus, & possessio penes fideicommittentem concludenter probatur ex testibus examinatis usque de anno 1646. *Summ. n.*9. qui expresse deponunt, controversam domum fuisse in bonis Mariani fideicommittentis, & ab ipso possessam, iisque adminiculantur tam ex divisione facta anno 1594. inter nepotes ejusdem Testatoris, in qua domus obvenit Mariano juniori *d. Sum. n.*8. *et Summ. respons. n.* 2. quam etiam ex enunciativis emissis in instrumento permutationis factæ, cum Tributio Mariano *Sum. n.*5. & in altero instrumento transactionis initæ cum præfato Monasterio Tolentini *Summ. d. n.* 11. *et* 12. quæ omnia simul sumpta attenta temporis antiquitate centum, & quindecim annorum a die conditi testamenti ad diem moti judicii, visa sunt sufficere pro identitate domus, & illius possessione penes testatorem de tempore obitus, ut
his omnibus perpensis dixit Rota *dec.* 326. *a n.*15. *usque ad* 7
18. *part.* 14. *rec.* cor. Merlino *dec.* 262. *n.* 2. *et seq. et decis.* 8
294. cum in antiquis leviores probationes sufficiant, Rot. cor. Merlin. *dec.*294. *n.*3. & cor. Peutinger. *decis.*309. *n.*11. immo & ipsa indicia, conjecturæ, & præsumptiones,
Rota cor. Merlino *d. dec.*262. *n.*8. Alex. VIII. *dec.*102. *n.*7. 9
*et dec.*467. *n.*4. *part.*9. *rec.*

Nec ad excludendam possessionem testatoris obstat confiscatio, qua prætenditur ipsum fuisse privatum omnibus bonis, nec probetur eorundem recuperatio. Siquidem, licet Marianus fuerit capitaliter bannitus, constat tamen fuisse reintegratum, & in gratiam Principis restitutum, etiam quoad omnes juris effectus, ut in *Summ. num.*1. *et* 2. Præter quod nec constat, quod Fiscus in vim sententiæ capitalis cum confiscatione bonorum actualiter apprehenderit illorum possessionem, & descripserit in libris Cameræ, ut re-
quiritur, ad hoc, ut dicantur incorporata, & Fisco quæsi- 10
ta, ex firmatis per Rot. *in Faventin. successionis super confiscatione* 17. *Martii* 1688. cor. Reverend. Decano, *confirmata sub die* 11. *Martii* 1689. § *Eoque magis*, *et seqq.* cor. R. P. D. Caccia. Et ita utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Asculana Fideicommissi seu domus.

Ven. 25. *Junii* 1694.

ARGUMENTUM.

Enucleantur quæ firmata apparent in præcedenti decisione; & ulterius additur, quod Immissio ad Domum fideicommissariam, quæ cum nova incorporata sit, non detur sed succurratur Fideicommissario actione pro pretio, vel pro traditione æquivalentis Domus,[1] dummodo tamen constet de statu antiquo & de impossibilitate separandi antiquum a novo ædificio.

SUMMARIUM.

1 *Immissio fideicommissario non denegatur.*
2 *Bonorum identitas probatur ex descriptione facta a Testatore.*
3 *Res possessa per hæredem in loco quo Testator possidebat, præsumitur illa Testatoris.*
4 *Identitas probatur ex depositione Testium.*
5 *Ad probandam identitatem probationes uniri debent.*
6 *Identitas in antiquis dicitur concludenter justificata ex solis indiciis, & conjecturis.*
7 *Ad obtinendam immissionem probari debet, quod res ad quam dirigitur actio, sit illamet quam Testator fideicommisso subjecit.*
8 *Ad effectum obtinendi retentionem ex causa melioramentorum antiquus rei status probari debet, & melioramentorum impensæ liquidari.*
9 *Valor ex lapsu temporis præsumitur immutatus.*
10 *Venditio inter privatos facta, nulla præcedenti æstimatione, non probat verum rei valorem.*
11 *Cum melioramentis compensari debet quidquid ex re meliorata amotum fuit.*
12 *Fructus cum melioramentis compensantur.*
13 *Immissio solet concedi rejecta prætensione melioramentorum cum temperamento injungendi Actori obligationem de illa reficienda postquam fuerint liquidata.*
14 *Si domus antiqua cum nova incorporata sit, adeout difficilis sit separatio, immissio ad ædificium antiquum non datur, sed succurritur demandando solutionem pretii in pecunia, vel traditionem alterius domus æqualis æstimationis.*
15 *Ut autem locus sit d. temperamento, probari debet antiquus valor, ac quod incommoda sit separatio.*

DECISIO CII.

PErstiterunt Domini in decisis coram me sub die 5. Decembris 1691. circa immissionem ad domum *della Quartarola* tunc concessam Oliverio Parisano vigore Fideicommissi super ea ordinati a Mariano seniore de Parisanis; moti ex ea ratione, quod concurrentibus extremis ad illam obtinendam requisitis, denegari minime possit, sive ex *remed. leg. fin. C. de edict. div. Adrian. tollen.* sive ex utili Salviani interdicto per text. *in l. prima Cod. Commun. de legat.*

legat. ut observat præterita *dec.§. Mortuo Testatore in fine*, & dixit Rot. *dec.79. n.3. et dec.193. n.1. p.19. rec.*

2 Deexistentia enim fideicommissi atque illius purificationis ad favorem prædicti Oliverii Parisani, occasio disputandi hodie non aderat, cum ob illarum claritatem DD. in concessione novæ audientiæ istam restringendam censuerint ad solam inspectionem identitatis domus, ac oppositæ retentionis ex causa melioramentorum.

3 Identitatis vero probatio resultare visa est, tum ex Testamento ejusdem Mariani fideicommittentis, in quo medietatem domus *alla Quartarola* legavit Equiti Julio ejus filio pro sua legitima, quod utique non fecisset nisi tunc temporis illam possedisset, Gobb. *consult.92. n.*8. Rot. cor. san. mem. Alex. VIII. *decis.225. n.2.* & coram Card. Cerro *dec.190. n.9. & 614. n.15.* & coram Priol. *dec.362. n.1. & dec.325. n.3. §. ulterius part. 11. rec.* Tum ex judiciali præcepto anno 1593. a Carolo filio naturali fideicommittentis obtento a Gubernatore Asculi contra Joan. Vincent. & Marianum filios Parisani hæredis gravati tenuentes tradere eidem Carolo victum, ac habitationem, ipsi a fideicommittente, ac ab Equite Julio relict. qui propterea a dicto Gubernatore moniti fuere per hæc præcisa verba *ad tenendam apertam Januam, per quam itur, & reditur ad domum remansam in hareditate Columnelli Mariani Parisani, qua sita est in Quarterio Sancti Venantii chiamata Quartarola*; Tum etiam ex actibus gestis in eadem domo per filios, & respective nepotes Mariani Testatoris, de quibus in *Summario Oliverii num. 2. & 4.* ac ex aliis actibus recensitis in præterita *decisione §. Identitas*, ex quibus præsumendum venit prædictos filios, ac nepotes fideicommittentis, illam uti istius hæreditariam possedisse, non docto de particulari acquisitione per ipsos facta, juxta Fulgos. *cons.* 145. communiter approbatam cum aliis per Gobb. *consult. 91. n.12.* Rot. coram Card. Cerro *decis. 83. n.3.* Tum & denique ex Testibus usque ab anno 1646. examinatis in Curia Asculana ad hunc præcisum effectum probandi identitatem bonorum fideicommissi ad instantiam Vincentii Parisani ad illud vocati, qui deposuerunt, Marianum de Parisanis domum *alla Quartarola*, dum viveret, possedisse, Rot. cor. Priol. *decis. 214. n.3. & 221. n.1. & decis. 360. n.6. vers. & prædicta part.5. & dec.244. n.7. part.9. rec.*

5 Ex his enim omnibus insimul consideratis concludens identitatis probatio, ac possessio penes Testatorem de tempore obitus resultat, ut his omnibus perpensis dixit Rot. *dec.326. a n.15. ad 18. part. 14. rec.* cum aliis allegatis in præcedenti *dec. §. Identitas*.

6 Attenta potissimum temporis antiquitate, metam unius sæculi exceden. quæ sicuti identitatis probationem difficiliorem reddit, ita etiam exigit, ut levioribus probationibus, immo etiam indiciis, & conjecturis discretus Judex contentus esse debeat, Soccin. *cons. 86. num.2. lib* 1. Rota coram Cocc. *dec.1674. num. 13. & in recent. decis 81. num. 20. part. 5. rec. & in Bononien. fideicommissi de Grottis 4. Junii 1688. § fin.* coram me.

7 Parum relevante objecto, quod ex prædictis omnibus resultet quidem probatio existentiæ domus *della Quartarola* in hæreditate Mariani sen. fideicommittentis; secus tamen ex illis concluderetur demonstrari domum istam esse illam eandem, quam Testator fideicommisso particulari subjecerat, prout necessariam esse tradunt ex doctrina Jo. Andr. *in cap. audisti de præscript.* Peregr. *de Fideicom. art. 44. n.43.* cum aliis per Rot. *dec. 66. per tot. part.17. et dec. 406. a n.4. ad 7. part.8. rec.*

Unica etenim responsione objectum, ac omnia alia in illius corroborationem adducta, sublata remanere Domini reputarunt, parum scilicet relevare domum prædictam subjacere potius fideicommisso universali, quam particulari, dum ex resolutis sub die 29. Maii 1693. & confirmatis sub hodierna die coram me in alia decisione, constat fideicommissum universale ab eodem Mariano ordinatum, purificatum remansisse ad favorem Oliverii Parisani, ac detractiones hæredibus gravatis competentes, turbidas, & illiquidas remanere ob alienationem Prædii *del Marino* in illarum causam imputandam, & forsan etiam abunde consumptas, ideoque etiamsi identitas domus respectu fideicommissi particularis probata non esset, attamen immissio esset debita vigore fideicommissi universalis, concurrentibus ad hunc effectum necessariis extremis ex superius allegatis in dicto *§. 1.*

8 Neque decretam immissionem retardare potuit exceptio retentionis ex causa melioramentorum; Ut enim ex causa prędicta locus sit retentioni, antiquus rei status concludenter probari debet, ad Text. *in l.in fundo 38. versic. & si plus ff. de rei vindic.* Rota coram Card. Cerro *decis. 766. n.7. et 930. n.17.* & coram Dunoz. jun. *dec.259. n.2. vers. non obstat, et dec.22. n.1. dec.65. n.22. & dec.405. n.5. part. 14. rec.* & melioramentorum impensa debet esse liquida, Rota *decis.366. n.13. part.17. et decis.366. num.26. part.19. rec.*

In præsenti autem de antiquo domus statu, & valore sufficienter non constat; nam Instrumentum permutationis hujus domus cum alia Tiburtii Æmiliani Auctoris Monasterii erigendi secutum ann. 1637. nullam de valore specificam mentionem facit; Relatio vero peritorum tunc edita, ultra quod eandem patitur exceptionem non expressionis valoris præcisi, quia in ea solummodo dicitur esse æqualis valoris cum domo permutata, in illa æstimata non fuere ferramenta, ac alia in eadem modo existentia, quæ ex speciali conventione permutantium æstimari debebant separatim ab aliis peritis, quam a fabris murariis, qui prædictam relationem ediderunt, ut ex instrumento permutationis *Summ. Oliverii n.8. in fin.* 9

Eoque minus valor prædictus desumi potuit ab instrumento venditionis domus receptę a Mariano jun. in permutatione cum domo *della Quartarola*, quam anno 1648. vendidisse apparet ex dicto instrumento pretio scut. 900. cui correspondere valorem dictæ domus *della Quartarola* credendum sit, cum periti retulerunt coæqualis esse æstimationis; Tum quia cum venditio prædicta successerit 12. annis post secutam permutationem, valor imminui potuit ex temporis lapsu, Natt. *cons. 303. n.3.* Pacion. *de Locat. & conduct. cap.19. num. 131.* Rota *dec.421. n.23. part.18. rec.* Tum etiam quia cum sit venditio inter privatos facta nulla præcedenti æstimatione, non probat verum rei valorem, quod ex communi æstimatione, non autem ex singularibus venditorum assertionibus declarandum venit, ut inquit Rota *dec.170. n.2. part.1. rec.* cum aliis per Pacion. *de Locat. et Conduct. cap.19. n.20. et 21.* Cyriac. *contr.157. n. 8. et 453. n.12. et* 13. Rota coram Greg. *dec. tot. n.2.* 10 11

Melioramentorum vero illiquiditas resultat, nedum ex eo quia Tiburtius Æmilianus occasione reædificationis controversæ domus plures columnas lapideas, ac ferramenta considerabilis valoris in eadem existentia amovit, ut ex Testium depositionibus *Summ. n.10.* quorum propterea valorem cum melioramentis compensare debet *l. Si negotia ff. de negot. gest.* Peregr. *de fideic. art.50. n.79.* Massin. ad Guazz. *de confisc. q.36. n.36.* Pacif. de Salvian. *inspect.2. cap.2. n.258.* Rota *post eundem dec.81. n.5.* Verum enim ex perceptione pensionum ab anno 1684. quo præsens lis inchoata fuit, quæ compensari debent cum melioramentis, ad Text. *in l.sumptus 49. ff. de rei vindic.* Rota coram Bich. *dec.670. n.19. & dec.366. n.13. part.17.* qua stante illiquiditate, immissio ab exceptione melioramentorum retardari non potest, Rot. *dec.8. n.9. et dec.399. n.13. part.18. rec.* Semperq; esset concedenda facta obligatione illa reficiendi postquam fuerint liquidata, ut quotidie fieri solet, juxta *dec.109. n.19. et 20. part.13. & dec.51. n.18. part.18. rec.* 12 13

Prætensio vero, quod ex eo quia antiquus domus status fuerit mutatus, fueritque incorporata Palatio Tiburtii emptoris, nec commode separari possit, locus sit temperamento solvendi illius valorem in pecunia, vel tradendi aliam domum æqualis æstimationis, prout in his casibus practicari testantur Magon. *dec. Lucen. 32. num. 52.* & tale temperamentum secuta est Rota *in decis. 215. in fin.* post Torr. *de pact. futur. success. & dec. 259. n. 2.* coram Dunoz. jun. attendi non meruit, cum nulla usque nunc probatio exhibita fuerit, ex qua dominis constiterit de tali incommoda separatione; Et difficile esset propositum temperamentum in præsenti executioni demandari, cum ex superius animadversis nullibi constet de antiquo domus valore. Et ita utraque &c. 14 15

R. P. D. SCOTTO.

Asculana Fideicommissi seu domus.

Ven. 27. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Traduntur firmata in duabus præcedentibus decisionibus.

S U M M A R I U M.

1 *Ægidiana rejicit appellationem in causis possessoriis, & locum habet si sententia sit justa, & controversia sit super re laica, & inter laicos, & n. 3. & 5.*
2 *Monasterium erigendum iisdem fruitur privilegiis, quibus gaudet Ecclesia, contra n. 6. & 7.*
4 *Ægidiana locum non habet, si in causa adsit Ecclesia.*
8 *Ad hoc ut Ægidiana locum non habeat, privilegium debet de tempore esse latæ sententiæ.*
9 *Privilegium clericatus superventum non prodest, licet quis etiam ante reputaretur uti clericus.*
10 *Ante susceptionem habitus milites Hierosolymitani privilegiis non gaudent, licet omnia peracta fuerint pro susceptione habitus.*
11 *Validitas ex actis probatur.*
12 *Perpetuum & descensivum fideicommissum ex quibus verbis desumatur.*
13 *Perpetuum fideicommissum dicitur velitum, si Testator pluries expresserit, quod bona remanere deberent penes descendentes & perpetuo conservarentur.*
14 *Affectionem, quod habuerit Testator erga propriam domum, est credendum.*
15 *Decisiones sunt supponendæ.*
16 *Testator non præsumitur, quod voluerit rem legare, si rem non possedisset.*
17 *Res possessa per heredem in loco in quo possidebat Testator, ipsius esse præsumitur.*
18 *Identitas in antiquis per unicam demonstrationem probatur.*
19 *Imo sufficiunt indicia & præsumptiones.*
20 *Sententia justa exequi debet.*
21 *Primo loco alienata cedunt in causa detractionum.*
22 *Ea quæ Author gessit, habentur, ac si facta fuerint ab ejus heredibus.*
23 *Melioramenta probari concludenter debent, si illorum virtute petatur retentio, & n. 26.*
24 *Ac simul justificari quid impensum, & quid melioratum.*
25 *Melioramenta reprobata non dicuntur, si deficiat probatio status antiqui.*
27 *Valor rei ex lapsu temporis præsumitur mutatus.*
28 *Quando antiquum ædificium adeo noviter constructo est incorporatum, ut non patiatur commodam divisionem, tunc locus non est recuperationi antiqui, sed agenti ad immissionem succurritur per recuperationem pretii seu æquivalentis ædificii restitutionem.*
29 *Quæ probari debent ad hoc, ut conclusio admittatur.*
30 *Ne prætensio melioramentorum non liquidatorum retardare valeat immissionem, solet præstari cautio de illis reficiendis in casu liquidationis.*

D E C I S I O CIII.

1 RE solutum fuit esse locum Ægidianæ, quæ a sententia valida, & justa in judiciis possessoriis rejicit appellationem suspensivam, ad terminos Text. *in l. unica Cod. de moment. poss.* & passim admittit Rot. *ut in dec. 245. n. 1. p. 12. rec. & in Romana Fideicommissi 24. Aprilis 1790. §. Actum quippe fuit, & 10. Decembris 1691.* coram R. P. D. meo Molines, & semper sibi locum vindicat quoties controversia, quæ est in judicio possessorio, agitur inter personas laicas, & super re mere laicali, ex Rudolphin. *in prax. lib. 2. cap. 6. n. 132.* Rot. *dec. 32. n. 1. p. 19. & in dicta Romana Fideicommissi*, cor. dicto R. P. D. meo Molines.

2 Nec obstat, quod prætendatur esse in causa Monasterium erigendum, quod iisdem fruitur privilegiis, quibus
3 gaudet Ecclesia, Rot. coram Coccino *dec. 1598. num. 5.* & Constitutionis Ægidianæ dispositio propterea non intret ex defectu potestatis, Rot. cor. Arguell. *dec. 56. n. 3. & 4.*
4 Quoniam objectum ex facto submovetur, dum sententia super immissione per Oliverium reportata lata fuit contra executores Testamentarios Tiburtii, qui tanquam meri laici vim præfatæ Constitutionis evitare non possunt, Rot. *in Avenonien. seu Vasionien. primogenituræ 28 Januarii 1695. §. Quos enim*, cor. R. P. D. meo Muto. Et licet do-
5 mus, super qua immissio concessa fuit ex dispositione Testamentaria dicti Tiburtii fuerit una cum aliis bonis hæreditariis ejusdem destinata pro erectione Monasterii; atta-
6 men cum illud adhuc non fuerit erectum, neque privilegiis locis piis concessis perfrui valet, nec in judicio stare potest, cum non entis nullæ sint qualitates *l. ejus qui in Provinciam ff. si cert. per* Rot. cor. Greg. *dec. 439. n. 5.* & in proximis terminis Ecclesiæ devastatæ, quod illius jura ulterius non extent, Rot. coram eodem Greg. *dec. 387. n. 1.* Cumque 7
hæreditas Tiburtii de tempore latæ sententiæ non esset applicata in Monasterii erectionem, evitari non potest per executores Testamentarios, quin intret Ægidiana, quæ ut habeat locum, privilegium debet personæ, vel rei inesse de tempore latæ sententiæ, Coccin. *dec. 1691. n. 13.* nec sufficit, 8
quod de proximo sit superventurum, prout in simili de Clericatu supervento, licet de tempore requisito esset quis reputatus uti Clericus, quod tamen privilegii Clericatus gaudere non possit, quia multa possunt accidere, per quæ Clericus non efficiatur (quod satis aperte congruere videtur præsenti casui, in quo Monasterium erigi non posset, prout de facto usquedum exitus demonstravit) advertunt Frider. de Sen. *cons. 290. n. 8. vers. & licet* Aym. Cravett. 9
cons. 322. n. 4. vers. ideo agens, Joseph. Ludov. *concl. 14. illat. 145. vers. & adeo*; Et de eo, qui omnibus peractis ad suscipiendum habitum Religionis Hierosolymitanæ Melitam accedebat, quod privilegio militum hujusmodi Ordini non perfruatur, nisi habitu suscepto, tradit Franch. 10
dec. 449 n. 3. & Carol. Anton. de Luca *ad eund. n. 2.*

Validitas autem sententiæ apparet ex actis ad *vulgat. decis. 262. p. 2.* Caputaquen. justitia vero evincitur ex optimis 11
fundamentis geminarum decisionum R. P. D. mei Capraræ dictam sententiam de more præeuntibus; nam existentia particularis fideicommissi super hac domo clare resultat ex Testamento Mariani *Sum. executorum n. 1. lit. H.* ibi - *Item voluit Testator, quod domus sua, et Brolium, sive Zardinum in Civitate Asculi posit. semper, et in perpetuum subjaceat fideicommisso strictissime tam inter dictos suos descendentes masculos modo, quo supra ordinatum, et in infinitum, quam inter transversales de familia et agnatione dicti Testatoris; et ideo probibuit, quod nullus dictorum institutorum et substitutorum in infinitum possit dictam domum, seu Brolium vendere, obligare, permutare, aut quovis alio titulo alienare, vel in aliquem transferre, sive ex Testamento, sive ab intestato, sed semper stare debeat subjecta fideicommisso, et affecta in infinitum, ut supra etc.* ex quibus sane verbis adeo prægnantibus enixa resultat Testatoris voluntas, quod super dictis bonis perpetuum, & descensivum fideicommissum favore agnationis voluerit ordinare, ad Tex. 12
in l. fideicomm. §. hæc verba ff. de legat. 3. Rot. *decis. 322. n. 2. et 3. p. 14. et dec. 245. n. 1. et 2. et seq. part. 19. recent.* Cum 13
alias ejusdem voluntas, quod prædicta domus penes ipsius descendentes, & de agnatione in perpetuum conservaretur, adimpleta non remaneret, quod tamen claris, & enixis verbis sæpius inculcavit Altogr. *cons 92. num. 14. lib. 1.* Rota *decis 20. num. 3. et dec. 245. n. 3. part. 9. rec.* Præsertim quando, prout in præsenti, Testator in bonis, super quibus particulare fideicommissum ordinavit, verisimiliter habere potuit majorem affectionem, quam certe habuisse 14
credendum est, cum agatur de domo, & Brolio ipsius Testatoris, Fusar. *de substit. qu. 530. num. 9* & tradit Rot. *dec. 358. n. 8. part. 18. et dec. 244. n. 7. part. 19 rec.*

Purificatio vero ejusdem favore Oliverii Actoris satis justificari visa fuit ex deductis in hujus Causæ decisione 5. Decembris 1693. §. *Purificatio*, cor. R. P. D. meo Caprara, *et in alia Asculana Fideicom. 29. Maii 1693. § Cæterum*, coram eodem, *et 5. Maii 1694. §. Neque iterum*, coram R. P. D. meo Muto, quæ insuper non impugnabatur per executores Testamentarios Tiburtii in præsenti propositione, & impugnata non relevaret, dum fuit canonizata per dictas decisiones, quæ de stylo semper sunt supponendæ, 15
Rot. *dec. 134 n. 16. p. 19. rec.*

Demum identitas resultat ex descriptione, seu speciali 16
ejusdem domus denominatione in Testamento per ipsum Marianum facta, dum super ejusdem medietate legatum pro legitima Equiti Julio filio reliquit, quod utique facere non potuisset, si dicta domus per eundem non fuisset possessa, Bald. *cons. 89. n. 3. lib. 1.* Rot. *dec. 312. n. 2. part... et dec. 225. n. 4 p. 1. rec.* Cujus descriptionis veritas confovetur, tam ex Testium depositionibus, quam ex præcepto Gubernatoris Asculi de anno 1593. ad instantiam Caroli emanato, ad tenendam apertam januam, per quam itur & reditur ad domum remansam in hæreditate Columnelli Mariani, quæ sita est in Civitate Asculi, in quarterio Eleonoræ *Quartarola*, juxta bona Mutii Magliani *Summario prætereo Oliverii n. 4.* quibus cum adstipuletur etiam ejusdem domus divisio inter nepotes fideicommittentis facta eodem *Summario num. 6.* sequitur, quod illa remanserit in bonis Mariani fideicommittentis, dum non doceatur, illam fuisse per filios, & ne-

& nepotes, qui post obitum Mariani illam possiderunt ali-
17 ter acquisitam, ad notam doctrinam Fulgos. *in consil.* 149.
Passim Rota *receptam* Greg. *dec.* 535. *n.* 9, ubi Adden. *n.* 11.
dec. 42. *n.* & 4. *p.* 5. & 325. *n.* 6. *p.* 11, *rec.* & cor. san. mem.
Alex. VIII. *dec.* 243. *n.* 16. & 17. cumque simus in antiquis-
18 simis, identitas per unicam demonstrationem probatur, Ro-
ta *dec.* 25. *n.* 13. *penes* Posth. *de manuten.* & *dec.* 87. *n.* 10.
p. 5. Imo, & quod indicia, & præsumptiones sufficiant *c.*
19 *cum causa* 13. *de prob.* Rota cor. Alex. VIII. *d. dec.* 143. *n.* 15.
Quapropter his omnibus requisitis concurrentibus clare
emergit justitia sententiæ adjudicantis Oliverio immissio-
nem super controversa domo, quæ proinde venit exequen-
20 da, Rota *dec.* 264. *n.* 6. & *dec.* 307. *n.* 1. *p.* 19. & *in Ave-*
nion. seu Ansionen. Primogenituræ 28. *Januarii* 1695. §. *Va-*
liditas nanque, coram R. P. D. meo Muto.

21 Hinc non fuerunt visa relevare ea, quæ in contrarium
per executores deducebantur; & prima quod immissio de-
creta fuerit super tota domo, cum tamen illius medie-
tas non cadat sub fideicommisso Mariani, eo quia per
illum relicta fuerit ejusdem medietas pro sua legitima
equiti Julio. Quoniam cum non doceatur Julium illam
acceptasse, & e contra probetur per alienationem præ-
dii *del Marino* eam totaliter consumpsisse, quæ cum se-
cuta fuerit de anno 1593. & consequenter multo ante
permutationem dictæ domus cedere debuit tanquam pri-
mo loco facta in causam, seu satisfactionem ejusdem
legitimæ, Rota *dec.* 226. *n.* 4. & *dec.* 243. *n.* 24. *p.* 19. *rec.*
in Romana deic. 4. *Febr.* 1689. §. *Neque demenda*, & §.
Nec obstat, coram Reverendiss. D. meo Decano.

22 Quæ quidem alienatio Prædii *del Marino*, licet ab eo-
dem Julio facta non fuerit, sed a Joanne Vincentio, & Ma-
riano; attamen cum ejus hæredes extiterint, censendum
est, ac si eodem Julio facta fuisset *l. fin. C. de impub.* & *aliis*
substit. Rota *dec.* 71. *n.* 30. *p.* 19. *rec.* Præsertim dum con-
sumptio hujusmodi legitima ex persona dicti Julii super Præ-
dio *del Marino* fuerit per nostrum Tribunal admissa in præ-
judicium ejusdem Oliverii, cui expostulant immissionem
vigore controversæ dispositionis fideicommissariæ Mariani,
fuit ex hoc motivo, quod dictum prædium cessisset loco le-
gitimæ Julii, denegata immissio, ut in *Asculana fideic.* 25.
Junii 1664. §. *Et secundum*, cor. R. P. D. meo Caprara, &
in eodem 2. *Maii proxime præteriti* §. *Demum*, cor. R. P.
D. meo Muto. Quapropter iterum ex motivo legitimæ jam
satisfactæ Oliverius ab hodierna petitione immissionis su-
per hac domo arceri non potuit.

Nec adversari visum fuit, quod secundo contra eandem
immissionem proponebatur, nempe illam non esse Olive-
rio concedendam, quatenus etiam extitisset; quod præfata
domus esset fideicommissaria, dum ex melioramentis in ea-
dem per Tiburtium factis retentio ejusdem fuisset executori-
bus concedenda; nam cum melioramenta tanquam facti,
sint ab allegante concludenter probanda, Rota *dec.* 193. *n.*
7. *p.* 7. *rec.* & cor. Bichio *decis.* 304. *num.* 21. & quidem per
23 dilucidam probationem antiqui & moderni status ejusdem
domus, ut distingui possit quid melioratum quidve utiliter
24 impensum, ut quod minus est melioranti reficiatur *l. in fun-*
do ff. de rei vind. Rot. cor. Seraph. *dec.* 954. *n.* 3. & coram
Buratt. *dec.* 834. *n.* 11. & coram Bichio *dec.* 304. *n.* 24. & *in*
25 *rec. dec.* 525. *n.* 12. *p.* 18. & *in Rom. fideic.* 5. *Julii* 1694. §.
Nec liquida, cor. R. P. D. meo Molines.

Talis probatio minime potuit resultare ex adductis pro
parte executorum: quoniam cum deficiat in probatione
status antiqui, ex hoc resultat illi dici non posse in specie
probata, ut in *d. Rom. fideic.* 5. *Julii* 1694. §. *Quoniam*, co-
ram dicto R. P. D. Molines; valor autem status antiqui præ-
dictæ domus minus desumi valuit illative ex valore alte-
rius domus cum hac, de qua res est, permutatæ, quam pe-
riti in permutatione retulerunt esse æqualis valoris cum
26 domo permutata, quæ cum post duodecim annos vendita
fuerit pro scut. 900. hinc deducatur ejusdem valoris fuisse
etiam domum, de qua agitur.

Quia cum agenti pro retentione ad impediendam immis-
sionem fideicommissario prætextu melioramentorum in-
cumbat onus concludentissimæ probationis eorundem, Rot.
dec. 312. *n.* 4. *p.* 2. *divers. et dec.* 177. *n.* 27. coram Dunoz.
jun. *et dec.* 8. *p.* 18. *rec.* Hæc quidem haberi non potest ex
dicta illativa prætii probatione; Tum quia periti nullam
quantitatem valoris specificarunt, sed solum dixerunt esse
æqualis valoris cum altera domo, cum ea permutata, ex
quo propterea præcisus status anterior ejusdem domus non
potest desumi, ut observat *decisio hujus Causæ die* 25. *Junii*
1694. §. *In præsenti*, coram R. P. D. meo Caprara. Tum
etiam quia cum domus permutatæ venditio secuta fuerit
post annos duodecim a die secutæ permutationis & peritiæ,
quatenus etiam in illa certus ejusdem valor fuisset specifica-
tus, hic ex adeo longo temporis cursu mutata censeretur *l.* 27
pretia rerum, et ibi DD. ff. ad l. falcid. Rota *dec.* 421. *n.* 23.
par. 18. *et dec.* 221. *n.* 10. *p.* 19. *rec.*

Et demum quia ex actibus gestis inter tertias personas,
inter quas ex aliqua circumstantia ipsi rei extrinseca, potuit
rei valor notabiliter diminui, certus ejusdem valor, qualis
ad hunc effectum requiritur, firmari non potest.

Ex his inapplicabile detectum fuit temperamentum per 28
executores desumptum a Magon. *dec. Lucens.* 32. *num* 52. sæ-
pius etiam a Rota *Romana receptum, ut ex dec* 259. *num.* 2.
cor. Dunoz. jun. in eo consistens, quod quando antiquum
ædificium adeo noviter constructo est incorporatum, ut
non patiatur commodam divisionem, & separationem, 29
tunc locus non sit recuperationi antiqui ædificii, sed agen-
ti ad immissionem subveniendum sit per refectionem pretii,
seu alterius æquivalentis ædificii restitutionem; Quoniam
etiam ex superius recensitis adhuc non constet de antiquo
statu ejusdem domus, nec de melioramentis in specie, mul-
to minus dici poterit constare de certo valore, secundum
quem sit locus in certa quantitate illius refectionis, & præ-
fato temperamento, ac propterea his intra sphæram turbi-
dus non potest interim Oliverio retardari immissio, quam-
vis dicta prætensa melioramenta essent in genere probata; 30
nam satis consultum remanet executoribus, mediante cau-
tione, quam Oliverius obtulit præstare de illis reficiendis,
quando fuerint liquidata, ut practicatum fuit in *dec.* 304.
num. 16. *et* 17. coram Bichio, *et dec.* 366. *num.* 30. *part.* 19.
et in Rom. fideic. 5. *Junii* 1694. §. *Pro certo*, coram R. P. D.
meo Molines.

Et ita decisum est utraque &c.

R. P. D. ALBERGATO DECANO.

Romana Primogenituræ de Cæsarinis.

Lunæ 13. Junii 1678.

ARGUMENTUM.

Actum alienationis seu translationis possessionis, quantum-
libet prudens fuerit, retractari posse & debere, cum
præjudicium inferre potest vocatis circa adeptionem
possessionis hic deciditur, ipsamet in causa, de qua
Card. de Luca *in disc.* 201. *de Fideic.* scripsit.

SUMMARIUM.

1 *Actus translationis possessionis vocatis præjudicium inferens rescindi potest, & debet.*

2 *Gravatus restituere incerta ex certis personis, non potest dum est in vivis restitutionem facere quibusdam in præjudicium eorum, qui post ejus obitum prætendunt esse vocatos.*

3 *Nec potest declarare quis sit successurus, cum id pendeat a Testatoris voluntate vel a Judice, qui eam in casu dubietatis declarat.*

DECISIO CIV.

CUm in statu Religioso vitam duceret Excellentissima
D. Livia Cæsarina neptis major Excellentissimi D.
Ducis Philippi Cæsarini, qui inde agnoscens neminem post
ipsius Ducis obitum sine filiis existere habilem ad primoge-
nituram Excellentissimæ suæ familiæ præter Excellentissi-
mam D. Cleriam alteram neptem minorem, eam colloca-
vit in Matrimonium cum Excellentissimo D. Principe Son-
nini, in quam, ejusque filios transtulit possessionem bo-
norum primogenituræ per triduum ante obitum ipsius D.
transferentis. Hinc D. Livia (quæ statum Religiosum po-
stea deseruit, & Matrimonium contraxit cum Excellentiss.
D. Friderico Sfortia) prætendens hanc translationem, tan-
quam sibi, suisque filiis præjudicialem sua interesse retra-
ctari, alias esse locum præventivæ declarationi super puri-
ficatione primogenituræ; Et cum sub die 13. Maii proxi-
me præteriti Rota responderit, *Non esse locum præventivæ*,
reservato tamen particulari discussioni articulo retracta-
tionis, super quo assumpta hodie disputatione, Domini
censuerunt *esse locum retractationi*.

Cum enim actus translationis possessionis possit inferre 1
præju-

præjudicium vocatis circa adoptionem possessionis in casu obitus D. Ducis sine filiis debet, & potest ab eodem D. Duce retractari, & res in eo statu reponi, quo foret si minime factus fuisset, juxta sententiam Bald *in l. quoties la* 1. *n.* 10. *C. de fideic.* de Marin. *ref.* 18. *n.* 60. *lib.* 2. Petheir. *dec. Portugall.* 129. *n.* 3. Cyriac. *controv.* 312. *n.* 18. Actolin. *contr.* 84. *n.* 27. Magon. *dec. Florent.* 92. *n.* 3. *&* 4. Noguerol. *alleg.* 19. *n.* 13. Petegr. *de Jure Fisci lib.* 5. *tit. sub n.* 10. Rota *dec.* 67. *n.* 9. coram Peuting.

Nec obstat, quod ista translatio possessionis tunc fuerit actus prudens, & laudabilis, quia tunc non existebat alius capax primogenituræ; quia tametsi ab initio D. Dux existens in bona fide, prudenter, & laudabiliter se gesserit, hoc duntaxat liberat illum ab incursu caducitatis in eadem primogenitura comminatæ primogenitis alienantibus bona illis subjecta, non autem excusat a retractatione, cum ipse,
2 tanquam gravatus restituere incertæ ex certis personis, nec potuerit in præjudicium eorum, qui se post ejus obitum sine filiis masculis vocatos prætendunt facere præmature in vita restitutionem, & advertunt Bart. *in l. post mortem sub n.* 5. *C. de Fideic.* Molin. *de primog. l.* 3. *cap.* 4. Olea *de cess. Jur. tit.* 3. *q.* 4. *n.* 35. Fusar. *de substit. q.* 602. *n.* 4. Peregr. *de Fideic. art.* 2. *n.* 61. Petr. Greg. *de feud. p.* 4. *q.* 10. *n.* 6. Fontan. *dec.* 39. *n.* 8. *&* *dec.* 40. *n.* 24. Rota *dec.* 3. *n.* 3. *& dec.* 13. *n.*
3 3. cor. Ubald. *&* *dec.* 468. *&* 460. *ut utrobique n.* 2. *p.* 4. *div.* Nec potuerit declarare quis sit successurus, cum id pendet a voluntate Testatoris, quam declarare in casu dubietatis ad Judicem spectat *l. voluntas C. de Fideic.* non autem ad gravatum, cui solum permittitur declaratio, quando nemo præter ipsum lædi, vel damnificari potest, ut dicit Bart. *in l. si quis a lio §. si quis plures n.* 22. *ff. de legat.* 1. Ruin. *conf.* 128. *sub n.* 1. *lib.* 2. Mantica *de conject. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 25. *&* 26. Rota *dec.* 1000. *n.* 5. *p.* 2. *divers.*

Similiter non obstat, quod adhuc non sit canonizatum Jus D. Liviæ, ejusque filiorum, quia Rota hodie non intendens in reliquis Juribus alicui prejudicate non ingreditur disputationem super meritis, nec declarat ad quem spectet successio in primogenitura veniente casu purificationis illius: sed duntaxat firmat esse locum retractationis actus præjudicialis, ad quod obtinendum sufficit quodcunque interesse cujuscunque personæ de familia, quæ de tempore faciendæ restitutionis a gravato succedere prætendat *l. Peto §. Fratre ff. de legat.* 2. Noguerol. *alleg.* 19. *n.* 14. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 12. *& seqq.*

Et ita decisum est utraque &c.

R. P. D. PAULUTIO.

Romana Primogenituræ de Cæsarinis.

Lun. 17. *Junii* 1680.

ARGUMENTUM.

Antecedens decisio confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Bona primogenituræ non possunt alienari, maxime cum adesse possit persona, quæ succedere valeat tempore obitus alienantis & renunciantis.*
2 *Lex primogenituræ excludit tantum cœlibatui perpetuo addictos.*
3 *Primogenituræ dispositio alienationem expresse interdicit.*
5 *Solius possessionis translatio vera censetur alienatio.*
5 *Clausula* Constituti *operatur translationem non solum possessionis, sed etiam dominii.*
6 *Translationis actus aliquo nomine laborans, retractari debet.*
7 *Etiamsi translatio facta sit in personam de familia, & alia adsit, quæ, decedente primogenituræ possessore & transferente, succedere possit.*
8 *A tali translatione præjudicium patiens, non tenetur expectare tempus obitus transferentis ad petendam actus sibi præjudicialis retractationem.*
9 *Retractationis actus injunctio non statim inducit præventivam declarationem favore alicujus.*

DECISIO CV.

APpellavit Excellentis. Dom. Dux Cæsarinus a sententia lata de voto Rotæ, quia dictum locum esse retractationi actus gesti per eundem D. Ducem, quo per triduum ante obitum transtulit possessionem bonorum primogenituræ in Excellent. D. Cletiam ejus neptem & ipsius filios ex Excellentiss. D. Principe Sonnini, ut in sententia latius; injunctoque mihi in gradu appellationis ejusdem sententiæ examine, inquirendum proposui confirmationem, aut infirmationem, & fuit resolutum pro confirmatione.

Consenserunt siquidem DD. denuo hujusmodi actum minus recte factum, & insubsistentem, nec non præjudicialem Excellentiss. D. Liviæ Cæsarinæ alteri nepti D. Ducis primogenituræ, ejusque primogenito filio ex Excellentiss. Dom. Friderico Sfottia, & ideo utroque nomine retractandum per eundem D. Ducem approbatis fundamentis, quæ in decis. coram Reverendiss. P. D. meo Decano ponderata fuere.

Minus recte gestus hujusmodi actus, & insubsistens est visus, quia non licuit D. Duci eam translationem facere, refragante juris, & primogenituræ expressa dispositione.

Juris, quia bona primogenituræ tanquam fideicommisso subjecta non possunt alienari, nec in eis permittuntur præcones, refutationes, seu renunciationes, maxime dum adest, vel adesse possit persona, quæ succedere valeat tempore obitus ipsius refutationis *leg. fin.* §. *sed quia nostra Cod. commun. deleg. l. cum Pater §. a filia l. unum ex familia, ff. de legat.* 2. *filius fam. §. Divi il primo, de leg.* 1. *l. uxorem §. Sejum ff. de l.* 3. Bart. *ad l post mortem n.* 5. *C. de fideic.* Peregr. *de fideic. art.* 2. *n.* 31. *& art.* 40. *n.* 1. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 15. *& lib.* 2. *cap.* .... *n.* 23. Fusar. *de substit. q.* 602. *n.* 4. Rota *dec.* 468. *n.* 2. *p.* 3. *divers.* 1

Nec juvat, quod tempore factæ translationis D. Cletia esset proxime successura, & sola in statu conservandæ primogenituræ; Quia aderat & D. Livia, quæ cum esset in Conservatorio simplex oblata poterat mutare consilium, & inde exire, & re ipsa effecit, potissimum cum lex ipsa primogenituræ excludat tantum addictos cœlibatui perpetuo, ut in eadem impressa *n.* 66. qualem non fuisse tunc D. Liviam, fuit declaratum per S. Congr. Conc. unde poterat, & debebat cogitare D. Dux de hujusmodi statu, nec quidem certum super eo statuere, Rota coram Manzanedo *dec.* 360. *in fin.* 2

Primogenituræ vero refragatur dispositio, quia *n.* 110. alienationem expresse interdicit, *& n.* 122. mandat possessori alienanti, ut infra terminum mensis bona recuperet; neque eliditur vis prohibitionis, ex quo non fuerit facta alienatio, sed translatio solius possessionis per clausulam *Constituti*, tum quia primogenitura ubi supra alienationem prohibet *sumpto latissima alienationis vocabulo*; Tum etiam quia solius possessionis translatio vera censetur alienatio, Abb. *ad c. Episcopi* 4. *n.* 2. *de rebus Eccl. non alien.* Fusar. *de substit. q.* 718. *n.* 25. Ciarlin. *contr. forens. l.* 1. *c.* 43. *n.* 30. & clausula non solum translationem possessionis sed etiam dominii, Merlin. *dec.* 568. *n.* 34. Othob. *dec.* 95. *n.* 11. Rota *dec.* 222. *n.* 4. *cap.* 14. *& dec.* 143. *n.* 4. *p.* 16. *rec.* accedente potissimum intentione transferentis, quæ in D. Duce conjicitur ex declaratione capacitatis solius D. Cletiæ, & filiorum, Larrea *dec.* 8. *Granat. n.* 47. *lib.* 1. Ideo, & resistente eadem primogenitura, non potuit D. Dux immutare seriem præstitutam successionis, & posthabito proximiore remotiorem eligere, Gloss. *ad l. unum ex familia* §. 1. *in verb. uni, ff. de l.* 1. & ibi Castr. *eidem ad l. filiasfam.* §. *Pater in fin. ff. de leg.*
2. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 15. Tiraq. *de retract. lignagier.* §. 11. *gloss.* 9. *n.* 15. Fusar. *de substit. q.* 389. *n.* 1. nec auctoritate sua declarare, ad quem ex pluribus spectet successio, *l. voluntatis C. de fideic.* maxime cum ex ea declaratione alius lædi potest, Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 27. Rota *dec.* 1000. *n.* 5. *divers.* Ac proinde nutante hujusmodi translationis actu, adeo multiplici nomine, debita est retractatio ejusdem, sed & eo magis visa est injungenda, quo actus ipse est D. Liviæ & ejus primogenito, quæ sola diffamatio nocet *l. diffamari C. de ignem manum.* certe inspecta intentione D. Ducis, & considerato actu per eum gesto non stetit per eum, quin D. Liviæ, ejusque filio primogenito intervertetetur libera continuatio possessionis de primogenito in primogenitum contra formam Constitutionis Gregorii XV. in primogenitura impressa *n.* 237. Et quin saltem durior efficeretur conditio recuperandi e manu tertii, quam ipsius gravati; stante igitur præjudicio, & ordinis succedendi in primogenitura constituti, & continuationis in eadem libere injunctæ de primogenito in primogenitum retractatio hujusmodi actus facienda est, & omnia in eum statum reponenda, quo esse debent tempore restitutionis faciendæ, Fusar. *cons.* 189. 3

Nec

6 Nec suffragari potest, quod hæc translatio non sit facta in
personam extraneam, sed de genere, & familia, in cujus
favorem debeat sustineri, quia D. Cleria in hac parte dici
potest extranea, cum sit nupta extra quatuor familias in pri-
7 mogenitura præcise requisitas, & ex ejusdem verbis expres-
se nimis exclusa; & utcunque sit de genere, & familia sat
est, quod adsit, vel adesse possit persona, quæ decedente
possessore primogenituræ, & transferente succedere possit,
tunc enim translatio, & prematura restitutio facta in unum
de genere, & familia non recte est, nec subsistit *l. cum Pater
§. a filia l. unum ex familia ff. de l. 2. l. filius famil. §. Divi il
1. ff. de l. 1. l. uxorem §. Sejum, ff. de l. 2.* ratione (quæ appri-
me ad rem) & quam subtiliter, ut semper reddit Anton. Fab.
*conjectur. jur. l. 18. cap. 18. col. 1. quia non restitui sicut rogatus
est* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 23. & seq.* Olea *de cess. jur.
tit.* 3. *q. 4. n. 35.* Fusar. *de substit. q. 602. n. 4.* Rota *dec. 468.
& 469. n. 2. p. 4. divers.*

Eoque urgente præjudicio non tenetur ille, qui ipsum pa-
titur, expectare tempus obitus gravati, & transferentis, sed
statim agere potest ad retractationem hujusmodi actus præ-
judicialis, cum sufficiat ejus interesse, ut retractatio fiat, *l.
8 peto §. fratre, ff. de l. 2.* Molin. *de primog. l. 4. cap. 1. n. 12.*
Noguerol. *alleg. 19. n. 4.* quidquid voluerit Fusar. *de subst.
q. 716. n. 15.* qui nihilominus *n. sequenti* contrariam senten-
tiam limitando admittit, quoties adesset expressa prohibitio
(ut in hoc casu) alienationis; tunc enim fatetur, non ex-
pectata morte, alienationem revocari posse.

Neque turbat, quod injungendo retractationem actus D.
Duci fiat præventiva declaratio ad favorem D. Liviæ, quam
tamen Rota exclusit, nec faciendam resolvit 13. Junii 1678.
quæ decisio adhuc subsistens, supponenda est ex stylo Tri-
bunalis, Rota *dec. 189. n. 8. & dec. 375. n. 1. p. 11. rec.*

Sat enim, ut non debet fieri præventiva declaratio, & ta-
9 men juste petatur, & decidatur retractatio actus præjudicia-
lis, cum utriusque actus sit intentio omnino diversa, & op-
posite considerata, Dec. cor. R.P.D. meo Decano, *in §. fin.*

Adeout aliquis ex DD. prudenter censuerit, quod nisi re-
tractatio celeriter fiat, prout D. Dux obtulit, & esset locus
revisioni supradictæ decisionis, hæc esset justa, & sufficiens
causa decernendi præventivam declarationem, ad Text. *in
l. litigatores §. fin. digestis de recep. arbitr. & in l. Statius §.
Cornelio Felici, digestis de jure fisci* ex tradit per Molin. *de
jure primog. lib. 3. cap. 14. num. 32.* Fontanell. *de pact. nupt.
clausf. 4. gloss. 9. p. 5. n. 27.* Camil. Medic. *cons. 148. num. 4.*
Franc. *dec. 695. n. 1. vers. dictum tamen.*

Fuerit prudens, fuerit laudabilis actus a D. Duce gestus,
tunc pro rerum statu, quo sola aderat Domina Cleria, quæ
posset perpetuare primogenituram, at mutata rerum facie,
ex quo supervenit, qui ex actu laudabili, & prudenti patia-
tur præjudicium, *l. si unquam C. de revocat. don.* qui gessit,
excusatur quidem a pœna caducitatis pro tunc; at cessabit
excusatio, ubi admonitus non retractet; perseverando enim
de novo iterare; & contravenire censetur, *l. quis sit fugiti-
vus, §. idem ac ff. de edil. edict.* Cavall. *dec. 96. n. 2.* nec ex-
cusatio actus facti tempore habili poterit attendi.

Exceptio autem renunciationis juratæ factæ per Domi-
nam Liviam non est visa præsentis inspectionis, in qua de
sola actus gesti retractatione agitur, quam faciendam, &
confirmandam sententiam latam de voto Rote fuit conclu-
sum, utraque parte informante, &c.

R.P.D. PAULUTIO.

Romana Primogenituræ de Cæsarinis.

Lun. 7. Februarii 1687.

ARGUMENTUM.

Confirmatur superius decisa.

SUMMARIUM.

1 *Bona primogenituræ non possunt alienari, & po-
tissimum quando adest persona quæ succedere præ-
tendit tempore obitus ipsius alienantis.*
2 *Primogenituræ alienatio per legem interdicitur.*
3 *Primogenituram alienans intra præfixum terminum
illius bona tenetur recuperare.*
4 *Clausula* constituti *translationem non solum posses-
sionis, sed etiam dominii operatur.*
5 *Gravatus non potest authoritate sua declarare, ad
quem ex pluribus spectet successio seu primogenitura.*
6 *Difficilior est recuperatio bonorum primogenituræ ab
alio, quam a gravato.*
7 *Prætendens se vocatum non tenetur mortem grava-
ti alienantis expectare, ad agendum ad retracta-
tionem actus alienationis sibi præjudicialis.*
8 *Præsertim cum agitur de primogenitura ab institu-
toribus graduata cum vocatione & prælatione perso-
narum.*
9 *Declarata retractatione actus alienationis primoge-
nituræ, non statim deciditur illius primogenituræ
pertinentia.*

DECISIO CVI.

REvocata ad examen per novam audientiam decisione
17. Junii anni præteriti 1680. edita coram me, qua
fuit resolutum, Sententiam Rotalem latam a Reverend. Pa-
tre D. meo Decano esse confirmandam.

Fuit hodie disceptatum, an sit standum, vel recedendum
a decisis, & conclusum standum in decisis.

Quia non licuit Excellentiss. D. Duci actum translatio-
nis facere in Excellentiss. Dominam Cleriam refragante ju-
ris, & primogenituræ expressa dispositione juris; quia com- 1
pertissimum est, quod bona primogenituræ, tanquam fi-
deicommisso subjecta, non possunt alienari, & potissi-
mum cum adest persona, quæ succedere prætendit tempore
obitus ipsius alienantis, *l. fin. §. sed quia nostra. C. comm.
de legat. & l. cum pater, §. libertis de legat. 2.* Peregr. *de fi-
deicommiss. art. 40. n. 1.* Rota *dec. 49. n. 5. usque ad n. 12. p.
2. rec.* Manzaned. *dec. 360. n. 11. & seqq.*

Legis vero primogenituræ, nam ab eadem *n. 100.* aliena- 2
tio expresse interdicitur, & *n. 122.* injungitur possessori alie-
nanti, ut intra terminum unius mensis bona recuperet; Un-
de utraque hac dispositione vetante non potuit fieri contro-
versa translatio; Quæ nec sustineri eo colore potest, quod 3
non fuerit alienatio, sed translatio solius possessionis per
clausulam *constituti*; quia primogenitura non solum alie-
nationem interdicit, sumpto latissime alienationis vocabu-
lo, sed & quia solius possessionis translatio vera censetur
alienatio, & clausula ipsa *constituti*, (licet facta modo) o- 4
peratur non solum translationem possessionis, sed etiam do-
minii, Bero *cons. 41. & seq. vol. 3.* Buratt. *dec. 179. n. 8.* Mer-
lin. *dec. 598. n. 34. & seq.* Eminentiss. Othob. *dec. 95. n. 11.*
Rota *dec. 222. n. 4. p. 14. & 143. n. 14. p. 16. rec.*

Maxime, quia D. Dux in ipso translationis actu decla- 5
ravit, solam D. Cleriam esse capacem: cui declarationi cum
primogenitura ipsa etiam resistat, non potuit d. D. Dux im-
mutare ordinem successionis, & unum eligendo declarare
auctoritate sua, ad quem ex pluribus spectet successio,
Menoch. *cons. 86. n. 4.* Peregr. *de fideic. art. 23. n. 35.* Ro-
ta *dec. 63. n. 13.* post Tur. *de pact. futur. success.*

Et cum ex hac declaratione ingens inferatur præjudicium 6
vocatis, ex quo intervertitur ordo primogenituræ injun-
ctus etiam a confirmatione facta a san. mem. Gregorio De-
cimoquinto, ut in primogenitura impressa *n. 137.* negari-
que non potest, quin durior reddatur eorum conditio recu-
perandi bona de manu alterius, quam gravati, Odd. *cons.* 7
22. per tot. Castill. *contr. p. 3. cap. 34. n. 151. in fin.* Spina *de
testam. gloss. 34. n. 3.* Vincent. de Franch. *dec. 695. n. 5.* qui-
bus præjudiciis attentis, actus merito retractandus est, &
omnia reponenda in eum statum, in quo erant antea; Ne-
que tenetur D. Livia prætendens se vocatam expectare tem-
pus & casum obitus gravati transferentis, sed statim agere
potest ad retractationem actus sibi præjudicialis, stante ejus
interesse, *l. peto, §. fratre si de l. 2.* Molin. *de Hispan. pri-
mog. lib. 4. cap. 1. n. 12.* Noguerol. *allegat. 19. n....* Olea *de
cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 25.*

Præcipue cum agatur de primogenitura ab institutoribus 8
graduata cum vocatione personarum, quæ succedere de-
beant, & prælatione quoad alias personas, quæ in suo casu
essent alioqui vocatæ, in quibus terminis non posse grava-
tum transferre contra testatoris aut institutoris voluntatem
dixere Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 6. n. 45.* Fonta-
nell. *dec. 39. n. 8. & dec. 40. n. 14. in fin.* Ubald. *dec. 1. n. 2.
& dec. 13. n. 3.* Rota *dec. 468. & 469. n. 2. p. 4. divers.* Pe-
regr. *de fideic. art. 2. n. 52. & seqq.* Fusar. *q. 126. n. 16.* Gut-
tier. *practicab. q. 32. n. 14.* ubi damnat renunciationem in
præjudicium proximiorum, vel interesse habentium, quod
sensit & Olea *de cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 47.* ubi, quod, & po-
stea natus statim vindicare possit.

Indeque fit, ut corruat omnino objectum, quod adeo
exaggerabatur ab informantibus pro D. Duce; insistebant
enim,

enim, quod adeo sit connexa resolutio circa retractationem actus, de quo disceptatur, cum præventiva declaratione super successione primogenituræ in casu obitus, ut decerni, aut declarari non possit retractatio actus suptadicti, absque eo, quod simul declaretur D. Liviam esse successuram in primogenitura, quod tamen Rota declarare noluit, ut in decisione 13. Junii 1678. cor. R.P.D. meo Decano ac proinde in hujusmodi declaratione retractationis subsistendum.

9 Quia, ut est dictum in præterita decisione utriusque hujus judicii præventivæ scilicet declarationis, & retractationis diversus est finis, & intentio diversa nihilque habet ipsa commune, ac proinde nullum adest periculum, ut declarata retractatione actus, decidatur etiam pertinentia primogenituræ: cum in articulo retractationis nullum jus certum, ac determinatum alicujus personæ contineatur: cum etiam remotiores, vel jus remotum habentes possint instare, ac petere, ut bona alienata restituantur, & reponantur penes hæredem gravatum, ex traditis per Greg. Lopez *lib. 10. tit. 16. p. 4.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 1. n. 12. & seq.* Noguer. *alleg. 19. n. 14.*

Non enim implicat, quod hodie non declaretur præventive quis eveniente casu obitus D. Ducis sine filiis, sit futurus successor in primogenitura, & quod de medio tollatur impedimentum, adeo præjudiciale Dominæ Liviæ, ejusque filiis, quorum præjudicium imminens ex translatione controversæ possessionis ejusque propugnatione magis confirmatur per ea, quæ ex adverso exaggerantur; cum imo asserere non esse faciendam hujusmodi retractationem esset præventive declarare, quod D. Liviæ nullum jus competeret, a qua tamen declaratione abstinendum Rota censuit, ut & pars adversa insistit pro D. Duce, a quo facienda imo est prompte hæc retractatio, ne dicatur persistere voluntatie in alienatione latissime vetita in primogenitura sub pœna caducitatis, cum tamen nulla justa causa in præsenti adsit, prout adfuisse prætenditur, quando actum prædictum fecit, Olea *de cession. jur. tit. 4. q. 94. num. 25.* Manzaned. *dec. 360. n. 10. & seq.*

Quamvis autem plura a scribentibus pro Domino Duce iterum deducerentur, ea tamen Domini censuerunt in præsenti non esse definienda tanquam respicientia merita causæ principalis, circa quæ nec hodie, nec alias voluerunt quidquam firmare, sed simpliciter illa degustare pro faciliori revocatione actus translationis, possessionis & repositionis rei in statum pristinum, præservando in reliquis partibus hinc inde illa omnia jura suo tempore definienda.

Et ita utraque parte informante &c.

R.P.D. ALBERGATO DECANO.

Romana Majoratus & Primogenituræ de Cæsarinis.

Lun. 17. Junii 1686.

ARGUMENTUM.

Ampliantur & confirmantur præcedentes decisiones.

SUMMARIUM.

1 *Possessio seu quasi bonorum primogenituræ, de primogenito in primogenitum absque ulla illius apprehensione continuata ipso jure censetur.*
2 *Successor majoratus ipso jure & absque alia apprehensione habetur pro possessore non aliter, quam ipse defunctus si viveret.*
3 *Præsertim in majoratu reali.*
4 *Confirmatio nihil novi addit, sed duntaxat actui confirmato robur adjicit.*
5 *De potestate Pontificis dubitare nefas, cum de voluntate constat.*
6 *Ante juramenti in primogenituræ apprehensione requisiti præstationem, possunt exerceri remedia possessoria, dummodo præstetur ante corporalem, & materialem executionem.*
7 *Suspensio petitorii a possessorio in puris terminis juris, operatur quidem, ut quilibet detentor sit manutenendus, sed non ubi adest lex specialis decernens possessionis continuationem in habentem certam quantitatem.*
8 *Possessio habentis certas qualitates eadem dicitur cum possessione defuncti, quando talis continuatio in literis Apostolicis decernitur.*
9 *Eoque certius quando hujusmodi literæ clausula sublata & decreto irritanti muniuntur.*
10 *Exceptio renunciationis non admittitur in judicio retinendæ, etiamsi probationes incontinenti afferantur.*
11 *Renunciatio facta a femina juxta præceptum primogenituræ, ex sui natura resoluta remanet defuncto ultimo masculo.*
12 *In primogenitura sequens in gradu admittitur ex propria persona, si præcedenti non successerit, dummodo aliquo tempore saltem in potentia fuerit habilis.*
13 *Quæcunque possessio etiamsi vera, & realis legi contraria non est manutenibilis.*
14 *Avocatione possessionis bonorum primogenituræ facta per S. D. N. cum clausula ex nunc pro tunc, omnis alia possessio attentata dicitur, & non manutenibilis.*
16 *Regula, quod administrator detineatur in sua possessione, nec de administratis ratio reddatur, non procedit nisi quando verisimiliter creditor esse possit.*
16 *Non potest prætendi manutentio in priori possessione animo, & facto dimissa.*
17 *Ubi occurrit lex continuans ipso jure possessionem in habentem certam qualitatem sine ulla apprehensione, dari non potest in alia persona mutatio causæ possidendi ad subvertendum præfatam continuationem.*
18 *Princeps quoad effectum juris efficere potest, quod possessio capta habeatur pro non capta.*
19 *Quoties primogenito competit beneficium continuationis possessionis dicitur, quod defunctus ante mortem videtur tradere possessionem successori, & ipse successor accipere videtur de manu hæredis.*

DECISIO CVII.

In augmentum splendoris decoris, & facultatum inclytæ, & celebris familiæ, & agnationis de Cæsarinis, clar. mem. Joannes Georgius Dux Cæsarinus cum præsentiis, & voluntatibus Alexandri, Virginii, Ferdinandi, & Petri ejus fratrum realem majoratum, & primogenituram perpetuo duraturam, super omnibus bonis ab eodem Duce possessis, ac in foliis in primogenitura insertis, distinctim enumeratis, ea sub lege, quod extinctis, vel aliter caducis effectis lineis masculinis omnium, & singulorum ipsorum fratrum primogenio ordinum vocatorũ ad hujusmodi successionem admitteretur filia femina primogenita, legitima, & naturalis, & ex legitimo Matrimonio ab initio contracto in gradu proximiore ultimo decedenti primogenito, & deinde ejusdem filiæ feminæ filii, & descendentes masculi de primogenito in primogenitum, eisdem protius ordine, & gradu, & qualitatibus servatis in vocatione lineæ masculorum, dummodo, (sunt verba Dispositionis) *dicta filia femina sic vocata tunc nupta sit, & reperiatur cum aliquo Nobilissimo Viro, secundo, vel alia deinceps genito ex aliqua ex Nobilissimis Domibus, vel familiis infrascriptorum Baronum Romanorum ipsi DD. fratribus Consanguineorum ultimo ex familia Illustrissimi, & Excellentissimi D. Ducis Jo: Antonii Ursini Ducis Sancti Gemini, vel ex Illustrissimo Domino D. Ferdinando Ursino ejusdem Excellentissimi Domini Ducis Jo. Antonii Genero, aut ex familia Gaetana Excellentissimorum DD. Ducum Sermoneta &c. Ex familia Sfortia Excellentissimorum DD. Ducum Signia &c. & Cæsiæ Excellentissimorum DD. Ducum Aquæspartis, seu Care &c. vel ex qualibet earum prout illa maluerit, & quatenus non fuerit nupta, nubere debeat cum uno ex dd. Nobilissimis familiis præscriptorum Baronum Romanorum secundo, vel alias genitis legitimis tamen semper, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis &c. & casu, quo dicta filia femina nupta reperiretur cum aliis familiis, quam supra expressis, penitus exclusa censeatur, nilque aliud ultra dotem jam ei constitutam prætendere valeat &c.*

Pro hujusmodi actus potiori roboratione idem Joan. Georgius, & fratres constituerunt Priores ad petendum, & impetrandum a Summ. Pontifice illiusque Apostolica Sede nedum opportunam derogationem omnium, & quorumcunque aliorum fideicommissorum, & primogeniturarum eorundem Antenatorum, quæ majoratui, & primogenituræ sic erectæ quoquomodo obstare potuissent; Verum etiam ejusdem majoratus quamcunque approbationem, & confirmationem in forma valida, motu proprio, ac de plenitudine potestatis, & ex certa scientia cum sanatione cujuscunque nullitatis, & cum clausulis, quod non possit dari de subreptione, vel obreptione, ac intentionis defectu sub-

ctu sublata &c. decreto irritanti ac derogatoria Regulæ de jure quæsito non tollendo, & cum aliis cautelis favorabilibus, & in alia quacunque amplissima, & validissima forma.

Quibus omnibus annuante san. mem. Gregorio Decimoquinto tunc feliciter regnante expeditæ desuper fuerunt literæ Apostolicæ motus proprii, in quibus, prævia insertione instrumenti erectionis primogenituræ de verbo ad verbum omnia in eisdem contenta, non solum Summus Pontifex confirmavit, & approbavit. Verum ulterius in forma magis favorabili, & ampla, ac pro potiori cautelæ suffragio majoratum, & primogenituram in iisdem Castris, Tenutis, juribus, ac jurisdictionibus, nec non Confaloneratu Senatu populique Romani, & aliis in primogenitura comprehensis instituit, & ordinavit, decernens insuper possessionem eorundem bonorum de primogenito in primogenitum absque ulla illius apprehensione, continuatam ipso jure censeri, ibi: ***ac decernentes possessionem, seu quasi dd. Castrorum, Terrarum, Villarum, aliorum quorumcunque bonorum, & Jurium prædictorum omnium, & singulorum supradictorum de primogenito in primogenitum, etiam absque alias illius apprehensione continuatam ipso Jure censeri.***

Volensque, quod de subreptione, vel alio vitio ejus literæ notari non possent, quodque procedi posset, sola facti veritate inspecta, & absque ordine, & figura Judicii, mandavit Episcopis Ostiensi, & Portuensi, ac Auditori Cameræ, ut quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios præfatas literas, ac in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Domini Ducis, & aliorum pro tempore existentium primogenitorum, & interesse habentium fuerint requisiti, facerent auctoritate Apostolica Institutionem, & ordinationem primogenituræ, & literas, in ejusque Instrumento contenta quæcunque ab omnibus, & singulis observari ipsumque Joannem Georgium, ac pro tempore existentes primogenitos, cæterosque interesse habentes, illis pacifice frui, & gaudere eosdem in possessione semper, & continue manutenentes, & non permittentes ipsos directe, & indirecte quomodolibet molestari, vel inquietari contradictores quoslibet per sententias, censuras, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, prout omnia eisdem fere verbis leguntur in primogenitura impressa ab informantibus alias datas.

Duci Joan. Georgio successit in primogenitura Dux Julianus primogenitus, cui decedenti absque filiis masculis, relictis DD. Livia, & Cleria, & aliis filiabus, admissus fuit juxta legem primogenituræ Dux Philippus frater, & Joan. Georgii secundogenitus, qui uti in mala valetudine constitutus, & omnimoda spe prolis destitutus, possessionem bonorum & jurium primogenituræ in Excellentiss. D. Cleriam sextogenitam ipsius Juliani fratris, & nuptam extra quatuor familias in primogenitura designatas, transtulit per triduum ante ejus obitum cum clausula, *ex nu..c, prout ex tunc* quo præscripto ab Excellentissima Domina Livia primogenita, & nupta Excellentissimo Domino Friderico Sfortiæ ex familia Ducum Signiæ; ideoque in eadem primogenitura expresse vocata judicium super retractatione hujusmodi actus ista instituit, & binas sententias in judicatum transactas præfatum actum possessionis tanquam eidem præjudicialem, & ne continuatio possessionis intervertetur, retractare obtinuit.

Verum quia ne ex causa eorundem dissidiorum inter præfatas sorores vigentium super prætensa successione, & respective possessionis bonorum, & jurium primogenituræ apprehensione aliqua scandala oriri potuissent in eventum obitus Ducis Philippi, Sanctissimus Dominus Noster Innocentius Divina Providentia Papa XI. ejus pervigili cura, & singulari affectu occurrendo subditorum quieti, sub die 27. Novembris 1671. possessionem præfatam ad se avocavit, mandando ejus Auditori, quod ipse nomine Sanctitatis suæ, sunt verba Avocationis; *Ex nunc pro tunc, & quando casus mortis dicti Domini Ducis evenerit preambula hora mortis, ac ante obitum possessionem omnium, & quorumcunque ejus bonorum tam mobilium, quam stabilium etiam Castrorum, Feudorum jurisdictionalium, ac aliorum quorumcunque ubique positorum, & existentium sine aliquo Interessatorum præjudicio ad se avocet, & reservet, & pro avocata, & reservata habeatur ad effectum illam cui de jure restituendi, & consignandi.*

Prohibendo insuper: *Omnibus, & quibuscunque hæredibus institutis, substitutis, donatariis, & successoribus, & aliis quibuscunque venientibus tam ex Testamento, quam ab intestato, vel vigore donationis, fideicommissi, primogenituræ, successionis, aut cujusvis alterius dispositionis, ne sub indignationis Sanctitatis suæ, & nullitatis actus, sive actorum, pœnis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat bonorum præfatorum etiam vigore cujusvis clausulæ constituti, precarii, translationis, possessoris, sive cujuscunque alterius amplissimæ facultatis cum quocunque mandato de immittendo, associando, manutenen o, & quovis alio per quoscunque Romana Curiæ, vel forenses Judices, sed alias quomodolibet relaxato, & expedito, sive relaxando, & expe iiendo possessionem capere, vel apprehendere, aut in bonis præfatis aliquo modo sese intromittere, aut immiscere, minusque fructus exigere, percipere aut levare, vel aliquid aliud quamvis minimum innovare seu attentare vel innovari, seu attentari facere.*

Et si aliquid contra præsentium tenorem actum, vel gestum fuerit ultra incursum pœnarum præfatarum, id totum tanquam nullum, irritum, & attentatum ex nunc pro tunc revocamus, seu annullamus, ac pro revocato, & annullato haberi volumus, & declaramus, perinde ac si vere, & cum effectus tales actus non esset secuti, & tanquam in possessione jam plena, & existente penes Sanctissimum, ac nos tanquam ejus ministrum ut supra, adeout suffragari non valeat per præsentis avocationis ignorantiam, & quæcunque alia bona fides, vel excusatio quantumvis juridica etiam speciali nota digna, ac alias omni &c.

Ingravescente morbo Ducis Philippi hujusmodi avocationem Sanctissimus approbavit sub die prima Februarii 1685. eademque die fuit interessatis intimata hora circiter tertia noctis; Unde secuto obitu ipsius Ducis Philippi sub die 9. ejusdem mensis, ac hærede in Testamento relicta Domina Cleria, iterum sub die 14. per speciale Chirographum avocationem præfatam Sanctissimus approbavit expresse declarando ejus mentem, ac intentionem fuisse avocandi possessionem omnium bonorum, & signanter primogenituræ, licet Dux per plures dies supervixerit, ut verbis ipsius Chirographi: *detto possesso si habbi per avocato, benche il detto Duca sia sopravissuto per più giorni*, concessa R. P. D. ejus Auditori omnimoda facultate omnia bona administrandi, nec non omnes actus jurisdictionales exercendi prout facere potuisset novus Dux Cæsarinus ibi; *Deputare governatori, ministri, economi, e di amministrare tutti li sudetti beni, e particolarmente li soggetti alla primogenitura della Casa Cesarina, e di fare tutto quello, che potesse, o fosse obligato fare il nuovo Duca Cesarino*; Eidemque injungendo, nullum, irritum, & attentatum declarari quidquid gestum fuisset etiam ante aperitionem, ac intimationem avocationis ibi: *Nullo, irrito, & attentato, come se fatto non fosse tutto quello, che fosse stato fatto anche prima dell'aperitione, & intimazione della detta avocatione.*

Posthæc, instante Domina Cleria uti hærede Ducis Philippi pro relatione possessionis, & respective avocationis quoad bona hæreditaria, uti non obnoxia primogenituræ, idem Reverendiss. Pater Dom. Auditor petitam relaxationem decrevit, firma tamen remanente avocatione possessionis quoad alia bona primogenituræ ad formam specialis Chirographi Sanctissimi desuper emanati, & subinde prævio Oraculo ejusque Sanctissimi impartita per ipsummet Auditorem licentia utrique Parti judicialiter agendi, prout de jure firma interim manente avocatione possessionis, & juxta illius formam institum fuit pro manutentione in possessionem bonorum primogenituræ, & super executionem literarum Apostolicarum fel. record. Gregorii XV. coram A. C. uti Judice in præfatis literis dato, cui tamen superventa commissione, quod procederet de voto hujus Sacri Tribunalis, post plures disputationes super dubio dando habitas, dubium de Coadjutorum meorum consilio subscriptum proposui usque sub die 23. Januarii præteriti: An, & cui esset danda manutentio, & pro effectu manutentionis relaxanda esset possessio; quo non resoluto, injunctum fuit, ut videretur de bono jure etiam ad effectum, &c. cui tamen rescripto non acquiescentibus defensoribus Dominæ Cleriæ, ex quo boni juris cognitio haberi non posset propter expressam suspensionem possessorii, & petitorii ab ipsa factam, necnon prætensum defectum jurisdictionis, attenta Commissione Rotæ dictaque ad limites judicii coram A. C. intentati regulari deberet, & instantibus pro repropositione dubii simplex possessorium definientis, placuit DD. meis ad Auditorem Sanctissimi partes remittere, qui facto verbo cum eodem Sanctissimo Rotæ rescripsit; *Heriferito a Nostro Signore il rescritto della*

della Rota e sua Santità ha detto, che non ha inteso di pregiudicare nè all'una, nè all'altra parte quanto al possesso, che giustamente, e validamente potesse ciascheduno di loro pretendere, e mi ha ordinato, che significhi alla medesima Rota, e per essa a V. Sig. Illustrissima, che si proceda in tutto, prout de jure servato il tenore dell'avocazione fatta da sua Santità solamente per evitare i scandali, e gl' inconvenienti, che sarebbero potuti succedere.

Qua declaratione habita injunctum fuit, quod Causa reproponeretur super dubio manutentionis, & partes deducant hinc inde quidquid voluerint ad effectum colorandi possessorium tantum; Unde ad istius rescripti normam iterum sub die 10. Junii super eodemmet dubio Dominos consuluit, qui dilata resolutione ad secundam cum iisdem scripturis, quod ab omnibus Dominis videretur, capta fuit resolutio in præscripta Rota ad favorem Dominæ Liviæ, eidem nempe dandam esse manutentionem, & pro effectu manutentionis relaxandam esse possessionem.

Moti siquidem fuerunt Domini ex nimis aperta peculiaris legis sanctione in Pontificiis Bullis Gregorii XV. decreta, quod scilicet possessio, seu quasi bonorum primogeni-
1 turæ, ac omnium illius jurium de primogenito in primogenitum &c. absque alia illius apprehensione continuata ipso jure censeatur; Unde ad limites legis primogenituræ justificato de facto, quod Domina Livia sit primogenita, & nupta in una ex quatuor familiis in eadem primogenitura expressis, prout ex fidibus baptismatis, & matrimonii satis superque justificatum dignoscebatur, intrat de plano manutentio ad favorem ejusdem in possessionem omnium, & quorumcunque bonorum, ac jurium sub lege primogenituræ cadentium, cum ipsa uti talis dicatur effecta realis, & actualis posseditrix ex lege particulari de jure operativa, quod ei duntaxat, & nemini alteri manutentio debeatur, ut in specie de continuanda possessione bonorum primogenituræ de primogenito in primogenitum absque ulla nova apprehensione extat celebris *lex* 45. *Tauri* in majoratibus, & primogenituris Hispaniæ huic consimilibus, de qua apud Gomez *ad eandem legem n.* 101. Molina *de Hispan. primogen. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 1. *& seq. & n.* 60. Royas *de incompatibilit. p.* 5. *c.* 3. *n.* 13. Mierez *de majorat. p.* 3. *q.* 1 t, *n.* 4. Noguerol. *alleg.* 31. *n.* 59. *&* 63. Castill. *lib.* 5. *controv.* 91. *n.* 55. *cum ibi congestis.*

Et in terminis Statutorum confirmantium similem possessionem defuncti in hæredes firmant uno ore Doctores cumulati per Posth. *de manut. observ.* 55. *sub n.* 54. Peregr. *de ; deic. art.* 47. *sub n.* Grat. *discept.* 734. *n.* 1. *et seq.* Rot. cor. Durano *dec.* 155. *n.* 6. coram Priolo *dec.* 21. *n.* 4. & coram Eminentissimo Cerro *dec.* 414. *n.* 11. *et in rec. dec.* 14. *n.* 1. *et seq. p.* 19. *cum ibi allegatis.*

Quod eo magis procedit in continuatione possessionis ipso jure, & absque alia apprehensione in literis Apostolicis decreta, quæ ex lege animata Principis, & absque actu cor-
2 poreo transfertur, ideoque dicitur vera, & plenissima possessio, ex Textu *in cap. contingit de dol. et contumac. ibique* Bald. *n.* 19. *lib* 3. ubi quod successor majoratus habeatur pro possessore non aliter quam defunctus, si viveret, Molin. *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 19. *vers. Et tam possessio*, itaut ab alio occupari non possit, & occupata nullius sit momenti, quia potentius est factum legis, quam hominis, Pacific. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 317. Posth. *de manut. observ.* 55. *n.* 84. *vers. Secus vero* Merlin. *de ligitimit. lib.* 5. *tit.* 4. *q.* 8. *n.* 10. & sine ulla hæsitatione in majoratu, & primogenitura reali, idest principaliter super bonis instituto, Molin. *de Hispan. Primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 22. *et* 30.
3 *vers. hac autem omnia* cum exclusione Religiosorum, & prohibitione alienationis sub pœna nullitatis tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem; possessio enim majoratus realis semper conservatur a lege apud successorem primogeniti, cui cohæret Larrea *dec. Granat. discept.* 10. *n.* 37. 41. *et* 42.

4 Hinc nullius roboris reddebatur exceptio, quod hujusmodi literæ Apost. sanct. mem. Gregorii XV. præseferant duntaxat confirmationem primogenituræ per fratres de Cæsarinis institutæ; ideoque si ad limites actus confirmati intelligi debeant, nullam importare valeant continuationem possessionis in primogenitura minime decretam ex regula, quod confirmatio nil novi addit, sed duntaxat actui confirmato robur adjicit.

Nam hujusmodi objecto exuberatet responsio, quod aperta litera Pontificiæ Constitutionis contrarium præse-
5 fert, ideoque talis regula limitari debet, ubi constat de contraria voluntate Principis confirmantis, de cujus potestate nefas est dubitare, quando scilicet aliquid de novo facere voluerit per text. *in cap. Si Apostolica* 22. *ubi gloss. verb. confirmamus de præb. in* 6. Rota cor. Coccin. *dec.* 894. *n.* 16. coram Arguel. *dec.* 27. *et* 28. & in terminis Constitutionis decretæ in literis Apostolicis, & non in instrumento primogenituræ cor. Amato Dunoz. *dec.* 341. *num.* 2. & procedit, quamvis non agatur de literis recentioribus, sed antiquis ad certam personam non restrictis, Coccin. *dec.* 144. *n.* 4. *et* 5. & quarum executio non fuit consumpta quoad omnes, Tondut. *de prævent. p.* 1. *cap.* 5. *vers. insuper.*

Cessat quæcunque dubietas perlegendo factum superius expositum, ubi quod advertens Jo. Georgius primus institutor, quod continuatio possessionis ipso jure, & absque alia actuali apprehensione non poterat ab ipso decerni, Procuratorem constituit ad petendum a Summo Pontifice confirmationem cum aliis derogationibus, clausulis, & cautelis opportunis, & favorabilibus, & in alia quacunque amplissima & validissima forma, quibus annuente Sanctissimo nedum primogenituram confirmavit cum insertione totius instrumenti; verum ulterius juxta instrumenti normam, continentiam, & tenorem in omnibus, & per omnia, & in forma magis favorabilis, & ampla, & pro potiori cautela instituit, & ordinavit ad favorem Ducis Joannis Georgii, & eo vita functo ad favorem primogenitorum pro tempore existentium, non obstantibus fideicommissis, investituris, concessionibus in contrarium existentibus, decernendo insuper hujusmodi possessionis continuationem absque alia apprehensione; Unde ad sensum elicitur, quod Papa ad limites precum ipsi porrectarum nedum voluerit actum primogenituræ approbare, & confirmare, sed & quid novum ab ipsis tamen supplicantibus exoptarum addere, ac proinde versamur in casu limitationis præfatæ regulæ, quæ solum procedit in dubio ex superius allegatis.

Non refragante, quod hujusmodi continuatio contrarietur lege ipsius primogenituræ, quæ ante adeptam ipsius possessionem mandat, quod primogenitus pro tempore juramentum præstet coram Senatore, Ideoque Domina Livia ob non adimpletam hujusmodi conditionem, a beneficio continuationis excludatur.

Quia statim occurrit responsio, quod talis conditio uti non apposita vocationi, sed solum actuali, seu corporali possessioni, & quidem sub pœna caducitatis habet naturam modi, & non conditionis, neque impedit continuationem possessionis civilis a lege inductam, sed solum suspendit corporalem, & statim ac sequitur, retrotrahitur ad momentum mortis ultimi primogeniti, late Mierez *de major. p.* 3. *q.* 12. *n.* 22. ubi quod ante hujus juramenti præstationem possunt exerceri remedia possessoria, dummodo præstetur ante corporalem, & materialem executionem, Molina *de primogenit. lid.* 2. *cap.* 12. *num.* 15. *& seqq.* ibique Addn. Molina *de justit. & jur. libr.* 1. *disput.* 611. *num.* 2. Castill. *de conject. cap.* 115. *sub num.* 15. *in fine*, cui conclusioni concordant verba ipsius primogenituræ ibi: *Quod quilibet pro tempore succedens in hoc majoratu, & primogenitura, post tamen obitum ipsius Domini Ducis antequam actualem,* 6
& corporalem bonorum prædictorum possessionem adipiscatur, & prius quam fructus aliquos ex illis consequi possit, teneatur jurare, &c.

Minus relevante, quod hujusmodi possessionis continuatio referatur duntaxat ab bona Emphyteutica, & sub Dominio directo Cameræ, & Ecclesiarum cadentia, & tendat solum ad evitandas pœnas, & ad obligandum Cameram, ac alios Dominos directos ad servandam legem primogenituræ, quia nimis incongrua redditur talis interpretatio; Si sub hujusmodi decreto continuationis legitur prægnantia verborum omnia, & quæcunque bona comprehendentium ibi: *Aliorum quorumcunque bonorum, & jurium præscriptorum omnium, & singulorum suprascriptorum de primogenito in primogenitum.*

Prout etiam parvi facienda videbatur objectio, quod hujusmodi continuatio possessionis allegari non valeat in hoc summariissimo possessorio manutentionis, cum illa suffragaretur habenti qualitatem primogeniti, de qua judex non potest cognoscere, stante omnimoda suspensione petitorii a possessorio, quæ operatur; ut cognosci possit duntaxat super mera detentione, seu insistentia naturali.

Nam licet quodammodo in puris terminis Juris com- 7
munis præfata suspensio operari posset, ut quilibet detentor esset manutenendus, rejecta quacunque alia cognitione ad aliud Judicium; secus tamen dicendum venit, ubi adest lex specialis possessionis continuationem ipso Jure decernens

nens in habentem certam qualitatem, ita ut ei non alteri danda sit manutentio; quia hoc casu suspensio petitorii a possessorio præfatum effectum operari nequit, neque impedire valet, quin Judex summarie cognoscat de qualitate ad id necessaria, ne alias ex facto partis lex Principis eludatur, & merus detentor in possessione confoveatur, juxta allegata per Redenasc. *cons.4. sub n.*11. *& seq. lib.*1. Contar. *de moment. possess. limitat.* 2. §. 8. *n.* 9. Bonden. *collect. legal.* 47. *n.*35. *& seq. lib.*1. *& collect.* 1. *sub n.*14. *&* 15. *tom.* 2. & in terminis literarum Apostolicarum continuantium possessionem ita gratiose subrogatam, Rot. *de execution. lit. Apostol. cap.* 7. *n.* 111.

Eadem enim dicitur possessio habentis certas qualitates cum possessione defuncti, quando continuatio hujusmodi possessionis in habente tales qualitates in libris Apostolicis decernitur, juxta allegat. per Angelum *de legit. Contradict. quæst.* 5. *art.* 3. *num* 6. coram Dunoz. Jun. *dec.* 495. *num.* 12. *&* 13. coram Eminentiss. Othobon. *dec.* 22. *sub n.* 16. *& dec.* 154. *num.* 17.

Quod eo certius admittendum venit in præsenti attenta clausula *sublata*, & decreto *irritanti*, quibus literæ Gregorii muniuntur, quæ nedum claudunt os Judici, & parti ex allegatis per Rotam cor. Carillo *dec.*
8 132. *n.* 13. cor. Mantic. *dec.* 309. *n.* 14. *& dec.* 262. *sub n.*8. *p.* 19. *rec.* Sed operantur, quod partis protestatio, aut suspensio impedire nequeat, ut executor literarum cognoscat, & judicet juxta earundem formam, & sic de qualitatibus ab eisdem requisitis, cum absque earum cognitione beneficium continuationis obtineri non possit, quæ tamen cognitio fieri debet summarie, & veluti ad possessorii colorationem, & juxta illius limites, prout in præsenti peractum fuit cum sidibus nativitatis, & matrimonii, prout observat Posthum. *de manutent. observat.* 55. *n.* 61. Mierez *de majorat. parte tertia quæst.*15. *& seqq.* Bartol. *dec.* 71. *sub n.* 34. *&* 35. Bich. *dec.* 309. *num.* 16.

Et certo certius attenta clausula *sublata*, & decreto *irritanti* appositis in avocatione, nec non attenta Commissione cum clausula *firma manente interim avocatione, & juxta illius formam*, quia cum Sanctissimus avocaverit possessionem bonorum primogenituræ sine præjudicio jurium interessatorum, sic sine præjudicio continuationis posses-
9 sionis in præfatis literis Gregorii decretæ ad effectum eum restituendi cui de jure, & pendente interim lite voluerit, quod firma remaneret præfata possessionis avocatio, utique clara est illius mens, & intentio, quod cognosceretur, cui ex sororibus facienda esset restitutio possessionis bonorum primogenituræ ad formam literarum, Gregorii & primogenituræ, perinde ac si ultimus masculus in ipsomet instanti restitutionis decessisset, & possessio interim vacua remansisset, non autem, an esset facienda detentori in præjudicium continuationis possessionis ad favorem novi Ducis Cæsarini præservatæ; Præsertim dum usque de anno 1681. prohibuit, ne ullus audeat eam capere, in eaque sub quovis prætextu, & colore se intromittere, declarando ulterius nullum, irritum, & attentatum, quidquid in contrarium gestum fuisset, tanquam in possessione jam plena, & penes sanctitatem suam existente; Hujusmodi enim tam vehemens, & clara resistentia decreti, irritat etiam detentationem & insistentiam facti, quia privat ab omni commodo possessionis, Rota *dec.* 230. *n.* 7. *p.* 10. *rec.*

Minoris vero ponderis visa fuit exceptio, quod Domina Livia excluderetur a petita manutentione, & beneficio continuationis in allegata Constitutione decretæ ob illius solemnem, & juratam renunciationem occasione ingressus Conservatorii Septem Dolorum emissam, ideoque donec per tres conformes eadem renunciatio rescindatur a quocunque possessorio remedio ipsamet renuncians repellatur.

Nam præter alias responsiones ab informantibus datas, & præsertim quod exceptio renunciationis non admittatur in Judicio retinendæ, etiam si probationes in-
10 continenti afferantur, Menoch. *de retinen. remed.* 3. *n.* 603. & quoties non tollit actionem ipso jure, sed ope executionis, Rota *dec.* 35. *n.* 25. *&* 26. *part.* 2. *diverf.* & multo minus stante supradicta suspensione a defensoribus Dominæ Cleriæ facta.

Placuit Dominis animadvertere, quod non agitur de renunciatione indifferenti voluntaria, & nominatim facta ab ipsiusmet dictæ Cleriæ favorem, sed de renunciatione facta occasione dicti ingressus tempore, quo aderant plures aliæ sorores nubiles in sæculo ad favorem patris, & primogenitorum pro tempore in executionem præcepti ejusdem primogenituræ, quod quælibet femina nubens in sæculo, seu in Domino, teneatur primogenituræ renunciare, & quatenus nollet, habeatur pro facta.

Quodque antequam controversa successio per obitum Ducis Philippi ultimi masculi aperiretur favore feminæ, Domina Livia egressa fuerat a Conservatorio & nupta reperiebatur in una ex quatuor familiis, cujus egressus legitimus declaratus fuit per Sac. Congregationem Concil.

Ideoque talis renunciatio, defuncto ultimo masculo, ex sui natura resoluta remansit ad favorem ipsius renunciantis, & ex supervenienti novo jure, aperta ei fuit successio, ad tradita per Card. de Luca *de fideic. discurs.* 12. *n.* 9. perinde ac si facta non fuisset per ea, quæ 11
tradit Fagnan. *in c. Statuimus de regul.* Cutell. *de donation. tract. p.* 1. *discurs.* 2. *p.* 2. *n.* 12. *cum seqq.* Barb. *de Episcop. p.* 3. *c.* 101. *n.* 37. & ad Conc. Trident. *c.* 16. *sess.* 25 *n.*17. *de regul.* Donad. *de renunciat. c.*20. *n.*13. Galerot. *eodem tract. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 12. Rota cor. Carillo *dec.*29. *n.*2. cor. Peuting *dec.* 455. *n.* 14. *&* cor. Royas *dec.* 122. *sub n.* 13.

Et cessat in præsenti conclusio, quod renunciatio rescindatur, quia non procedit in renunciatione differenti, & taliter qualificata, quod nulla indigeat rescissione, sed ex sua natura remaneat resoluta, & ad ipsiusmet renunciantis favorem aperiat successionem tanquam facta in executionem præcepti primogenituræ ad favorem primogenitorum pro tempore, licet primogenituræ renunciaverit, ut patet ad sensum, & ex lectura ejusdem renunciationis.

Et multo magis dum ulterius renunciatio est in statu, & observantia resolubilitatis: quia egressa Domina Livia a Conservatorio Auditor Cameralis mandatum pro resolutione dotis scutor. 25000. comprehensa dote soluta in ingressu Conservatorii ad ipsius instantiam relaxavit, & Dux Auctor Dominæ Cleriæ præfatam dotem persolvit, quam ipse utique persolvisset, nec ad eam solvendam Judex condemnare potuisset, si renunciatio non fuisset habita pro resoluta, quia in renunciatione reservata fuit duntaxat annua præstatio scut. 100. & dos debita Conservatorio.

Non relevante replicatione, quod renunciatio non solum fuerit facta ex causa ingressus, sed etiam æque principaliter, ex aliis causis finalibus.

Quia præmisso, quod tam attenta natura actus, & qualitate, ac quantitate rerum renunciatarum, quam etiam fine, & forma servata in citandis consanguineis pro interventu cum expressione solius, & unicæ causæ ingressus, contraria sententia verior visa est Dominis, ut ex professo firmatum fuit in Romana hæreditatis de Scatinciis, 20. Martii 1684. *et solum et seq.* cor. R. P. D. meo Hervault, & 25. Martii 1685. §. *Parum relevante, et* §. *Siquidem*, cor. R. P. D. meo Rondinino, & in alia hæreditatis de Lannucciis 18. Junii 1685. §. *Verum ulterius et seq.* cor. eodem R. P. D. meo.

Ideoque minime quoque relevet expressio, etiamsi primogenitura ad feminas deveniret, quia recipit eandem interpretationem, quatenus renuncians in cælibatu perseverasset, non autem in casu, quo renuncians egressa a Conservatorio, & nupta cum uno ex quatuor familiis, aperiretur successio primogenituræ: quia tunc ex lege primogenituræ prædictæ ipsamet renuncians ob novum jus ad illius successionem vocatur, quamvis cœlibatum elegerit, & extra quatuor familias nupsisset, dummodo de tempore apertæ successionis cœlibatum deseruerit, & sic esset vidua, & consequenter primogenituræ renunciasset, nubat cum uno ex quatuor familiis.

Semper præfata exceptio renunciationis redditur dubia, ac incerta, ut admittens facti, & juris quæstionem, ideoque ad petitorium rejicienda, ex allegatis per Andreolum *controverf.* 310. *sub n.* 31. per Rotam *dec.* 34. *n.* 23. *ad* 26. *part.* 2. *diversorum*, & post Pacificum de Salviano *dec.* 83. *sub n.*13. *ac in recentiorum dec.* 480. *sub n.* 9. *part.* 5.

Minusve resistente prædictam renunciationem esse claram, & latissime extensam in publico instrumento, exceptionem vero resolubilitatis turbidam, ideoque rejiciendam ad petitorium, quod fuit expresse a Domina Cleria suspensum: quia placuit responsio, quod turbiditas non oritur ab exceptione resolutionis renunciationis, quæ est consecutiva ad factum notorium legitimi egressus, & ad legem ipsiusmet primogenituræ admittendam primogenituram nuptam in quatuor familiis, licet primogenituræ renunciaverit, sed ex ipsa replicatione, quod renunciatio adhuc

adhuc sustineatur ex aliis causis æque finalibus, & excedentibus limites præcepti primogenituræ, quæ replicatio vel non subsistit ex supra deductis, vel certe negari non potest, quin sit valde turbida, ideoque allegata regula retorquetur, & militat pro Domina Livia.

Additur, quod extantibus filiis ex primogenita nupta in quatuor familiis, exceptio renunciationis esset de jure tertii; quia quoties primogenita nupta reperitur ad formam
12 legis primogenituræ, aliæ feminæ, & multo magis nupta extra quatuor familias nullatenus aspirare possunt ad primogenituram, sed a primogenita, ejusque filiis post eam vocatis, sunt perpetuo exclusæ, perinde ac si essent extraneæ, seu mortuæ; Unde aut Domina Livia est capax, & cessat omne dubium, aut ex post effecta fuit incapax per renunciationem, & certum quod sunt vocati illius filii. Quia in primogenituris sequens in gradu admittitur ex propria persona, si præcedens non successerit, dummodo aliquo tempore saltem in potentia fuerit habilis, Paulus de Castro *cons.* 24. *per totum lib.* 1. *& in annot. marginali sub n.* 3. ubi quod eo magis militat, quando agitur de primogenita, Molin. *de Hispan. primog. l.* 1. *cap.* 9. *n.* 29. *&* 30. *& lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 43. *& cap.* 7. *n.* 2. *vers. Secus autem*, *& n.* 4.

In nihilo relevante responsione, quod renunciatio facta fuerit etiam favore feminarum nuptarum, extra quatuor familias, quia contrarium convincitur ex lectura renunciationis, quæ restricta legitur, ad favorem patris, & primogenitorum pro tempore, & sic ad favorem vocatorum ad primogenituram, non autem ad favorem feminarum nuptarum extra familias in concursu primogenituræ, ejusque filiorum natorum ex secundogenito quatuor familiarum unice ab institutoribus contemplatorum, sunt perpetuo exclusæ, nilque aliud præter dotem scut. 250. mill. prætendere possunt; ita ut in casu, quo primogenita nupta in eis, filios non suscepisset, vocatus fuit ad successionem secundogenitus ex prænominatis quatuor familiis ei in gradu proximior.

Semperque recurreret responsio turbiditatem, altioremque indaginem oriri a replicatione rei, cui non sufficit allegare agentem judicio retinendæ, renunciasse juri suo, & ex tali renunciatione jus successionis fuisse ei quæsitum, sed in judicio ordinario obtinere debet rem judicatam, per quam canonizatur ipsius prætensio, & interim renuncians est manutenendus, Menoch. *dict. remed.* 3. *n.* 702. *vers. & hoc in casu*, *& n.* 703.

Decreta manutentione ad favorem Dominæ Liviæ parum insistendum esset super exclusione manutentionis prætensæ a Domina Cleria: quia in hoc casu sola inclusio unius est exclusio alterius juxta leges primogenituræ, & nullus affertur titulus, seu justa causa, quibus prætensa manutentio innitatur.

Non enim eidem suffragari potuit Chirographum clariss. mem. Ducis Philippi, in quo deputata fuit sub die 1. Februarii 1685. administratrix omnium, & singulorum bonorum ejusdem Ducis cum amplissimis facultatibus gerendi ea omnia, quæ ipsamet Dux facere poterat; ideoque
13 cum in hujusmodi executione plures actus possessorios exercuerit, nedum vigore talis insistentiæ, seu custodiæ bonorum; verum etiam ob interesse redditionis rationis, quod in vim administrationis habere poterat, dicatur possidere tam in vita, quam post mortem mandantis, & vigore talis possessionis manutentio debeatur. Nam hujusmodi objecto plures, & solidissimæ occurrunt responsiones, quarum unaquæque de per se sufficeret.

Primo enim occurrit litera Constitutionis Gregorii XV. quæ nedum tribuit continuationem possessionis de primogenito in primogenitum statim, & absque alia apprehensione; verum etiam annullat, irritat omnem actum contrarium, omnemque possessionem ab alio captam, quam a primogenito, mediante clausula *sublata*, & decreto *irritanti*; Quinimo expresse cavit, ne possessio primogeniti perturbari possit per administratores, & alios quoscunque; Unde evidenter infertur, quod quæcunque possessio etiamsi vera, & realis per alium acquisita uti contraria præfatæ legi, non est manutenibilis, nec apta impedire effectum continuationis possessionis in habentes requisitam qualitatem, ideoque talis possessio administratoris nomine prætensa a D. Cleria in nihilo efficere potest dignoscendo hunc casum ab aliis, firmat Decius *cons. sub n.* 15. *vers. Nec obstat*, *quod continuatio*, Parisius *cons.* 41. *sub n.* 7. *& seqq. lib.* 1. Pacificus de Salvian. *interdicto inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 358. & Redenas. *cons.* 4. *per tot. & signanter sub n.* 11.

Secundo affertur amplissima avocatio possessionis bonorum primogenituræ per Sanctissimum Dominum Nostrum sub die 27. Novembris 1681. facta cum clausula *ex nunc pro tunc* irritando, ac annullando ulterius omnes, & quoscunque ex post a quibuscunque gestos, ac gerendos, ut latius præferunt verba ipsiusmet avocationis superius inserta; ex 14
quibus indubitatum redditur, quod talis possessio dicitur attentata, ideoque nullatenus manutenibilis, quamvis avocatio facta fuerit cum clausula *sine præjudicio jurium interessatorum*, quia intelligi debet de juribus interessatorum in possessione bonorum primogenituræ per Sanctitatem suam avocata, non autem de præjudicio possessionis naturalis, seu civilis acquisitæ post avocationem ex novo facto, seu actu prohibitivo usque de anno 1681. cum illius irritatione, perinde ac si secutus non fuisset, tanquam possessione jam plena, & existente penes Sanctitatem suam, Rota in Romana primogenituræ de Aldobrandinis 10. Decembr. 1683. §. *cum etiam*, *& 6. Aprilis* 1685. §. *sed omnia*, cor. bo. Paulutio.

Tertio resistit & quidem nimis aperte hujusmodi actui res judicata hujus Sacri Tribunalis, qua, præviis decisionibus coram me, & coram bon. mem. R. P. D. Paulutio editis, retractatur fuit consimilis actus translationis possessionis per Ducem Philippum gestus, ne interverteretur continuatio possessionis, ut supra expositum fuit; Unde nimis absonum videretur, quod eidem Duci licuisset Judicis, ac Tribunalis majestatem eludere, præventive transferendo possessionem per actum, & modum alias damnatum.

Quarto detegitur in præsenti casu inapplicabilis regula; quod administrator detineatur in sua possessione donec de 15
administratis ratio reddatur; quia procedit, quoties administrator verisimiliter creditor esse possit, eidemque vigore ejus crediti competat retentio; secus vero quando ob brevissimam administrationem paucorum dierum, quæ a die administrationis usque ad diem obitus ipsius mandantis intercesserint, prout in præsenti, quo secuta fuit Constitutio administrationis sub die 1. Februarii, & obitus Ducis sub die 9. ejusdem mensis, nullum constitui possit creditum, imo potius debitum, ut explicando decisionem Fontanellæ 544. & 545. ex adverso allegatam distinguunt, & probant Posth. *observ.* 52. *n.* 2. & Card. de Luca *de tutor. & curat. disc.* 6. *a n.* 15. *usque ad* 26. *& signanter sub n.* 20. *& seq.*

Quinto in præsenti obstat, quod mutata fuerit causa possidendi, prævia explicita animi declaratione, illiusque vigore capta fuerit actualis possessio, quia licet mutatio causæ possidendi ex novo titulo sufficiens sit ad acquirendam novam possessionem manutenibilem ex jure anterioris posses- 16
sionis; attamen est indubitatum, quod non potest prætendi manutentio in priori possessione animo, & facto dimissa, ad textum expressum in *l. qui bona* 19. §. 1. *ff. de acqu. possess.* & ibi Alexand. *n.* 1. Rota *dec.* 365. *n* 8. *& seq. p.* 10. *rec.*

Sexto in idem influit mutatio Gubernatorum, & aliorum ministrorum in locum deputatorum a Dom. Cleria per R. P. D. Auditorum Sanctissimi facta in executionem illius Chirographi irritanti omnia, & quæcunque gesta etiam ante avocationis intimationem; Exinde enim magis, magisque arguitur, quod de prætensa administratione nulla prorsus habenda sit ratio, & magis enixus animus Sum. Pontif. de illa irritanda, & annullanda tanquam attentata, perinde ac si non fuisset gesta, tanquam a speciali jure reprobata, *l. non dubium C. de legib.* Rota cor. Cocc. *dec.* 2000. *sub n.* 23.

Prout quoque in præsenti frustra adducebatur pro manutentione possessio acquisita ex mutatione causæ possidendi ex novo titulo hæreditario post mortem Ducis Philippi in Dominam Cleriam pervento; Tum quia deficit mutationis subjectum, cum in eadem nulla adesset, nec adesse posset præcedens possessio uti a duabus Pontificiis legibus sublata; Tum quia speciale est in jure quod ubi occurrit lex continuans ipso jure possessionem in habentem certam qualitatem sine ulla apprehensione dari non potest in alia persona prædicta mutatio causæ possidendi ad subvertendam præfatam continuationem, quæ uti proveniens beneficio solius legis, citius operatur, quam mutatio præcedens ex facto hominis, ut in specie firmavit Amatus *resol.* 39. *n.* 5. Con-
trius *discept.* 37. *sub n.* 2. *et seq. to.* 1. cum aliis cumulatis per 17
Bond. *collect.* 43. Rota *penes* Posthum. *de manut. dec.* 335. *n.* 9. *et* 10. *et* 13. coram Caval. *dec.* 429. *n.* 2. *et in rec. dec.* 150. *n.* 6. *et* 182. *n.* 3. *p.* 7.

Nullius tandem obicis reddebatur, quod avocatio possessionis per Sanctissimum facta non valuerit præjudicare D. Cleriæ prout ex declaratione ejusdem Sanctissimi nuper habita, mediante rescripto R. P. D. Auditoris ibi: *E sua Santità*

non

non hà inteso di pregiudicare, nè all' una, nè altra Parte, quanto al possesso, che giustamente, e validamente potesse ciascheduna di loro pretendere, e mi hà ordinato, che significhi alla medema Rota etc. Che si proceda in tutto prout de Jure, servato il tenore dell' avocatione fatta da Sua Santità solamente per evitare li scandali, et inconvenienti, che sarebbero potuti succedere. Quia talis declaratio fovet Dominæ Liviæ, cui Jure assistit legitima possessio in Apostolicis literis Gregorii XV. decreta, & nullatenus suffragari potest D. Cleriæ, quæ nullam habet possessionem justam, & legitimam in bonis primogeniturae ex supra probatis, nec dicta expressio causæ evitandi scandala infringit alteram, & potiorem causam in avocatione habitam restituendi possessionem bonorum primogeniturae, cui de Jure, quod interpretationem recipit ad favorem primogeniti, & novi Ducis Cesarini, ut ex quibuslibet actibus tam in hujusmodi avocatione, quam in relaxatione bonorum hæreditariorum Ducis Philippi eidem Dominæ Cleriæ facta, nec non in Chirographo firmatorio ejusdem avocationis expressum legitur, ut in expositione facti superius recensiti animadversum fuit.

Et multo minus, quod avocatio possessionis facta fuerit duntaxat per horam ante obitum Ducis; quia respectu Ducis, qui erat in actuali possessione, facta quidem fuit per horam ante ejus obitum; At respectu tertii, & præsertim illius hæredis, facta fuit usque de anno 1681. cum clausula *Ex nunc pro tunc*, & cum prohibitione in specie, quod nullus posset acquirere possessionem, nec in ea immisceri tam ex
18 testamento, quam vigore cujusvis Clausulæ Constituti, Precarii, translationis, possessionis, sive cujuscunque alterius ãplissimæ facultatis, addita irritatione actus perinde, ac si non fuisset secutus, & tanquam in possessione jam plena, & existente penes Sanctissimum, non obstante quacunq; avocationis ignorantia, & bona fide, vel excusatione, quamvis Juridica, & speciali nota digna; Princeps enim quoad effectum Juris efficere potest, quod possessio capta habeatur pro non capta, Rota *d. dec.* 230. *n.* 5. *p.* 10. *rec.*

Hisque stantibus omnino vanum, & inapplicabile visum fuit, quod possessio sit sumenda de manu hæredis; quia quoties primogenito competit beneficium continuationis possessionis, dicitur, quod defunctus ante mortem videtur
19 tradere possessionem successori, & ipse successor accipere videtur de manu hæredis, Aretin. *in leg.* 1. *n.* 23. *ff. de acquir. possess.* Gomez *ad l.* 45. *Tauri n.* 110. *vers. dicit*, quod consuetudo, & ultra quod agitur in ulteriori vocata, & possessio petitur a Judice, Posth. *de manut. observ.* 47. *numer.* 10. *vers. observandum quoque*.

Constito igitur, quod manutentio debeatur D. Liviæ, in necessarium sequitur, quod & eidem sit relaxanda possessio; Tum quia Sanctissimus expresse professus fuerit velle relaxare possessionem, cui de Jure. Ideoque cum ipsa meliori Jure potiatur, eidemque pariter possessio relaxanda venit; Tum etiam quia effectus manutentionis ad ipsam præsefert.

Cætera per informantes pro Domina Cleria adducta, vel non indigent responsione, vel ex prædictis sublata remanēt.

Et ita causa ter proposita, & in præsenti propositione ab omnibus Dominis visa, responsum fuit, utraque.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana Primogeniturae de Cæsarinis.

Lun. 13. *Januar.* 1689.

A R G U M E N T U M.

Diluuntur objecta contra præcedentem decisionem, & illa confirmatur.

S U M M A R I U M.

1 *REstrictionem concessionum quarundam bonorum, si sequatur immediata universalis repetitio omnium, illa non potest restringi ad unicam speciem.*

2 *Ad hoc ut primogenitura purificetur ad alicujus favorem, sufficit, quod de tempore aperta successionis reperiatur habilis ad succedendum, etc. nullatenus attenta incapacitate præcedenti.*

3 *Ingressus in simplex Conservatorium Oblatarum, quæ non emittunt tria vota, non excludit a successione.*

4 *Renunciatio facta occasione ingressus in Conservatorium remanet resoluta per egressum perinde ac si nunquam emanasset.*

D E C I S I O CVIII.

COntra decisionem editam cor. bon. me. Albergato sub die 17. Junii proxime præteriti, in qua latiori calamo firmatum fuit, dandam esse manutentionem, & pro effectu manutentionis, relaxandam esse D. Liviæ possessionem omnium bonorum subjectorum primogeniturę nobilissimæ, & antiquissimæ familiæ de Cæsarinis; Defensores D. Clariæ in hodierna repropositione causæ coram me, in illius locum subrogato, tria acriter opponebant.

Primum nempe, quod Breve san. me. Greg. XV. confirmatorium hujus primogeniturae det solum continuationem possessionis de primogenito in primogenitum in bonis feudalibus, & emphyteuticis, quæ fuit de directo dominio Cameræ Apostolicæ, vel aliarum Ecclesiarum, prout deducebant ex litera ipsius Brevis ibi. *Mandantes in virtute S. Obedientiæ pro tempore existenti Camerario, & Thesaurario Romanæ Ecclesiæ, nec non aliarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, & locorum, sub quorum directo dominio, & proprietate Castra, Villa, Terra, & alia bona hujusmodi, seu eorum aliqua, consistunt, Præsulibus, Prælatis, Administratoribus, Abbatibus, Superioribus, Capitulis, Conventibus, & personis quatenus institutionem, & ordinationem primogenituræ hujusmodi, aliaque præmissa, & singula in Instrumento, et scripturis prædictis contenta, et rata, et grata habeant, admittant, et observent, literasque patentes, seu investituras, et renovationes, scripturas, et alia documenta, ad id necessaria, et opportuna, ubi, et quandocunque pro parte* Joannis Georgii *Ducis, et pro tempore existentium primogenitorum prædictorum fuerint, ut supra requisiti, a quibus licentiam quandocunque illa, seu illas petendi absque aliquo pœnarum incursu impartimur, concedant, et expediant, seu expediri curent: Ac decernentes possessionem, seu quasi dd. Castrorum, Terrarum, Villarum, aliorumque quorumcunque bonorum, et Jurium prædictorum omnium, et singulorum supradictorum de primogenito in primogenitum etiam absque alia illius apprehensione continuatam ipso Jure censeri.*

Secundum, quod D. Livia, ut juvari valeat beneficio continuationis in eodem Brevi concesso, prius ostendere debeat se esse primogenitam habilem ad succedendum ad normam primogeniturae, alioquin non possit obtinere manutentionem, ad tradita per Laderch. *cons.* 97. *n.* 10. Pignat. ad Statut. Ferrar. *rub.* 82. *n.* 15. *vers. rursus distinguitur p.* 1. Amat. *res.* 30. *n.* 17. *et* 28. *et n.* 126. *et* 127. *vers. dico igitur*, Molin. *de primog. Hispan. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 9. *et seq.* Alter. Molin. *de Jur. tom.* 3. *disp.* 637. *n. ex pluribus seq.* Præsertim quando, ut in præsenti, concurrit alius legitimus contradictor, qualis est D. Cleria secundogenita, Grat. *disc.* 732. *n.* 45. *et seq.* cum aliis allegatis per Bonden. *collect.* 47. *n.* 35. *vers. cum hac tamen adversione to.* 1. *et collect.* 2. *n.* 14. *tom.* 2. Rot. *dec.* 513. *in fin. p.* 1. *dec.* 263. *sub n.* 5. *p.* 2. *et dec.* 523. *in fin. p.* 3. *rec.*

Et tertium, quod ipsi obstet solemnis amplissima renunciatio per eam facta occasione ingressus in Conservatorium Septem Dolorum favore Patris, & omnium, ac singulorum vocatorum in primogenitura, etiamsi essent feminę, & succedant in deficientiam lineæ masculinæ, qua stante, cum ipsa de tempore successionis non reperiretur habilis ad succedendum, inferebant illi non posse suffragari Breve continuativum possessionis, ex traditis per Guilielm. de Bened. *in cap. Raynutius verbo mortuo itaque Testatore il* 2. *n.* 72. *circa med. vers. et talis consuetudo etc.* & inferius *vers. et idem est in filia, quæ renunciavit bonis paternis*, Camer. *respons.* 1. *n.* 6. Mier. *de Major. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 3. *num.* 2. *in fin.* Guttier. *pract. q. lib.* 5. *q.* 71. *n.* 14. *secundum impres.* Francfurti anno 1607. & secundum ultimam Lugdunens. anno 1661. *q.* 32. *n.* 14. *lib.* 5. Nogueroll. *alleg.* 31. *n.* 71. Olea *dec. Jur. t.* 3. *q.* 4. *n.* 8. Castill. *controv. Jur. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 113.

Verum istis minime obstantibus, Domini censuerunt standum esse in decisis: Primum siquidem objectum removetur ex lectura ipsius Brevis, in quo san. mem. Greg. XV. expressis singulis bonorum speciebus, pro potiori, & securiori adimplemento primogeniturae in Castris, Villis, Casalibus, Prædiis, Tenuris, Domibus, Lacubus, Hortis, Horreis, Apothecis, Rebus, Jurisdictionibus, ac aliis sub ea comprehensis, illam de novo in omnibus, & per omnia instituit, approbat, & confirmat ad tenorem Ordinationis factæ ab illius institutoribus, & successive possessionem, *seu quasi dictorum Castrorum, Terrarum, Villarum, aliorumque quorumcunque bonorum, et Jurium prædictorum omnium, et singulorum supradictorum de primogenito in primogenitum, etiamsi absque alia illius apprehensione continuatam ipso jure censeri decernit.*

Et licet in verbis intermediis pro majori ejusdem primogeniturae cautela restringenda concessiones, & Investituras bonorum feudalium, & emphyteuticorum quatenus in eis comprehensæ etiam essent aliæ personæ ad terminos, & limites primogeniturae, quandiu illa duraverit, mandando pro 1

tempore existenti Camerario, & Thesaurario S.R.E. necnon
aliarum Ecclesiarum Præsulibus, quod omnia, & singula
contenta in primogenitura grata, & rata habeant, ac invio-
labiliter observari faciant; Nihilominus subsequens imme-
diata universalis repetitio omnium, & singulorum supradi-
ctorum bonorum non potest sine violentia verborum, ac
mentis, & intentionis tam Papæ concedentis, quam fra-
trum supplicantium restringi ad sola feudalia, & emphyteu-
tica, sed pernecesse importat, & includit omnia superius ex-
pressa tam allodialia, quam feudalia, & emphyteutica, ex
firmatis per Rotam cor. Emin. Card. Cerro *dec. 616. n. 5. &
plur. seqq. & d. 641. n. 3. & seqq. & in rec. d. 811. n. 1. p. 18.*

Non obstat, quod dictiones relativæ regulariter soleant
generalitatem restringere ad immediate antecedenter expres-
sa, ad tradita per Surd. *cons. 5. n. 25. & 26.* Grat. *disc. 739.
n. 11. & seq.* Rota *dec. 326. n. 4. p. 16. & dec. 20. n. 8. p.
17. rec.* Quia prægnantia verborum, & necessitas, seu con-
gruentia intermediæ dispositionis circa sola feudalia, & em-
phyteutica pro majori cautela, & corroboratione primoge-
nituræ, quoad ista, quorum concessiones, & investituræ
sine authoritate Pontificia alterari non poterant, non ad-
mittunt restrictionem relationis ad sola feudalia, & emphy-
teutica, ex traditis per Bald. *cons. 357. in princ. lib. 4.* & fir-
mat per Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec. 853. n. 3. & decis. 857.
n. 4. & in rec. 514. n. 5. p. 4. tom. 3.*

Eoque minus concurrente non solum identitate, sed ma-
joritate rationis, quia si Papa in feudalibus, in quibus regu-
lariter propter particulare interesse Cameræ Apostolicæ Do-
minæ directæ non intrat Statutum continuativum possessio-
nis, ut tradunt Grat. *discept. 732. n. 66. & 77.* Cyriac. *contr.
12. a n. 59. & seqq.* Maresc. *var. res. lib. 2. c. 116. n. 6.* Posth. *de
manut. observ. 55. n. 64. & 65.* cumularis per Bonden. *col-
lect. legal. collect. 1. n. 34. vol. 2.* Rota cor. Coccin. *dec. 448.
n. 5. 6. et in rec. dec. 892. n. 3. p. 3.* Voluit illam continuari
de primogenito in primogenitum. Fortius censeri debet hoc
etiam voluisse indulgere respectu allodialium, in quibus ne-
mini irrogabatur præjudicium, & quorum natura minus
resistebat continuationi possessionis, quam feudalium, ut
in simili arguit Rota cor. Dunoz. Jun. *d. dec. 857. n. 5.*

Secundum vero tollitur ex facto. Quia ex fide Baptisma-
tis, & matrimonii in actis exhibita liquet, D. Liviam
esse hodie primo natam, & nuptam in una ex quatuor fa-
miliis in primogenitura designatis, & hoc est notorium,
atque incontrovertibile.

Nec obstat replicatio, quod licet ipsa sit primogenita na-
turalis, nihilominus non probet se esse talem civiliter, ni-
mirum habilem ad succedendum; Quinimo contrarium ap-
pareat ex eo, quod anno ætatis suæ 25. non solum non de-
claravit se velle nubere juxta legem primogenituræ ibi: *Et
amplius ne diu stet in suspenso, et incerto successio in dicta
primogenitura, et majoratu, iidem DD. fratres unanimi-
ter disposuerunt, et mandarunt singuli primogeniti ad suc-
cessionem vocati*, ii scilicet cui d. successio pro tempore ape-
rietur, cum primum pervenerit ad 25. ejus ætatis annum
declarare, seu declarasse debeat, an velit sacris initiari, &
in cœlibatu vivere, seu potius uxorem ducere, & si elegerit
uxorem, illam cum effectu ducere teneatur intra 30. annum
completum, alias cadat a commodo primogenituræ, & il-
la aperiatur, & devolvatur alteri &c. Sed ulterius emiserit
in Conservatorio Septem Dolorem solemnem oblationem
ipsius, adeoque verbis, & facto declaraverit contrarium
animum non nubendi; Quia objectum forsan procedere
posset, quando tunc venisset casus purificationis substitu-
tionis ad favorem D. Liviæ, de quo præcise loquitur lex pri-
mogenituræ; secus vero in præsenti, in quo purificatio ad
illius favorem evenit postquam Sacra Congregatio decla-
rando illud non esse regulare, censuit non fuisse astrictum
ad continentiam, ipsaque matrimonium contraxerat, &
filios susceperat; hoc enim casu sufficit, quod de tempore
apertæ successionis reperiretur habilis ad succedendum, ha-
beretque qualitates a Testatore designatas, nullatenus at-
tenta incapacitate præcedenti, ut consuluit Frideric. de
Sen. *cons. 26. n. 2. et per tot.* ubi inquit, *quod si quis delatæ
successionis reperiatur Monachus in Monasterio incapaci, non
potest in hæreditate succedere, etiamsi ex post facto ad Mo-
nasterium incapax transferatur; secus autem, si de tempore
delatæ successionis jam ad Monasterium capax inveniatur,
de incapacitate præcedenti curandum non est etc.* quem sequi-
tur Molin. *de primog. lib. 3. capit. 2. num. 16. et 17.* Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 103. Castill. *controv. jur. lib.
3. cap. 5. n. 3.* Mierez. *de major. p. 1. q. 2. sub n. 53. vers. ex
quo infertur, et n. seq. et p. 2. q. 3. n. 143.* Minusque obla-
tione, & promissione perpetuæ stabilitatis emissa juxta con-
suetudinem ante memorati Conservatorii; Quia cum Sac.
Congregatio Concilii Tridentini declaraverit, illud non es-
se Monasterium Regulare, sed simplex Conservatorium Ob- 3
latarum, quæ non emittunt tria vota solemnia, & signan-
ter Castitatis, prout ipsa noluit emittere, ad tradita per Na-
varram *cons. 6. n. 9. cum seqq. de stat. Monachorum*, Tamb.
de jur. Abbatiss. disp. 7. q. 5. per tot. sequitur, quod tam ob-
latio, quam promissio perpetuæ stabilitatis in loco non Re-
gulari, sed ex suo primævo Instituto variabili, non solum
non reddant invalidum egressum, & matrimonium subinde
contractum cum licentia Ordinarii in faciem Ecclesiæ, ut
notat Diana *res. mor. p. 8 tr. 7. res. 88.* sed nec minus exclu-
dant a successione, a quo tam ad sensum constituentium pri-
mogenituram, quam juxta dispositionem Juris, excludun-
tur solum professi in Religione, quæ requirit perpetuum
cœlibatum, non etiam eligentes statum cœlibem, varia-
bilem, & permittentem transitum ad matrimonium, quan-
do jam de tempore apertæ successionis dimisso statu cœlibi
reperiuntur habiles ad succedendum, ut in simili de Clerico
beneficiato in minoribus constituto, qui licet regulariter sit
exclusus a successione feudi; nihilominus si re integra, &
antequam per mortem ultimi Possessoris eveniat casus succe-
dendi, Clericatum, & beneficium dimittat, succedere
possit in feudo, tradunt Camill. Med. *cons. 2. num. 74. cum
plurib. seqq.* Grass. *de effect. Cler. effect. 4. n. 86.* Barry *de suc-
ces. lib. 18. t. 6. sub n. 5. vers. addit. ibi* Rossent. *de feud. c. 7.
concl. 30. numer. 1. et seqq.* Donat. Anton. de Marin. *res. lib.
1. c. 120. n. 15.* & ibi Rodoer. in addit. *n. 17. et* 18. de Ponte
dec. 4 n. 4. et seqq. Revert. *dec. 95. num. 2.* Capyc. *dec. 115.
n.... et seqq.* & in terminis primogenituræ Rota cor. Emin.
Card. Cerro *dec. 344. n. 17. et* 18. Et præcise in causa hujus
primogenituræ comprobavit exemplum claræ memoriæ Du-
cis Philippi ultimo defuncti, qui de tempore illius purifi-
cationis ad sui favorem reperiebatur in statu cœlibi Cle-
ricali, & Prælatitio Curiæ.

Tertium vero nec etiam relevat. Quia renunciatio tan-
quam facta occasione ingressus in Conservatorium, non
voluntarie, & indifferenter, sed coacte in vim præcepti pri-
mogenituræ expresse præcipientis, illam fieri a feminis nu-
bentibus tam in Sæculo, quam in Domino; & quatenus 4
non fiat, haberi pro facta, remansit resoluta per egressum,
perinde ac si illa nunquam emanasset, ut præter allegatos in
præcedenti decedenti decisione, §. *Ideoque tradunt in termi-
nis Religiosi emittentis vota simplicia absque professione sole-
mni, et immutabili*, Sanch. *ad præcept. decal. lib. 7. cap. 1.
n. 107. et seqq.* Cutel. *de donat. tr. 1. disc. 2. p. 4. n. 24. fol. 62.*
de Marin. *quotid. res. l. 2. res. 19. n. 16. et seqq.* cum aliis alle-
gatis per Tor. *de pact. futur. succes. lib. 2. cap. 25. n. 202. et
205.* & per Josephum de Rosa *consult. 8. n. 8. 9. tom. 2.* Ac
proinde non valet impedire beneficium continuationis pos-
sessionis in confirmatione Apostolica concessum, ut tradit
Camerat. *respons. 5. n. 14.* & Thomat. *dec. 35. n. 49.* Quic-
quid dici posset, quando renuncians de tempore delatæ suc-
cessionis adhuc extitisset in Monasterio, in quibus terminis
loquitur Camerat. *resp. 21. in contrarium allegat.*

Eoque magis, quia ultra dispositionem Juris, concurrit
etiam mens, & voluntas Institutorum primogenituræ, & 5
Papæ ad illorum supplicationem eam in omnibus, & per
omnia confirmantis, & concedentis continuationem pos-
sessionis de primogenito in primogenitum, dum in defe-
ctum lineæ masculinæ voluerunt succedere etiam primoge-
nitam viduam volentem nubere cum uno ex quatuor fa-
miliis, & in ea continuari possessionem bonorum, non
obstante renunciatione, quæ ab ipsa fuisset realiter facta,
vel ex fictione hominis juxta præceptum primogenituræ
haberetur pro facta.

Nec quidquam refert, quod in renunciatione fuerint et-
iam expressæ aliæ causæ, ultra futurum ingressum in Con-
servatorium, cum declaratione, *quod quilibet sit ex se æqua-
lis potens sufficiens principalis efficax, et finalis.* Quia in
principio proœmii Instrumenti solum exprimitur præce-
ptum renunciandi injunctum ab institutoribus primogeni- 6
turæ feminis nubentibus in Sæculo, vel Domino, & fu-
turus ingressu in Conservatorium; Et licet in progressu in-
strumenti enuncientur etiam aliæ; nihilominus, quia ex-
pressio ingressus semper fit cum aliqua speciali nota, & di-
ctione, ..., Rota *decis. 109. num. 13. et 14. part. 12. rec.*
Et quod plus est in citatione facta proximioribus consan-
guineis ad interessendum renunciationi, fuit expressa unica
causa ingressus, & futuræ professionis, ista haberi debet
pro causa finali, aliæ vero pro impulsivis, ut in specie tra-
dunt

dum Altograd. *conf.* 36. *n.* 14. *libr.* 2. Mell. in addit. ad Castill. *alim. cap.* 36. §. 9. *n.* 32. *& seqq.* Bottiglier. *de success. theorem.* 63. *sub n.* 28. & dixit Rota coram Danoz. Jun. *dec.* 666. *n.* 31. coram Bich. *dec.* 586. *n.* 13. coram Merlin. *decis.* 126. *n.* 62. *cum seqq. in rec. dec.* 587. *n.* 4. *& seqq. p.* 1. *dec.* 109. *n.* 1. *& 2. p.* 5. *& dec.* 56. *n.* 5. *p.* 17. pro incertis potius ex stylo Notarii ad colorandam renunciationem, quam ex voluntate Partium, ad firmata per Rotam in Romana hæreditatis de Scarinciis 20. Martii 1684. §. *Nonsolum, & sequ.* cor. R. P. D. meo Hervault, & 23. Martii 1685. §. *Parum relevante*, §. *Siquidem*, cor. R. P. D. meo Rondinino, & in alia Romana hæreditatis de Lanuviis 18. Junii 1685. §. *Verum ulterius*, coram eodem.

Prout nec pariter facit, quod renuncians usa fuerit etiam verbo *donationis*, & promisarit, renunciationem esse realem, & perpetuam etiam in casu deficientiæ lineæ masculinæ. Quia terminus donationis appositus in similibus renunciationibus non alterat illarum naturam, cum censeatur adhibitus pro majori expressione, & adimplemento rerum renunciatarum, ut dixit Rot. *dec.* 23. *n.* 13. *& seqq. p.* 17. *rec.* & promissio realis, & perpetuæ renunciationis, seu donationis etiam in casu deficientiæ lineæ masculinæ, intelligitur firmo manente proposito permanendi in Religio-
7 ne, adeout si renuncians subinde egrediatur re integra, & ante apertam successionem, recuperet omnia bona renunciata, vel donata, Soccin. Sen. *conf.* 183. *n.* 3. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 96. *n.* 22. 34. *&* 35. *& discept.* 971. *n.* 1. Bottiglier. *de success. theorem.* 63. *n.* 23. Ciroch. *discept.* 74. *n.* 12. Rota *dec.* 586. *n.* 4. *& seqq. p.* 5. *rec.*

Demum nil juvat, quod exceptio renunciationis resultet ex publico Instrumento claro, ac liquido; replicatio vero resultabilitatis requirat alteriorem indaginem, ideoque discuti non debeat in hoc Judicio possessorio, in quo fuit suspensa cognitio petitorii, sed sit rejicienda ad petitorium, & interim non attendenda, donec per tres sententias conformes fuerit canonizata. Quia resolubilitas renunciationis provenit ex ventre ipsius Instrumenti, quod habet in se tacitam conditionem, quatenus renuncians in Religione permanserit, ac propterea sicuti exceptio renunciationis ex illo probata in hoc Judicio obstat agenti, ita etiam replicatio resolubilitatis, Argel. *de acqu. possess. q.* 2. *art.* 7. *n.* 236. *cum seqq.* Rot. post Paciss. de Salvian. *dec.* 83. *sub num.* 13. *vers. quia sunt de intentione rei, & in rec. dec.* 74. *n.* 25. *par.* 10. Quicquid esset, quando replicatio deduceretur ex probationibus extrinsecis, vel esset in Jure dubia; Tum etiam quia non subsistit, quod ea requirat altiorem, dum de tempore apertæ successionis resolubilitas renunciationis fuerat canonizata per sententiam A. C. quia Dux Philippus ultimo defunctus fuit condemnatus solvere D. Liviæ scuta 25. mill. pro dote, ad quam non tenebatur, nisi præsupposita resolubilitate renunciationis.

Non suffragante replicatione, quod ab ista Sententia fuerit interposita appellatio; Quia illa fuit admissa in devolutivo tantum, & Sententia fuit executioni demandata per actualem solutionem scut. 25. mill. Et in omnem casum, quatenus etiam citra veri præjudicium obstare posset hujusmodi exceptio, illa tamen tanquam de Jure tertii non esset allegabilis a Domina Cleria, ad cujus favorem non fuit specifice facta renunciatio, sed generaliter ad formam, & juxta præceptum primogenituræ, ad favorem omnium vocatorum, inter quos non est comprehensa D. Cleria nupta extra quatuor familias in primogenitura nominatas, sed duntaxat filius prius primogenitus D. Liviæ, qui utpote succedens Jure propriæ vocationis, non remanet exclusus per renunciationem matris, Tiraquell. *de jur. primog. q.* 40. *num.* 187. Mierez. *de majorat. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 2. *n.* 43. Olea *de cess. jur. t.* 3. *q.* 4. *n.* 31. *& seqq.* Guttierez *pract. qu. lib.* 5. *qu.* 71. *n.* 13. Rot. *dec.* 26. *n.* 16. *&* 17. *p.* 8. *rec. & dec.* 265. *num.* 15. *& seqq. p.* 13. *rec.* Non obstante quod de tempore renunciationis matris non existeret, adeoque jus in spe succedendi post obitum ultimi possessoris dicatur quæsitum ipsi D. Cleriæ adhuc innuptæ. Quia ultra quod tunc aderant aliæ feminæ natu majores, quæ D. Cleria poterant excludere, ei non fuit quæsitum aliquod jus certum, & irrevocabile, sed incertum, & eventuale, quod evanuit per nuptias ab ea contractas extra quatuor familias, & per nativitatem filiorum D. Liviæ, qui licet nati post renunciationem matris, adhuc non sunt exclusi a Jure propriæ vocationis, ut dixit Rota cor. Rembolo *dec.* 438. *n.* 1. *vers. nec obstat & n.* 3. *& dec.* 459. *n.* 3.

Ex quibus, & aliis in præcedenti Decisione latius deductis, resolutum fuit standum esse in decisis.

Utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis;

Sabbati 23. Januarii 1694. Rota Martiniana.

ARGUMENTUM.

In eademmet causa, in qua scripsit Card. de Luca *de Fideic. disc.* 224. firmatur, quod primogenitus, qui ante apertam successionem professionem emittit in loco non regulari, non amittit Jus successionis favore secundogeniti, si de tempore apertæ successionis requisita habeat ad successionem, cum habilitas ad hunc effectum de eo tantum tempore attendatur.

SUMMARIUM.

1 *Primogenitura debetur ei, in quo concurrunt qualitates volitæ a Testatore.*
2 *Ex quibus excludatur animus permanendi in perpetuo cælibatu.*
3 *Monasterium S. Mariæ septem Dolorum Urbis non est Regulare.*
4 *Promissio perpetuæ stabilitatis in loco non Regulari non reddit inhabilem ad contrahendas nuptias.*
5 *Primogenitus semel admissus semper remanet legitimus primogenituræ possessor, licet denuo aliquid emergat, quod si emersisset ante delatam successionem eum a successione exclusisset.*
6 *Primogeniti senes seu inhabiles ad generandum effecti non possunt a proxime vocato primogenituris privari.*
7 *Habilitas ad succedendum tantummodo spectatur de tempore apertæ successionis, eaque si adsit congrua reputatur ad effectum succedendi, licet medio tempore adfuisset inhabilitas, & n.* 9.
8 *Clericus beneficiatus in Minoribus constitutus licet excludatur a successione feudi, attamen, si ante casum successionis clericatum, ac beneficium dimittat, capax redditur succedendi etiam in feudo.*
10 *Dictio (dummodo) importat specialem modificationem.*
11 *Dictio (tunc) restringit dispositionem.*
12 *Primogenitus ille solum dicitur, qui talis reperitur tempore delatæ successionis.*
13 *Qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus ipsius verbi.*
Declaratio facienda certo tempore ante tempus fieri non debet.
14 *Qualitas, si non verificetur præceptum, non obligat.*
15 *Privatio supponit habitum.*
16 *Dictio (scilicet) declarat, & restringit superius dicta ad particulariter expressa.*
17 *Statutum excludens feminam maritatam non comprehendit viduam, quæ de tempore dilatæ successionis denuo potest matrimonium contrahere.*
18 *Observantia, quæ oritur ex facto Authoris, non potest per hæredem impugnari.*
19 *Quando in primogenituris non dicatur habita in consideratione incapacitas medii temporis, sed tantum illa de tempore apertæ successionis.*
20 *Jus primogenituræ non defertur ad eum, qui de tempore apertæ successionis non habet qualitates volitas a Testatore.*
21 *Probatio desumpta ex propria confessione superat omne genus probationis.*

DECISIO CIX.

Absoluto summariissimo possessorio, in quo Excellentissima Domina Ducissa Livia Cæsarina ad exclusionem Excellentissimæ Dominæ Cleriæ Principissæ Somneni victoriæ aleam assecuta fuit, reportando præviis duabus decisionibus editis sub diebus 17. Junii 1686. coram bon. mem. Albergato, & 13. Januarii 1687. coram Reverendissimo Domino meo Decano, mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi omnium bonorum, & jurium primogenituræ nobilissimæ, & antiquissimæ Familiæ Cæsarinæ, illudque authorizante Signatura Justitiæ cum rescripto *Sine præjudicio*, fuerit postmodum executioni demandatum, aggressum est judicii petitorii, & bonis juris examen, super quo, ut moris est, dato congruo dubio, *An, & de cujus bono jure constet*, seduloque, ut gravitas Causæ expostulabat, libratis rationibus hinc inde lato calamo deductis

M 2 DD. con.

DD. constare de bono jure supramemoratæ Dominæ Ducissæ Liviæ visum est.

Stetit decidendi ratio in eo, quod illa fundatam habet intentionem in clara lege primogenituræ Cęsarinæ, ubi ejus Institutores deficientibus omnibus eorum posteris masculis tam legitimis, & naturalibus, quam illegitimis, succedere voluerunt feminam primogenitam, legitimam, & naturalem ultimo masculo proximiorem, omnesque dictæ feminæ filios, & descendentes ordine primogenituræ, dummodo tamen tunc nupta reperiretur, & quatenus non esset nupta, nuberet alicui secundo, vel ulterius genito ex quatuor familiis consanguineis, nempe Ursina, Cajetana, Sfortia, & Cæsia, ut liquido constat ex verbis primogenituræ ibi (*Extinctis vero lineis masculinis legitimis, & naturalibus, & quatenus illegitimus non extaret, in omnibus, & singulis bonis, & juribus, & in præsenti majoratu, & primogenitura comprehensis succedere voluerunt ex nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, et eventum ad illorum successionem unanimiter vocarunt, et nominarunt filiam feminam primogenitam in gradu proximiore ultimo descendenti primogenito, et deinceps ejusdem filiæ feminæ filios, nepotes, et alios descendentes de primogenito in primogenitum, dummodo dicta filia femina sic vocata TUNC nupta sit, et reperiatur cum aliquo nobilissimo Viro secundo, vel alias deinceps genito ex nobilissimis Domibus, vel familiis infrascriptorum Baronum Romanorum ipsis Dominis Fratribus consanguineorum, videlicet ex Familia Ducis Joannis Antonii Ursini Ducis Sancti Gemini, ex Familia Cajetana Ducum Sermonetæ, ex Familia Sfortia Ducum Signiæ, et Cæsia Ducum Aquaspartæ, et quatenus non fuerit nupta, nubere debeat cum uno ex dictis nobilissimis familiis prædictorum Baronum Romanorum.*

Quare cum anno 1655. fato cesserit, nullis relictis filiis, Dux Philippus Cæsarinus ultimus primogenitus masculus, & ex duabus feminis ad primogenituram concurrentibus, nempe Excellentissima Domina Ducissa Livia, & dicta Excellentissima Domina Principissa Cleria ambabus filiabus Ducis Juliani germani fratris Ducis Philippi, præfata Ducissa tunc nupta reperiretur cum Excellentissimo D. Friderico Sfortia quartogenito ex Ducibus Signiæ familiæ Sfortię, utique clarum apparet ejus bonum jus, cum in ea ad unguem concurrant omnes qualitates a conditoribus controversæ primogenituræ exoptatæ, Molin. *de primog. Hisp. l. 1. c. 11. n. 9.* Rota *dec. 185. n. 2. et 3. cap. 5.* & admittitur in citatis decisionibus hujus causæ, impressis apud Torrem *de succes. primog. et major. Ital. p. 3. dec. 74. et 75.*

Nec ad excludendam Ducissam successione controversæ primogenituræ juvat allegare, quod in ista præcipiatur, sunt verba præcisa, ibi: *Ut singuli primogeniti, is scilicet, cui dicta successio pro tempore aperietur, cum primum perve-*
1 *nerit ad vigesimum quintum ejus ætatis annum declarare, seu*
declarasse debeat, an velit Sacris iniciari, in cælibatu vivere, seu potius uxorem ducere, et si elegerit uxorem illam cum effectu ducere teneatur ante trigesimum annum completum, alias cadat a commodo præsentis primogenituræ, et successio in ea aperiatur, et devolvatur alteri juxta ordinem dictæ primogenituræ, ex quibus verbis Scribentes pro D. Principissa inferebant, quod cum D. Ducissa pluries declaraverit velle Christo famulari, vitamque cœlibem ducere, ac monialem effici, ut deducebant ex epistola per ipsam matri suæ conscripta de Mense Octobris 1683. ex renunciatione occasione ingressus in Conservatorium Septem Dolorum emissa sub die 11. Aug. 1665. ex solemni oblatione sui ipsius die 29. Aug. 1665. & demum ex judicieli dispositione plurium Oblatarum nuper examinatarum, evaserit exinde incapax succedendi, & per dictam declarationem fuerit jus quæsitum, & aperta successio irrevocabiliter favore Principissæ.

Etenim hujusmodi objectum, super quo, prætermissis aliis deductis in præcedenti Instantia, & relatis per Roccam *disp. jur. tom. 2. cap. 49.* unice hodierna die insistebant Defensores Principissæ, removeri existimarunt Domini, quia ex dictis actibus non constat de deliberato animo Ducissæ permanendi in perpetuo cœlibatu, & non contrahendi unquam matrimonium, cum illis contrarietur epistola bo. mem. Card. Albritii relata *in Summ. Ducissæ n. 11.* in qua ipse testatur, quod antequam Principissa matrimonium cum bon. mem. Principe Somneni contraheret, significaverat Duci Philippo patruo Ducissam majorem habuisse voluntatem contrahendi matrimonium, quam Principissam, cui epistolæ Dux respondit (*Che la Madre havendo il predominio sopra di essa, l'haverebbe fatta fare à modo sua.*

Item attestatio Patris Marracii Religiosi Confessarii san. mem. Innoc. XI. & Oblatarum dicti Conservatorii, in qua affirmat, se transtulisse ad Terram Cinthiani ad requisitionem Ducissæ, ut certificaret Ducem Julianum ejus Patrem, quod ipsa non intendebat emitere professionem in Conservatorio nec monialis effici, sed in sæculo permanere, & quidem in statu conjugali.

Item dispositio judicialis bon. mem. Patriarchæ Altoviti, qui juxta undecimum testatus fuit, quod dum, adstantibus omnibus oblatis dicti Conservatorii, publicavit constitutiones dicti loci, Ducissa expresse dicit, ipsam nolle acceptare præfatas Constitutiones, ex quo per hanc acceptationem sibi præjudicium irrogare nolebat in contrahendo in futurum matrimonio, quod idem affirmant Superiorissa, & Vicaria ejusdem Conservatorii; Et demum judicialis depositio duarum ex Oblatis ejusdem Conservatorii idipsum attestantium.

Neque his contraponi merentur judiciales attestationes aliarum Oblatarum ad instantiam Principissæ examinatarum; nam ex illis tantum deducitur, Ducissa habuisse notitiam de matrimonio contracto per Principissam, eique consensisse publice, & palam, demonstrando signa lætitiæ circa illud, & nativitatem primogeniti, ut etiam attestantur aliæ duæ Excellentissimæ sorores degentes secum in eodem Conservatorio tempore talis matrimonii; Ex his autem non concluditur animus in Ducissa alienus a matrimonio contrahendo, seu perpetuo permanendi in cœlibatu, cum sint signa æquivoca, & ad aliud referibilia, vel ad lætitiam ratione conspicuitatis matrimonii cum Principe Somneni, vel ad perpetuitatem Domus, & familiæ Cæsarinæ, quæ magis assecurabatur mediantibus duabus matrimoniis, tam illo Principissæ, quam alio, quod Ducissa contrahere intendebat, prout paulo post contraxit.

Cæterum quatenus etiam ex actibus supra relatis *in §.* 2
Nec ad excludendam, posset affirmari, constare de declaratione animi Ducissæ vivendi in cœlibatu, & abstinendi a nuptiis; non inde tamen ex hujusmodi declaratione sibi præjudicium irrogasset, quo minus succedere possit in controversa primogenitura.

Primo, quia declaratio versaretur circa electionem status cœlibis in Conservatorio Oblatarum non emittendo tria vota solemnia, & signanter castitatis, qui proinde
status variabilis est, & mutabilis, ac non impediens matri- 3
monium, prout declaravit Sacra Congregatio Concilii die 3. Julii 1673. existimans *per oblationem factam a Domina Livia matrimonium contractum non dirimi:* & successio die 30. Septembris ejusdem anni, *Locum S. Mariæ Septem Dolorum non esse Regularem*, & consequenter non oblatio, quam promissio perpetuæ stabilitatis in loco non Regulari, sed ex suo prævio Instituto variabili, & mutabili, & non impeditivo matrimonii, non potuit reddere Ducissam inhabilem ad succedendum, dum post nuptias contractas a Principissa extra quatuor familias, dimisso cœlibatu, matrimonium contraxit cum uno ex quatuor familiis.

Quod convincitur ex littera primogenituræ, in qua solum excluduntur illi Religiosi, qui per solemnem profes-
sionem, & Clerici, qui per sacrorum Ordinum susceptio- 4
nem obligantur ad perpetuum cœlibatum impeditivum matrimonii, non autem illi, qui tempore delatæ successionis possent, dimisso cœlibatu, matrimonium contrahere, ibi: *Exclusis etiam Religiosis tam Regularibus, quam Secularibus, ac Militibus earum Religionum, quæ requirunt cœlibatum, et excludunt matrimonium, prout Clericis Secularibus in Sacris constitutis, quos semper excludi voluerunt, non odio Religionis; sed ut perpetuo bona mediante matrimonio in familia, et pro conservatione Primogenituræ hujusmodi manuteneantur.*

Secundo, quia tempore, quo asserta animi declaratio emissa fuit, nondum evenerat casus purificationis substitutionis, cum supervíverent Dux Julianus Pater, & respective Dux Philippus Patruus, qui postquam per obitum dicti
Ducis Juliani fratris primogenituram fuit assecurus, illam 5
potuit retinere, & legitime retinuit donec vixit, quamvis ex post ei supervenisset asserta inhabilitas ad generandum; nam primogenitus semel admissus, semper remanet legitimus primogenituræ possessor, licet aliquod de novo emergat, quod si emersisset ante delatam successionem, eum a successione exclusisset, Molin. *de primog. lib. 3. c. 10. n. 11. et seq.* & pluribus aliis relatis firmat Castill. *controv. jur. lib. 3. c. 15. n. 12.* Alias enim omnes primogeniti senio, seu inhabiles ad generandum effecti, possent a proxime voca-

to pri-

to primogenituris privari, & tamen contrarium de Jure, & de facto servatur.

Et tempore delatę successionis per obitum Ducis Philippi ultimi masculi, præfata Ducissa jam a Conservatorio egressa erat, & matrimonium contraxerat cum Viro ex familiis consanguineis contemplatis in primogenitura, filiosque susceperat, sicque hoc tempore habilis ad succedendum reperi-
6 retur ex concursu in eo omnium qualitatum a primogenitura requisitarum, hoc sufficit, ut attenta illius lege, & Juris communis dispositione ei successio adjudicetur, quantumvis medio tempore adfuisset inhabilitas, seu incapacitas, ad Text. *in leg. Sed si conditioni 6. §.* ibi *Solemus dicere media tempora non nocere, & l. Liber homo 59. §. Si heres ff. de hered. inst.* ibi. *Heres si inter illud tempus, quo Testator decessit, redierit, aut si sub conditione heres institutus est, quo tempore conditio extitit, idem & in legatis, & in*
7 *bonorum possessionibus*, Fridéric. de Sen. *cons. 27. n. 2. & per totum, de primogen. lib. 3. c. 2. n. 16. & 17.* Tiraquell. *de ret ract. agnat. §. 1. glos. 9. n. 103.* Castill. *contr. jur. libr. 3. cap. 5. n. 3.* Mietez *de majorat. p. 1. q. 2. sub n. 53. versic. Ex quo infertur, & n. seq. & p. 2. q. 3. n. 193.*

Quod confirmatur exemplo Clerici beneficiati in minoribus constituti, qui etsi regulariter excludatur a successio-
8 ne Feudi, tamen si re integra, & ante casum successionis Clericatum, & beneficium dimittat, capax redditur succedendi etiam in Feudo, Camill. Medic. *cons. 2. n. 74. cum pluribus seq* Craff. *de effect. Cleric. effect. 4. n. 68.* Barry *de success. lib. 18. tom. 6. n.* Rossental. *de feud. c. 7. concl. 30. n. 1. & seq.* Anton. de Marin. *res. lib. 1. c. 120. n. 15.* De Ponte *dec. 4. n. & seq.* Capicius *decis. 115. n. 11. & seq.* &
9 in terminis primogenituræ, Rota *dec. 344. n. 17. & 18.* coram bon. mem. Cardinali Cerro.

Et ad hoc tempus delatæ successionis per obitum ultimi masculi præcise respexisse conditores primogenituræ ad dignoscendam habilitatem feminæ primogeniturę indubitan-
10 ter convincitur ex illis verbis appositis post deficientiam lineæ masculorum, ibi. *Et nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, & eventum vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam, dummodo tunc nupta sit, & reperiatur cum aliquo nobilissimo viro secundo, vel alio deinceps genito ex Domibus seu familiis &c. & quatenus non fuerit nupta, nubere debeat &c.* Hujusmodi nanque verba restringunt vocationem, & aperitionem successionis ad præcisum casum obitus ultimi possessoris masculi; Siquidem illa dictio *dummodo* importat specialem modificationem, & contradictionem cujusvis alterius legis seu conditionis prædescriptę in vocationibus primogenitorum masculorum, Rebuff. *in prax. tit. de dispens. rat. ætat. in verbo provisio in princ. Paris. consil. 47. n. 7. vol. 3.* cum aliis allegatis per Barbos. *diction. 95.*
11 *n. 9.* Prout altera prædicta dictio *tunc* restringit ad solum tempus obitus ultimi possessoris masculi, Card. Cerr. *dec. 344. n. 10. & seqq. & in rec. dec. 95. n. 32. & 33. & p. 11.*

Et fortius, quia ipsamet declaratio de nubendo, quam Institutores a primogenitis fieri voluerunt, restricta legitur ad tempus delatæ successionis, ut patet ex illis verbis ibi (*Ut singuli primogeniti, is scilicet cui dicta successio pro tempore aperietur*) & ex aliis subsequentibus, ibi (*Alias cadat a commodo præsentis primogenituræ, & successio in ea aperiatur, devolvatur alteri, juxta ordinem dictæ primogenituræ proxime vocato.* Ex eo enim, quod declaratio nubendi fieri debet a primogenito, cui aperta sit successio sub pœna caducitatis, & devolutionis ad alium vocatum utique.

Tum quia primogenitus ille solum dicitur, qui talis reperitur tempore evenientis conditionis, & sic delatæ successionis, Mietez *de Major. p. 3. q. 4. tit. 3. n. 12.* Rot. cor. Bich. *dec.*
12 *602. n. 20. & seq.* sine ulla hæsitatione concurrentibus illis verbis (*Is scilicet, cui dicta successio pro tempore aperietur*) Barb. *d. 357. n. 1.* Rot. cor. Dunoz. *jur. dec. 648. num. 12.*

Tum quia qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus ipsius verbi, & declaratio facienda certo tempore,
13 ante tempus fieri non debet, Decius *de reg. jur. reg. 17. n. 3.* Tum quia nisi qualitas verificetur, præceptum non obligat, *l. 4. §. Prætor ait, ff. de damn. infect.* Coc. *decis. 117. n. 1.* Et demum, quia privatio cum devolutione successionis ad alium vocatum pernecesse importat præcedentem
14 habitum, & sic præcedentem successionis delationem, *l. Decem, ff. de verb. oblig.* Alex. de Nevo. *cons. 17. n. 3.* Rota *dec. 75. n. 5. p. 16. & dec. 320. n. 4. p. 17. rec.*

In nihilo refragante, quod conditores primogenituræ locuti fuerint etiam per verba præteriti temporis, ibi (*Seu declarasse debeant*) quia per hæc detur intelligi, quod possit emitti declaratio ab eo, cui aperta fuit successio etiam ante vigesimumquintum annum, sed semper retento themate successionis apertæ, vel delatæ, ut indicant verba illa antecedentia, ibi (*Is scilicet, cui dicta successio pro tempore* 15
aperietur) Dictio nanque *scilicet* declarat, & restringit superius dicta ad particulariter expressa, Barb. *d. 357 num. 1.* Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec. 648. n. 12.*

Idque robur sumit ex tribus exemplis. Primo nempe feminæ viduæ repertæ tempore purificatæ successionis, quæ per conditores primogenituræ ad succedendum habilitatur, quamvis præcedenter matrimonium extra quatuor familias 16
in ea contemplatas contraxisset, licet per illud incapax effecta fuisset ad succedendum; ut in terminis Statuti excludentis feminam maritatam, si illa tempore successionis effecta sit vidua, & denuo possit matrimonium contrahere, quod admittatur ad successionem, tradunt Brun. *de Statut.* 17
fem. exclus. art. 6. caus. 4. q. 20. n. 287. & seq. cum aliis laudatis per Catpan. *ad Statut. Mediol. p. 1. cap. 310. n. 72.* & admittuntur in prima decisione hujus causæ cor. bon. me. Albergato, §. *Quodque antequam.*

Secundo Ducis Philippi ultimi masculi, qui licet tempore delatæ successionis esset Prælatus, & Cameræ Apostolicæ Clericus, ei tamen primogenitura adjudicata fuit, quia dimisit statum Clericalem, & se posuit in statu, in quo matrimonium contrahere poterat; exinde enim insurgit valida observantia intentionis Institutorum primogenituræ, quam Principissa hæres dicti Ducis impugnare nequit, Rota coram fel. record. Alex. VIII. *decis. 254 n. 13. et seqq.* & 18
fuit consideratum in secunda decisione hujus causæ emanata coram R. D. meo Decano, §. *Non obstat, in fine.*

Et tertio Religiosorum, qui ex lege primogenituræ excluduntur dumtaxat, quatenus Religio requireret cœlibatum, & excluderet matrimonium, ibi (*Exclusis semper feminis, nec non masculis ex feminis descendentibus, atque etiam Religiosis tam Regularibus, quam Sæcularibus, ac militibus earum Religionum, quæ requirunt cœlibatum, et excludunt matrimonium.*) Unde ex prædictis aperte convincitur, quod non fuit habita in consideratione incapacitas 19
medii temporis, sed quod solum consideratum fuit, ut vocatus posset contrahere matrimonium de tempore apertæ successionis, Molin. *de primog. l. 2. c. 13. n. 16.* & alter Mol. *de Major. q. 613. n. 6. in fin.* Guttier. *de matrim. capit. 30. n. 15.*

Firmato itaque, quod juxta legem primogenituræ, & uniformem Juris dispositionem non sint attendenda media tempora, sed capacitas primogenituræ desumenda sit a die obitus ultimi possessoris, non solum inconcussa redditur capacitas Ducissæ nuptæ de tempore apertæ successionis, & respective incapacitas Principissæ tunc nuptæ extra quatuor 20
familias, sed indubitatum quoque est, nullum jus fuisse ei delatum, Rota *dec. 344. n. 14.* cor. Card. Cerro.

Et frustra recurritur ad assumptum, quod tempore emissæ dictæ declarationis per Ducissam, & longe ante mortem Ducis Philippi aperta fuisset successio favore feminarum, dum ille non declaraverat velle uxorem ducere, imo uti adversæ valetudini obnoxius amiserit spem filios procreandi, ideoque ex lege primogenituræ incapax effectus fuisset, & jus quæsitum usque tunc feminis successive vocatis.

Siquidem successio favore feminarum aperta solum fuit secuto obitu Ducis Philippi, ut mirifice, & pernecesse resultat ex judicio ad dicti Ducis favorem terminato per sententiam Rotalem in judicatum transactam contra Ducissam prętendentem factum fuisse locum caducitati ob translationem possessionis factam a Duce Philippo in personam Principissæ, nec non ex altera sententia pariter Rotali denegante judicium præventivum, in quibus sententiis Dux Philippus pro vero, & legitimo possessore primogenituræ reputatur.

Et certo certius ex reiteratis confessionibus Principissæ, & præcipue ex illa emissa in dicto Instrumento translationis possessionis, ubi Dux Philippus verus primogenituræ possessor asseritur. Item ex altera contenta in capitulis matrimonialibus ipsius Principissæ; ubi hæc habentur: 21
Che occorrendo la morte del Signor Duca Cesarini, in modo, che venga ad aprirsi la successione di detta Signora D. Cleria, in tal caso etc. Hujusmodi nanque probatio desumpta ex propriis confessionibus superat omne genus probationis, *leg. Cum te la seconda Cod. de transact.* Rota *dec. 80. n. 26. et 347. n. 1. p. 16.*

Et ita, approbantibus DD. in reliquis fundamenta aliarum decisionum, resolutum fuit, utraque parte acerrime informante, & votantibus omnibus DD.

R. P. D. MOLINES.

Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis.

Ven. 22. Aprilis 1695.

Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Solemnis oblatio facta in Monasterio non regulari non impedit, quin possit deinde contrahi matrimonium, neque probat voluntatem perpetuo in cœlibatu manendi.*

2 *Habilitas ad succedendum de Jure attenditur habito respectu ad tempus delatæ successionis.*

3 *Etiam si per antea quis esset inhabilis.*

4 *Primogenitus ille dicitur, qui talis reperitur de tempore delatæ successionis.*

5 *Privatio præsupponit habitum.*

6 *Statutum excludens feminam maritatam, si illa tempore successionis effecta sit Vidua, ad successionem admittitur.*

8 *Declaratio facta a primogenito vivendi in statu cœlibatus, si emissa sit ante apertam successionem ex ea nullum jus acquirit secundogenitus, adeo ut per subsequens matrimonium de tempore delatæ successionis omne jus resolvatur, & n. 8.*

9 *Actus æquivoci non præjudicant.*

10 *Actus voluntarii non possunt in plus obligare, quam sit ipsamet voluntas.*

11 *Ex subsequentibus declaratur qualis fuerit animus.*

12 *Fideicommissum dividitur inter litigantes, si articulus successionis sit valde dubius.*

DECISIO CX.

ADversus Decisionem coram me, sub die 23. Januarii anni præteriti editam, qua responsum extitit, constare de bono jure D. Ducissæ Liviæ super successione primogenituræ Cæsarinæ, cum D. Principissa Somneni audiri obtinuerit, disputato hodie de more dubio, an sit standum, vel recedendum a decisis? standum esse in decisis DD. dixerunt.

Subsistere quippe visa sunt fundamenta Decisionis confirmatæ; Quia certum est decessisse ultimum primogenitum masculum sine prole, remansisse extinctas lineas masculinas, & naturales, & illegitimas non adesse, atque D. Ducissam Liviam tempore obitus præfati masculi nuptam fuisse repertam cum uno ex quatuor familiis nominatis, & cum eo filios juxta conditorum primogenituræ votum suscepisse, & consequenter manifeste constare de illius bono jure, ex quo in ea concurrunt omnes qualitates requisitæ a conditoribus primogenituræ in casu adjudicationis illius favore feminarum post deficientiam masculorum, & illegitimorum, ut late probatur in præcedenti mea Decisione hujus Causæ, §. *Stetit decidendi ratio cum seq.*

Absque eo, quod pro excludenda dicta Ducissa Livia a successione primogenituræ allegari valeat, quod ipso facto suo positivo se incapacem succedendi reddiderit, dum declaravit velle ducere vitam cœlibem, & a nuptiis abstinere, & sic quod ex hujusmodi declaratione jus succedendi delatum fuerit ad D. Principissam licet nuptam extra quatuor familias, & ætate minorem, stante quod ex lege ejusdem primogenituræ in *cap. quatenus n. 97.* excludatur duntaxat femina nupta extra quatuor familias, quando adest alia femina habilis ad succedendum, alias illa quoque ejusque filii succedere possint, & ex altero *cap. amplius sub n. 141.* remaneat exclusus quilibet vocatus ad primogenituram, quatenus declaret velle ducere vitam cœlibem, nolleque matrimonium contrahere.

Nam sedulo perpensa memorata primogenituræ lege, ac etiam sexto substitutionis gradu, in quo ejusdem primogenituræ conditores in casu obitus ultimi primogeniti masculi vocarunt filiam feminam primogenitam, ejusque filios, dummodo tunc nupta esset, & reperiretur cum aliquo Viro secundo, vel deinceps genito ex quatuor familiis specificatis, & casu quo eadem primogenita nupta reperiretur cum alio, penitus exclusa censetur; Iterum placuit DD. responsio data in Decisione præterita, quod vel non constet de asserta declaratione animi Ducissæ permanendi in perpetuo cœlibatu, & abstinendi a matrimonio, vel si per possibile illa probaretur, eam tamen non relevaret, ut Ducissa per talem declarationem modo exclusa remanere debeat a successione primogenituræ.

Et quidem asserta deliberata voluntas, & animi declaratio modo prædicto non resultat ex probationibus in antecedenti instantia adductis pro parte Principissæ, & in hodierna repetitis. Non quidem prima ex Epistola de mense Octobris anni 1660. scripta matri per Ducissam Liviam asserentem ibi *ai farmi Monaca in questo Monasterio doppo haverlo io tanto desiderato*; Neque ex susceptione habitus præcedenti examine, ac cum acceptatione capitulari, & cum licentia Eminentissimi tunc Vicarii Urbis data 11. Augusti 1664. relicto nomine Liviæ; & accepto alio sororis Mariæ Pulcheriæ S. Ambrosii cum subsecuto anno probationis; Neque ex renunciatione d. eadem die 11. Augusti 1664. facta occasione ingressus in Monasterium, & cum assertiva, quod volebat in eo vitam cœlibem ducere, & Altissimo famulari; Nec tandem ex solemni oblatione sui ipsius, quam fecit die 29. Augusti 1675. cum promissione perpetuæ stabilitatis in Congregatione, ac obedientiæ juxta consuetudinem ipsius Congregationis.

Quoniam omnes supradicti actus fuerunt per Ducissam facti cum mentali, & verbali relatione ad locum certum, & determinatum, quem ingrediebatur, & juxta illius conditiones, & qualitates, ut patet ex dicta Epistola scripta matri de ann. 1665. ibi *di farmi Monaca in questo Monasterio*; Ex instrumento Renunciationis ibi *vitam cœlibem velle ducere in Monasterio S. M. Dolorum*; Et clarius ex ipsa in solemni oblatione (ex qua manifeste colligitur qualis fuerit mens Dominæ Liviæ in omnibus antecedentibus actibus,) ibi *promitto perpetuam stabilitatem in dicta Congregatione, conversionem morum, et obedientiam juxta consuetudinem prædictæ Congregationis.* Cum autem dicta Congregatio, seu Monasterium ex sui fundatione, seu instituto non obliget ad votum solemne castitatis, seu perpetuum cœlibatum immutabilem, & impeditivum matrimonii, imo variabilem, & mutabilem, & non impeditivum matrimonii, ut declaravit sub die 3. Julii 1673. Sacra Congregatio Concilii decernens per oblationem factam a D. Livia matrimonium contractum non dirimi, & die 30. Septemb. ejusdem anni *locum S. Mariæ Septem Dolorum non esse regularem*; inde sequitur, quod tam ingressus in dictum Monasterium, seu Congregationem nuncupatam S. Mariæ Dolorum, quam electio vitæ cœlibis, ac renunciatio ejus intuitu emissa, & oblatio cum promissione perpetuæ stabilitatis regulentur ex natura loci, quem D. Livia ingrediebatur, & contineant intrinsecam conditionem, si & quatenus illa persisteret in dicto loco a se electo cum libertate variandi, & matrimonium contrahendi. Et propterea sicuti juxta naturam, & Statut. d. Cong. variabilis, & mutabilis erat status, ita quoque variabilis, & mutabilis remansit declaratio vivendi in cœlibatu a d. Ducissa in Ingressu emissa, ita ut secuto egressu secum tulit resolutionem, & annullationem præfatæ declarationis, & renunciationis ejus contemplatione secutæ, ut in *Decis. in hac causa emanata* coram bon. mem. Alberg. 17. *Junii* 1686. §. *Placuit Dominis animadvertere*, & §. *Ideoque talis.*

Tanto magis, quia aliunde etiam constat de animo dictæ Ducissæ non assumendi statum perpetuum cœlibatus, sed contrahendi matrimonium; Tum ex judiciali depositione bo. me. Patriarchæ Altovitii attestantis, quod in publicatione Constitutionum dicti loci D. Livia expresse renuit acceptare præfatas Constitutiones, eo quia per talem acceptationem nolebat sibi præjudicare in potestate contrahendi futuro tempore matrimonium roborata ex attestatione Superioris, & Vicariæ ac judiciali dispositione duarum ex oblatis ejusdem loci; Tum etiam ex attestatione Patris Marracci; Tum demum ex Epist. bon. me. Card. Albritii exhibita in *Summ.* præterito Ducissæ *n.* 11. cui non adversatur alia Epist. ejusdem Card. data in hodierno summ. Principissæ *n.* 2. quia ipsius tenorem confirmatur, oblatas dicti loci non emittere vota solemnia impeditiva matrimonii, & præsertim loquendo de D. Livia in fine, ait, ipsam nullum votum emisisse ibi *ma il male stà che in lei ne meno è voto.*

Verum dato per possibile, quod per prædictos actus voluntarios constaret tunc temporis de deliberata voluntate permanendi in cœlibatu perpetuo, & abstinendi a matrimonio; nihilominus cum tempore, quo factus fuit locus successionis per obitum ultimi masculi primogeniti de facto D. Livia a Cong. egressa matrimonium contraxerat cum Viro ex familiis consanguineis contemplatis in primogenitura, filiosque susceperat, & ob id concurrant in ea de hoc tempore qualitates a conditoribus primogenituræ requisitæ, hoc satis est, ut ei successio in controversis bonis adjudicanda veniat, quantumvis antecedenter inhabilis, seu incapax extitisset. Habilitas nanque ad succedendum attenditur de jure habito respectu ad tempus delatæ successionis *l. Si conditioni 6. §. 2. leg. Liberorum 59. §. Si hæres ff. de hæred. inst.* Frideric. de Sen. *cons. 26. n. 2. & per tot.* Molin. *de Prim. l. 3. c. 2. n. 16.* 1

*n.*16. *&* 17. cum aliis in Dec. quæ revidetur, §. *Et tempore*,

Et pro hoc Clericus beneficiatus in minoribus constitutus admittitur ad successionem feudi, si tempore delatæ successionis per dimissionem habitus clericalis, & declarationem velle sucoedere in feudo habilis reperiatur tempore successionis, Cęsar de Grass. *de effect*. 4. *n.*68. Donat. Ant. de Marin. *lib.* 1. *cap.* 120. *nu.* 15. Capic. *dec.* 115. *n.* 11. *& seq.* Rot. *dec.* 344. *num.* 17. *&* 18. cor. Cerro; quæ loquitur in terminis primogenituræ; & de professo in Religione Societatis Jesu cum tribus votis, Castill. *dec.* 221. *n.*9. *vers. quibus omnibus usque ad* 32. ubi refert ita fuisse judicatum, Castill. *de dotat. contemp. matrim. tom.* 1. *disc.* 2. *p.*4. *n.* 25. *vers. tertius cas. cum seq.* Et de primogenito in aliis Religionibus, Caldas *in l. si Curatorem verbo implorare num.* 26. *&* 29. *C. de integr. restit.* Mietez *de majorat. p.* 2. *q.* 3. *n.* 193.

Quæ eo magis procedunt ex verbis primogenituræ contentis in ea parte, qua præcipitur declaratio de nubendo, quæ restricta pariter legitur ad tempus delatæ successionis; habetur enim in primogenitura impressa n. 142. ibi. *Ut singuli primogeniti, is scilicet, cui dicta successio pro tempore aperietur*, primogenitus ille solus dicitur, qui talis reperitur temopre delatæ successionis, Mietez *de Majorat p.*2. *q.*4. *illat.*3. *n.*7. Rota cor. Bichio *dec.* 602. *num.* 20. & illa verba: *Is scilicet, cui d. successio pro tempore aperietur*, hoc idem tempus delatæ successionis significant, Rot. *dec.* 648. *nu.*8. cor. Dunoz. Jun. *& in dec.* quæ revidetur §. *Tum quia*. Idemque resultat ex aliis subsequentibus verbis primogenituræ n. 153. ibi- *alias cadat a commodo præsentis primogenituræ, & successio in ea aperiatur, & devolvatur alteri juxta ordinem dictæ primogenituræ proxime vocato*. Eo enim ipso, quod non declarans privatur commodo primogenituræ cum devolutione successionis ad alium vocatum, dicendum venit, quod in hac parte præsupponatur successionem fuisse delatam, cum privatio præsupponat habitum *leg. decem ff. de verbor. oblig.* Rot. *dec.*75. *n.* 5. *p.* 16. *dec.* 320. *n.* 4. *p.* 17.

Et manifeste idem comprobatur exemplo feminæ, quæ si præcedenter per matrimonium contractum extra quatuor familias se ad succedendum inhabilem reddidisset, si tamen tempore apertæ successionis Vidua reperiatur, & nubat cum aliquo viro ex dd. Familiis in primogenitura contemplatis, tunc fit capax succedendi ibi. *Si vero Vidua tunc reperiatur, cum aliquo ex prænominatis familiis, modo, & forma præmissis in matrimonium se collocare teneatur*, ut in primogenitura impressa *nu.* 98. Ad instar Statuti excludentis feminam maritatam, si illa tempore successionis effecta sit Vidua, ad successionem admittitur in Dec. quę revidetur, §. *Idque robur*.

Ulterius neque cælibatus electus a Ducissa potuit ipsum reddere incapacem succedendi juxta literam primogenituræ, quæ in ea solum excluduntur illi Religiosi, qui solemnem professionem emittunt, & Clerici in sacris constituti, qui obligantur ad perpetuum cęlibatum omni tempore exclusivum, & impeditivum matrimonii, non illi, qui vitam cęlibem elegerunt variabilem tamen, & possunt matrimonium contrahere, & habiles se reddere tempore delatæ successionis, ut liquet ex verbis relatis in primogenitura *n.*67. *& seq.* ibi *exclusis etiam Religiosis tam Regularibus, quam sæcularibus, ac militibus earum Religionum, quæ requirunt cælibatum, & excludunt matrimonium, prout etiam Clerici sæculares in sacris constituti, quos semper excludi voluerunt, non odio Religionis, sed ut perpetuo bona mediante matrimonio in familia, & pro conservatione primogenituræ hujusmodi manuteneantur*.

Parum refragante replicatione, quod incapacitas, & inhabilitas Ducissæ non sumatur ex statu Monachatus includentis perpetuum cęlibatum exclusivum matrimonii, de quo loquitur primogenitura in verbis proxime citatis: sed ex ipsa animi declaratione vivendi vitam cęlibem emissa a Ducissa in tot actibus supra citatis, ex qua inhabilis, & incapax evasit juxta aliam partem primogenituræ *n.* 153. ibi-
7 *Ut singuli primogeniti &c. declarare, seu declarasse debeant, an velint sacris initiari, & in cælibatu vivere, seu potius uxorem ducere*, quia in hac parte primogenituræ illius Conditores loquuntur de tempore, quo successio fit aperta favore declarare debentis, ut patet ex illis verbis immediate antecedentibus ibi. *Is scilicet cui dicta successio pro tempore aperietur*, ut supra probatum est; Declaratio autem D. Ducissæ vivendi in cęlibatu non fuit per ipsam emissa de tempore, quo in ejus favorem esset aperta, & delata successio: sed tempore incongruo, & multo ante, ac dum vivebat adhuc D. Dux Philippus ultimus masculus, sicque ex dicta declaratione non oritur Ducissæ inhabilitas, & incapacitas ad succedendum ex lege primogenituræ.

Minusque relevantibus verbis illis (*seu declarasse debeat*,) ex quibus arguebatur Conditores primogenituræ respicere
voluisse etiam tempus præteritum, & ante delatam succes- 8
sionem; quia, ut respondet præcedens Decisio, §. *In nihilo*, illa verba fuerunt apposita ad significandum, quod declaratio fieri possit etiam ante vigesimum quintum annum, retento tamen themate apertæ, vel delatæ successionis.

Ex his itaque clare resultat, assertam animi declarationem D. Ducissæ nullatenus habuisse in se factum obstativum, & exclusivum successionis primogenituræ, & consequenter nullum jus fuisse quæsitum D. Principissæ, quia jam tunc ipsa nupta erat extra quatuor familias, & eo tempore aderant aliæ sorores capaces succedendi, & jus D. Principissæ dependebat ab eventu permanentiæ D. Ducissæ in statu cęlibatus de tempore delatæ successionis, de quo tempore, cum jam resoluta fuisset electio cęlibatus, & consequenter renunciatio ejus causa facta, resolutum quoque fuit quodcunque jus, quod ex dicta declaratione, & renunciatione acquiri potuisset Principissę. Donat. Anton. de Marin. *de res.*
l. 2. *c.* 195. *n.* 19. Tot. *de pact. futur. succes. l.* 2. *c.* 25. *an.* 63. 9
cum seq. tuncque solum primogenitura admittit primogenitam nuptam extra quatuor familias, quando non adest alia femina capax ad succedendum, scilicet nupta cum uno ex quatuor familiis, tempore delatæ successionis.

Et certo certius omnes alii asserti actus voluntarii gesti independenter a declaratione animi perpetui cęlibatus conjunguntur exempti ab omni, & quocunque imaginabili facto obstativo seu exclusivo successionis primogenituræ, & præcipue destinationis matrimonii, ut exinde stabiliretur domus Cæsarina, gratulationum, & signorum lætitiæ intuitu ejusdem matrimonii, & nativitatis primi filii, ac translationis possessionis bonorum primogenituræ facta a Duce Patruo, post nativitatem primi filii masculi; Quia hujusmodi actus gesti a Ducissa nedum fuerunt compatibiles cum ejus animo, quem semper retinuit nubendi, & succedendi in primogenitura, quatenus per obitum Ducis Patrui fuisset ad ejus favorem aperta successio primogenituræ: sed sunt etiam æquivoci, & de jure insufficientes ad refutandam successionem insignis primogenituræ, illiusque jus in alium transferendi, ex theorica Ognatt. *de contract. tom.* 2. *disp.* 29. *de promiss. sect.* 1. *n.*4. & ex alio recepto juris principio, quod actus voluntarii non possunt in plus obligare, quam sit ipsamet voluntas; Card. de Luca *de herede, & hered. disc.* 29. *n.*7. Præsertim dum in specie ad sibi præservandam matrimo-
nii libertatem publice recusavit profiteri novas Conservato- 10
rii Constitutiones, tanquam perpetuativas cęlibatus, & excludentes matrimonium, quibus duntaxat concurrentibus Conditores primogenituræ vocatos exclusos esse voluerunt, ut in Instrumento ejusdem primogenituræ *nu.* 66. & in effectu eodem D. Ducissa matrimonium contraxit cum uno ex quatuor familiis: ex subsequentibus enim declaratur qua-
lis antea fuerit animus, & sic sine ulla imaginabili hæsita- 11
tione, quando, ut in præsenti talis etiam fuit D. Ducissæ animus ante, & post ingressum Conservatorii; Imo animum contrahendi matrimonium expressi in ipsomet instrumento renunciationis stipulato occasione ingressus in Conservatorium, quia non renunciavit *l. si nunquam C. de revoc. donat.* emisitque professionem ad formam Constitutionum ejusdem Conservatorii, quæ perpetuum cęlibatum excludebant.

Temperamentum autem propositum a scribentibus pro Principissa mediam viam eligendi, dando nempe uni sorori medietatem primogenituræ, & alteri aliam medietatem ad terminos Text. *in l. Si Pater* 40. *& l. seq. ff. de hæred. Instit. leg. Titia Textores ff. de leg.* 1. in nulla consideratione habitum fuit a DD. quia illud locum sibi vendicare posset, si versaremur in articulo valde dubio, Cæsarea indigens decisione: non autem quando, ut in casu tam ex juris dispositione, quam ex mente conditorum primogenituræ clare dignoscitur, successionem spectare ad d. D. Liviam, & quod plus est ipsimet institutores primogenituræ voluerunt, ut pro splendore, & decore familiæ bona absque scissura penes unicum possessorem permanere deberent, cum prohibitione alienandi etiam ex causa dotis, & quarumcunque detractionum Legitimæ, & Trebellianicæ, ut bona in familia in infinitum, & perpetuo conservarentur, & transirent de primogenito in primogenitum, ut dicitur in primogenitura *n.* 110. *ad* 115.

Et ita ex aliis in præcedenti Decisione firmatis resolutum fuit, videntibus omnibus Dominis, utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis.

Lunæ 25. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Reassumptis fundamentis duarum præcedentium decisionum, illæ in hac approbantur.

SUMMARIUM.

1 *Enucleantur ea quæ animadvertuntur in* disc. 204. de Luca de fideicom.
2 *Ab una dispositionis parte non licet inferre ad aliam, cui particulari lege provisum fuit.*
3 *Solemnis oblatio facta in Monasterio, quod ex sui fundatione non obligat ad votum, non est impeditiva matrimonii, & n. 5.*
4 *Decreta sacræ Congregationis Concilii Rota reverenter amplectitur.*
5 *Capacitas succedendi attenditur de tempore apertæ successionis, non curata capacitate seu incapacitate per antea præexistente, & n. 6.*
7 *Primogenitus dicitur ille, qui talis de tempore apertæ successionis reperitur.*
8 *Privatio præsupponit habitum.*
9 *Declaratio facta a primogenita non nubendi, si facta fuerit ad præcisum effectum aperiendi successionem favore secundogenitæ, & de tempore delatæ ejusdem successionis producit acquisitionem Juris favore secundogenitæ irretractabilis.*
10 *Successio dividitur pro medietate, si articulus sit dubius.*

DECISIO CXI.

SEntentiam Rotalem R.P.D. mei Molines in petitorio Judicio declarantem præviis duabus decisionibus editis 22.Jun.1694.& 22. Apr.1695. constare de bono jure D. Ducissę Livię de Cæsarinis super successione in insigni Majoratu, ac primogenituræ dictæ nobilissimæ domus speciali motu proprio san. mem. Gregorii XV. confirmatis in exclusionem D.Principissæ Cleriæ sororis, PP. hodie coram me, in ulterioris instantiæ gradu confirmationis dignam existimarunt, utpote sine contentione validam, & pariter justam, eo quia primogenituræ conditores, *extinctis*, (ut sunt verba) *lineis masculinis legitimis, & naturalibus &c. & quatenus illegitimus non extaret, in omnibus, & singulis bonis &c. succedere voluerunt ex nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, & eventum ad illorum successionem unanimiter vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam in primo gradu proximiorem ultimo decedenti primogenito, & deinceps ejusdem filiæ feminæ filios, nepotes, & alios descendentes de primogenito in primogenitum, dummodo dicta filia femina sic vocata, tunc nupta sit, & reperiatur cum aliquo Nobilissimo Viro secundo, vel alias deinceps genito ex Nobilissimis Domibus, vel familiis infrascriptorum Baronum Romanorum ipsis DD. Fratribus consanguineorum, videlicet ex familia Ducis Joannis Antonii Ursini Ducis Sancti Gemini, ex familia Caetana Ducum Sermonetæ, ex familia Sfortia Ducum Signiæ, & Cæsia Ducum Aquespartis, & quatenus non fuerit nupta nubere debeat cum uno ex dictis Nobilissimis familiis prædictorum Baronum Romanorum*, &c. & cum per obitum Ducis Philippi postremi masculi secutum de anno 1685. aperta fuerit successio favore feminarum inspecta relata primogenituræ lege, jure merito debita fuit successio D. Ducissæ Liviæ singula requisita per conditores volita habenti, quia est natu major, & primogenita, junctaque in matrimonium cum D. Duce Friderico Sfortia quartogenito ex Ducibus Signiæ in concursu Dominæ Principissæ Cleriæ ultrogenitæ, & nuptæ clar. mem. Philippo Columnæ Somneni Principi extra dictas familias in primogenitura contemplatas, ut late firmant decisiones hujus causæ, & adducti per Torr. *de primogenit. & majorat. p. 1. c. 25. n. 194. cum seqq.*

Absque eo, quod iterum obstare visum fuerit repetitum objectum, quod cum iidem primogenituræ institutores in §. 152. *cum seq.* sanciverint, sunt verba: *Et amplius ne diu stet in suspenso, & in incerto successio in dicta primogenitura, & majoratu, iidem DD. Fratres unanimiter disposuerunt, & mandarunt, ut singuli primogeniti ad successionem dictorum bonorum, & jurium prædictorum vocati, scilicet, cui dicta successio pro tempore aperietur cum primum pervenerit ad 25. ejus ætatis annum declarare, seu declarasse debeat, an velit Sacris initiari, et in cœlibatu vivere, seu potius uxorem ducere, et si eligeret uxorem, illam cum effectu ducere teneatur ante 30. annum completum, alias cadat a commodo præsentis primogenituræ, ac successio in ea aperiatur, et devolvatur alteri juxta ordinem dictæ primogenituræ vocato.* Hinc proinde, ex quo dicta D. Ducissa Livia declaravit præcise velle in cœlibatu vivere occasione ingressus in piam domum, seu Monasterium Septem Dolorum videatur ad normam ejusdem præcepti cecidisse, si non a commodo, quod 1
tunc non habebat saltem a jure primogenituræ, juncta præcipue æquitate vigente e converso ad favorem D. Principissæ Cleriæ, quæ ex causa istius declarationis matrimonium contraxit cum memorato Principe Philippo, præcæteris exaggerat, & pro veritate substituere contendit Card. de Luc. *in suppl. p. 3. t. de fideic. disc. 204. per tot. et signanter a n. 16. ad fin.*

Quandoquidem in hodierna disputatione ponderata me- 2
lius præceptiva hujusmodi dispositione recognitum fuit eā duntaxat procedere in vocatione masculorum, prout cōtextus ostendit, & signanter in illis verbis: *Seu potius uxorem ducere, et si elegerit, uxorem illam cum effectu ducere teneatur*; quæ solum masculis adaptantur, reflectendo ulterius ad præfixionem tēporis, seu ætatis 30. annorum pro nuptiis actualiter incundis, cujusmodi tempus, seu ętas proportionata, atq; apta matrimonio dici valet tantum in masculis, eoque clarius, quia, ut ex verbis in exordio relatis feminæ habent suam particularem, & distinctam vocationem seu substitutionem, in qua tale præceptum non legitur, adeoque intrat vulgata juris regula, quod ab una dispositionis parte non liceat inferre ad aliam, cui particulari lege provisum fuit, de qua Dec. *cons.* 543. *n.* 2. Hond. *cons.* 48. *num.* 50. *libr.* 2. Rot. cor. Greg. *dec.* 514. *n.* 8. *et in rec. dec.* 165. *n.* 16. *et* 18. *p.* 9.

Præterea præsupposita declaratio cœlibis status, aut non fuit deliberata cum positivo animo abstinendi a nuptiis carnalibus, vel redditur inefficax ad privandam Dominam Ducissam jure successionis in hac primogenitura, siquidem deliberata non fuit cum animo abstinēdi a nuptiis carnalibus; nam ex epistola Cardinalis Albritii, ex depositionibus R. P. D. Patriarchæ Altovitii, Patris Maraccii Confessarii gloriosæ mem. Innocentii XI. ac nonnullarum Oblatarum dictæ piæ domus, seu Monasterii apparet, quod ipsa desiderabat matrimonium contrahere, sicuti late explicat utraque decisio R.P.D. mei Molines, prior nempe 23. Januarii, §. *Etenim*, *cum seqq.* & secunda 22. Aprilis, §. *Tanto magis.*

Item per hypothesim probata traderetur inefficax, tunc ex eo, quod non agitur de expressa declaratione principaliter facta in executione relati primogenituræ præcepti, sed de implicata, ac virtuali desumpta ex afferta epistola matris conscripta, susceptione habitus, & renunciatione ex causa ingressus in dictum Monasterium, ut ex solemni sui ipsius oblatione. Isti enim actus cum gesti fuerint cum mentali, ac verbali relatione ad dictum Monasterium juxta suas conditiones, & qualitates, ex quo illud ex sui fundatione, seu instituto non obligat ad votum solemne castitatis, seu perpetuum,
& immutabilem cęlibatum impeditivum matrimonii, prout 3
præcise in hac causa declaravit S. Congreg. Concilii de anno 1673. cujus Decreta Tribunal nostrum reverenter amplectitur, ut ipsummet testatur *in rec. dec.* 71. *n.* 15. *p.* 14. *et dec.* 197. *n.* 3. *p.* 17. & alibi passim; Et hujusmodi loci natura actus substantiantur, & per consequens variabiles, ac mutabiles fiunt, nec ullo modo importare possunt positivam
declarationem abstinendi a nuptiis carnalibus, itaut secuto 4
egressu D. Ducissæ a Monasterio, nuptiisque carnalibus per ipsam, & quidem ante apertæ successionis casum contractis, statim temporalis, ac variabilis cœlibatus declaratio evanuit, ut ponderant omnes decisiones hujus causæ; & præcise
postrema, §. *Quoniam*, Primogenituræ siquidem condi- 5
tores excludunt duntaxat eos Religiosos, qui solemnem professionem emittunt, & Clericos in Sacris constitutos, qui perpetuo, ac solemni cęlibatu se adstringūt impeditivo prorsus matrimonii, non eos, qui vitam cęlibem variabilem tamen elegerunt, & quandocunque matrimonium contrahere possunt, ut habetur ex illis verbis; *Exclusis etiam Religiosis tam Regularibus, quam Sæcularibus, ac militibus earum Religionum, quæ requirunt cœlibatum, et excludunt matrimonium. prout etiam Clericis sæcularibus in Sac. constitutis, quos semper excludi voluerunt, non ratio Religionis, sed ut perpetuo bona mediante matrimonio etc. in familia manuteneantur.*

Tum clarius, ex quo cum de tempore, quo successionis 6
casus evenit per obitum ultimi primogeniti masculi, jam D. Ducissa Livia e memorato Monasterio fuit egressa matrimonio copulata cum viro ex familiis contemplatis in primoge-

mogenitura, & filios procreasset, taliqque modo habilis ad succedendum effecta ob concursum omnium qualitatum per conditores exoptatatum, tametsi medio tempore, ut prætenditur, extitisset inhabilis, non exinde tamen orbata remansisset jure primogenituræ, quia de tempore successionis attento reperta fuit capax, & habilis, ut disponit Text. *in leg. Sed si conditionis 6. §. 2. & leg. Liber Homo 59 §. Si heres, ff. de Hered. Instit.* Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 2. num. 16. cum seqq.* Mierez *de majorat. part. 1. quæst. 2. sub num. 53.* & Rota in utraque decisione R. P. D. mei Molines in comprobationem adducens exemplum Clerici Beneficiati in minoribus constituti, & a successione feudi exclusi, qui si re integra, & ante casum successionis Clericatum, & Beneficium dimittat, succedere potest in feudo, quod prius dixerat Rossental. *de feud. capit. 7. concl. 30. n. 1. cum seqq.* de Ponte *decis. 4. n. 4. & 5.* cum aliis per Rotam coram Card. Cerro *decis. 744. n. 17. & 18.*

7 Cui etiam dispositioni Juris consonat ipsa primogenituræ Lex illis verbis: *Et nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, & eventum vocarunt filiam feminam primogenitam, dummodo tunc nupta sit &c.* quæ restringunt vocationem, & apertitionem successionis ad præcisum casum obitus ultimi possessoris masculi, prout est etiam de regulari natura primogenituræ, in qua primogenitus dicitur ille, qui talis de tempore delatæ successionis reperitur, Mier. *de major. p. 2. qu. illat. 3. num. 12.* Rot. coram Bich. *decis. 620. num. 20. cum seq.* atque etiam ex aliis subsequentibus: *Alias cadat a commodo præsentis primogenituræ, & successio in ea aperiatur, & devolvatur alteri juxta ordinem dictæ primogenituræ proxime vocato*, quæ similiter præsupponunt, successionem fuisse delatam, cum alias non declarans non privetur commodo primogenituræ cum devolutione successionis ad alium vocatum, ex regula Text. *in l. Decem, ff. de verbor. obligat.* Rota *in recent. decis. 73. num. 18. & decis. 311. num. 12. part. 12.* & demum ab exemplo feminæ ex eadem primogenitura desumpto, quæ si præcedenter extra quatuor familias nupta, sed ad succedendum inhabilis fuisset effecta, si tamen de apertæ successionis tempore vidua reperiatur, & nubat in una ex familiis contemplatis per conditores fit capax succedendi, ut intelligi detur eosdem intermediam incapacitatem de successionis tempore cessantem non abhorruisse.

8 Haud obsistente replicatione, quod superius firmata procedant quoties prætenderetur exclusio ex capite status incompatibilis; secus autem ex declaratione non nubendi, vitamque cœlibem deducendi, ex qua statim acquisitum fuerit jus D. Principissæ ultrogenitæ; nam non agitur de declaratione deliberate emissa, neque tempore delatæ successionis, & ad præcisum finem, & effectum viam ulteriori genito aperiendi, prout loquuntur *Doctores* in oppositum allegati, & conditores primogenituræ disponunt in illis verbis: *Is scilicet, cui dicta successio pro tempore aperiatur &c.* sed longe ante, ut reacquisita capacitate de successionis tempore, declarationeque vitæ cœlibis revocata per egressum e monasterio, & per incompatibilem matrimonii statum ante apertam successionem dici non potest inhabilis ad succedendum ex ipsa conditorum mente non adversantibus aliis verbis: *Se declarasse debeat*, dum fuerunt apposita ad ostendendum, quod declaratio fieri potuisset etiam ante 25. ætatis annum, retento eodem delatæ successionis themate, sicuti firmat utraque decisio Rev. P. D. mei Molines, prior nempe, §. *In nihilo*, & altera, §. *Minusque*.

9 Hinc Dominæ Principissæ Cleriæ promanat ab hac primogenituræ successione exclusio; nam sublato recitatæ declarationis obstaculo cum D. Ducissa Livia sit primogenita, nuptaque in una ex familiis consanguineis in primogenitura exoptatis, eidem, ut præcognitum fuit, successio debeatur, non autem D. Principissæ ultrogenitæ, ac matrimonio junctæ cum viro extra familias contemplatas, non urgentibus nonnullis præadductis signis in comprobationē anterioris matrimonii dictæ D. Principissæ per D. Ducissam ostensis, cum sint æquivoca, & proinde inefficacia ad erogandum sibi præjudicium in hac insigni primogenitura, signanter cum D. Ducissa, uti constat ex dicta litera D. Cardin. Albritii, ac ex depositionibus R. P. D. Altovici, Patris Maraccii, & Oblatarum antedicti monasterii, expresse voluntatem patefecerat matrimonium contrahendi, ideoque verisimile non est in D. Principissam sororem cum tanta ipsius jactura jus suum transferre voluisse.

10 Demum nec sub motivo urgentis æquitatis inter has DD. sorores dividenda est pro medietate successio, prout suadere conabantur scribentes pro D. Principissa ex dispositione Text. *in l. Si pater 40. & i. seqq. ff. de hered. instituor. leg. Titia Textores ff. de legat. 1.* & ab exemplo Domus Theodulæ, ubi non attenta primogenituræ lege prævio, tamen laudo, seu arbitramento per san. mem. Clem. VIII. confirmato, eadem divisa extitit inter duos fratres; nam non versamur in articulo dubio Cæsarea decisione indigente, sed in casu, quo tam ex censura juris, quam ex mente institutorum primogenituræ successio in totum defertur D. Ducissæ priori natæ, ut optime advertitur in secunda decisione R. P. D. mei Molines §. *fin.* Exemplum vero Domus Theodulæ redditur præ cæteris inapplicabile, ex quo ibi patres decisionem controversiæ remiserunt Arbitris per viam concordiæ, & amicabilis compositionis, quod deficit in casu præsenti.

Et ita Dominis omnibus videntibus, ac remissive ad antecedentes hujus causæ decisiones, in reliquis se habentibus conclusum fuit, utraque &c.

R. P. D. LANCETTA.

Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæsarinis.

Lun. 26. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Præsens decisio alias superius relatas confirmat.

SUMMARIUM.

1 *Successio in primogenitura debetur ei, qui habet qualitates a Testatore descriptas.*
2 *Electio cœlibatus facta in loco non regulari est ad libitum revocabilis.*
3 *Adeout omnes effectus a declaratione cœlibatus resultantes corruant.*
4 *In fideicommissis nunquam admittitur extensio.*
5 *Capacitas de tempore successionis inspicitur.*
6 *Bona primogenialia divisioni subjacere non debent.*

DECISIO CXII.

POst geminas Rotales sententias, alteram latam a R. P. D. meo Molines, & alteram a R. P. D. meo Muto declarantes successionem in majoratu nobilissimæ familiæ de Cæsarinis debitam esse D. Ducissæ Liviæ primogenitæ exclusa D. Principissa Cleria sorore, ista recursum habuit ad Sanctissimum, ac petiit in Signaturæ Gratiæ commissionem proponi, qua nostro tribunali demandaretur, ut ex æquitate, ac prudentiali cum temperamento procederet, prout a Rev. P.D. Auditore Sanctissimi obtinuit causam in consueto folio adnotari, absque tamen ulla concessione supersessoriæ, quod ad retardandum Judicialem litis progressum Principissa postulabat; Cumque e contra Ducissa Livia hujus litis terminationem exoptans decretum reportaverit ab eodem R. P. D. Auditore, quo causæ propositio arbitrio Sacr. Rotæ remissa fuit; hinc dubium in hodierna Audientia proposui, an sit locus Statuto de duabus, & Domini secundum Juris censuram procedenter affirmative responderunt, attenta sententiarum validitate, conformitate, & Justitia.

Supposita enim ex actorum revolutione validitate, prout etiam conformitate ex lectura secundæ, quæ primam confirmat, juxta deducta in Bononien. prætensæ devolutionis 14. Januar. 1697. §. *Validitas enim* coram me; Justitia resultare videbatur ex eo, quod institutores primogenituræ post extinctam lineam masculinam (sunt verba præcisa) *succedere voluerunt, vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam, legitimam matrimonio ab initio contracto in gradu proximiore ultimo decedenti primogenito, dummodo filia femina sic vocata, tunc nupta sit, & reperiatur cum aliquo nobilissimo viro secundo, vel alias deinceps genito ex nobilissimis domibus vel familiis infrascriptorum Baronum &c. videlicet ex familia Ducis Antonii Ursini, ex familia Gaetana &c. ex familia Sfortia Ducum Signiæ &c. & Cesia &c.* Quo circa dum præfata D. Ducissa Livia de tempore apertæ successionis, utraque pollebat requisita qualitate, primogenitæ, scilicet, ac nuptæ in tertia ex quatuor familiis ab institutoribus primogenituræ specifice nominatis merito fuit ad illam admissa, *l. cum Pater 79. §. Hereditatem il primo ff. de legat. 2.* Rot. cor. sa. me. Alex. VIII. *dec. 245. n. 2. & 3. &* cor. Cels. *dec. 158. n. 5.*

Nec

Nec urgere videbatur objectum in præcedentibus instantiis promotum, semperque rejectum, quod statim ac eadem D. Ducissa monasterium Septem Dolorum ingressa cœlibatum elegit ex ejusdem primogenituræ dispositione omne jus sibi competens amiserit.

Siquidem electio cœlibatus non fuit perpetua, & irretractabilis, sed per modum simplicis oblationis, quæ tanquam statum religiosum non inducens nec excludens matrimonium, minusque adstringens ad observantiam legum,
2 quibus moniales se obligarunt, erat ad libitum revocabilis, ut relata *decis. in hac causa edita* 13. *Jan.* 1687. cor. bo. me. Emerix *nuper respondit* Rota *in Rom. restitutionis dotis* 16. *Jan.* 1666. §. *Quoniam*, cor. R. P. D. meo Scottio *confirmata* 22. *Aprilis* 1607. cor. R. P. D. meo dell'Olmo: Ac proinde sicut declaratio cœlibatus ab ingressu dependens per licitum egressum evanuit: ita omnes effectus ab illa resultantes fuerunt resoluti, ut in fortioribus terminis repetitionis dotis traditæ monasterio prosequitur Rot. *in d. Rom. restitutionis dotis*, §. *inde sequitur*, cor. R. P. D. meo Sdotto.
3 Hujusmodi autem intelligentię nullatenus adversatur *lex primogenituræ in* §. 152. ubi demandatur, quod primogeniti cum pervenerint ad 25. ætatis annum declarare teneantur, an velint in cœlibatu vivere, vel potius matrimonium contrahere: illius enim verba in ea parte literaliter, ac expresse referuntur ad masculos, in quibus duntaxat verificari potest Alternativa -*An velint Sacris initiari, seu potius uxorem ducere*, Ideoque dum postea in vocatione feminarum requisita non fuit hujusmodi declaratio, sed unice qualitas primogenituræ cum una ex dd. quatuor familiis matrimonio copulatæ, particularis quoad istas provisio servanda venit absque illatione, ac extensione præcedentium, Fusar. *de substit. q.* 460. *num.* 15. *cum aliis adductis in postrema hujus causæ dec.* 25. *Febr.* 1697. §. *Quando quidem*, coram R. P. D. meo Muto.
4 Ponderando præsertim quod institutores primogenituræ post vocatam in genere filiam primogenitam cum supradicto onere nubendi, prævidentes illam a tempore apertæ successionis potuisse in statu viduitatis reperiri, licet antecedenter extra familias designatas matrimonium contraxisset, adhuc tamen ad primogenituram admiserunt cum onere novas nuptias juxta modum præscriptum contrahendi, quę circumstantia manifeste demonstrat præventivam declarationem in masculis requisitam omnino quoad feminas fuisse neglectam, hoc solum quoad istas requisito, quod de tempore apertæ successionis forent in statu a primogenituræ conditionibus volito, vel saltem habiles ad illum assumendum, licet antea fuissent in statu contrario, ut patet ad sensum.

Et ex hac circumstantia validius emicat assumptum, quod in primogenitura odio habita non fuit electio cœlibatus pro libito variabilis, sed illa solum, quæ semper in eodem statu perseverando implemento conditionum in primogenitura præscriptarum de tempore successionis adversaretur; ita etiam dictante Juris regula, quod capacitas de tempore successionis inspicitur, ut in specie de monacho jam pridem ex religionis instituto incapaci, habili tamen effecto ante conditionis eventum, respondit Frideric. de Sen. *cons.* 26. *n.* 2. *& per tot.* quod refert dicta decisio in casu edita 23. Januarii 1687. §. *Nec obstat in fin.* cor. bon. me. Emerix.

Hæc & alia in præteritis hujus causæ decisionibus latius enucleata bonum Jus D. Ducissæ Liviæ satis aperte comprobant, ita ut alias propositum temperamentum æqualiter dividendi bona primogenituræ suppositæ prorsus incongruum videretur; licet enim DD. per hypothesim admitterent D. Principissam Cleriam nuptias contraxisse sub spe primogenituram assequendi, quam bona fide conceperat ex cœlibi statu per sororem assumpto, non inde tamen censuerunt eorum arbitrio repositum a recto Juris tramite divertere, ac si divisione mediante legem ostendere primogenituræ, quæ *n.* 12. divisionem specifice prohibet per verba ibi-*facere unum corpus nulloque modo alienare, vel dividi posse, sed semper inperpetuum sic indivisa, & tanquam indivisibile corpus esse unius tantum masculi primogeniti, ac integra, & sine aliqua diminutione cadere de primogenito in primogenitum*, talemque prohibitionem repetit *a num.* 110. usque *ad num.* 115. imposita rigorosa pœna caducitatis, cui etiam dispositioni consonat illa Juris, juxta quam bona primogenialia divisioni non subjacent, Cyriac. *contr.* 380. *n.* 17. Molin. *de primog. l.* 1. *cap.* 11. *n.* 9. Rot. *decis.* 457. *n.* 4. *& seq. p.* 14. *rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PAULUTIO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Vener. 18. *Decemb.* 1683.

ARGUMENTUM.

In hac decisione statuitur, quod avocatio possessionis facta a Principe inficit quemcunque actum licet ignoranter emissum; quodque clausula *Constituti* in dispositionibus successivis, & fideicommissis expirat in primo vocato, nec ejus virtute intentari successive possunt remedia possessoria a subinde vocatis, & in judicio manutentionis, quod dirigitur ex vi ejusdem clausulæ, non de simplici possessione, sed de vocatione & fideicommissi purificatione sit disceptandum.

SUMMARIUM.

1 *Juste possidet qui authoritate Judicis possidet.*
2 *Et possessio eo certius dicitur valida, si concurrat quoque clausula* constituti *favore possessoris apposita.*
3 *Possessio non dicitur vacans, si per Principem avocata fuerit.*
4 *Avocatio possessionis non est apta removere manutentionem possidenti.*
5 *Avocatio possessionis non officit possessioni præventive in vim clausulæ* constituti *quæsita.*
6 *Avocatio posterior adimit possessori possessionem suam.*
7 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*
8 *Inhibitio est intimanda, & n.* 9.
10 *Deficiente fundamento ordinationis, corruit quidquid statutum fuit.*
11 *Utens Jure suo nemini facit injuriam.*
12 *Si fuerint Jura præservata, operantur, ut illa præservata dicantur tam in possessorio, quam in petitorio.*
13 *Possessori manutentio debetur.*
14 *Licet bona dotalia per obitum viri devolvantur ad mulierem, attamen donec fiat apprehensio per hæredes viri, possunt illorum possessionem mortuo viro accipere.*
15 *Declaratio possessoris quo titulo possidere prætendit, est attendenda.*
16 *Non citato possessore, acquiri non potest possessio quæ sit manutenibilis.*
17 *Possessio capta contra inhibitionem Judicis attendi non debet.*
18 *Ignorantia inhibitionis excusat a pœna, non autem ab attentato.*
19 *Avocatio possessionis habet vim Inhibitionis, & inficit omnia postea gesta etiam ab ignorante, & num.* 24.
20 *Præcipue si evenit a Principe supremo ad effectum vitandi scandala, quæ possunt oriri.*
21 *Clausula* sublata *adimit omnem facultatem Judici, & parti contrarium petendi, & aliter judicandi.*
22 *Decretum* irritans *inficit possessionem.*
23 *Sive capta sit cum scientia, sive cum ignorantia.*
25 *Præservatio operatur, præterquam quoad expressa.*
25 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
27 *Clausula* constituti *in dispositionibus successivis ac in fideicommissis expirat in primo vocato, nec ejus virtute intentari successive possunt remedia possessoria a subinde vocatis, & n.* 29.
29 *In Judicio manutentionis intentato in vim clausulæ* constituti *apposita in fideicommisso disceptari debet vocatio, & fideicommissi purificatio.*
30 *Clausula* constituti *nil operatur, si diu permiserit, ut alius possideret.*

DECISIO CXIII.

Quinque fratres ex nobilissima Aldobrãdina familia nepotes S. M. Clementis Octavi Pontificis vero Optimi Maximi, anno 1655. donationem inter vivos irrevocabilem fece-

fecerunt primum Joanni Georgio fratri majori cum erectione primogenituræ de primogenito in primogenitum, exclusis absolute, & perpetuo feminis, iisque sola dote relicta, & Ecclesiasticis personis, sed cum aliquali moderamine, & ita hanc primogenituram instituerunt, ut perpetuam, & nunquam defuturam meditarentur.

Sed Numini visum, ut cum Plinio, *quæ spectatissima florent, cito marcescant*, ac inter innumera, & hoc prostaret humanæ caducitatis exemplum; nam institutores primogenituræ, quorum major 21. ætatis agebat annum decesserunt omnes, nullo post se relicto masculo; Unde primogenitura pro masculis erecta, ad perpetuum agnationis splendorem, sine ullo in masculos progressu remansit.

Post omnes fratres, & masculos successit D. Olympia Aldobrandina Principissa Rossani, filia Joannis Georgii, in qua omnia bona familiæ Aldobrandinæ migrarunt, & quæ nupta primum Principi Paulo Burghesio, suscepit ex eo Principem Joann. Baptistam, & soluto per mortem matrimonio, transiens ad secunda vota, nupsit Princ. Dom. Camillo Pamphilio, cui dotis nomine omnia supradicta bona tradidit, & ex eo inter cæteros habuit Principem Joan. Baptistam Pamphilium primogenitum, qui post mortem patris, tanquam hæres omnium eorundem bonorum possessionem accepit, eamque sub certa lege, & declaratione retrocessit Principissæ Olympiæ matri durante ejus vita.

Obiit Principissa mater, & in suo Testamento Principi Jo: Baptistæ Pamphilio restituit omnium bonorum domus Aldobrandinæ sibi jam retrocessam possessionem, & cum clausula *constituti* declaravit ante obitum se ejus nomine, possideri, & Princeps acceptavit.

In hoc rerum statu, D. Anna Maria Aldobrandina filia D. Petri Aldobrandini unius ex fratribus institutoribus primogenituræ Marchionissa de Sanctinellis tanquam unica superstes ex familia Aldobrandina, asserens sibi debitam successionem, in primogenitura immissionem petiit extrajudicialiter, ac nemine citato coram A. C. Cavallerino, & vigore mandati ejusdem cum solita clausula, *dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio habentium meliora, & potiora jura*, fuit immissa in possessionem bonorum primogenituræ, ac judicium manutentionis instituit.

Se opposuerunt Principes Burghesius, & Pamphilius, inter quos fuit communicata possessio per concordiam, factaque ab A. C. solemni suspensione petitorii, & possessorii ordinarii pro ejus Locumtenente, me in judicem deputavit; assumptaque causa in summariissimo possessorio, subscripsi dubium, *An, & cui sit danda manutentio*.

Proposuique hodie ejus disceptationem, in qua manutentionem debitam D. Annæ Mariæ suadere hæc videbantur.

1 Ipsa enim Judicis authoritate possessionem est adepta, justeque possideret; nam juste possidet, qui authore Prætore possidet, *l. juste possidet ff. de acqu. vel amitt. possess.* eoque justius, quo titulum ipsi assistere prætendebat ex instrumento possessionis, seu primogenituræ cum clausula *Constituti*, quam Authores primogenituræ constituerunt se possidere pro omnibus successoribus in primogenitura, eo-
2 rum nomine acceptante Notario, Gregor. *decis.* 437. *num.* 1. Rotam penes Posth. *de manut. decis.* 250. *num.* 3. quæ sane utraque possessio alteri est præferenda, eique debita manutentio.

3 Neque efficere potest, quod de tempore adeptæ possessionis, possessio ipsa non esset vacua, ex quo bon. mem. Cardin. de Luca mandato expresso, & nomine Sanctissimi possessionem omnium bonorum avocasset, Dunozett. Jun. *decis.* 790. *num.* 9. *& decis.* 763. *num. pariter* 9. Quia hujusmodi avocationis exceptio apta non est removere manuten-
4 tionem possidenti, Posth. *de manut. observ.* 60. *num.* 1. Rot. *decis.* 64. *n.* 3. *p.* 2. *divers.*

5 At respectu possessionis quæsitæ per vim clausulæ *Constituti* insertæ donationi, & erectioni primogenituræ in gratiam omnium ad eam vocatorum, non potuit afficere Greg. *decis.* 437. *n.* 3. tanquam posteriori, cum avocatio mandato
6 Principis facta non adimit possessori possessionem suam, Alex. *cons.* 219. *num.* 15. Ubald. *decis.* 600. *num.* 58. *tom.* 1. maxime cum Sanctissimus non avocaverit, sed mandaverit avocari.

7 Et respectu possessionis actualiter captæ, & ademptæ, minus obstare potest manutentioni avocatio, tanquam non servata forma in mandato, seu ordine præscripta, cujus mandati fines erant diligenter custodiendi, *leg. in*
8 *re mandata Cod. mand.* nulla enim D. Annæ fuit facta intimatio, ne caperet possessionem, prout fieri debebat, Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 6. *num.* 12. & praxim exibuit Scacc. *de appell. quæst.* 17. *numer.* 18. Posth. *de man. observat.* 75. *numer.* 1. *&* 23. adeout sola avocatio non sufficiat, nisi adsit & personalis intimatio, Rot. cor. Buratt. 9
decis. 186. *num.* 11.

Quo stante notabili defectu, nil ultra potest operari subsecuta declaratio ejusdem Dom. Cardin. de Luca 9. Januarii, 1682. quod possessio capta per Dom. Annam Mariam 10
esset nulla, & attentata, deficiente enim fundamento, corruit quidquid superstruitur, Rot. *decis.* 512. *numer.* 7. *part.* 1. *recent.* Potissimum cum in Chirographo ad favorem Principum expresserit Sanctissimus: *Gli ordinassimo che prohibisse a qualsivoglia persona, che sotto le pene della nostra indignatione non ardissero di pigliare il possesso* 11
de medemi beni &c. inhibitione autem seu prohibitione non facta nil potest imputari utenti Jure suo, & nullum inde pati potest præjudicium, Rot. *decis.* 513. *num.* 7. *par.* 2. *recent.*

Cum præsertim in ipsa avocatione adjecta fuerit clausula, *quod exinde non intelligatur in aliquo eidem Dom. Annæ Mariæ præjudicatum circa jura sibi competentia talia qualia*, & ipsemet Santissimus in Chirographo prædicto *senza però pregiudicio delle ragioni, tali quali che potessero alla detta Anna Maria competere tanto in petitorio, quanto in possessorio in vigore delle clausule poste nella detta primogenitura* 1611. censetur enim inde præservatum Dom. Annæ Mariæ omne jus sibi competens ex primogenitura, sive in petitorio, sive in possessorio, Mart. *de claus. part.* 5. *claus.* 147. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 31. Adden. ad Buratt. *decis.* 633. *num.* 10. Rot. *dec.* 20. *n.* 10. 13. *p.* 18. *rec.*

Et e contra adjudicanda omnino asserebatur manutentio 12
Dom. Principi Pamphilio, & ex facta communicatione vigore concordiæ Dom. Principi Burghesio indubitabilis, siquidem exhibetur ad oculum adepta possessio, & continuata usque in præsens ab ipso Principe Pamphilio; Is enim illico post obitum clar. mem. Principis Camilli ejus genitoris vigore mandati A. C. Areosti fuit in possessione omnium, & quorumcunque bonorum stabilium, mobilium, & aliorum per clar. mem. Dom. Principem Pamphilium tempore sui obitus quomodolibet, & quocunque titulo possessorum, ubilibet positorum, & existentium *summario numer.* 13. & interea etiam omnium bonorum familiæ; & quamvis eandem possessionem Principissæ matri restituerit, id tamen fecit cum clausula *ad tempus ejus vitæ durantis*, eo adjecto, quod eveniente ipsius matris obitu, continuare posset in eadem possessione perinde, ac si ea restitutio facta non esset, & mater hanc restitutionem sic limitatam, & temporaneam acceptavit cum debitis solemnitatibus, & cum clausula *constituti*, & precarii ad favorem Principis, ut *in summario numer.* 13. & subinde inhærendo eidem restitutioni sic limitatæ, & qualificatæ eandem concessionem fuit adepta *summario num.* 15. & tandem in ejus Testamento circa eandem possessionem in verba disposuit, *senza pregiudicio del possesso di d. Principe Panfilio preso nelli Beni della Casa Aldobrandina, & io ancora per ogni miglior fine constituisco D. Principe nel possesso di tutti, e singoli beni della d. Casa, che* 13
di presente io possiede coll'efficacia della Clausula del constituto in ogni più valido, e miglior modo, summ. n. 16.

Quæ sic translativa possessio fuit ab ipso Principe vivente adhuc matre specialiter recepta, cumulando omnem, & quamcunque causam, ac titulum possidendi *summario num.* 18. qua stante actuali, & incontrovertibili possessione Principi possidenti debita dicebatur manutentio, §. *retinendæ instit. tit. de interdic.* Rot. *decis.* 316. *part.* 9. *recent.* & apud Posth. *de manut. decis.* 57. *num.* 14. Posth. *de manut. observ.* 20. *num.* 70. *&* 78. Dunoz. Jun. *decis.* 994. *num.* 1.

Non attento, quod utraque hæc possessio tam Principis ex aditione hæreditatis paternæ, quam altera translata in ipsum ex Testamento Principissæ matris non fuerit Jure dominii seu jure pignoris pro obtinenda satisfactione creditorum, quæ habebat Princeps contra bona Aldobrandina, quia prima possessio ex aditione hæreditatis paternæ fuit adepta absolute, & absque ulla relatione ad credita, ut ex redictis supra verbis ex *summario numer.* 15. & quamvis bona, quorum possessionem fuit adeptus, essent dotalia Dom. Principissæ Rossani, & soluto matrimonio per mortem Principis Viri, factus esset locus restitutioni; nihilominus remanebat adhuc possessio in hæreditate viri usquequo per d. Principissam fieret actualis apprehensio, & 14
ideo recte a Principe adeunte hæreditatem patris fuit capta posses-

possessio, Posth. *de manut. observ.* 53. *n.* 108. *& observ.* 62. *n.* 4. Buratt. *dec.* 609. *num.* 6. *dec.* 623. *nu.* 2. Urceol. *consult.* 10. *num.* 3. *& consult.* 92. *numer.* 32. Rot. *penes* Posth. *de manut. dec.* 425. *n.* 2. *& dec.* 182. *n.* 6. *p.* 17. *rec.*

15 Altera vero per Testamentum Principissæ matris nec fuit restricta ad credita, quia quamvis ipsa expresserit causam, quæ ipsam inducebat ad actum illum per illa verba: *Desiderando io di corrispondere al favore di lasciarmi godere li crediti senza pregiudicio del possesso, che d. Signor Prencipe &c.* Attamen in dispositiva non restringit translationem d. possessionis ad eadem credita, sed eam ampliat, & extendit ad omnem, & quemcunque modum, & titulum possidendi ibi-*per ogni miglior modo*, *ut in d. summ. n.* 16.

16 Et omnem scrupulum hujus possessionis Jure pignoris adimere dicebatur declaratio facta per eundem Principem, vivente adhuc Principissa matre, quod intendebat cumulare, omnem, & quemcunque titulum, & omnem, & quamcunque causam possidendi etiam jure dominii, & nomine proprio *summar. num.* 18. *vers. fin.* quæ sane declaratio efficax est, & licita, & pro ea stat præsumptio, si supervenial novus titulus, nec constet de voluntate contraria, Rot. *dec.* 97. *n.* 4. *&* 5. *p.* 4. *rec. &* coram Othob. *decis.* 304. *n.* 12. *&* 15.

17 Expensis attente disceptantium hinc inde momentis a me consulti DD. Coadjutores adjudicandam manutentionem DD. Principibus Pamphilio, & Burghesio censuerunt, ex fundamentis enim Dom. Annæ Mariæ nullam possessionem agnoverunt, pro cujus manutentione possit responderi.

Non capta illico post obitum Principissæ Rossani cum Judicis authoritate, & mandato possessio, quia nulla est, & irrita duplici nomine; tum quia possidebat Princeps Pamphilius, eoque non citato non possit acquiri possessio manutenibilis in ejus præjudicium, Posth. *de manut. observ.* 50. *numer.* 4. Rot. *post cum decis.* 189. *num.* 4. *& seqq.* coram Buratt. *decis.* 511. *num.* 3. *&* coram Dunoz. jun. *decis.* 983. *num.* 25.

18 Tum etiam, & magis, quia per mensem ante Sanctissimus D. N. motu proprio possessionem ipsam sibi avocaverat, inhibendo omnibus, & singulis interesse habentibus, vel prætendentibus, ne auderent in illa se intromittere; Tum enim actus quicunque gestus nullus est, & attentatus, nec quæsita intelligi potest possessio aliqua manutenibilis, cap. nostrum de appell. Gall. *pract. observ. capit.* 41. *num.* 1. *lib.* 1. Lancellot. *de attent. par.* 3. *cap.* 31. *num.* 200. Post. *de manut. observ.* 48. *num.* 28. *& per tot.* Coccin. *decis.* 432. *n.* 3. Rot. *dec.* 75. *n.* 3. *p.* 15. *rec.*

19 Neque ignorantia hujus avocationis suffragari potest ad sustinendam captam possessionem, quia ignorans excusatur quidem a culpa attentatorum facti, at non item a nullitate actus, & attentati Juris, Panormit. *ad l. comm. Ferrarien. n.* 34. *de constit.* Royas *dec.* 242. *num.* 4. Cels. *dec.* 92. *n.* 2. 2. *decis.* 177. *n.* 4. Emin. Cerr. *dec.* 132. *num.* 13. *& decis.*
20 337. *num.* 15. habet enim hæc avocatio vim inhibitionis, & inficit omnia postea gesta etiam ab ignorante, Rot. *dec.* 343. *n.* 3. *p.* 3. *dec.* 52. *n.* 9. *&* 10. *p.* 11. *rec. &* cor. Bich. *decis.* 591. *n.* 3. potissimum facto a Principe supremo motu proprio ad evitanda scandala, quæ possent obvenire, *l. si enim* §. *si inter*, *& l. æquissimum ff. de usufruct.* Rota *in supracitatis decisionibus* cor. Bich. 592. *n.* 7.

21 Sed inane est huic effectui avocationis insistere, quando bon. mem. Card. de Luc. sic captam a Dom. Maria possessionem revocavit tanquam nullam, & attentatam, & quod magis est S. D. N. in speciali chirographo restituens possessionem avocatam Principibus confirmavit, & servari mandavit quidquid fuit gestum a d. Card. de Luca tanquam gestum de expresso ordine, & mandato Sanctitatis suæ, jussit bonorum possessionem restitui DD. Principibus Pamphilio, & Burghesio cum clausula *sublata*, & decreto *irritanti*; Clausula autem *sublata* adimit omnem facultatem Judici, & parti contrarium petendi, & aliter judicandi, Gratian. *discept.* 771. *num.* 12. Gonzal. *de regul.* 8. *gloss.* 66. *num.* 3. & decretum *irritans* inficit possessionem, Lotter. *de re
22 benefic. l.* 2. *qu.* 27. *n.* 42. sive capta fuerit cum scientia, sive cum ignorantia, Lotter. *ubi supr. l.* 1. *q.* 24. *num.* 76. Paris. *de resignat. Benef. lib.* 5. *qu. ult. n.* 220. Rot. *decis.* 260. *n.* 27. *p.* 17. *rec.*

Et sane restitutionem hanc possessionis fieri Principibus debebat, alias enim (dicebat unus ex Dominis) resultaret ipsis injuria, quia ex reverentia debita avocationi factæ a
23 Principe se abstinuerunt a capienda possessione, quamvis alias æque bene ac Dom. Anna Maria præventive capere potuissent, ne fide æquitatum nascatur occasio, unde Jura nascuntur, *leg. memineris Cod. unde vi*; quibus attentis corruit quidquid de non facta inhibitione a Cardin. de Luca, & non servatis finibus mandati exaggerabatur.

Neque ulla res fieri potest in eo, quod Sanctissimus in Chirohrapho præservaverit omnia Jura D. Annæ Mariæ tam in petitorio, quam in possessorio; quia ultra quod hæc clausula est literaliter restricta ad clausulas appositas in primogenitura anni 1611. ut ex ipso Chirographo in fine. 24

Non potest certe intelligi de alio præjudicio, quam expresso, neque potest referri ad possessionem, quam Papa avocavit, & prohibuit a quocunque capi, Gratian. *discept.* 867. *num.* 19. Barbos. *claus.* 157. *num.* 5. *& seqq.* Buratt. *dec.* 375. *num.* 8. Pamph. *dec.* 629. *num.* 4. Rot. *dec.* 192. *n.* 6. *p.* 1. *& dec.* 720. *num.* 6. *p.* 3. *rec. &* coram Priol. *dec.* 452. *num.* 14. 25

Unde possessioni captæ per utrunque Authore Prætore, & cum mandato judicis non est assignabilis manutentio, cum fuerit nulla, & annullata, & non entis nullæ sunt qualitates *l. ejus in provincia ff. si cert. pet.* 26

Minusque prætensæ possessioni ex clausula *Constituti* inserta instrumento primogenituræ, adeut ejus virtute se possidere asserat in ea possessione manuteneri, quia jus hujus clausulæ in dispositionibus successivis, ut in fideicommissis expirat in primo vocato, nec ejus virtute intentari successive possunt remedia possessoria a subinde vocatis, Tiraqu. *de constit. possess. part.* 2. *ampliat.* 5. *numer.* 2. *&* 3. Ridolph. *in prax. part.* 2. *capit.* 5. *num.* 61. *cas.* 33. Giovagn. *cons.* 34. *n.* 30. *lib.* 2. Cavaler. *dec.* 5. *nu.* 4. Dunoz. Jun. *decis.* 993. *n.* 16. *& seqq.* Emin. Cerr. *dec.* 234. *num.* 4. Priol. *dec.* 21. *n.* 13. Rot. *dec.* 29. *num.* 22. *& dec.* 29. *n.* 12. *& decis.* 466. *n.* 3. *p.* 2. 3. *rec.* 27

Et apertissima est ratio; quia cum possessio sit facti, potest quidem constituens, quousque vivit, possidere nomine donatarii seu constitutarii, & non potest conferre effectum hujus clausulæ trans hominem, ut ait Quintilianus, & in tempus, quo ipse desiit esse, nec amplius possidet, aut possidere potest, cum mors omnia solvat, §. *deinceps Auth. de nupt.* 28

Et si velit Dom. Anna Maria juvari clausula *Constituti* insertæ primogenituræ in gratiam omnium vocatorum, primo probare debet se ad primogenituram ipsam esse vocatam, nec aliter potest manutentionem in possessione petere, & obtinere, tanquam pendentem a titulo primogenituræ, seu fideicommissi, quam examinetur purificatio ad ejus favorem petentis manutentionem, Rot. coram Eminentiss. Cerr. *decis.* 224. *num.* 5. *& decis.* 356. *n.* 6. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* quæ requisitio extra præsens Judicium est. 29

Potissimum & cum passa sit bona ipsius primogenituræ acquiri, & possideri a D. Principissa Rossani non tanquam majore natu, sed tanquam hærede Testamentaria Joannis Georgii patris, & Cardinalis Hippolyti Aldobrandini patrui ultimi ex masculis, *ut in summ. Principis n.* 1. *&* 2. idque spatio 10. annorum, quæ sane consideratio ipsam repellit ab omni jure, & effectu clausulæ *Constituti*, & apertione manutentionis, Posth. *de manut. observ.* 20. *nu.* 39. Gratian. *discept.* 945. *num.* 5. *& seq.* Rot. *dec.* 357. *n.* 7. *par.* 19. *recent.*

R. P. D. PAULUTIO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Ven. 6. Aprilis 1675.

ARGUMENTUM.

Habentur ea, quæ superius decisa leguntur.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debetur ei qui habet possessionem authoritate Judicis.*
2 *Possessio acquisita cum mandato conditionaliter relaxato, dummodo scilicet esset vacans, non suffragatur, si plena reperiretur, & n.* 8.
3 *Clausula constituti apposita in vocatione tribuit tantum effectum favore primi vocati, non aliis qui deinde succedere debent.*
4 *Et ut operari possit, dignosci debet, an adsit vocatio.*

5 *Pos-*

5 *Possessio dicitur comprehensa eo meliori titulo, quo uti valet.*

6 *Possessio ad tempus amissa post tempus in primum possessorem stare dicitur, ipseque non indiget nova acquisitione, si facta non fuerit illius restitutio, & n. 7. & 9.*

10 *Clausula* constituti *parit effectum manutentionis.*

11 *Illa non expirat per lapsum decennii, si actio exercibilis fuit.*

12 *Clausula* omni meliori modo *operatur, ut actus conferatur ad tempus habile, & eum inhabili jungatur.*

13 *Repugnat quod quis possideat, & contra bona possessa creditum exerceat.*

14 *Protestatio contraria facto nullum inducit effectum.*

15 *Avocatio facta a Principe habet vim inhibitionis, & possessionem captam annullat.*

16 *Et omnia gesta irritat, etiam si quis non ignoret, & num. 17.*

18 *Clausula* sublata, *& decretum* irritans *tollunt facultatem contrarium judicandi.*

19 *Praeservatio operatur praeter disposita.*

D E C I S I O CXIV.

SUspenso ex decreto Judicis quocunque alio Judicio, tam petitorio quam possessorio atque ad demum summariissimum possessorium redacta, disceptatum fuit sub die 10. Decembris 1683. inter DD. Principes Joan. Baptistam Pamphilium, & Burghesium, cui ab eodem fuere communicata omnia jura, & D. Annam Mariam Aldobrandinam, qui omnes possidere se bona primogeniturae asserebant, *cuinam ex ipsis danda esset manutentio*, & me proponente, fuit responsum, *dandam DD. Principibus*.

Concessa nova audientia Dom. Annae Mariae reassumpta fuit hodie eadem dispositio sub dubio, *An sit standum, vel recedendum a decisis*, & standum in decisis, fuit conclusum.

Repetita fuerunt hinc inde omnia fundamenta alias adducta, & probarunt DD. fundamenta praedictae decisionis cum solutionibus, quae datae fuere collatis pro Dom. Anna Maria.

1 Insistebat enim ipsa possessioni a se adeptae authoritate Judicis *l. juste possidet ff. de acquir. vel ammitt. possess.* cui fundamentum, ac robur addere videbatur, quod institutores primogeniturae in Instrumento expresse constituerant, se possidere pro successoribus, eorum nomine stipulante Notario; unde adesse ipsi asserebatur possessio juncta titulo, adeoque debita manutentio.

2 Sed haec non suffragari ad intentum sunt visa, non capta Iudicis authoritate possessio: Quia eatenus fuit directa, quatenus sit eadem vacans, cum tamen revera non esset, ex quo Princeps Pamphilius eam jam acquisiverat statim post obitum patris, nec unquam dimiserat, nisi limitate, resolutive, & ad tempus, & ideo ipso non citato acquiri non poterat per D. Annam Mariam.

3 Non titulus, seu possessio competens in vim clausulae *constituti* insertae instrumento primogeniturae, quia hoc beneficium expirat in primo vocato, ut firmat *praecedens decisio §. minusque*, & eatenus competit, quatenus constet de comprehensione in primogenitura; unde non docto de ea, inanis est hujus Tekamenti favor, cum

4 non intret in hoc judicio meri possessorii hujusmodi inspectio, Rot. coram Eminentiss. Cerro *decis. 2241. num. 5. & decis. 356. n. 7. p. 9. recent.*

Quo utroque deficiente fundamento, remanent in suo robore, quae pro Principibus, & eorum manutentione ponderat fuere.

Et primo, quod possessio capta per Principem Pamphilium statim ab obitu Principis Camilli patris, non fuerit tanquam creditoris, & jure pignoris, sed jure dominii; Id enim evincit facti ipsius evidentia, quia adeptus est possessionem omnium bonorum per Principem Camillum patrem ubilibet, & quomodolibet possessorum, sicque nulla expressa causa pignoris, vel hypothe-

5 cae, licet afferatur actiones contra bona dotalia patris pro creditis tantum competiisse, ideo omni jure, quo poterat apprehendisse dicendum, & praecipua jure haereditario, quia bona post mortem Principis Camilli in sua haereditate permanserunt, Posth. *de manut. observ. 3. num. 108. & observ. 62. n. 4. in fin.* Rot. coram Buratt. *decis. 609. num. 9. in rec. d. 187. n. 5. part. 17. &* Posth. *de manut. decis. 321. num. 2.*

Nec cecidit a possessione; quia eam restituerit favore Principissae matris, quia restitutio fuit concepta ad tempus cum clausula resolutiva eveniente casu obitus, & cum specialissima praeservatione, quod in casu obitus partes remaneant in eodem statu (sunt verba instrumenti) *in quo de praesenti repetitur etiam circa possessionem, tam civilem, quam naturalem manutentionem, ac retentionem, adeout per praesentem actum in nihilo dicatur partibus praejudicatum*; ideoque per obitum matris Princeps in eodem statu remansit, prout erat ante dimissionem possessionis, Grat. *discept. 310. n. 75.* Posth. *de manut. observ. 64. num. 14. vers. quemadmodum*, Rot. *post eundem dec. 635. n. 17.*

Ideoque possessione non amissa, non fuit opus nova acquisitione, nec locus est dispositioni Text. *l. si quis 16. ff. de acquir. vel amitt. possess.* quia ibi facienda erat restitutio, 6
hic vero actus sine ulla restitutione resolvitur, & in obitu Principissae ad Excell. Dom. Principem illico possessio rediit 7
vigore clausulae *Constit.* Honded. *cons. 22. num. 10.* Ant. de Amat. *resol. 39. num. 78.* Rota apud Posth. *de manut. d. 18. n. 6.* & coram Emin. Cerro *dec. 696. num. 4.* sicque possessio capta vigore *mandati* Cavallerini cum restrictiva *dummodo* 8
sit vacans &c. fuit nulla, nec manutenibilis, Post. *de manut. observ. 50. n. 4. & 5.* Rot. *post eundem dec. 310. n. 4.* coram Bich. *decis. 513. n. 3.* coram Buratt. *decis. 299. n. 6. & in rec. d. 24. a num. 2. ad 6. p. 16.* vel quia nunquam Princeps, & ad summum resolutive, & ad tempus recessit; quo casu lapso tempore debetur manutentio *l. principio, & §. fin.* 9
ff. uti possid. Rot. *decis. 606. num. 4. & dec. 216. num. 6. apud* Posth. *de manut.* Vel quia data etiam absoluta translatione possessionis in Principissam matrem, ista per ejusdem matris cessionem, quae nomine filii constituit se possidere, rediit ad filium, & est manutenibilis vigore d. clausulae, Rot. *dec. 325. n. 9. decis. 356. n. 11. 12. p. 9. rec.* & coram Dunoz. Jun. 10
dec. 993. n. 1. & Princeps filius translatam possessionem adhuc matre vivente specialiter acceptavit, cumulando omnem, & quamcunque causam ea, titulum possidendi.

Stare neque urget in contrarium objectum, quod praeservatio Principis non potuerit operari circa possessionem naturalem, sed tantum circa civilem, & illa non secuta consolidatione, cum naturali spatio decennii censeatur amissa. Quia cum Dom. Princeps utranque possessionem habuerit utranque sibi praeservavit, ibi *circa possessionem tam civilem, quam naturalem*, & quatenus civilis tantum remanserit, ipsa ob lapsum temporis non expiravit, quia, vivente Principissa, Princeps non poterat petere, & sic neque decennium currere, Burat. *dec. 375. num. 11.* Antonell. *temp. legal. lib. 2. cap. 76. n. 13.* & in omnem ca- 11
sum suffragaretur translatio Principissae matris, quae vigore Clausulae *omni meliori modo* non subjacet exceptioni a Ducissa excitatae, quod scilicet cum matre defecerit illius ad vitam limitata possessio; unde effectus constituti remanserit inutilis post obitum, quia d. clausula *omni meliori modo* operatur, ut actus conferatur ad tempus habile, & cum inhabili jungatur, Hond. *cons. 144. num. 25.* 12
lib. 2. Posth. *de manut. observ. 20. n. 27.*

Quae omnia agnovit dicta Dom. Anna Maria; ipsa enim egit pro consecutione, vel supplemento congruae dotis contra Principes, qui nonnisi uti possessores poterant conveniri, ideoque ipsi repugnat; implicat enim, quod eadem D. Anna Maria possideat, & creditum contra bona possessa exerceat *l. neque pignus 46. ff. de regul. Jur. l. penult. ff. de recept. arb. §. retinenda instit. de interdict.* ibi *Quia civilis, & naturalis ratio facit, ut alius a possidente petat.* non suffragante protestatione praeservationis Juriam, & 13
possessioni, quia illa uti contrario facto, nullum potest inducere effectum *l. cum plures §. locat.* Rot. *dec. 99. nu.* 14
45. cor. Arguel. & cor. Cocc. *dec. 152. n. 30.*

Sed omnia, quae contra Principum manutentionem adduci possint, tollit avocatio possessionis facta ad Sanctissimum, quae vim inhibitionis habuit, & possessionem captam annullavit, Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec. 740. a n. 9. usque ad 15.* & omnia gesta infert irritat, etiamsi D. Anna Maria vellet ignorantia se tueri, Rot. *dec. 343. n. 3. p. 6. dec. 52. n. 9. & 10. p. 11. rec.* & cor. Bich. *decis. 584. nu. 14. & 75. & dec. 592. n. 3.* prout illa Card. de Luca nulla, & attentata declaravit, cui declarationi opponi non potest, quod fuerit attentata, eo quia Cardinalis habuit quidem mandatum de avocando, sed praevia inhibitione, eaque non facta, nihil esset, quod impediret, quominus Dom. Anna Maria possessionem acciperet, quia in facto de actuali avocatio-

catione constat ex illis verbis prædicti Cardin. de Luca quia habuit e Sanctissimo commissionem, ibi; *Avocamus, & pro avocata, & reservata haberi volumus summ, Principum prateritæ positionis n.* 10.

15 Nec de commissione dubitari potest, cum de ea aperte testetur subsequens Chirographum Sanctiss. quoniam ipsius veritas emergit a subsequenti Chirographo Sanctitatis suæ

16 ibi: *ordinassimo al Cardin. de Luca, che preventivamente avocasse il possesso di tutti li beni &c. summ. præterito nu.* 12. quo casu non erat opus citatione, nec ignorantia excusat D. Annam Mariam, quia exclusat quidem a culpa, non vero a nullitate actus, ut punctualiter firmant allegata in præcedenti decisione, §. *neque ignorantia*.

Tandem omnibus robur addit idem Chirographum, per

17 quod gesta a Cardin. de Luca approbavit: unde possessio D. Annæ Mariæ per d. Cardinalem avocata, evanuit, & Principibus fuit acquisita, stante expressa illius concessione cum clausula *sublata &c. & decreto irritanti*; Tunc enim non admittitur in contrarium judicandi facultas, Gratian. *discept.* 791. *n.*17. Gonz. *ad regul. 9. gloss. 66. n.* 3. & possessio alias capta inficitur, Rot. *dec.* 260. *n.*17. *p.* 17. *rec.* absque eo quod præservatio Jurium D. Annæ Mariæ in Chirogra-

18 pho inserta prodesse possit pro manutentione; quia non potest referri, nisi ad illa, quæ sunt extra controversam possessionem, dum illam Papa avocavit, & prohibuit a quocunquæ capi; nimis enim sibi adversaretur Chirographum, si præservaret possessionem captam in spretum inhibitionis,

19 quam inhibitionem in eodem Chirographo confirmavit, & laudavit Seraph. *decis.* 38. *n.* 18. *cum aliis adductis in decis. quæ revidetur* §. *neque vis cum seq.*

Quo vero ad alia, quæ repetuntur ex parte Dom. Annæ Mariæ, placuerunt DD. responsiones præcedentis decisionis, quam in præsenti in omnibus approbarunt, & præsertim in ea parte, quod D. Principissa ultimo loco defuncta possessionem bonorum d. Primogenituræ adepta fuit, & in ea usque ad obitum continuavit, non quidem uti major natu, sed tanquam hæres testamentaria Joannis Georgii Patris, & Cardinalis Hippolyti Patrui, juxta probationes adductas ex parte dd. DD. Principum in prima disputatione, aliasve plures in præsenti supradictas.

Et ita utraque, &c.

R.P.D. EMERIX DECANO.

Romana Donationis, seu Primogenituræ de Aldobrandinis.

Ven. 6. Aprilis 1696.

ARGUMENTUM.

Non cessare vel resolvi primogenituram conventionalem ad conservationem bonorum in agnatione institutam, finita agnatione, adeo ut bona ad singulos hæredes revertantur, sed transire ad hæredem ultimi possessoris primogenituræ, hic deciditur ipso in Casu de quo agit Card. de Luca *in disc.* 205. *de Fideicommissis.*

SUMMARIUM.

1 *Donatio inter vivos pura, & irrevocabilis, cum dominium transferat a donatoribus ad donatarium, bona donata ad eos reverti non possunt.*

2 *Nec etiamsi in ipsa donatione reperiantur verba*, durante illius vita naturali, *qua juxta plerosque Authores perpetuitatem denotant.*

3 *Præsertim si nullum in casu obitus objectum fuerit pactum reversivum.*

4 *Licet in donatione inter vivos reperiretur dictio* tantum, *qua certam personam denotare videtur, bona tamen ad donatarii descendentes transire debent, non quidem uti comprehensos in donatione, sed ut successores ipsius donatarii.*

5 *Designatio vitæ donatarii donationi inserta, non immutat naturam dispositionis, sed adjecta est solummodo in gratiam substitutorum.*

6 *Præsertim si substitutæ fuerint personæ, quæ alias donatoribus non fuissent ab intestato successuræ.*

7 *Clausula* ad habendum, & in perpetuum *removent omnem reversionem bonorum in casu extinctionis lineæ, & agnationis.*

8 *Perpetua primogenituræ hæc est regula, quod præmorientibus substitutum, & quoscunque illius hæredes transmittantur.*

9 *Clausula*, Actum *omnia superius disposita in Instrumento complectens efficit, ut etiam unica reputari debeat ipsa donatio.*

10 *Prohibitio cujuscunque legitimæ, Falcidiæ, & Trebellianicæ in instrumento primogenituræ apposita, unicam donatores voluisse facere donationem inducat.*

11 *Dictio* Et *non semper separat res, sed plerumque duo synonyma, & idem importantia conjungit.*

12 *Etsi conservatio agnationis esset unica causa institutionis donationis, illa tamen cessante, bona non redeunt ad donantes, sed libera remanent penes donatarium, ejusque hæredes.*

13 *Præsumptiones seu verisimilitudines non attenduntur adversus donationem puram, & irrevocabilem, imo potius assistunt perpetuitati.*

DECISIO CXV.

Claræ memoriæ Cardinalis Silvester de Aldobrandinis ab illius Titulari Ecclesia, Cardinalis Sancti Cæsarei nuncupatus; aliique ejus Germani fratres Jo: Georgius Hippolytus, & Aldobrandinus prospicientes conservationi, atque ampliationi clarissimæ eorum familiæ, & agnationis, provideque advertens id potissimum assequi posse opibus, & divitiis in unum congestis, quæ ubi forte dividuntur in plures, paulatim decor, ac splendor familiarum declinare solet, nobilesque personæ in eorum nobilitatis, ac dignitatis contemptum ad inopiam sæpe rediguntur, anno 1611. unanimi consensu, maturaque stipulatione interveniente solemniter, & inter vivos irrevocabiliter dederunt, concesserunt atque donarunt, & quilibet ex eis (uti sunt fere præcisa verba instrumenti) dedit, cessit, atque donavit, omnia eorum castra, facultate, & bona, videlicet Card. Silvester, Hippolytus, & Aldobrandinus Joanni Georgio eorum Germano fratri, ejus vita naturali durante, & pro se, ac aliis in eodem instrumento vocatis, omnibusque, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum acceptanti, & legitime stipulanti, & deinde post ejus mortem quandocunque supervenientem non solum prædicti Cardinalis Silvester, Hippolytus, & Aldobrandinus integram eorum portionem; verum ipse etiam Jo: Georgius suam pariter integram portionem suo filio primogenito, si superest, si autem defecerit ejusdem primogeniti filio, aut ex eo nepoti primogenito, pronepoti, aliisque primogenitis descendentibus in infinitum, exclusis semper legitimatis, & feminis, ac descendentibus ab eis. Deficiente vero linea Joannis Georgii simili modo vocarunt Hippolytum, ejusque descendentes masculos ordine primogenituræ; Quibus etiam deficientibus, succedere voluerunt, Aldobrandinum, ejusque lineam masculinam, ac tandem in defectum omnium suptanominatorum ultimo loco substituerunt Petrum quintogenitum tunc ætate minorem, omnesque masculos ab eo descendentes, servato semper ordine dictæ primogenituræ, dummodo tamen ille major effectus integram ejus portionem primogenituræ supponeret, & donationem a cæteris ejus fratribus, ut supra factam in omnibus approbaret. In quorum executionem nedum Petrus minorem ætatem egressus pro duo separata instrumenta donationem approbavit, suamque portionem illi supposuit; verum etiam Jo: Georgius possessionem omnium bonorum apprehendit, ut inter partes non controvertitur, & latius expositum fuit in decisione Romana primogenituræ de Aldobrandinis super alio articulo 20. Junii 1687. cor. Dom. meo Ursino.

Cum autem ex his quinque fratribus nulli nati fuissent filii masculi, & defuncto prius Cardinali Silvestro, præmatura morte decessit Petrus omnium junior, & relictis duntaxat duabus feminis Ducissa Maria, & Catharina, deinde vero obiisset Aldobrandinus, & postmodum Jo: Georgius, superstite claræ me. Olympia juniore Principissa Rossani; omnia bona familiæ Aldobrandinæ ad ipsam libere devenerunt ut filiam, & hæredem Jo. Georgii, ac hæredem testamentariam Hippolyti ejus patrui, adversu quam cum prædicta Ducissa Maria, & Catharina, excitassent controversiam super resolutione prætecensitæ donationis, & confectione quorundam legatorum ipsis a Principissa Olympia seniore earum Avia relictorum, nempe scutorum 50000. pro dote D. Ducissæ Mariæ, & scut. 40000. pro

pro dote Ducissæ Catharinæ, aliarumque scut. 20000. unicuique ex ipsis donatorum, per Hippolytum pro omni, & toto eo, quod iisdem quomodolibet competere potuisset super bonis a Petro eorum patre suppositis primogenituræ; Eademque controversia per specialem commissionem san. me. Innocentii X. delata fuisset ad Cardinales Franciottum, Cecchinum, & Raggium, cum clausulis -- appellatione, reclamatione, nullitatis dictione, recursu, ac restitutionem in integrum -- penitus remotis, latæ fuerunt adversus ipsas sub die 27. Junii 1652. binæ sententiæ in omnibus favorabiles D. Principissæ Rossani, in quibus pronunciatum fuit, legata recipi debuisse in causam omnium, & quorumcunque jurium spectantium ad Actrices, & bona per Petrum assignata primogenituræ nulli reversioni fuisse obnoxia, contra quas tametsi sub sanctæ memoriæ Alexandro VII. ejusque successoribus Clemen. IX. & Decimo consultis desuper gravissimis, & doctissimis in urbe viris, fuerit eidem Ducissæ venienti, tam nomine proprio, quam uti hæredi Catharinæ sororis hoc medio tempore prædefunctæ denegatus recursus ad Signaturam Gratiæ ad effectum obtinendi commissionem restitutionis in integrum; Quia tamen (ut ipsa conquerebatur) gravare nimium visum fuerat in re tanti momenti præcludere supplicanti aditum deducendi adversus illas nova fundamenta; Placuit Sanct. D. N. Innocentio XII. feliciter regnanti auditis etiam per Congregationem deputatam defensoribus DD. Principum Burgesii, & Pamphilii filiorum, & hæredum ejusdem Principissæ, interim vita functæ, petitam commissionem restitutionis in integrum demandare Eminentiss. D. meis Cardinalibus Casanate, Marescotto, & de Abdua cum voto nostri Auditorii, prout de jure, & sine præjudicio rei judicatæ, ac circa ea duntaxat, quæ concernunt reversionem bonorum donatorum, de qua in secunda parte præcedentium sententiarum, & non ultra, ad cujus formam delata mihi causa proposui hodie dubium: *An constet de causis restitutionis in integrum, itaut sit danda immissio?* Quod fuit negative per DD. resolutum, quia non constat de aliqua nullitate, vel injustitia earundem sententiarum, sine qua non datur læsio, quæ basis est, & fundamentum in integrum restituendi, ad Text. *in l. Quod si minor 24. ff. de minor. c. 5.* ibique Abb. *de restitut. in integr.* Rota *dec. 324. n. 1.* coram Buratto, & in Calagnritana Quartæ funeralis de Naxera 11. Januarii 1692. §. *Constat siquidem*, coram me.

Non constat (inquam) de aliqua nullitate, vel injustitia sententiarum declarantium nulli reversioni fuisse obnoxiã portionem bonorum a Petro donatorum primogenituræ; Quia illam validitas non revocatur in controversiam, & justitia liquet ex eo, quod agitur de donatione inter vivos
1 puta, & irrevocabili, atque ulterius munita speciali promissione de non revocando etiam ex causa ingratitudinis, supervenientiæ filiorum, aut alia quacunque, licet in corpore juris clausula, cujus donationis, præsertim tam effrænatis verbis conceptæ cum ea natura sit, ut dominium irrevocabiliter abdicet a donatoribus, illudque transferat in donatarium; unde sequitur, quod cessante etiam casu nativitatis masculorum, bona donata ad eos non revertantur, nisi eo casu nominatim adjectum fuerit pactum reversivum, quod hic deficit, ad Text. *in l. prima §. Igitur ff. de donation. l. si quis argentum, §. fin. Cod. eodem*, & tradita per Rot. *dec. 717. num. 2.* coram Certo, *dec. 68. n. 6. & 7. p. 13. decis. 239. nu. 11. p. 16.* & in Romana donationis 12. Maii 1590. §. *Cumque* confirmata 3. Decemb. 1691. & 9. Maii 1692. coram me.

Neque in contrarium relevat potissimum fundamentum informantium pro D. Ducissa, quod bona, de quibus agitur, donata fuerint Jo. Georgio, durante illius vita naturali,
2 quodque per ejus obitum, adveniente quodammodo termino præfinito donationi, ipsa quoque donatio expiraverit, & resoluta remanserit: Quia (quidquid in terminis simplicis donationis ad vitam sic in abstracto sumptæ, in quibus non desunt plerique, magni etiam nominis Authores testantes de perpetuitate donationis) objectum non procedit in casu, quo, prout hic, Jo: Georgius donatarius expresse stipulatus fuit donationem puram, & irrevocabilem pro se, & aliis in ea successive vocatis, nullumque in casum ipsius obitus adjectum legitur pactum reversivum, ut reprobat opinione Alciat. notat Rip. *resp. 1. num. 7. de*
3 *donat.* Ronch. *in leg. Heredes mei §. Cum ita p. 4. nu. 18. &* 157. Modern. Melphiten. *de lin. legal. p. 1. resp. 1. n. 6.* Rota *dec. 141. num. 8. part. 4. tom. 1. rec.* Et in fortioribus terminis donationis factę ad favorem certę personæ cum dictione taxativa, *tantum*, quod nihilominus bona donata transmittantur ad hæredes donatarii, non uti comprehensos in donatione, sed uti successores ejusdem, nisi expresse conven- 4
tum fuerit de reversione ad donantem, vel alias cogitatum de illorum exclusione, probat Gratian. *discept. 385. n. 16.* Mantic. *de tac. lib. 13. tit. 21. n. 20.* Cutell. *de donat. disc. 1. spec. 25. n. 14. & seqq.* Peregr. *de fideicom. art. 51. n. 21. §. Verum*, Noguerol. *alleg. 37. sub nu. 23. §. Primus*, Rota *dec. unic. per tot. & signanter n. 6. de donat.* cor. Achill. de Grassis *decis. 378. n. 4. lib. 3.* cor. Puteo, *dec. 587. n. 1. & 10. par. 5. dec. 98. num. 10. & seq. p. 12. & dec. 434. nu. 5. par. 13. rec.*

Præmissa autem fortius urgere visa fuerunt ex eo, quod donantes non solum in casum obitus Jo: Georgii primi donatarii ab eis designati nulla supraddi curaverunt verba quomodolibet significantia resolutionem donationis, aut reversionem bonorum donatorum, sed Jo: Georgio sic decedenti substituerunt in infinitum ejus descendentes, aliosque successive vocatos. In his quippe terminis designatio vitæ donatarii censetur adjecta ad ostendendum gravamen 5
restitutionis, inhærens donationi factę cum onere primogenituræ, atque utique uti simplex expressio ejus, quod tacite inerat, non immutat naturam dispositionis ad regul. Tex. *in l. 3. ff. de legat. 1. l. 107. ff. de conditione, & demonstr. l. 7. in fin. C. de revocand. donat.* sed apposita dicitur in gratiam substitutorum ex adductis in proximis terminis per Alex. *cons. 92. num. 8. vers. non obstat, & n. 9. l. 3.* Menoch. *cons. 112. nu. 3. vers. resp. & vers. non etiam*, Pereg. *cons. 52. per tot. signanter nu. 6. l. 2.* Negus. Jun. *in Silv. resp. qu. 24. n. 11. vers. non obstat*, Casan. *cons. 32. nu. 24. vers. tertius casus*, Giovagn. *cons. 64. num. 11. & seqq. lib. 1.* Altogr. *cons. 47. 6. 5. & seq.* Et in specie per Marcab. *cons. 111. num. 49. & 50.* Bero, *cons. 121. nu. 7. & seq. l. 2.* Tort. *de major. q. 1. cap. 24. sub n. 51. vers. ad secundum.* Præsertim quia substitutæ fuerunt personæ, quæ alias ab intestato successuræ 6
non fuissent donationibus, ad notata per Maccabrun. *cons. 71. n. 5. & seq. & n. 54.* Bellon. *de jur. accrescent. c. 7. q. 0. n. 130. vers. ad quartum* cum concordantibus.

Idque ipsum apertius suadent integer contextus instrumenti donationis pluresque conjecturæ, & prægnantia verba quibus stipulata legitur donanti, ibi ad favorem omnium quorum interest, intererit, aut interesse potuerit quomodolibet in futurum. Et rursus clausulæ *ad habendam, & in perpetuum* aliæque denotantes plenariam abdicationem dominii a donantibus, ex quibus clarius ostenditur, nullatenus cogitatum fuisse de reversione bonorum in casum ex- 7.
tinctionis lineæ, & agnationis, sed ultra ibidem nominatos fuisse quoque comprehensos alios interesse habentes, qui esse non poterant, nisi hæredes donatarii, ad tradita per Marcabrun. *d. cons. 111. nu. 61. & 126.* Cutell. *de donat. disc. 1. special. 24. nu. 15. vers. per qua verba lib. 2.* Rot. *dec. 273. n. 6. & seq. l. 3.* cor. Puteo, *dec. 587. n. 3. p. 1. dec. 230. nu. 7. p. 14. decis. 261. nu. 8. p. 16.* & in dicta Romana donationis 12. Maii 1690. §. *Quam etiam*, cor. me, attenta præsertim strictissima prohibitione cujuscunque alienationis, & detractionum in perpetuum, quas frustra donantes prohibuissent Jo: Georgio, si illum considerassent uti donatarium temporalem, qui de jure non potest detrahere Falcidiam, aut Trebellianicam tanquam non habens dominium actu, vel aptitudine perpetuum cum solo onere restituendi, ratione cujus tales prohibitiones fieri solent, ad notata per Urceol. *cons. 38. n. 19. & seq. & signanter n. 22. & 23.* Rota *d. 460. n. 1. & 2. p. 4. div.* & in Romana bonorum 28. Febr. 1695. §. *Tum etiam*, cor. D. meo Molines.

Neque oppositum evincunt authoritates exadverso cumulatæ; Quoniam illæ loquuntur in casu simplicis donationis factæ ad vitam certæ personæ, nec ulterius examinant quæstionem in terminis donationis, ut supra tot amplissimis clausulis stipulatæ, & cum onere perpetuæ primogenituræ, in qua regulare est, quod præmorientibus substitutis, bona remanent libera penes institutum, & ad quoscunque 8
illius hæredes transmittuntur, ad text. *in l. Cum Pater, §. Libertis l. qui solitum §. penul. ff. de l. 2.* Altogr. *d. cons. 49. n. 5.* Giovag. *cons. 64. n. 11. l. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 51. num. 2.* cum concordantibus.

Minus turbat aliud assumptum dualitatis, sive duplicitatis donationum, quarum prima dicitur facta Jo: Georgio ejus vita durante naturali, & secunda post illius mortem ad favorem filiorum, aliorumque in ea vocatorum; Unde arguebant informantes per D. Ducissa, quod dum prima uti temporalis, & vitalitia finem habuit, & secunda initium habere non potuit ex defectu nativitatis masculorum, suapte natura factus fuerit ludus conditioni donationis, quia præter quod unicitas, & singularitas donationis bene desumitur

ex eo,

ex eo, quod unica fuit oratio, sub qua per donantes explicata fuit donatio ad favorem omnium donatariorum, & rursus unica etiam stipulatio Jo: Georgii pro se, & omnibus
9 successive vocatis; Ac tandem unica quoque clausula *Actum* complectens omnia superius disposita in Instrumento, quæ operantur, quod unica etiam reputari debeat ipsa donatio, prout de unica oratione dixit Bart. *in l. re conjuncti nu.* 12. *ff. de leg.* 3. Alrogr. *cons.* 95. *n.* 35. *lib.* 1. Mans. *cons.* 219. *nu.* 10. *& consult.* 446. *n.* 12 Rota *decis.* 537. *num.* 5. cor. Bich. *dec.* 282. *n.* 5. cor. Priolo, *decis.* 165. *n.* 13. *p.* 9. *rec.* & de unica clausula *Actum*, Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 34. *n.* 6.

Cessare visa fuit difficultas ex eo, quod in omni parte instrumenti donatio explicata fuit per verba numeri singularis qui qualitatem, seu pluralitatem excludit, ad notata per Rot. *dec.* 433. *num.* 7. cor. Gregor. *decis.* 2121. *n.* 57. cor. Cocc. *dec.* 252. *n.* 10. *par.* 19. *rec.* & facta legitur per modum primogenituræ, seu fideicommissi, quod unicum est penes successive omnes vocatos, ponderando præsertim, quod in proœmio donationis exposita fuit Judici pro causa contractus indefinita erectio primogenituræ ad effectum conservationis bonorum unitorum de primogenito in primogenitum, quodque Jo: Georgius vocatus fuit primus primogenitus, primusque donatarius, quæ verba important alios post ipsum in eadem donatione fuisse vocatos per viam continuationis unicæ, ejusdemque primogenituræ, non autem per institutionem novæ a prima independentis; maxime quia (ut superius etiam prænotatum) eidem Jo: Georgio prohibita fuit quæcunque detractio legitimæ, & Falcidiæ,
10 ac signanter etiam Trebellianicæ, quæ sicut datur in præmium restitutionis ex adductis per Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *p.* 5. *num.* 119. Cutell. *de donat. disc.* 1. *spec.* 38. *n.* 8. ita ostendit, donantes unicam dumtaxat voluisse facere donationem, quæ ad terminos fideicommissi restiturorii per organum Jo: Georgii transire debet ad ejus filios, aliosque vocatos. Fortius, quia donatarii, qui post illius obitum capere debebant bona, vocati fuerunt sub collectivo nomine *aliorum primogenitorum, atque ipsius successorum*, quod indicat alios in eadem primogenitura præcessisse, & successionem ex fideicommisso in eo, quod habuit primus gravatus, ad tradita per Vasquez *de success. progress. in præf. n.* 9. Giurb. *de feud. glos.* 5. §. 2. *num.* 10. Torr. *de success. in primogen. p.* 1. *cap.* d. §. 1. *n.* 3. attenta potissimum dictione *aliorum*, implicativa similium in eodem ordine, ut observat Rot. *dec.* 546. *num.* 17. *& seq.* cor. Duran. *dec.* 21. *n.* 6. cor. Priolo, *decis.* 102. *num.* 12. *p.* 6. *& dec.* 126. *num.* 9. *par.* 11. *recent.*

Et hanc ipsam unicitatem, sive singularitatem donationis per viam primogenituræ successive, & gradualis, quam præsefert lectura instrumenti stipulationis, clarius explicant duo instrumenta ratificationis, & suppositionis bonorum factæ per Petrum auctorem Dom. Ducissæ, in quorum primo habetur, ibi: *donat. d. primogenituræ penes d. Jo: Georgium Aldobrandinum nunc primogenitum &c.* & infra ibi: *constituit d. possessionem tenere vice, & nomine d. Principis Aldobrandini nunc primogeniti, & deinde alterius primogeniti ordine successivo*. In secundo autem ibi, *donavit, & donat d. primogenituræ &c. Pro D. Jo: Georgio Aldobrandino ad præsens primogenito, & aliis in ea successionibus &c.* quæ quidem verba prolata per Petrum patrem, & Auctorem D. Ducissæ, sicuti excludunt duplicitatem donationis quoad portionem ipsius propriam, ita etiam indirecte, & per viam declarationis, & observantiæ bene ostendunt unicitatem præcedentis donationis peractæ ab ejus fratribus, nocentque D. Ducissæ ejus filiæ, & hæredi, quæ propterea eo minus hodie impugnare valet declarationem, atque observantiam sui Auctoris, ad tradita per Rot. *dec.* 261. *num.* 1. *&* 3. *p.* 7. *decis.* 187. *n.* 19. *p.* 13. *& dec.* 563. *n.* 10. *&* 11. *p.* 18. *rec.*

Non suffragante replicatione, quod donantes simul expresserint donationem, & primogenituram quasi quod per dictionem *&* separare, ac distinguere voluerint donationem a primogenitura, & primogenituram a donatione; Quia dictio illa monosyllaba plerumque ponitur inter duo synonyma, ac inter verba idem importantia, ut notat Felin. *in cap. ex parte il primo n.* 22. *vers. fallit secunda de rescrip.* Surd. *cons.* 315. *n.* 19. Bellon. *cons.* 53. *n.* 7. Valenz. *cons.* 133. *n.* 6. uti in præsenti dicendum est fieri voluisse, ne alias
12 dici debeat, quod ubi donantes locuti fuerunt de donatione, noluerint intelligere de primogenitura, quodque primogenitura non esset erecta per viam donationis, quæ secum involverent plurima absurda, quia videlicet legitimati, & feminæ exclusæ a donatione non fuissent exclusæ a primogenitura, & beneplacitum Apostolicum reservatum non fuisset pro ipsismet bonis continuandis in primogenitura.

Prout nec etiam relevante, quod in utraque parte dispositionis diversæ fuerint personæ donantium, & donatariorum, quia nempe Jo: Georgius, qui in priori parte designatus fuerat donatarius aliorum ejus fratrum; in secunda simul cum aliis fratribus propria bona donavit ejus filio primogenito, aliisque successive vocatis; Quoniam id quidem necessario fieri oportuit ad indicandum, quod ipsemet Joan. Georgius primogenituræ supposuit propriam portionem, quam in priori parte dispositionis sibimetipsi stipulari non poterat, non autem ad demonstrandam pluralitatem donationum, quam semper ipsimet donantes pro unica deputarunt, ut constat ex aliis partibus ejusdem instrumenti, quæ bene declarant quid in hac etiam ipsi senserint, argum. text. *in l. Qui filiabus ff. de legat.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 186. Rota *decis.* 587. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 336. *num.* 4. *par.* 11. *recent.*

Minus juvat, quod per deficientiam omnium masculorum de familia cessaverat conservatio agnationis, pro cujus assecutione principaliter stipulata legitur donatio, proindeque sublata illius causa finali, ipsa quoque donatio resolvatur, & bona revertantur ad donantes; quia præter quod in instrumento donationis non unica tantum exposita fuit causa donandi pro conservatione agnationis, sed plures æque principaliter, mutui scilicet amotis inter fratres, & honoris, quod Joannes Georgius in se ipsum assumpserat solvendi Principissæ Olympiæ seniori annua scuta 1200. ac ulterius quia sic donantibus de rebus suis disponere placuerat, quarum alterutra subsistente, sustinetur etiam donatio, ut probat Surd. *cons.* 531. *nu.* 7. Marescott. *var. resol. cap.* 2. *n.* 8. *lib.* 2. Modern. Reverendissimus Isclan. *select. cap.* 24. *n.* 12. *& cap.* 505. *n.* 23. Rot. *dec.* 586. *num.* 11. *&* 13. cor. Bich. *dec.* 94. *n.* 6. *&* 16. *part.* 12. *dec.* 68. *num.* 6. *&* 7. *par.* 13. *recent.* & in dicta Romana donationis 12. Maii 1690. §. *Minus* cor. me. Quatenus etiam conservatio agnationis dici debuisset unica causa finalis donationis, non tam illa deficiente bona revertuntur ad donantes, a quibus per actum irrevocabilem sublatum fuit quodlibet jus illorum reversionis, sed libera remanent penes donatarium, & ad quoscunque ejus hæredes transmittuntur, ut de veriori testatur Spad. *cons.* 69. *n.* 9. *lib.* 1. Capyc. Galeot. *controv.* 22. *nu.* 14. *&* 18. Capon. *controv.* 94. *n.* 5. Rota *d. decis.* 98. *n.* 14. *p.* 23. *dec.* 68. *num.* 6. *&* 7. *p.* 13. *dec.* 239. *n.* 11. *p.* 17. *rec.* & in Mediolanen. bonorum 12. Martii 1683. §. *Minusque*, coram bonæ mem. Albergato, & in Asculana Parochialis 30. Martii 1684. §. *Minus relevat*, coram bon. mem. Benincasa. 12

Nec similiter adversatur præsumpta voluntas, seu verisimilitudo, quod donantes excludere noluerint proprias filias si cogitassent, quod ex Jo: Georgio nulli nasciturí fuissent filii masculi ab his contemplati; quia præsumptio, seu verisimilitudo non attenduntur ad evitandam donationem 13
puram, & irrevocabilem, imo in contrarium assistunt potius perpetuitati, ac transitoritati ad quoscunque hæredes connaturalibus actui, de quo agitur, ut ponderat Rota *decis.* 358. *num.* 5. *&* 6. *part.* 13. *recent.* & in dicta Romana donationis 13. Maii 1690. §. *Denique* coram me. Imo si in talibus donationibus puris, & irrevocabilibus, nec etiam reversio datur ad favorem donantis supervivientis donatario ut sequendo literalem dispositionem textus *in d. leg. Si quis argentum* 35. *in fine Cod. de donat.* probat Barr. *in l. si ita stipulatus* 115. *num.* 41. *ff. de verbor. oblig.* late Cravett. *cons.* 102. *num.* 2. *& per tot.* Marescott. *variar. resol. lib.* 2. *capit.* 22. *num.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *numer.* 20. ubi quod ab hac sententia non est recedendum, quam aliis omissis approbarunt Senatus Gratianopolitanus apud Guidopap. *quæst.* 147. *numer.* 2. *post med. & sequent.* Cons. Neapol. apud Franc. *dec.* 59. ibique Amendol. in addit. Senatus Pedemont. apud Thesaur. *decis.* 11. *ad med. & decis.* 70. *ad med. vers. dico autem*, Regia audientia Apuliæ, apud Viv. *dec.* 421. *per tot.* Rota Lucen. apud Magon. *dec.* 87. *num.* 13. Rota Maceraten. apud Grat. *decis.* 41. *n.* 2. *&* 4. ac continuo amplexa est Rota Romana, *ut in decis.* 597. *n.* 1. *p.* 1. *rec. dec.* 253. *num.* 7. *p.* 5. *dec.* 9. *n.* 7. *dec.* 78. *n.* 7. *& dec.* 434. *num.* 3. *p.* 13. *dec.* 230. *num.* 11. *p.* 17. *dec.* 155. *n.* 9. *p.* 18. *d.* 74. *num.* 22. coram Duran. *dec.* 664. *n.* 7. cor. Merlin. *dec.* 1788. *num.* 13. *&* 14. cor. Cocc. *dec.* 186. *n.* 29. *& seq. & dec.* 555. *num.* 4. *& seq.* coram Bichio, in Perusina, seu Eugubina donationis 24. Aprilis 1671. §. *Ipsi enim habent*, cor. Calatag. & in Romana, seu Feretrana donationis 16. Junii 1690. §. *Minus al-*

tera

tera, coram me, & novissime in tribus decisionibus editis 12. Maii 1690. 3. Decembris 1691. & 9. Maii 1692. Romana donationis de Gavottis pariter coram me. Quanto minus præsumpta voluntas seu verisimilitudo attendi debent ad favorem filiorum in hoc casu, in quo donantes expresse cogitarunt de masculis, qui ab ipsis quoque forsitan nascituri erant, eosque excluserunt in concursu aliorum, qui nascituri superabantur a donatario, expresse renunciantes beneficio *leg. si nunquam Cod. de revoc. donat.* ad quem effectum satis fuisset etiam generaliter substituisse post defectum primorum vocatorum, ad tradita per Fran. Pal. *consult. 26. n. 6.* Cutell. *de donat. disc. 3. partic. 6. n. 31. & seq.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5. gl. 3. par. 3. n. 6.* Torre *de pactis l. 2. c. 29. n. 16.* Rota post ipsum *dec. 119. num. 3. & dec. 163. n. 2. p. 15. recent.*

Denique non urgent argumenta deducta ex regula text. *in l. cum avus ff. de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi C. de fideic.* Quoniam illa vindicat sibi locum in ultimis voluntatibus, in quibus ad favorem proximiorum, quandoquidem suppleri solent suprema judicia defunctorum, non autem in donationibus, aliisque contractibus inter vivos, in quibus attendi debet sola natura actus gesti, & proprietas verborum, nec admittuntur contrariæ præsumptiones, & conjecturæ, imo nec etiam ipsorummet donantium declarationes, ut per text. *in l. perfecta C. de donationibus, quæ sub med.* dictum fuit in sæpe citata decisione Romana donationis 12. Maii 1690. §. *In nihilo relevante*, & 3. *Decembris* 1681. §. *Denique nec obstat*, cor. me.

Et ita resolutum fuit, utraque parte acriter informante, &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Romana Donationis, & Primogenituræ de Aldobrandinis.

Lunæ 10. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Confirmantur superius decisa.

SUMMARIUM.

1 *Donationis irrevocabilis & inter vivos ea est natura, ut nisi appositum fuerit a donante literale pactum reversivum, statim dominium rei donatæ, secuta præsertim donatione, transferatur in donatarium.*

2 *Heredes donatarii etiam non nominati capiunt jure transmisso & simplici ministerio, & operatione legis.*

3 *Res donata transit ad heredes donatarii, licet donatio illi facta fuerit cum particula limitativa* tantum, *si non adjectum fuerit pactum reversivum, & cogitatum de exclusione heredum donatarii.*

4 *Et hoc speciale est in donationibus puris & irrevocabilibus ad differentiam conditionalium.*

5 *In contractibus donationis puræ & irrevocabilis, non attenditur præsumpta mens contrahentium, sed sola natura actus gesti, ac proprietas verborum.*

6 *Donationes puræ suam efficaciam abdicativam non minuunt, vel ex deficientia personarum contemplatarum, vel ex cessatione causæ finalis contractus.*

7 *Bona donationis puræ & irrevocabilis transeunt ad heredes donatarii, nisi sint nominatim exclusi, aut expresse cautum sit de illorum reversione ad commodum donantis.*

8 *Dictiones personales,* ejus vita naturali durante, *non limitant naturam perpetuam donationis puræ, nec æquipollent pacto reversivo.*

9 *Data acceptatione & stipulatione pro heredibus, etiamsi donationis verba sint personalissima vel restricta, transmissionem non excludunt favore heredum, de quibus mentio facta est.*

10 *Verba*, omnibus quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, *verificari non possunt nisi in solis donatarii heredibus.*

11 *Data contraria voluntate contrahentium, verba directa obliquantur & induunt gravamen restitutionis, si non ex vi verborum, ex volito tamen disponentium.*

12 *Voluntas & intentio Testatoris bene etiam deducitur ex falsa credulitate vel actu nullo.*

13 *Successor esse non potest, qui non habet antecessorem.*

14 *Dato originario gravamine per fideicommissum in genere subalternante, una censetur esse receptio seu vocatio, licet in speciebus subalternantibus tot considerentur donationes quot personæ & gradus, non ad excludendum gravamen restitutorium, sed ut quilibet ex vocatis veniat jure directo in unoquoque gradu.*

DECISIO CXVI.

RENovata hodie coram me suffecto in locum, & gradum bon. mem. Emerix Decani disputatione jampridem coram eo excitata, resoluta sub die 6. Aprilis anni præteriti, An nempe donatio, seu primogenitura per contractum a quinque fratribus nobilissimæ familiæ Aldobrandinæ, mutuo stipulata, ac verius a quatuor ex illis expleta favore Principis Jo: Georgii sub his verbis: *Omnes ipsi Illustrissimi &c. irrevocabiliter, & inter vivos etiam mutua & legitima stipulatione hinc inde interveniente donarunt, & titulo perfectæ, & irrevocabilis donationis dederunt, cesserunt, concesserunt, & transtulerunt jure proprio, & in perpetuum, & quilibet eorum respective irrevocabiliter, ut supra, & inter vivos donavit &c. jure proprio, & in perpetuum, videlicet dictus Illustris. & Reverendiss. D. Cardinalis S. Cæsarei, & Illustriss. & Excellentiss. DD. Hippolytus, & Aldobrandinus dicto Illustrissimo D. Joanni Georgio Aldobrandino eorum germano fratri, ejus vita naturali durante, & pro se, & aliis infra dicendis in præsenti donatione vocatis, & comprehensis, & omnibus, quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum &c. acceptanti stipulanti* una cum successiva primogenitura graduali post mortem Jo: Georgii ordinata, an inquam donatio ista, caducata jam primogenitura per obitum quinque fratrum absque filiis masculis, quoad portionem Petri Aldobrandini, resoluta remanserit, itaut fiat locus reversioni bonorum favore Mariæ illius filiæ ad immissionem, ex interdicto quorum bonorum agentis tam titulo hæreditario patris, quam Catharinæ sororis præmortuæ, seu potius eadem bona libera remanserint favore Jo: Georgii primi donatarii, & postremo loco defuncti, adeout vi transmissionis, & ex operatione legis juridicæ pervenerint in Olympiam juniorem Principissam Rossani ejus filiam, ac hæredem testamentariam Hippolyti patrui, & auctricem modernorum Principum collitigantium Burghesii, & Pamphilii, DD. serio perpensis verbis, contextu, & natura donationis stipulatæ, matureque libratis fundamentis, sub quibus præterita decisio firmavit, non esse locum reversioni; ideoque *non constare de causis restitutionis in integrum*, denuo in eadem iverunt sententiam, quam sub congruo dubio requisiti pandere decreverunt cum rescripto *in Decisis*.

De natura nanque donationis irrevocabilis, & inter vivos munitæ specialibus promissionibus de non revocando, totque effrænatis clausulis conceptæ est, ut nisi appositum fuerit a donante literale pactum reversivum, statim dominium rei donatæ, secuta præsertim traditione, transferatur in donatarium, bonaque abdicata a donante taliter sint, ut ad eum ullo modo, & nullo unquam tempore revertantur: quia cum donatio sit in sui proprietate actus abdicativus largitatis, seu verius deperditionis, ut notabiliter per text. *in l. ff. de donat.* dicebat Rota *in dec. 155. n. 9. & seqq. p. 13.* ut bona ad donantem revertantur, necesse est, quod de regressu ille pepigerit, qui alias deficiente pacto reversivo, ad hæredes jure transmissionis, & legis ministerio perveniunt per text. *in l. si quis argentum §. fin. C. de donat.* ubi determinatur. *Non solum eos dum supersunt, sed etiam eorum successores reddere compelli non tantum iis, in quo donatio facta est, sed etiam eorum heredibus*, & ampliative notat glos. ibidem in verbo *casibus*, ubi subjungit hoc procedere in quibuscunque donationibus, & concordat *alter Textus literalis in l. prima §. Igitur ff. eodem*, & ultra concordantes allegatos *in decisione quæ confirmatur §. Non obstat*, dictum fuit *in dec. 434. n. 3. p. 13. rec.* in Romana, seu Ferettrana donationis 16. Junii 1690. cor. bon. me. Emerix & 29. Aprilis 1693. utrobique §. *Primo nanque*, coram R. P. D. meo Muto &

to & in Romana Donationis de Gavottis 27 Aprilis 1693.
§. *Adhuc*, cor. bon. mem. Benincasa,

Ideoque, ut donatio prosequatur suum connaturalem
effectum abdicationis, non requiritur tacita, vel expressa
comprehensio hæredum, quia hæres ultimi venit causa, &
fortuna, ut per Text. *in l. & sic ff. de legat.* 3. notat. Bartol.
2 ibidem, & quemadmodum ulteriores donatarii, vel com-
prehensi, si extarent, caperent ex vi comprehensionis, ita
hæredes etiam non nominati capiunt jure transmisso, &
simplici ministerio, & operatione legis, ut ad propositum
adnotant Altimar. ad Rovit. *consf.* 15. *n.* 32. Carol. Anton. de
Luca *post tractat. de lin. legal. tom.* 1. *respons.* 1. *sub n.* 5. § *In
aliis casibus vers. Ceterum* Novat. *q. foren. p.* 1. *q.* 67. *sub n.* 6.
vers. His tamen non obstantibus, & in puncto ita arguendo
a laudato Textu *l. si quis argentum*, firmavit Rota coram
Card. Celso *dec.* 294. *n.* 9. & 10.

Et in prænotatæ theoricæ sequelam pro altero ex effecti-
bus abdicativis donationis puræ, & inter vivos communi-
ter notatum habemus apud DD. quod si donatio sit facta
Titio tantum, vel Titio, & ejus descendentibus tantum,
& sic cum dictionibus limitativis indicantibus ad oculum
donationem ex volito contrahentium non excedere perso-
nam Titii, adhuc tamen si non fuit adjectum pactum re-
3 versivum, & cogitatum de exclusione hæredum Titii in
donatione non comprehensorum, eo mortuo sine descen-
dentibus, res donata non revertitur ad donantem, sed tran-
sit ad hæredes donatarii, non tanquam in donatione voca-
tos, sed uti venientes fortuito, & tanquam successores Ti-
tii, qui per donationem irrevocabiliter quæsivit dominium,
ut in puncto est celebris decisio *unica per totum*, & *n.* 6. *de
donat.* cor. Achille de Grassis, & aliis relatis comprobat
prima causæ *decisio* §. *Neque in contrarium vers. Et in for-
tioribus*, quibus addi potest Carol. Anton. de Luca *post tr.
de lin. legal. tom.* 1. *resp.* 1. *n.* 2. & *in animadvers.* ad Gratian.
discept. 568. *n.* 2.

Et hoc speciale est in donationibus puris, & irrevocabi-
libus ad differentiam conditionalium, de quibus loquitur
Rota coram Merlino *dec.* 664. *sub n.* 39. *vers. Vel quando*, &
dec. 9. *pariter n.* 39. *p.* 7. *recent.* & ad contradistinctionem
tam concessionum titulo precario factarum, de quibus *in
4 l. cum Precar.* 12. *ff precar. ubi glos.* bene exemplificat, quarum
earum quæ pro simplici usu, vel servitute usus stipulantur,
super quibus sunt textus *in l.* 37. *ff. de servitut. rustic. præd.* &
cap. Nuper de donat. inter vir. & uxor. & denique ad nota-
bilem disparitatem, quæ intercedit inter donationes pu-
ras, & legatas, & fideicommissa, vel similes dispositiones
factas per ultimam voluntatem, vel causa mortis; quia li-
cet in legatis, & fideicommissis ad vitam alicujus cõceptis,
hæredes defectis personis contemplatis venire non possint,
quia legatum, vel fideicommissum considerantur, non uti
perpetua, sed tanquam mere personalia, sicque non trans-
missibilia extra personas vocatas, juxta text. *in l. illud* 26. *C.
de leg.* in his terminis exornatum a Bellon. *de jur. accrescen.
c.* 7. *q.* 19. *n.* 61. & *seqq.* & a Rota in Senogallien legati cor.
Mantic. *inter ejus impress. dec.* 19. contrarium tamen militat
in donationibus puris, & irrevocabilibus, quia in illis con-
siderabilis non est nec conjecturata mens disponentis, oc-
casio, vel causa finalis dispositionis, minusque an ex judicio
5 contrahentium possint esse, vel puræ, & absolute abdicati-
væ, vel mere personales, & translativæ, ut animadverti
potest in renunciationibus etiam admixtis donationi, vel
consimilibus dispositionibus, sed semper perspicitur ejus
proprietas, uti pura importans abdicationem, ac deper-
ditionem sapiens, nisi ponatur pactum reversivum prout
literaliter appositum legitur *in l. si rerum Codic. de donat.
quæ sub modo*, ubi de reversione expresse conventum adno-
tamus, ibi. *Itaut post mortem ejus, qui accepit ad te re-
diret*. Eademque conventio reversiva præmissa habetur in
serie facti proposita *consil.* 106. Decii, & in alia consimili
donatione, de qua in Viterbien. Castrorum cor. Coccin.
apud Fusar. *consil.* 4. *sub n.* 2.

Quamobrem, semoto pacto reversivo, donationes pu-
ras, & suapte natura abdicativas non alterat verisimilis
mens contrahentium, quæ sola spectari potest in ultimis
voluntatibus, in quibus lex ipsa supplet, quandoque volun-
tates defunctorum ut in vulgatis sanctionibus *l. cum Avus*,
& *l. cum acutissimi*, non autem in contractibus donationis
puræ & irrevocabilis, in quibus attenditur sola natura
actus gesti, ac proprietas verborum, & spernitur præsum-
pta voluntas desumpta ex verisimili: quia alias omnes do-
nationes mutarent naturam, & de irrevocabilibus deflecte-
6 rent in revocabiles, cum nemo, aut pauci præcogitent in-
cludere hæredes extraneos donatarii, in quibus tamen lex
operatur contractum, sequens naturam actus transitorii
ad hæredes, ut ad propositum dixit Rot. in Romana do-
nationis 12. Maii 1690. §. *Neque in contrarium*, & *seqq.*
& 3. Decembris 1691. & 9. Maii 1692. coram bon. mem.
Emerix,

Eademque ratione donationes puræ earum efficaciam
abdicativam non minuunt, vel ex deficientia personarum
contemplatarum, vel ex cessatione causæ finalis contra-
ctus, quia, adhuc his datis circumstantiis, bona non re-
vertuntur ad donantes, sed remanent libera penes donata-
rium, & jure transmisso, ac fortuito, seu ministerio Legis
quæsito, transeunt ad hæredes ejusdem, ut punctualiter tra-
dunt Spad. *cons.* 96. *lib.* 1. *n.* 1. Capyc. Galeot *controv.* 22. *n.* 14.
& *n.* 18. Capon. *controv.* 94. *n* 5. Mans. *consult.* 262. *n.* 9. &
consult. 459. *n.* 23. *et seqq.* Rota *d. dec.* 98. *n.* 6. *et* 7. *part.* 17.
& in Mediolanen. Bonorum 12. Martii 1683. §. *Minusque
adversantes*, coram bon. mem. Albergato, & in Asculana
Parochialis 30. Martii 1674. §. *Minus relevat*, cor. bon.
mem. Benincasa,

Cum ergo in hypothesi ex verbis prænotata in principio
dubitari non valeat, nos versari in donatione pura irrevo-
cabili, & clausalis effrænatissimis concepta, quæ juxta sui
naturalem proprietatem est perpetua, & transitoria ad hæ-
redes, licet illorum nomen fuerit omissum, cum sufficiat
non esse nominatim exclusos, aut non cautum de rever-
sione ad commodum donantis, ut bene Rota cor. Priolo 7
dec. 341. *num.* 3. *et dec.* 422. *num.* 3. *cum seqq. et dec.* 255.
n. 5. cor. Alexandro VIII. & in d. Asculana Parochialis
5. Junii 1684. §. *quo vero*, cor. bon. mem. Benincasa, illa
restringi non valuit ab hodie iterum inculcata præfinitione
temporis ad vitam Principis Joannis Georgii ibi, *ejus vi-
ta naturali durante*, quasi quod uti temporalis per ejus
mortem resoluta remanserit, & virtute implicitæ rever-
sionis, & impliciti impedimenti transmissionis dicatur per
æquipollens cautum de pacto reversivo. Etenim dicta clau-
sula, cum majorem restrictionem ferre non valeat, vel po-
tentiorem temporis præfinitionem secum ferre dictionibus
personalibus, & limitativis donationis pro Titio tantum,
vel descendentibus Titii tantum, sicuti ex præmissis pro-
batum est, memoratas dictiones personales non limita-
re naturam perpetuam donationis puræ, nec illas æqui-
pollere pacto reversivo, nisi in certa specie dispositionum,
utpote in legatis, & fideicommissis de sui natura non per-
petuis, satis jam supra contradistinctis a donationibus pu-
ris; ita pariformi ratione præfiniti temporis contenta in ad-
jecto *Vita naturali durante*, licet qualificet donationem
restrictam personam principis Jo: Georgii, non tollit ta- 8
men effectum perpetuitatis, quem in sui originaria pro-
prietate donatio pura secum fert, & ea animativa ratione,
quod quando res est suapte natura transitoria ad hæredes,
& illi non fuerunt nominatim exclusi, etiam si respectu
personæ contrahentis stipulatio connotata fuerit dictioni-
bus limitativis, illæ censentur adjectæ, ad explicandam
personam contrahentis, non ad limitandum contractum,
itaut apposita dicantur demonstrative, & non taxative, ut
textu literali in *l. si necessarias* 8. §. *de vendendo pignore ff.
de pignorat. action.* ubi postquam Pomp. definivit; *sed et si
creditoris duntaxat persona fuerit comprehensa, etiam hæ-
res ejus jure vendet si nihil in contrarium actum est* Glos. ibi-
dem apposita notat, *cum enim pactum dirigatur in perso-
nam, non est ideo, ut sit personale, sed ut demonstretur
persona cum qua sit*, & apprime distinguendo inter materias
indifferentes & alias de sui natura perpetuas, & transmis-
sibiles ad hæredem, firmavit Rot. *dec.* 371. *n.* 11. *et seqq.
et signanter n.* 23. *p.* 11. *recent.* ubi quod dictiones persona-
les censentur appositæ demonstrative potius quam taxati-
ve, & relatis concordantibus apud Priolum *decis.* 422. *a
n.* 3. *ad* 7.

Idque potissimum urgere DD. visum est, iterum perpen-
so toto donationis contextu; etenim in primis potuit Jo:
Georgium acceptasse donationem non solum pro se, &
comprehensis in ea, *sed etiam pro omnibus quorum interest*,
et interesse poterit quomodolibet in futurum, quæ verba cum 9
referri non possint, nisi ad ipsos hæredes Jo: Georgii, eo
quia respectu vocatorum adest peculiaris, & contradi-
stincta acceptatio, exinde subintrat satis nota, & admissa
propositio, quod data acceptatione, & stipulatione pro hæ-
redibus, etiam si donationis verba sint personalissima, vel
restricta, adhuc transmissionem non excludant favore hæ-
redum, de quibus mentio facta est, ut explicant Alciat. An-
tesignan. contrariæ opinionis *in cons.* 151. *lib.* 5. ubi tenet,
quod

quod facta mentione hæredum transit ad eos donatio, etsi concepta pro Petro sua vita durante, & reprobato, seu explicato Alciato, Ripa *respons.1.n.6.de donat.* Zanch. *in l.hæredes mei §.cum ita p.4 n.18.& 19.& 157.* Carol.Anton. de Luca *de linea legal.par.1.respons.1.n.6.* & late Rota *decis. 142.n.8.p.4.tom.1.recent.*

Nec in præsenti ambigi potest, mentionem habitam fuisse de hæredibus, quia cum primo donatio facta fuerit Jo:Georgio pro se, & aliis infra dicendis in præsenti donatione vocatis, & comprehensis, & subinde omnibus quorum
10 interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum sua his postremis verbis per æquipollens, censetur stipulatum pro hæredibus: quia præter comprehensos in donatione, & primogenitura, mentio interesse habentium quomodolibet, & in futurum verificari non poterat nisi in solis hæredibus donatarii, juxta ea, quæ tradit Marc.*cons.3. n.61.& 166.* Cutell.*de don.disc.1.spec.24. n.15.vers.per quæ verba l.1.* Rot.*dec.273.n.6.& seqq.lib.3.* cor.Puteo *dec.587. n.3.p.9.dec.230.n.7.p.14. dec.261.n.6.p.16.rec.* & in Romana donationis de Gavotis 12.Maii 1690.§ *quam etiam*, cor. bo.me.Emerix.

Haud urgente replicatione, quod subsequens acceptatio Jo: Georgii intelligatur stipulata solum favore primogeniti pro tempore in infinitum vocati, non vero aliorum qui in donatione vocati non fuerant, quia contrarium deprehenditur ex facto, & verbis ipsis stipulationis, quæ licet primario concepta sint pro vocatis, & comprehensis, postea tamen subsequitur copulativa acceptatio interesse quomodolibet habentium, quæ cum importent generalem expressionem respicientem personas diversas a vocatis, & verificari non valeant, nisi in hæredibus donatarii, quorum etiam mentio legitur in fine donationis, de illis proinde prædicari debet, ut prosequitur Rota *dict. dec.273.n.6.& seq.lib.3.* coram Puteo.

Secundo collimabat ad assumptum, quod verba, tempus præfinitum designantia, apposita fuerint demonstrative, & non taxative: quia in casu post mortem primi donatarii sunt vocati, & substituti alii cum ordine primogenituræ gradualis, & perpetuæ. Ideo mentio vitæ primi donatarii habita in contractu non censetur adjecta ad limitãdam donationem, eamque faciendam temporalem, sed in gratiam substitutorum, & vocatorum subsequenter, ac ad indicandum gravamen restitutionis post mortem primi donatarii, ut optime explicat text. *in l fin. de usuf. earum rerum, quæ usu consumuntur*, & probant suso calamo relati DD. *in prima Causa decisione §. Præmissæ autem fortius.*

Admittebant defensores Ducissæ Mariæ veritatem hujus propositionis in abstracto, sed illam contendebant applicari themati præsenti controversiæ, ex quo negabant Jo: Georgium gravatum fuisse restituere primogenitis subinde vocatis, id potissime arguendo ex quo vocatio primogeniti stipulata fuit per viam novæ donationis conceptæ verbis directis ibi, *donavit, cessit, concessit, ac transtulit*, quæ sine impropriatione, & violatione literæ interpretari non valent, ut importent gravamen restitutionis, cum potius apta sint novam directam vocationem a prima totaliter independentem importare.

11 Verum retenta regula, quo data contraria voluntate contrahentium verba directa obliquantur, & inducunt gravamen restitutionis, si non ex vi verborum; ex volito tamen disponentium.

A singulis contractus partibus eliciebatur Joann. Georgium gravatum fuisse restituere alia successive vocatis. Primo etenim deprehenditur ex illis verbis *sub lit. N.* instrumenti primogenituræ ibi *deinde post illius mortem quandocunque supervivientem*, quæ important compendiosam complectentem fideicommissariam, *vulg. Centurio ff. de vulg. & pupill.* cum aliis per Peregr.*de fideic.art.4.sub n.19.*

Secundo ei fuit prohibita detractio Trebellianicæ, & Falcidiæ, ut in instrumento donationis lit. geminata D. Unde cum Trebellianica non detur, nisi in præmium restitutionis, arguit proinde illius prohibitio, fuisse ipsi donata bona cum onere restituendi subsequenter vocatis, ut inferunt Urceol. *consult. forens. 39.n. 14.& plur.seqq.signanter num.22.& 23.* & Rota *dec.460.n.1.& 2.p.14.rec.& in Romana Bonorum 26.Februarii 1695.§.Tum etiam*, cor. R.P.D. Molines.

Nec urgebat ponderatio, quod prohibitio detractionum fuerit penitus inutilis in fideicommisso ordinato per cõtractum, in quo locum sibi non vindicat detractio Falcidiæ, vel Trebellianicæ. Etenim quidquid sit de hoc, cum illa fuerit serio & pensate apposita, & ulterius vestita ratione, ut bona omnia donata integre perpetuo remaneant in familia Aldobrandina; hoc unum certum est ab ea induci gravamen de restituendo per viam fideicommissi, quia voluntas, & 12
intentio Testatoris, bene etiam deducitur ex falsa credulitate, vel actu nullo, ut tenet Paris. *cons.79.n.16.lib.2.cons. 7.n.25.lib.3.* Rota *dec.934.n.13.* cor. Seraph.& *in Toletana hæred.16. Maii 1687.§.Tum denique* coram me.

Id ipsum comprobatur, ex quo in omni loco, in quo donantes mentionem fecerunt de primogenitis, qui assequi debebant bona post Jo: Georgium, eos vocatunt successores, ut patet ex ea parte, in qua demandatur præstatio Juramenti ibi: *Et nihilominus primogeniti successores prædicti, ut in Instrumento primogenituræ literis MM.* & melius in demandando Investimento scutorum quinque mille pro quolibet ibi: *Ut dictus Joann: Georgius, & successive omnes & singuli eorum successores in dicta donatione, & primogenituræ teneatur lit. ZZ.* idemque clarius habetur sub triplicitatis *literis A.C. & G.* ex quibus patet, quod omnes primogeniti vocantur successores Jo: Georgii, quod subsistere minime valeret, nisi primogenitura inciperet in Jo: Georgio, & ipse consideretur primus ex primogenitis gravatus illis restituere, cum non possit esse successor, qui an- 13
tecessorem non habet, maxime attenta dictione aliis primogenitis implicativa similium, ut perpendit Rota coram Dutan. *dec.146.num.17.& seq.* cor. Priol. *dec.21.n.6.& in recent. dec.104.num.12.par.6.& dec.16.num.9.par.11. recent.*

Demum incalescit argumentum, ex quo in omnibus provisionibus in erectione primogenituræ demandatis Jo: Georgius consideratus fuit una simul cum aliis primogenitis successive vocatis, & omnes æquiparati tam quoad honores, quam quoad onera; unde sicuti controverti non valet, quod alii successores invitati fuerint sub titulo primogenituræ, & gravamine restitutorio; ita pariformiter invitatus, ac gravatus censeri debet Jo:Georgius adhoc, ut æquiparatorum eadem sit ratio, & disciplina, ad monitum text. *in leg. prima ff. de legat. primo*, Bero *cons.27.n.3.l.1.* Surd. *cons.384.n.22.* Marc.Anton. *variarum resolut. lib.3. resolut. 15.n.10.* & Cardinal. de Luca *de Emphyt. disc. 50. n.7.in fine.*

In quorum omnium corroborationem addi potest, quod veniente casu, quod Jo: Georgius decessisset sine filiis masculis, voluerunt donantes, quod succedat Princeps Hippolytus per ea spectabilia verba in instrumento primogenituræ *sub lit. R.* recensita ibi, *seu ipso Joann:Georgio, seu descendentia prædicta deficiente in Castris, Bonis & Juribus donatis, succedat Hippolytus illius Germanus frater*; quamobrem, ut Hippolytus alicui possit succedere, necesse est Jo:Georgium in eadem primogenitura præcessisse, ut ei ex fideicommisso successor esset Hippolytus, ad tradita per Vasq. *de success. progress. in præfato n.9.* Giurb. *de feud. gl. 5.2.§.n.10.* Tott. *de success. in primogenitura Italiæ par.1. cap.1.n.3.*

Dato autem gravamine restitutionis Jo:Georgio primo donatario, inutilis remanet quæstio hodie denuo exagitata a scribentibus pro Ducissa Maria super dualitate, seu duplicitate donationum, quarum alteram concipiebant præfinitam ad tempus vitæ Joannis Georgii, aliam vero conditionalem pro ejus filio primogenito si superesset: quoniam præter cætera argumenta in præterita causæ decisione late expensa, contra appositam hanc qualitatem, hoc unum hodie sufficit ad effectum, de quo agitur, quod prima donatio, seu prima illius pars contineat gravamen restitutionis favore comprehensorum in posteriori donationis parte, ad hoc, ut etiam subsistente dualitate excludi minime valeat successio per viam fideicommissi: quia in his terminis duplicitas consideratur tantum improprie, hoc est tot esse donationes, quot sunt personæ, seu gradus contemplati ad hoc, ut secundus donatarius, seu substitutus non veniat ex Jure sibi per primum transmisso, sed independenter ex persona propria, seu ex providentia donantium; non autem ad hoc ut secundus donatarius seu substitutus, non dicatur primo succedere per viam fideicommissi, & sic duæ, vel plures considerentur donationes, non autem una continens sub se plures personas, & donationes, per quas unus alteri succedat per fideicommissum, ut bene semetipsum declarat Bald. *in cons.374.vers.sed contrarium videtur*, & clarius Molin. *de Primogen. lib.1.cap.1.num.17.* ibi, *quamvis improprie resultent tot donationes, vel substitutiones.*

Quamobrem dato originario gravamine per fideicommissum in genere subalternante una censetur esse receptio, atque

atque vocatio, licet in speciebus subalternatis tot considerentur donationes, quot personæ, & gradus, non ad excludendum gravamen restitutorium, sed ut quilibet ex vocatis veniat jure dicto in unoquoque gradu, non autem jure transmisso, itaut primo gradu excluso veniat sequens jure suo, & donatio in præcedenti gradu jam consumpta in sequenti tanquam nova incipiat, ac instauretur, seu stet principaliter per se, ut Andr. de Iser. *in c. Imper. §. Praterea Ducatus n. 38. col. fin. vers. versentur plures donationes de prohibita feudorum alienatione*, per Frideric. & Castr. *in l. fin. in princ. Cod. de legat. & cons. 164. n. ... vers. applicando igitur ad casum nostrum vol. 2.* tuentur Gratian. *discept. forens. 751. n. 23. & discept. 247. n. 10.* Molin. *de Primog. d. lib. 1. c. 1. n. 17.* Giurba *de success. feud. §. 2. glos. 13. num. 181.* & Rota in famigerata Viterbien. Castrorum cor. Coccin. *dec. 1788. n. 43. & seq. & in ejus Confirmatoria 2121. n. 52. & 53. ubi late concord.*

Et ita etiam magistraliter distinguit Gloss. *in l. Servo alieno 116. §. si quis a primo ff. de leg. & fid. primo*, ubi postquam figuravit casum duorum æqualiter institutorum ibi (*institui mihi heredem primum nomine, & postea institui secundum, & a primo legavi Titio centum, & a secundo legavi 200. eidem Titio; & postea ita dixi: que legata reliqui, prastari volo, certe videor repetisse tercenta*. Contrarium firmat dato gravamine substitutionis, & per fideicommissum ibi: *Secus autem est in isto alio casu: institui mihi heredem filium meum impuberem ab eo legata reliqui, eidem. substitui Stichum; & ab eo substituto ita repetii &c.* Idemq; firmat Bart. ibidem distinguens inter substitutionem vulgarem, & pupillarem. Quapropter cum in casu satis superque probatum habeamus, donationes non fuisse diversas jure directo, sed tantum jure obliquo, & designativo gravaminis in diversis personis, & gradibus demandati, duplicitas dispositionis considerabilis non est nisi ad diversificandum jus vocatorum, quoad jura fideicommissaria, non vero, ut vocatio unius proprie censeatur nova, & independens ab alia, ut nuper ex auctoritatibus relatis firmatum fuit.

Nec aliquid prævaluit apud DD. exaggerata observantia desumpta, ex quo de iisdem bonis donatis disposuit Jo: Georgius, nec non etiam Cardinalis Hippolytus, qui non potuisset disponere, nisi cum supposito donationis resolutæ, & portionis suæ ad se reversæ, ut dicitur in Romana primogenituræ de Aldobrandinis 20. Junii 1687. §. *Concurrit pariter*, coram me.

Animadvertebant siquidem DD. quod ex præsenti elicitur potius contraria observantia; Non enim quisque prædictorum disposuit de portione sua, sed uterque de omnibus bonis in donatione comprehensis, nempe Princeps Jo: Georgius disposuit de integris bonis donatis, idemque fecit Cardinalis Hippolytus. Et tamen data resolutione donationis ad unumquenque reversa esset portio propria, & neuter potuisset de omnibus bonis disponere. Imo Cardinalis Hippolytus adeo disposuit de integritate bonorum, quia ipse tanquam ultimus superstes omnium fratrum, qui donaverunt, credidit potuisse, non obstante, quod esset Clericus, succedere, & de omnibus bonis libere disponere, & proinde uterque processit cum hoc supposito, quod donatio non esset resoluta, sed purificata libere in ultimo superstite capaci, & cum pleno jure de bonis donatis disponendi favore hæredum & extraneorum, quod convalidat ad evidentiam argumenta omnia supra adducta, ex quibus elicitur talem esse effectum juris, talemque fuisse voluntatem donantium.

Et ita prætermissis levioribus, quibus satisfaciebant informantes, & præterita Causæ decisio, resolutum fuit omnibus Dominis suffragantibus; & partibus in acerrimo Contradictorio propria jura deducentibus, &c.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
Ad Librum Undecimum
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA,
Qui est
DE LEGATIS, SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO, & RENUNCIATIONIBUS.

ARGUMENTA DECISIONUM
De Legatis, Successionibus ab Intestato, & Renunciationibus.

DECISIO I. *Turritana Eleemosynarum seu Legatorum.*

FRatres Minores S. Francisci sunt incapaces annuorum legatorum, etiamsi illa habeant admixtum onus celebrationis Missarum: & licet hæres defuncti teneatur adimplere voluntatem; attamen iidem Fratres non possunt compellere hæredem, minusque id agere potest eorum Syndicus, neque tanquam Syndicus neque tanquam unus de populo; valet tamen Episcopus ex officio cogere hæredem ad legati præstationem, ut voluntas Testatoris adimpleatur, ac etiam injungere, ut ipsis Fratribus fiat annua præstatio. Legatum annuum factum etiam favore Infirmariæ, per quod Fratres ab expensis sublevantur, non sustinetur nisi tamen legatum respiceret majorem Infirmorum curam, illorumve sublevamen, ad ornatum *disc. 1. de Legat.* Card. de Luca.

DEC. II. *Turritana Eleemosynarum seu Legatorum.*

Non indiget argumento, cum habeatur in decisione præcedenti.

DEC. III. *Neapolitana seu Januen. Laudi.*

An, & quando ætas adjecta substantiæ legati faciat conditionem, in hac decisione magis trahitur definitum ad ornatum *Disc. 3. de legat.* Card. de Luca.

DEC. IV. *Romana Hereditatis de Ruspolis.*

Distinctio quam tradit Card. de Luca *de Legat. disc. 3.* quod scilicet, quando legatum incipit non ab usufructu, sed a bonis, istorum proprietas legata dicatur, secus e contra in præsenti decisione laudatur.

DEC. V. *Urbevetana Pecuniaria.*

Pro legato licet Rota non admittat viam executivam, attamen illam admittit, si agatur de confessione debiti in Testamento emissa. Præscriptio contra legatum non currit nisi a die aditæ hæreditatis, concurrente tamen scientia in eodem legatario, & bona fide in hærede. Confessio debiti, facta in Testamento cum specifica expressione causæ, & circumstantiatum habetur pro vera & legitima probatione crediti, juxta casum *disc. 7. de Legat.* Cardin. de Luca.

DEC. VI. *Urbevetana Pecuniaria.*

Argumentum in antecedenti decisione reperitur.

DEC. VII. *Bonon. Fideicommissi de Gargantis.*

Legatum onerosum non dicitur acceptatum per solam acquiescentiam cum retentione rei legatæ referibili ad alios titulos, sed exigitur acceptatio per actus positivos, & concludentes & ad aliam causam non referibiles, si incertum sit, an emolumentum quod ex legato percipitur excedat onus, in comprobationem distinctionis allatæ per Cardin. de Luca. *De legat. disc. 28.*

DEC. VIII. *Bononien. Fideicommissi de Gargantis.*

Quoties legatum onerosum excedit onus quod injungitur pro acceptatione oneris, quod in ipso legato continet, sufficit scientia legati cum retentione rei quæ legata fuit ac acquiescentia legatarii. Creditum satisfactum si creditor debitorem in aliquo actu se ipsum agnoverit.

DEC. IX. *Bononien. Fideicommissi de Gargantis.*

Argumentum in præcedenti repetitur decisione.

DEC. X. *Toletana Jurispatronatus super præstationibus decursis.*

Legatum cum certo onere relictum præsumitur verisimiliter, quod Testator sine oneris implemento non fecisset, adeout cessante causa legati cessare etiam debeat ipsum legatum, in comprobationem *disc. 22. de Legat.* Card. de Luca.

DEC. XI. *Savonen. aliment.*

Legatum alimentorum pauperrati proximiori relictum est de jure præstandum ei, qui de ejus docuit paupertate, quæ continuata præsumitur, donec hæres concludenter contrarium probaverit; hæres autem primo venienti cursus paupertatis probatione valet legatum persolvere, adeout etsi deinde proximior, qui magis sit attinens Testatori comparuerit, non valeat hæredem ad reiteratam legati solutionem compellere, per ea quæ præcise firmavit Card. de Luca *de Legat. Disc.* ...

DEC. XII. *Savonen. alimentorum.*

Non indiget argumento ob decisionibus brevitatem, & illud in præcedenti reperitur.

DEC. XIII. *Perusina restitutionis Dotis.*

Vir si aliquod fecerit legatum favore uxoris, non censetur voluisse debitum dotis compensare, secundum firmata per Card. de Luca *de Legat. disc. 40.* & contraria voluntas non inducitur ex institutione in usufructu cum verbis, quæ in sumario leguntur.

DEC. XIV. *Romana Legati.*

Legatum conditionale ad hæredes non transmitteretur, tametsi contineret relictum dotis, quę loco legitimę succedit,

dit, in excessu tamen non fieret transmissio, ad ornatum *disc.* 59. *de Legat.* Card. de Luca. Ad inducendam transmissionem legati conditionalis ex voluntate Testatoris ista debet claris & indubiis probari demonstrationibus.

DEC. XV. *Romana Legatorum.*

Legatum annuum absque temporis præfinitione relictum est in principio cujuslibet anni anticipate de jure persolvendum, esset tamen posticipate adimplendum, si contraria Testatoris voluntas resisteret quæ valeret convinci, si demandaverit legatum solvi ex fructibus hæreditatis: isti autem posticipate tantummodo exigerentur.

DEC. XVI. *Romana seu Albanen. Legati.*

Immutatio dispositionis Testatoris ex pinguiori adimplemento facta irritari non debet, & licet adimplementum non sit juxta literam dispositionis, attamen hæres censetur non voluisse novam exercere liberalitatem, sed legati extinctionem peragere.

DEC. XVII. *Romana Salviani.*

Pro legato competit hypotheca in bonis Testatoris nedum ex potentia legis, sed etiam ex præsumpta Testatoris voluntate, adeout detur utilis Serviana etiam contra Tertium. In dubio censetur, quod Testator voluerit hypothecare bona hæreditaria pro legatis, non vero illa hæredis, etsi dixerit onerare hæredem, cum subintelligatur in bonis hæreditatis.

DEC. XVIII. *Romana seu Januen. Successionis.*

Licet juxta doctrinam Card. de Luca *de Success. disc.* 4. ut Statutum de successione loquens locum possit vindicare exigatur utraque subjectio; attamen si Testator declaraverit velle ut succedentes ab intestato juxta Statuti dispositionem in ejus hæreditate succedant in omnibus bonis etiam extra ditionem loci Statuti, dispositio Statutaria admittitur, cum eo casu succedentes ab intestato & vocati per Statutum dicantur succedere non ex vi legis, sed ex dispositione Testatoris.

DEC. XIX. *Romana seu Januen. Successionis.*

Non indiget Argumento, cum illud in præcedenti reperiatur Decisione.

DEC. XX. *Firmana Successionis.*

In hæreditate fraterna æqualiter fratres, & sorores de jure succedunt quacunque sexus sublata differentia. Statutum exclusivum feminarum, quod vel tantum excludat a successione dotantis, vel non disponat quod unica dotatio sufficiat pro universali successione vires non porrigit ultra dotantis hæreditatem. Statutum Urbis quo ab universali excludit successione non comprehendit forenses, cum requiratur utraque subjectio personarum, & bonorum, seclusa qualibet Statutorum conjunctione, ut unum suppleatur defectum alterius pro feminarum exclusione ad casum *disc.* 4. *de Success.* Card. de Luca. Statutum Urbis feminarum exclusivum non comprehendit personas Ecclesiasticas, & licet fa. me. Innocent. XI. extenserit virtutes Statutorum in hac parte ad quascunque personas etiam privilegiatas, attamen Constitutio non attenditur quoad hæreditates delatas ante illius editionem.

DEC. XXI. *Sancti Severini Manutentionis.*

Sub Statuto feminarum exclusivo non comprehenditur hæreditas clerici, itaut femina Statuto non obstante succedat ad materiam *disc.* 4. *de Success.* Card. de Luca. Constitutio fa. me. Innocentii XI. quæ Statuta etiam ad clericos extendit, non procedit in hæreditate delata ante editam Constitutionem.

DEC. XXII. *Romana Hæreditatis.*

Licet clerici hæreditas, nec quoad successionem subjaceat Statuto laicali, attamen Card. de Luca *de Success. disc.* 4. ait, quod si clericus velit ad formam Statuti disponere illud vindicet observantiam; hujusmodi autem traditio ad hoc, ut sit vera, & applicabilis præsens decisio decidit, quod voluntas debeat esse clara, & conjecturalis inductio non sufficiat.

DEC. XXIII. *Romana seu Firmana Successionis.*

Nepos ex sorore æqualiter admittitur ad consuccessionem Avunculi. Nepos in successione hæreditatis collateralium primi gradus repræsentat personam, & gradum parentum præmortuorum ex propria ipsius persona; & quod ista sit magis vera, & communis opinio præsens Decisio magistraliter edocet, illamque a Doctorum contrarietate sustinet ad materiam pertractatam per Cardin. de Luca *de Success. disc.* 15.

DEC. XXIV. *Forosempronien. Manutentionis.*

Sequitur præsens decisio doctrinam Card. de Luca *de Success. disc.* 22. quod nempe Statutum continuationem inducens possessionis defuncti in hæredem non procedat, quoties defunctus ante obitum cum clausula *Constituti* translulit possessionem in alium.

DEC. XXV. *Bononien. Successionis.*

Bannito acquiritur successio cum tantum Jura civitatis soleant deperdere, eoque magis si bannum fuerit secutum in vim sententiæ contumacialis. Restitutus in gratiam Principis non censetur restitutus ad bona in tertium devoluta. Ex plenaria Principis gratia bannitus reintegratur ad bona ante bannum possessa, non vero ad successiones obventas inter bannum, & gratiam.

DEC. XXVI. *Veliterna Successionis.*

Nepotes mediante repræsentatione personæ parentis evadunt in æquali gradu successibili cum Avunculo. Statutum feminarum exclusivum loquens de hæreditate ascendentium, & fratrum non se extendit ad hæreditatem sororis.

DEC. XXVII. *Bononien. Ususfructus. seu Renunciationis.*

Renunciatio facta ex causa ingressus in religionem late est interpretanda, & præsumitur realis non personalis, omnia bona includit, si de probabili renunciantis mente constet, licet in renunciatione Notarius arctam fecerit bonorum dinumerationem in contractu. Si renunciatarius personam reintegrat, renunciantis renunciatio in consideratione non habetur; quid autem ad hunc effectum requiratur, enucleat præsens decisio ad casum *dis.* 4. Card. de Luca *de Renunc.* & *disc.* 15. *de success. ab intest.*

DEC. XXVIII. *Bonon. Fideicom. de Ghisellis.*

Argumentum reperitur in Decisione 27.

DEC. XXIX. *Bononien. Fideicomm. de Ghisellis.*

Argumentum reperitur in Decisione 27.

DEC. XXX. *Ariminen. Bonorum.*

Renunciatio facta de hæreditate viventis, si hic consensum non præstat, est prorsus nulla, neque attenditur; itaut si ille de cujus hæreditate agitur, relinquat hæredem non renunciantem, non teneatur ipse hæreditatem renunciatario restituere, quoties a principio consensus accedat, ajunt multi Doctores in decisione relati, quod si deinde consensus revocetur mediante institutione nec pariter renunciatarius Jus aliquod possit prætendere, cum virtualiter censeatur in renunciatione inesse conditio, quatenus accedat, & duret consensus illius cujus hæreditati renunciatur.

DEC. XXXI. *Asculana Primogenituræ.*

In his tribus quæ subsequuntur decisionibus magistraliter pertractatur, an & in quibus casibus valeat renunciatio hæreditatis viventis in approbationem, & ampliationem: *ist.* 16. *de Renunc.* Card. de Luca.

DEC. XXXII. *Asculana Primogenituræ.*

Argumentum habetur in Decisione superius relata.

DEC. XXXIII. *Romana Donationis super Renunciatione.*

Argumentum habetur in Decisione 31.

DEC. XXXIV. *Auximana Immissionis.*

Auximates in Civitate, quæ vetustissima vocatur, vetera summopore respicientes, nova vero abhorrentes, novam Justiniani sanctionem in auth. Defuncto *Cod. ad Tertul.* derogarunt, & veteres leges in l. fortem §. fin. autem *C. de bon qualib.* renovarunt, demandantes quod bona quæ ex stipite paterno sunt ad ejus principium revertantur excludentes matrem defuncti, qui absque prole migravit, illam vero admittentes in bonis, quæ ex linea materna obvenerunt; In hac autem decisione traditur, quod hoc Statutum fit rationabile non odiosum, itaut ulla indigeat specifica confirmatione, quodque ad excludendum matrem non exigatur copulativus concursus bonorum in hæreditate defuncti scilicet ex latere matris, & patris.

DEC. XXXV. *Firmana Successionis.*

Renunciatio facta patri, & illius contemplatione dicitur personalis, itaut si prædecedat pater & renunciatio resolvatur, esset renunciatio realis, si adesset clausula *præsenti* cæterata dummodo illa contineretur in parte dispositiva renunciationis. Renunciatio facta causa ingressus in Religionem præsefert realitatem, quando tamen adest tacita stipulatio pro hæredibus, vel quoties dubium emergit super illorum comprehensione; secus e contra.

INDEX

INDEX DECISIONUM

Super Materia

De Legatis, Successionibus ab Intestato, & Renunciationibus.

A

Ariminen. Bonorum, 9. *Februarii* 1688. *Benincasa* Dec. XXX.
Asculana Primogenituræ, 20. *Januarii* 1689. *Ursino* Dec. XXXI.
Eadem, 4. *Maii* 1689. *Ursino* Dec. XXXII.
Auximana Immissionis, 11. *Maii* 1696. *Ursino* Dec. XXXIV.

B

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis, 16. *Februarii* 1688. *Caccia* Dec. XXVIII.
Bononien. Fideicommissi de Gargantis, 18. *Martii* 1695. *Pio* Dec. VII.
Eadem, 26. *Martii* 1696. *eodem* Dec. VIII.
Eadem, 4. *Julii* 1696. *eodem* Dec. IX.
Bononien. Successionis, 25. *Junii* 1696. *Ursino* Dec. XXVI.
Bononien. Ususfructus seu Renunciationis, 3. *Decemb.* 1685. *Hervault* Dec. XXVII.
Eadem, 4. *Julii* 1687. *Caccia* Dec. XXIX.

F

Firmana Successionis, 4. *Julii* 1696. *Ursino* Dec. XX.
Eadem, 1. *Julii* 1697. *eodem* Dec. XXXV.
Forosempronien. Manutentionis, 12. *Maii* 1692. *Molines* Dec. XXIV.

N

Neapolitana seu Januen. Laudi, 8. *Maii* 1688. *Caccia* Dec. III.

P

Perusina Restitutionis dotis, 26. *Junii* 1697. *Caprara* Dec. XIII.

R

Romana Donationis, 30. *Februarii* 1690. *Benincasa* Dec. XXXIII.
Romana Hæreditatis, 21. *Aprilis* 1690. *Emerix* Dec. IV.
Romana Hæreditatis, 4. *Februarii* 1697. *della Tremoille* Dec. XXII.
Romana Legatorum, 27. *Januarii* 1690. *Ursino* Dec. XV.
Romana Legati, 3. *Decembris* 1694. *Scotto* Dec. XIV.
Romana Salviani, 5. *Junii* 1697. *Ursino* Dec. XVII.
Romana seu Albanen. Legati, 4. *Junii* 1696. *Priolo* Dec. XVI
Romana seu Firmana Successionis, 10. *Junii* 1697. *Priolo* Dec. XXIII.
Romana seu Januen. successionis, 19. *Junii* 1693. *Pio* Dec. XVIII.
Eadem, 18. *Junii* 1694. *Emerix* Dec. XIX.

S

Sancti Severini Manutentionis, 1. *Julii* 1695. *Pio* Dec. XXI.
Savonen. Alimentorum, 5. *Decembr.* 1685. *Ursino* Dec. XI.
Eadem, 19. *Novembris* 1694. *eodem* Dec. XII.

T

Toletana Jurispatronatus, 5. *Junii* 1695. *Olmo* Dec. X.
Turritana Eleemosynarum seu Legatorum, 10. *Januarii* 1695. *Emerix* Dec. I.
Eadem, 6. *Aprilis* 1696. *eodem* Dec. II.

V

Veliterna Successionis, 15. *Junii* 1696. *Ursino* Dec. XXVI.
Urbevetana Pecuniaria, 5. *Decembris* 1681. *Ursino* Dec. V.
Eadem, 21. *Aprilis* 1692. *eodem* Dec. VI.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum.

Luna 10. *Januarii* 1695.

ARGUMENTUM.

Fratres Minores Sancti Francisci sunt incapaces annuorum legatorum, etiamsi illa habeant admixtum onus celebrationis Missarum: & licet hæres defuncti teneatur adimplere voluntatem; attamen iidem Fratres non possunt compellere hæredem, minusque id agere potest eorum Syndicus, neque tanquam Syndicus neque tanquam unus de populo; valet tamen Episcopus ex officio cogere hæredem ad legati præstationem, ut voluntas Testatoris adimpleatur, ac etiam injungere, ut ipsis Fratribus fiat annua præstatio. Legatum annuum factum etiam favore Infirmariæ, per quod Fratres ab expensis sublevantur, non sustinetur nisi tamen legatum respiceret majorem Infirmorum curam, illorumve sublevamen, ad ornatum *disc. 1. de Legat.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Fratres Minores S. Francisci incapaces sunt cujuscunque Juris, & proprietatis tam in communi, quam in proprio.*
2 *Hujusmodi tamen incapacitas procedit quoad ea quæ concernunt utilitates, & commoda ipsorum Fratrum pro quotidiano victu, & vestitu, non autem quoad ea quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarem, ac certum usum Cultus Divini.*
3 *Ita ut legatum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hostiis, pecuniæ pro luminaribus, olei pro lampade sustinetur, & præstari debet, n. 4.*
5 *Legatum Fratribus Minoribus pro Infirmaria factum sustinetur secundum aliquos.*
6 *Secundum vero alios non valet.*
7 *Omnis tamen hæsitatio tolleretur, si legatum non pertineret ad alimoniam seu necessariam sustentationem Fratrum, sed ad solatium, seu sublevamen, & majorem quandam ipsorum curam, ut esset legatum pro sindonibus Infirmorum.*
8 *Vel legatum annuum pro pane albo.*
9 *Reditus annui inter stabilia computantur, & Fratres Minores illos possidere non possunt.*
10 *Etsi annuus reditus relictus fuerit cum onere celebrationis Missarum.*
11 *Licet legatum annuum præfatum sustinere non possit, nihilominus hæres illud adimplere tenetur.*
12 *Itaut Judex possit, & debeat ad id authoritatem suam interponere, vel ex officio, vel ad instantiam etiam cujuslibet de populo.*
13 *Nisi tamen ageretur de legato annuo absque onere, quia tunc judex nil de jure agere valeret.*
14 *Et casu quo legatum esset cum onere, poterunt Fratres illud recipere ab hæredibus, seu executoribus, vel a Judice sponte dantibus per modum puræ, & simplicis eleemosynæ, ac cum ipso satisfacere oneribus a Testatore injunctis, ita tamen ut prius teneantur protestationem emittere, quod ipsi nullum sibi jus vindicant, n. 15.*
16 *Et pro consecutione illius valet agere Syndicus non tanquam Syndicus, sed tanquam unus de populo.*
17 *Ex duobus expressis modis expressio unius illiciti non vitiat alium illicitum.*

DECISIO I.

Septem perpetua pia legata annua, singula sub expresso eleemosynarum titulo instituit, & ordinavit in suo Testamento condito anno 1645. Petrus Moros de Molinos favore Ecclesiæ, sive Conventus, & Fratrum S. Petri de Stychis Minorum de Observantia Sancti Francisci. Primum, librarum 25. pro suis Exequiis quotannis cum certo Missarum numero peragendis. Secundum, lib. 40. pro

pro oleo lampadis, quæ die, noctuque ardere deberet in Capella Majori Jurispatronatus suæ Familiæ. Tertium, librarum 112. pro celebratione Missæ quotidianæ. Quartum, Census librarum 300. in sorte, cujus reditus erogandus esset in emptionem sindonum pro Fratribus infirmis. Quintum, alterius Census in sorte librarum 500. cum onere celebrationis trium Missarum qualibet hebdomada. Sextum, librarum duodecim in adimplementum legatorum Missarum a semetipso relictorum per utrũque Parentem. Solutis, autem & satisfactis hisce legatis, in reliquis omnibus suis bonis instituit hæredes filios, si quando ipsos suscepisset, & filiis non susceptis, Deum Dominum Nostrum, & Animam suam, cum ordine, quod de illis erigeretur in Cathedrali Ecclesia Turritana Archidiaconatus Tertia Dignitas cum dote annuarum librarum mille, ac de eo, quod superesset, tot in eadem Ecclesia Canonicatus. Erectus fuit post ejus obitum Archidiaconatus, & ad ipsum institutus Didacus ejus Frater, qui pro tempore, quo vixit, exacte satisfecit præfatis legatis, sed eo defuncto, Carolus ejus successor continuare renuit in eorum satisfactionem, ex capite incapacitatis Fratrum, & introducta Causa in Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium Decretum prodiit tenoris sequentis, *Dandas esse declarationes sæpe alias factas, videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere Census, & Bona stabilia, posse tamen recipere per viam Elemosynæ quidquid eis traditur pro celebratione Missarum, & Anniversariorum; proinde censuit committendam, prout commisit Archiepiscopo Turritano, ut ad limites prædictarum declarationum in Causa procedat;* quod deinceps approbatum, & confirmatum fuit per Breve san. mem. Clementis X. ac in ejus executionem Archiepiscopus mandavit legata pro oleo lampadis, & sindonibus Infirmorum libere solvi Syndico Apostolico Conventus, & alia pro Anniversariis, & Missis in manibus Tertii, ad effectum de iis disponendi, prout de Jure. Reclamante autem ad eandem Congregationem Carolo, placuit Eminentiss. PP. exquirere desuper Votum nostri Auditorii; Unde subscripto per me Dubio: *An, & quæ legata debeantur? sive quæ secundum Testatoris voluntatem sint adimplenda?* Eoque hodie proposito, responsum fuit, *legata deberi, & esse adimplenda,* juxta modum inferius exponendum.

Deberi siquidem visum fuit legatum pro oleo lampadis, nam licet Fratres Minores ex Regula S. Francisci, quam profitentur, & Constitutionibus san. mem. Nicolai Tertii,
1 & Clementis V. *in cap. Exiit, & cap. Exivi de Paradiso de verb. signific.* incapaces sint cujuscunque Juris, & proprietatis, tam in communi, quam in proprio; hujusmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipsorum Fratrum pro quotidiano victu, & vestitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarum, ac certum usum Cultus Divini; ut in terminis similium legatorum vini pro Sacrifi-
2 ciis, frumenti pro hostiis, pecuniæ pro luminaribus, tradunt Ancharan. *in d. Clem. Exivi de Paradiso, vers. cumque annui reditus num.*13. Abb. *cons.* 63. *num.*4. *lib.*2. Pellizar. *in Manual. Regular. de paupert. Fratr. Minor. tract.*4. *c.*3. *sect.* 2 *num.* 103. Sanchez *ad precept. Decal. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 42. Rodriq *quæst. Regular. tom.*7. *quæst.*126. *art.*5. *per tot.* Amostaz. *de caus. piis lib.*4. *c.*3. *n.* 59. & in puncto legati pro oleo lampadis, Menoch. *cons.* 1014. *n.*37. Barbos. *in*
3 *Jus Canonic. tom.*4. *lib.*5. *Clement. tit.* 11. *n.*19. Camarell. *de Legat. lib.* 2. *tit. deportat. n.* 40. Adden. ad Buratt. *dec.* 756. *n.* 21. Rot. *dec.* 456. *num.* 27. *& seqq.* coram Merlin. Hocque legatum uti non in Fratres ipsos collatum, sed in eorum Ecclesias, quæ sunt in proprietate Ecclesiæ Romanæ, earum nomine peti poterit per Syndicum Apostolicum,
4 Pellizar. *in Manual. Regular. tom.*1. *tract.*4. *de Vot. Regular. cap.*2. *sect.* 2. *num.* 103. *&* 105. *&* 110. *in fin.* Suar. *tom.*3. *de Religion. lib.*7. *cap.*17. *n.*28. Barbos. *in Jus Canon. tom.*4. *lib.*5. *tit.* 11. *num.* 28. *& seq.* Amostaz. *de caus. piis lib.*4. *cap.*3. *n.*78.

Simili modo deberi visum fuit legatum pro sindonibus Infirmorum, quidquid enim sit in abstracto, loquendo, an legatum Fratribus Minoribus factum pro infirmaria sustineatur aliis affirmantibus, ut in specie Joan. de Anan.
5 *cons.* 30. *n.*5. *& per tot.* Duran. *de art. vest. tit.*1. *art.*11. *n* 2. Rodrig. *q. canon. & Regular. tom.*2. *q.*126. *art.*4. *§. ult.* Dian. *resol. mor. p.*3. *tr.*2. *resol.*33. *in princ.* ut videtur fuisse de mente Rotæ *dec.*319. *n.* 5. *&* 6. cor. Cerro, *& S. Congregationis Concilii in una Romana Donationis relata per Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Legatus n.*8. aliis autem negantibus ut plene Fagnan. *in cap. in præsentia n.* 55. *usque a* 169. *de probat.* Castro Pal. *tom.*3. *tr. act.*15. *disp.*3. *punct.*9. *n.*19. Torr. 6
*de pact. futur. success. cap.*36. *n.*81. Castrill. *de aliment. cap.*5. *n.*29. difficultas cessat in concreto legati, de quo agitur, quod tanquam relictum pro sindonibus Infirmorum non pertinet ad alimoniam, seu necessariam sustentationem Fratrum, sed ad solatium, seu sublevamen, & majorem quandam ipsorum curam, quam quæ alias illis præstari 7
posset per eorum Conventus, quod proinde ex natura rei, & motivo pietatis erga pauperes infirmos videtur subsistere. Et hic forsan fuit sensus Sacræ Congregationis Concilii in dicta Romana Donationis, in qua agebatur de annuo legato pro pane albo ministrando Fratribus Infirmis. Pro eo autem non competit actio Syndico Apostolico, ut supra nomine Ecclesiæ Romanæ, sed solum Officium Judicis, quod succedit in locum deficientiæ actionis, ut per Rodri- 8
guez *d. q.*126. *art.*4. *§. fin.* Castro Pal. *tom.* 3. *tr.* 15. *disp.* 3. *punct.*9. *n.*22. *vers. deinde.*

Quo vero ad alia pro Anniversariis, ac Missis visa fuerunt non deberi, quia repugnat Instituto Fratrum Minorum in arctissima paupertate, ac mendicitate fundato possidere reditus annuos, qui inter stabilia computantur, ut in *d. Clementina exivi §. cumque annui reditus de verb. significat.* ta- 9
metsi maxime relicta fuerint cum onere celebrationis Missarum, quia possunt quidem ipsarum stipendia recipere per modum Elemosynæ manualis, non autem per modum assignationis perpetuæ; nam toti debent ab incerto pendere, totique niti providentiæ Divinæ, ut in his terminis firmant
Barbos. *in dicta Clementina exivi n.* 20. *& de Jur. Eccles.* 10
*lib.*3. *cap.*27. *n.*77. Fagnan. *in c. nimis parva n.*31. *usque ad* 46. *de excess. Prel.* Sanchez *ad precept. decal. lib.*7. *c.*26. *n.* 49. Lezan. *in Summ. verf. legata relicta Regularibus n.*21. *& in Mare Magnum Minorum n.*122. Amostaz. *de caus. piis l.* 4. *c.*3. *n.* 70. Card. de Luca *de Reg. disc.*33. *n.*17. Add. ad Buratt. *dec.*956. *n.*15. Rot. *dec.*456. *n.* 15. cor. Merlin. ac pluries declararunt Sac. Congregationes Concilii, Rever. Fabricæ Sancti Petri, & in particulari super ipsorummet Minorum negotiis deputata a sa. me. Urbano VIII. ut referunt Fagnan. *in d. cap. nimis prava n.*3. Lantusc. *in Theatr. Reg. verb. bona temporalia,* Pignat. *consult. canon.* 26. *n.*7. *&* 8. *tom.*3. Torr. *de pact. futur. success. lib.*2. *cap.*36. *n.*75.

Sed cum nihilominus legata hujusmodi adimplenda sint ex parte hæredum, juxta Text. *in l. hæred. in fin. ff. de petit. hæred.* ibi - *quamvis enim stricto Jure nulla teneatur actione* 11
hæredes ad monumentum faciendum, tamen Principali, seu Pontificali auctoritate compellantur ad obsequium supremæ voluntatis, Bart. *in l. Civitatib. n.*5. *ff. de leg.*1. *& in tract. Minorit. lib.*12. *dist.*7. *n.*41. Lata *in l. si quis a lib. §. Verum n.*15. *ff. de lib. agnosc.* Sorb. *in compend. privil. Mendic. verb.* 12
*legata in annotat. ad fin. & n.*58. Cordub. *in reg. c.*6. *q* 7. *& q.*11. *punct.*2. *&* 4. Roduan. *de spol. Eccl. q.*8. *n.*47. & possit, ac debeat Judex ad id auctoritatem suam interponere, vel ex Officio, vel ad instantiam etiam cujuslibet de Populo pluribus adductis, Leoncill. *de privil. pauper. p.*2. *privil.*52. *n.*5.
Amost. *de caus. piis l.*4. *c.*3. *n.*56. Non refragantibus authoritatibus in contrarium adductis, quæ procedunt in lega- 13
tis factis sine onere, non autem in legatis, ut hic, onerem habentibus onus celebrationis Missarum, cum non sint animæ Testatorum debitis suffragiis fraudandæ, ut declarat Amost. *ubi proxime n.*74.

Potuerunt Fratres illa recipere ab hæredibus, seu Exe- 14
cutoribus, vel a Judice sponte dantibus per modum puræ, ac simplicis Elemosynæ, ac cum ipsis satisfacere missis, aliisque oneribus injunctis a Testatore, ita tamen, ut prius solemnem protestationem emittere teneantur subsignatam sigillo Conventus, & in ejus libris insinuandam, transmittendamque hæredibus, seu Executoribus, quod ipsi nullum sibi jus vindicant, aut asserunt ex iisdem legatis, ne non modo non sint, sed ne videri quidem possint regulæ transgressores, juxta monitum D. Bonaventuræ relatum per Fagnan. *in cap. Nimis prava n.*58. *in fin. de excess. Prælat.* & ita expresse sentiunt Cordub. *in expos. Regul. S. Francisci c.*6. *quæst.*11. *punct.*4. *notab.*2. Rodrig. *tom.*1. *qq. regul. q.*126. *art.*4. *per tot. tom.*2. *& in summ. tom.*1. *cap.*199. *verb. Eleemosyna num.* 8. Miran. *in exposit. dict. regul. cap.* 65. *diffic.*12. Villalob. *in summ.*2. *part.*1. *tr.*35. *de vot. paupert. diffic.*35. Ant. Ciacch. *instit. canon. tit.*1. *n.*36. *& seqq.* Silv. *in summ. verb. Legatum* 1. *q.*3. *n.*5. Pellizar. *in manual. regular. tom.*2. *tr.*4. *de vot. regular. cap.*2. *sect.*2. *num.*42. *&* 95. Royas *de incompatib. p.*7. *cap.*5. *n.*54. Amost. *de causis piis lib.*4. *cap.*3. *n.*56. Barbos. *in sum. Apostol. decis. collect.*446. *num.*4. & constans, & inconcussa fuit opinio Sac. Congregatio-

gationum, videlicet Sac. Congregationis Concilii super fundatione Conventus Victoriæ apud Fr. Joan. de Neapol. *in tract. de Pontif. const. ad Seraphic. Relig. spectan. fol.* 378. Congregationis particularis Consultationibus FF. Minorum de Observantia Cismontanæ Familiæ præpositæ a fa. mem. Urbano Octavo, necnon Rever. Fabricæ S. Petri apud Fagnan. *in sæpedicto cap. Nimis prava num.* 49. *&* 61. *de excess. Prælat.* & Congregationis Episcoporum, & Regularium, ut in resolutione edita in una *Lucana anno* 1677. *Sum. Syndici Apostolici n.* 7. *lit. A.*

15 Neque hoc modo offuscatur puritas regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut præfertur, non tanquam debita, sed tanquam putas, & simplices eleemosynas, neque rursus de illis sunt omnino certi, quia semper residet in prudenti, & rationabili judicio executorum, vel Judicis super hoc aditi perspectis circumstantiis eleemosynarum, atque locorum pias Testatorum voluntates exequen. vel iisdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere. Immo quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant, si comperiant legata, seu eleemosynas sic adductas, ut eximant Fratres a necessitate sibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut constat ex traditis per Castill. *de aliment. cap.* 5. *n.* 26. *vers. Propterea observ.* Amostaz. *de caus.*

16 *piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 66.

Nec officit, quod in præsenti pro consecutione præfatorum legatorum agat Syndicus Apostolicus, quia id urgeret, quoties Syndicus Apostolicus ageret tanquam Syndicus Fratrum, non autem quoties, ut ex ejus instantia, & sententia Archiepiscopi patet, agit tanquam unus de populo, prout ex præmissis ipsis de Jure permittitur; nec pariter relevat, quod aliqua ex iisdem legatis præseferant relictum sortium, quia ex eorum lectura liquet in legato principaliter fuisse annuum redditum, & sortes stare loco cautionis pro securiori, seu commodiori eorum satisfactione, & in omnem casum ex duobus expressis modis expres-

17 sio unius illiciti non vitiat alium licitum, & a Jure non improbatum, ut concludit Abbas *cons.* 63. *n.* 7. *vers. Non obstat argumentum lib.* 2. Denique non obstat, quod instantia dirigatur adversus Archidiaconatum, vix hodie ob decrementum redituum hæreditariorum potientem dote annuarum librarum 300. ita ut æquius non suadeat, quod iste, qui jam erectus existit extenuetur, ac subvertatur, ad effectum sustinendi legata; quia (præter quod nullum documentum allatum fuit decrementi præfati) contrarium procedit, stante expressa voluntate, & judicio Testatoris sub initio recensito, quod primitus persolvantur, ac satisfiant ipsa legata. Et ita decisum fuit utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum.

Ven. 6. *Aprilis* 1696.

Non indiget argumentum, cum habeatur in decisione præcedenti.

SUMMARIUM.

1 *Legatum factum Fratribus Minoribus non concernens commoditates, aut quotidianum victum, & vestitum ipsorum Fratrum, sed tantum usum cultus divini, & majus Ecclesiæ ornamentum, & decorem sustinetur.*

2 *Legatum annuum pro usu Infirmariæ factum Fratribus Minoribus non sustinetur, & n.* 3.

4 Decis. 139. *num.* 8. coram Certo *declaratur.*

5 *Legatum etiam annuum factum Fratribus Minoribus non pro usu, & commoditate ipsorum Fratrum, sed pro majori solatio Infirmorum debetur ex officio Judicis, facta tamen per ipsos declaratione sibi ipsis nullum Jus competere.*

6 *Ordinarius est executor quarumcunque piarum dispositionum.*

7 *Legata annua facta favore Fratrum Minorum etiam cum onere Missarum non sustinentur.*

8 *Etsi sint capaces recipiendi, & possint actualiter recipere d. legatum annuum per modum eleemosynæ, nihilominus id intelligitur dummodo hæres, aut executor ex eorum omnimoda voluntate, & liberalitate ipsis Fratribus committant Missarum celebrationem.*

9 *Adeo ut non possint Fratres neque per se, neque per Syndicum etiam agentem tanquam uno de populo, imo neque extrajudicialiter molestare hæredem, aut executorem, uti sibi Missarum celebrationem committant.*

10 *Licet caducatum remaneat præfatum annuum legatum, attamen hæres tenetur modo meliori quo fieri potest Testatoris voluntatem adimplere.*

11 *Et ideo Ordinarius valet ex officio injungere celebrationem ipsis Fratribus prælectis a Testatore.*

12 *Legatum annuum simpliciter Fratribus Minoribus relictum totaliter favore hæredis caducatur, non sic tamen procedit in legato annuo aliquod onus habens admixtum, & num.* 13.

DECISIO II.

Domini, re iterum sedulo, ac mature discussa, steterunt in decisis sub die 10. Januarii 1695. juxta modum inferius exprimendum. Retenta siquidem divisione legatorum, de quibus agitur, in tres species, quoad illud pro oleo lampadis retinendæ in Ecclesia ante Capellam de Jurepatronatus Testatoris, rursus censuerunt deberi, & esse adimplendum, quia non concernit commoditates, aut quotidianum victum, & vestitum ipsorum Fratrum, sed tantum usum Cultus divini, & majus Ecclesiæ ornamentum, ac decorem, ut præter allegatos in præterita decisione in terminis similis legati tradunt Ventrigl. *in prax. part.* 2. *adnotat.* 28. §. 2. *num.* 17. 1
Portell. *in dub. Regular. verb. Legatum sub num.* 3. Cuech. *instit. canon. lib.* 3. *tit.* 1. *sub n.* 36. *cum seqq.* Marant. *contr. libr.* 1. *respons.* 41. *num.* 30. Barbos. *de Jur. Ecclesiæ universal. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 76. a S. Ubald. *in quodlibet. Regul. quodlibet.* 11. *num.* 1117.

Quo vero ad aliud pro emendis sindonibus ad usum infirmorum, visum fuit, absolute loquendo, non deberi, utpote collatum in ipsosmet Fratres, & Conventum per modum annui, ac perpetui Census, cujus illi sunt prorsus incapaces ex Regula S. Francisci, quam profitentur, quamvis fuerit relictum ad usum infirmariæ, cum 2
pro ejus necessitatibus, & urgentiis ipsis, ut perpensis verbis ejusdem Regulæ, inquit Text. *in cap. ex iis, vers. in alio quoque Capitulo, & Clementin. exivi §. porro cum d. Sanctus de verb. signific.* debeant recurrere ad amicos spirituales, & sibi providere ex incerta quæstuatione, ac vivere in spe divinæ providentiæ; & de veriori sententia etiam tenent Castro Pal. *tom.* 3. *tract.* 15. *disput.* 3. *punct.* 9. 3
n. 19. Castill. *de aliment. cap.* 5. *n.* 29. Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 36. *n.* 81. Sanchez *ad præcept. decal. lib.* 7. *cap.* 26. *n.* 47. Et reprobato Anania aliisque sequacibus, late probat Fagnan. *in cap. in præsentia a n.* 15. *ad plures seqq. de probat.* Et licet Rot. cor. Cert. *dec.* 318. *n.* 8. videatur inclinasse in opinionem contrariam, ex ejus tamen 4
lectura apparet non fuisse tunc examinatum articulum ex professo, sed potius tactum incidenter, & relationem fuisse stabilitam in alio fundamento penitus diverso.

Nihilominus tam inspecta illius speciali natura, non respiciente victum, seu necessariam sustentationem Infirmorum, sed potius majorem quandam ipsorum curam, & solatium, quam etiam ponderata obligatione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defunctum 5
pro totali adimplemento ejus voluntatis, maxime circa executionem operis adeo pii, & tam enixe per ipsum voliti, non videbatur adeo irritum, & improbatum in præcitatis Pontificiis Constitutionibus, quin rejecto modo illicito, non possent ipsi Fratres annuam præstationem recipere per modum simplicis eleemosynæ ab hærede, seu executore sponte dantibus, facta prius solemni protestatione, sibi nullum jus competere ad illius consecutionem, juxta formulam registratam per Fagnanum *in c. nimis prava n.* 57. *de excessib. prælat.* & monitum D. Bonaventuræ relatum in præcedenti decisione, ut in specie de simili legato pro pane albo ministrando Fratribus Infirmis respondit Sacr. Congreg. Concilii in Romana Donationis, de qua Lantusch. *in Theatr. Regular. verb. Legatum n.* 1. *& in alia penes* Nicol. *in flosc. verb. Legatum num.* 1. Ita tamen, ut Archiepiscopus tanquam ordinarius executor quarumcunque piarum dispositionum, juxta text. *in cap. Nos quidem de testam.* possit rationabiliter arbitrari respectu subministrationis prædictarum sindonum juxta 6
majores, vel minores Infirmorum indigentias, & necessitates; Et quidem in ipsamet specie, seclusa ex parte Fratrum quavis instantia, etiam per implorationem simplicis officii Judicis, atque hoc modo obviare, ne in alios usus convertantur. Et hoc facilius videbatur dicendum, dum idem Archiepiscopus, qui fuit per Testatorem electus in executorem hujus piæ dispositionis, non solum non contradicit illius implemento, quinimo procedens tanquam Judex auctoritate Apostolica delegatus

pro-

pronunciavit per sententiam, illam esse executioni demandandam, ac proinde sublata remanet cuicunque alteri exceptio nullitatis, aut incapacitatis Fratrum, qui alias possunt per viam eleemosynæ recipere sponte datum, ex superius firmatis.

Demum quoad reliqua legata pro Anniversariis, & Missis similiter censuerunt, non deberi ex eodem capite incapacitatis Fratrum possidendi, aut habendi quemcunque annuum reditum, tanquam redolentem speciem immobilium, & repugnantem arctissimæ paupertati eorum Regulæ, juxta Text. *in d. Clement. exivi §. eumque annui reditus de verbor. signific.* etiamsi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Missarum, cum eis non liceat habere Missarum stipendia per modum annuæ, & certæ assignationis, utpote destructivæ puræ mendicitatis, & quotidiani quæstus, sed tantum per modum manualis eleemosynæ pendentis ab incerta fidelium largitione, & pietate, com-
7 muniter tradunt Lezan. *oper. tom. 2. verb. Legata n. 21.* Sanchez *ad præcept. Decal. d. cap. 26. n. 44.* Pignatell. *consultat. lib. 3. consultat. 16. n. 6.* Marant. *contr. lib. 1. d. respons. 41. n. 79.* Ubi dicit hodie inanem esse hanc quæstionem, Adden. ad Buratt. *dec. 756. n. 15.* Rota cor. Merlin. *decis. 455. n. 15. & seqq.* cum aliis antiquioribus, & resolutionibus Sac. Congregationum, relatis in præcedenti decisione.

Præsertim, quia pleraque ex illis fuerunt facta ipsi Fratribus, & Conventui mediante assignatione, & constitutione certorum capitalium, seu censuum de directo adversantium eorum Regulæ, juxta quam non possunt quidquam habere in proprietate, ut præter supra allegatos late tradit Pasqualig. *de Sacrif. Missæ quæst. 1092. n. 2. & seq.* Unde tametsi iidem sint capaces recipiedi, & possint actualiter recipere hujusmodi legata ab hærede, seu executore sponte dantibus per modum eleemosynæ, & stipendii manualis Missarum facta prius memorata protestatione, nihilominus quia id intelligitur, dummodo hæres, aut executor ex eorum omnimoda voluntate, & libertate illis committant Missarum celebrationem, ita ut nullus præce-
8 dat impulsus Judicis, per quem indirecte violetur puritas Regulæ, in quo sensu loquuntur, & intelligi debent Doctores, & resolutiones S. Congregationum allegati in præterita decisione §. *poterunt*, ut declararunt duo Capitula Generalia convocata Burghis anno 1523. & Assisii ann. 1526. in his terminis relata per Sanchez. *ad præcept. Decal. d. c. 26. n. 49. circa fin.* Et consonant verba D. Bonaventuræ impressa apud Fagnan. *ubi supra n. 58.* ibi, *& si post obitum illius, uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex di. positione illius largiri, possumus similiter recipere ex ea...em gratia, ita quod quandocunque nollent amplius ista ..are, nil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more Mendicorum recurreremus ad domum Clementis Domini pro quotidiana eleemosyna, quandiu illi placeret, sed quando plus nollet, abiremus vacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato.* Non possunt Fratres neque per se, neque per Syndicum Apostolicum, etiam agentem & tanquam unum de
9 populo, imo neque extrajudicialiter molestare heredem, aut executorem, ut sibi Missarum celebrationem committant, ne per æquipollens sibi liceat habere, quod ex Regula, & Pontificiis Constitutionibus prohibetur, ad tradita per Marant. *d. respons. 41. n. 73.* Pignatell. *d. consult. 16. n. 6. versic. & sane*, & ita, negotio mature examinato, resolvit Congreg. specialiter proposita a san. mem. Urbano VIII. negotiis eorundem Fratrum, ut apud Fagnan. *d. c. nimis prava. num. 53.* ac similiter decrevit Congr. Rev. Fabricæ relata penes Marant. *d. respons. 41. versus finem vers. prohibuit*, ubi in casu contraventionis comminatur pœna excommunicationis, non resistentibus auctoritatibus in contrarium allegatis, quia illæ procedunt in legatis relictis modo licito, seu non repugnanti eorum Instituto, non autem in relictis modo illicito, qualia sunt legata annui reditus, licet habentia annexum onus Missarum, ut per text. *in d. cap. exiit vers. ad hæc quia*, late distinguit Fagnan. *in d. cap. nimis prava num. 46. & seqq.*

Quoniam vero legata hujusmodi stante incapacitate Fratrum non ita corruunt, & caducantur, ut hæres, aut executor omnino liberentur ab onere ipsis injuncto, vel bonis annexo in suffragium animæ Testatoris; sed ipsi, quantum in se est, adhuc tenentur illius voluntatem adimplere modo
10 meliori, quo fieri potest, ne ejus anima debitis suffragiis Missarum, & Anniversariorum defraudetur, ut argumentum textus *in l. 1. §. pro secundo vero Cod. de caduc. tollend. & in fin. ff. de petit. hered.* Marant. *d. respons. 41. n. 83.* Sanchez *d. cap. 76. n. 50.* Castropal. *d. punct. 9. n. 17.* Amostaz. *de caus. piis lib. 4. cap. 3. n. 74.* plene Didacus de Cea *in allegatione pro fundatione Conventus Victoriæ impress. inter Pontif. Constit. recollect. per P. Joannem a Neapoli fere per tot.* Imo pinguius adimpleant si per ipsos Fratres, & in altaribus a Testatore designatis id exequi curent, ut monet Sanchez *d. cap. 26. n. 50.* Potest, & debet Archiepiscopus, vel ex officio, ut ordinarius executor omnium piarum dispositionum, juxta relatum text. *in d. c. nos quidem de testam.* vel uti executor specialiter per Testatorem deputatus, curare & 11
solicitus esse, ut celebrentur Missæ, vel per ipsosmet Fratres, vel per alios Sacerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit Marant. *d. respons. 41. n. 78.*

Et hoc modo nedum non læditur, verum potius religiose servatur puritas eorum Instituti, tolliturque quævis certitudo eleemosynæ ex parte Fratrum, cum semper fiet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejusdem Archiepiscopi, pensatis omnibus circumstantiis, eleemosynarumque augmentis, ac respective decrementis, vel ipsis Fratribus, vel aliis committere Missarum celebrationem, ut bene advertitur in præcedenti decisione: Imo si eidem constiterit, quod annui reditus assignati Archidiacono in erectione dignitatis fuerint adeo diminuti, ut ex iis decenter, & congrue sustentari nequeat, ei pro tempore applicare partem proventuum ad hunc effectum relictorum, injuncta illi porportionabili Missarum celebratione.

Nec turbat, quod legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito, seu repugnanti eorum Instituto, quippe quæ recipiunt substantiam a modo sint nulla, & consequenter caduca, ac si non fuissent scripta. Quoniam (quidquid sit de articulo in genere, respectu legatorum ad pias causas, in quo plures Patres sentiunt posse per Episcopum commutari) intelligitur de legatis relictis sine onere perpetuo, veluti agro, seu censu ad fruendum, possidendum, aut locandum; tunc enim, cum illa appareant facta sola cōtemplatione ipsorum Fratrum, & sub unico fine, ut illi acquirantur, tanquam defectiva in substantia, corruunt, & caducantur ad commodum hæredis, & in hoc sensu distinguendo modum licitum ab illicito, loquuntur Lezan. *loc. cit. sub n. 6.* Sanch. *d.* 12
cap. 26. n. 18. Fagnan. *d. cap. nimis prava n. 31. & seq.* Barb. *de jur. Eccles. d. c. 27. n. 76.* Secus vero procedit in relictis cum onere celebrationis Missarum; quia, cum Testator non minus censeatur voluisse satisfactionem onerum, quam quod legata acquirerentur Fratribus legatariis, stante eorum incapacitate, remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, ita ut eis nullum jus tribuant ad illorum consecutionem, sed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel executoris, ut explicant Amostaz. *de caus. piis d. cap. 3. n. 74.* Barbos. *d. cap. 27. n. 81.* Sanchez *d. cap. 26. n. 50.*

Idque est adeo verum, ut in similibus legatis cum onere Missarum, non obstante incapacitate Fratrum, intrent facultates R. Fabricæ S. Petri, quod utique non eveniret, si ea essent omnino nulla, & caduca, ut tradunt Marant. *sæpe d. respons. 41. n. 19.* Rot. cor. Caval. *dec. 212. sub n. 6. vers. superest*, & ita resolvit Congreg. particularis a fa. me. Urbano VIII. apud Fagnan. *in d. cap. nimis prava sub num. 53. &* 13
Congr. ipsius Fabricæ apud Marant. *ubi proxime n. 88. Ibi declaramus hujusmodi, quæ a principio personis incapacibus facta sunt, sive ex post facto incapaces sunt redditæ, non ad hæredes gravatos, seu alios obligatos spectare, seu ut caduca ab eis vindicari posse, sed ad Fabricam ipsam &c.*

Et in hunc modum, suffragantibus hodie omnibus Dominis, post secundam causæ propositionem conclusum fuit utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Neapolitana seu Januen. Laudi.

Lun. 8. Maii 1688.

ARGUMENTUM.

An, & quando ætas adjecta substantiæ legati faciat conditionem, in hac decisione magis trahitur definitum ad ornatum *Disc. 3. de legat.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Ætas adjecta substātiæ legatis facit conditionem.*
2 *Ætas dicitur adjecta substantiæ legatis si Testator sub una, eademque periodo ætatem, & legatum amplexus fuerit.*
3 *Ablativus absolutus conditionem impertat.*
4 *Conditio negativa actum usque ad ultimum temporis momentum suspendit.*
5 *Institutionis qualitas stare non potest sine præcedenti substantia.*
6 *Unaquæque oratio quando habet sensum perfectum, qualitas*

ritas adjecta in secunda non influit in prima.
7 *Dictio* - ut supra - *repetit omnes qualitates, & conditiones præcedenter appositas.*
8 *Declaratur* Ancharan. consl. 232. num. 1.
9 *Declaratur* Giovagnon. consl. 42. num. 44.
10 *Ætas favore filiorum ex præsumpta paterna charitate intelligitur adjecta executioni, non autem substantiæ legati.*
11 *Contrarium est verius.*
12 *Declaratur* text. in l. Sejus Saturninus ff. de condit. & demonstr.
13 *Favor filii in legato potest considerari, si agatur cum extraneo, secus si cum alio filio primogenito, & magis dilecto.*
14 *Voluntas Testatoris etiam ex conjecturis desumpta facit transmissibile etiam id, quod de sui natura non est transmissibile.*
15 *Legitima rejicit omnem conditionem.*
16 *Conditio tamen sustineretur, si adhibita fuisset cautela Soccini.*
17 *Onus a legato legitimæ rejicitur intra limites tantum legitimæ, secus quoad excessum.*
18 *Vita, & militia solum debetur in feudis antiquis, & de sui natura non est transmissibilis.*
19 *Reciproca substitutio facit conjecturam transmissibilitatis legati, quando Testator in eodem legato substituisset.*
20 *Secus e contra.*
21 *Argumentum deductum a superfluis est in Jure levissimum, & enervatur per quemlibet etiam effectum ex quo superfluitas evitari possit.*
22 *Nomen* - portionis - *est indefinitum, & intelligitur secundum subjectam materiam.*
23 *Conjecturæ desumptæ pro transmissibilitate legati conditionalis non sunt attendendæ, si ex aliis enarrantur.*
24 *Adimi non potest quod adhuc datum non est.*
25 *Fructus sunt sequela dominii.*
26 *Pro laudi sustentatione sola sufficit dubietas.*
27 *Sibi enim laudum impugnanti imputari debet, si cum posset adire Judicem, arbitros elegit, eorumque Judicio stare promisit.*

D E C I S I O III.

JUxta facti seriem plene relatam *in decisione* 160. *part.* 17. *recent.* bo. me. Marchio Michael Testator instituto sibi hærede Davide filio primogenito; octo aliis filiis masculis alimenta, & juxta temporum distinctionem annuas præstationes reliquit usquequo complerent ann. ætatis 30. quo completo unicuique eorum ducatos 25. mil. legavit per hæc verba - *à ciascheduno compita la sua età d'anni* 30. *non facendosi nè Prete, nè Cavalier di Malta, nè Monaco, nè Regolare, il mio erede sia obligato pagargli ducati* 25. *mil. contanti per legitima, vita, militia, parte di prezzo, e per tutte, e qualsivoglia ragioni, &c. nelli quali ducati* 25. *mil. à ciascuno come sopra gl'instituisco miei heredi particolari, e cessino gl'alimenti, & altre commodità in tutto e per tutto.* Hoc autem legatum fuisse cadu. cum favore hæredis universalis quoad Josephum, & Augustinum ante d. ætatem defunctos, laudarunt arbitri primatii in Urbe Juris Consulti *in* 8. *capitulo* laudi, de quo agitur, cujus executionem decrevit Rot. *præviis decisionibus* 160. & plenius *discusso articulo* 283. *part.* 27. *rec.* sed in gradu appellationis contrarium resolutum fuit *sub diebus* 20. *Junii* 1675. *&* 16. *Maii* 1676. coram bonæ memoriæ Albergato, adversus quas decisiones cum modernus Marchio Uttæ obtinuisset iterum audiri, proposui dubium super eisdem die 13. Junii præteriti, & dilata tunc resolutione in hodierna audentia Domini add. ultimis decisionibus recesserunt, quia in conflictu Jurium, & conjecturarum hinc inde militantium prævalere visa sunt ea, quæ legati caducitatem inducunt.

Etenim juxta germanum sensum, & contextum supra relatæ dispositionis videbatur ætas 30. annorum adjecta ipsi substantiæ legati, quo casu fecit conditionem ad Tex-
1 tum *in l. Talis scriptura, & in l. si cui §. hoc autem ff. de leg.* 1. & tradita communiter per DD. relatos per Menoch. *de præsumpt. l.* 4. *cap.* 201. *à num.* 42. Castill. *contr. Jur. lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 70. Capyc. Latro *dict.* 107. *num.* 24. cum aliis, quos plene congerit Mansl. *pro veritate consultus in hac causa consultat.* 119. *per tot.* Card. de Luca *de feud. disc.* 108. *num.* 30. & Rot. *in dict. decis.* 282. *n.* 26. *& seq.*

Quod autem adjecta esset ætas substantiæ videbatu
clausulam ponderando, quod non solum Testator sub
una, eademque periodo ætatem, & legatum amplexus
est, ut ad hunc effectum ponderant Menoch. *dict. cap.* 2
201. *num.* 42. Noal. *de transmiss. cas.* 3. *n.* 15. de Luca *dict.*
disc. 108. *sub num.* 31. Mantic. *de Conjectur. lib.* 11. *tit.* 23.
num. 28. sed immo ætas præcedit legatum, & quidem per
ablativum absolutum; qui de sui natura conditionem im- 3
portat *l. a Testatore ff. de condit. & demonstrat.* Surd. *dec.*
268. *n.* 11. Rota coram Ludovisl. *decis.* 492. *n.* 7. & ulterius
alia concurrit conditio negativa, ibi, *non facendosi nè*
Prete, nè Cavaliere di Malta, quæ actum usque ad ul-
timum temporis momentum suspendit *l. hoc genus ff. de* 4
cond. & demonstrat. glos. in l. Mutianæ eod. tit. cum aliis
relatis per Coccin. *dec.* 953. *n.* 6.

Et quamvis subsequantur illa verba - *nelli quali ducati*
25000. *à ciascuno come sopra gl'instituisco miei eredi parti-*
colari - In illis tamen non residet substantia legati jam
perfecti, sed adjicitur qualitas honorabilis Institutionis,
quæ non potest stare sine præcedenti substantia *l.* 4. *in fine* 5
ff. de collat. Ponderando præsertim, quod duplex est ora-
tio, cum unaquæque habeat sensum perfectum, ad tra-
dita per Bart. *in l. repetendis colum.* 2. *ff. de leg.* 3. *& in l.* 6
Seja §. Caja ff. de fund. instruct. legat. Paır. *cons.* 98. *num.*
16. *volum.* 1. Altograd. *cons.* 54. *n.* 28. *lib. cum aliis in Au-*
ximana prædii Januarii 1680. coram Reverendissimo Pa-
tre Dom. Rondinino, & quod secunda pars orationis est
concepta per verba relativa ibi, *nelli quali ducati* 25000.
quæ supponunt legatum jam factum, & cum dictione, *ut*
supra, quæ reperit omnes qualitates, & conditiones præ- 7
cedenter appositas, perinde ac si denuo exprimerentur,
late Barbosl. *decis.* 441. *num.* 3. non refragante doctrina An-
charani *in cons.* 232. *num.* 1. & Giovagnon. *cons.* 41. *num.*
44. quia Ancharanus ibi non figit pedem, nec loquitur 8
in his circunstantiis diversæ orationis rectæ a verbis di-
stinctis cum dictionibus suppositivis, & repetitivis. Gio-
vagnonus vero obiter pertransit, & si intelligatur juxta
doctrinas, quas allegat, nihil aliud dicit, nisi quod
ætas apposita executioni facit diem, non conditionem, 9
quod est verissimum in suis terminis, sed non appli-
catur.

Non obstat, quod favore filiorum ex præsumpta pater- 10
na charitate ætas intelligatur adjecta executioni, non au-
tem substantiæ legati, ad Text. *in l. si Sejus Saturninus ff.*
de cond. & demonstrat. contra enim hoc objectum appro-
batum *in* 1. *decis. contraria*, sed a scribentibus *in hodier-*
na propositione derelictum, militat literalis Textus *in dict.*
l. si cui §. hoc autem legatum ff. de leg. 1. ubi agebatur de fi- 11
lio legatario, & tamen deciditur legatum esse conditiona-
le, uti ibi notat Castr. *num.* 5. Textus *vero in dict. l. Sejus*
Saturninus non procedit ex solo favore filii, sed quia hæ- 12
res institutus erat extraneus mere fiduciarius, & totam
hæreditatem instituere rogatus, ut patet ex ratione deci-
dendi ibi, *quoniam dies fideicommissi vivo octavo cessit*,
scilicet si prorogando tempus substitutionis magis heredi fi-
duciam permisisse, quam in certum diem fideicommissi con-
stituisse videtur, quæ tria copulative necessaria esse, ut dies
intelligatur facere diem, non autem conditionem, notat
ibi Cast. *sub n.* 1. sequitur Alex. *ibidem pariter n.* 1. idem
Castrensl. *in dict. l. si cui legatum §. hoc autem n.* 5. ex quibus 13
circunstantiis, quæ desunt in casu nostro ætatem intelli-
gendam esse adjectam ex certo, notat etiam Noal. *de trans-*
miss. cap. 3. *n.* 16. *vers. sed tamen advert.* & Rot. *dec.* 782.
n. 18. *part.* 1. *divers.*

Idque suadet ipsa naturalis ratio, quia favor filii consi-
derari posset, si ageretur cum extraneo, secus dum agitur
cum alio filio primogenito; & magis dilecto, in quo con-
servationem, & splendorem familiæ Testator exoptavit,
& in ejus perniciem non est credendum, quod voluerit fa-
cere tam pinguia legata ad hæredes extraneos transmissibi-
lia, Gabr. *cons. n.* 31. *lib.* 2. Barus *de success. lib.* 12. *tit.* 3.
sub n. 17. Menoch. *cons.* 210. *n.* 180. & Rot. *d. dec.* 782. *n.* 16.
par. 1. *divers.*

Hæc cum de se plana viderentur, tota vis decisionum,
& scribentium posita erat in conjecturis voluntatis, quæ
facit transmissibile etiam id, quod de sui natura non est,
juxta celebre dictum Bald. *in l. unica n.* 30. *Cod. de caduc. tol-* 14
lend. Illæ tamen non visæ sunt Dominis adeo urgentes, ut
sit recedendum a regula, non quidem prima, quod ætas
adjecta fuerit in gratiam filiorum ad succurrendum eo-
rum imbecillitati, restrinxisset legatum ad terminos mi-
noris ætatis, quæ sive de jure Regni completur in 18.
anno

anno, sive ex Statuto Januens. non excedit vigesimum,
sive de communi vigesimumquintum. Immo cum Te-
stator legatum protogaverit ad annum 30. hinc colligi-
tur prospexisse ad commodum hæredis, quem interim
nullis gravavit fructibus: & ad cujus favorem cedere
voluit omnes eventualitates, quæ ex morte civili lega-
tariorum per alicujus status regularis ingressum eveni-
re posset.

15 Non secunda deducta ex honorabili titulo Institutionis
pro legitima, quæ rejicit omnem conditionem *l. quoniam
in priorib. C. de inoff.* quia objectum procederet, nisi pru-
dens Testator voluntatem suam clare explicuisset, utendo
cautela Soccini, qua eos, qui alimentis, & annuis respe-
ctive præstationibus contenti non essent usque ad ætatem
30. annorum, privavit hoc legato, & instituit in sola le-
gitima; ex qua cautela apertissime constat, Testatorem
16 voluisse filios gravare etiam in legitima, ut plene hujusmo-
di objecto respondendo tradit Rot. *d. decis.* 288. *p.* 17. *rec.*

Rursus argumentum deductum a legato subrogato loco
legitimæ procederet ad limites ipsius legitimæ tantum, se-
cus quoad reliquam legati partem quæ excedit, cum no-
vum non sit, eandem dispositionem diverso Jure censeri
17 diversis respectibus, ut rejecta opinione Bart. *in l. Titia
centum §. Filio genero, ff. de cond. & demonstr. trad.* Bald.
cons. 248. *lib.* 4. Gabr. *cons.* 116. *n.* 11. *lib.* 1. Altogr. *cons.* 87.
n. 29. *lib.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 6. *gloss.* 3. *par.* 1.
n. 13. Mans. *d. consult.* 119. *n.* 3. *& seqq.*

Quæ conclusio fortius militat in hoc casu, in quo ti-
tulus legitimæ confunditur cum vita, & militia, quæ so-
la debebatur in feudis antiquis, & quæ de sui natura non
18 est transmissibilis, Franc. *decis.* 20. *n.* 10. *decis.* 61. *n.* 7. *&
decis.* 547. *sub n.* 3. sed inanis est quæstio ducta a legitima,
quia ex peritia d. Maximilli Scipionis constat deficere sub-
jectum, cum deducto ære alieno, & Burgensatiscis nihil
supersit, in quo d. legitima detrahi possit.

Non tertia elicita ex reciproca substitutione inter filios
ordinata quoad portiones, quandocunque decedentium
sine filiis. Hæc enim substitutio tunc faceret conjecturam
transmissibilitatis, quando Testator in hoc præciso legato
19 substituisset, in quibus terminis loquitur Cor. *cons.* 40. *n.*
15. ubi de substitutione facta in dote legata, & in eisdem
terminis Seraphin. *d.* 959. *num.* 4. & Craveit. *cons.* 101. *n.* 2.
Cæterique in dd. contrariis decisionibus alleg. at cum Testa-
tor indefinite in portione, quandocunque sine filiis mo-
rienti sustinuerit, hæc conjectura petit principium, & sup-
ponit id, quod est in quæstione, cum nihil repugnet, quod
hæc substitutio licet compendiose complectatur omne tem-
pus, non autem idem semper capiat emolumentum, sed
congrua congruis referendo in pupillari ætate capiat legi-
timam ante annum 30. legata alimentorum annuasque præ-
stationes, ac mobilia arbitrio Marchionissæ matris conse-
20 quenda. Post dictam vero ætatem legatum, de quo agi-
tur, ut advertit Rota *d. decis.* 283. *n.* 38. *&* 39. *par.* 17. *rec.*

Præsertim quia argumentum ductum a superfluis est in
fine levissimum, & enervatur per quemlibet etiam mini-
mum effectum, ex quo superfluitas evitari possit, Surd.
21 *cons.* 325. *n.* 14. Mantic. *de Conjectur. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 24.
& nomen portionis est indefinitum, & intelligitur secun-
dum subjectam materiam, ad quam adaptari potest *lex.
22 nom. filiorum §. portio ff. de verb. signif.* quod comprobatur
ex eo, quia Testator omnibus filiis promiscue in sua por-
tione substituit etiam futuris equitibus Hierosolymitanis,
in quibus portio verificari non poterat, nisi in annuis
præstationibus eisdem relictis, non autem in hoc legato
quod sub eorum portione cadere non poterat.

Non demum quarta deducta ex absurdo, quod sequi
poterat, si filii legatarii ante ætatem 30. annorum decede-
rent, relicta prole legitima, ad quam nihil ex avita sub-
stantia transmittere potuissent: omisso enim, quod præ-
sens quæstio est cum extraneis, non autem cum filiis le-
gatariorum, quibus ob præsumptam charitatem jura beni-
gnius provident *in leg. cum avus ff. de cond. & demonstr. &
l. cum acutissimi, C. de fideic.* respondetur, quod evitatur
omne absurdum ex adhibita cautela Socc. per quam provi-
sum fuit ne filii conqueri possent, cum in eorum libertate
esset, vel legatum conditionale acceptare, vel portionem le-
gitimæ sibi de Jure debitam ad hæredes transmittere; & rur-
sus, quod non est absurdum in regno, sed immo in dies
contingit, quod secundo, & ulteriori loco geniti Baronum
nihil habent, quod ad hæredes etiam filios transmittant,
cum juxta consuetudinem regni habeant vitam, & mili-
tiam, quæ non est transmissibilis, ut supra probatum est,

Has autem responsiones eo libentius Domini amplecte-
bantur, quia non desunt aliæ conjecturæ pro caducitate
legati, quæ vim prædictarum enervant, latæ ponderatæ
a Card. de Luca *d. disc.* 108. *n.* 36. *& seqq.* ex quibus aliquæ
præsertim magis Dominis probabantur.

Prima scilicet, modus discretionis dispositionis, in qua
per diversa, & omnino separata legata filiis providit. Pri-
mo de alimentis usque ad ætatem 18. annorum, successive
etiam de annua præstatione a matre arbitranda usque ad
annum 25. & de annuis ducatis mille usque ad 30. qua
demum completa, hoc, de quo agitur, pingue legatum
eis reliquit: addit, quod tunc cessarent alia legata, & com-
moditates; ex hac enim discretiva, & cuique ætati accom-
modata provisione facile assequimur diversam in quocun-
que casu Testatoris voluntatem 30. annorum excludunt
hanc, de qua agitur reservatam ad d. ætatem completam.

Secundo, ponderabant totam negotii molem, & hære-
ditatem consistentem præcipue in feudis antiquis, in qui-
bus nihil aliud debetur secundogenitis, quam vita, & mi-
litia. Videbatur enim longe inverisimile, quod Testator
qui in toto testamento ad primogeniti splendorem, & fa-
miliæ in eo conservandæ dignitatem respexit, voluerit
eum gravare tot tam pinguibus legatis ad matrem, & alios
extraneos hæredes transmittendis.

Tertio, voluntas Testatoris eliciebatur ex adhibita cau- 23
tela Soccini, quæ ostendit aperte voluntatem Testatoris
gravandi filios conditionaliter, non obstante quod dicatur
ex adverso dictam cautelam respicere solum dilationem
temporis, quia expresse percutit etiam substantiam legati,
dum jussit filios ante ætatem 30. annorum esse tacitos, &
contentos legatis sibi interim relictis, quod si nollent, eos
privavit toto hoc legato, rejiciendo eos ad solam legitimā.

Quarto, in idem influit modus disponendi: cum enim
Testator esset incertus de statu multiplicis prolis, adhuc
in infantili, vel pupillari ætate existenti, noluit hoc lega-
tum facere nisi eis, qui in statu sæculari perseveraturi es-
sent, cæteris, in aliqua religione regulari profitentibus,
penitus exclusis. Cum autem hoc divinare non posset pru-
denter providit de aliis legatis quousque in ætate perfecta
certum statum assumpsissent, in quo demum illi, qui in
sæculo remanerent, hoc legatum consequerentur, alias si
juxta sensum decisionum legatariis usque ab initio jus
quæsitum esset ad hæredes transmissibile, sequeretur, quod
legaret etiam religionem ingressuris, & quibus tamen a-
pertissime constat legare noluisse.

Nec subsistit, quod dicitur religionem ingressuris lega- 24
tum hoc ademisse, quia id expresse repugnat contextui dis-
positionis, in qua non per viam ademptionis, sed per viam
non acquisitionis processit ibi - *non facendosi nè Prete, nè
Regolare &c.* adimi enim non potest id, quod adhuc da-
tum non est *vulgata lex decem, ff. de verb. oblig.* quod si
hæredem non gravavit hoc legato quoad eos, qui per re-
ligionis ingressum civiliter morerentur, vix potest assi-
gnari ratio, cur non idem dicendum sit, voluisse quoad
naturaliter sine filiis, & ante ætatem morituros.

Quinto demum, quia usque ad d. ætatem fructus por-
tionis legatæ cedere voluit commodo hæredis. Hinc 25
enim colligitur, quod antea legatariis nullum erat jus
quæsitum, cum fructus sint sequela dominii *l. qui sint in
principiis ff. de usur. l.* 8. *ex diverso ff. de rei vindicat. cum
aliis vulgat.*

Ex his omnibus Domini colligebant, vel quod jura, &
conjecturæ pro caducitate legati prævalere debeant, vel
saltem in hoc potissimum conveniebant, quod cum res sit
hinc inde dubia, nec sit integra post laudum datum, cui
partes cum Juramento stare promiserunt, decreta, etiam
per Rotam executione hac sufficit adhoc, ut non sit locus
reductioni ad arbitrium boni viri, ad quem effectum pro-
banda esset ex parte D. Joannæ Actricis clara Injustitia, jux-
ta Theoricā Bart. *in l. societate §. arbitrium col.* 2. *ff pro socio.*
Hostien. *in cap.* 1. *n.* 8. *et* 9. *de arbitr.* plene, & magistraliter 26
Abbas *cons.* 64. *n.* 3. *et* 4. *p.* 1. cum aliis late relatis apud Scacc.
de Judic p. 2. *cap.* 2. *n.* 248. & Tomatum, *d.* 160. *n.* 13. *&* 14.
& dec. 293. *n.* 10. non enim potest conqueri de Arbitris, si
doctissimi viri in ancipiti Juris, & facti quæstione, in tot
conjecturarum conflictu unam magis, quam aliam senten-
tiam amplexi sunt dummodo non injustā, & sibi imputare
debet, si cum posset adiri Judicem, arbitros elegit, eorum-
que judicio stare promisit, ut inquit *Text. in reg. diem pro-
ferre § stari ff. de recept. arbitr. ibi, & sibi imputet, qui com-* 27
*promisit; nam & Divi Pii rescripta adjicitur etiam mitius
probabilem sententiam, æquo animo ferre debet,* ibique Gloss.

in

in verb. imputet, & concordat Textus *in l. cum mandato in fine ff. de Inst. actio.* Abb. *in cap.76. n.4.* & plene dictum fuit *in alia decisione hujus causæ* 10. *Maii* 1678. §. *& in omnem eventum*, coram bon.mem. Albergato.

Et ita utraque &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Hæreditatis de Ruspolis.

Ven. 21. Aprilis 1690.

ARGUMENTUM.

Distinctio quam tradit Card. de Luca *Legat. disc.* 3. quod scilicet, quando legatum incipit non ab usufructu, sed a bonis, istorum proprietas legata dicatur; secus e contra in præsenti decisione laudatur.

SUMMARIUM.

1 *Legatum scriptum cum verbo* - godere - *præsefert relictum simplicis usufructus.*
2 *Legatum quando incipit ab usufructu, successiva mentio bonorum censetur solum stare gratia demonstrationis ad effectum scilicet designandi bona, ex quibus debeatur usufructus.*
3 *Una pars Testamenti alteram declarat.*
4 *Una determinatio æqualiter determinat omnia sub eadem determinatione contenta, & n.7.*
5 *Testator plura faciendo legata in altero ex ipsis censetur diversimode voluisse disponere, cum alias unico verbo potuisset explicare omnia legata.*
6 *Inverisimile est, quod Testator, qui voluit ejus familiæ conservationem, voluerit relinquere extraneo Palatium, & mobilia in eo existentia.*
8 *Verba* in ogni miglior modo, e con ogni pienezza di ragione *etiam adaptantur in legato usufructus.*

DECISIO IV.

ORtis in hac causa controversiis super efformatione, & propositione dubiorum, iisque plene deductis per utrinque scribentes in Congregatione habita die 4. Augusti 1688. Domini studentes celeri litium terminationi, prout maxime postulat recta judicandi ratio, juxta Text. *in l. properandam. C. de Judic.* demandarunt, quod causa proponeretur sub geminis duntaxat dubiis; Primo scilicet: *An D. Comes possit legitime, ac præventive agere, & an Trebellianica debeatur?* Et altero; *An legatum Palatii, mobilium, & gemmarum veniat in restitutione fideicommissi?* Obtenta autem per D. Comitem favorabili resolutione primi, nempe posse D. Comitem præventive agere, ac Trebellianicam non deberi, ut ex decisionibus editis 13. Maii & 5. Decembris 1689. super præventivo, & 16. Januarii labentis anni super Trebellianica, fuit ad ejus instantiam per DD. præscripta ultima Rota Piscium pro disputatione Secundi. Sed renuente in illa D. Marchionissa propria jura deducere, quasi non satis temporis ipsi suppeteret ad causam opportune dirigendam, operæ pretium duxi supersedere in propositione dubii usque ad primam post Agnos, in qua D. Comes distribuit de more suas informationes, ac viceversa D. Marchionissa per supplicem libellum opposuit exceptionem illegitimitatis judicii, ob id, quod D. Comes in hoc causæ puncto careret consensu filii; & licet statim pro parte D. Comitis datum fuerit in manibus meis mandatum filii, nihil tamen visum fuit Dominis in causa decernere, sed rescriptum, *Dilata ad tertiam omnino*. Hinc cum in hac tertia Rota D. Marchionissa loco pariter informandi super dubio, proposuerit alteram exceptionem, quod D. Comes præmature agat ante casum restitutionis fideicommissi, Domini cognita illius insubsistentia ex eo, quod hic agitur super declaratione Jurium de præsenti, non autem de futuro, ac pro simplici defensione, seu indemnitate fideicommissariæ hæreditatis, responderunt in meritis, legatum Palatii, mobilium, & gemmarum venire in restitutione fideicommissi.

Fundamentum resolutionis fuit, quod Testator intellexit legare D. Marchionissæ Palatium, mobilia, & gemmas quoad simplicem usum, seu fruitionem, non autem quoad proprietatem, ut patet ex ipsamet litera legati, & ex pluribus ponderationibus, seu conjecturis elicitis ex contextu ipsius dispositionis. Et primo quidem ex eo, quod Testator in institutione legati usus fuit verbo *godere*, ibi. *E similmente possa, e debba godere il tutto, & anno Vedovile secondo lo stato, grado, e condizzione sua, e mia, tutti li mobili, argenti, gioje, Carozze, Cavalli, & il Palazzo*
1 *di Campidoglio*, quod præsefert legatum simplicis usufructus, ad Text. *in l. usufructus 7. ff. de usufruct. leg. 2. ff. de ann. legat. l. siquis usumfructum 29. ff. de usufr. legat. leg. si habitatio, §. sed si crisis ff. de usu, & habit. legat. lib. 2. ff. de lec. publ. fruen.* & tradita per Rebuff. *in l. qui uti, vers. inde frui, & vers. seq. ff. de verbor. signif.* Fab. *in rational. tom. 2. part. 2. pag.* 159. Gratian. *discept.* 442. *n.* 15. Rota *decis.* 120. *n.* 3. *p.9. rec. & decis.* 146. *n.* 11. coram Dutan. non obstante, quod insimul reliquerit ipsa bona, quia cum
legatum incipiat ab usufructu, successiva mentio bono- 2
rum censetur solum stare gratia demonstrationis, ad effectum scilicet designandi bona, ex quibus debeatur usufructus, juxta doctrinam Bartol. *in l. libertis 4. num. 2. & seqq. ff. de alim. & cibar. legat. & in l. donationis 31. §. species extra dotem n.1. vers. & semper inspicies verba, ff. de donat.* Dec. *cons.* 262. *num.* 7. Alex. *cons.* 223. *in fin. lib.* 2. Ruin. *cons.* 21. *n.* 5. *lib.* 1. Ladeich. *cons.* 32. *per tot.* Curt. jun. *cons.* 38. *n.* 4. & 5. Fusar. *cons.* 176. *n.* 9. Mantich. *de conject. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 29. & 30. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 1. *n.* 4. 23. *& seqq.* Cavalcan. *de usuf. n.* 78. Castill. *eod. tract. q.* 30. *n.* 16. & 17. Rota *decis.* 83. *n.* 6. & 7. *part.* 6. *d.* 119. *n.* 3. *& seqq. & d.* 238. *n.* 7. *part.* 8. *d.* 345. *n.* 5. *part.* 19. *recent. & d.* 411. *n.* 5. cor. Card. Celso.

Secundo, quia Testator in aliis duabus partibus testamenti protulit idem verbum *godere* in sensu simplicis usus seu fruitionis duraturæ ad vitam legatariorum, ut in ordinatione multiplicis favore domus, & hæreditatis Ruspolæ, ibi - *da godersi da quella persona, alla quale la detta Sign. Marchesa Girolama, mia erede &c. restituirà la mia eredità &c.* & in actu providendi casui monachationis, & binnubatus D. Marchionissæ, ibi - *In tal caso non possa goder altro, che scudi due milla annui sua vita durante &c.* Unde eodem modo censetur protulisse etiam in legato Palatii mobilium, & gemmarum, nam una pars testamenti declarat aliam, ad Text. *in l. qui filiabus in princ. ff. de* 3
legat.1. Sur. *cons.* 455. *n.* 9. Fusar. *cons.* 93. *n.* 14. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 10. Rota *decis.* 475. *n.* 8. post Cenc. *de cens. d.* 3. *n.* 18. *& seqq. part.* 19. *rec. & in Romana Trebell. 16. Jan. proximo præteriti §. septima demum*, coram me; tantoque certius, quoniam in hoc ipso legato Testator copulative recensuit, & immiscuit etiam legatum luctus, & anni viduilis; ac proinde sicut ambigi non potest, quin horum respectu legatum præseferat temporalem duntaxat fruitionem hæredis, sic etiam dici debebat respectu Palatii, mobilium, & gemmarum sub una, & eadem determinatione contentorum, juxta regulam Text. *in l. jam hoc Jure ff. vulgar. & pupill. subst. de qua* Castill. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 100. *num.* 19. & *lib.* 6. *cap.* 128. *num.* 22. Rot. *d.* 138. *num.* 19. cor. Bich. *in Romana fideicomm. Prosperi. Sen. de Cassarellis 24. Jun. 1676. §. prout respectu*, coram
Bourlemont. *& in Romana, seu Balneoregien. success.* 4
4. *Martii* 1689. §. *secunda*, coram me.

Tertio, quia Testator unico contextu tria fecit genera legatorum D. Marchionissæ, primum scilicet dotis, & quarti dotalis, in quo adhibuit verbum denotans appropriationem, sive dominium, ibi - *Di più in ogni miglior modo, e con ogni miglior titolo, e con ogni pienezza di ragione, lascio, ordino, e voglio, che la detta Sig. Marchesa Girolama mia erede di tutta la mia eredità prima d'ogni cosa si pigli la sua dote di scud. 16. milla e di più il suo quarto dotale &c.* secundum luctus, & anni Viduilis, necnon Palatii, mobilium, & gemmarum, de quibus agitur, in quo mutata phrasi locutus fuit per verbum *godere*, quod ex præfatis indicat nudam administrationem, sive usumfructum, ibi - *E similmente possa, e debba godere il tutto, & anno Vedovile, secondo lo stato, grado, e conditione sua, e mia, tutti li mobili, argenti, Gioje, Carrozze, Cavalli, & il Palazzo nella Piazza di Campidoglio &c.* Et tertium denique annuorum scutorum 12. mil. in quo relicto posteriori verbo *godere*, reassumpsit illud præcedenter adhibitum. *si pigli*, ibi - *E da i frutti della mia eredità debba, e possa pigliarsi scudi 12. milla l'anno*; Siquidem ex hoc discretivo modo loquendi clare colligitur, quod Testator inter medium legatum Palatii, mobilium, & gemmarum sensit restringere ad merum usum, seu usumfructum; nam alias unico verbo potuisset explicare, sive absolvere universa legata *argum. Text. in l. unica §. fin. autem ad deficient. Cod. de caduc. tollen.* quo in similibus terminis utuntur Honded. *cons.* 19. *n.* 23. *seqq. lib.* 1. Tondut. *resol. civil.* 87. *n.* 7. Rot. *decis.* 162. *n.* 3. *part.* 2. *rec.*

Quarto demum, quia Testator enixe prospexit conservationi bonorum in familia, & agnatione Ruspola, itaut hac de causa demandaverit annuas præstationes per ipsum relictas solvi ex fructibus, non autem ex substantia bonorum fideicommissariorum, & fructus, solutis annuis præstationibus, superextantes quotannis investiti, & cumulati

favo-

favore successoris de domo Ruspola, ut late dictum fuit in *dicta Romana Trebellianica*, §. *Quarto*, *& duobus sequentibus*, coram me, ac propterea redditur inverisimile, quod voluerit Palatium, mobilia, & gemmas, quæ constituunt non exiguam partem suæ hæreditatis, & signanter ipsum Palatium, in cujus ampliationem, & ornamentum plura scutorum millia erogavit, ac super quo
6 post conditum Testamentum inscribi fecit nomen Bartholomæi Ruspoli, ab hæreditate Ruspola separare, & relinquere hæredibus extraneis, prout in proximis terminis ad effectum arguendi fideicommissi ponderant Pereg. *de fideic. art.* 40. *n.* 33. Mantic. *de tacit. lib.* 25. *tit.* 4. *in fin.* Fusar. *de subst. q.* 530. *num.* 90. Rot. *d.* 20. *num.* 11. *&* 12. *part.* 19. *rec.* maxime quia respectu Palatii certo constat de voluntate Testatoris relinquendi solam habitationem, seu fruitionem ex eo, quod ipse cogitando casum, quo sibi filii nascerentur, jussit, D. Marchionissam inhabitare Palatium una cum filiis, vel nolentem cum illis cohabitare, consequi pensionem alterius
7 Palatii ad ejus electionem. Et sic eodem modo dicendum etiam respectu aliarum rerum comprehensarum sub eadem oratione, ut advertit Honded. *cons.* 91. *ex num.* 11. *usque ad* 23. *lib.* 1.

Nec visum fuit obstare objectum, quod forsan posset in oppositum excitari, quod videlicet Testator legatum exorsus fuerit ab illis verbis, ibi. *di più in ogni miglior modo, e con ogni miglior titolo, che posso, e con ogni pienezza di ragione lascio, ordino, e voglio, &c.* Tum quia illa immediate cohærent legato dotis, & quarti Dotalis; tum etiam quia recte intelligi possunt, ac debent secundum naturam subjectæ materiæ ususfructus, itaut importent ejus concessionem sine diminutione, & contradictione, ut de similibus verbis plenum, & integrum tradunt Mazzol. *cons.* 28. *per tot. lib.* 1. Castill. *de ususfruct. cap.* 30. *n.* 56. *in fin.*

Et ita &c.

R. P. D. URSINO.

Urbevetana Pecunia

Mart. 5. Decembris 1691.

ARGUMENTUM.

Pro legato licet Rota non admittat viam executivam, attamen illam admittit, si agatur de confessione debiti in Testamento emissa. Præscriptio contra legatum non currit nisi a die aditæ hæreditatis, concurrente tamen scientia in eodem legatario, & bona fide in hærede. Confessio debiti facta in Testamento cum specifica expressione causæ, & circumstantiarum habetur pro vera & legitima probatione crediti, juxta casum *disc.* 7. *de Legat.* Cardin. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Pro legatis Rota non concedit processum executivum.*
2 *Legatum factum favore creditoris importat debiti confessionem, si adsit expressio causæ cum specifica declaratione summæ, & cum omnibus facti circumstantiis.*
3 *Pro legato & debito in Testamento confessato non oritur actio nisi a die aditæ hæreditatis.*
4 *Et ideo a d. die incipit præscriptio.*
5 *Licet tamen ab eadem die incipiat præscriptio, exigitur ad præscriptionem inducendā scientia legatarii.*
6 *Legatarius non præsumitur habuisse scientiam legati, si fuerit absens.*
7 *Creditori adversus præscriptum longissimi temporis datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.*
8 *Hæres, qui est in mala fide, legatum non præscribit.*
9 *Mala fides Authoris transit in hæredem.*
10 *Præscriptio viæ executivæ eisdem modis, & formis interrumpitur, sicut aliæ præscriptiones, & pari passu procedit.*

DECISIO V.

Comes Joannes Baptista Clementinus utens facultate testandi de scut. 1500. sibi reservata in universali omnium bonorum donatione stipulata ad favorem Catharinæ de anno 1658. in Codicillis Ferrariæ conditis injunxit Catharinæ donatariæ, ut ex dictis scutis 1500. solveret, & exbursaret Leonardo Sabbatino scut. 848. pro totidem quæ ipse codicillans exegerat Ferrariæ ab Alatino Hebræo ad effectum solvendi eidem Sabbatino, quæque tamen nunquam persolverat, ut *Summario Actoris n.* 1. In executionem hujusce dispositionis dictus Leonardus nonnisi nuper de anno scilicet 1688. egit pro consecutione dictorum scut. 848. judicio instructo coram Vicario Generali Curiæ Episcopalis Urbevetanæ adversus Comites de Clementinis hæredes mediatos dictæ Catharinæ, atque mandatum obtinuit; sed interjecta appellatione ex parte præfatorum hæredum, & causa delata ad Cutiam, A.C. Thaurusius dictum mandatum de partibus ex capite nullitatis revocavit, aliudque ex integro, & prout in prima relaxavit adversus bona hæreditaria Joannis Baptistæ donantis; A quo iridem provocantes Comites de Clementinis a Signatura Justitiæ impetrarunt commissionem causæ in gradu appellationis mihi directam cum clausula, *si quid exequendum*, ad cujus rescripti limites dato de more dubio: *An mandatum A.C. sit exequendum*, Domini illud hodie recognoscēres validum ex revolutione actorum, & justum ex publico, ac solemni Instrumento codicillorum non hæsitantes hodie responderunt executioni esse demandandam pro dicta quantitate scutorum 848. non quidem tanquam legatum, pro quo Rota rejecta opinione Angeli *in* §. *Illud, Auth. de hered. & falcid.* non concedit 1
processum executivum, juxta illius inveteratum stylum, de quo testatur Zacch. *de obligat. Camerali q.* 118. *num.* 22. Arguell. *decis.* 90. *n.* 39. & Rota *dec.* 513. *n.* 1. *& seqq. p.* 13. *& decis.* 651. *n.* 2. *part.* 18. *recent.* sed tanquam debita vigore confessionis a Testatore in codicillis emissæ, quæ licet aliquando resolvatur in simplex legatum, & quando scilicet aliunde de debito non apparet, & agitur cum creditoribus, sive tertiis; In casu tamen præsenti in quo lis est, cum hæredibus confitentis remanet in terminis puræ recognitionis debiti, illudque plene probat adversus eosdem, maxime cum facta fuerit non incidenter, & per modum legandi, sed cum expressione causæ, cum specifica declaratione summæ, & cum omnibus facti circumstantiis, ut distinguendo casu optime firmat Angel. *de confess.* 2
lib. 2. *q.* 4. *n.* 3. *& seqq.* Card. de Luca *de legat. disc.* 7. *n.* 6. & Rota post Salgad. *in labyrinth. credit. disc.* 20. *n.* 13. *&* 14.

Nec solutio dicti crediti evitari potest unica exceptione præscriptionis ob lapsum triginta annorum, qui effluxisse dicuntur a die codicillorum conditorum de anno 1658. usque ad diem judicialis petitionis secutæ de anno 1688. Etenim nullum ex requisitis de jure necessariis ad inducendam tricenariam præscriptionem in præsenti probatur; Non quidem lapsus triginta annorum, quia tempus non incœpit currere a die 3. Januarii 1658. quo conditi fuerunt codicilli, sed post obitum Testatoris a die aditæ hæreditatis, cum ab eo tempore, & non antea oriatur actio 3
ad petendum legatum, seu debitum in Testamento confessionatum, ad Text. *in l. si nemo ff. de regul. jur. l. ex Testamento C. de fideic.* Camerell. *de legat. l.* 15. *cap.* 1. *n.* 3. & Rota *dec.* 603. *n.* 19. *&* 22. coram Bichio; Ideoque a die 4
aditæ hæreditatis Comites de Clementinis, qui in præscriptione se fundant, tenentur probare lapsum 30. annorum.

Multoque minus probatur scientia crediti, sive legati in creditore, seu legatario, nec illius exinde promanans 5
negligentia petendi (quod est alterum requisitum præscriptionis) sed attenta absentia Leonardi a Civitate Ferrariæ, 6
ubi pecuniæ ad ipsum spectātes a Testatore exactæ fuerunt, & deinde conditi codicilli, vehemens potius exinde insurgit præsumptio, seu verisimilitudo probabilis ignorantiæ, ad Text. *in l. cum in longe C. de prescript. long. tempor.* & tradit Odd. *de restitut. in integrum p.* 1. *quæst.* 38. *art.* 1. *n.* 20. Cephal. *cons.* 304. *n.* 219. & Rota coram Pamphil. *decis.* 680. *n.* 14. Ex cujus capite creditori datur restitutio in integrum adversus præscriptionem 30. vel 40. annorum, juxta magis communem opinionem, quam tenent Bald. *in tract. de prescript. p.* 3. *punct.* 3. *princip. quæst.* 13. *n.* 9. Tiraquell. *in l. si unquam verbo Revertatur n.* 391. *C. de revocand. donat.* late Spetell. *decis.* 135. *n.* 140. *& seqq.* Palma 7
allegat. 2. *n.* 22. *& seqq.* Cardin. de Luca *de emphyteusi disc.* 4. *n.* 11. *&* 12. & Rota *decis.* 1. *de integrum restitut.* coram Mohedano, *& decis.* 39. *lib.* 2. *part.* 3. *divers. &* 69. post Pacific. de Salvian. *decis.* 425. *in fine*, coram Gregorio, *& decis.* 472. *n.* 3. coram Peutingerio.

Ulterius deficit bona fides hæredis principaliter requisita ad præscriptionem; Nam cum Comes Joannes Baptista in codicillis fassus fuerit debitum ad favorem Sabbatini, & quidem expressa causa unde proveniebat, & 8
uno eodemque contextu injunxerit Catharinæ donatariæ, & hæredi illius satisfactionem, exinde incontinenti orta fuit mala fides hæredis, quæ omnem impedit successivam præscriptionem, ad Text. *in cap. pervenit de censibus*, Cephal. *cons.* 40. *n.* 18. *lib.* 1. & Rota *decis.* 232. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 513. *n.* 10. *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 191. *n.* 16. *p.* 7. *rec.*

Et transit in hærede hæredis, quales sunt Comites de Cle-

Clementinis, ex firmatis per Rotam *decis.* 249. *n.* 6. cor. Gregor. *& alibi passim*.

Exclusa itaque ex his trigenaria præscriptione quoad creditum, ex eisdem quoque remanet exclusa quoad viam executivam, cum illius præscriptio eisdem modis, & formis interrumpatur, ac aliæ præscriptiones, & pari passu procedat, ut bene firmat Rota *in Romana Census* 4. *Januarii* 1686. §. *Prout non deficit*, coram bon. mem. Card. Matthæjo, *& in Gulginatem. pecuniaria* 10. *Decembris* 1688. §. *finali*, coram R. P. D. Caccia, ubi allegantur Concordan.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. URSINO.

Urbevetana Pecuniaria.

Lun. 21. *Aprilis* 1692.

Argumentum in antecedenti decisione reperitur.

SUMMARIUM.

1 *Rota in causis legatorum ordinarie procedit.*
2 *Etiam si causa fuerit commissa per Signaturam cum clausula, si quid exequendum.*
3 *Præscriptio viæ executivæ ex solo lapsu temporis inducitur contra creditorem etiam ignorantem, & favore debitoris etiam in mala fide constituti.*
4 *Si fuerit causa ordinarie incæpta, & etiam in secunda instantia prosecuta quacunque via executiva censetur vulnerata.*
5 *Confessio debiti emissa in Testamento paratam habet executionem, & n. 6.*
7 *Confessio debiti facta in Testamento non sufficit ad probationem debiti, sed magis confert ad petitionem legati, quando idem debitum aliunde non probatur.*
8 *Conclusio vera est, quando agitur cum tertiis de eorum præjudicio, puta cum filiis pro legitima, vel cum successoribus in fideicommisso, vel cum aliis similibus causam non habentibus a confitente; secus si agatur cum hærede.*
9 *Solumque d. casu hæredi conceditur confessionem defuncti revocare, si illam concludenter erroneam probaverit.*
10 *Pro sustinendo legato in vim confessionis debiti levia sufficiant adminicula.*
11 *Hæres ut consequi valeat retentionem pro ejus creditis debet prius reddere rationem.*
12 *Via executiva non remanet vulnerata, si Judex per sententiam pronunciaverit ubi Actor petiit mandatum executivum, & judicium construxit executivum.*
13 *Judex, si in secunda instantia revocaverit mandatum tanquam nulliter relaxatum, & novum concesserit, non dicitur vulnerasse viam executivam.*

DECISIO VI.

Ad audientiam admissi Comites de Clementinis adversus decisionem coram me cis non informantibus editam sub die 5. Decembris proxime præteriti non impugnabant hodie veritatem, & substantiam debiti scutorum 848. pro quo decreta fuit executio mandati ab A. C. relaxati ad favorem Leonardi Sabbatini, sed omnino incongruentem pro consecutione earundem pecuniarum contendebant esse intentatum remedium executivum, ex triplici quidem fundamento. Primo, quia cum hujusmodi creditum aliunde non probetur, quam ex confessione Com. Joannis Baptistæ Clementini mediati eorum Authoris emissa in ultimis codicillis per ipsum conditis, asserebant illud tanquam tale non deberi sed resolvi in simplex legatum, pro quo nostrum Tribunal ex inconcusso illius stylo viam executivam non dat, quando, prout hic, ex integro petitur
1 executio mandati A. C. sed tantum illius justitiam canonizat, & ordinate procedit, ut testatur ipsamet Rota *in dec.* 597. *n.* 1. coram Dunozett. Jun. *& in dec.* 651. *num.* 3. *part.* 18. *recent.* cum aliis approbative relatis in priori hujus Causæ decisione §. 1.
2 Etiamsi causa fuerit commissa per Signaturam cum clausula, *Si quid exequendum*, nisi cœpta sit executio, ut resolutum fuit in particulari Congregatione Rotali habita sub die 13. Julii 1683. in Domo bon. me. Albergati Decani ab omnibus Dominis ad hunc tantum effectum congregatis.

Secundo, quia eadem via executiva, quatenus etiam competeret, fuit adhuc præscripta ex trigenario temporis cursu a die codicillorum effluxo usque ad diem judicialis petitionis, neque illius præscriptio sublata remansit ex ignorantia creditoris, seu mala fide debitoris, prout interrumpuntur cæteræ præscriptiones crediti, sive petitionis, cum ex solo lapsu temporis inducatur etiam contra ignorantes, & hæredes creditoris ad favorem debitoris etiam malæ fidei, quemadmodum distinguendo præscriptio- 3
nem crediti, sive actionis a præscriptione viæ executivæ, firmant Cad. de Luca *de credit. disc.* 117. *n.* 4. *& seqq.* Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 2. *& seqq.* Magon. *decis. Florent.* 121. *n.* 1. *& seqq.* Rota cor. Achille de Grass. *dec.* 5. *n.* 1. *in fine*, *& decis.* 96. *n.* 5. *p.* 15. *recent.*

Et tertio demum, quia omnino incompetens detegitur intentatum remedium executivum ex Judicii ordine, tam servato in partibus coram Vicario Urbevetano Judice prioris instantiæ, qui ad mandati relaxationem processit per sententiam: Christi nomine invocato, quam hic in Curia coram A. C. Thaurusio, qui mandatum dicti Judicis revocavit, aliudque ex integro concessit, prout in prima; Adeoque cum per priorem sententiam de partibus cœptum fuerit judicium ordinarium, illudque continuatum in secunda instantia mediante processu per viam revocationis, causa dicitur effecta ordinaria, & vulnerata quæcunque via executiva, si quæ ab initio competiisset, juxta firmata per Rotam *decis.* 78. *n.* 1. *in fine*, *& seqq.* coram 4
Coccin. *decis.* 241. post Zacch. *de obligat. Cam. & dec.* 257. *n.* 1. post Cens. *de censu. ac alibi passim*.

At his minime obstantibus constans fuit Dominorum sententia pro executione mandati, cui fundamento præbuit in controversa substantia crediti, & non controvertenda competentia viæ executivæ, quæ rursus apparuit debita, attenta confessione debiti, cum expressione certæ summæ per Testatorem emissæ in ejus ultimis codicillis, quæ cum habeat vim judicati paratam habet executionem, juxta Text. *in l.* 1. *C. de confess. & l.* 1. *& l. certum* 6. *ff. eod. &* 5
l. post rem. 56. *ff. de re judic. & l. proinde §. Notandum ff. ad leg. Aquil.* & tradit Gallesi ad Zacch. *de oblig. Camer. q.* 2. *n.* 12. & in terminis confessionis debiti emissæ in Testamento, Rota post eundem Zacch. *decis.* 187. *n.* 27. 6

Nec processus executivus exinde competens tollitur ex priori oppositione, quia etsi vera sit in jure conclusio, quod confessio in Testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti, sed magis conferat ad petitionem legati, quando idem debitum aliunde non probatur, ad 7
Text. *in l. Lucius §. Quisquis ff. de legat.* 2. *& in l. qui Uxori ff. de aur. & arg. leg.* Cuman. *cons.* 31. *&* 61. *utrobique in princ.* Angel. *de confess. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 1. *& seqq.* Rub. *de valid. leg. cap.* 8. *n.* 94. Surd. *decis.* 250. *n.* 1. *& seqq. & decis.* 285. *a num. pariter* 1. *& seqq. ubi Hodiern. in addit.* Attamen nova, & recepta est etiam distinctio, quod ea procedat, quoties agitur cum tertiis de eorum interesse, seu præjudicio puta cum filiis pro legitima, vel cum successoribus in fideicommisso, vel cum aliis similibus causam non habentibus a confitente, & confessio debiti incidenter, sive inconsulto absque ulla expressione causæ emissa detegitur, aut saltem præsumi potest in fraudem legis, aut hominis, in quibus terminis procedunt authoritates in objecto relatæ: At non ita est quando agitur de solo præjudicio hæredis confitentis, & interesse tertii, omnisque fraudis suspicio cessat prout contingit in præsenti facti specie, in qua confessio superius narrati debiti ex matura deliberatione emanavit cum expressione causæ, & qualitatis facti, ac cum specifica declaratione certæ summæ, & personarum, a quibus Testator illam exegit: Hoc enim casu cum veritas hujusmodi confessionis reddatur valde probabilis, & undique certa sit voluntas Testatoris, quod istud debitum relictum non reguletur, neque præstetur tanquam legatum, sed tanquam debitum, non permittitur hæredi proprii Authoris factum impugnare, illumque de mendacio redarguere, sed confessionem istam omnino approbare tenetur cum omnibus suis qualitatibus, ut bene tradunt Card. de Luca *de legat. disc.* 7. *n.* 6. *cum duobus seqq.* Angel. 8
de confess. lib. 2. *q.* 4. *n.* 9. *usque ad* 13. & optime Rota *in dec.* 30. *n.* 13. *vers. leges autem*, *& n.* 24. post Salgad. *in labyr. Credit. relat. in dec. qua confirmatur in §.* 1. *in fin.*

Solumque confitentis hæredi conceditur dictam confessionem revocare, vel impugnare si sit erronea, & talis error per ipsum concludenter probetur, ut limitando conclusionem superius adductam prosequitur Angel. *de confess. dicta q.* 4. *n.* 14. *&* 15. *cum concordan.*

Tantum abest, ut hujusmodi error in præsenti probetur, ut potius de veritate dictæ confessionis non levis datur fumus ex mandato procuræ per dictum Leonardum 9
Sabbatinum actorem confecto de anno 1655. ante conditos codicillos in personam q. Com. Joannis Baptistæ Clementini

tini Testatoris mihi in forma authentica exhibito cum amplissima facultate exigendi quascunque pecuniarum, rerum, & bonorum summas, & quantitates quibuscunque personis, & in specie ab hæredibus q. Petri Sempreboni, de quibus in præfatis codicillis fit mentio, quod valde confert ad verificandum exactionem pecuniarum ab ipso codicilli ante confessionata, cum in his materiis etiam modica, & levia sufficiant adminicula, ex traditis per Card. de Luca *de legat. disc.7. n.7.*

Nec ad excludendum vim distinctionis allatæ obstitit replicatio, quod agatur de præjudicio creditorum anteriorum, minusque quod Comites de Clementinis considerati non debeant tanquam hæredes defuncti, sed tanquam tertii, dum Catharina eorum Authrix hæreditatem Testatoris adivit cum beneficio legis, & Inventarii, & ipsi paratos sese exhibent ad reddendam rationem de scut. 1500. in donatione universali non comprehensis, in quibus Catharina hæres non fuit instituta, quia objectum aliquam mereretur animadversionem, si modo ageretur contra creditores anteriores, vel contra eorum personas, & bona propria; quo etiam casu ultra inventarium bonorum hæreditariorum, copularive quoque requireretur redditio rationis, adhoc, ut illi tanquam tertii retentionem, aliasque exceptione opponere possent, juxta magistralem *decis. 39 a n.7. & seqq. part.6. quam sequitur dec.562. n.2. part. 18. ubi concordant*. At cum in præsenti mandatum, de cujus executione agitur, sit relaxatum contra bona hæreditaria Comitis Clementini debitoris, & creditores non sint in causa, res procul dubio agi dicitur cum hærede confitentis, non autem cum tertiis; indeque cessant omnes contrariæ illationes, & recte applicatur conclusio superius firmata.

Constans igitur cum sit, viam executivam competere, hæc non remansit præscripta, quemadmodum in secunda objectione oppositum fuit ex lapsu 30. annorum; quia quid. quid sit de quæstione hac in contrarium proposita, an scilicet ea, quæ impediunt præscriptionem crediti, impediant quoque præscriptionem viæ executivæ, & an ista eisdem modis, & formis interrumpatur, sicut cæteræ aliæ præscriptiones, prout firmant adducti *in §. final.* prioris decisionis, sed potius temporis lapsus absque aliis requisitis sufficiat, sicuti tenent relati in secundo objecto, difficultas qualibet in præsenti cessare fuit visa, ex quo d. trigenarius cursus ad præscriptionem omnino requisitus, non probatur ex parte hæredum eum allegantium intercessisse a die aditæ hæreditatis, a qua actio oritur usque ad judicialem petitionem debiti in Testamento confessionati, prout firmat mea antecedens decisio *in §. Nec solutio*.

Nec demum plus valet tertia objectio, quod causa ex ordine judicii in duabus prioribus instantiis servato effecta fuerit ordinaria, & via executiva remanserit vulnerata; Siquidem cum in partibus intentatum fuit remedium executivum, Judex pronunciando per sententiam definitivam non præjudicavit partibus, neque immutavit naturam judicii, ex firmatis per Rotam *decis. 667. n. 4.* coram Coccin. neque A. C. Thaurusius revocando mandatum in priori instantia nulliter relaxatum adversus bona hæredum Catharinæ, aliudque ex integro relaxando contra bona hæreditaria debitoris vulneravit viam executivam, sed se abstinendo a sententia absolutoria Reorum ab impetitis, intactum reliquit processum executivum, ut in similibus ponderavit Rota *decis. 1353. num. 8. & 9.* coram Coccino.

Et ita standum esse in decisis conclusum fuit, utraque &c.

R. P. D. P I O.

Bononiensis Fideicommissi de Gargantis.

Ven. 18. Martii 1695.

A R G U M E N T U M.

Legatum onerosum non dicitur acceptatum per solam acquiescentiam cum retentione rei legatæ referibili ad alios titulos, sed exigitur acceptatio per actus positivos, & concludentes & ad aliam causam non referibiles, si incertum sit, an emolumentum quod ex legato percipitur excedat onus, in comprobationem distinctionis allatæ per Cardin. de Luca. *De legat. disc. 28.*

S U M M A R I U M.

1 *Hæredi fideicommissario denegatur immissio, si hæredi gravato competant detractiones, & num. 5.*

2 *Legatarius continuando possessionem rei legatæ pro omni, & toto eo quod prætendere valeret, injunctum onus, videtur acceptasse, nec amplius illud rejicere valet.*

3 *Conclusio admittitur ubi quæstio esset de legato, quod quamvis haberet in se aliquod onus admixtum, attamen istud esset semper inferius emolumento, quia tunc ex acquiescentia, & non petitione crediti recte arguitur acceptatio legatis.*

Secus autem quando vel incertum est, an legatum cum onere præponderet utilitati vel concurrat certa damnificatio legatarii: quia tunc sola scientia legati, & acquiescentia non præsefert illius agnitionem, sed requiritur factum positivum veræ, & specificæ acceptationis.

4 *Acceptatio legati onerosi excluditur ex possessione rei legata, si possessio referri possit, vel ad titulum condominii, vel creditorum.*

6 *Legitima debetur ascendenti in proprietate, licet relicta fuerit in usufructu.*

7 *Acceptatio legati onerosi debet esse specifica, & non admittens aliam interpretationem.*

8 *In Judicio civili sola sufficit falsitatis suspicio.*

D E C I S I O VII.

Purificato per obitum Josephi in Juliam, aliosque filios Thesauræ, & Vincentiæ, & Teresiæ fideicommisso olim a Ludovico de Gargantis condito, judicium instruxerunt Julia, & Innocentia eorundem filiorum cessionariæ cor. A.C. Thomato contra Constantiam d. Josephi uxorem, atque hæredem pro immissione consequenda ad prædium situm in Communi Calderariæ, & Lungariæ, ac sententiam favorabilem reportarunt, quæ, subinde in gradu appellationis ad nostrum Auditorium devoluta, per similem sententiam prolatam a Rev. Decano immissionem concedentem in prædium controversum, relictis in suspenso tantum Tornaturis duodecim, confirmata fuit. Sed denuo provocante Constantia ab hoc ultimo judicato, dubitavi ego sub die 21. Februarii proxime præteriti, ad formam novæ commissionis mihi directæ cum clausula *Constito quod sit locus Statuto de duobus*; verum dilata resolutione rescriptum extitit, ut adderetur dubio, *seu potius sit danda immissio*, in cujus rescripti executionem consultis hodie DD. sub dubio, *An sit locus Statuto de duabus, seu potius danda immissio*, prodiit responsum immissionem non esse dandam.

Licet enim amplius inter partes non controverteretur purificatio fideicommissi Ludovici in personas dd. filiarum Vincentiæ, Thesauræ, ac Teresiæ, quorum cessionariæ sunt actrices, nihilominus, cum Constantia sit creditrix ex causa plurium detractionum, tam accidentalium, quam legalium eidem competentium ex persona Astorgii patrui fideicommittentis, & Elisabethæ illius matris, profecto earundem vigore retinere potest possessionem per ea, quæ tradit Card. de Luca *de legit. disc. 25. num.75. & disc.31. n.17. & de credit. disc.164. n.7. Adden.* ad Greg. *disc. 185. & adden.* ad Buratt. *dec. 946. n.1. & 6.* Rota cor. Dunoz. jun. *decis.910. n.5. & in rec. dec. 88. n. 30. part. 6.* & alibi frequenter. 1

Plures sane deberi visæ sunt detractiones quantitativæ ex persona Astorgii, inter quas prima sese offerebat illa medietatis crediti librar. 5000. competentis eidem Astorgio adversus Jo: Antonium auctorem Ludovici fideicommittentis.

Huic succedebat altera detractio librar. 1266. pro quibus est creditor Astorgius ex causa alienationis Tornaturarum 40. a Ludovico factæ dicti prædi Calderariæ pro indiviso ad Ludovicum, & Astorgium spectantis.

Quibus adnectitur tertia librar. 144. mil. debitarum Astorgio pro tertia parte bonorum Herculis communis fratris, quæ occupata fuerunt a Jo: Antonio, ut diximus Ludovici auctore.

Nec ad infringendam efficaciam præcensitarum detractionum objici meretur legatum domus a Ludovico factum pro Astorgio *pro omni, & toto eo*, quod ipse ab ejus hæreditate prætendere posset; ex quo infertur Testatoris animum fuisse compensandi cum debito hæreditario, ideoque legatarius, continuando in possessione domus legatæ, injunctum onus videatur acceptasse, nec amplius illud rejici possit, ex firmatis per Menoch. *cons. 81. num. 31.* Simon de Pretis *de interpretat. ultim. vol. lib. 4. interpret. prima dubit. 6. num. 38. fol. mihi 175. a tergo*, Mantic. *de conject. lib. 10. tit. num. 17. in fine*, cum aliis relatis per Altograd. *cons. 68. n. 39. lib. 1.* 2

Procederet enim objectum, ubi quæstio esset de legato, quod quamvis haberet in se aliquod onus admixtum, attamen istud esset semper inferius emolumento, & proinde in

in excessu semper remaneret lucrativum, in quibus terminis ex acquiescentia, & non petitione crediti recte argnitur acceptatio ejusdem legati, cum suo onere includendi in eo debitnm hæreditarium, mimine vero locnm obtinet, quando vel incertum est, an legatnm eum dicto onere præponderet utilitati, vel concurrit, ut hic, certa damnificatio legatarii, tunc siquidem sola scientia legati, & acquiescentia non præsefert illius agnitionem, sed requiritur factum positivum veræ, & specificæ acceptationis, ut optime Card. de Luca *de donat. disc. 56. n.*
3 *11. & seq.* & in puncto legati *disc. 18. n. 5. & 6. sub tit. de legat.* & generaliter Rot. *dec. 52. n. 7. p. 16. rec.*

Propterea, dum, ad hunc effectum arguendæ acceptationis legati onerosi, satis non sunt actus æquivoci, & pernecesse non concludentes, sed exiguntur univoci ad aliud, quam ad expressam agnitionem non referibiles, certo certius dicendum venit, quod non obstante continuatione in possessione domus legatæ, credita Astorgii adeo longe emolumentum legati excedentia, minime remanserint extincta; nam cum ipse esset condominus ejusdem domus cum Ludovico Testatore, atque insuper creditor existeret dictæ tertiæ partis hæreditatis Herculis, utique verius possessio ad titulum tam crediti, quam
4 condominii referenda est, absque eo, quod inde concludi valeat præcisa acceptatio oneris legato adjecti. ad textum in *leg. duo fratres ff. de acq. heredit.* Bartol. *in l. gerit n. 21 cod. ff.* Mantic. *ubi supra l. 12. tit. 10. n. 17.* Card. de Luca *de hered. disc. 11. num. 5 & disc. 11. num. 3.*

His ita constitutis, quoad detractiones accidentales debitas Constantiæ hæredi Josephi, clarior insurgit competentia detractionis legalis: quia, cum eidem Josepho deberetur legitima Elisabethæ matris Ludovici, virtute hujus
5 crediti opponere potest Constantia retentionem ad se tuendam in possessione prædii fideicommissarii, Card. de Luca *de credit. d. 164 n. 7. & de legit. d. 25. n. 75.*

Non relevante, quod Ludovicus dictam Elisabetham matrem hæredem instituerit in usufructu, simili modo *pro omni, & toto eo*, quod ipsa in bonis, & hæreditate Testatoris tam ratione legitimæ, quam alia quavis de causa prætendere posset; etenim, cum etiam in hoc casu desideretur requisita agnitio, & individualis acceptatio, per hujusmodi institutionem, nullum illatum fuit præjudicium Elisabethæ, quo minus detrahi valeat in proprietate legitima eidem de jure naturæ debita in bonis filiis prædefuncti, ut in
6 specie, idem Card. de Luca *de legit. disc. 10. num. 13.* & magistraliter Rot. *dec. 76. per tot.* coram Durano.

Et frustra ad inducendam acceptationem oneris appositi institutioni, nil aliud prætendendi ab hæreditate Testatoris recurritur in contrarium ad subscriptionem inventarii hæreditatis Ludovici factam ab Elisabetha, quoniam, cum manus Elisabethæ adhuc formiter recognita non fuerit, tametsi hæc necessaria recognitio nō semel extiterit opposita, hinc est, quod asserta subscriptio utpote informis non concludit acceptationem, quæ ex præmissis debet esse specifica, &
7 non admittens aliam interpretationem, ad theoricam Salic. *in l. Comparationes n. 17. vers. sed si negaretur C. de fide Instrumentor.* Rot. cor. Buratt. *dec. 472. n. 2. &* cor. Bich. *dec. 223. n. 19.* præsertim vero, quia in actu assertæ subscriptionis nulli leguntur adhibiti testes, sed solum intervenit Sebastianus alter cohæres usufructuarius, cujus character, prout deponunt Notarii Bononienses, non differt a charactere, quod dicitur Elisabethæ, quibus concurrentibus facti circumstantiis prætensa subscriptio nimis suspecta redditur, quod exuberat in judicio civili, ad hoc ut nullam fidem sibi vindicet, ut advertit Card. de Luca *de judic. disc. 26. n. 14.*
8 & dixit Rot. cor. S. mem. Alex. VIII. *dec. 29. n. 88.* cor. Cels. *dec. 280.* cor. Caval. *dec. 205. & in rec. dec. 6. n. 26. part. 13.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PIO.

Bononiensis Fideicommissi de Gargantis.

Lun. 26. Martii 1696.

ARGUMENTUM.

Quoties legatum onerosum excedit onus quod injungitur pro acceptatione oneris, quod in ipso legato continet, sufficit scientia legati cum retentione rei quæ legata fuit ac acquiescentia legatarii. Creditum satisfactum si creditor debitorem in aliquo actu se ipsum agnoverit.

SUMMARIUM.

1 *Legatarius acceptando legatum relictum pro omni, & toto eo, quod prætendere potest, ejus credita amplius deducere nequit.*

2 *Acceptatio tamen debet probari per actus positivos, ubicunque agitur de legato, cujus emolumentum incertum est, an potius ferat lucrum, vel damnum.*

3 *Scriptura antiqua recognitione non indiget.*

4 *Actus publice factus excludit suspicionem falsitatis.*

5 *Legatarius locando rem legatam dicitur legatum licet ontrosum acceptare, si de nulla alia causa appareat, ad quam actus locationis referri possit.*

6 *Statutum Bononiæ defert legitimam matri in bonis filii, si non transeat ad secunda vota.*

7 *Mater ex substitutione pupillari dicitur exclusa a luctuosa filii hæreditate.*

8 *Mater cui non debetur legitima, non dicitur reintegrata ex aliquo relicto facto per filium, sed capere non potest nisi id quod ei filius reliquit.*

9 *Ad inducendam liberationem etiam verba dubia sufficiunt.*

10 *Creditor in aliquo actu se agnoscendo potius debitorem dicitur pernecesse de ejus credito satisfactus.*

11 *Acceptatio legati onerosi inducitur ex sola scientia, cum retentione rei legatæ, si lucrum, quod ex legato percipitur, onus excedat.*

DECISIO VIII.

Decisum fuerat cor. me sub die 18. Martii 1695. competere Constantiæ de Lemmis retentionem prædii siti in Communi Calderariæ, & Lungariæ fideicommisso subjecti a qu. Ludovico de Gargantis pro detractionibus, tam legalibus, quam accidentalibus, quæ debitæ prætendebantur Josepho ejus viro, & Authori ex personis Elisabethę matris, & Astorgii patrui fideicommittentis; verum quia hujusmodi prætensio ex noviter deductis hodie insubsistens comperta fuit, ideo recedendo a decisis placuit Dominis ad dictum prædium immissionem concedere Juliæ, & Innocentiæ actricibus, & cessionariis filiorum Vincentiæ Thesauræ, & Teresiæ, in quos fideicommissum per obitum prædicti Josephi fuerat purificatum, juxta facti seriem plene enarratam in Decisione Reverendissimi mei Decani in priori instantia sub die 24. Martii 1694. edita.

Insubsistentia autem detractionum, sive legalium, sive accidentalium respicientium legitimam Elisabethę in bonis filii, & respective credita Astorgii resultat ex legato a fideicommittente eisdem facto pro omni, & toto eo, quod prætendere possent in suis bonis ex quacunque causa, quod cum fuerit a legatariis acceptatum, compensationem inducit,
cum eorum prætensis creditis, quorum propterea satisfactio- 1
nem super bonis Testatoris amplius petere non possunt, ad *Text. in l. Imperator §. Si certum, ff. de legat. 2.* Castren. *in l. Si cum dot. §. Si pater, ff. de condit. et demonstrat.* Mantic. *de conject. lib. 10. tit. 2. n. 17.* Palma Nepos *alleg. 195. n. 1. et 2.* Cyrac. *contr. 341. n. 8.* Rota *in Rom. Restitutionis hæredit. 20. Martii 1694. §. Primo*, cor. Rev. meo Decano.

Admittit Decisio, quæ revidetur, veritatem hujus conclusionis, sed illius inapplicabilitatem supponit ex defectu acceptationis, quæ, ubicunque agitur de legato, cujus emolumentum incertum est, an potius ferat lucrum, vel damnum, requiritur per actus positivos, & specificos, itaut sola scientia, & acquiescentia ad talem effectum non
sufficiat, ex allegatis in d. Decisione, *§. procederet enim.* 2

Verum acceptatio prædicta quoad Elisabetham hodie ex facto melius dilucidato visa est indubitanter emergere, non solum ex subscriptione Inventarii, quæ licet recognita non fuerit, de falsitate suspecta dici non potest, tum ob antiquitatem scripturæ, quæ, cum septuaginta, & ultra abhinc 3
annis fuerit exarata, recognitione non indiget, Rota coram Cavaler. *dec. 517. num. 4.* cor. Peutinger. *dec. 54. n. 19.* cor. Arguell *dec. 17. n. 9. et in rec. dec. 318. n. 9 p. 11.* tum ob publicitatem actus coram tribus Nobilibus Viris, & secundo
Elisabethæ marito servatis servandis confecti, quæ omnia 4
illius veritatem satis comprobant, & omnem contrariam elidunt præsumptionem, Rota coram Seraphin. *dec. 1481. n. 2.* coram Peutinger. *d. dec. 54. n. 20. et seq. et dec. 63. n. 2. in rec. dec. 693. n. 8. p. 2. et dec. 185. num. 12. p. 19. recent.* Sed etiam ex actu positivo locationis prædii ipsius Ludovici fideicommittentis factæ ab eadem Elisabetha Se- 5
bastiano Victorio alteri cohæredi in usufructu ab eodem Ludovico instituto, cum enunciativa instrumenti divisionis initæ inter Ludovicum, & Astorgium, a qua, cum in Ludovicum obvenerit, pernecesse sequitur, quod Elisabeth Testamentum Ludovici acceptaverit, cum de nulla alia causa appareat, ad quam actus locationis referri pos-

sit, Gobb. *consult*. 78. *n*. 20. Rota *dec*. 83. *n*. 4. *&* 5. *par*. 10. *dec*. 339. *per tot*. *p*. 12. *rec*. *& in Rom. Legatorum* 20. *Febr*. 1682. §. *fin*. coram Albergato.

Nec sufficiens titulus Dominis videri potuit, qui allegabatur ex prætenso jure legitimæ Accursii alterius filii, & respective Ludovici fratris, quia cum Elisabethę talis legitima esset indebita, tum ex dispositione Statuti Bononiæ *sub Rubric. de success. ab intestat. ascend. & collateral. lib*. 4. deferentis legitimam matri in usufructu, dummodo non transierit
6 ad secunda vota, ad quæ Elisabeth de tempore obitus filii jam convolaverat, tum ex dispositione Testamentaria Jo. Antonii patris, & respective conjugis, qui cum pupillariter filios reciproce substituerit, matrem exclusisse censetur a luctuosa eorundem hæreditate, juxta Theoricam desumptam ex *Textu in cap. Si pater de testam*. communiter a
7 Doctoribus, & a nostro Tribunali receptam, Caten. *resol*. 79. *n*. 8. *&* 9. Bonden. *collect*. *leg*. 41. *sub n*. 7. *lib*. 1. Reverendissimus Rocca *disp. jur. select. cap*. 5. *n*. 18. Peregr. *de fideic. art*. 34. *n*. 39. Merlin. *de legit. lib*. 3. *tit*. 2. *q*. 14. *n*. 8. Fusar. *de substitut*. *q*. 156. *n*. 1. *& seq*. Rota cor. Mantic. *dec*. 363. *per totam*, Buratt. *dec*. 84. *n*. 1. *in rec. dec*. 120. *num*. 1. *p*. 7. *in Perusina de Floribus* 10. *Maii* 1690. §. *Super portione, vers. Minus competit*, coram R. P. D. meo Ursino, *& in Ariminen. Bonorum* 16. *Maii* 1992. §. *Absque eo, quod*, coram R. P. D. meo Molines.

Minusque resistente replicatione, quod Ludovicus, cum legaverit matri medietatem ususfructus suorum bonorum, tam pro legitima, quam pro alia quacunque causa, voluerit illam reintegrare ad jus legitimæ; quia supposita ex præmissis illius exclusione capere non poterit, nisi id, quod ei filius reliquerit, cum dicatur tantum agnita, seu instituta, ut quilibet extraneus, ut in his terminis advertit Rota *Bononien. Diversorum dec*. 11. *num*. 3. 4. *et* 5. & in omnem ca-
8 sum cessare visa est quælibet difficultas ex declaratione ipsiusmet Elisabethæ; quæ hanc veritatem agnoscendo ad tollenda quæcunque jurgia, & quæstiones, quæ fortasse super hoc imposterum suboriri potuissent adversus Josephum Ludovici hæredem gravatum in ultimo, sub quo decessit, elogio, eundem ab omni prætenso jure in bonis de Gargantis plenissime absolvit, & liberavit, *Summario Actricum n*. 6. ibi: *Siccome lega, e lascia ogni qualunque altra pretensione di ragione, che potesse pretendere l'infrascritto herede per qualsivoglia avanzo, o altra cosa tacita, & espressa, che potesse pretendere nelle ragioni, e beni del Sig. Garganti per qualsivoglia legitima, & hora per all'ora assolve, e libera il sudetto Gioseppe da tutto quello, che potesse pretendere detta Sig. Testatrice, o suo herede*. Quæ sane verba, cum clarissima sint, nullam pati posse videntur obliquam interpretationem, potissimum, quia agitur de inducenda liberatione; quo casu, etiamsi essent turbida, quælibet favorabilior interpretatio sumi deberet, ad *Text. in leg.*
9 *Arian. ff. de action. & obligat*. Get. Spin. *cons*. 71. *num*. 28. Valenzuel. *cons*. 62. *num* 18. Salgad. *in labyrinth. creditor. p*. 2. *cap*. 9. *n*. 115. Mansi. *consult*. 495. *n*. 18.

Comprobata ex his acceptatione respectu Elisabethę, ista facilius induci visa est quoad Astorgium possessione domus a Ludovico legatæ, & dispositione ejusdem favore hæredum in ultimis tabulis facta; nec dicta possessio referri potuit ad titulum condominii, vel crediti, ut supponitur in præcedenti contraria decisione. Non quidem ad titulum condominii, ex quo domus esset communis inter ipsum, & Ludovicum legantem, siquidem hodie in facto ostensum fuit, partem domus Astorgio legatam fuisse acquisitam a solo Joanne Antonio patre Ludovici. Unde dum postea Astorgius hanc eandem partem retinuit, & ulterius de illa in Testamento disposuit, utique non ex alio titulo, quam legati prædicti potuit eandem retinere, & ad hæredes transmittere.

Eoque minus applicabilis est titulus creditorum in pluribus partitis in dicta decisione recensitus, §. *Plures sane, & duobus seq*. Etenim (quidquid sit de illorum subsistentia, quam acriter impugnabant scribentes pro Actricibus, easdem singillatim examinando) satisfacit unica responsio, quod Ludovicus erat potius creditor, quam debitor Astorgii, ut resultat non solum ex inventario bonorum Joannis Antonii, sed fortius ex libris tutelaribus ejusdem Ludovici ab Astorgio recognitis, & coram Judice approbatis, in quibus ipse Astorgius se subscripserat debitorem in considerabili summa, *dicto Summ. num*. 7. 9. *& duobus seq*. quæ sane credita cum sint posteriora, ad evidentiam ostendunt, vel quod credita anteriora hodie ab ejus heredibus adducta sint in subsistentia, vel quod fuerint satisfacta in vita Joannis Antonii, alias enim nec Astorgius fuisset subscriptus debitor, nec ipse tale debitum absque ulla præservativa sui crediti anterioris solemniter agnovisset, juxta doctrinam Jas. *in leg. Siquidem num*. 3. *C. de transaction*. Maur. *de solution. cap*. 4. *n*. 19. Andreol. *controv*. 57. *num*. 13. Cyriac. *contr*. 280. *n*. 15. Rota *decis*. 259. *n* 3. *p*. 4. *& dec*. 379. *n*. 15. *p*. 17. *rec*. *& in Rom. Fideic*. 2. *Maii* 1695. §. *Absque eo quod in fine*, coram R. P. D. meo Muto. Ideoque cum legatum appareat undique lucrosum, & ex eodem ultra domum reportaverit etiam liberationem a debitis mox enunciatis, eo minus requirebatur positiva, & specifica acceptatio, sed sola scientia cum retentione rei legatę inducit compensationem, cum quolibet prætenso jure, quod sit inferius emolumento relicto, Decian. *in leg. Traditionibus*, *n*. 15. *C. de pactis*, Rota cor. Peuting. *dec*. 378. *n*. 3. cor. Priol. *dec*. 298. *n*. 7. & cor. Dunoz. Junior. *dec*. 1. *n*. 10.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PIO.

Bononiensis Fideicommissi de Gargantis.

Merc. 4. *Junii* 1696.

ARGUMENTUM.

In præcedenti reperitur decisione.

SUMMARIUM.

1 *Recognitio exigitur in scripturis metam centum annorum non excedentibus, vide n. seq.*
2 *Ut scriptura non indigeat recognitione, sufficit illius antiquitas in annis* 70.
3 *Et lapsus d. temporis exuberat, quod verificetur de tempore oppositionis.*
4 *Scriptura, quæ est adminiculis fulcita, absque recognitione probat, licet elapsum non sit congruum tempus ad illius inducendam antiquitatem, & num*. 5.
6 *Legatarius acceptando legatum pro omni, & toto, eo quod prætendere poterat relictum creditum legitimæ deducere nequit.*
7 *Interveniens in actu pro solemnitate non præjudicat quoad propria Jura.*
8 *Potest quis se dibitorem constituere absque eo, quod creditum remitteret.*
9 *Præfata non procedunt, quando actus continet exactam adnotationem omnium partitarum, tam creditum, quam debitum respicientium.*

DECISIO IX.

AGnoscentes Domini in hodierna Causæ repropositione solidioribus fundamentis innixam posteriorem decisionem coram me emanatam sub die 26. Martii proxime præteriti alterius pariter a me editæ sub die 18. Martii superioris anni revocatoriam, pro illius confirmatione respondere non dubitaruot.

Subsistere nanque visa fuit non minus expressa acceptatio legati per Ludovicum facti favore Elisabethæ matris, 1
quam evidens utilitas alterius Astorgio Patruo relicto pro omni, & toto eo, quod uterque ex quacunque causa sive legitimæ, sive creditorum prætendere potuissent in bonis legantis; ideoque ex facto inapplicabilem reddi theoricam in ptima decisione firmatam, quod nempe ubi in incerto versatur, an legatum sit legatario utile, vel damnosum, requiratur specifica acceptatio, dum in proposito casu de acceptatione, & respective de utilitate constabat.

Et quidem positiva acceptatio legati per Elisabetham fa- 2
cta indubia apparuit, tum ex solemni actu subscriptionis Inventarii, tum ex locatione prædii hæreditarii ipsius Ludovici sub expressione Instrumenti divisionis initæ inter Ludovicum, & Astorgium, vigore cujus prædium Ludovicus possidebat, non obstante, quod iterum objiceretur defectus recognitionis, quæ necessaria dicebatur in scripturis metam centum annorum non excedentibus, ex authoritate Rotæ coram Puteo *dec*. 161. *lib*. 1. & cor. Coccin. *dec*. 1654. *per tot*. & respective, quod enunciativa præfata sit solum demonstrativa prædii, quod Elisabeth locabat, super quo tanquam de bonis filii sibi legitima debebatur.

Etenim, quoad primum objectum placuit responsio alias tradita, nempe veriorem sententiam esse, ubi non dubitatur de legalitate Instrumenti, in quibus terminis advertebant informātes procedere decisiones in objecto adductas; sed solum agitur de recognitione characteris partium exarati in eodem Instrumento de se legali, & in forma probanti ad evitandam illius recognitionem sufficere lapsum annorum 70. ut omis-

ut omissis cæteris in mea postrema decisione adductis, §. *Verum acceptatio*, optime distinguit Peuting. *dec.54. a n.5. ad seq. & dec.63. n. 1. & seq.* quamvis spectato litis initio 70. anni minime superesse videntur, quia sufficit illorum lapsum verificari de tempore oppositionis, ad tradita per Rotal cor. Puteo *dec.349. l.2.* cor. Seraph. *d.927. n. 1. in fine & seq.* cor. Peuting. *cit. dec.54. n.6. & dec.63. n.1.* concurrenti-
3 bus potissimum efficacissimis adminiculis in præsenti desumptis, tum ex observantia Inventarii nunquam impugnati, cum ex eo, quod subscriptioni ejusdem una cum secundo marito Elisabethæ intervenerunt tres spectabiles viri, adeout visum fuerit impossibile, quatuor, & quidem nobiles in unum convenisse ad perpetrandum actum falsum; Ex his enim nedum suppletur deficientia temporis, ut advertitur in ipsamet *dec.1455. n.4. & 5.* cor. Cocein sed in-
4 super eliditur quælibet præsumptio falsitatis, quæ ex aliis circumstantiis in contrarium adductis suboriri potuisset, ut promiscue tradunt Surd. *conf.132. num.20.* Becc. *conf. 78. n. 21. & seq.* Conciol. *alleg. 91. n. 30.* Foller. *in prax. crim. in verbo ts, qui falsitatem commisit n.9. & 49.* Thom. *decis.50. n.414.* Rota cor. Pamphil. *dec.68. n.8. & dec.175. num.12. p. 19. rec.*

Alterum vero objectum, quo evitari contendebatur secundum acceptionis caput ex eo, quod enunciativa præfatæ divisionis fuerit per Elisabetham solummodo opposita pro demonstratione prædii, quod ipsa locabat, denuo cessare compertum fuit; Siquidem talis demonstratio satis superque apparebat ex oppositione nominis, & confinium ejusdem, ac proinde necessario dici debet; quod per illam designare voluerit titulum suæ possessionis unice resultare a legato sibi per Ludovicum filium relicto pro omni, & toto eo, quod in ejus bonis prætendere potuisset, potissimum quia scribentes agnita vi responsionum plena in *d. mea deci-*
5 *sione extensarum*, §. *nec sufficiens titulus*, *et* §. *minusque resistit*, pro causa dictæ possessionis amplius non allegarent prætensam legitimam ex persona Accursii alterius filii, & respective fratris Ludovici in pupillare ætate defuncti, sed ad effectum obtinendi retentionem prædii in communi Calderatiæ, & Lunghariæ solum insisterent super titulo legitimæ ex persona ipsius Ludovici, quæ tamen per acceptationem legati fuit plene satisfacta, ut probat eademmet po-
6 strema mea decisio, §. *Insubsistentia*, & ultra ibi adductos firmant Mant. *de conject. lib. 10. tit. 2. sub num. 27.* Pallut. *Neapolis. alleg. 197. num.2.* quæ omnia magis expresse confirmavit Elisabeth, dum in ipsius tabulis plenissime liberavit hæredem Ludovici, & illius bona ab omni prætensione etiam legitimæ, ut relatis Testamenti verbis admittit eadem ultima decisio, §. *minusque*.

Ex quibus descendentes Domini ad legatum domus, & liberationis a quocunque debito Astorgio pariter factum a Ludovico in satisfactionem cujuslibet prætensionis, quæ sibi in bonis Ludovici legantis competere potuisset, non dubitarunt ex retentione bonorum legatorum etiam cum ipso compensationem inductam fuisse, maxime quia illud undique lucrosum apparuit, tum ex dispunctione partitarum creditum Ludovici, & respective debitum Astorgii continentium, ex quibus constabat debitorem remanere; tum etiam ex Inventario bonorum Joannis Antonii, in quo pariter legitur descriptus debitor, & fortius ex ipsa approbatione tabularum tutelarium ipsius Ludovici præseferentium ejusdem Astorgii debitum, quæ cum ab ipso solemniter coram Judice facta fuerit per hæc verba - *Io Astore Gargani Zio del sudetto Ludovico ho veduto li sudetti conti, eli approvo.* Constantia ex ejusdem juribus veniens hanc veritatem amplius refricare non potest.

In nihilum obsistente responsione, quod Astorgius interfuerit subscriptioni tabularum tanquam proximior pupilli, & ad effectum satisfaciendi formæ a Statuto Bononiæ inductæ, adeoque illa subscribens sibi minime præjudicaverit quoad jura propria, ex regula tradita per Peregrin. *de fideicomm. art.40. n.89.* Cardin. de Luca *de dote disc. 33. n. 13. &*
7 ulterius potuerit se debitorem constituere, absque eo, quod creditum remitteret *ad Text. in l. si cum dote*, *ff. de rer. am-*
8 *not.* Siquidem hæc omnia fortasse procedere posse dicebant Domini, ubi Astorgius simpliciter interfuisset exhibitioni librorum, in quibus fuisset duntaxat descriptum creditum, vel debitum; tunc enim per approbationem unius non irrogaretur præjudicium quoad alterum in libris non adnotatum; secus autem ubi, ut hic, tabulæ exhibitæ debitum, & creditum distinctissime præseferebant, & Astorgius easdem vidit, & approbavit, absque eo, quod illas de errore redarguerit, aut suum creditum præservaverit; hoc enim casu necessario dici debet revera se agnovisse debitorem, Mascard. *de probat. concl.1325. in fin.* Afflict. *dec. 13. num. 13.* Mart. Medic. *dec. 84. n. 5.* Rocca *select. disp. cap.142. num. 13. et 14. et cap. 155. n. 9. et 10.* Rota *in Rom. Fideicom. 2. Maii 1695.* cor. R.P.D. meo Muto, cum aliis adductis *in mea dec. quæ revidetur* §. *fin.* & per consequens relictum eidem a Ludovico factum tanquam undique lucrosum nulla specifica acceptatione indigere.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Toletana Jurispatronatus super Præstationibus decursis.

Merc. 5. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Legatum cum certo onere relictum præsumitur verisimiliter, quod Testator sine oneris implemento non fecisset, adeout cessante causa legati cessare etiam debeat ipsum legatum, in comprobationem *disc. 22. de Legat.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Testator annuum aliquid legans cum certo onere præsumitur verisimiliter, quod sine oneris implemento legatum non fecisset.*
2 *Cessante causa legati, cessare debet et ipsum legatum.*
3 *Legatum censetur relictum intuitu oneris injuncti.*
4 *Causa finalis legati ea semper dicitur, quæ respicit utilitatem alicujus tertii, et non legatarii.*
5 *Si res legata totaliter sit per hæredem implicanda, legatum non respicit legatarii commodum.*
6 *Ad effectum taxandi expensas in causam alimentorum inspicienda est qualitas personalis percipere debentis, et loci subministranda sunt.*
7 *Ad evitandam taxationem decimarum Papalium detrahi debent sumptus pro victu, et vestitu cujuslibet Religiosi.*
8 *Si non implementum oneris provenerit ex culpa hæredis, legatarius adhuc, onere non impleto, consequitur legatum.*
9 *Dolus, et negligentia excluditur, si ex impedimentis oppositis fuerit impeditus.*
10 *Clausulæ resolutivæ in casu contrario removent consensum ab actu.*
11 *Legatum non debetur, nisi per legatarium sit agnitum.*
12 *Fructus legati debentur a die obitus Testatoris quando tamen legatarius legatum acceptavit.*
13 *Legatum non potest, pro parte acceptari, et pro parte repudiari.*
14 *Præsumptio acceptationis legati favore piæ causæ inducta locum duntaxat sibi vindicat, quando legatum est lucrativum.*
15 *Si legatum sit relictum pro opere pio, quando ex aliquo impedimento opus perfici non potuit, fructus medii temporis debentur loco Pio, n. 16. & 17.*

DECISIO X.

Consulti DD. super præstationibus decursis annui legati ducat. 1200. per Thomam de Ottalora relicti Hospitali S. Joannis Dei Villæ Matriti, de quo in alia decisione coram me hac eadem die edita, responderunt illam non deberi dicto Hospitali, moti non minus ex natura ipsius legati, quam ex defectu acceptationis illius.

Ex natura inquam legati, quia illud non est simplex, & absolutum, aut relictum in gratiā d. Hospitalis, sed est onerosum, & correspectivum, utpote factum intuitu, & contemplatione operis piæ curationis pauperum infirmorum; Unde cum Hospitale, & illius Patres injunctum onus hactenus non adimpleverint, sicque deficiat causa finalis, qua Testator fuit motus ad sic legandum, non debent Patres ad perceptionem decursorum admitti ob resistentiam voluntatis Testatoris, qui verisimiliter sine oneris adimplemento dictum legatum non fecisset *l. Sejo amico 10. ff. de annuis legatis l. quidam Reipublicæ 17. ff. de usu, & usufruct. leg. l. Alumnæ 30. §. Sejo ff. de adim. leg.* Dec. *conf. 485. n. 10. & 11.* 1
Ruin. *conf.46. n.3. & per tot. lib.2.* Galgan. *de cond. p.1. c.15.* Gaspar. Ant. Thesaur. *lib.1. q.86. n.6. & 7. lib.1.* Antonell. *de tempore legal. lib.2. cap.43. n.14.* Surd. *de alim. tit.5. q.4. & tit.18. q.6. n.11.* Castill. *de alim. lib.8. c.40. & 41.* Barry *de success. lib. 17. tit. 19. n. 4. post med.* Pasqualig. *de sacrif. nov. Leg. q. 1049. n.1. & 8. tom. 2.* Card. de Luca *de legat. disc. 32. num. 15. vers. 4.* Benintend. *dec. ult. num. 2.* legati siquidem cessante causa, cessare debet & ipsum legatum *l. cum Pater 77. §. Dulcissimis, ff. de legat. 2. leg. illis libertis,* 2
ff. de

ff. de condit. & demonstr. Mantic. de conject. ultim. vol. lib. 6. tit. 12. n. 14. & 15. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 5. n. 2. Castill. eodem tract. cap. 50. n. 1. & 10.

Nec dubitari potest quin relictum hujusmodi factum fuerit intuitive, & ad contemplationem prædicti oneris; Quo-
3 niam ultra quod de jure legatum illius intuitu semper præsumitur factum l. ne segnius & seq. ff. de negot. gest. l. illis libertis in fin. ff. de condit. & demonstr. Guttier. de Tutel. p. 1. cap. 22. n. 3. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 23. num. 6. Castill. eod. tract. cap. 40. num 4. in fin. Card. de Luca de legat. disc. 22. n. 6. cessat omne dubium ex lectura Testamenti; cum enim Testator nullo modo respexerit utilitatem Hospitalis, & patrum, sed dumtaxat voluerit Sacerdotibus pauperibus, & pauperibus verecundis honoratis in illorum infirmitatibus subvenire, ibi: Item mando, quod dotentur in Hospitali S. Jo. Dei hujus Curiæ sex cubilia ad effectum curandi ab omnibus infirmitatibus ad rationem 500. duc. pro quolibet cubile, quæ inservire debent pro Sacerdotibus pauperibus, & pauperibus verecundis honoratis, & quatenus non adsint utrique, inserviant d. cubilia pro quibusvis pauperibus, & inter illos præferri debeant famuli, qui mihi forsan inservierunt, sequitur per consequens, quod legati causa finalis fuit commodum dictorum pauperum, quodque illorum contemplatione Testator ita disposuit, quemadmodum semper fit, quando legatum respicit utilitatem alicujus Tertii, & non
4 legatarii, l. Titio centum in principio ff. de condit. et demonstrat. Bartol. & Castrens. in l. 2. §. fin ff. de donat. Tiraquell. in tract. cessante causa limit. prima n. 41. et 52. Mantic. de conject. lib. 6. tit. 14. post med. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 5. n. 3. et dec. 38. n. 5.

Et sensus iste magis confovetur ex eo, quod hic versamur in legato omnino correspectivo, utpote quia onus manutenendi sex cubilia, si non superat, saltem adæquabit emolumentum ann. duc. 1200. quapropter cum Hospitale, & Patres nullum ex illo valeant unquam sperare lucrum, in vanum opponitur, quod dictum legatum illorum commodum, & favorem respiciat l. filiusfamilias, §. Marcellus ff. de legat. 1. Bart. in l. Pamphilo §. Duas, ff. de leg. 3. Menoch.
5 cons. 146. n. 13. Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 5. n. 29. Cardin. de Luca de legat. disc. 23. n. 13. vers. Tertiam ponderabam, Beninten. d. dec. ult. n. 7.

Quin assumpti efficacia elidi valeat ex prætensa excessivitate emolumenti duc. 200. pro quolibet cubile deducta ex eo, quod in minori summa duc. 100. alterum ex illis manuteneri possit, uti agnovit Emin. Camerarius, qui occasione exemptionis decimarum Papalium taxavit expensam pro manutentione cujuslibet infirmi in annua summa scut. 40. Quia cum ad effectum taxandi expensas præcipue in causam alimentorum potissimum inspicienda sit qualitas personalis percipere debentium, & loci, ubi subministranda sunt, ut
6 cæteris adductis dixit Rot. in Bonon. dotis, et antefati super negotio principali 6. Aprilis 1696. §. fin. coram R.P.D. Muto, utique annua summa duc. 200. qui constant sc. 116. moneta dici non potest excessiva pro manutentione, & curatione Sacerdotis infirmi facienda in Regia Villa Matriti, in qua regulariter omnia magis rigoroso pretio venundantur, uti etiam concordant Testes in Summar. executorum n. 15. nec resistit prææallegata taxa Emin. Camerarii in sc. 40. annuis, tum quia se refert ad omnia Hospitalia, quæ Religio ista possidet in tota Hispaniarum Provincia, & proinde attendenda non est in loco particulari Matriti; tum etiam quia non percutit præcise expensas infirmorum, quas detrahi mandavit in sua Epistola Eminentiss. Camerarii, sed cadit super sumptibus pro victu, & vestitu cujuslibet Religiosi quas ad effectum evitandi taxationem decimarum Pa-
4 palium detrahendos esse testantur Belenzin. de charit. subsid. q. 38. et 68. Monet. de Decimis cap. 9. q. 1. n. 31. et seq.

Nec subsistit, quod impedimentum executionis pii operis provenerit ex facto Bernabei, & executorum prætendendo Juspatronatus, & propterea cum per eosdem Patres non steterit, quominus legatum adimpleretur, debeant nihi-
7 lominus ad illius perceptionem admitti leg. si Titio 95. ff. de leg. 1. Menoch. cons. 146. n. 51. vers. secundus casus Pasqualig. de Sacrific. nov. l. quæst. 1032. num. 8. tom. 2. quoniam tantum abest, quod præfati Bernabeus, & executores sint in culpa ex non adimplemento d. operis, ut potius illa adscribenda sit pertinaciæ dd. Patrum, qui postquam fuerunt per executores interpellati ad declarandum, an vellent
8 legatum acceptare, & postquam Judices in partibus pronunciaverant super facultatibus revidendi, voluerunt semel, atque iterum appellare, donec ex eorum facto Causa usque ad præsens protracta fuit, ex quibus omnibus quamlibet executorum culpam penitus excludi habetur ex cap. fin. ibique gloss. verb. curris de elect. cap. damnum de regul. Jur. in 6. Menoch. cons. 146. n. 31. Rota cor. san. me. Alex. VIII. decis. 110. n. 12. et 13. et in rec. dec. 158. n. 12. p. 13. et dec. 534. n. 9
13. p. 14. et dec. 320. n. 13. p. 17.

Et defectu vero acceptationis d. legati DD. dixerunt illius præstationes decursas non deberi, quia cum dd. PP. fuerint requisiti ad instantiam executorum de mandato visitatoris, an vellent legatum acceptare, deliberarunt illius acceptationem, quatenus tamen stipulatio instrumenti fieret cum pacto, quod officium Revisoris nullum importaret jus honorificum, sed solum tribueret facultatem pro unica vice revidendi, an fuerit facta dotatio, alias fuerunt protestati ipsos dissentire stipulationi d. instrumenti dotationis; quod sane pactum cum sit omnino contrarium, nedum sententiis in partibus promulgatis, sed etiam resolutionibus Rotalibus, quæ d. facultatem revidendi prorogarunt durante vita Bernabei, inficit quamcunque acceptationem per eosdem Patres emissam signanter ob clausulas resolutivas, quæ in casu contrario removent consensum ab actu, Gloss. Bald. & alii in l. siquidem de exceptionibus Barb. de claus. 91. n. 4. & seqq. Rot. dec. 213. n. 6. & 7. p. 19. rec. & per consequens operatur etiam, quod præstationes debitæ non sint, cum le- 10
gatum non debeatur nisi per legatarium sit agnitum, l. si tibi homo §. Cum Servus ff. de l. 1. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 12. num. 14. Mantic. de Conject. ult. vol. libr. 7. tit. 10. n. 31. Thesaur. qu. forens. 25. num. 14. lib. 4. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. q. 1089. n. 2. in fin. Card. de Luca de leg. 11
disc. 28. n. 2. & disc. 29. pariter n. 2. Surd. decis. 26. n. 25. & dec. 269. n. 2. nec intrant regulæ, quod legatum recta via transeat in legatarium, quodque fructus legati debeantur a die obitus Testatoris, quia intelliguntur quando idem legatarius legatum acceptavit, ut subdit Mantic. de Conject. lib. 7. tit. 10. n. 31. & seq. Bast. d. tit. 27. n. 4. ad med.

Absque eo quod acceptatio argui valeat, tum ex petitione, & instantiis factis pro consecutione legati, tum ex quo cum agatur de legato relicto Ecclesiæ, illa intelligatur facta stipulante Deo citra aliquam humani operis necessitatem; nam primum cessat ex qualitate instantiarum, quæ cum semper fuerint restrictæ ad exclusionem revisionis in præju- 12
dicium Bernabei non possunt aliquam acceptationem inducere ex regula, quod legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari l. legatarius ff. de leg. 1. l. Nominem cum seq. ff. de legat. 2. Card. de Luca de legat. disc. 28. n. 7. & disc. 43. n. 2. Secundum vero non applicatur in præ- 13
senti hypothesi, quia cum ex firmatis legatum sit onerosũ, & correspectivum, præsumptio acceptationis favore piæ causæ inducta destruitur; cum locum dumtaxat sibi vindicet quando legatum est lucrativum, ut distinguunt Card. de Luca de legat. d. d. 28. n. 4. Rot. cor. Roy. dec. 314. n. 21. & in rec. dec. 280. n. 8. et seq p. 12. & aliis plena manu congestis in Rom. Donat. 14. Maii 1685. §. Frustra, cor. cl. me. Card. Matthæjo.

Hæc quoad resolutionem dubii præpositi, quia vero DD. 14
ulterius ponderabant Testatorem instituisse hæredem Animam suam, omniaq; ejus bona mandasse erogari inter pauperes absque eo, quod designaverit modo quo id fieri debuisset præter jam superius enarratum sex cubilium, censuerunt ideo hujusmodi præstationes decursas erogari posse per executores in aliis sex cubilibus separatis, quę manuteneri debeant tot annis, quot sunt dictæ præstationes decursæ, cum ita consultum sit voluntati Testatoris eodem modo, 15
quo opus ab ipso mãdatum fuisset a principio adimpletum, Rot. cor. Peutinger. dec. 176. n. 11. sic enim practicatur in legato Missarum annuarum, quoties per aliquot annos illarum celebratio fuerit omissa, Tambur. de Sacr. miss. lib. 3. cap. 1. §. 3. n. 86. et 88. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. q. 1085. et seq. tom. 2. & pariformiter in legato relicto pro construendo monasterio, vel alio pie opere, quando ex aliquo impedimento constructio perfecta non fuerit; nam tunc fructus medii temporis debentur dicto monasterio, seu operi pio c. Nos quidem tertio de Testam. leg. si ita relictum §. Pegasus ff. de leg. 2. gloss. ibique in verb. sine diminutione, Abbas n. 7. Joan. Imol. num. 16. Fagnan. n. 8. Bald. cons. 57. Mantic. de Conject. lib. 7. tit. 10. sub num. 10. vers. Et ex hoc deducitur, Gratian. discept. forens. cap. 347. num. 15. et seq. & cap. 400. num. 35. Rota dec. 682. n. 2. ad med. vers. eo in fortioribus terminis p. 2. rec.

Et ita utraque &c.

R.P.D.

R. P. D. URSINO.
Savonen. Alimentorum.
Merc. 5. Dec. 1685.

ARGUMENTUM.

Legatum alimentorum paupertati proximiori relictum, est de jure præstandum ei, qui de ejus docuit paupertate, quæ continuatæ præsumitur, donec hæres concludenter contrarium probaverit; hæres autem primo venienti cursus paupertatis probatione valet legatum persolvere, adeout etsi deinde proximior, qui magis sit attinens Testatori, compatuerit, non valeat hæredem ad reiteratam legati solutionem compellere, per ea quæ præcise firmavit Card. de Luca *de Legat. Disc....*

SUMMARIUM.

1 *Paupertas positive semel probata, & inter partes admissa censetur continuata donec, & quousque non probetur causa extrinseca, ex qua sequi poterat locupletatio.*
2 *Voluntas Testatoris est pro lege servanda.*
3 *Et formaliter, ac præcise per hæredes adimplenda.*
4 *Dictio item de sui natura est augmentativa, & novam inducit dispositionem a præcedenti distinctam.*
5 *Paupertas non præsumitur propter culpam evenisse, nisi concludenter probetur.*
6 *Clericus debet a mechanicis artibus se abstinere.*
7 *Pro alimentis præteritis non competit via executiva.*
8 *Limita, quoad alimenta petita in principio litis, & lite pendente decursa.*
9 *Judex ad quem potest ex vi clausulæ quam, & quas prout in prima procedere contraria sententia etiam non revocata.*

DECISIO XI.

Mandatum executivum, quod adversus deputatos Oratorii Sanctissimæ Annunciatæ Burgi Finarii relaxari prætendebat Carolus Cæsar Merellus, pro alimentis tam nomine proprio, quam jure hæreditario Placidæ matris, ejusque fratrum prædefunctorum, Rota coram me *sub die 4. Julii prox. præt. in omnibus denegavit*, existimans prorsus injustam esse illorum petitionem, verum hodie per concessionem novæ audientiæ restaurato super eisdem examine, ac mutata serie facti, in quo non valet Judex ex officio supplere, Domini non parum dubitarunt de viribus dictæ decisionis, cumque fuissent inter se omnino discordes, quoad alimenta ante motam litem decursa, & a Cæsare petita, ex sui propria persona, quam Placidæ matris, & fratrum, in id concordi deliberatione convenerunt; scilicet eidem Cæsari jure proprio deberi alimenta a die motæ litis. Ideoque pro his decreverunt relaxandum fore mandatum, & quoad hanc partem reformandam esse decisionem; censuerunt, inquam, Cæsari a die motæ litis deberi alimenta ex propria persona; Etenim perpenso hodie non separatim, sed conjunctim toto contextu, & tenore dispositionis Testamentariæ conditæ ab Alexandro Sevizzano, una cum ordinationibus de ejusdem mandato a Carolo Angelo ejus fratre, & hærede fiduciario successive confectis, & publicatis, facti sunt certiores, eundem Cæsarem in utriusque iis documentis fundatam habere suam intentionem, & vigore illorum recta via agere posse adversus supra memoratos Confratres Oratorii uti administratores hæreditatis Sevizzanæ pro consequendis exinde alimentis decursis. Quandoquidem Alexander Testator in ejus ultimo elogio expresse gravat deputatos dictorum confratrum, *ut septem octavas partes fructuum, & redditum sua hereditatis erogent, & distribuant in sublevamen, & auxilium pauperum Finariensium, & in primis pauperum agnatorum suorum descendentium a Lazaro patruo suo, ut pure necessariis non careant, possintque studiis incumbere, & virtutes adipisci, & femina honeste nubere, vel moniales fieri. Post dictos agnatos, mandat, ut eadem ratio habeatur pauperum agnatorum descendentium a Jo: Andrea Sevizzano fratre d. Lazari, Item, & cognatorum omnium, quibus tamen omnibus respectu dotium tam spiritualium, quam temporalium, & respectu studiorum, voluit, ut aliunde suum quærant remedium, quam in hæreditate sua. Exceptis his qua fuerunt secundo gradu agnatorum ex d. Lazaro tunc temporis futurorum, qui sunt sororum filii, & filia, & non ultra dictum gradum, & post hos omnium pauperum Finariensium*, ut sunt verba præcisa Testatoris; ordinationes autem hæredis de jussu Testatoris confectæ famulando præfatæ dispositioni Testamentariæ, distinctius declarant quinam sint pauperes primæ classis, & quomodo juxta mentem Testatoris veniant subveniendi, quique secundæ, & tertiæ classis his verbis: *Alli poveri della prima classe, che sono gli agnati descendenti dal solo Sig. Lazaro Sevizzano, si provederà alle loro precise necessità moderatamente: e di più se ajuteranno a mantenere i loro figliuoli a studio per imparare qualcheduna delle sette arti liberali, come la Theologia &c. per due, o tre, quattro, cinque, o sei anni al più &c.* Et deinde inferius in cap. 10. dicitur *di quello avanzerà alli poveri della detta prima classe, & ordine, si soccorreranno quelli della seconda nei puri loro bisogni corporali parcamente, acciò non patiscano, e possino vivere, ma per maritarsi, monacarsi, studiare, e riscattarsi si proveggano d'altronde, e non dall'eredità del Sign. Alessandro; eccetto però, li figliuoli, e figliuole delle dette tre nostre sorelle; e li figliuoli, e figliuole di Placida &c.* Quibus sic stantibus dispositionibus, cum dictus Cæsar Merellus Finarien. descendat a Lazaro seu. mediante persona dictæ Placidæ, cujus est filius, & ut talis tametsi cognatus sit ex mente ejusdem Testatoris coæquatus, & comprehensus inter agnatos primæ classis juxta literalem declarationem hæredis fiduciarii contentam in cap. 10. superius relato; Cumque 1
ille desuper de tēpore præterito pauper probetur ex geminata confessione ab ipsismet deputatis emissa tum in subministratione alimentorum eidem, ut pauperi facta de an. 1648. 1649. & 1653. tum in constitutione patrimonii, quam eidem destinaverant faciendam de ann. 1658. & nunc, & in eodem paupertatis statu justificetur ex præsumptione juris, juxta quam paupertas positive semel probata, & inter partes admissa censetur continuata donec, & quousque ex adverso non probetur causa extrinseca, ex qua sequi poterat locupletatio, secundum doctrinam Zabarellæ, *in c. unico extra de destruct. in 6* quam late comprobat Pacian. *lib. 1. cap. 53. n. 27.* & Bol. *dec. 193. n. 5. & 6.* post Tor. *de pact. futur. success.* Negari utique nequit quin idem actor habuerit, & habeat 2
omnes qualitates ad hunc effectum requisitas a Testatore, quodque per consequens nullo jure excludi non possit ab alimentorum subsidio, seu sublevamine, assistente ei literali Testatoris mente, quæ pro lege est servanda *vulg. §. authent. de nupt.* quæque ab executoribus formaliter, & præ- 3
cise adimplenda venit, ex Text. *§. in cap. ult. 13. q. 2. l. in his ff. de condit. & demonstr.*

Hoc igitur posito de per se corruit potissimum fundamentum prioris decisionis, quod scilicet præstatio, seu subministratio alimentorum a Testatore, ut supra demandata non fuerit indistincte, & indefinite, sed limitata ad tempus studii; adeoque, cum dictus Cæsar fuerit in studiis per plures annos subventus, legatum utique alimentorum sive illorum subsidium ex tunc omnino cessaverit.

Siquidem actor a die motæ litis usque in præsentem non petiit neque petit alimenta causa studii, quæ fuerunt per Testatorem restricta ad certum tempus, sed alimenta ad sustentationem vitæ, quæ ultra necessarias expensas pro studiis & dotibus perpetuo, & indefinite præstari jussit idem Testator pauperibus agnatis primæ classis, & secundæ, necnon filiis feminarum agnatorum, cujusmodi est dictus Cæsar, ut constat ex ordinatione hæredis supra relata *in cap. 9.* ibi: *Si provederà alle loro precise necessità moderatamente: e di più si ajuteranno i lor figliuoli a studio*, quæ dispositio cum indistincte, & indefinite contineat alimenta ad sustentationem vitæ, nullo modo restringitur ex subsequenti particulari provisione facta pro manutenendis filiis in studio, cum hæc non stet restrictive, sed augmentative, attenta potissimum dictione illa, *e di più* latine *item*, quæ de sui natura est augmentativa, & novam inducit dispositionem a præcedenti distinctivam, juxta Text. *in l. si sic locutus 13. & l. si tibi pure legavero 52. ff. de legat. 3.* & tradunt, Surd. 4
cons. 274. n. 16. & Rot. *dec. 280. n. 2. p. 8. rec. & dec. 179. n. 8.* cor. Emin. Card. Cerro.

Neque plus valet, quod dictus Cæsar subventus in studiis parum aut nihil profecerit ex propria ejus culpa, sive desidia, & non ex eadem causa paupertate prematur; ideoque subventionem amplius non meretur tanquam indignus, & connumeretur inter personas inertes, & desidiosas, quas perpetuo, & expresse Testator exclusit a dicto subsidio; atque fraudulentas, & indignas præsumit, easque mancipia carnis appellat, ut advertit præterita hujus causa decisio in *§. Testator enim.*

Etenim quidquid sit de hac inspectione respectu subventionis causa studii præstandæ, de qua modo non agitur, indubia fuit visa, quod respectu subministrationis alimentorū ad sustentationem vitæ, super qua præsens cadit quæstio, attendi non debeat juxta leges a Testatore præscriptas, an pauper agnatus in studiis profecerit necne? sed duntaxat

an ille necessariis careat, & revera sit pauper, qualis probatur præfatus Cæsar Marcellus, cujus inopia, & egestas dici non valet fraudulenta, & culposa, non solum quia in contrarium stat juris præsumptio, secundum quam in dubio fraus, & culpa ab omni actu censetur abesse, donec ab allegante probetur, quod dicta paupertas contigit solum propter culpam, nec potuisset aliter contingere, nisi culpa intervenisset, juxta notata per Gloss. *in l. si quis ex argumentariis §. fin. ff. de edend. & tradita per* Surd. *in cons.* 228. *n.* 15. Alexand. *cons.* 74. *d.* 7. *vers.* 4. *confirmatur lib.* 6. Surd. *cons.* 12. *n.* 20. & in specie Fagnan. *in cap. Odoard. n.* 41. *& seq. de solut.* & Cardin. de Luca *de credit. disc.* 119. *num.* 21. & Rot. 184. *num.* 18. & cor. Bich. sed omnis culpæ suspicio ad abundantiorem cautelam multifarie removetur ex eo, quod supradicta actoris paupertas dignoscitur hæreditaria proveniens a Placida matre, quæ tanquam pauper ab ipsismet deputatis admissa fuit ad hoc alimentorum subsidium, tum ex eo, quod d. Cæsar cum esset Clericus, & mechanicis artibus incumbere non posset resistente dispositione Sac. Can.

5 de qua *in c.* 1. *& per tot. tit. de Cler. vel monach. & in Clem.* 1. *de vita, & honestat. Cleric.* nec etiam valet, tametsi hujus rei quam maxime cupidus in aliquas ex liberalibus artibus proficere, seu Altari, & Ecclesiæ se mancipare ex facto ipsius Confratrum, qui pluries requisiti noluerunt necessaria subministrare, cum quibus liberales artes potuisset addiscere, neque demum patrimonium pro sacris Ordinibus suscipiendis voluerunt libere constituere, ut constat *ex Sum. n.* 5. *lit. E & n.* 6. unde si quæ culpa, seu negligentia considerabilis est in Cæsaris paupertate, hæc tribui potius debet Confratribus, quam dicto Cæsari.

Tum denique, quia de tempore præsenti præfatus Cæsar septuagesimum annum excedit, sicque multis ab hinc annis sine culpa in statu paupertatis, proculdubio dicitur esse propter gravem ætatem ad quæcunque ministeria incapacem, quem ipsemet Testator immunem a quacunque fraude seu culpa præsumit *in cap.* 8. *dato in sum. Deputatorum n.* 1a.

6 Tandem nihil turbat objectio, quod pro alimentis in præteritum decursis, & modo decurrendis, vel nullo modo competat via executiva, juxta notata per Surd. *de alimen. tit.* 8. *privileg.* 66. *n.* 15. & Sperell. *dec.* 183. *n.* 45. *part.* 2. *rec.* vel si quæ competat, vulnerata remanserit per sententiam absolutoriam Metropolitani Mediolanen. lata favore deputatorum; Siquidem cum modo deberi non decernantur nisi alimenta a die motæ litis executive petita, hæc utique tametsi a tempore introducti judicii, usque ad relaxationem mandati propter hujus litis protestationem in considerabili summa decursa fuerit, adhuc non veniunt sub nomine ali-

7 mentorum præteritorum, sed dicuntur alimenta futura, ut dicit idem Surd. *in objectus allegatus* ubi supra *n.* 16. Lanell. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *n.* 8. Cæsar Manent. *dec.* 30. *n.* 8. & Rota *dec.* 118. *l.* 1. cor. Verall. *& dec.* 15. *n.* 115. *dec.* 71. *n.* 27. *& dec.* 250. *n.* 28. cor. Bich. & per consequens, sine dubio pro illis competit via executiva, quæ licet aliquo modo vulnerata remansit per intermediam sententiam Metropolitani, non dicitur tamen usque adeo interversa, quominus constito de justitia petitionis non valeat Rota vigore clausulæ, *quam, & quas* insertæ in commissione mihi directa, tanquam in prima procedere, & mandatum ex integro relaxare, cum effectus hujus clausulæ sit, ut Judex facultatem habeat procedendi, prout in prima, contraria sententia etiam non revocata, ex traditis per Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 6. *&* Rota *dec* 12. *n.* 4. *p.* 7. *& dec.* 336. *n.* 3. *p.* 18. *& dec.* 140. *n.* 6. *p.* 19. *rec.*

Et ita partibus hinc inde auditis resolutum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Savonen. Alimentorum.

Ven. 19. *Dec.* 1694.

ARGUMENTUM.

Non indiget ob decisionis brevitatem, & illud in præcedenti reperitur.

SUMMARIUM.

1 *Legatum relictum favore proximiores non a remotiore interverti.*

2 *Legatum annuum relictum pauperibus proximioribus si fuerit distributum remotioribus, proximior praetendere nequit præstationes distributas, nisi doceat hæredem fuisse in mala fide constitutum, & n.* 3.

DECISIO XII.

Alimenta a Clerico Carolo Cæsare petita ad formam dispositionis Alexandri Testatoris ejus agnati deberi tantum ex persona propria a die motæ litis, Rota respondit coram me sub die 5. Decembr. 1685. reservata particulari disputationi indagine quæstionis super alimentis præteritis ex jure, & titulo hæreditario Placidæ matris, & fratrum prædefunctorum, ita moderando judicium alias tantum sub die 4. Julii 1685. in qua fuerat utraque petitio rejecta; hodie autem restaurata disputatione, tam super resolutis quam quoad reservata, PP. steterunt in ultimo loco decisis, & circa reservata in primo loco resolutis.

Quo enim ad alimenta Carolo Cæsari ex propria persona a die motæ litis competentia nulla, vel modica cadebat hæsitatio, cum super illis expressam habeat juris assistentiam manentem tam a dispositione Testatoris, qui voluit certam suorum bonorum ratam distribui in pauperes propriæ agnationis, quam ab ordinationibus Caroli Angeli hæredis fiduciarii ad id instituti, qui explicite dividendo classes in prima pauperum agnatorum collocavit filios Placidæ, sicque, & hodiernum Actorem, cui per consequens rite decernendum mandatum pro alimentis jure proprio a die motæ litis ei debitis, ut apposite semotis contrariis animadvertit postrema decisio mea in §. 1. *& per tot.*

Assumptum hujusmodi, quod in se nullam pati videbatur difficultatem, nec minus turbari DD. crediderunt ex concursu Annæ Mariæ, aliarumque filiarum Caroli Angeli Sevizzìani Jun. quæ noviter dicebantur ad causam admissæ; 1
nam cum ex arbore, quæ præferebatur, appareret illas esse longo gradu remotiores Carolo Cæsare, & alias ex voto Testatoris debeatur in præstatione alimentaria prælatio proximioribus juxta declarationem hæredis fiduciarii datam *in hodierno Summ. n.* 7. hinc istæ non valent impedire jus Actoris, quod a Testatoris volito desumit potentioritatem, ad Text. *in l. ambiguitatis* 14. *in fin. C. de Testat. exornatum a cap. de execut. lib.* 3. *cap.* 5. *art.* 1. *tit.* 10. *cap.* 11. *n.* 65. *& seq.*

Sic itaque firmato judicio, quoad resoluta DD. in reservatis amplexi sunt sensum primæ decisionis in causa coram me emanatæ, quod nempe Carolo Cæsari nulla competat actio pro alimentis Placidæ matris, & fratrum prædefunctorum, sicut nec minus pro aliis ante motam litem decursis; nam cum ex Testatoris mente fructus suæ hæreditatis debeant in pauperes distribui, & isti annuatim ex attestatione Ordinarii Savonen. probentur erogati in usus pios, a disponente volitos, frustra cotendebatur illorum assignatio ad commodum Actoris, cum ipso tunc non urgente fuerint juridico executorū arbitrio consumpti, & in alios pauperes agnatos divisi, prout juris erat, ex quo perinde omnis adimitur actio pro eorum repetitione, cum sibi imputare debeat Carolus Cæsar, si debito tempore ipse ejusve Actores non interpellarunt executores, ut assignationem facerent, qui non moniti fuerunt in bona fide, & legitime valuerunt aliis pauperibus tunc urgentibus reditus distribuere, ut bene perpendit primæ Causæ decisio *circa med. & in §. sequenti;* Idque efficacius militat animadversa causa finali, ob quam Testator demandavit assignationem faciendam, quæ cum unice fuerit, ut necessariis ad vitam non careant, juxta declarationem etiam hæredis fiduciarii, ibi; *Si provederà alle loro precise necessità moderatamente.* Hinc fit, ut 2
fuerit etiam demandata sub certo tempore, & certa conditione, quæ non valuit executoribus innotescere, nisi interpellatione illorum, qui sibi subventionem deberi prætendebant, cum alias opinari valuisset necessariis ad vitam non carere, & ob id non concurrere ad præstationem alimentorum; si ergo monitio hæc non fuit facta, & Auctores Caroli Cæsaris, ac ipsemet Carolus Cæsar executores non pulsavit, legitimo titulo valuerunt isti in alios consimiles usus reditus hæreditarios erogare ut firmat *laudata mea decisio, & patet ad sensum.*

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. CAPRARA.

Perusina restitutionis Dotis.

Mer. 26. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Vir si aliquod fecerit legatum favore uxoris, non censetur voluisse debitum dotis compensare secundum firmata per Card. de Luca *de legat. disc.* 40. & contraria voluntas non inducitur ex institutione in usufructu cum verbis, quæ in summario leguntur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Ex legato facto per virum favore mulieris non censetur vir voluisse compensare debitum dotis.*

2 *Etsi Testator injunxerit uxori in usufructu institutæ solutionem ejus debitorum, & quatenus ipsa non posset, ordinaverit, quod illa solvere deberet heredes.*

3 *Heres usufructuarius non tenetur ad solutionem debitorum ex fratribus, sed tantum pati distractiones capitalis, ut illa dimittatur.*

4 *Ex non facto heredis, vel executoris voluntas Testatoris declaratur.*

5 *Ex dilectione veri erga uxorem oritur argumentum pro exclusione compensationis dotis cum legato eidem uxori relicto.*

6 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Judicio executivo, & privilegiato restitutionis dotis.*

DECISIO XIII.

Domini censuerunt mandatum ab A. C. relaxatum pro restitutione Dotis Comitissæ Alphonsinæ de Rayneriis favore illius fratrum hęredum contra bona hæreditaria Tiberii Meniconi esse exequendum, quia incontroversa est illius validitas, & Justitia resultat ex publicis instrumentis tam promissæ, quam solutæ dotis sc. 4090. quæ cum sint munita obligatione Camerali paratam habent executionem tam contra hæredes, quam contra bona hæreditaria debitoris, ut in specie dixit Rota *dec.* 141. *n.* 1. *p.* 6. *rec.*

Non obstat, quod Alphonsina fuerit de credito dotali satisfacta ex fructibus bonorum hæreditariorum viri ab ipsa perceptis spatio sex annorum, quibus marito supervixit, nec non ex mobilibus, quorum rationem non reddit; quoniam quoad fructus, illi non sunt in satisfactionem dotis imputandi, dum Testator uxorem hæredem instituit vita durante, ultra restitutionem dotis per verba, *universale herede nomino &c. la Sig. Alfonsina Ranieri mia dilettissima Consorte durante la sua vita naturale &c. Oltre la restituzione della sua dote consistente in scudi* 4000. Unde cum expresse imputationem non demandaverit, censetur voluisse mulie-
1 rem consequi tam usumfructum, quam dotem, ad Text. *in l. unice* §. *Primus itaque, verf. sciendum Cod. de rei uxor. action.* plene Rota *dec.* 152. *n.* 19. *p.* 9. *& dec.* 17. *n.* 12. *p.* 16. *rec. & in Faventina legati* 2. *Martii* 1665. §. *Justum vero mandatum*, cor. cl. me. Card. Taja.

Nec contrarium desumi potest ex eo, quod idem Testator paulo infra rogaverit uxorem, ut quam primum extingueret ejus debita, ibi: *Prego &c. che detta mia Sign. Consorte paghi quanto prima puole li miei debiti, e non potendo*
2 *essa siino tenuti a pagarli, e cassarli con l'entrate della mia heredità l'erede, o eredi sostituiti &c.* quia ex his non resultat uxorem fuisse obligatam solvere ex fructibus, sed bene solum hæredes proprietarios substitutos, ex adductis per Bellon. Sen. *cons.* 7 *n.* 12. Grat. *dec.* Marchiæ 47. *n.* 15.

Quod maxime etiam convincitur, tum ex discretivo modo loquendi, quo testatur gravavit dictos hæredes proprietarios ad solutionem debitorum ex fructibus hæreditatis; sicut enim ubi voluit hęredes prædictos teneri ad extinctionem æris alieni ex fructibus literaliter expressis, ita expressisset, si eodem modo uxorem gravare voluisset, & dum non expressit censendum est se conformare voluisse cum dispositione juris communis, ex qua usufructuarius non te-
3 netur ad solutionem debitorum ex fructibus, sed tantum pati distractionem capitalis, ut illa dimittantur, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 143. *n.* 13. Donat. Anton. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 294. *n.* 4. Castil. *de usufruct. cap.* 58. *num.* 16. Altimar. ad Rovit. *dec.* 43. *sub num.* 13. §. *Aut vero*, Capyc. Latr. *dec.* 102. *num.* 47.

Tum ex eo, quod deputato per Testatorem Bastianello persona sibi fida, & de legato annuo honorata, ad assistendum hujusmodi solutioni debitorum cum facultate ad dictum effectum exigendi fructus suæ hæreditatis, & locandi bona, ut latius in Testamento, de quo in Summario Rainerii *n.* 2. §. *E perchè in estremo desiderio*; Iste tamen nunquam, donec vixit Alphonsina, se immiscuit in hujusmodi administratione, conscius forsan voluntatis Testatoris per ipsum sibi communicatæ, cum facultate eam declarandi circa disposita in Testamento, quatenus aliqua difficultas oriretur, & quod staretur ejus declarationis ibi: *Stante che il medesimo sia a pieno informato della mia volontà, & a tutto quello, che da esso sarà dichiarato debba starsi senza reclamazione*, d. Summ. d. n. 2. §. *In oltre che chiaro*. Cum ipse ab hujusmodi munere administrationis se abstinuerit, & pariter hæredes proprietarii nunquam institerint apud mulierem pro adimplemento, ex hac observantia sequitur, quod talis fuerit voluntas Testatoris, cum etiam ex non facto hæredis, & executoris declaretur, ex firmatis per Rot. *dec.* 529. *n.* 15. *p.* 13. *dec.* 21. *n.* 15. *p.* 19. *rec.*

Et sane inverisimile admodum visum est, quod Testator totus effusus in amorem uxoris, quam dilectissimam appellavit, ibi (*mia dilettissima Consorte*,) & quæ cum ipso consenuit, ac liberatam voluit a confectione Inventarii, præstatione fidejussoris, & a redditione rationis, & hanc esse suam voluntatem eamque exequi omni meliori modo, ut in *Summ. d. n.* 2. *verf. Item in tutti li miei beni*, voluerit 4
inquam usumfructum, quem ei relinquebat, cedere in causam dotis, quam ultra illam legabat; ex hac enim dilectione viri erga uxorem oriri argumento pro exclusione compensationis, firmavit Rot. *in d. Faventina legati* 2. *Martii* 1655. §. *Et adhuc in fine*, cor. cl. me. Card. Taja.

Quo vero ad mobilia, ultra quod apposita illorum retentio retardare nequit dotis restitutionem cum agatur de mobilibus ruri detentis, & ulterius Alphonsina solverit etiam plura debita hæreditaria in summa scutor. 900. cessat objectum ex facto, dum Borgia hæres substitutus statim, secuta morte dictæ Alphonsinæ absque ullo ministerio Judicis, occupavit possessionem omnium stabilium, ac mobilium, ut deponunt testes Summ. Rainerii *num.* 5. quod verificatur etiam ex confessione judiciali ejusdem Borgię emissa in replicatione data contra præceptum, seu monitorium super manutentione in possessione tam stabilium, quam mobilium ad instantiam Rainerii hæredis Alphonsinæ expeditum, & dicto Borgiæ præsentatum *Sum. n.* 6. præter quod hujusmodi exceptio tanquam requirens altiorem indaginem non admittitur in Judicio executivo, & privilegiato restitutionis dotis, & crediti undequaque dati, & liquidi, Rot. *dec.* 194. *n.* 37. *&* 38. *& dec.* 245. *n.* 9. *p.* 18. *& dec.* 174. *n.* 17. *p.* 19. *rec.* 6

Et ita utraque, &c.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Legati.

Ven. 3. *Decembr.* 1694.

ARGUMENTUM.

Legatum conditionale ad hæredes non transmitteretur, tametsi contineret relictum dotis, quæ loco legitimæ succedit, in excessu tamen non fieret transmissio, ad ornatum *disc.* 50. *de legat.* Card. de Luca. Ad inducendam transmissionem legati conditionalis ex voluntate Testatoris ista debet claris, & indubiis probari demonstrationibus.

SUMMARIUM.

1 *Legatum caducatur, si legatarius decedat ante purificatam conditionem.*

2 *Dos ex Statuto urbis loco legitimæ succedit.*

3 *Legatum dotis loco legitimæ succedentis rejicit omne onus, & licet sub conditione conceptum pure debetur.*

4 *Id, quod dispositum habetur de dote, procedere debet in illius augmento.*

5 *Legatum relictum pro augmento dotis, licet sit conditionale, pure debetur, si dos loco legitimæ succedat.*

6 *Illatio non fit ad diversa.*

7 *Legatum non dicitur factum pro supplemento dotis, si dos in alia Testamenti parte fuerit pure, ac absque conditione relicta, legatum vero conditionaliter scriptum.*

8 *Legatum dotis loco legitimæ succedentis potest gravari in parte legitimam excedente.*

9 *Augmentum, quod cadit super persona, dici non potest quod accrescat portioni.*

10 *Verbum di più synonyme usurpatur cum altera dictione* ultra.

11 *Dictio ultra ostendit summam relictam esse distinctam ab alia pariter legata.*

12 *Res legata ultra dotem non censetur relicta in augmentum dotis.*

13 *Patris judicium in dotatione filiarum rectum semper de jure censetur.*

14 *Statutum Urbis c.* 145. *non derogavit*, l. quoniam prioribus C. de inoffic. Testam.

15 *Imputatio admittitur solum in pure relictis.*

16 *Facto plus est rem declarare, quam verbis.*
17 *Conjecturæ cedunt veritati.*
18 *Etiam descendentes comprehenduntur sub regula, quod legata conditionalia non transmittantur, & si legatarius sit de descendentibus Testatoris, tantum operatur, ut minores conjecturæ exigantur pro inducenda transmissione.*
19 *Dispositio quando potest impleri, & purificari in filiis primi gradus, tunc extendi non debet ad nepotes.*
20 *Filia conqueri non debet de patre, si iste a principio æqualitatem servaverit, licet ex casu dispositio evenerit inæqualis.*
21 *Ad inducendam transmissionem in legato conditionali dubiæ, & leves non sufficiunt conjecturæ.*
22 *Et ad magis sustinendam regulam transmissionem denegantem etiam leviores exuberant conjecturæ.*

DECISIO XIV.

LAurentius Gavottus in ejus ultimo, cum quo decessit, elogio, relicta dote sc. 50000. auri stamparum jure institutionis Mariæ Hieronymæ, & Cæciliæ suis filiabus cuilibet solvenda, & institutis hæredibus universalibus ceteris quatuor propriis filiis masculis natis, & posthumis, istis omnibus descendentibus sine filiis, disposuit ulterius in favorem filiarum dotarum per hæc verba - *E caso che morissero tutti li figliuoli maschi sopradetti di esso Testatore nel modo sopradetto senza lasciare legitimi, e naturali figliuoli, vuole, ordina, e commanda, che si accresca a ciascheduna delle sue figliuole femine sopranominate, e che nasceranno dopo il presente Testamento cinque mila scudi in oro di più della sopradetta Dote, se si trovaranno maritate, o se si averanno a maritare, & in caso che si trovassero fatte monache, o che si vogliano monachare, vuole, che abbino la loro dote conveniente come di sopra, summ. utriusque Partis n.1.*

Secuto obitu omnium hæredum institutoris sine filiis, Laura Cassida de Maximis filia, & hæres Mariæ alterius ex dd. filiabus Laurentii Testatoris credens per obitum Caroli ultimi ex omnibus hæredibus institutis sine filiis defuncti purificatam esse conditionem pro consequendo d. legato sc. 5000. auri, judicium movit in Tribunali A.C. a quo mandatum in favorem obtinuit relaxari, cujus executione suspensa per Signaturam Justitiæ, mihique causa commissa ad instantiam D. Angeli Dominici Mariæ Gavotti, hodie rei conventi a R.P.D. Francisco Maria Caraffa ex persona d. Lauræ Cassidę de Maximis Actore, dubitavi in hodierna audientia, *An dictum mandatum esset exequendum*, & DD. negative responderunt.

Retento enim themate supra expresso verborum, super quibus conceptum est legatum - *In caso che morissero tutti li suoi maschi, senza lasciar figli* persolvendi filiabus - *che si troveranno maritate, o si averanno da maritare* - apparuit illud existere sub duplici conditione obitus omnium hæredum sine filiis, & superviventiæ filiarum prædictis hæredibus institutis; quapropter cum Maria Auctrix mediate D. Francisci Mariæ decesserit ante ultimum ex filiis masculis institutis, utique legatum videbatur remansisse inutile, & caducatum, ad Text.
1 *in l. unica §. sin autem aliquid C. de caduc. tollend.* Altograd.
cons. 46. n. 7. & 8. lib. 1. cons. 87. n. 62. & seqq. lib. 2. Matt. Medic. *dec.* Senen. 2. *examin. 2. n. 50. & seqq.*

Hanc regulam certam in jure pro non transmissibilitate legati sub conditione concepti, quam impugnare non poterant defensores Domini Francisci Mariæ, limitare conabantur arguendo, quod licet in præsenti hypothesi legatum fuerit relictum, ut solummodo in eventum obitus masculorum sine filiis deberetur; attamen cum volitum fuerit, ut accrescat filiabus pro dotibus,
2 quæ ex Statuto urbis *c. 141. lib. 1.* loco legitimæ succedant, ac propterea omne onus, & conditionem reji-
3 ciunt per Textum *in leg. quoniam in prioribus Cod. de inoffic. Testament.* hinc licet sub conditione conceptum
4 pure tamen debebatur, cum idem, quod habetur dispositum de dote, procedere debeat in illius augmento, per Textum *in leg. inter socerum, §. cum inter ff. de pact. dotalibus*, ubi *glossa verbo separabitur*, Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 50. n. 1. & seqq. & de legit. lib. 2. tit. 2. part. 23. n. 40.* & in terminis augmenti dotis firmant Noal. *de transmission. cas. 18. n. 5. & 7.* & Card. de Luca *de dote disc. 141. n. 5.*

Quæ tamen DD. visa sunt non posse procedere ex defectu suppositi, quod unice erat probandum, videlicet controversum legatum esse augmentum dotis, quodque sive attento verborum contextu, sive datæ cum tali præservativa, & licet conditionaliter relictum pure debeatur, cum superadditum fuerit doti pure debitæ, cujus naturam assumit, & liberum sit, dum illi accrescit, licet antea sub conditione conceptum, ut satis præcise firmare videntur Ancharan. *cons. 220. sub n. 5.* Riminald. Jun.
cons. 445. n. 49. vers. habet ergo filia tom. 4. Noal. *de* 5
transmiss. cap. 18. sub n. 14. vers. quia si pars.

Quia cum ex contextu dispositionis, quia ex legali intellectiva statutaria constit. deducto, & ex ipsomet facto patris Mariæ perpensis, agnitum fuerit legatum controversum non posse censeri, tanquam augmentum dotis, hoc minus convinci visum est ex illis verbis - *Salvo che nel caso infrascritto*, quæ possunt quidem præservare filiabus jus succedendi in legato cum conditionibus in eo expressis, non autem significare, ut illud obtineant ex causa, & titulo dotis, quia non ipsi doti apposita leguntur, sed post illa verba, sub quibus Testator eas excludebat ab omni alia prætensione super sua hæreditate; quapropter ne Testator post generalem exclusionem incontinenti aliud decerneret, provide debuit præcavere, & ideo ad hunc effectum
necessario apposita ad illud diversum referri non pos- 6
sunt, *l. Papinian. ff. de minor.* Rota coram Cerro *dec. 28. n. 12. & dec. 42. n. 9.*

Tum etiam fortius, quia objectum semper procedit cum supposito nunquam probato; videlicet hoc legatum esse augmentum, & partem dotis, & hoc unum est in quæstione; An vere sit pars dotis, aut potius unum totum de per se consistens, prout tale visum fuit ex superius recensitis, quodque magis est, ubi etiam controversum legatum possit censeri aliquo modo sub nomine partis, tunc ista assumit naturam totius, quando relicta est sub eadem causa, & in eadem dispositione, quod implicat cum præsenti; ubi dos constituitur uno modo, & loco videlicet libera, & in principio Testamenti, prætensum augmentum autem alio modo, & loco penitus diverso, hoc est sub conditione, in alia Testamenti parte, ut in terminis ad effectum excludendæ transmissionis consuluit Redenasch. *cons. 5. n. 27. in fine* Muta *dec. 90. n. 55.*

Hinc inapplicabiles erant auctoritates Ancharan. Ri- 7
minal. & Noal. in contrarium adductæ, eo magis quia loquuntur in terminis statuti excludentis feminas a successione patris, non simpliciter, sed quousque succedunt masculi longe diversis a nostro casu, a quibus proinde non est facienda illatio *d. l. Papinian. ff. de minor.* & seclusa qualitate augmenti dotalis huic legato omnino adaptabili, cum d. legatum non possit considerari de natura totius, cujus non est pars, aliud sequitur, videlicet, quod in eo utpote voluntario pater postquam expleverat officium paternum potuerit prosequendo deinde suam dispositionem quamcunque adjicere, ut in terminis fortioribus ejus, quod relictum fuit filiæ per patrem, licet in uno, eodemque legato ultra portionem legitimæ, quod possit gravari in ea portione, quæ excedit legitimam, ac propterea non sit transmissibile, habetur per Textum *in leg. scimus 36. §. cum autem Cod. de inoffic. Testam.* Bertazzol. *in leg. qui negotiationem*, §. Pupillo *ff. de administr. & peric. tutor.* Matthæus Brun. *cons. 73. n. 7. versic. contrarium tamen lib. primo*, Cancer. *variar. resol. p. 3. cap. 21. de transmiss. n. 337.* Mangil. *de imput. q. 57. n. 18. vers. si autem reliquisset*, Noal. *de transmiss. cas. 17. n. 19.* Rot. cor. Priolo *d. 415. n. 17. in rec. dec. 10. n. 11. pag. 15.*

His positis, in nulla consideratione habitæ fuerunt conjecturæ per scribentes pro d. Francisco Maria cu-
mulatæ: quia licet verum sit, legatum conditionale 8
de sui natura non transmissibile posse effici tale ex conjecturata voluntate Testatoris, quæ in Testamentis totum facit, ad Textum sive dispositionem statutariam, tale non apparuit; quo enim ad contextum verborum dicitur ibi - *si accresca a ciascheduna più della sopradetta dote*, unde cum augmentum imme-
diate cadat super persona dici non potest, quod accre- 9
scat portioni, per Text. *in leg. si Titio 39. in fine ff. de usufructu* Bellon. *de Jur. crescendi cap. 7. q. 70. n. 2. & 3*, & secundo cum Testator usus fuerit illis verbis *di più della sopradetta dote*, quæ dictio *di più* syno-

synonyme usurpatur cum al era dictione *Ultra Pratejus*
10 *Lexicon. juris verb. ultra il primo*, Calvin. *eodem verbo*, *ultra dimidium*; id est ac si dictum fuisset *ultra dotem*; hæc nanque dictio de sui natura ostendit summam relictam esse distinctam, & separatam a dote *l. filiam* 16. *ubi gloss. Cod. de collat. leg. si ita legatum* 68. *ff de legat.* 1. Thomat. *dec.* 50. *num.* 11. Rota *recent. d.* 131. *num.* 1. & separat legatum a dote, & *d.* 360 *n.* 11. *&* 12. ubi quod separet unum ab alio
11 sub eadem dispositione concepto *part.* 9. & coram Bich. *dec.* 294. *num.* 1. & in terminis, quod res legata *ultra* dotem non censeatur relicta in augmentum dotis, Cornej. *consil.* 12. *num.* 2. *non est vers. sed probata lib.* 1. Rota *d.* 44. *num.* 2. *&* 3. *part.* 9. *rec.*

Quo vero ad dispositionem statutariam hæc mirifice retorquetur; retento enim, quod dos fuerit relicta cuilibet fi-
12 liæ in scutor. 10000. auri (quantitate, equidem satis egregia) titulo institutionis, & pro omni, & tot eo, quod possent prætendere, officium paternum erat abunde expletum, adversus quod nec poterant filiæ reclamare; tum quia Patris Judicium in dotatione filiarum rectum semper de jure censeatur, Mascard. *de probat. conclus.* 570. *num.* 1. *& seqq.* Rota coram Dunoz. Jun. *dec.* 1006. *numer.* 14. Tum etiam
13 quia ubi fuisset tenue, quod nunquam potest admitti, cum fuit in scutis 1000. auri pro qualibet, stat. urbis *dict. cap.* 145. derogavit quidem Text. *in omnimodo Codic. de inoffic. Testam.* ad hoc, ut filii non possit conqueri de dote a Patre data licet minore ipsa legitima, non autem *leg. quoniam in prioribus Codic. eodem* rejiciente quamcunque conditionem doti appositam, ut late apud Buratt. *d.* 215. *num.* 1. *&*
14 *seqq.* Cels. *decis.* 289. *num.* 8. *& in recent. decis.* 10. *num.* 14. *& seqq part.* 15.

Hinc cum Pater, qui plene expleverat officium suum dotem liberam relinquendo legato postmodum facto conditionem adjecerit, quod ad terminos statuti non erat sibi permissum, ubi in causam dotis id facere voluisset, exinde patet aperte, & dicendum est in augmentum dotis no-
15 luisse ulterius disponere, ac in illa non esse imputandum ad Text. *in leg. scimus* 36. *vers. Repletionem autem Cod. de inoffic. Testam.* Pereg. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 112. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 15. *& seqq.* Rota cor. Priolo *dec.* 368. *n.* 11.

Eoque magis, dum ipsamet Laura auctrix dicti Francisci Mariæ id ex facto proprio declaravit; nam ex persona Mariæ Matris legatum non petit, nisi post obitum omnium masculorum sine filiis, & sic expectando purificationem conditionis, quod tamen non erat necessarium, ubi relictum fuisset in augmentum dotis, & successisset loco legitimæ, quæ neque sub conditione, neque ex tempore dari potuisset, sed statim cessisset dies illius ab ipso momento obitus Testatoris, a quo una cum fructibus non fuisset per Mariam omissum statim peti simul cum dote, quæ tamen absona, & voluntati Testatoris expresse contraria videtur, & ex ipso facto Mariæ bene etiam remanent declarata *cap.*
16 *cap. Dilecti filii* 52. *ubi gloss. in verb. facto de appell.* Cerr. *dec.* 691. *n.* 4. *& in rect. decis* 831. *n.* 6. *p.* 18.

Et licet ex conjecturis prætendatur probari transmissibilitatem legati: Attamen ultra quod conjecturæ sicuti in
17 qualibet materia, ita in præsenti cedunt veritati, & debent esse admodum urgentes, & concludentes, Rota coram Cavaler. *decis.* 434. *num* 2. *&* 3. *& decis.* 462. *num.* 2. *& decis.* 631. *in fine*, coram Cerro, ad illarum examen deveniendo talis visa non fuit prima sita in qualitate dependentiæ, quia hujusmodi qualitas bene operatur, ut leviores conjecturæ sufficiant pro transmissione, Greg. *decis.* 56. *num.* 1. non autem potuerit deservire pro conjectura ad illam inducendam, ex quo etiam descendentes comprehenduntur sub regula, quod in ipsos non fiat transmissio, Rota coram Seraph. *decis.* 1014. *n.* 1. *&* 5. *& dec.* 1479. *num.* 7. & coram Gregor. *dicta decis* 86. *n.* 1. & Adden. *num.* 11. *&* 12.

18 Neque potuit haberi in consideratione secunda, quod legatum collatum fuerit in remotissimum tempus; nam dum non fuit relictum post deficientiam lineæ, sed post mortem filiorum masculorum primi gradus, quo tempore non erat impossibile, quod filiæ feminæ supervíverent, ut eventus demonstravit in superviventia Hieronymæ, ideo potius retorqueri videtur vis hujusmodi conjecturæ, ad firmata per Rotam *decis.* 279. *num.* 4. *vers. tantum autem abest*, *& num.* 5. *part.* 18. *rec.* & penes Urceol. *de transact. decis.* 38. *num.* 9.

19 Tertia deducta ex inæqualitate corruere videtur ex lectura ipsius testamentariæ dispositionis, ex qua apparet, quod omnibus filiabus æqualiter fuit factum hujusmodi legatum scutorum quinque millium auri; si vero Maria ob præmorientiam illud non fuit consecuta, conqueri 20 debet de casu, non vero de Patre, qui fatetur, quod æqualitatem ab initio servaverit, Rota *decis.* 69. *n.* 7. *decis.* 118. *in princ. vers. dum igitur*, *& n.* 1. *dec.* 262. *n.* 1. *& seqq. par.* 17. *& dec.* 297. *n.* 1. *& seq. p.* 18. *rec.*

Demum quarta, quod exclusa transmissione essent deterioris conditionis descendentes a filiabus Testatoris, quam extranei hæredes masculorum, inapplicabilis dignoscebatur, dum ob præmorientiam Mariæ legatum prædictum non fuit acquisitum extraneis, sed Carolo Fratri, & respective filio Testatoris, a cujus bonis non fuit unquam avulsum, cujus propterea damnum solummodo ubi illud præstare gravaretur filiabus Mariæ non autem favore extraneorum, posset in consideratione haberi secundum Rota *d. dec.* 297. *part.* 18.

Ex quibus dubiis, & levibus conjecturis visum fuit, 21
non posse recedi a regula juxta ea, quæ habentur firmata per Rotam coram Bichio *dec.* 584. *n* 10. & coram Cerro *dec.* 712. *n.* 8. Card. de Luca *de fideic. disc.* 123. *num.* 3. *disc.* 124. *n.* 10. *& decis.* 127. *n.* 13. præcipue cum plurimæ concurrerent etiam pro non transmissione relatæ per scribentes pro Angelo Maria, quas recensere supervacaneum visum est, quia ubi etiam leviores fuissent, attamen regulam magis 22
firmarent, Rota post Urceol. *de transact. dec.* 28. *n.* 8. & coram Cerro *dec.* 131. *n.* 43.

Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Romana Legatorum.

Ven. 27. Januarii 1690.

ARGUMENTUM.

Legatum annuum absque temporis præfinitione relictum est in principio cujusli et anni anticipate de Jure persolvendum; esset tamen posticipate adimplendum, si contraria Testatoris voluntas resisteret, quæ valeret convinci, si demandaverit legatum solvi ex fructibus hæreditatis, isti autem posticipate tantummodo exigerentur.

SUMMARIUM.

1 *Legata annua absque præfinitione temporis relicta persolvi integre debent in principio cujuslibet anni.*
2 *Vel saltem de semestre in semestre anticipate.*
3 *Concurrente tamen contraria voluntate Testatoris posticipate sunt solvenda, sive voluntas tacita sit, sive expressa.*
4 *Voluntas Testatoris est tanquam lex omnino servanda.*
5 *Collatio annui legati, quæ facienda est ex fructibus, posticipate fieri debet, si posticipate fructus recolligantur.*
6 *Solutio legati est regulanda juxta solitum practicatum a Testatore dum vixit.*
7 *In claris cessant argumenta, & conjectura.*
8 *Una determinatio respiciens plura determinabilia æqualiter debet omnia determinare.*
9 *Hæres intra vires hæreditarias tenetur servare voluntatem defuncti, etsi adiverit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, & n.* 10.
11 *Nec super bonis defuncti potest impedire executionem sub prætextu redditionis rationis.*

DECISIO XV.

Bon. mem. D. Marchio Franciscus Ruspulus instituta hærede Domina Marchionissa Hieronyma Ruspula ejus dilectissima uxore in ultimo, cum quo decessit, elogio præ cæteris ita disposuit: *Che la medema Sign. Marchesa prima d'ogn'altra cosa, si pigli la sua dote & che dalli frutti della mia heredità debba, e possa pigliarsi liberamente scudi dodeci milla annui, e del restante di essi lascio, che tanto detta Signora Marchesa Girolama mia erede essa vivente, quanto doppo morta lei, la mia heredità, e quello al quale detta Signora Marchesa Girolama mia herede la restituirà &c. debba dare all'Eminentissimo Sig. Card. Galeaz-*

legato Marescotti mio Fratello liberamente, e senza eccettione alcuna scudi sei milla annui, durante solamente la sua vita, e non più. Item al Sign. Conte Alexandro Capizucchi mio Fratello liberamente, e senza eccettione alcuna scudi 2. milla annui, durante la sua vita, e non più. Mortuo eum hac dispositione Testatore sub die prima Decembris 1687. & protracta per Dom. Marchionissam solutione præfatorum legatorum usque ad mensem Maii proxime subsecuti, cum ipsa prius de dd. scutis 12. mill. integre satisfacta non foret, Eminentiss. D. Card. Marescottus, & Dom. Comes Capizucchius ejus germanus Frater egerunt de mense Junii coram Reverendiss. P. D. Urigo Judice ab A. C. deputato pro terminis in præteritum decursis, ac pro anticipata solutione decurrendis, & voti compotes facti, mandata obtinuerunt pro utrisque, nec non judicatum, quod termini in futurum decurrendi essent persolvendi pro rata de semestre in semestre anticipate. A quibus interjecta ex parte ejusdem D. Marchionissæ appellatione, eaque mihi delegata per Signaturam Justitiæ cum clausula *sine præjudicio legitimæ executionis*, dubium de ordine Sacræ Rotæ subscriptum, disceptandum de more dedi, *Quando, & quo ordine sint solvenda legata*. Et Domini sub die 17. Junii proxime præteriti in varias sententias divisi hodie convenerunt, legata esse solvenda de semestre in semestre posticipate absque ulla exceptione.

Licet enim legata annua absque præfinitione temporis relicta persolvi integre debeant in principio cujuslibet anni secundum dispositionem juris scripti *l. 1. Cod. quando dies*
1 *legat. vel fideicomm. ced.* quam expendunt, & exornant, Alciat. *in leg. qui hoc anno num* 10. *ff. de verbor. obl.* Soccin. sen. *consil.* 10. *num.* 14. *lib* 1. Camarell. *de legat. lib.* 3. *vers. sic. legata annua quæst.* 10. *num.* 1. Antonell. *de tempore legal. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 15. Conciol. *alleg.* 26. *numer.* 2. Joseph Rodric. *decis. Lucen.* 23. *numer.* 1. *& seqq.* & de Franch. *decision.* 155. *numer.* 2. vel saltem pro rata de semestre in semestre anticipate, & in principio cujuslibet semestris, juxta magis æquam, & recentiorem sententiam a nostro Tribunali approbatam *in decis.* 680. *num.* 6. *& seqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

2 Nihilominus cum in præsenti contraria concurrat Testatoris voluntas ex pluribus partibus Testamenti satis desumpta, hæc tametsi tacita, & conjecturata facit cessare dispositionem legis, & operatur, ut solutio legatorum annuorum sit facienda de semestre in semestre posticipate, ad Text. *in l. nec semel, & in l. tum præfinit. & in l. firmio Helio oro ff. quan. dies legat. ced.* & tradunt Altogr. *consil.* 72. *num.* 27. *lib...* Monet. *resp.* 20. *num* 61. *part.* 1. Surd. *de alim. tit.* 9. *qu.* 16. *n.* 11. & admittit Rota *in supracitata dec.* 680 *n.* 7. *& 8. p.* 4. *tom.* 3 *rec.* in qua regulata fuit lega-
3 torum solutio juxta mentem Testatoris, quæ in hac materia totum facit, & tanquam lex est ad unguem servanda *vulg. §. disponat. auth. de nupt.*

Voluntas autem Testatoris posticipatam legatorum solutionem demandans aperte hic resultat tum ex eo, quod ipse præcipit, quod ex fructibus hæreditatis D. Marchionissa prius, & ante omnia retinere deberet annua scut. 12. mil. deinde ex illorum residuo legata persolveret legatariis; Unde cum in hac hæreditate nulli fructus exigantur anticipate, sed qui retrahuntur ex censibus, & cambiis solvantur posticipate, alii autem prout sunt fructus locorum Montium de bimestre in bimestre posticipate, & naturales, denique qui percipiantur solutis anni temporibus ex mensibus, & recollectis, clare patet, quod sicuti ipsa D. Marchionissa magis a Testatore dilecta, & omnibus legatariis prælata non potest de scut. 12. mill. anticipate satisfieri ex fructibus, qui in principio anni non adsunt: Ita multo minus ex residuo eorundem fructuum possunt, aut debent anticipate satisfie-
4 ri legatarii minus dilecti, & in ordine solutionis posteriores. Tum etiam, eo quod idem Testator in casu diminutionis fructuum suæ hæreditatis, *si per la varietà delle stagioni, si anco per le spese de Ministri, opere, e reparazioni, e qualsivoglia altre spese tanto utili, quanto necessarie, e provisionali, che si doveranno, ò potranno fare dalla d. Signora Marchesa Girolama, o per altro caso, che si potesse dare.* Voluit, quod prius diminueretur demandatum multiplicum pro domo Ruspula, deinde multiplicum pro domo Marescotta, & successive diminuerentur annua legata; portionem autem assignatam D. Marchionissæ sicuti jussit priorem, & anteriorem esse præceteris aliis, quoad solutionem, ita in casu contrario diminutionis ultimam, & posteriorem declaravit. Hæc autem omnia juxta mentem Testatoris, & ordinem ab eo, ut supra præscriptum nullatenus exequi posse videntur anticipate, & in principio anni, sed posticipate, & in fine semestri, cum quantitas fructuum hæreditariorum, ex quibus demandatæ solutiones sunt faciendæ, cognosci, & determinari non valeat nisi post illorum exactionem, post completas omnes expensas, quæ prius, & ante omnia sunt deducendæ, tam ex dispositione juris communis, de qua Text. *in l. fructuum, & l. divor-* 5
tio, §. Imponere ff. solut. matrim. quam ex præcisa mente ejusdem Testantis, qui expresse voluit attendi debere. *Il frutto netto della mia heredità detrattane ogni sorte di spese come sopra, fondi de debitori, frutto cessante, e qualsivoglia altra spesa, per la quale, si diminuisse il frutto di d. heredità &c.*

Quibus sic positis, parum aut nihil obsistit contraria animadversio ex solito Testatoris deducta, ex eo quod stante spatio sex annorum, quo supervixit post conditum Testamentum, semper anticipate de mense in mensem præstiterit Eminentiss. D. Card. summam annuam, quam illi 6
legaverat, argumento deducto ex Text. *in l fundum* 38. *ff. de fund. leg.* Anchar. *cons.* 167. *n.* 3. Cyriac. *controv.* 34. *n.* 4. & Menoch. *præsumpt.* 106. *num.* 7. *l.* 4. Siquidem ubi etiam solutiones præfatæ justificarentur in facto, quoties prout hic, expresse resistit Testatoris voluntas, cessant argumenta ex conjecturis extrinsecis desumpta *vulg. l ille ff. de legat.* 2. Potissimum cum in præsenti non agatur de modo solvendi annuum duntaxat legatum relictum ad favorem D. Card. Marescotti, sed plurium aliorum simultanee, & absque ul- 7
la prorsus contradistinctione factum diversis aliis personis, quibus antea Testator nihil solvebat, quorum respectu sicuti non militat ponderata conjectura soliti, ita respectu omnium æqualiter contemplatorum subintrat generalis regula, quod una determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter debeat omnia determinare, de qua Text. *in l. jam hoc jure ff. de vulg. l. Lucius ff. eodem, & l. quamvis C. de impub.* Castill. *contr. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 97. *n.* 4. & Rota *dec.* 22. *n.* 45. coram Arguell.

Hanc autem posticipatam solutionem de semestre in semestre DD. faciendam decreverunt, libere, & absque ulla exceptione, ita pariter suasi ex litera Testamenti, in qua legatorum satisfactio tam respectu D. Card. quam etiam D. Com. Capizucchii expresse demandatur facienda *liberamente, e senza eccettione alcuna*, neque visa fuit post elapsum semestre retardari posse ullo prætextu, vel ex eo scilicet, quod D. Marchionissa non sit adhuc satisfacta de scut. 8
12. mill. vel ex quo fructus bonorum hæreditariorum non sint adhuc exacti, vel demum, ex quo reditus consistentes in specie, non sint adhuc in pecuniam redacti, & conversi. Etenim quoad anteriorem satisfactionem D. Marchionissæ de scut. 12. mill. quæ juxta mentem Testatoris ipsa prius, & ante omnes retinere debet, cum de opulentia hæreditatis non dubitetur, nec de pingui reditu ejusdem nedum sufficienti, sed superabundanti ad satisfactionem omnium onerum injunctorum, DD. non dubitarunt, quod intra semestre ex dd. fructibus potissimum locorum Montium ipsa possit integre satisfieri, quo vero ad difficultatem exactionis fructuum, cum Domina Marchionissa per acceptationem hæreditatis quasi contraxerit cum legatariis, censetur 9
se obligasse ad annuas præstationes de tempore volito a Testatore, nullo habito respectu ad solicitam, vel serotinam fructuum exactionem, & consequenter erga illos tenetur intra vires hæreditatis statutis temporibus actione personali, per Text. *in Male c. §. heres ff. de act. & obl. & leg.* apud Julian. *§. final. ff. quibus ex causis in poss.* & tametsi hæreditatem prædictam adiverit cum ben. leg. & invent. eoque gaudeat, Andr. *contr.* 200. *n.* 5. *& seq.* Matt. Med. *d. sen.* 39. *n.* 4. Addend. ad Buratt. *dec.* 257. *n.* 22. *vers. Verum hæc limit.* & Rota cor. Priol. *d.* 30. *n.* 26. *& d.* 83. *n.* 10. *& seq.* Nec potest legatorum solutionem retardare sub prætextu redditionis rationis faciendæ de exactis, vel non factæ exactionis pecuniarum, seu quovis alio simili, Andreol. *contr.* 154. *sub n.* 16. *vers. & eo magis, & contr.* 242. *n.* 12. 10

Maxime cum exactionis dilatio contingat, ut plurimum, vel ex majori commodo, & utilitate hæredis data opera differentis venditionem fructuum naturalium, ut de tempore magis congruo, sive opportuno vendantur cariori pretio sibi, vel hæreditati magis proficuo, vel ex negligentia ejusdem non curantis exactionem per debitas diligentias, quæ illi imputari quidem debet, non autem cedere damno, & præjudicio legatariorum, qui præscriptis temporibus liberi sunt, & absque ulla exceptione satisfaciendi, juxta legem a Testatore demandatam, & ab hærede omnino servandam.

Et ita

Et ita omissis aliis quæstionibus ad hujus articuli definitionem non necessariis, & prorsus extraneis decisum fuit utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana, seu Albanen. Legati.

Luna 4. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Immutatio dispositionis Testatoris ex pinguiori adimplemento facta irritari non debet, & licet adimplementum non sit juxta literam dispositionis, attamen hæres censetur non voluisse novam exercere liberalitatem, sed legati extinctionem peragere.

SUMMARIUM.

1 *HÆres pinguius adimplendo voluntate defuncti, immutatio ex tali pingui adimplemento facta retractanda non est.*

2 *Dispositio ab herede emissa, per quam pinguius voluntas Testatoris adimpletur, censetur facta non ex nova ejus liberalitate, sed in extinctionem obligationis, & n. 3.*

4 *Relativum predette omnia superius expressa comprehendit, nec ullam recipit restrictionem.*

5 *Id quod hæres, & executor Testamentarius gerunt censetur fieri ex verisimili Testatoris voluntate.*

DECISIO XVI.

MAxima, & solicita charitas, qua Bernardinus Castellanus prosecutus fuit, non minus suam Patriam Carcerarum, quam Patres Scholarum Piarum eo provecta est, ut ille in suo, cum quo decessit, elogio mandaret R.P.D. Andreæ Castellano suo fratri, & hæredi - *Che si comprino luoghi 25. de Monti non vocabili Camerali, quanto più presto sarà possibile, di frutto, & annuo reddito di scudi cinque almeno per ciascheduno luogho delli frutti de' quali si disponga, come segue, cioè delli 25. luoghi se ne pagherà il frutto, quale sarà di scudi 125. di questi se ne comprerà un luogo degl' istessi non vocabili ogn' anno, il restante si darà al Medico della Terra, il quale sia obligato medicare i Padri delle Scuole Pie, l'anno seguente si farà l'istessa Compra, seguitando così il terzo, quarto, quinto, e sesto anno, il settimo, ottavo, nono, decimo, undecimo, e duodecimo, si darà il sopravanzo non al Medico, ma al Chirurgo, che saranna circa 30. scudi, al Medico cinquanta, &c. l'anno 51. 52. 53. 54. e 55. si diano 25. altri scudi per maritare una Zitella, che in tutto saranno due l'anno. Stabilite le cose sopradette, si seguiti a comprare il luogo di Monte ogn' anno, &c. e seguitando a comprare, quattro, cinque, sei, e sette, e quanti si potranno, si andaranno moltiplicando fino a tanto, che saranne arrivati a cinque cento luoghi, che sarà in termine di anni 160. e quando sarà di più arrivato al numero di cinque cento, si farà provisione, e nuova carità di frutti. E perche puo essere, che dopo la morte mia, si scuoprano delle difficultà circa alle cose sopradette, & essecutione di esse, quali difficultà non si possono prevedere, perciò voglio, e dichiaro, che sia in arbitrio di detto Monsignore Erede insieme col Padre Generale di poter informare, commutare, e dichiarare, aggiungere, e sminuire alla presente mia dispositione in quelli capi, & in quelle parti, che parerà a loro essere espediente, purche il primo Investimento non sia meno di quanto si è detto, &c.*

Prævisa tam a Præposito Generali, quam ab hærede ob longissimam diuturnitatem temporis duorum sæculorum, & ultra difficultate implendi disposita in hoc legato, utendo facultatibus sibi per Testatorem attributis, illud commutandi, minuendi, & reformandi, loco hujus multiplici fuit cum consensu, & auctoritate ejusdem Præpositi Generalis a R. P. D. Joanne Andrea subrogata non solum pecunia impensa in constructione Domus, & Conventus per ipsum ædificati in dicto loco Carceratum, sed ulterius in donatione universali, quam idem R. P. D. Joannes Andreas fecit favore Almæ Domus Lauretanæ, assignavit nonnulla pinguia emolumenta ad commodum Patrum arbis cum expressa declaratione, quod omnia alia censerentur irrita, & cassata, ea signanter reddita ratione, ne illorum Religio duplex emolumentum consequeretur; & insuper mandavit, ut in Collegio Piceno semper, & in perpetuum educarentur sex Juvenes de loco Carceratum, & quatuor honestis Puellis ejusdem loci distribuerentur totidem subsidia dotalia scutorum 30. pro qualibet. Summario Domus Lauretanæ *n.8.*

His ita se habentibus, institit Communitas pro implemento hujus legati, & sententiam obtinuit ab A.C. Baranzono, devoluta deinde causa in gradu appellationis coram me sub die 27. Junii proxime præteriti emanavit illius favore Decisio, eo præcipue innixa fundamento, quod Executores Testamentarii poterant quidem in iis, quę non concernunt substantialia moderari, & corrigere legatum a Bernardino relictum; minime tamen poterant immutare illius substantiam, ne redderetur inutile adeo enixum Testatoris desiderium, & tanta sedulitate, & diligentia prędordinatum, ut colligitur ex ipsamet dispositione legati superius recensita. Revocata tamen hodie ad examen hac decisione, cor. me edita, & inventa minus subsistenti responsum fuit pro recessu a decisis.

Animadvertebant quippe DD. sive legatum Bernardini respiceret commodum Patriæ, sive PP., neutri actionem competere, non quidem PP. quia illorum favore secuta fuit commutatio in melius, & cum majori impensa hæredis; nam adepti sunt in Patria Testatoris Ecclesiam, & domum regularem cum impensa fere scutorum decem mille; habuerunt etiam ex donatione alia pinguiora emolumenta cum consensu, & auctoritate eorum Patris Generalis, qui medio juramento declaravit commutationem, quæ a Testatoris hærede fiebat, fieri ex voluntate Bernardini, qui talem facultatem impartitus fuerat, cumque hæc omnia fuerint a PP. acceptata, illi modo non possunt agere ad consecutionem hujus emolumenti, ne proprium factum impugnare viderentur.

Nulla demum competit actio, nec minus favore Patriæ, quoniam commodum multiplici ab illa percipi non potuisset, nisi ex fructibus fructuum longo tẽporis intervallo investiendis; Ideoque cum illud esset valde remotum, & eventuale, dum R.P.D. Joannes Andreas suæ Patriæ æque amantissimus, ac Bernardinus, ut eadem celerius hoc emolumento perfrui posset, mandavit educari in Collegio Piceno sex adolescentes, & distribui quatuor subsidia dotalia scutorum 30. pro qualibet ex Puellis nubendis, dicitur pinguius adimplevisse voluntatem Testatoris, quod ab hærede fieri poterat, non solum quia habebat facultatem reformandi, addendi, & minuendi; sed etiam literalem potestatem commutandi, Adden. ad Bats. *in l. Captatorias 11. lit. A. in fin. C. de Testam.* Mil. Barbach. *de Episcop lib. 4. p. 4. n. 79.* Monet. *de Commut. ult. volunt. cap. 5. n. 59. cum pluribus seq.* Palm. Nep. *alleg. 208. n. 8. 9.* *Ex quorum cum seq.* 1

Absque eo, quod dici mereatur, quod tales dispositiones factæ in beneficium Patriæ emanaverint ex propria liberalitate, & munificentia ipsius R.P.D. Joannis Andreæ: quia cum ex tot actibus superius recensitis clarissime dignoscatur illius voluntas commutandi multiplicum a Testatore præordinatum; & loco illius alia emolumenta subrogandi, dicendum est, quod quatenus aliquæ obligationis reliquiæ apud hæredem, ipse per subsequentes dispositiones, quæ pinguius, & celerius cedebant in beneficium suæ Patriæ, voluerit, ita legando, propriam obligationem extinguere, ut in simili notat Cabell. *cons. 115. per totum lib. 2.* 2 ne liberalitatem exercere videatur in iis, ad quæ ex præcepto sui fratris obligatus reperiebatur, ad Text. *in legat. 28. in fin. ff. de alim. legat.* Surd. *cons. 112. n. 7. cum seqq.* Gobb. *cons. 126. n. 15.* & Mans. *cons. 130. n. 105.*

Cumque ex his jam constiterit de voluntate hæredis immutandi dispositionem Testatoris, minus dubitandum erit de illius potestate, quę resultare visa est ex amplitudine verborum; ibi enim non solum concessa fuit facultas reformandi, & minuendi, sed ulterius addita etiam potestas commutandi, quo casu ne remaneat inanis, & frustratoria, dicendum est, illam exercere potuisse, tam circa accidentalia, respicientia modum exequendi, quam circa substantiam ipsius legati, ut probant auctoritates superius allegatæ in §. *nulla demum*.

Quod magis comprobatur; quia Testator non unice motus fuit ad impartiendum talem facultatem ex eo, quod dumtaxat voluerit occurrere difficultatibus a se non prævisis, & forsan tractu temporis contingibilibus circa modum distribuendi fructus ex multiplico retrahendos, sed potius illam impartitus fuit, ut indefinite etiam consuleret *circa le cose predette, & esecutione di esse*. Cumque ista non minus comprehendant multiplicum, quam erogationem fructuum, dicendum est talem facultatem nullam pati restrictionem, & ad omnia æque bene referri; Add. ad Buratt. *dec. 742. n. 12.* Rota *dec. 524. n. 12. cum seqq. p. 18. rec.* 3

Eoque

Eoque evidentius, attentis illis aliis verbis *purche il primo Investimento non sia meno di quanto, si è detto*. Ideoque dum Testator excepit primum Investimentum locorum 25. montium primo anno cum augmento alterius loci, data erat in cæteris aliis facultas tam multiplicum, quam fru-
4 ctuum distributionem commutandi, cum exceptio in uno casu firmet regulam in contrarium in omnibus aliis non exceptis, ad Text. *in l. quæsitum*, §. *denique ff. de fund. instruct.* Menoch. *cons.* 14. *n.* 17. Rot. *in rec. dec.* 144. *n.* 9. *p.* 1. quod etiam evincitur ex aliis verbis pondetatis in decisione, quæ revidetur in fine, *f. Executores*; nam si Testator declaravit: *E perche l'intentione mia è, come si è detto, che questo Investimento si faccia quanto prima senza perdersi punto di tempo &c.* Per hæc enim verba clare datur intelligi, quod ille a potestate commutandi voluit solummodo excipere primum Investimentum, firma remanente quoad reliqua, ut de se patet.

Cæterum apud DD. maxime prævaluit industria, & amor hæredis, ac executoris Testamentarii per defunctum consideratæ ibi: *Promettendomi tanto dell'amore, che mi ha portato, e porta sempre Monsignore suddetto, e della bontà del Padre Generale presente, e che sarà pro tempore*. Ideo,
5 quæ si ipsi de facto usi sunt hac facultate profitendo etiam medio juramento se plenius instructos de voluntate Testatoris, & novam formam dederunt illius dispositioni, censendum est, quod isti alioquin piissimi Viri ad hanc commutationem devenerint, maxime cum bona fide, vel juxta credulitatem suadentem hoc fieri potuisse, & propterea ne R. P. D. Joannes Andreas, qui cohærens voluntati Testatoris, illius, & totam suam substantiam in pios usus erogavit, ex tali commutatione remaneat in damno; sequitur proinde ut officium ab ipso bona fide impartitum, & cum utilitate legatarii etiam explicitum non solum redundare non debeat in ejus præjudicium; imo potius id, quod factum fuit, censeatur factum, ea verisimili Testatoris voluntate, Moner. *de Commut. ult. vol. d. c.* 5. *n.* 56. & Card. de Luc. *de Testam. disc.* 81. *n.* 4. *cum seqq.*

R.P.D. URSINO DECANO.

Romana Salviani.

Merc. 5. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Pro legato competit hypotheca in bonis Testatoris nedum ex potentia legis, sed etiam ex præsumpta Testatoris voluntate, adeout detur utilis Serviana etiam contra Tertium. In dubio censetur, quod Testator voluerit hypothecare bona hæreditaria pro legatis, non vero illa hæredis, etsi dixerit onerare hæredem, cum subintelligatur.

SUMMARIUM.

1 *PRo legato competit actio hypothecaria, cum in legatis hypotheca tribuat per Jus commune.*
2 *Et d. hypotheca non venit ex sola potentia legis sed ex præsumpto judicio Testatoris.*
3 *Et ideo pro legato datur utilis Serviana.*
4 *Etiam si agatur contra tertium possessorem.*
5 *Pro construendis monumentis secundum voluntatem defuncti heredis compelli possunt officio Judicis, & non Jure actionis.*
6 *Adhuc tamen per hoc non excluditur hypothecaria saltem utilis, cum hypotheca Judicis officio accedat.*
7 *Legata facta pro construendis sepulchris inter dispositiones ad pias causas connumerantur.*
8 *Et sic pro illis eo magis competit utilis hypothecaria.*
9 *Testator non præsumitur, quod voluerit sub hypotheca pro legato comprehendere ea, qua ad ejus specialem affectionem pertinebant.*
10 *Contrarium est verius ubi agitur de hypotheca pro relictis in Testamento, quæ exerceri tantum potest post obitum Testatoris.*
11 *In dubio Testator censetur voluisse obligare bona propria, & heredem suum quanto minus fieri potest velle gravare.*
12 *Testator per verba* onero hæredem meum *intelligitur voluisse illum onerare juxta dispositionem Juris, scilicet in bonis hæreditariis, non autem in bonis propriis.*
13 *Forma in Brevi præscripta est ad unguem adimplenda, ita ut aliter gesta non valeat.*
14 *Subrogatio facta super corpore non libero ab omni onere contra mentem Papæ aliquid non operatur in præjudicium creditorum.*
15 *Clausulæ derogatoriæ regulæ de Jure quæsito non tollendo restringuntur ad limites voluntatis in propria dispositione contenta.*

DECISIO XVII.

PRo adimplemento piæ dispositionis demandatæ in ultimis tabulis clar. me. Cardinalis Ludovisii sub his verbis conceptæ: *Onero haredem meum, quod tamen onus non erit illi nisi summo honori, ut corpus Gregorii XV. Patrui nostri funebri apparatu, & pompa, quæ tanto Pontifici de nostra familia, atque adeo de universa Ecclesia præclarissime merito debetur, in Templum S. Ignatii transferat, eumque in tumulo condat, in quo tanti Viri virtus, & cineres deponantur. Meum vero corpus in sepulchro sito ad prædicti Pontificis pedes locetur, ut sicut viventem Patruum vivum nepos sum ex animo veneratus, ita etiam mortuus, eo mortuo subditos, ac supplices cineres habeam.* Agentes Ven. Ecclesiæ S. 1
Ignatii Collegii Romani in Judicio immissionis ex remedio utilis Salviani interdicti ad Villam Pincianam, seu Ludovisiam detentam a DD. sororibus de Ludovisiis, ac Marchione Cæsare Baldinotto, A. C. cui in prima instantia controversia delata fuit, favorabilem Actori immissionis sententiam protulit pro scut. 15000. retrahendis ex fructibus Villæ, ac in Æde sacra deponendis ad effectum illa erogandi in constructionem utriusque tumuli: A qua cum mihi appellationis cognitio delegata fuerit, dato opportuno dubio, *An sit danda immissio*. Super illo hodie Patres consului, & responsum habui: *Dandam esse immissionem*.

Justificata quippe apparuerunt omnia extrema in hoc Judicio necessaria, quia antiqua Testatoris possessio, modernaque reorum non deducebatur in controversiam. Credi- 2
tum vero in genere satis resultabat ex Testamento, & in specie probatur ab attestationibus peritorum, qui longe majorem summam sc. 15000. pro utroque tumulo constituendo necessariam esse autumabant, ut legere est in *Summ. Actoris n.* 3. *&* 4. Et hypotheca tandem derivabat tam a dispositione juris antiqui in *l. creditoribus* 4. *in fin. ff de l.* 1. & moderni *in l.* 1. *C. communia de legat. & in* §. *Nostra in fin. Instit. de action.* quam a præsumpta voluntate disponentis, qui cum voluisse censeatur, ut legata ab hæredibus præstentur, eorum proinde favore inducta dicitur utilis Serviana, seu hypothecaria, ut clare se explicant tam *Justinian. in d. l.* 1. *C. commun. de legat.* ubi ad favendum voluntatibus defunctorum affirmat se fuisse adinventorem hujus hypothecæ legatariæ (licet etiam *in ff adsint leges concordantes*) quã communiter ibi scribentes, dum tenent istam hypothecam non venire ex sola potentia legis, sed ex Judicio etiam Testatorum, ut videre est apud Crot. *n.* 78. & alios passim; sicque communis inolevit opinio pro relictis legatis, ac dispositis in Testamento dari utilem Servianam, seu hypothecariam ex beneficio citatæ legis primæ *C. communia de l.* de qua apud Negusan. *de pignor. in* 4. *in membr. par.* 2. *n.* 250. 3
Pacific. *de Salv. inter l. inspect.* 3. *c.* 4. *n.* 186. magistraliter Merl. *de pign. l.* 36. *tit.* 1. *q.* 15. *per tot.* Mart. Medic. *exam.* 23. *n.* 1. *& seq.* Viv. *dec.* 396. *n.* 1. & tenuit perpetue Rot. cor. Duran. *dec.* 295. *n.* 4. & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 792. *n.* 10. *& seqq. & in rec. dec.* 362. *n.* 3. *p.* 19. etiamsi agatur contra tertium possessorem: quia reprobata est opinio illorum, qui re- 4
tinent actionem pro legato retinere naturam personalis, ut penes Mart. Med. *exam.* 22. *n.* 27. *&* 28. Fusar. *conf.* 52. *n.* 19. *cum seqq.* & subdit. Merl. *de pign. d. qu.* 14. *n.* 17. *&* 18.

Licet autem speciale sit in jure, quod ad constituenda mo- 5
numenta secundum voluntatem defuncti hæredes compelli possint officio Judicis, & non jure actionis, ad Text. *expressum in l. Militis Cod. de relig. & sumpt. funer.* exornatum a Crass. *recepti sentent. tit. de legat. qu.* 74. *n.* 8. *& qu.* 76. *n.* 3. Adhuc tamen non per hoc excluditur hypothecaria saltem utilis, quia eadem ratione, qua compellitur hæres, eadem potest res compelli, & ubi datur compulsio personalis, officio Judicis convenit, ut ad eundem effectum detur compulsio realis; nam hypotheca Judicis officio accedit, ut unani- 6
miter affirmant Bart. *in d. leg.* 1. *n.* 13. *in fin.* Imol. *num.* 2. *vers. item addo* Alex. *n.* 24. Rip. *n.* 66. Jason. *n.* 132. *vers.* 2. aliique apud Pacif. de Salvian. *Inspect.* 3. *c.* 4. *n.* 196. & plene Negusan. *de pignor. d. p.* 2. *membr.* 4. *n.* 157. *ampliat.* 1. *& melius* Merlin. *de pignor. d. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 14. *n.* 31. *& novem seqq.*

seqq. & de veriori, & communiori sententia testatur idem Crass. *in objecto laudato dicta q.76.n.3.* & Mart. Med. *dict. Exam.* 23. *n.*28.

Talisque intellectus, & fortius militat, quia nostra quæstio versatur in dispositione, seu relicto ad pias causas, in quo ampliative procedit sanctio legis primæ *C.communia de legat.* ibi præcipue cum talia sint legata, vel fideicommissa quæ piis actibus sint deputata, & advertit sæpius citatus Merlin. *de pignor. d. qu.*14.*n.*29. Ideoque cum legata facta pro construendis sepulchris connumerentur inter dispositiones ad pias causas, ex sententia Imol. *in l.*1.§.*fin. ff. ad l. Falcid.* Dian. *p.*7. *tract.* 6. *de Testam. privil. ref.*31. *ad fin.*
8 & Murg. *de sepult. tom.*1. *tract.* 5. *disp.*6. *n.*2. pro illis citra controversiam utilis hypothecaria concedenda venit.

Nec subsistit, quod data etiam competentia hypothecariæ illa exerceri minime valeat adversus Villam Pincianam uti rem speciali affectioni Testatoris pertinentem, quamque
9 enim non esset verisimiliter obligaturus, comprehensa proinde non censeatur in obligatione, sive hypotheca generali ad Text. *apertum in l. obligatione generali, & tribus seqq. ff. de pign.* Nam quidquid sit, an exceptuatio dictæ legis verificetur solum in iis rebus, quæ sunt de ministeriis necessariis hypothecantis, utpote supellectilibus, vestibus, mancipiis, aliisque consimilibus, vel etiam comprehendat res ratione simplicis oblectamenti peculiari affectioni pertinentes: Difficultas tollitur in casu, quia obligatio generalis bonorum est collocata post mortem obligantis, quo casu cum cessat ratio, vel necessarii usus, vel peculiaris affectionis, cessat etiam dispositio dictæ legis obligatione generali; ideoque in
10 hypotheca oriente ex legato, vel ex dispositione per ultimam voluntatem omnia indistincte comprehenduntur, cum revera post mortem nulla remanere necessitas, & nulla considerari possit affectio pro usu Testatoris, quæ idcirco apta est impedire usum utilis Servianæ, ut bene distinguunt Corn. *cons.*60. *n.*15. *&* 16. *lib.*1. Negusan. *de pign. part.* 2. *membr.* 2. *n.*35. Merlin. *eodem tract. lib.*2. *tit.*1. *q.*54. *n.*20.
11 Minusque urget, quod Cardinalis Testator voluerit tacitam hypothecam pro dicto legato prohibere in bonis propriis, dum ad illius implementum oneravit personam hæredis; siquidem ad hoc, ut hæres dicatur gravatus in bonis propriis necesse est, quod Testator, vel verbis expressis id demandaverit, vel aliunde id deducatur ex urgentibus conjecturis reddentibus rem claram, & manifestam, cum alias in dubio censeatur obligare voluisse bona propria, & hæredem suum, quanto minus fieri potest velle gravare, ad Text. *in l. seq. qu.*70. *ff. de l.*2. *& in l. Lucius* 78. §. *Maritus, ff. ad Trebell.* & optime Rota *dec.* 378. *num.* 2. *&* 11. cor. Priol. *& dec.* 93. *per tot. & signanter n.*10. cor. Duran.

In præsenti autem themate expressa non adest prohibitio hypothecæ in bonis propriis, & tacita deduci non valet ex verbis *onero heredem meum*. quia intelliguntur juxta dispositionem Juris de onere ferendo in bonis hæreditariis, non autem in bonis propriis hæredis, ex firmatis per Rotam *in dec.* 378. *n.*4. 20. *&* 21. cor. Priol. *ubi concord.*
12 Denique vim minime faciebat, quod Villa Pinciana fuerit usque ab anno 1670. data in solutum sororibus de Ludovisiis ex juribus dotalibus Principissæ Constantiæ Matris, pro quibus sicuti obligata erant in subsidium bona fideicommissi, & primogenituræ instituta usque ab ann. 1622. a Duce Horatio Patre, & Cardinale Ludovico filio, ita hypothecata remanserit Villa Pinciana in executionem specialis Indulti san. mem. Urbani VIII. subrogata loco bonorum fideicommissariorum Bononiæ, & Ferrariæ, quæ alienata fuerunt in clar. mem. Cardinalem Bernardum Spadam: Nam Domini ponderarunt originarie Villam Pincianam non fuisse obligatam, nec pro fideicommisso, nec pro constitutione dotium, quia erat in bonis liberis Cardi-
13 nalis, nec fuit primogenituræ supposita: subrogatio vero, quæ facta fuit vigore indulti Urbani VIII. capere nequibat Villam Pincianam, quia cum Papa ordinaverit, ut omnia vincula insidentia bonis alienationis transferrentur super bonis stabilibus in Statu Ecclesiastico existentibus, & ab omni onere liberis *Summ. Collegii n.*6. illa transferri nequibant super Villa Pinciana, quæ ex prædictis libera non erat ab omni onere, sed obnoxia hypothecæ pro constructione monumentorum a Cardinali Ludovisio demandata: Unde cum forma in Brevi præscripta sit ad unguem adimplenda, itaut aliter gesta non valeant, Surd. *decis.*268. *n.*18. Rota cor. Seraph. *dec.*1474. *n.*2. cor. Cavaler. *dec.*612. *n.*16. *& in*
14 *rec. decis.*363. *n.*3. *& seqq. p.*10. *& dec.*46. *n.*5. *& seqq p.*18. subrogatio facta super corpore non libero ab omni onere fuit contra mentem Papæ, nec aliquod operatur in præjudicium creditorum anteriorum, & legatariorum, & prosequitur Rot. cor. Cerr. *dec.* 316. *n.*4. in nihilo obstantibus clausulis, & derogationibus regulæ de *Jur. quæsit. non tollend.* quia illæ restringuntur ad limites voluntatis in propria dispositione contentæ, ut optime Rota *in decis.*48. *n.* 22. *& seqq. & num.*24. ubi de derogatione regulæ de Jure quæsito non tollendo, & ita etiam in *decis.* 1293. *num.* 7. cor. Seraph. *& dec.*165. *num.* 14. *& seqq.* coram san. mem. Alexandro VIII. Ideoque cum mens Papæ fuerit subrogandi solum bona omnino libera, & ab omni onere exempta, illa adimpleta non dicitur Villa Pinciana jam hypothecata favore Actorum, quorum jus ex hac propria ordinatione Papa præservavit.

An vero reæ conventæ pro restitutione dotis maternę in subsidium agere valeant, vel contra bona fideicommissi alienata indulti vigore Urbani, vel contra bona libera Cardin. vigore obligationis ab ipso assumptæ in erectione primogenituræ, visum fuit adhuc illiquidum, & altiorem meteri indaginem, discutiendum proinde in suo peculiari Judicio, minime vero aptum retardare Judicium, Summarii immissionis vigore utilis Salviani juxta notas regulas.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. PIO.

Romana seu Januen. Successionis.

Ven. 19. *Junii* 1693.

ARGUMENTUM.

Licet juxta doctrinam Card. de Luca *de Success. disc.* 4. ut Statutum de successione loquens locum possit vindicare exigatur utraque subjectio; attamen si Testator declaraverit velle ut succedentes ab intestato juxta Statuti dispositionem in ejus hæreditate succedant in omnibus bonis etiam extra ditionem loci Statuti, dispositio Statutaria admittitur, cum eo casu succedentes ab intestato & vocati per Statutum dicantur succedere non ex vi legis, sed ex dispositione Testatoris.

SUMMARIUM.

1 *Declaratio Testatoris, quod in ejus hereditate succedant venientes ab intestato, importat dispositivam voluntatem, ac si illos nominatim instituisset.*
2 *Venientes ab intestato non dicuntur succedere ex voluntate defuncti, sed ex dispositione legis, si defunctus simpliciter declaraverit, quod intestatus volebat decedere.*
3 *Contrarium tenent multi doctores.*
4 *Quoties tamen Testator non simpliciter declaraverit velle intestatum decedere, sed ulterius progrediendo in suos heredes venientes ab intestato designaverit, tunc planum, & compertum redditur istos admitti non ex permissivo legis titulo, sed ex dispositivo defuncti judicio.*
5 *Voluntas Testatoris sive sit voluntas anomala, mixta, vel media, semper est servanda.*
6 *Voluntas Testatoris individua præsumitur, & propterea Jura successionis scindi non debent.*
7 *Stylus debet esse uniformis ad hoc, ut attendatur, & unicus actus difformis sufficit, ut non attendatur.*
8 *Verba & clausula in dispositiva censentur apposita de voluntate dispositionis, & non de stylo Notarii.*
9 *Approbatio importat, ac si omnia Testator de verbo ad verbum dictasset.*
10 *Aditio facta de hereditate tanquam ab intestato delata potest recipere intelligentiam de successione intestata secundum dici, & de testata secundum esse.*
11 *Observantia debet recipi cum ea qualitate, cum qua reperitur, nec scindi valet.*

DECISIO XVIII.

PRæviis tribus decisionibus elaborato, ac luculento calamo extensis, quorum prima edita 23. Junii 1681. & secunda emanata 23. ejusdem mensis 1684. impressæ reperiuntur apud Mensium *consult.* 445. *et* 450. tertia autem, quæ prodiit sub die 6. Aprilis anni 1685. est apud Torre *tract. de majorat. tom.* 3. *dec.* 59. sententiam protulit clar. mem. Cardinalis Matthæjus, qua pronunciatum fuit DD. soro-

sorores de Pallavicinis non esse admittendas cum Nicolao fratre ad coæqualem bonorum successionem Caroli communis parentis, de cujus viribus cum hodie in gradu ulterioris appellationis reintegrata contentione dubitaverim omnibus DD. suffragia ferentibus eidem firmitatis pondus accessit.

Valida nempe non minus, quam justa visa fuit, quanquam validus ex actorum revolutione illico præfulsit, & Justitia ultro paruit ex solidissimis fundamentis, quibus laudatæ decisiones innituntur, & ex eo præsertim, quod cum Carolus post factam revocationem Testamenti ab ipso præcedenter conditi supremam voluntatem, in hæc verba exposuerit, *Et quatenus ab hodie in antea nullum aliud condat Testamentum, Codicillos seu aliquam aliam dispositionem ultimæ voluntatis, dixit, et declarat, quod vult decedere intestatus, quodque in ejus hereditate succedant, seu succedat illi, vel ille, qui ex forma Statuti Genuæ de success. ab intest. succedere debeat*. Inde manifeste efficitur ad illius intestatam successionem invitatos extitisse illum, vel illos, quibus in hoc casu memoratum Januæ Statutum hæreditatem deferebat, & propterea censendum sit, ac si nominatim Nicolaus masculus filiabus ad dicti Statuti legem exclusis fuisset institutus, ex traditis per Cravet. *cons.*
1 145. *num.* 6. Cirocch. *disc.* 725. Surd. *dec.* 128. *n.* 3. *aliosque quos sequitur prior causæ decisio*, §. *Et sane secunda*, §. *Quinimo, et tertia, et* §. *Quando enim*.

Et licet anceps quæstio fuerit inter Jurisperitos, & semper in utranque partem agitata, An scilicet ratio decedendi ab intestato importet voluntatem dispositivam favore illorum, qui ab intestato succedunt, multis cum Baldo *in l. Sancimus C. de testam.* negativam opinantibus, & videre
2 est, ex late recollectis per Spad. *cons.* 336. *lib.* 3. plerisque autem Bartolo suffragando *in l. Jure ff. de legat* 3. præstationibus argumentis in affirmativam concedentibus inter quos sunt, Alex. *l. Si ita script.* 13. §. *Regul. n.* 4. *in princ.* Eugen. *cons* 92. *n.* 27. *vers. Non obstat*, *et n.* 20. Becc. *cons.* 137. *nu.*
3 19. Buccaler. *resp.* 57. *n.* 25. Arguel. *de acq. poss. q.* 4. *n.* 107. *et seq.* & signanter *n.* 113. Surd. *dec.* 128. *n.* 3. Matt. *de success. legal. p.* 4. *art.* 1. *n.* 24. *in fine*, omnes nihilominus fere consentiunt, quod ubi Testator prout in subjecta facti specie contentus minime fuerit simplici declaratione, quod volebat intestatus decedere, sed ulterius progrediendo in suos hæredes venientes ab intestato designaverit demandando nimirum, *quod in ejus hereditate succedat, vel succedant ille, vel illi, qui ex forma Statuti Januæ de success. ab intest. succedere debent*, tunc planum, & compertum redditur istos admitti non quidem ex permissivo legis titulo, sed ex dispositivo expressoque defuncti judicio, quemadmodum specialiter casum a casu distinguendo declarant Berous *cons.* 3. *nu.* 3. *lib.* 2. Eug. *cons* 71. *&* *cons.* 92. *n.* 19. *&*
4 25. *vol.* 2. Surd. *d. dec.* 128. *sub n.* 3. *vers. Quod enim*, Franc. *dec.* 287. *n.* 3. cæterique ad satietatem congesti in secunda decisione Card. Matthæi, §. *Certe autem*.

Absque eo, quod in contrarium negotium facessat, quod dispositio in hunc modum concepta vere, ac proprie nuncupari nequeat Testamentum, ex eo quod ad invicem inter se contrarientur quenquam Testamentum revocando velle intestatum decedere; ac insimul testatum per dispositivam voluntatem vocandi illos, qui ab intestato succedebant, quandoquidem apertissime cessare videbatur inter utranque diversam causam testati, ac intestati, quippe quia bene comparitur, quod Carolus in secunda dispositionis parte exoptaverit admissionem masculi, qui secundum præscriptam a Januensi Statuto formam feminis remotis in assequenda hæreditate præferebatur, atque in alia priori exaratum a se Testamentum irritum, cassum, & revocatum voluerit; cumque igitur ex hoc actu Caroli voluntas, quæ momentum facit clara nullaque indigens interpretatione insurgat, nil refert quo nomine insigniri debeat, vel enim illam voluntatem mediam mixtam, seu anomalam arbitrari velimus, aut novissimum elogium illud semper constans, & inconcussum erit, quod haberi debet ultima voluntas omnino proinde
5 servanda, debitæque executioni demandanda, ut post Torr. *de pact. futur. succes. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 26. *cum seq.* Barr. *de testam. in explicatione l. Hac consultissima*, §. *Si quis autem n.* 9. *in fin.* aliosque advertit Rot. *in d. secunda dec sub* §. *E converso*.

Qua sane dispositiva Caroli voluntate testandi ad formam Statuti Januæ sufficienter comprobata, eaque satis superque vendicata a contrariis objectionibus ex responsionibus in omnibus decisionibus Card. Matthæi inculcatis, quas his retexere supervacaneus labor existimatus fuit, nil proficeret ubi iterum repeteretur, quod dispositio Caroli restringenda sit ad bona duntaxat Ditioni Januensi subjecta, neque ullam extensionem patiatur, adeoque reliquum ipsius Caroli opulentissimum Patrimonium in pluribus Mundi partibus existens, quoad hæredis admissionem regulari debere a Juris communis sanctione, quæ ad masculorum, ac feminarum favorem militat: quia cum Statutum Januæ nominatim feminas excludat, etiam a bonis extra illius Ditionem existentibus, & Carolus, ut superius præmisimus, per hujusmodi testandi modum Nicolaum filium in suum unicum hæredem adsciverit, opinari quidem debemus eam ejusdem Testatoris enixam voluntatem fuisse, quo integra hæreditas in præfatum Nicolaum masculum devolveretur, absque ulla penitus locorum restrictione, in quibus hæreditaria bona aderant sita, ne contra regularem propositionem, quæ pro individuitatem voluntatis Testatoris assistit, Juta successionis scindatur per ea, quæ docent in terminis hujusmet Statuti Marclan. *cons.* 1. *n.* 171. Card. de Luca *de successione ab intestato disc.* 4. *n.* 16. Rota coram Cavaler. *decis.* 437. *n.* 2. & coram Priolo *dec.* 436. *n.* 9. & in sæpe citata secunda causæ *dec.* §. *Nec juvare atque in postrema*, §. *Haud quidquam*, tantoque magis, quia ad feminarum exclusionem in solis bonis Januæ exuberasset testamenti revocatio, absque eo, quod opus fuisset adjicere verba illa *quodque in ejus hereditate etc.* quæ ad hoc, ut inutilia, ac superflua stare non debeant, operari pernecesse tenentur indefinitam atque absolutam exclusionem earundem feminarum in omnibus, & quibuscunque bonis a Carolo ubique locorum possessis, ut bene prosequitur Rot. *in d. dec.* 2. *sub recensito*, §. *Nec juvare*.

Neque majus adjumentum suggerere posset assertus stylus Notarii Lavagnini, cui consuetum fuisse prætenditur in 6
omnibus testamentorum revocationibus præter Testatorum mentem adnectere verba *illa quoque in ejus hereditate*, tum quia stylus iste per simplices extrajudiciales fides subscriptas a Testibus, vel nimia animositate notatis, se seq; retractantibus, ut sunt Taxarel. aliiq; vel perfecte mendaciis personam implentibus, inter quos percipuus Canisia concludenti probationum genere adhuc demonstratus non fuit, tum quia subruitur, nedum ex juratis attestationibus 51. Notariorum, ac 12. Jurisconsultorum Civitatis Januæ hujusmodi verborum appositionem fieri solitam de eorundem Testatorum voluntate fidem non indubiam facientium, verum etiam ex istis geminis revocationibus Testamentorum a Lavagnino stipulatis, ex quibus liquet difformiter venientes ab intestato vocatos fuisse, qua concurrente difformitate prætensus stylus remanet interversus, atq; exclusus, ad quod unica solita 7
difformitas apta a DD. reputatur, Nat. *cons.* 155. *n.* 27. *et* 28. Surd. *cons* 393. *n.* 24. Caten. *res.* 25. *n.* 64. & decidit Rota *in rec. dec.* 390. *n.* 8. *et* 9. *p.* 16. *et dec.* 80. *n.* 6. *p.* 18. atque observat *decisiones Causæ prima nempe*, §. *Superfluum etiam*, *et ultima*, *Minus recurri*; tum etiam quia non agitur hic de clausulis, & abbreviaturis, in quibus revera cadit Notariorum stylus, sed de parte essentiali dispositiva, in qua idem stylus nequit verificari, ut Notarius a falsi pœna liberetur, qua certe plecti posset, si aliqua ex se, & non ad Testatoris jussum apposuisset, *ut relatis decisionibus* 76. *n.* 21. *et* 107. *n.* 2. cor. Coccino firmat *eadem secunda decisio*, *Quamobrem*.

Atque ulterius ne aliquid innuendum superfit, non deficit expressa Caroli approbatio; is enim post auditum per extensum rogitum Notarii Lavagnini respondit: *E così dico*, 8
cui quidem specificæ approbationi tantum roboris inesse videtur, ut verba ad Statutum relativa tametsi de Notarii stylo extitissent adjecta, attamen propria ipsius Testatoris evasissent, perinde ac si ab eodem dictata, atque conscripta fuissent, ex notatis per Vivium *com. opin.* 865. *n.* 9. Castill. *contr. cap.* 48. *n.* 26. *lib.* 4. Capon. *contr.* 50. *n.* 25. quos refert, & amplectitur Rota *in prima decisione*, *sub* §. *Quod penitus*, *et in secunda decisione*, §. *Quinimo*.

Parique postremo facilitate eliditur alterum objectum 9
consistens in observantia, quod radicitus sublatum dignoscitur in secunda decisione §. *Sicuti etiam*, & in tertia, §. *Objectum*, quoniam licet Notarius, ut tutores Nicolai hæreditatem Caroli adiverint tanquam ab intestato, actus iste suam recipit intelligentiam de successione intestata secundum dici, & testata secundum esse, ad Socc. *Theorica in Rubrica ff. de acquir. succes.* & cum DD. Sorores hucusque uni- 10
cum Patris hæredem Nicolaum judicaverint observantiam adducere non valent, nisi cum hac qualitate, cum qua debet acceptari ne scindatur, Rot. cor. Merlin. *dec.* 138. *n.* 6.

Ex quibus approbando in omnibus tres decisiones utra- 11
que parte acriter informante emanatas coram Cardinali Matthæjo, ita DD. de Rospigliosis hodie tantum informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana seu Januen. Successionis.

Ven. 18. Junii 1694.

Non indiget Argumento, cum illud in præcedenti reperiatur Decisione.

S U M M A R I U M.

1 *TEstator declarans, quod vult, quod in hæreditate succedant venientes ab intestato secundum dispositionem Statuti ejus Patriæ, censetur, ac si nominatim vocavisset personam, cui per Statutum defertur successio.*

2 *Eo casu dispositio statutaria habet locum in bonis ubilibet existentibus.*

3 *Statutum porrigit vires ultra Territorium statuentium, ubi cum ipso conjungitur voluntas defuncti.*

4 *Testamentum seu alia quævis dispositio celebrata secundum mores, & ordinationes unius loci suffragatur, ac valet etiam in aliis.*

5 *Dictio* ab *adjecta præsenti tempore operatur ejus separationem, & exclusionem.*

6 *Qualitas intestati verificari valet, vel in Testamento revocato, vel in institutione venientium ab intestato.*

7 *Testator mandans, ut habeat locum successio statutaria, non dicitur neque facere Testamentum, neque nominatam speciem ultimæ voluntatis, sed dicitur voluntas quædam media.*

8 *Ex circumstantiis potest probari, quod Testator ex explicata voluntate favore succedentium ab intestato, per Testamenti revocationem non simpliciter voluerit rem redigere ad causam intestati.*

9 *Ad effectum aperiendi successionem venientibus ab intestato sufficit revocatio Testamenti sub explicita causa voluntatis decedendi ab intestato.*

10 *Testator, si ultra revocationem Testamenti dixerit, quod succedant venientes ab intestato, isti dicuntur succedere ex voluntate Testatoris.*

11 *Successio defertur etiam feminis, si istæ a Statuto ubi bona reperiuntur sita non sint exclusæ.*

12 *Non præsumitur, quod Testator voluerit scindere hæreditatem in detrimentum splendoris ejus familiæ.*

13 *Dictio* & *etiam ponitur inter orationes independentes, ac separatas, & æque principaliter copulatas.*

14 *Et potest stare nedum expositive, sed etiam argumentative.*

15 *Verba* dicit, & declarat *sunt dispositiva.*

16 *Verbum* Volo *præsefert dispositionem.*

17 *Ad tollendum stylum sufficit unius actus difformitas.*

18 *Testator cum approbatione Testamenti omnes Notarii deductiones, ac narrativas facit suas.*

19 *Observantia, quæ elicitur ex factis, prævalet alteri, quæ desumitur ex verbis.*

20 *Declaratur* Text. in l. si quis ita ff. de hæred. instituen.

21 *Declaratur* in l. qui autem, §. plane; & §. non simpliciter ff. si quis omiss. caus. Testam.

22 *Declaratur* Schad. in nostra C. de Testam.

23 *Declaratur* Dec. cons. 182. & Soccin. cons. 124.

D E C I S I O XIX.

REvocatis ad trutinam in hac tertia Instantia coram me binis sententiis, altera per bon. me. Cardinalem Matthæjum prævis decisionibus editis 3. Martii 1681. 28. Junii 1684. & 6. Aprilis 1685. & altera per R. P. D. meum Pium prævia decisione edita die 19. Junii præteriti promulgatis, denegantibus Magdalenæ, & Mariæ sororibus Pallavicinis admissione una cum Nicolao fratre ad intestatam successionem in bonis Caroli communis Patris, resolutio prodiit illarum confirmatoria, quia de eatum validitate constat ex revolutione actorum, juxta *dec. Caputaquen. 262. part 2.* ac de Justitia ex eo, quod Carolus anno 1663. coram Notario, & quinque Testibus, quæ sunt solemnitates in ordinandis Testamentis per Statutum Januæ requisitæ, Testamentum præcedenter a semetipso conditum revocavit sub expressa ratione, quod voluit intestatus decedere, & in sua hæreditate succedere eum, vel eos, qui ex forma Statuti Januæ de successionibus ab intestato succedere debent, ut ex ejus formalibus verbis, ibi, *Tenore præsentis revocavit, cassavit, & annullavit, revocat, cassat, & annullat omnia Testamenta, Codicillos, Donationes causa mortis, & alias quasvis dispositiones ultimæ voluntatis per eum hactenus factas &c. Et quatenus ab hodie in antea nullum aliud condat Testamentum, Codicillos, seu aliquam aliam dispositionem ultimæ voluntatis, dicit, & declarat, quod vult decedere intestatus, quodque in ejus hæreditate succedat seu succedant ille, vel illi, qui ex forma Statuti Januæ de successionibus ab intestato succedere debent, & in omnibus, ut supra cassat, revocat, & annullat, atque declarat omni meliori modo.*

Hujusmodi enim revocatio, vel est novum positivum Testamentum Caroli, & institutio Nicolai filii, qui ex Statuto Januæ vocatur ad intestatam Patris hæreditatem, exclusis filiabus, & respective sororibus, ut in puncto revocationis Testamenti facta sub ea ratione, quod succedant venientes ab intestato, firmat Aretin. *in l. heredes col. 2. in fin. vers. Sed quando Testator dixit ff. de Testam.* Curt. Jun. *cons. 163. n. 3.* Bero *cons. 3. n. 3. lib. 2.* Becc. *cons. 137. n. 19.* Ripol. *var. resol. cap. 13. n. 154. & seqq.* Castill. *contr. Jur. lib. 4. cap. 34. n. 20.* Barry *de success. lib. 10 tit. 1. n 35. in fin.* Franch. *dec. 287. n. 3.* Vel certe clarum, & irrefragabile Judicium Caroli, quod ejus hæreditas deferatur secundum ordinem succedendi præscriptum in Statuto Januæ, quod idem est ad effectum, de quo agitur, & absque alio Testamento, sufficit ad extendendam Statutariam successionem ad bona ubilibet existentia, ut præcise tenet Bellon. Jun. *cons. 74. n. 121. & pluri b. seq.* & conferunt tradita per Rolandin. Passager. *in tract. de codicill. cap. 2. num. 3. inter tract. diverf. de success. fol. 376.* Reumer. *eodem tract. cap. 6. n. 16. & 20.* nam licet Statutum vires non porrigat ultra Territorium statuentium, porrigit tamen ubi cum ipso conjungitur voluntas defuncti, quæ tanquam Regina dominatur, & executioni demandari debet ubique locorum, ut concludunt Giovagn. *cons. 47. n 2. leg. 2.* Marcian. *cons. 1. num. 171.* qui in terminis Statuti Januæ, de Marin. *resol. 141. n. 6. lib. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 8. n. 14.* Bellon. *de jur. accresc. cap. 10. qu. 2. num. 13.* Surd. *dec. 329. n. 24. in fin.* Rota *dec. 437. n. 2.* cor. Cavaler. *dec. 447. n. 12. & seqq.* coram Merlin. *& dec. 436. n. 9.* coram Priolo, Præsertim stante Statuto Januæ, quod in omnibus dispositionibus, atque ultimis voluntatibus, spretis formulis seu conclusionibus Juris, mandat fieri, prout voluit defunctus, sive Testator; Testamentum quippe, seu alia quævis dispositio celebrata secundum mores, & ordinationes unius loci suffragatur, ac valet etiam in aliis, ut relatis concordantibus dictum fuit, Rota in *Amerina fideicommissi 28. Junii 1679. §. Nec obstat*, coram bon. mem. Card. Vicecomite.

Hinc nihil relevat, quod Carolus professus fuerit, quod quatenus ab eo temporis momento, quo revocationem exequebatur, Testamentum, seu aliam dispositionem ultimæ voluntatis non condidisset, volebat intestatus decedere ibi - *& quatenus ab hodie in antea &c.* & ideo videri nequeat actu testasse, seu disposuisse, dum Testamentum, seu dispositionem sibi in futurum præservavit sub conditione quatenus illam fecisset; tum quia conditio illa *quatenus ab hodie in antea &c.* non negat, sed ponit potius in eo instanti Testamentum, seu dispositionem, cum dictio *ab* adjecta præsenti tempori operetur ejus separationem, & exclusionem, ut notat Mandell *cons. 157. nu. 18. & seqq.* Gratian. *discept. 161. num. 4. & dec. March. 124. n. 4.* Magon. *decis. Florent. 8. n. 7.* Rota *dec. 75. n. 15. p. 2. diverf.* Tum etiam quia qualitas intestati verificari valet, vel in Testamento tunc revocato, vel in institutione venientium ab intestato, quæ efficit, ut successio alioquin testata, aliquo modo, materialiter, & secundum dici reputari valeat intestata, juxta Theoricam Soccin. Jun. *in Rubric. digestorum de acquirend. possess. n. 126. & seqq.* Et semper urget, quod Carolus velle potuit intestatus decedere, hoc est sine solemni Testamento, aut nominata ultimæ voluntatis dispositione, & nihilominus relinquere voluntatem successionis Statutariæ prælectivam, quæ non est neque Testamentum, neque nominata species ultimæ voluntatis, sed voluntas quædam media, cujus in similibus terminis meminerunt Baldus *cons. 29. in fin. lib. 3.* Eugen. *cons. 71. n. 19. et 25. lib. 2.* Vasquez *de success. creat. lib. 2. §. 16. requis. 20. n. 88.* Caut. *de Testam. ad explicationem leg. hac consultissima §. Si quis autem n. 9.* quæ non modo non destruit, sed imo favet, & adjuvat causam intestati.

Minus

8 Minus subsistit, quod voluntas per Carolum explicata favore succedentium ab intestato non sit dispositiva, sed permissiva duntaxat, & explicatio ejus, quod tacite inerat, ac futurum fuerat redacta re per Testamenti revocationem ad causam intestati; quoniam hoc excluditur ex pluribus circumstantiis, quas potissimum hac in re statuenda spectari debere, monet Soccin. Jun. *cons.* 145. *num.*1. *lib.*2. Eugen. *cons.*72. *n.*16. *lib.*2. Et primo quidem ex eo, quod Carolus non modo revocavit Testamentum sub explicita causa voluntatis decedendi ab intestato, quod satis fuisset ad effectum sustinendi revocationem, & aperiendi successionem venientibus ab intestato, juxta doctrinam Bart. magis communiter receptam *in l. si jure n.*3. *ff. de legat.*3. sed ulterius adjecit, quod succedant venientes ab intestato, cujusmodi adjectio otiosa remaneret, nisi favore hæredum institutorum importaret voluntatem dispositivam, argum. Text. *in leg. si quando ff. de legat.* 3. Ofasch. *decis.* 141. *n.*4. Secundo, quia Carolus voluntatem suam

10 contulit non simpliciter erga succedentes ab intestato secundum censuram Statuti Januæ, & consequenter cum diverso modo futurorum sibi hæredum successionem expresserit, quam qui de jure inhæsisset, quia nempe in bo-

11 nis sitis extra Territorium Januæ successio deferenda fuisset ad formam juris communis etiam filiabus feminis, ut per Bellon. *de jure accresc. cap.* 10 *qu.*2. *num.* 1. ejusmodi expressio pernecesse facit dispositionem, ut asserit Mantic. *de conject. lib.*7. *tit.* 18. *n.*4 Carcer. *variar. resol. part.*3. *c.*21. *n.* 321. Et tertio demum, quia præsumi nequit, quod Carolus intellexerit, ac voluerit scissuram bonorum suorum facere, eaque partim masculo, & partim feminis relinquere in detrimentum splendoris domus sustinendi, & conservandi per masculum, ut arguit Bellon. *d. cons.* 74. *n.* 127.

12 Nec in contrarium urget, quod Carolus nuncupationem succedentium ab intestato fecerit immediate post expressam voluntatem ab intestato decedendi conjunctis orationibus per mediam copulam, ibi: *Dicit, & declarat, quod vult decedere intestatus, quodque in ejus hereditate succedat &c.* quasi quod ideo videatur posteriorem hujusmodi orationem priori subordinasse pro prioris effectu magis designando, quam nova dispositione, & rursus, quod usus fuerit illis verbis *Dicit, & declarat*, quæ non dicuntur disponere; Quoniam subordinatio non oritur ex simplici conjunctione per viam copulæ, quæ etiam ponitur inter orationes independentes, ac separatas, & æque principaliter copulat ad Textum *in leg. Reos*, §. *Et eum inhabiles*, *ff. de duobus reis*, Gratian. *cons.* 37. *num* 6. *lib.*2. Rot.

13 *decis.*710. *n.*6. cor. Pamphil. Et non solum stat expositive, sed etiam argumentative, *l. Ea tamen adjectio*, *ff. de legat.* 3. Rota *in Maceraten. fideicommissi* 10. *Decemb.* 1685. §. *Quoniam*, cor. bon mem. Benincasa. Signanter quando (prout hic) diversi sunt effectus, ac personæ comprehensæ in utraque oratione, quia scilicet (ut præfertur) vigore primæ succedendum foret in bonis extra Territorium Ja-

14 nuæ per filios tam masculos, quam feminas ad formam juris communis, & vigore secundæ per masculum tantum ad formam Statuti, ut cæteris adductis advertit Rota *in Bononien. fideicommissi, de Pandinis* 3. *Decembris* 1685. §. *Independens*, cor. R.P.D. meo Ursino, & verba *Dicit,*

15 *& declarat*, sunt dubio procul dispositiva, cum nihil aliud sit dispositio, quam voluntatis declaratio, Caball. *cons.*106. *n.*32. Rota *dec.*475. *n.*16. cor. Buratto, maxime

16 subsequente verbo *Vult*, quod & ipsam præsefert dispositionem, ad Textum *in l. Pamphilo*, §. *Propositum*, *ff. de legat.*3. Cephal. *cons.* 547. *num.*18. & 28. Rub. *de Testam. cap.*6. *num.*179. *& seq.*

Simili modo non refragatur observantia desumpta sive ex stylo Notarii de revocatione rogati, sive ex actibus gestis post mortem Caroli; Non quidem illa desumpta ex stylo Notarii, quod nimirum sub eisdem verborum formulis stipulari, & extendere consueverit simplices revocationes Testamentorum; Quoniam stylus tollitur ex eo, quod Notarius revocationes hujusmodi stipulatus fuit, &

17 extendit quandoque etiam cum simplici vocatione venientium ab intestato absque relatione ad Statutum, & quandoque cum vocatione eorum, qui de jure naturæ succedere debent; Ad tollendum enim stylum, præsertim particularis personæ, sufficit unius etiam actus difformitas, Surd. *cons.*393. *n.*24. Grat. *discept.* 79. *n.*9. & 10. Rot. *dec.* 271. *n.* 22. coram san. mem. Alexandro VIII. imo quando etiam stylus adesset, non relevaret, quoniam ex duobus Testibus Instrumentariis constat, quod Carolus post lectam sibi per extensum Testamenti revocationem subdit, *E così dico*, quibus verbis omnes Notarii deductiones, ac narrativas fecit suas, ad tradita per Dec. *cons.* 653. *num.* 6. Beto *cons.*16. *n.*20. *lib.*1. Menoch. *cons.*37. *n.*12. Neque altera desumpta ex actibus gestis post mortem Caroli, quod 18 scilicet Notarius ipse de revocatione rogatus, mortuo Carolo promulgaverit edictum, quod qui sciret an ipse decessisset testatus, vel intestatus, revelaret, ac receperit Testes super obitu Caroli absque ulla dispositione ultimæ voluntatis, & ab intestato, quodque Nicolaus auctoritate Magistratus, atque tutelæ in hæreditatem Caroli adiverit ab intestato, tanquam hæres ab intestato curaverit in sui faciem transferri loca Montium Urbis hæreditaria, quia (præter quod terminus intestati non est totaliter absonus a successionis genere, de qua agitur, ex superius adductis mixtæ inter testatum, & Intestatum) cuncta cessant ex eo, quod Nicolaus solus, donec in humanis egit, in hæreditate patris accessit, eaque potitus fuit, exclusis sororibus, quæ alias præcisive a patris dispositione in bonis Statuto Januæ non subjectis succedere debuissent; Observantia enim, quæ secum trahit substantiam rei, & ejus 19 effectum, præferri debet ei quæ sistit in nomine, sine verbis ad Text. 10. *cap. Dilecti*, *ubi Gloss. in verb. Facto de appell* Rota *decis.*169. *n.*71. *& dec.*328. *n.*10. *p.*18.

Denique non obstant auctoritates in oppositum cumulatæ; nam quatenus pertinet ad juris sanctiones, Textus 20 *in l. Si quis ita* 82. *ff. de hered. instit.* loquitur in casu, quo legitimus hæres fuerat simpliciter in conditione positus, qui non dicitur dispositive vocatus, cum quæ sunt in conditione, non sint in dispositione, ut declarat Imol. *in d. l. sub n.*3. Alciat. *cons.*21. *n.*4. *lib.*1. *& cons.*6. *n.*2. *lib.*7. Rimin. Jun. *cons.*21. *n.* 11. *& seqq. lib.* 1. Casanat. *cons.*45. *n.*15. & Textus *in l. Qui autem*, §. *Plane*, *& §. Non simpliciter*, *ff. si quis omiss. causa Testam.* loquitur in casu, quo defunctus causam testati specifice contradistinxerat a causa intestati, volens legitimum hæredem in Testamento scriptum 21 etiam ab intestato succedere. Quo vero ad scripta Doctorum, Sichard. *in l. Nostra* 30. *prope fin. C. de Testam.* hoc solum, ait, quod scissio seu laceratio Testamenti facta, ut bona perveniant ad hæredes ab intestato, vitiat ipso jure tam institutiones, quam legata contenta in Testamento scisso, seu lacerato. Et Dec. *cons.* 182. una cum Socc. Jun. qui in eadem causa contrarium consuluit *cons.*124. *l.*1. disputant solum articulum, an legata relicta in ultimo Testamento, debeantur stante clausula derogatoria apposita in priori revocatione, non autem an voluntas, quod 22 succedant venientes ab intestato patefacta in Testamenti revocatione sit solum permissiva, vel etiam dispositiva, præsertim quando (quod fundamentum est in hac causa semper antea oculos habendum) diversimode contemplata, ac volita fuit ab intestato successio, quam cessante hominis declaratione, seu voluntate futura fuisset de jure communi.

Et ita in reliquis approbando deducta in præcedentibus 23 decisionibus bon. mem. Cardinalis Matthæi, ac R. P. D. mei Pii omnibus suffragantibus decisum fuit &c.

R.P.D. URSINO DECANO.

Firmana Successionis.

Mere. 4. *Julii* 1697.

ARGUMENTUM.

In hæreditate fraterna æqualiter fratres, & sorores de jure succedunt quacunque sexus sublata differentia. Statutum exclusivum feminarum, quod vel tantum excludat a successione dotantis, vel non disponat quod unica dotatio sufficiat pro universali successione vires non porrigit ultra dotantis hæreditatem. Statutum Urbis quo ab universali excludit successione non comprehendit forenses, cum requiratur utraque subjectio personarum, & bonorum, seclusa qualibet Statutorum conjunctione, ut unum suppleatur defectum alterius pro feminarum exclusione ad casum *dist.*4. *de Success.* Card. de Luca. Statutum Urbis feminarum exclusivum non comprehendit personas Ecclesiasticas, & licet fa. me. Innocent. XI. extenserit virtutes Statutorum in hac parte ad quascunque personas etiam privilegiatas, attamen Constitutio non attenditur quoad hæreditates delatas ante illius editionem.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *FRatres, & sorores succedunt aequaliter in haereditatem praedefuncti fratris.*

2 *Statutum excludens feminas ab haereditate dotantis, vel non disponens unicam dotem sufficere pro universali exclusione non extendit ejus vires extra dotantis haereditatem.*

3 *Sub Statuto feminarum exclusive non includuntur forenses, cum exigatur utraque subjectio personarum et bonorum, seclusa qualibet conjunctione Statutorum, ut unum suppleat defectum alterius pro feminarum exclusione.*

4 *Statutum non comprehendit Clericos & personas Ecclesiasticas, si de illis expresse non loquatur.*

5 *Constitutio f. m. Innocentii XI. Statutorum declarativa, et extensiva ad quascunque personas privilegiatas non habet locum quoad haereditates ante editam Constitutionem delatas.*

6 *Renunciationes ut odiosae stricto jure sunt intelligendae, itaut non comprehendant haereditatem ab intestato deferendam.*

7 *Renunciatio favore certa persona emissa per illius praedecessum evanescit.*

D E C I S I O XX.

1 ASpirante Monasterio S. Laurentii terrae Amenduae pro una ex quinque partibus ad successionem intestatam Marini Contucci sine filiis defuncti, ex persona Veronicae ejus sororis, in dicto Monasterio Professae, Judicium immissionis, vigore interdicti quorum bonorum instauravit coram Eminentissimo Thaurusio, tunc A C. Locumtenente a quo voti factum compos, hodie coram me consimilem favorabilem obtinuit resolutionem, sub dubio, quod disputari curavit, an sit concedenda immissio. Habet quidem Monasterium ex persona Veronicae sororis intentionem fundatam pro commissione assequenda, quia cum Marinus sine filiis ab intestato decesserit, jus succedendi in ejus haereditate pro aequali devolvitur ad fratres, & sorores superextantes, quacunque sexus sublata differentia, ad notissimos Text. *in Auth. Cessante, et*
2 *in Auth. post fratres C. de legit. hared.*

Nec ad arcendum a successione Monasterium, ex persona sororis relevabat vel Statutum Amandulae *lib. 2. rubr. 10. excludens feminas dotatas, vel alteram Urbis nostrae cap.* 146. consimilem continens exclusionem, quia illud, cum tantum excludat ab haereditate dotantis, nec disponat unicam dotationem sufficere pro universali exclusione, ad firmata in terminis hujus Statuti per Rotam *dec. 273. n. 2. part. 15. rec.* vires non porrigit ad casu nostrum, in quo non agitur de haereditate dotantis, sed fratris, qui non dotavit, nec dotare tenebatur, stante superexistentia Marini Patris,

Statutum vero Urbis *dicto cap.* 146. nec est operativum in themate, quia, cum Veronica, ac caeteri fratres excludentes, excepto unico Donato Curiem sequente, essent forenses, nec subditis Statuto, apti non sunt comprehendi sub exclusione statutaria, cum ad illam verificandam omnino requiratur utraque subjectio personarum, nempe bonorum, seclusa qualibet conjunctione Statutorum, ut unum suppleat defectum alterius pro feminarum exclusionem, ut relatis concordantibus plenissime Rota cor.
3 Merlin. *dec.* 353. *n.* 40. *et seq. et dec.* 462. *n.* 9. *et plur. seqq: part.* 11. *rec.*

Idque potissimum in praejudicium Monasterii Actoris, quia Statutum Urbis in hac parte feminarum exclusiva, ex defectu voluntatis, personas Ecclesiasticas non comprehendir, cum de illius non loquatur, nec facta sit illorum explicita, minusque verbalis expressio, prout opus esset ad hoc, ut dispositio statutaria ad Clericos caeterosque exem-
4 ptos traheretur, juxta communem opinionem, de qua Rota cor. Bich. *dec.* 626. *per tot. et in rec. dec.* 404. *numer.* 16. *part.* 16. *et in dec.* 728. *nn.* 6. *et seq. et decis.* 753. *num.* 2. *et seq. part.* 17. *et alibi passim.*

Haud refragante Constitutione san. me. Innocentii XI. Statutorum declarativa, & extensiva ad quascunque personas privilegiatas, quia cum illa ex tenore literae verificari vebeat in successoribus imposterum, & post praesentem
5 publicationem aperiendis, & deferendis, vigere non debet in haereditate delata anno 1660. per mortem Marini & sic longe ante dictam Constitutionem, ut in terminis dixit Rota *in Romana haereditatis* 27. *Januarii currentis anni* §. *Etenim Maria Anna*, cor. R. P. D. meo Pio.

Prout etiam non resistit renunciatio emissa a Veronica ante professionem: tum quia ex tenore renunciatio ab informantibus apparebat tantum restricta ad bona praesentia, nulla facta mentione de juribus habentibus causam de futuro, quorum proinde respectum operari non valet, cum renunciationes uti odiosae, & stricti juris intelligantur semper de bonis praesentibus, ac de jure de praeterito, nunquam autem comprehendunt haereditatem ab intestato deferendam, & cujus nulla spes aderat de tempore renunciationis, juxta sensum originalem Bartol. *in l. qui Roma* §. *duo fratres nu.* 19. *in me.* 10 *ff. de verborum obligatione*, 6
Torr. *de pactis lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 23. & Rota coram Dunoz. jun. *decis.* 346. *nu.* 26. *et seq.* tum etiam, quia praeferebatur uti personaliter facta Marino Patri, & illius solum contemplatione, Ideoque praedefuncto ante apertam successionem renunciatio evanuit, & renuncianti nihil obstat, ut tenent Theol. *alleg.* 36. *n.* 26. *et* 35. Mans. *cons.* 8. 7
n. 20. Rota post Merlin. *de legit. dec.* 48 *n.* 13. *et* 17. *et dec.* 23. *sub n.* 6. *et seq part.* 15. *rec.*

Et ita Monasterio informante, sororibus vero de Contuccis reis conventis dilationem postulantibus.

R. P. D. P I O.

Sancti Severini Manutentionis.

Ven. 1. *Julii* 1695.

A R G U M E N T U M.

Sub Statuto feminarum exclusivo non comprehenditur haereditas clerici, itaut femina Statuto non obstante succedat ad materiam *disc.* 4. *de Success.* Card. de Luca. Constitutio sa. me. Innocentii XI. quae Statuta etiam ad clericos extendit, non procedit in haereditate delata ante editam Constitutionem.

S U M M A R I U M.

1 *POssessor est in ejus possessione manutenendus.*

2 *Judex injuste procedens o habetur adinstar privati nec quenquam sua possessione expoliat.*

3 *Judex ad quem, cui commissa fuit causa cum clausula alteri cum facultate manutenendi quem de jure potest adversus factum judicis injustum manutentionem concedere.*

4 *Successio aequalibus in pari gradu aequaliter est concedenda, sublata prorsus qualibet agnationis, seu cognationis differentia.*

5 *Statutum laicale quoad successionem haereditatem Clerici non comprehendit.*

6 *San. mem. Innocentius XI. mandavit, quod in universo statu Ecclesiastico singulorum locorum Statuta quoad successiones personas Ecclesiasticas ligare debeant.*

7 *Praedicta Constitutio edita fuit ad effectum consulendi agnationis conservationi, & masculorum favorem respicit.*

Et propterea non se extendit ad Statuta, quae ad praedicta minime prospexerant, num. 9.

7 *Sub nomine proximiorum, & consanguineorum veniunt masculi ac femina.*

10 *Casus a Statuto omissus remanet sub dispositione juris communis.*

11 *Statutum correctorium juris communis ad literam est recipiendum, neque extendi debet de casu ad casum, neque de persona ad personam.*

D E C I S I O XXI.

DEfuncto ab intestato Dominico Rodomonte, illius haereditas ex censura Textus *in* §. *Si igitur il* 2. *vers. hujusmodi vero Auth. de hared ad intest. venien. in stirpes* delata fuit Dorotheae sorori, Catharinae ex Severino fratre nepoti, nec non Joan. Paulo, & Franciscae de Butfertis ex Mercuria altera sorore nepotibus, qui omnes pro indiviso bonorum haereditariorum possessionem judicis authoritate nacti fuerunt, *Summ. num.* 1. verum cum postea insurrexerit Jo: Baptista ex dicto Severino Dominici nepos, ac totam, & integram haereditatem sibi deberi contenderet judi-

judicium Immissionis contra præfatos hæredes coram A. C. instruxit, & citatis tantum dictis Jo: Paulo, & Francisca tertiæ partis d. hæreditatis possessoribus; sententiam favorabilem cum successiva relaxatione mandati de immittendo reportavit, quod statim contra præfatos de Bursettis executioni demandatum fuit; cumque interjecta ex parte eorundem appellatione, Causæ cognitio commissa fuerit R. P. D. Columnæ, iste prævia revocatione sententiæ A. C. mandatum de manutenendo favore Actorum concessit hinc ad provocationem Jo: Baptistæ Causa mihi per Signaturam Justitiæ cum clausula. *Alteri cum facultate manutenenda quem de jure delegata*, exquisivi hodie a DD. *An & cui sit danda manutentio*, & Jo: Paulo, & Franciscæ *concedendam esse* responsum fuit.

1 Iidem siquidem decuerunt de eorum antiqua possessione legitime cepta, in qua proinde manuteneri debent, ad Text. *in l. 1. & tot. ff. ut possidetis, & in l. un. Instit. de Interdictis*, eaque minime privati fuerunt per d. mandatum A. C. cum Judex injuste, ut hic, procedens, habeatur adinstar privati, nec quenquam sua possessione expoliat, ex
2 traditis per Grat. *discep. 916. num. 1.* Rot. *dec.* 307. *nu. 6.* cor. Greg. *& dec. 331. n. 2. & seq. part. 19. rec.* & adversus illius factum passim conceditur manutentio, tametsi Causa commissa reperiatur cum dicta clausula. *Alteri cum facultate manutenendi, quem de jure*; Nam de illius natura est nedum executionem faciendam suspendere, verum etiam
3 jam factam irritare, ubi minus legitime facta fuerit, Rota *dec. 268. n. 17. part. 8. & dec. 401. n. 7. part. 19. rec.*

Quod autem judicatum A. C. nimium aperta injustitia laboret, ex eo patefit, quod impartitus fuit immissionem Jo: Baptistæ in totam hæreditatem Dominici, & tamen non nisi pro tertia illius parte concedi poterat; nam existentibus Jo: Paulo, & Francisca in pari gradu Dominico conjunctis eisdem coæqualis successio debetur, sublata prorsus qualibet agnationis, seu cognationis differentia, ut per Text. *superius alleg. in §. Si igitur defunctus*; dixit Rota *decis. 17. n. 13. & per tot. part. 1. rec.*

Neque ad abstergendam manifestæ injustitiæ maculam allegari meretur Statutum Civitatis S. Severini disponens *sub rubr. 75. de succ. ab intest. l. 5.* quod si aliquis, vel aliqua intestatus, vel intestata decedat, bona devolvantur
4 ad proximiores consanguineos ex paterna, seu avi paterni linea descendentes, ex quo deducebatur totam hæreditatem obventam fuisse in dictum Jo: Baptistam Dominici ex Severino germano fratre nepotem; Quoniam cum agatur de hæreditate Clerici, eo quia idem Dominicus Sacerdotali charactere aderat insignitus Statutum hujusmodi tanquam a laicis conditum, aptum non est illius hæreditatem comprehendere, sive statuentium potestatem spectemus, seu quoque inspiciamus voluntatem, quæ a potestate metiri debet, juxta celebrem *dec.* 149. coram san. me. Alex. VIII. & in individualibus terminis hujus Statuti, articulo late ad partes discusso respondit Rota cor. Celso *decis. 248. per tot.*

5 Et quamvis fa. mem. Innocentius XI. ad dirimendas controversias in dies insurgentes super eo, an sub Statutis Laicalibus Clericorum personæ, eorumque hæreditates comprehenderetur, nec ne, provida sanciverit Constitutione impressa penes Card. de Luca *de success. Statutar. fol. 3.*
6 quod imposterum in universo Statu Ecclesiastico singulorum locorum Statuta quoad successiones personas Ecclesiasticas legarent, illorumque hæreditates comprehenderent, perinde ac si quoad hoc eadem Statuta in specifica forma fuissent a Sancta Sede Apostolica confirmata; nihilominus non alias Sanctissimi Principis mens fuit in eadem Constitutione edenda, quam quod consulendi agnationis conservationi, & masculorum favorem respiciendi, in quos per conservationem bonorum familiæ splendor adaugetur, ut expresse præseferunt verba illa. *Cum itaque in nostra Urbe, peneque in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & locis &c. ordinata sint Statuta, per quæ ut agnationum, &*
7 *familiarum nobilitas & decor mediantibus bonis conserventur, intestata successiones agnatis masculis, exclusis feminis, aliisque per eas cognatis intra certos respective gradus deferantur*, atque rursus in alia parte dispositiva, ibi, *decernimus, & mandamus, ut in successionibus imposterum aperiendis & deferendis illa Statuta generaliter, & indefinite prout jacent, ac disponunt ad favorem masculorum de agnatione in universo esse attendi & servari debeant*, & clarius ibi *attenta solum, & generaliter naturali qualitate agnationis, & sexus pro dicto fine assequendo &c.*

8 Hinc datur intelligi manifeste, quod Constitutio præfata nequaquam sit adaptabilis Statuto Civitatis S. Severini *sub rubric. 75. lib. 2.* quæ non est condita favore agnationis, neque feminas excludit, sed duntaxat præcipit reversionem bonorum ad proximiores consanguineos ex linea patris, & avi paterni ad hoc, ut bona regrediantur ad primum statum unde principium habuisse dicuntur, ut ex lectura, & sic sub ejus dispositione præcisa quamvis agnationis contemplatione æque veniunt, ac comprehenduntur masculi, ac feminæ, ut articulo mature discusso alias de simili Statuto firmavit Rota *decis.* 293. cor. Greg. per consequens cessante ratione motiva Constitutionis, cessat quoque & ipsa Constitutio, Rot. coram Bich. *decis. 55. n. 7.* 9

Potissimum autem, quia fundamentalis ratio prænotati Statuti, præsenti casui minime videtur congruere, in eo quippe eatenus sancitur, bona reverti debere ad descendentes ex linea paterna, seu avi paterni, quatenus statuentes supposuerunt eadem bona e paterna linea provenire, propterea que volunt reverti ad eum primævum statum, a quo principium sumpserunt, ut innuimus, & non obscure ostendit verbum illud *revertantur*, quod est reale, & significat originalem præexistentiam bonorum in linea paterna, ut optime ponderat Rot. cor. Carill. *dec. 290. nu. 9.* & cor Bich. *d.* 110. *n.* 4. Unde cum bona hæreditaria Dominici talis non sint qualitatis, utpote quæ ab eodem acquisita fuerunt *d. Sum. n. 5.* in necessarium consequens succedit, quod cesset pro Jo: Baptista præexistentia Juris, ob quam consequi valeat bonorum reversionem, & sic casus iste tanquam a Statuto non determinatus, sed omissus, remaneat sub dispositione juris communis, secundum quam venit decidendus, ad Text. *in l. commodissima ff. de liber. & posth.* Rot. *dec.* 471. *n. 2.* cor. Merlin *& in rec. dec. 46. n. 6. cum seq. d. 357. n. 3. p. 14. d. 369. a n. 2. p. 17. & d. 68. & n. 5. cum seq. & d. 165. n. 6. p. 19.* 10

Absque eo quod recurri queat ad aliam Rubricam 58. prædicti Statuti, relatam a Card. de Luca *in d. tract. de statutariis success.* a qua feminæ dotatæ, ejusque hæredes excluduntur ab hæreditate dotantis; nam cum exclusio feminarum dotatarum non sit indefinita, sed tantum in concursu cum filiis dotantis ibi - *Cum filiis prædictorum, vel alicujus eorum dotantium ipsam mulierem*, atque ibi - *nec etiam venire possit cum filio, vel filiis remanentibus in domo, rebus, & possessionibus defuncti decedentis*, concludenter infertur, quod cum Dominicus, qui erat Sacerdos, nullis relictis filiis, obierit, eadem Rubrica juvari modo nequeat Jo: Baptistæ transversali, ex receptissima non minus, quam regulari propositione, quod Statutum feminarum exclusivum uti juris communis correctorium ad literam recepi debet, neque extenditur ad casum, aut de persona ad personam, ad firmata per Rot. cor. Serap. *d.* 496. *n.* 2. & cor. fa. me. Alex. VIII. *d. 111. n. 30. & ser. & in rec. decis. 323. n. 10. & 11. part. 15. & d. 301. n. 1. & 2. p. 26.* 11

Et ita utraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Romana Hæreditatis.

Lun. 4. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Licet clerici hæreditas, nec quoad successionem subjaceat Statuto laicali, attamen Card. de Luca *de Success. disc. 4.* ait, quod si clericus velit ad formam Statuti disponere illud vindicet observantiam; hujusmodi autem traditio ad hoc, ut sit vera, & applicabilis, præsens decisio decidit, quod voluntas debeat esse clara, & conjecturalis inductio non sufficiat.

SUMMARIUM.

1 *Ad successionem æqualiter proximiores admittuntur, sublata differentia sexus masculini, & feminini.*
2 *Et successio dari debet in capita non in stirpes.*
3 *Statutum feminarum exclusivum non habet locum in hæreditate Clerici, non obstante Constitutione extensiva S. M. Innocentii XI. si agitur de hæreditate ante editam Constitutionem delata, & n. 5.*
4 *Leges, & Constitutiones futura tantum respiciunt non vero præterita.*
5 *Clericus per modum privilegii potest determinare successionem ad normam Statuti laicalis per modum privilegii.*

7 Ve-

7 *Voluntas tamen ad d. effectum debet esse certa & ex eorum qualitatibus determinata.*

8 *Nec sufficiunt vaga, & leviores inductiones, quæ in materia conjecturali admitti solent.*

DECISIO XXII.

1 SEntentiam Rotalem R. P. D. mei Pii concedentem Abbati Josepgo, & Joanni Lucæ fratribus de Crucis immissionem pro sexta parte in bonis hæreditariis clar. me. Card. Martii de Ginnettis hodie etiam Domini censuerunt esse confirmandam; valida enim non modo inventa est ex Actorum revocatione, juxta vulgata adeo requisita *dec.*
2 *Caputaquen.* 260. *part.* 2. sed etiam undequaque justa, dum præfatis actoribus ideo in hujusmodi quota denegari nequit immissio, quia jus suum metiuntur a valida cessione ipsius facta per Mariam Annam Cardinalis neptem, quæ concurrere debet ad successionem defuncti una cum quinque ex fratre nepotibus in eodem consanguinitatis gradu conjunctis, sublata enim antiquiori differentia sexus masculini, & feminini, fit locus promiscuæ successioni proximiorum *leg. maximum vitium C. de liberis præteritis* Buratt. *decis.* 262. *n.* 12. *& dec.* 188. *per tot.* quæ dari debet in capita, & non in stirpes *l.* 3. §. *post fratres, fratrumque C. de legit. heredibus* §. *si plures in verbo admittantur instit. lib.* 3. *de legit. agnat. success.* Thesaur. *dec.* 162. *n.* 4. Rot. *in rec. dec.* 180. *& decis.* 278. *part.* 6. *& dec.* 138. *part.* 6. *per tot.* & latius *in decis. prædicta* 27. *Januarii* 1696. cor. R. P. D. meo Pio.

3 Nec exclusionem Mariannæ a tali successione suadere vi-la sunt alias allegata Statuta Civitatis Velitrarum, atque hujus Almæ Urbis *cap.* 135. *&* 146. *lib.* 1. decernentia; feminas contentas esse debere suis dotibus, si contigerit con-
4 currere cum fratribus aut nepotibus; etenim licet ista ex recentiori Constitutione san. me. Innocentii XI. hodie comprehendat ipsamet bona Clericorum, de quibus in hypothesi agitur, nihilominus vires suas hæc nequit portigere ad hæreditatem Cardinalis Martii longe ante delatam, ut præ cæteris in *dec.* R. P. D. Pii *allegatis* 27. *Januarii anni proxime elapsi* firmatum fuit in puncto Innocentiæ cor. Florez 28. *Junii* 1684. §. *Prout etiam* Et quidem tam ex vul-
5 gata juris regula, quod leges, & Constitutiones futura tantum respiciant, non vero præterita *l. leges C. de legat. l. meminimus in fine C. de heredibus instit. l. constit. C. de legibus*, ubi Cuman. *nu.* 6. quam etiam ponderando literam Pontificiæ declarationis in hæc verba disponentis, *Statuimus, ut in successionibus imposterum, & post præsentium publicationem aperiendis, & deferendis &c.* quæ omnem prorsus dubitandi ansam videntur eliminare.

Minus juvat replicatio, Cardinalem potuisse saltem per
6 modum privilegii uti dictis laicalibus Constitutionibus, ex Textu *in cap. si adjutorium dist.* 10. Etenim haud bene infertur ab ejus potestate ad voluntatem, quæ pro determi-
7 nanda successione ad normam Statutorum debet esse certa, & ex eorum qualitatibus, & conditionibus determinata, ut ex Baldo tradit Craverr, *cons.* 82. *num.* 11. *tom.* 5. Honded. *cons.* 77. *n.* 110. *tom.* 2. & latius comprobat *d. dec.* cor. R. P. D. meo Pio, §. *Non urgute in fine*, non autem longius accersita ex levioribus, & vagis inductionibus,
8 quæ etiam in materia conjecturali admitti non solent Angelus *in l. in quartam in fine ff. ad l. falcid.* Rot. *in rec. dec.* 145. *num.* 26. *p.* 8. *rec.*

Et ita cæteris omissis tanquam minoris momenti, vel præventive sublatis in decisione de more elucubrata coram R. P. D. Pio resolutum fuit unica tantum &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana seu Firmana Successionis.

Lun. 10. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Nepos ex sorore æqualiter admittitur ad consuccessionem Avunculi. Nepos in successione hæreditatis collateralium primi gradus repræsentat personam, & gradum parentum præmortuorum ex propria ipsius persona; & quod ista sit magis vera, & communis opinio præsens Decisio magistraliter edocet, illamque a Doctorum contrarietate sustinet ad materiam pertractatam per Card. de Luca *de Success. disc.* 15.

SUMMARIUM.

1 *NEpos ex sorore in successione avunculi æqualiter succedit.*

2 *Filius succedit ex persona propria in hereditate ascendentis.*

3 *Non sic in hereditate transversalium.*

4 *Contra quod sine aliqua distinctione admittatur repræsentatio gradus tam in successione ascendentium, quam collateralium primi gradus; & n.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12.

13 *Transactio rescinditur ex capite læsionis, si contrahens etiam habito respectu ad dubium litis eventum fuerit enormiter læsus.*

14 *Sententia injusta nec post mille annos transit in judicatum.*

DECISIO XXIII.

ADecisione coram me edita confirmante sententiam R. P. D. mei Molines concessa nova audientia, bis Causam proposui nullo reportato responso. Verum hodie cum suffragiis quinti, & sexti ex Dominis resolutum fuit, standum esse *in decisis*, approbando fundamenta resolutionum præteritarum canonizantium enormissimam læsionem transactionis, de qua modo agitur. Cum enim ad intestatam successionem Mandricardi aspirarent duo ejus germani fratres, ac duo ex duabus sororibus nepotes, istorum jus, vel clarum dici debebat, vel saltem non poterat esse adeo dubium, ut portionem sibi contingentem in egregia summa dimittere possent pro solis scutis 750. ut conventum fuit in controverso instrumento.

Inspecta siquidem juris censura, non controvertebatur a scribentibus pro Mancinis, quin sublata differentia sexus nepotes ex sororibus essent coæqualiter admittendi ad consuccessionem avunculi, ut videre est in *Auth. cessante C. de legit. hered. & in* §. *si igitur Auth. de here.* [illegible] *ab intest. venient. &* §. *reliquum Auth. de heredit. quæ ab intest. deferuntur, & in Novell.* 127. *collat.* 9. *tit.* 7. *Auth. ut fratr. fil. succed.* 1

Sed tota quæstio super eo duntaxat versabatur, quomodo succedere deberent, an ex persona propria, vel potius repræsentando eorum matrem, exinde desumendo, quod si illi succederent ex persona matris, eisdem obstaret illius incapacitas desumpta ab exclusione Statuti; secus vero, si successissent ex persona propria, quia tanquam Clerici, non remansissent comprehensi sub dispositione Statuti, & hæreditas deferenda esset ad formam juris communis.

Restricta itaque tota quæstione ad istum articulum, admittebant scribentes pro Mancinis repræsentationem gradus in descendentibus, respectu hæreditatis ascendentium, illa tamen negbant quoad collaterales primi gradus, in quorum successione asserebant nepotes repræsentare personam, non autem gradum parentum præmortuorum.

Ad fulciendum autem hanc distinctionem allegabatur Bartholus, tanquam antesignanus hujus opinionis in *l.* 1. §. *si filius ff. de conjunct. cum emancip. liber.* & quia ipse dixit, quod filius succedit ex persona propria in hæreditate ascendentis, ex hoc nonnulli ex recentioribus, nempe Sfortia Odd. *cons.* 38. *n.* 68. *cum seqq.* Fusar. *de substit. q.* 385. *sub n.* 29. Hodiern. *controv. forens. cap.* 133. *nu.* 12. *cum seq.* Thes. *q. forens. cap.* 90. *n.* 24. *&* 23. Castill. *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 162. Roblef. *de pr. sent. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 17. Matt. *de success. legal. p.* 1. *d.* 20. *art.* 6. *nu.* 19. Autunez. *de donat. reg. lib.* 3. *c.* 19. *nu.* 47. illative deduxerunt, quod in successionibus transversalium veniant ex persona patris, introducendo hanc distinctionem, quam Bartholus, neque tenuit, neque fecit, & communiter etiam non videtur amplexa, imo potius contraria dignoscitur intentioni Imperatoris, nam in allegatis juribus Justinianus expresse voluit, quod gradum, quem subingrediuntur descendentes subingrederentur etiam filii fratrum, hoc speciale privilegium eisdem concedendo; Quapropter si Imperator in hoc casu purificavit, tam descendentes, quam filios primi gradus inter transversales, non possunt modo iterum separari, ut observant. Faber. *in suo C. lib.* 2. *tit.* 3. *de pact. definit.* 1. *n.* 15. *cum seq.* & clarius *in addit. n.* 15. Rodulph. *alleg.* 81. *n.* 3. *in fin.* & Capyc. Latr. *dec.* 4. *n.* 10. *in princ.* & præcitati Doctores ea potissimum ratione moventur, quia cum Imperator non concesserit transversalibus jus repræsentationis ex integro, sed tantum per viam extensionis, ex eo quod illis communicavit idem privilegium, quod de jure competebat solum descendentibus, dicendum est, illud fuisse communica- 2 3 4

tum cum eisdem modis, qualitatibus; ideoque ubi militat eadem ratio, eodem jure procedendum est, præcipue quia Imperator semper usus est verbis importantibus gradum, & non personam, juxta literalem Textum *in Novell. 127. Justiniani impressa in Auth. collat. 9. tit.* 10. ut fratrum filii succedant ibi. *Meminimus igitur scripsisse legem, per quam jussimus, ut si quis moriatur relinquens fratres, & ulterius fratris filios præmortui ad similitudinem fratrum, & præmortui fratris filii ad hereditatem vocentur paternum subingredientes gradum, & illius ferentes portionem*, ideoque invaluit opinio magis communis inter Doctores; ut sine aliqua distinctione admitteretur repræsentatio gradus tam in successione ascendentium, quam collateralium primi gradus, ut videre est apud Decian. *cons. 7. n. 78. lib.* 1. Alex. *cons.* 20. *n.* 3. *&* 8. *vers. non obstat* 8. *& cons.* 88. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Cravet. *cons. 127. num.* 1. *cum seqq. lib.* 1. Marant. *cons.* 104. *num.* 1. & plenius *disput.* 10. *nu.* 9. Ruin. *cons.* 137. *n.* 7. *lib.* 3. Rovit. *cons.* 23. *nu* 24. *lib.* 1. Berous *cons.* 149. *nu.* 14. *lib.* 2. Cacheran. *cons.* 72. *nu.* 27. *cum seqq.* Piccard. *ad tit. instit. de hered. quæ ab intest. defer. tract. de repræsent.* §. 2. *n.* 17. Surd. *cons.* 85. *n.* 12. *cum seqq.* Faber. *d. definit.* 1. *n.* 4. *cum seqq.* Joannes Franc. de Pont. *de success. feud. sect.* 12. *num.* 12. *& seqq.* Bellon. *de jur. accresc. cap. 9. q. 1. n.* 14. *cum seqq. & q.* 11. *num.* 1. Kellemberch. *de renunciat. q.* 33. *n.* 54. *cum seqq.* Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 74. *& seqq.* Rodulphin. *alleg.* 80. *&* 81. *fere per tot.* & ita servatum fuisse apud plura Tribunalia palam fit ex Franch. *dec.* 67. *n.* 2. Capyc. Latr. *dec.* 21. *n.* 6. *cum seqq. ibique* Gizarel. *n.* 4. Milanen. *dec. Sardin.* 7. *num.* 190. *lib.* 1. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 1135. *nu.* 6. *& seqq.* & apud Benintend. *decis.* 51. *per tot. & in nostro Auditorio*, coram Durand. *dec.* 36. *nu.* 17. *& in rec. decis.* 275. *nu* 11. *part.* 8. quæ fuit revocata, ut in antecedenti *decis.* 115. *eadem part.* 8. non ex motivo præsentationis, sed ex particulari dispositione Statuti.

Nec distinctio superius adducta comprobari potuit ex ea potissimum ratione, quod si filius ex fratre admitteretur ex propria persona, esset remotior. Cumque inter transversales consideratur sola proximitas gradus, & non suitas, ut inter descendentes, idcirco ut nepos concurrat cum patruo necesse est, ut repræsentet personam patris, ut ratiocinatur Doctores per Mancinos superius allegatis.

Sed talis ratio non subsistit; nam præterquam quod non habemus in jure, quod inter descendentes deferatur hæreditas ratione suitatis, supposita semper æqualitate gradus, sive sint filii, sive nepotes, sed tantum hoc modo succedunt, quia lege ita ordinarunt; idem quoque dicendum est de filiis fratrum in concursu cum avunculis, quia Im-
7 perator casus istos inter se parificavit, & proximitas erat duntaxat consideranda in ulterioribus gradibus, non vero in isto, qui reperitur expresse in jure exceptus, vel ad summum etiam, quando talis proximitas esset in hoc casu consideranda, ut nepotes parificentur avunculis, necesse non est, quod repræsentent personam patris, quando Imperator ex privilegio mandavit, quod subingrederentur gradum, & in eo proximitatem non reciperent a persona, sed a lege, ut explicando materiam bene comprobant Aretin. *in l. is potest col. 2. vers. sed in contrarium arguitur, ff. de acquirend. hered.* & Cachetan. *consil. 72. sub n. 27. §. 7. pro hac nostra*, & ratio est, quia ut advertit Benintend. *dicta dec. 51. n.* 2. tale privilegium repræsentationis fuit concessum ex æquitate, ideoque non est scrupulose inquirendum de illius causa, & ratione.

Nec minus dici potest, quod in hac successione transversalium considerata potius fuerit persona, quam gradus, ex eo quod in §. *si igitur Auth. de hered. ab Intest. venien. Imperator voluerit filios ab hereditate excludi, sicut ipse pater si viveret, ab hereditate excluditur*, quia talis ex-
8 clusio est tantum particularis, ut colligitur ex eisdem verbis Imperatoris ibi - *hujusmodi filios*; quæ important relationem ad casum superius expressum, & ulterius defectus consideratus ab Imperatore, propter quem pater exclusus remanebat a successione, non proveniebat a persona, sed a qualitate gradus, eo quia ille erat ex uno tantum latere conjunctus cum defuncto, quæ qualitas, cum influeret, etiam illius filios pari modo censeri debebant exclusi, cum neque isti dici possent ex duplici latere conjuncti: & eadem ratio militat in omnibus illis casibus, in quibus idem impedimentum continuat etiam in descendentes, utputa, quando versamur in terminis Statuti, vel consuetudinis, ad renunciationis excludentis non minus feminas, quam illorum filios, & descendentes, quia tunc incapacitas gradus, quæ militat respectu patris, descendit etiam in filios eodem defectu laborantes, & in hac classe reponendæ sunt 9
decisiones in contrarium allegatæ, nempe Seraph. *dec.* 496. & apud Merlin. *de legitim. dec.* 185. *n.* 6. *cum seqq. & in divers. dec.* 15. *n.* 5. *p.* 1. *& in rec. dec.* 104. *nu.* 3. *p.* 1. *& dec.* 241. *vers. fin. p.* 8. *& decis.* 145. *p.* 15. & eodem quoque themate intelligendi sunt Doctores allegati, qui pro majori parte loquuntur explicando jus Regium in *l.* 40. *Tauri*, & expresse firmant, quod filius patrem repræsentet, & in patris persona, non ex propria succedat. Et sic procedendo cum illa lege municipali adaptari non possunt casui nostro, ut videre est apud Tell. Fernand. *ad l. Taur.* 9. *n.* 2. Gregor. Lopez. *in l.* 3. *glos.* 2. *col.* 6. *q.* 22. *tit.* 13. *p.* 6. & Hieron. Portol. *de Consort. c.* 1. *n.* 51. & attendi non meretur Torr. *de success. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 62. quia contrarium firmat *n.* 74. *& seqq.*

In casu autem præsenti Actores tanquam Clerici non sunt subjecti Statuto, ideoque incapacitas matris eos non afficit, cumque nullam aliam habeant juris resistentiam, ex eo, quod sunt ex utroque latere conjuncti &c. idcirco gaudere debent privilegio Imperatoris consuccedendi una cum patruis, subingrediendo gradum matris absque eo, quod representent illius personam.

Prout minus aliqua differentia desumi potest inter successionem descendentium, & transversalium in gradu isto, ex quo Imperator loquendo de ascendentibus in §. *præcedenti*, si quis igitur usus fuerit illis verbis *in proprii paren-* 11
tis locum succedant, subdens in hoc ordine, nempe *descendentium gradum quæri nolumus*, *quasi* mandans postea inter transversales, *quod filii succedant in jura, & portiones patris illius* personam contemplaverit; nam etiam in successione transversalium Imperator utitur eisdem verbis, ut in §. *si autem cum fratribus Auth. de hered. ab intestat. venient.* ibi *quando fratris, aut sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur*. Et inter descendentes consideravit jura, & actiones illorum parentum; nam quamvis ista succedant in locum patris, nullum majus jus, vel portionem habere possunt, quam eorum pater si viveret, haberet, ut expresse declarat Imperator in eodem §. *si quis igitur* ibi *tan-* 12
tam de hereditate morientis accipientes partem quanticunque sint, quantam eorum parens, si viveret, habuisset, & ideo nulla differentia desumi potest ex tali diversitate verborum.

Quo circa DD: ponderatis omnibus hinc inde deductis, magis approbarunt ea, quæ allegata fuerunt per Macilentes, & Montes Actores tanquam habentia juris assistentiam, majorem numerum DD ac diversa judicata aliorum Tribunalium, & signanter nostri Auditorii; quæ semper in concursu prævalere debent Doctorum opinionibus: sed absolute tamen dixerunt, hæc maxime attendenda esse ad effectum, de quo agitur, nempe ad arguendam læsionem in transactione inita inter dictos cohæredes, in qua filii ex feminis receperunt tantum scuta 750. quando eorum portio ascendebat ad multo majorem summam, & propterea læsio erat clara excedens in decuplo ultra dimidiam; unde etiam si articulus juris contineret aliqualem dubietatem; adhuc tamen læsio semper esset enormissima, quia id quod remittitur, commensurari debet cum dubio litis eventu, ideoque Actores semper læsi fuerunt, dimittendo fere totum id, quod illis contingere potuisset, per ea, quæ tra- 13
dit Purpurat. *consil.* 232. *num.* 3. *lib.* 1. Rodulphin. *allegat.* 214. *num.* 51. *&* 51. & Rota *in recent. dec.* 715. *nu.* 3. *part.* 2. & magis in specie *dec.* 335. *num.* 1. *cum seqq.* coram Cels. *& in Bononien. seu Imolen. Bonorum super bono jure* 13. *Junii* 1693. §. *nam præmisso*, coram Reverend. Domino meo Decano, *&* 28. *Januarii* 1695. §. *Agetur que*, coram bo. me. Emerix, *& novissime* 18. *Martii proxime præteriti* §. *Parumque urget*, coram R. P. D. meo del Ulmo.

Nec ullum fieri potest fundamentum in sententiam R. P. D. Ginnetti, quamvis fuisset in judicatum transacta: quia tanquam injusta, neque post mille annos venit attendenda, & non subsistit, quod transierit in judicatum, quia ut advertebatur in facto, licet non fuerit illico appellatum, hoc evenit ex tractatu Concordiæ, & satis est, quod fuerit appellatum ex post, & appellatio etiam admissa a Signatura, quia instantibus Mancinis pro reformatione commissionis, ac si illa signata fuisset cum clausula *sine præjudicio rei judicatæ*, nihil rescriptum fuit, & in sequelam commissionis successive directæ huic nostro Auditorio coram R. P. D. meo Molines, non fuit disputatum dubium, An constaret de causis restitutionis in integrum, sed aliud omnino diversum,

nem-

nempe; *An esset danda immissio, vel potius obstare transactio*, ex quo clare datur intelligi, sententia R. P. D. Ginnetti nunquam transiisse in auctoritatem rei judicatæ. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Forosempronienfis Manutentionis.

Lunæ 12. Maii 1693.

ARGUMENTUM.

Sequitur præsens decisio doctrinam Card. de Luca *de Success. disc.* 22. quod nempe Statutum continuationem inducens possessionis defuncti in hæredem non procedat, quoties defunctus ante obitum eum clausula *Constituti* transtulit possessionem in alium.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio datur possessori anteriori.*
2 *Clausula* constituti *transfert possessionem tam civilem quam naturalem, cujus vi datur manutentio.*
3 *Possessio capta propria authoritate dicitur turbativa, & non est manutenibilis.*
4 *Ad hoc ut dicatur translata possessio vigore clausulæ* constituti, *necessaria est in constitutario scientia dictæ clausulæ,*
5 *Quæ quidem scientia deducitur in uxore ex cohabitatione cum viro.*
6 *Ex sola scientia intrat acceptatio in favorabili.*
7 *Arguitur etiam scientia ex circumstantiis in singulo casu concurrentibus.*
8 *In summarissimo possessorio attenduntur depositiones testium, etiam extrajudiciales.*
9 *Multo magis, si afferantur ad adminiculandam acceptationem possessionis delatæ ex clausula* constituti.
10 *In hærede non potest continuari possessio translata per defunctum cum clausula* constituti.
11 *Præsertim si in constituto addita sit clausula* ex nunc prout ex tunc.
12 *Clausula* ex nunc prout ex tunc *retrotrahit effectum ad suum principium.*
13 *Statutum continuativum possessionis defuncti in hæredem non operatur in instanti mortis.*
14 *Ut Statutum operetur effectum suum continuandi possessionem, necesse est, ut hæres declaret velle adire hæreditatem.*
15 *Quæ declaratio non retrotrahitur ad tempus mortis in præjudicium alterius possidentis.*
16 *Virtus clausulæ* constituti *cessat, si quis per decennium ea non utatur.*
17 *Administrator non possidet sibi, sed commodo hæredis.*
18 *Pro detractionibus competit manutentio contra fideicommissarium.*

DECISIO XXIV.

Magdalena avita q. Innocentii Junioris, & Virginia istius soror iterum hodie tentarunt, ut ipsis decerneretur manutentio in possessione controversorum bonorum, & non Virginiæ uxori prædicti Innocentii, & legatariæ illorum, sed incassum; nam Rota, inhærendo fundamentis explanatis in decis. sub die 14. Januarii proxime præteriti censuit, adhuc hodie manutenibilem esse possessionem Virginiæ legatariæ in bonis sibi legatis, & specificatis in mandato de manutenendo a R. P. D. Baracciano in prima instantia eidem concesso.

1 Receptissima enim conclusio, quod manutentio detur possessori anteriori, de qua Felin. *in cap. licet causa num.* 8. *& 9. de probation.* Surd. *cons.* 158. *n.* 16. Rota *decis.* 225. *num.* 1. *& decis.* 222. *num.* 2. *part.* 1. *rec.* & alibi passim, assistere innegabiliter visa est Virginiæ legatariæ, nam hæc habet in sui favorem clausulam *constituti* appositam ab Innocentio Juniore Testatore in legato illi relicto, quæ veram possessionem, tam civilem, quam naturalem in constitutarium transfert *leg. quod meo, ff. de acquir. possess.* Posth. *de manut. observ.* 20. *n.* 8. *& 9.* Rota *decis.* 549. *nu.* 1. *& seq. part.* 1. *divers.* & manutenibilem, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 27. *n.* 29. Barbos. *claus.* 33. *a num.* 18. *ad* 20. & in terminis legati Tiraquell. *in tract. de jur. constit. part.* 2. *ampliat.* 24. *n.* 1. *&* 2. & Rota *in decis.* 337. *numer.* 1. *& per totam*, *ac decis.* 355. *part.* 9. *cum aliis in decis. qua revidetur*, §. *Stetit*.

2 Ac proinde non est habenda in consideratione possessio Magdalenæ aviæ, quia cum ista, secuto jam obitu Innocentii Junioris, possessionem apprehenderit, hæc detegitur posterior, eo quia per prius in Virginiam uxorem legatariam translata fuerat per amplissimam clausulam *constituti*, & consequenter possessio Magdalenæ, uti posterior, & capta propria auctoritate, parte non citata, turbativa, & clandestina reputatur, & ideo non manutenibilis, Posth. *de manut. observ.* 71. *n.* 27. Rota *post eundem dec.* 228. 3 *n.* 3. *& dec.* 317. *nu.* 3. *&* 6. *part.* 7. *& decis.* 240. *nu.* 11. *&* 12. *part.* 19. Et possessio Virginiæ sororis quoad bona emphyteutica, nempe nonnullas petias terræ comprehensas in prædio nuncupato *della Palazzina*, non refert, quia in his non cadit quæstio, cum fuerint a Judice *a quo* præservatæ, & præservatio approbata per Rotam *in dec. quæ revidetur*, §. *Non obstat*,

Neque dubitationi locus esse potest, quod in præsenti concurrant in Virginia legataria scientia clausulæ *constituti*, ejusque acceptatio tempore habili, & re integra, idest antequam procurator Magdalenæ aviæ, & Virginiæ sororis possessionem capere potuerit, quæ necessario requiruntur, ut constitutum appositum in testamento favore absentis (ut in casu) tribuat jus ad manutentionem, itaut 4 si scientia, & acceptatio superveniant, postquam alius possessionem occupaverit, in hujus præjudicium non operentur, nec retrotrahantur, Posth. *de man. observ.* 20. *nu.* 21. Rota *dec.* 683. *num.* 5. *part.* 1. *div. dec.* 314. *num.* 19. 21. *&* 22. coram Royas, *& dec.* 533. *a numer.* 10. *&* 13. coram Bichio.

Nam hæc requisita ultra quod ex facti circumstantiis ponderatis, & deductis in præcedenti decisione §. *quia in præsenti* satis probata apparuerunt, tum quia agitur de legato relicto a marito favore uxoris, in qua propter cohabitationem scientia generalis, & præsumpta ex se patet, Peregr. *de fideic. art.* 52. *n.* 49. Rota *in terminis decis.* 356. 5 *n.* 8. *par.* 9. & ex hac resultat acceptatio in re favorabili, & lucrosa (ut in casu) Rota *decis.* 34. *n.* 24. *& seq.* coram Cerro *dec.* 993. *nu.* 7. *&* 8. cor. Dunoz. jun. *& in citata decis.* 6 356. *n.* 8. *&* 9. *part.* 9. tum etiam quia ipsa legataria illico, defuncto viro, institit Testamentum aperiri, & incontinenti dispositionem illius acceptavit, solvendo scut. 200. pro ejus funere ad normam suæ dispositionis, reportando etiam decretum Vicarii super hoc,

Rem hodie ad casum impossibilis dubitationis reduxe- 7 runt plura alia in præcedentium comprobationem adducta a scribentibus pro Virginia uxore, & legatario, prout sunt, quod quando ad instantiam Magdalenæ fuit expulsa a domo post mortem Innocentii Virginia legataria, inter scripturas penes ipsam existentes reperta fuit copia Testamenti apostillata, & ab ipso Testatore subscripta, in qua in legato sibi relicto continetur eadem clausula *constituti*, quæ hodie invenitur apposita in originali; insuper attestationes Petri Matiæ affirmantis Testatorem legisse uxori Testamentum ante illius obsignationem, & eidem notam fecisse vim, & efficaciam clausulæ *constituti* appositæ in eodem Testamento; necnon Petri Francisci de Bentivolis, & Francisci Sempronii deponentium audivisse a Virginia, adhuc in humanis existente Innocentio marito, hunc in Testamento apposuisse clausulam *constituti* super legato ei relicto. Rursus Notarius de Testamento, ejusque publicatione rogatus, & testes Testamentarii uno ore affirmant, Innocentium obiisse hora 17. & paucis interjectis momentis, vix ascendentibus ad dimidiam horam, fuisse apertum Testamentum, adstantibus amicis, & consanguineis defuncti, & Virginia uxore, ac legataria. In idem coincidunt attestationes Parochi, Sacristæ Cathedralis, patris Zandri, Sacristæ Conventus S. Augustini ejusdem loci, qui pro felici transitu Innocentii ad æternam vitam assistentiam præbuerunt, & testantur, ejus obitum evenisse hora 17. circiter, atque ideo ex his manifestum fit, scientiam & acceptationem in Virginia uxore, & legataria adfuisse longe antequam Procurator Magdalenæ, & Virginiæ sororis apprehendere potuerit possessionem, cum hanc inceperit apprehendere ab hora 18. & tribus quadrantibus ad horam 20. ut resultat ex publico possessionis instrumento.

Nec efficaciam istarum dispositionum enervat attestatio exhibita *in Summario responsionis Magdalenæ nu.* 2. ex qua deducitur, quod statim mortuo Testatore, fuerunt data signa fumi personis stantibus in bonis Testatoris, ut illico possessionem apprehenderent; Nam fumus ex illa resultans penitus dissipatur ex publico instrumento possessionis adeptæ per Magdalenam, ex quo probatur non statim mortuo Testatore fuisse captam possessionem, sed longe post, cum dicatur, possessionem apprehensam esse ab hora 8, & tribus quadrantibus ad horam 20. obitus autem Testatoris successit hora 17. & publicatio Testamenti paulo post circa mediam horam.

8 In nihilo refragante, quod depositiones suptadictorum testium sint extrajudiciales, indeque non attendendæ, quia in præsenti versamur in summariissimo possessorio, in quo superabundant Posth. *observ.* 38. *n.* 23. Rota *dec.* 576. *nu.* 2. & 594. *n.* 2. & 3. coram Certo. Tanto magis quia deponunt de facto proprio, & afferuntur pro adminiculis scientiæ, & acceptationis clausulæ *constituti*, & ideo deferendum est illis licet extrajudicialiter examinatis, Rota *dec.* 12. *n.* 11. coram Bichio.

9 Comprobato ex his, constitutum suum operasse effectum in Virginia legataria ante actualem possessionem captam a procuratore Magdalenæ, & Virginiæ sororis, inanis est recursus ad Statutum locale continuans defuncti possessionem in hæredem, nam hoc non proficit, stante clausula *constituti* apposita favore legatariæ, eo, quia per illam possessio, vivente Testatore, transfertur in constitutarium, nec reperitur in constituentis hæreditate, quapro-
10 pter in hæredem continuari non potest possessio vigore dicti Statuti, Faber. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 4. *uti possidetis diff.* 6. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 17. *part.* 1. *n.* 30. Card. de Luca *de success. disc.* 24. *nu.* 5. Rota *decis.* 606. *nu.*
11 7. coram Card. Certo; præsertim stantibus in clausula *constituti* illis verbis ex nunc prout ex tunc, Redenasc. *cons.* 95. *sub n.* 3. Amat *resol.* 39. *n.* 79. Mart. *de claus.* §. 1. *claus.* 20. *sub n.* 8. *vers. sed* Rota, Posth. *de manut. observ.* 20. *nu.* 7. & Rot. *decis.* 549. *n.* 1. & 2. *p.* 1. *divers.* propter quod nequit dici, quod in hoc casu constitutum translatum sit post mortem constituentis, quod ex se est inefficax, Tiraquell. *in tract. de jure constituti part.* 2. *limit.* 2. Posth. *de manut. observ.* 20. *nu.* 37. Rot. *dec.* 84. *nu.* 6. & *dec.* 134. *n.* 3. coram
12 Durano, quia stante clausula illa *ex nunc prout ex tunc*, constitutum vivente Testatore operatur translationem possessionis, licet effectus translatus intelligatur in tempus mortis, quia secutus actus retrotrahitur ad tempus facti testamenti, Tiraquell. *d. limit.* 2. *n.* 15. & 16. Posth. *de manut. reserv.* 20. *a n.* 38. Oldrad. *cons.* 114. *n.* 2. Amat. *resol.* 39. *n.* 19. Grat. *discept.* 174. *n.* 31. Rot. *dec.* 329. *n.* 8. coram Ubaldo *dec.* 178. *n.* 8. coram Buratto, & *ibi Adden. lit. S.*

13 Et consequenter non apponatur, quod Statutum, continuativum operetur in instanti mortis Testatoris, quia ultra quod contrarium tenuit Rot. *in decis.* 476. *n.* 3. & *in decis.* 533. *n.* 16. coram Bichio, cessat difficultas, nam in ipso articulo mortis jam fuerat (in casu) in constitutarium translata possessio ex supra ponderatis; & ulterius, ut Statutum operetur effectum suum continuandi possessionem in hæredem, necesse est, ut hæres declaret velle adire hæ-
14 reditatem, cum in invitum beneficium Statuti non conferatur, Posth. *de manut. observ.* 55. *nu.* 70. 71. & 84. Pacific. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 356. Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *n.* 3. & *art.* 47. *n.* 15. Rot. *decis.* 533. *n.* 16. coram Bich. In præsenti autem animus adeundi hæreditatem, ejusque aditio intercesserunt longe postquam Virginia legataria acceptaverat clausulam *constituti*, ut dictum est, sic-
15 que in hujus præjudicium aditio subsecuta non retrotrahitur, Posth. *de manut. observ.* 55. *n.* 81. Bich. *dec.* 533. *n.* 12.

Minusque refragatur, Magdalenam etiam suffultam esse clausula *constituti* anteriori, uti apposita in ejus instrumento dotali; nam eo ipso quod defuncto viro sivit ultra decennium Margaritam filiam, & Innocentium Juniorem
16 nepotem possidere, virtus clausulæ *constituti* cessavit, & in sui favorem inallegabilis, Tiraquell. *de jure constituti limit.* 21. Posth. *observ.* 20. *n.* 39. Urceol. *consult.* 52. *n.* 43. & *seq.* Rot. *decis.* 130. *n.* 12. post Pacific. de Salvian. *decis.* 634. *n.* 5. *part.* 1. & *decis.* 357. *n.* 7. *p.* 19. *rec.* & *in decis. quæ revidetur* §. *Et clausula*, absque eo quod juvet replicatio, quod Magdalena post mortem viri administraverit omnia bona hæreditaria ejusdem; quia dato etiam quod hujusmodi administratio probata remaneret, quod tamen non pro-
17 batur, per hoc non sibi, sed commodo hæredis possedisse dicendum est, Rot. *dec.* 196. post Posth. *de manut.*

Cæterum postremam exceptionem, quod in legato facto Virginiæ uxori, vel comprehensa sint nonnulla bona emphyteutica, vel aliqua fideicommissaria, nil etiam relevari DD. æstimarunt. Quia quo ad emphyteutica res transit sine difficultate, cum fuerint præservata a manutentione, & super fideicommissariis, signanter super prædio *della Palazzina*, quod asseritur fideicommissarium Tiberii Junioris, stante competentia plurium detractionum, & præsertim dotis maternæ in scutis 10. mil. pro qua vigore amplæ facultatis, quam Innocentius habebat, uti hæres matris, sibi satisfaciendi propria auctoritate, sustinetur legatum, & ex capite hujus detractionis debetur manutentio Virginiæ uxori contra fideicommissarium, *ut* 18
in decis. quæ confirmatur §. *finali*.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit, cum additamento tamen, ut quoad mobilia mandatum de manutenendo executioni demandetur, facta prius illorum æstimatione.

R. P. D. CAPRARA.

Bononiensis Successionis.

Lun. 7. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Bannito acquiritur successio cum tantum Jura civitatis soleant deperdere, eoque magis si bannum fuerit secutum in vim sententiæ contumacialis. Restitutus in gratiam Principis non censetur restitutus ad bona in tertium devoluta. Ex plenaria Principis gratia bannitus reintegratur ad bona ante bannum possessa, non vero ad successiones obventas inter bannum, & gratiam.

SUMMARIUM.

1 *IN foro Archiepiscopali Bononiæ ex Constitutione Gregorii XV. ex duabus sententiis conformibus justis, ac validis res judicata inducitur.*
2 *Etiamsi sententiæ latæ sint in Curia, nec sint confirmatoriæ, sed revocatoriæ sententiæ de partibus, dummodo tamen in Curia processum non sit tanquam in prima.*
3 *Appellatio dicitur de appendiciis illius instantiæ, cujus est sententia a qua appellatio interponitur.*
4 *Sententiarum conformitas resultat, si una alteram confirmet.*
5 *Hæreditas a bannito non acquiritur.*
6 *Post emissam renunciationem amplius ad bona renunciata non datur regressus.*
7 *Banniti nostri temporis ex simplici banno Testamenti factionem activam nec passivam ammittunt, & tantum jura Civitatis ex lege municipali provenientia perdunt, non autem jura sibi competentia de jure communi.*
8 *Ex sententia in contumaciam lata bannitus jura successionis non perdit, & n. 10.*
9 *Ex sola contumaciali sententia, non subsecuta actuali apprehensione, seu bonorum incorporatione, incapacitas succedendi non incurritur, & n. 10.*
11 *Hæres Authoris factum nequit impugnare.*
12 *Feminæ non extantibus masculis, vel extantibus, & incapacitatem retinentibus, succedunt etiam ex Statuto Bononiæ feminarum exclusivo.*
13 *Bannitus in gratia Principis restitutus, dicitur quoque restitutus ad jura successionis.*
14 *Declara ut non procedat, quando gratia non sit plenaria, & bona per tertium retinentur.*
15 *Et iterum declara ut nec admittatur quoad successionem medio tempore inter bannum, & gratiam devolutam.*
16 *Transactio, & renunciatio facta favore fratris non complectuntur bona alterius fratris, etiamsi proveniant a paterna, vel materna hæreditate, nisi de illis specialis mentio fiat, & n. 17.*
18 *Renunciatio ad vitam alicujus facta prodesse non potest hæredi.*
19 *Acceptatio legati pro omni, & toto eo, quod legatarius prætendere potest, non præjudicat quoad successionem debitam in bonis alterius quam Testatoris.*

DECI-

DECISIO XXX.

NOn acquiescentibus Venerabili Hospitali S. Mariæ vitæ Bononiæ & litis consortibus binis sententijs Rotalibus, præviis tribus uniformibus decisionibus latis a RR. PP. DD. Muto, & Molines immissionem concedentibus Comitissæ Clementiæ in medietate dotis, & bonorum extradotalium Eleonoræ matris, quæ obvenerant Co: Cæsari Alexandro fratri ab intestato defuncto, Signatura causam denuo commisit cum rescripto - *Constito de duabus*; unde proposito per me hodierna die dubio commissioni conformi, *Affirmative* fuit responsum.

Moti sunt ad ita respondendum ab uniformitate sententiarum, earumque validitate, & justitia, quibus concurrentibus, locum sibi vindicat Constitutio Gregorii XV. mandans in foro Archiepiscopali Bononiæ, ex duabus conformibus justis, ac validis rem judicatam induci, ex addu-
1 ctis *in Bononien. fideicommissi de Ghisleris 2. Martii 1693.* *in crin.* cor. bo. me. Benincasa, *& in Bononien. Immissionis 26. Martii prædicti*, §. 1. cor. R. P. D. Muto.

3. Etiamsi sententiæ prædictæ latæ sint in Curia, nec sint confirmatoriæ, sed revocatoriæ sententiæ de partibus, quia cum Rota non processerit tanquam in prima, prout
2 in casu *decis.* 29. Dunozet. jun. sed per viam appellationis a sententiæ de partibus, merito sententiæ in ea latæ regulari debent a Statuto, & Constitutionibus fori, ubi lis fuit inchoata, cum appellatio dicatur de appendiciis illius instantiæ, cujus est sententia a qua appellatio interponitur, ut in terminis dictæ Constitutionis respondit Rota *dec.* 15. *n.* 2. *part.* 16. *rec.* & in terminis Statuti ejusdem Civitatis *dec.* 154. *n.* 10. post Pacific. de Salvian. & apud Salgad. *in labyr. credit. dec.* 75. *n.* 7.

4 Sententiarum conformitas resultat ex quo una alteram confirmat, *DD. in Clement.* 1. *verb. alicujus de re judic.* Rot. *in Ferrarien. reintegrationis 26. Januar.* 1693. §. *ab his*, cor. me; Nec de validitate occasio dubitandi contigit; Justitia vero comprobatur ex decisionibus, quæ illas de more præcesserunt.

Non relevantibus duabus exceptionibus, quibus informantes pro Hospitali adhærebant, incapacitatis scilicet Co: Cæsaris Alexandri succedendi in bonis Eleonoræ matris, ob bannum capitale cum confiscatione bonorum, quod in Urbe ipse, & Vincentius fratre passi fuerant, itaut Comitissa Clementina, ut illius pro mediate hæres ab intestato nullum jus habere possit in d. hæreditate materna, quæ stante banno prædicto fratri requisita non fuerat, ex
5 Altogr. *cons.* 98. *n.* 34. Ciarlin. *contr.* 161. *a n.* 25. Tum & incapacitatis ejusdemmet Comitissæ succedendi, stante renunciatione ab ipsa facta, & resultante, vel ex transactione anni 1670. cum Vincentio altero fratre stipulata, vel ex acceptatione legati sibi a d. Vincentio facti pro toto eo, quod ab ejus hæreditate prætendere posset; unde extincta penitus in ipsa remanserit quævis actio quidquam a fraterna hæreditate exigendi, ex traditis per Camerell. *de legat.*
6 *lib.* 3. *q.* 3. *punct.* 2. *n.* 3. *fol. mihi* 760. Cyriac. *contr.* 128. *n.* 72. *& seq.* Rot. cor. Cerr. *dec.* 36. *n.* 35. & cor Priol. *dec.* 174. *n.* 13.

Neutram enim exceptionem attendendam DD. existimarunt; non primam, quoniam licet Cæsar capitale bannum passus fuerit, non inde tamen evasit incapax succedendi matri, sive quia banniti nostri temporis ex simplici banno Testamenti factionem activam, nec passivam amittunt, cum ipsi perdant tantum jura Civitatis provenientia ex lege municipali, non autem jura sibi com-
7 petentia de jure communi, Marant. *in l. is potest n.* 119. *ff. de acquir. hæred.* Alex. *cons.* 26. *nu.* 2. *lib.* 1. Farin. *q.* 102. *n.* 76. Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 17. *num.* 13. *&* 14. Grat. *discept. forens.* 462. *num.* 14. *&* 15. & fuit dictum *in voto* 1. *post dec.* Rembold. *n.* 328. *& seq.*

Sive quia cum sententiam lata fuerit in contumaciam, Cæsar jure succedendi ab intestato matris privatus non re-
8 mansit, cum tali casu sententia tribuatur potius contumaciæ, quam delicto, de quo contumax imputatur, Bero. *cons.* 8. *per tot. lit.* 2. ubi in terminis Statuti Bononię *rubr. de pœnis. homic. lib.* 5. ibique Monteret. *lit. D.* Ciarlin. *contr. jur. lib.* 2. *cap.* 161. *n.* 72. *& seqq.* Rustic. *in l. cum avus lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 23. *& seq. de condit. & demonstr.* Peregr. *de jur. Fisc. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 9. Barry. *de success. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 33. Gall. *eod. tract. part.* 2. *tit.* 3. *except.* 10. *n.* 32. Rot. cor. Seraph. *decis.* 354. *nu.* 16. & post Farin. *dec.* 175. *nu.* 1. *& in rec. dec.* 449. *n.* 7. *part.* 6. *& decis.* 625. *n.* 5. *part.* 5. & admittunt etiam Altogr. *d. cons.* 98. *n.* 69. & Ciarlin. *d. contr.* 151. *nu.* 51. *cæterique contrariæ sententiæ sectatores.*

Sive tandem quia incapacitas succedendi non fuisset per Cæsarem incursa ex sola contumaciali sententia, non subsecuta actuali apprehensione, seu incorporatione bono-
rum; ex firmatis in Faventina successionis 11. Martii 1689. 9
§. *Non refragante*, cor. Rev. Mediol. *& in* 3. *decis. causæ* 22. *Junii* 1693. §. *Denique*, cor. R. P. D. Molines.

Non refragantibus Constitutionibus Apostolicis mandantibus homicidas, & bannitos successionis effici incapaces, cum istæ intelligi debeant de condemnatis propter delictum, non autem propter contumaciam, & de bannitis
cum subsecuta incorporatione bonorum, Merlin. *de pign.* 10
lib. 2. *tit.* 2. *q.* 75. *n.* 12. Rot. cor. Pamphil. *decis.* 289. *n.* 13. *& in rec. dec.* 625. *n.* 5. *& seq. part.* 3.

Et revera Cæsarem Alexandrum successibilem fuisse, agnovit & ipsemet Vincentius frater Hospitalis Auctor, qui se pluries illius hæredem nominavit, quod non fecisset si eum incapacem utriusque successionis reputasset, ac proinde non potest hodie idem Hospitale Cæsaris incapacitatem allegare, quia hoc esset factum sui Auctoris impu-
gnare, quod permissum non est, vulgata *l. cum a matre*, 11
C. de vindic.

Cæterum data etiam incapacitate Cæsaris succedendi matri, non inde Hospitalis victoriam consequi posset, cum exceptione, qua ipse Cæsarem repellere conatur, exclusus quoque remansisset, & ipse Vincentius illius Auctor, qui una cum fratre eandem banni pœnam passus fuerat, ideoque successio in hæreditate materna devoluta remansisset favore Clementiæ in defectu masculorum ex utroque jure, communi scilicet, & statutario ad eandem intestatam suc-
cessionem invitata, Marcambrun. *ad Anguill. cons.* 83. *n.* 12
196. *&* 198. Bellon. *de jur. accrescen. cap.* 6. *q.* 46. *nu.* 23. *&* 31. & firmat *d. dec.* R. P. D. Molines, §. *Præterea*.

Nec tali casu prodesset restitutio in gratiam per Vincentium post mortem matris a Principe obtentam, a qua restitutum quoque fuisse ad jura successionis crederetur, mo-
dernus Episcopus Isclan. *disput.* 71. *n.* 2. Rota cor. Cavaler. 13
dec. 255. *n.* 1. *& seq.* & cor. Merlin. *dec.* 125. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 25. *n.* 4. *&* 6. *part.* 18. *rec.* Quoniam cum gratia prædicta, vel non fuerit plenaria, utpote restricta ad jure tantum personalia, gradus scilicet, & honores, ipsum juvare ne-
utiquam potuit quoad bona tertio jam quæsita, de quibus 14
cum gratia non loquatur, censeri non debet Principem ad ea etiam, Vincentium restituere voluisse in tertii præjudicium, ex tradiais per Marin. *ad Reverter. dec.* 487. *n.* 2. cum alii congestis per Card de Luca *de Regal. disc.* 148. *n.* 44. Neque in his terminis loquuntur doctrinę in objecto allegatę, loquentes solum in casu plenarię restitutionis in gratiam.

Vel si gratia erat plenaria, quia tamen Co: Vincentius bona materna tempore suæ condemnationis nondum possideret, ad illa extendi non poterat, cum medio tempore
ob illius incapacitatem Clementiæ quæsita fuerint, Aretin. 15
in l. Si quis mihi bona n. 1. *sub n.* 3. *vers. Quia autem* . *ff. de acquir. hæred.* Marcambr. *cons.* 83. *nu.* 301. *&* 302. Menoch. *cons.* 218. *n.* 20. *& cons.* 275. *n.* 41. Gabriel *cons.* 134. *nu.* 49. *&* 50. *lib.* 3. de Marin. *ad Reverter. dec.* 487. *n.* 1. ubi innumeros Auctores refert, Rota *dec.* 515. *n.* 3. *part.* 1. *divers.*

Minus DD. attendendam deputarunt secundam exceptionem incapacitatis Co: Clementiæ ob transactionem anni 1670. cum Vincentio fratre initam, & acceptationem Legati; Transactio enim uti restricta ad prætensiones quas ipsa habebat super bonis Vincentii, trahi nequit ad jura sibi competentia in hæreditate Cæsaris, quæ inter bona Vincentii
connumerari non poterat, ut ponderati; verbis - *e suoi beni* 16
tradit Bero. *cons* 134. *n.* 17. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 79. *n.* 8. *vol.* 2. nec ex sui natura renunciatio ad favorem fratris stipulata complectitur bona alterius fratris, etiamsi proveniant a paterna, vel materna hæreditate, nisi de illis specialis mentio fiat, ad
tradita per Donad. *de renunc. c.* 5. *nu.* 25. *to.* 1. Afflict. *dec.* 17
128. *n.* 4. Rot. post Torr. *de pact. futur. succes. dec.* 166. *nu.* 2. *&* cor. Dunoz. jun. *dec.* 253. *n.* 3. *&* 4. *& d.* 144. *n.* 17. *p.* 8. *rec.*

Semperque velida erit responsio, quod renunciatio prædicta utpote temporalis, idest ad vitam Vincentii, prodesse non poterit hæredi, quia morte ipsius expiravit, Ro-
ta cor. Merlin. *dec.* 664. *n.* 39. *vers. vel quando donatio re-* 18
petit. part. 7. *rec. dec.* 9.

Acceptatio vero legati a Vincentio facti pro toto ea, quod Clementia ab ejus hæreditate prætendere posset, illam quidem repellit a quacunque prætensione contra legantis hæreditatem, non tamen extinxit justam prætensionem succedendi ab intestato in medietate hæreditatis maternæ Cæsari obventæ, quæ cum distincta omnino esset a bonis, & hæreditate Vincentii, inferri non potest Clementiam eidem renunciasse, legatum prædictum acceptando,

per Text. *in l. si Titius, ff. de legat.* 3. Dec. *cons.* 424. *num.* 14. *vers. & illa prima probibitio*, Altogr. *cons.* 68. *nu.* 8. *&* 9. *lib.* 1. & comprobant *dec. Causa*, cor. R. P. D. meo Muto, quas refert decisio R. P. D. mei Molines 22. Junii 1693. §. *Prout neque*, quæ optime respondit objecto, quod hæreditas Cæsaris per aditionem Vincentii fuerit effecta unicum patrimonium cum istius hæreditate, ut in §. *Non obstante*.

Et ita utraque parte audita resolutum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Veliterna Successionis.

Lun. 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Nepotes mediante repræsentatione personæ parentis evadunt in æquali gradu successibili cum Avunculo, Statutum feminarum exclusivum loquens de hæreditate ascendentium, & fratrum non se extendit ad hæreditatem sororis.

SUMMARIUM.

1 *NEpotes mediante repræsentatione persona parentum evadunt in aquali gradu successibili cum avunculo, & cum eodem in stirpes ad hareditatem admittuntur.*

2 *Succedentibus ab intestato datur immissio ex interdicto*, quorum bonorum.

3 *Statutum feminarum exclusivum loquens de hareditate ascendentium, & fratrum non se extendit ad hareditatem sororis.*

4 *Statutum feminarum exclusivum est juris correctivum.*

5 *Et propterea stricte est interpretandum.*

6 *Ad effectum extendendi de persona ad personam rationem expresse scriptam in Statuto exorbitante, & correctorio requiritur copulativus concursus identitatis rationis tam respectu persona excludentis, & exclusa, quam quoad hareditatem, & bona, a quibus excluderet Statutum.*

7 *Non militat eadem ratio in exclusione ab hareditate fratris, qua militat in hareditate sororis, &* num. 8.

9 *Res alienari probibita semel facta alienabilis transit etiam in alias personas prohibitas absque onere revertendi ad familiam alienantium.*

10 *Statutum Urbis habet locum in Civitate Veliterna, utpote existente in districtu.*

11 *Frater dotem sorori constituens si pratendat illam ad se reverti debere rigore Statuti Urbis, probare debet dotem de proprio constituisse, cum alias ad effectum excludendi reversionem prasumatur constituta tanquam hares patris, & de bonis paternis, & n.* 12.

DECISIO XXVI.

COncurrentibus ad intestatam successionem bonorum Euphrasiæ sine prole defunctæ tribus filiis Franciscæ, totidemque aliis Apolloniæ illius premortuarum sororum, obtentaque per eos in Tribunali A. C. Immissione pro duabus ex quatuor partibus hæreditariis adversus Joannem Baptistam avunculum, & Catharinam materteram; Isti causam appellationis mihi dirigi curarunt: Unde dubium commissioni conforme DD. meis disputandum proposui, an sit danda immissio, & affirmativa prodiit resolutio.

Siquidem attenta dispositione juris communis luculenter apparuit justitia, quam fovent Actores, cum enim Euphrasia ab intestato defecisset, successio aperta fuit in ejus bonis, non solum ad favorem Joannis Baptistæ, & Catharinę superviventium, sed etiam ad favorem filiorum ex Francisco, & Apollonia aliis sororibus prædefunctis, qui veluti repræsentantes eorum matres evadunt in æquali gradu successibili cum præfatis avunculo, & matertera, & cum eisdem in stirpes ad hęreditatem admittuntur tantam scilicet bonorum quotam insimul assequentes, quantam quælibet
1 eorum mater si viveret accepisset, *juxta Text. in Authent. Cessante C. de legit. hared.* Cyriac. *contr.* 291. *n.* 1. Rota cor. Buratt. *dec.* 309. *n.* 1. *cum aliis in Romana, seu Firmana successionis* 18. *Februarii* 1695. §. *Clarum quippe*, cor. R. P. D. meo Molines, *& in altera confirmatoria* 16. *Januarii currentis anni, in principio*, cor. R. P. D. meo Priolo. Unde pro duabus ex quatuor partibus hæreditariis immissio concedenda venit dictis actoribus ex interdicto, *quorum bonorum*, quo regulariter succedentibus ab intestato succurritur adversus possidentem pro hærede, *l.* 1. *& toto titulo ff. & C. quorum bonorum*, Rota cor. Buratt. *pracitata dec.* 309.
n. 2. *cum cateris relatis in Romana hareditatis* 27. *Januarii* 2
1696. §. *Ratio sic decidendi*, cor. R. P. D. meo Pio.

Neque visum fuit obstare posse Statutum Veliternum *c.* 23. *lib.* 2. pro conservatione agnationis excludens in favorem masculorum feminas donatas, seu dotandas, super quo scribentes pro reis conventis potissimum insistebant: quoniam cum talis exclusio legatur restricta ad hæreditatem ascendentium, & fratrum extendi nequit ad hæreditatem sororis, quæ quidquid esset in casibus Juris communis non adversantibus, in quibus terminis procedit Textus, qui allegabatur *in l. Lucius Titius §. quasitum ff. de legat.* 3. sub nomine fratrum in subjecta materia Statuti correctorii, & exorbitantis neutiquam continuetur, prout rem egregie per principia dispungendo ex pluribus authoritatibus ad id cu-
mulatis magistraliter firmavit Rota cor. Merlin. *decis.* 471. 3
per tot. repetit. in dec. 388. *p.* 5. quam sequitur, iidemque per extensum refert Donat. Anton. de Marin. *quotid. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 6. Rocc. *selectt. c.* 37. *n.* 20. *lib.* 1. Card. de Luca *in supplem. part.* 3. *tit. de success. ab intestato, disc.* 45. *n.* 11. Statutum enim prædictum tanquam juris correctorium super eo, quod a successione in bonis fratris defuncti, excludit sororem, quæ alioquin cum cæteris fratribus pro virili ad eandem hæreditatem concurreret, ad
literam Text. *in §. Si igitur il* 2. *Auth. de hered. ab intestato* 4
ven. Authent. post fratres C. de legit. hered. extensivam interpretationem de casu ad casum non patitur, neque trahitur de persona ad personam, sed ad limites verborum intelligi debet, quamvis pro manutentione agnationis cognitum dig-
noscatur, Andreol. *contr.* 38. *nu.* 5. *& seqq.* Conciol. *alleg.* 5
71. *nu.* 27. Rot. cor. Dunoz. jun. *dec.* 557. *nu.* 22. *& in rec. dec.* 342. *n.* 5. *& seq. p.* 3. *& dec.* 46. *n.* 11. *p.* 14. *& dec.* 360. *n.* 27. *&* 23. *p.* 17. *& in puncto*, cor. Merlin. *cit. dec.* 47. *n.* 29.

Minusque juvat replicatio, quod in hoc Statuto adsit ratio ipsius aperte scripta conservandi, scilicet agnationem,
& descendentes in familiis; & proinde, quia talis causa 6
finalis videtur æqualiter vigere posse in hæreditate fratris, & sororis; Statutum præfatum licet feminas nominatim excludat a successione in bonis fratris, attamen virtualiter id disponere in hæreditate sororis interpretetur, non per viam extensionis, sed per modum comprehensionis casus subalterni ad instar generis, quod scilicet omnes species sub se complectitur, ita ratio inibi scripta cæteros casus, super quibus identifice militat, comprehendat.

Etenim Domini ad objecti remotionem præmissa originali Theorica, quoad effectum extendendi de persona ad personam rationem expresse scriptam in Statuto exorbitanti, & correctio requiritur copulativus concursus identitatis rationis, tam respectu personæ excludentis, & exclusæ, quam quoad hæreditatem, & bona, a quibus excluderet Statutum, proponit sine ullo legali discrimine inter casum, & casum, juxta notata a Conciol. *ad Stat. Eugub. in pralud. n.* 132. ubi concordantes, & a Rota in laudata *dec.* 471. cor. Merlino, animadvertebat in themate eandem rationis identitatem militantem in hæreditate fratris, non ur-
gere quoad hæreditatem sororis, tam inspecta qualitate, 7
& circumstantiis personæ, quam attenta natura bonorum.

Et quidem ex qualitate personæ, quia votum conservandæ agnationis pro causa finali a statuentibus contemplatum æqualiter non se habet respectu sororis quemadmodum viget in fratre; si enim fratre decedit per quem jam conservabatur familia, Statutum ita interpretando affectionem defuncti erga personas succedentes noluit, ut bona, quibus mediis honor, & dignitas familiæ splendebat pervenirent ad feminas, sed illa aliis fratribus superventibus reservavit quasi eodem officio functura apud eos, quæ apud ipsum defunctum in præteritum fungebantur. Hæc autem ratio non aptatur in sorore præmortua nupta in alienam familiam, quæ sicuti paternam agnationem derelinquit, & in alienam mariti profecta fuit, ita bona sicut ea vivente non deserviebant decori agnationis, nec minus ad hoc officium, ea mortua deservire valent, sed possunt in alias feminas transire. Ideoque Statutum hac forsan perpensa diversitate discretive locutus fuit de hæreditate fratris, nec circa hæreditatem sororis nuptæ aliquid disposuit, ad quam proinde votum generale conservandæ agnationis pro exclusione feminarum trahi non valet, ut ex-

ut explicat Salycet. *in l.* 2. *Cod. de nut. action.* Castren.
8 *conf.* 119. *per tot. lib.* 1. optime Soccin. jun. *conf.* 23. *n.* 52. *& seqq. libr.* 1. omnibus contrariis respondet, & Surd, *dec.* 9. *n.* 6. *& per tot.*

Attenta vero natura bonorum, responsio incalescit, quia illi eo minus ratio Statuti convenire valet; Cum enim illa sint propria Euphrasiæ tanquam divisa per constitutionem dotis a patrimonio, & familia paterna etiam sine spe reversionis ob præmorientiam patris dotantis, & uti assignata in præmium Statutariæ exclusionis, de illis uti effectivo mulieris patrimonio prædicari minime valet expressa ratio municipalis dispositionis, quæ cum expresse tendat ad continuationem bonorum in familia agnatitia, prout ipsummet Statutum literaliter patefecit in iis verbis -- *Ad conservandam agnationem, & familiarum dignitatem* -- Quidquid fores in bonis dotalibus reversuris, vel ex pacto, vel ex legis ministerio ad familiam dotantis, certum est quod ratio superius recensita, quæ alioquin præexistentiam bonorum in familia agnatitia de tempore successionis exquirit, neutiquam verificatur in dictis bonis propriis Euphrasiæ jam distractis irrevocabiliter a familia paterna, & unice effectis de patrimonio mulieris defunctæ, constante matrimonio, quod iterato contraxerat; cum reveta eadem ratio non vigeat manutenendi splendorem familiarem cum bonis distractis irrevocabiliter a patrimonio, quando urget in conservandis per modum continuativum ab ipso Statuto designatum in eadem patris agnatione, cæteris bonis fraternis ab ea per prius nunquam divisis, & separatis, quæque proinde in eadem familia asservari, ratio naturalis, & æquitas dictat, exemplo rei prohibitæ alienari, quæ si semel efficitur alienabilis, transit etiam in alias personas prohibitas
9 absque onere revertendi ad familiam alienantium *l.* 1. *& l. Pater filium §. quindecim*, ubi Bartol. *ff. de legat.* 3. *& perbellè ponderat sæpius citata dec.* 471. coram Merlino *n.* 21. *& seqq.*

Hoc autem retento themate, frustra prætenditur dotem Euphrasiæ fuisse constitutam a fratribus, & sic ad ipsos redire, dum prædicta eorum soror sine filiis, & ab intestato defecit juxta dispositionem Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 130. id præscribentis debuisse stipulari, prout legitur stipulatum in Instrumento vigore pacti inibi inserti restituendi dotem, cui de jure, placuit enim responsio, quod licet Statutum Urbis tanquam Civitatis dominantis vindicet sibi locum in Civitate Veliterna posita in restrictu, Rota coram Dunoz. jun. *decis.* 246. *num.* 9. *&* 10. *& in Veliterna manutentionis secunda Apri-*
10 *lis* 1693. §. *Quatenus vero spectat*, coram R. P. D. meo Molines, *in altera confirmatoria* 15. *Junii ejusdem anni* §. *Quatenus enim pertinet*, coram eodem; Nihilominus non fuit sufficienter probatum d. dotem de propriis eorum pecuniis fuisse ab eisdem fratribus solutam, prout omnino, plene, & concludenter justificari debuisset; cum alioquin fratres, qui non tenentur ex propria persona dotem sororibus constituere, censeantur id fecisse uti hæredes patris, ac de bonis paternis, non autem de proprio, ut in terminis Statuti Urbis desinivit Rota coram Dunoz. jun. *dec.* 528. *n.* 21. & coram Merlin. *dec.* 32. *n.* 3. *& seq. & dec.* 276. *n.* 2. *& in recent.*
11 *dec.* 45. *n.* 12. *&* 13. *p.* 19. Ideoque nulla vis fieri potest in stipulatione restituendi dotem cui de Jure, quia cum dicti fratres non doceant, dictam dotem de proprio persolvisse, tale pactum, quod ordinem Juris præsefert, in nihilo ipsis suffragatur, Dunoz. jun. *laudata*
12 *dec.* 528. *n.* 32. *& seq.* Rota *dec.* 191. *n.* 30. *p.* 17. *& dec.* 614. *n.* 16. *p.* 18. *tom.* 2. *rec.*

R. P. D. HERVAULT.

Bononiensis Ususfructus seu Renunciationis.

Lun. 3. *Decembris* 1685.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta ex causa ingressus in religionem late est interpretanda, & præsumitur realis non personalis, omnia bona includit, si de probabili renunciantis mente constet, licet in renunciatione Notarius arctam fecerit bonorum dinumerationem in contractu. Si renunciatarius personam reintegrat, renunciantis renunciatio in consideratione non habetur; quid autem ad hunc effectum requiratur enucleat præsens decisio ad casum *disc.* 4. Card. de Luca *de Renunc. & disc.* 15. *de success. ab intest.*

SUMMARIUM.

1 *PER renunciationem factam ex causa ingressus in Religionem renunciatarius habetur, ac si esset mortuus.*

2 *Preces porrectæ Ordinario ad effectum obtinendi licentiam faciendi renunciationem valent declarare dubiam partium dispositionem in renunciatione emissam.*

3 *Si in precibus data fuerit facultas certa bona renunciandi, & preces in ipso contractu renunciationi inferantur, nulli dubium est, quin partes habuerint intentionem prædicta bona in renunciatione comprehendendi.*

4 *Verba ampla, quæ nullam pati possunt restrictionem, nisi cum recti sermonis læsione, etiam ultra expressa porriguntur.*

5 *In renunciatione si adsint generalia verba omnium comprehensiva, enumeratio certarum specierum utpote pervenire solita ex inutilibus Notariorum cautelis actus amplitudinem non restringunt.*

6 *Renunciatio emanata ex causa ingressus in Religionem ex verisimili mente renunciantis latius est interpretanda.*

7 *Renunciatio emissa ob ingressum in Religionem semper realis censenda est.*

8 *Renunciatio facta alicui stipulanti pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunque, dicitur realis.*

9 *Renunciatio ex dispositione renunciatarii tantum circumducta censetur, effectusque omnes, qui illam consequuntur, fiunt irriti, cum inter utramque adest incompatibilitas, ex qua pateat de disponentis voluntate abrogandi renunciationem.*

10 *Nulla est facienda interpretatio pro renunciationis remissione, & renunciantis reintegratione, si oriatur ex ea effectus omnino oppositus menti Testatoris.*

DECISIO XXVII.

PER geminam sententiam vigore Statuti Bononiensis vim rei judicatæ habentem definitum fuerat Laudomiæ non deberi usumfructuum eidem relictum a Joanne Rugerio filio, cum hujus bona subjecta dicerentur antiquo fideicommisso Antonii de Ghisellis in totum purificato favore Mariæ Candidæ germanæ sororis Testantis, donec naturaliter vixerit, causa deinceps in gradu restitutionis in integrum ad Rotam devoluta, mihique commissa, disceptandum hodie proposui dubium; An constet de duabus, vel potius Laudomiæ debeatur dictus ususfructus, & pro qua rata, pro cujus resolutione.

Domini attenta injustitia sententiarum, quæ nunquam finit locum esse Statuto de duabus, ut ait Rota coram Eminentiss. Cerro *dec.* 913. *n.* 3. responderunt non constare de duabus, & illi deberi usumfructum trium ex quinque partibus bonorum, de quibus agitur; quæ namque partes jure restitutionis illi relictæ fuerunt a Joanne Rugerio, qui institutis in proprietate filiis ex Olympia sorore nasci turis, universæ suæ hæreditatis usumfructum in quinque partes divisit, quarum una duntaxat assignata Mariæ Candidæ, alias quatuor pro virili distribuit Laudomiæ, & Olympiæ, altera vero quinta pars debetur ob mortem Olympiæ, cui virtute reciprocæ substitutionis inter easdem usufructuarias a Testatore ordinatæ pro æquali portione successerunt Laudomia, & Maria Candida superstites.

Nec opponi potest existentia, & purificatio præfati fideicommissi, tum in ante dictis sententiis, tum etiam in decisione coram me edita die 24. Januarii labentis anni canonizata; Quia cum Maria Candida ante professionem Religionis amplissimam, & jurium omnium extinctivam renunciationem emiserit favore Joannis Rugerii, hujus virtute perinde ac si mortua esset, e medio se sustulisse censetur, & aditum ad successionem aperuisse renunciatio, ejusque hæredibus, & successoribus, Cæsar. de Afflict. *controv.* 24. *n.* 14. *& seqq.* Bor- 1
tigliet. *de success. ab intest. theorem.* 14. *num.* 22. Torr. *de pact. futur. success. c.* 1. *n.* 43. *lib.* 2.

Cujus renunciationis efficacia eludi minime potest; co quia inter res renunciatas enumerantur duntaxat: *Bona renuncianti quomodolibet competentia, & quæ in futurum competere posse reperirentur in bonis paternis, maternis, avitis, patruis, fraternis, & quorumcunque aliorum agnatorum, & cognatorum*, quas inter bonorum species comprehendi non valet fideicommissum ab Antonio de Ghisellis ordinatum, qui nullo prorsus agnationis, seu cognatio-

nationis vinculo jungebatur Bartholomæo de Vassellis primo hæredi, a quo descendit Maria Candida.

Quoniam recensita verba, etsi revera minus apta forent comprehendere dictum fideicommissum, ad illud tamen extendenda visa sunt ex clara mente renunciantis apertis verbis expressa in precibus porrectis Ordinario pro obtinenda facultate stipulandi Instrumentum renunciationis, atque etiam explicata in hujus proœmio, ex quorum utroque dubias dispositive partes, & contrahentium voluntatem declarari (sunt jura aperta) ut de precibus sancitur *in l. cum precum Cod. de liberal. cauf. & de proœmio immunit.* Text. *in l. final. ff. de hæred. instit.* & tradit Rot. *dec. 587. n. 4. p. 1. recent.*

2 In supplici enim libello literaliter petita, ac vicissim concessa legitur facultas refutandi quæcunque bona etiam fideicommissaria, qua potestate cum renuncians usa fuerit inserendo preces instrumento non debet amplius admitti voluntatis quæstio, juxta regulam Text. *in l. Lucius 21. §. Imperatores, ff. ad municipal.* Dunozet. jun. *dec. 841. n. 8.*

Proœmium vero apertam, & generalem præsefert voluntatem renunciandi, ne dum bona omnia ascendentium, & transversalium inibi expressorum, verum etiam *aliorum quorumcunque ad eam quomodolibet qualitercunque, & quomodocunque de præsenti, & in futurum spectan. & pertinen.* qua effrænata verborum amplitudine fit, ut huic etiam fideicommisso renunciatum censeatur, si non nominatim, saltem per verba æquipollentia, & comprehensiva, quæ cum (salvat ratione recti sermonis) nullam pati possint restrictionem, etiam ultra expressa por-
3 rigantur, Altograd. *conf. 66. n. 1. lib. 1.* Grat. *discept. 568. n. 27. & seqq.* clar. mem. Card. de Luca *de renunciat. disc. 4. n. 6. & 10.* ubi quod stantibus generalibus verbis om-
4 nium comprehensivis enumerationes certarum specierum, utpote provenientes ex inutilibus Notariorum cautelis tactus amplitudinem non restringunt, *& discurs. 5. n. 9.*
5 Rot. coram Seraphin. *dec. 317. num. 72. & seq.* Rota *in recent. dec. 714. n. 1. 5. & 6. p. 2. dec. 598. num. 1. & seq. p. 3. dec. 161. n. 7. p. 10. dec. 271. n. 3. & dec. 401. n. 11. 22. p. 13. recentior.* & pluribus relatis concordantibus novissime dictum fuit in *Anconitana primogenituræ 18. Junii proximi elapsis §. Vel cum verba*, coram R. P. D. meo Benincasa.

Eoque magis similis comprehensio admittenda visa fuit, quia agitur de renunciatione emanata ex causa ingressus in Religionem, quæ ex verisimili mente re-
6 nunciantis latius semper est interpretanda, Altograd. *conf. 66. n. 4. lib. 1.* de Luca *d. disc. 4. n. 9. de renunc.* Rot. *dec. 714. num. 2. p. 2. & dec. 141. per tot. p. 5. recent.* nulla enim suppetit congrua ratio, cur renunciatio aliarum omnium successionum comprehensiva complecti non debeat successiones quoque ex fideicommisso deferendas voluntati earum profitendi monasticam paupertatem, cum divitiæ omnes, undecunque illæ provenerint, æque contrariæ sint.

Parum refragante replicatione, quod admissa etiam prætensa comprehensione fideicommissi, nihilominus tamen efficacia omnis renunciationis evanuerit, vel quia ratificata contemplatione fratris eo defuncto juxta naturam personalis renunciationis resoluta remanserit, dato renunciationi regressu ad bona, & jura omnia renunciata, vel saltem quia eadem reintegrata fuerit ad successionem bonorum fideicommissorum ex voluntate Testatoris, qui de illis dispositivus præcepit executoribus testamentariis *d' assegnare à chi si deve qualsivoglia parte di fideicommisso.*

Quoad primum nanque objectum responsum fuit, personalitatem omnem actus exclusam esse, non solum quia versamur in renunciatione emissa ob ingressum in Religionem, quæ semper realis censenda est, ex latis-
7 sime firmatis *in Romana hæreditatis de Lanuviis 18. Junii præteriti §. Et quidem cum pluribus seq.* coram me; sed etiam quia facta legitur renunciatio stipulanti pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, sub qua stipulatione, cum comprehendantur hæredes omnes quicunque illi sint etiam extranei, præsumi nequit amplius factam fuisse contemplatione certæ personæ, sed realis, & jurium omnium penitus abdicativa reputanda est, ut relatis concordantibus firmatur in mox *citata dec. §. Quamobrem.*

8 Et facili itidem responsione alterum quoque objectum sublatum fuit animadvertendo, quod per Testamentariam dispositionem tunc solum circumducta censetur renunciatio, effectusque omnes, qui illam consequuntur fiunt irriti, cum inter utranque adest incompatibilitas, ex qua pateat de disponentis voluntate abrogandi renunciationem, ut in simili casu exclusionis statutariæ advertit clar. mem. Card. de Luca *disc. 14. n. 9. de success. ab intest.*

Hæc autem incompatibilitas in præsenti non adest, 9
quia præceptum assignandi bona fideicommissaria, cui deberentur a Testatore, injunctum verisimiliter emanavit ex desiderio ejusdem obviandi controversiis, quæ excitari poterant a Francisco de Ghisellis prætendente fideicommissum post obitum Joannis Rugerii ad ejus favorem in totum purificatum fuisse, ut declaravit subsecutus eventus, introductio scilicet acerrimæ litis post duas sententias in partibus emanatas ad nostrum Tribunal devolutæ, & coram me disceptatæ dicta die 25. Januarii, referri autem non debet voluntati remittendi renunciationem, ex simili nanque remissione oriretur effectus omnino oppositus menti Testantis, qui si postquam per limitatam dispositionem relinquerat Mariæ Candidæ pro omni eo, quod prætendere poterat, quintam solummodo partem usufructus eandem reintegrasset ad jura omnia, & successione fideicommissi, a quo cuncta fere bona absorbebantur, illa, quæ unicam duntaxat partem consequi debebant universum usumfructum absumpsisset, vix ulla, aut minima solum portione remanente Laudomiæ, cui tamen largius, ac munificentius providere desideraverat duplo majorem ratam usufructus relinquendo, quod porro absurdum remissam censeri non patitur renunciationem, ut ratiocinatur idem Card. de Luca *loco mox citato.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA;

Bononiensis Fideicommissi de Ghisellis:

Lun. 16. Februarii 1688.

Argumentum reperitur in Decisione 27.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio dicitur interposita adversus omnes qui sunt in causa, licet in appellatione omnes non nominentur.*

2 *Appellatus potest coram Judice ad quem petere condemnationem super articulo a Judice prioris instantiæ prætermisso.*

3 *Appellatio est communis, & suffragatur etiam in non expressis.*

4 *Rotales Constitutiones non arctant ad proponendum quodcunque dubium, sed solum ut consulantur Auditores, antequam deveniatur ad actum expeditionis.*

5 *Sententia contra sententiam prima non revocata est valida, si de prima non fuerit oppositum per viam exceptionis peremptoriæ.*

6 *Renunciatio non potest comprehendere fideicommissum in actu renunciationis ignoratum.*

7 *Si tamen fideicommissi expressio in renunciatione adsit, & nullum aliud fideicommissum probetur quam purificandum, istud præcipue dicitur in renunciatione comprehensum.*

8 *Post emissam renunciationem non potest amplius ad bona renunciata rediri.*

9 *Ususfructus renunciatus dicitur stare in patrimonio renunciatarii vivente renunciante ut fieri valeat transmissio favore hæredis.*

10 *Sub dispositione bonorum suorum veniunt solum bona propria, non autem aliis debita ex causa fideicommissi.*

11 *Testator mentionem faciens de certis bonis censetur alia sub illa dispositione noluisse comprehendere.*

12 *Bona quæ includuntur in particulari dispositione, non censentur comprehensa in alia generalia subsequenti.*

13 *Sub dispositione facta cum æquatione bonorum favore hæredum non dicuntur comprehensa bona, quæ ad alios sunt reversura.*

14 *Sub generali relictu non venit ususfructus bonorum fideicommissariorum.*

DECISIO XXVIII.

Facta cessione liti, & acceptato per publicum Instrumentum a fratribus de Ghisellis Judicio Rotali super purificatione præsentis fideicommissi favore Joannis Rugerii

gerii jun. aliorumque descendentium ex Olympia ad formam Sententiæ R. P. D. mei Hervault, & Decisionis coram me editæ sub die 4. Julii 1687. Altera superfuit quæstio prosequenda circa bona cadentia sub renunciatione sor. Mariæ Candidæ, & sub usufructu eidem, ac Laudomiæ Matri relicta per Joannem Rugerium seniorem ultimum gravatum, & renunciatarium; in qua DD. inhærentes fundamentis adductis in Decisionibus R. P. D. Hervault, & in alia emanata coram me super hoc puncto sub dicta die quarta Julii anni præteriti, iterum hodie censuerunt, renunciationem ex amplitudine verborum, & expressa declaratione renunciantis emissa in precibus, seu licentia Vicarii esse comprehensivam bonorum fideicommissariorum, de quibus agitur, eaque non esse computanda in præstatione ususfructus, utpote ab hoc onere exclusa, tam ex natura rei, quam ex voluntate Testatoris, ideoque Sententiam Rotalem, etiam in hoc articulo, esse confirmandam.

Contra quæ non urgent exceptiones nullitatum, & Injustitiæ hodie repetitæ contra d. Sententiam, & quidem nil facit, quod ea tanquam lata favore Jo: Rugerii non appellantis a Sententia de partibus contra Laudomiam sit nulla defectu Jurisdictionis. Quia dum in Judicio de partibus egerunt Jo: Rugerius, & Franciscus pro immissione ad bona fideicommissaria, ad quæ uterque se contendebat vocatum, & alteri præferendum; Olympia, & sor. Maria Candida retentione dd. bonorum earum vita durante tanquam conservantes agnationem, & de linea prædilecta; Laudomia vero pro pinguiori præstatione ususfructus super dd. bonis fideicommissariis, utpote existentibus in bonis Testatoris, saltem durante vita monialis renunciantis. Hinc sequitur, quod licet a Sententia subsecuta concedente retentionem Olympiæ, & Mariæ Candidæ earum vita durante, illis vero defunctis, immissionem Francisco, sejunctim appellaverint Jo: Rugerius, & Laudomia, sit tamen ex natura negotii etiam inter eos
1 appellatio communis. Dum quia Joannes Rugerius appellavit a sibi denegata immissione in bonis fideicommissis, in qua habebat æqualiter adversariam Laudomiam, ac cæteros colitigantes. Unde quamvis in appellatione fiat mentio de sorore Maria Candida, & Francisco, quorum respectu duntaxat succubuerat; nihilominus intelligitur etiam interposita respectu Laudomiæ æque adversariæ, & immissionem temporaliter impugnantis *argum. text. in l. scio quæsitum* 3. *ff. de appellat. gloss. in l. prima in fin. verb. adversus quem* ibique Barthol. *in princ. ff. eod.*
2 Franc. *in rubr. de appellat. sub n.* 40. Ruginell. *de appell.* §. 2. *capit.* 4. *n.* 25. Tum quia appellatio Laudomiæ relativa ad Sententiam comprehendit etiam Jo: Rugerium in ea nominatum, & sic potuit iste coram Judice *ad quem* petere condemnationem contra Laudomiam super articulo a Judice prioris Instantiæ prætermisso, *l. ampliorem* 3. *C. de appellat.* Surd. *dec.* 143. *per tot. ibique Hodiern. in in princip. plene* Rot. *dec.* 23. *de re judic. in nov.* Tum demum, quia Jo. Rugerius non poterat in causa appellationis obtinere, nisi exclusa prætensione Laudomiæ, & e converso. Unde cum unus articulus influat in aliud, & pariant ad invicem exceptionem rei judicatæ, dicuntur propterea versari in articulis connexis, & dependentibus, in quibus ex ratione unitatis, & virtute clausularum, quæ solent apponi in commissionibus *cum annexis*, appellatio efficitur communis, & suffragatur et-
3 iam in non expressis, Amat. *resolut.* 9. *n.* 19. Castill. *dec.* 31. *n.* 40. Gregor. *dec.* 223. *n.* 7. *&* 8. *dec.* 581. *num.* 5. *&* 6. Priol. *dec.* 99. *n.* 2. *& seqq.* addito etiam, quod Jo. Rugerius semper citavit Laudomiam in principio, & prosecutione appellationis, & sic cessat argumentum, quod contra eum noluerit uti, seu adhærere appellationi interpositæ. Prout cessat applicatio DD. in contrarium allegatorum, qui procedunt in tertio adhærente appellationi, quando negotium & causa defensionis est diversa, & sic extra casum.

Corruit quoque altera nullitas desumpta ex omissa discussione Juris Laudomiæ in Decisione, quæ præcessit Sententiam. Nam dum Laudomia semper citata non comparuit in propositione causæ, & solum post editam Decisionem impugnavit expeditionem sub eodem prætextu non discussi sui Juris, quo non obstante, Rota rescripsit: *Expediatur super utroque*, id sufficit pro tollenda nullitate inducta ab Apostolicis Constitutionibus, quæ
4 non arctant ad proponendum quodcunque dubium, sed solum ut consulantur DD. antequam deveniatur ad actum expeditionis, Cavaler. *dec.* 690. *n.* 6. Manzaned. *decis.* 48. *num.* 5. *& in dec.* 368. *num.* 5. *p.* 13. *recent.* Præsertim quia Decisio edita contra Monasterium sustulit omnia fundamenta, quibus nitebatur soror Maria Candida insimul usufructuaria cum Laudomia; adeoque cum respectu ususfructus esset utrique eadem causa defensionis, neque tunc, & in toto causæ progressu quidquam Laudomia proposuerit, quod sibi esset speciale ultra Jus monialis, utique dignoscitur jus suum satis discussum in dicta Decisione sub persona consortis, atque ideo superfluam fuisse novam disputationem, ad quam DD. non arctantur, Rot. *d. dec.* 408. *n.* 5. *p.* 3. *rec.*

Demum non potest de nullitate redargui prædicta Sen- 5
tentia, eo quia non revocaverit præcedentem latam favore Laudomiæ contra Monasterium; quia ultra responsiones datas in præterita Decisione, quod scilicet non fuerit opus revocare Sententiam, quæ non afficiebat Jo. Rugerium in ea non citatum; quodque non esset necessaria revocatio Sententiæ, de qua in actis non fuerat oppositum per viam exceptionis peremptoriæ, Aretin. *cons.* 73. *n.* 40. *& seq.* Mascard. *de probat. conclus.* 1325. *n.* 4. *vers.* 6
ex alio, Cancer. *p.* 3. *c.* 27. *ex n.* 1. *ad* 25. Rot. *dec.* 66. *n.* 9. *post contr.* Hodie additum fuit, quod dicta prima Sententia fuit lata ad præjudicium solius Monasterii super modo dividendi usumfructum, non autem Jo: Rugerii super incompetentia immissionis ab eo petitæ ex capite fideicommissi; Unde inter primam, & secundam nulla adest incompatibilitas, & repugnantia. Quinimo ipsa prima Sententia favorabilis Jo. Rugerio; dum in Decisione, ad cujus normam prodiit, firmatur realitas renunciationis, comprehensio bonorum fideicommissi, & defectus reintegrationis, qui sunt articuli, quibus nititur Jo: Rugerius pro obtinenda immissione contra Monasterium, ut patet ex omnibus decisionibus ad ejus favorem editis super hoc puncto; & sic deficit præsuppositum, quod prima Sententia uti de directo contraria esset revocanda pro validitate secundæ.

Justitia vero, quæ resultat ex omnibus præcedentibus Decisionibus hujus causæ, male impugnatur ex parte Monasterii sub prætextu, quod renunciatio sororis Mariæ Candidæ non sit trahenda ad fideicommissum, utpote per eam in actu renunciationis ignoratum, *per text. in l. de his ff. de Transact.* Bich. *dec.* 119. *n.* 2. *& seqq. & decis.* 735. *num.* 22. *p.* 18. quia in præsenti probatur scientia; dum in precibus porrectis Vicario pro licentia renunciandi, quæ postea inserta fuit in Instrumento, fit expressa mentio de bonis fideicommissariis, cumque nullum aliud probetur adesse fideicommissum, ad quod aspirare posset monialis, præter controversum, utique illud sive purificatum, sive purificandum dicitur ex præcognitione, & voluntate renunciantis in renunciatione comprehensum, Rota *in Anconitana primogenituræ* 18. *Junii* 1685. §. *Illius*, *&* 13. 7
Jan. 1686. §. *Accedente*, coram R. P. D. meo Benincasa.

Posita igitur comprehensione fideicommissi ex prædictis, aliisque plenius recensitis ex præteritis Decisionibus, frustra prætenditur, quod monialis fuerit reintegrata ad prædictum fideicommissum ex dispositione Jo. Rugerii sen. jubentis executoribus *di assignare à chi si deve qualsisia parte di fideicommisso, se ve ne fosse*. Nam dum Testator reliquit moniali usumfructum pro omni, & toto eo, quod ex quacunque causa prætendere posset ab ejus hæreditate, jam patet, quod juxta voluntatem dispositivam Testatoris ipsa est potius exclusa, quam reintegrata ad bona fideicommissi, ut ponderat ultima Decisio R. P. D. mei Hervault §. *Tantum autem*, & altera mea super hoc puncto §. *Minus obstat*, nec potest eadem reintegrationem prætendere uti contentam inter illas personas, cui de jure facienda erat restitutio. Quia post factam realem renunciationem favore Joannis Rugerii, ejusque hæredum, & successorum, non potest amplius de jure ad bona renunciata redire, 8
Rot. *dec.* 235. *n.* 14. *p.* 19. *et alibi passim*.

Minus suffragari potest eidem Monasterio ex persona d. sororis Mariæ Candidæ, & Laudomiæ collegatariarum in usufructu, quod saltem bona fideicommissaria computanda sint inter bona Testatoris ad effectum transmittendi usumfructum in hæredes, & successores renunciatarii, durante vita monialis, ad tradita per Altograd. *cons.* 41. *n.* 12. *lib.* 2. Andreol. *contr.* 6. *n.* 69. *et contr.* 310. *num.* 13. Rot. post 9
Torr. *de pact. futur. success. dec.* 127. *n.* 7. *et seqq.* Quia omisso uti superfluo examine potestatis latissime impugnatæ per informantes ex ea ratione, quod bona remanserint in Jo. Rugerio juxta propriam naturam etiam ex mente renun-

ciantis

cianitis volentis se tollere de medio, ut locum aperiret cæ-
teris in fideicommisso vocatis, Dominis visum fuit obje-
ctum removeri ex contraria voluntate Testatoris, qui no-
luit sub legato ususfructus bona fideicommissaria comple-
cti. Id autem colligitur primo ex relicto ususfructus *in bo-
nis suis*, sub qua dispositione veniunt solum bona propria,
10 non autem aliis debita causa fideicommissi, Peregr. *de fidei-
comm. art. 6. n.* 12. Duran. 83. *num.* 12. *& dec.* 119. *num.* 3.
Secundo, quia sub institutione ususfructus expresse inclusit
bona emphyteutica; unde militat argumentum discretivæ
quoad bona fideicommissaria, de quibus mentionem non
11 fecit Eminentiss. Cerr. *dec.* 885. *num.* 24. Tertio, quia de
bonis fideicommissariis fecit particularem dispositionem, in-
jungendo executoribus, ut ea restituerent cui de jure; unde
non censentur comprehensa in generali institutione, a
qua per provisionem peculiarem dicuntur excepta; Rot.
12 *dec.* 53. *num.* 17. *part.* 13. *& dec.* 586. *num.* 9. *par.* 18. Quarto,
quia Testator divisit usumfructum per quotas, & jus-
sit, quod inter usufructuarias superstites daretur æqua-
liter jus accrescendi, quod cum non sit verificabile in
portione fideicommissaria renunciata, in qua per præ-
decessum sororis Mariæ Candidæ expirabat jus totum usuf-
fructus, dicendum est, quod Testator senserit de bonis li-
13 beris, in quibus erat possibilis coæqualis successio, & re-
ciprocum jus accrescendi, Soccin. sen. *cons.* 93. *n.* 23. *vers.
ex quibus pactis volum. prim.* Rot. *dec.* 515. *num.* 19. *par.* 12.
Quinto demum, quia post relictum usumfructum dd. mu-
lieribus reliquit proprietatem filiis nascituris ex Olympia
ibi, *Quanto poi alla nuda proprietà, & alla proprietà con-
solidata nell' usufrutto instituisce li figli nati, e da nascere
dalla Signora Olimpia.* Cum autem bona fideicommissa-
ria spectarent pleno, & proprio jure ad Olimpiam, &
post illam ad ejus filios tanquam vocatos ex propriis perso-
nis ad fideicommissum. Quemadmodum certum est Te-
statorem non disposuisse de proprietate bonorum fidei-
commissi, ut etiam admittebant scribentes pro Monaste-
rio, & Laudomia, ita pernecesse dicendum est, quod
ususfructus, qui est servitus adjecta proprietati, non possit
intelligi relictus in bonis fideicommissariis, de quibus Te-
stator nec disposuit, nec poterat disponere, sed tantum
relative ad bona libera, de quorum proprietate Testator
poterat libere disponere, & cum usufructu consolidate,
argum. text. in lib. Lucius §. Imperatoris ff. ad municip.

Denique quoad observantiam satis respondent præte-
ritæ Decisiones, ad quas Domini se retulerunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis, super Re-
nunciatione, & Usufructu.

Veneris 4. Julii 1687.

Argumentum reperitur in Decisione 28.

SUMMARIUM.

1 *IN ea parte in qua deficit appellatio, deficit quo-
que Jurisdictio.*
2 *Appellatio interposita ab uno fit communis, & suf-
fragatur omnibus in sententia nominati.*
3 *Non potest in sententia determinari, quod in De-
cisionibus resolutum non fuit.*
4 *Rotales Constitutiones non important necessitatem pro-
ponendi quodcunque dubium, sed solum consulen-
di Auditores antequam deveniatur ad actum ex-
peditionis.*
5 *Non revocata sententia posterior de directo contra-
ria remanet nulla.*
6 *Sententia non afficit non citatum.*
7 *Sententia quæ est alteri contraria, valida reputa-
tur, etsi prima revocata non fuerit quando de
prima in actis non fuit oppositum.*
8 *Renunciatio realis tollit de medio personam renun-
ciantis, & aperit successionem cæteris de jure
venientibus.*
9 *Renunciatio facta cum verbis* renunciavit Mundo,
& divitiis *dicitur realis.*
10 *In renunciatione amplissimis verbis facta compre-
henditur, si non expresse, saltem tacite fideicom-
missum.*
11 *In renunciatione facta ex causa ingressus in Religio-
nem lata fit interpretatio.*
12 *In generali dispositione contemplata non censetur per-
sona cui specialiter, & taxative præcedenter pro-
vidit, & n.* 17.
13 *Renuncians redditur perpetuo incapax redeundi ad
bona renunciata.*
14 *Observantia quæ desumitur ab actibus ex falsa cau-
sa gestis, non operatur.*
15 *Testator instituendo seu legando usumfructum nun-
quam censetur legare usumfructum bonorum caden-
tium sub fideicommisso.*
16 *Renunciatio bonorum fideicommissariorum operatur,
ut quousque renuncians vivit dicatur usumfructum
existere in bonis renunciatariis.*

DECISIO XXIX.

AB ultima sententia de partibus concedente Monaste-
rio S. Guilielmi, durante vita sororis Mariæ Candi-
dæ, & post ejus obitum Francisco de Ghisellis immissio-
nem ad bona subjecta fideicommisso Antonii, de quo agi-
tur in altera hodierna decisione coram me; Appellarunt
ad Rotam Laudomia relicta usufructuaria in certis portio-
nibus a Joan. Rugerio Ghisellio filio, & ultimo gravato, ac
alter Joannes Rugerius junior filius Olympiæ aspirans ex
persona propria ad dictum fideicommissum, & coram
R. P. D. meo Hervault duplex prodiit sententia; Altera
inter Laudomiam, & Monasterium prævia unica Decisio-
ne sub die 3. Decembris 1683. in qua nemine alio citato,
dictum fuit usumfructum deberi in quotis a Testatore reli-
ctis etiam super bonis fideicommissariis, in quibus Mona-
sterio obstabat renunciatio Mariæ Candidæ; Et altera po-
sterior inter Franciscum, Joan. Rugerium, Monasterium,
& Laudomiam, in qua præcedentibus duabus Decisionibus
super fideicommisso, & altera super renunciatione pro-
nunciatum fuit fideicommissum purificatum esse ad favo-
rem dicti Joannis Rugerii, & Laudomiæ nullum jus com-
petere super bonis fideicommissariis; commissa deinde mi-
hi causa, inquirendum hodie proposui, una cum dubio
super fideicommisso, de quo in alia decisione; An quoad
renunciationem, & usumfructum sententia Rotalis sit
confirmanda, vel infirmanda, & Domini confirmandam
esse dixerunt, quia valida, & justa.

Validitas resultat ex Actis, & male contra eam opponi-
tur defectus jurisdictionis, eo quia Joannes Rugerius non
appellaverit a sententia de partibus contra Laudomiam, &
propterea in ea parte, quia deficit appellatio, deficiat quo-
que jurisdictio, Scaccia *de appellat. quæst.* 11. *nu.* 30. *& seq.* 1
Surd. *dec.* 175. *n.* 1. Quia quidquid sit, an appellaverit Joan-
nes Rugerius, appellavit tamen Laudomia, cui dicta sen-
tentia erat contraria, & ideo appellatio fit communis, &
suffragatur etiam Joanni Rugerio in dicta sententia nomi-
nato *l.* 1. *&* 2. *C. si unus ex pluribus, & cap. una sententia de
appellat.* Priol. *dec.* 99. *n.* 2. *& seqq.* 2

Prout non urget, quod non habita disputatione particu-
lari super usufructu, nec ullo modo facta mentione de Lau-
domia, ejusque juribus in Decisione, non potuerit absque
vitio nullitatis, & contraventione Apostolicarum Consti-
tutionum determinari in sententia id, quod non fuerat
disputatum, nec resolutum in decisionibus, ut *in Bulla* 44.
Pii IV. §. 4. *& in reformatione Pauli V.* §. *& Auditor*, quia 3
cum Laudomia, semper intimata ante propositionem causæ
post editam Decisionem, comparuerit per memoriale, &
impugnaverit quoad se expeditionem ex eodem capite non
factæ mentionis de suis Juribus in decisione, & hoc non
obstante Rota rescripserit *EXPEDIATUR SUPER
UTROQUE*, id satis esse videtur pro removenda nulli-
tate: quia Rotales Constitutiones non important necessita-
tem proponendi quodcunque dubium, sed solum consu- 4
lendi DD. antequam deveniatur ad actum expeditionis, Ca-
valer. *dec.* 590. *n.* 6. Manzaned. *dec.* 48. *n.* 5.

Alia demum nullitas desumpta ex prima Rotali sententia
favorabili eidem Laudomiæ, qua non revocata sententia
posterior de directo contraria remanet nulla *l. prim. Cod.* 5
quando revoc. non est necess. Rota *dec.* 362. *nu.* 10. *&* 11.
p. 4. *tom.* 2. *rec.* tollitur ex duplici responsione; primo quia
dicta prima sententia non afficit, nec est allegabilis contra
Jo: Rugerium in ea non citatum, Bald. *in l. final. n.* 3. *C. de* 6
leg. Buratt. *dec.* 1471. *n.* 4. Eminentissimus Cerrus *dec.* 152.
num. 24. & secundo, quia de ea non fuit in actis opposi-
tum, quo casu secunda sententia contraria sustinetur etiam
prima non revocata, Bichius *dec.* 290. *n.* 4. *& in rec. dec.* 224. 7
n. 6. *& seqq. part.* 17.

Justitia vero respectu Monasterii desumitur ex amplissi-
ma renunciatione sororis Mariæ Candidæ facta ex causa
ingressus in Monasterium, & stipulata *pro se, heredibus,*

& suc-

6 *& successoribus quibuscunque*, quæ utpote realis tollit de medio personam renunciantis, & aperit successionem cæteris de jure venientibus, ut in *Romana hæreditatis* 23. *Martii* 1685. §. *causa*. coram R. P. D. meo Rondinino, *& in Romana hæreditatis de Lanuviis 18. Junii* 1685. cor. R. P. D. meo Hervault.

Non obstare, quod inter bona renunciata non contineantur fideicommissaria, de quibus agitur; Tum quia prædicta monialis *renunciavit, mundo, & divitiis ejus*, ex quibus verbis inducitur realis, & extinctiva jurium omnium
9 dimissio, Eminentiss. Cerrus *decis. ult. num.* 8. Eminentiss. Othob. *dec.* 10. *n.* 37. *& seqq.* Bichius *dec.* 596. *ex num.* 2. *& in dicta Romana hæreditatis de Lanviis* §. *& quidem*; Tum quia verba sunt universalia, & effrænata, nam continent omnem, & quamcunque ratam, & partem bonorum paternorum, maternorum, avitorum, patruorum, & aliorum quorumcunque ad eam quomodolibet, qualitercunque, & quomodocunque de præsenti, & in futurum spectantium, & pertinentium, adeoque in verbis adeo amplis comprehenditur, si non expresse, saltem per æquipollens controversum fideicommissum, Altograd. *conf.* 66. *per*
10 *tot. lib.* 1. Rota *dec.* 167. *num.* 7. *part.* 10. *& dec.* 271. *n.* 3. *p.* 13. *& in Anconitana primogenituræ* 23. *Jan.* 1986. §. *quamvis enim*, coram R. P. D. meo Benincasa; Tum demum quia in licentia renunciandi obtenta a Vicario Bononien. & infert in Instrumento sit specialis mentio bonorum fideicommissariorum, & consequenter ex dd. precibus magis declarata remanet voluntas renunciantis includendi sub dd. verbis universalibus bona fideicommissaria, de quibus explicite loquebatur licentia, ut ponderat decisio R. P. D. mei Hervault *super renunciatione die* 17. *Maii* 1686. §. *Elucescit*, Addito etiam, quod in renunciatione ex causa ingressus sit semper lata interpretatio, Othob. *dec.* 10. *n.* 26. *& seqq.* Bich. *dec.* 632. *in fin. & in dict. Romana hæreditatis de Lanuviis* §. *finali*.

Minus obstat, quod per Institutionem d. sororis Mariæ Candidæ in certa quota usufructus, & per expressam facultatem præstitam executoribus *di assignare à chi si deve qualsivoglia parte di fideicommisso se ve ne fosse*, censeatur renunciatarius eam reintegrasse ad bona renunciata: quia institutio in usufructo infert quidem ad reintegrationem pro ea re, in qua monialis fuit instituta, sed non trahitur ad fi-
11 deicommissum, quod regulariter ab usufructu non cadit, quodque ab ipsa institutione Testator excepit, ut infra probabitur; facultas vero restituendi fideicommissum *cui de jure* non potest suffragari moniali renuncianti; Tum quia Testator eam instituit in usufructu pro omni, & toto eo, quod posse ex qualibet causa prætendere ab ejus hæreditate, unde in subsequenti generali dispositione sensisse non dicitur de persona, cui specialiter, & taxative præcedenti
12 providit, Gratian. *discept.* 522. *n.* 23. Coccin. *dec.* 1519. *n.* 8. *& 9.* Dunoz. jun. *dec.* 690. *n.* 15. *& ponderat dec.* R. P. D. mei Hervault §. *Tantum*; Tum quia restitutio facienda cui de jure non est verificabilis in prædicta moniali, cui de jure
13 fideicommissum non debetur, obstante renunciatione, ex qua perpetuo redditur incapax redeundi ad bona renunciata, Rot. *dec.* 92. *n.* 2. *& seq. par.* 18. *& dec.* 235. *n.* 14. *p.* 19.

Observantia demum, qua pro comprehensione, & reintegratione d. sororis Mariæ Candidæ elicitur ex substentatione litis, possessione, transactione, aliisque actibus communiter gestis cum Olympia sorore, & respective mater Joannis Rugerii non urget, quia erronea, & ex falsa causa,
14 adeoque non potuit inducere dispositionem, quæ in Testamento non adest, Card. de Luca *de fideic. disc.* 193. *ex n.* 4. *& 194. n.* 2. *cum aliis in hodierna dec. super fideic.* §. *non urgente*.

Respectu vero Laudomiæ intrat regula, quod Testator instituendo, seu legendo usumfructum bonorum cadentium
15 sub fideicommisso, Peregrin. *de fideic. art.* 6. *a n.* 9. *ad* 17. de Marin. *resol.* 240. *n.* 31. *& seqq.* ibi, Rodoetius *n.* 1. *& seqq.* Card. de Luca *de Servit. disc.* 48. *n.* 3. Rota *dec.* 375. *par* 1. *& dec.* 345. *n.* 10. *& seqq. par.* 10. *rec.* Præsertim quia specifice inclusit sub institutione ususfructus bona emphyteutica, unde militat argumentum discretive quoad bona fideicommissaria, de quibus mentionem non fecit Cerrus *dec.* 885. *n.* 141.

Non obstat, quod conclusio non procedat in portione fideicommissaria renunciata per sororem Mariam Candidam, quæ uti acceptata pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunque remanet in hæreditate renunciatarii, saltem quousque vivit prædicta monialis, & propterea continetur
16 sub dispositione ususfructus relicti in omnibus bonis Testatoris, Rota *dec.* 127 *n.* 7. post Torr. *de pact. futur. success.* & firmant decisio edita inter Laudomiam, & Monasterium sub die 3. *Decembris* 1685. coram R. P. D. meo Hervault, quia objectum tollitur ponderando, quod de bonis fideicommissariis dum voluit, quod ab executoribus restituerentur *cui de Jure*, adeoque etiam si aliqua eorum pars esset transitoria saltem temporaliter ad hæredes, adhuc per d. particularem provisionem diceretur exclusa, & excepta ab universali institutione *l. cum in Test.* 37. §. *finali ff. de hær. inst. l. Ser. manumisse* 115. *ff. de pecul. legat. cum aliis supra* §. *Minus obs.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Ariminen. Bonorum.

Lunæ 9. *Februarii* 1688.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta de hæreditate viventis, si hic consensum non præstat, est prorsus nulla, neque attenditur; itaut si ille de cujus hæreditate agitur, relinquat hæredem non renunciantem, non teneatur ipse hæreditatem renunciatario restituere, quoties a principio consensus accedat, ajunt multi Doctores in decisione relati, quod si deinde consensus revocetur mediante institutione nec pariter renunciatarius Jus aliquod possit prætendere, cum virtualiter censeatur in renunciatione inesse conditio, quatenus accedat, & duret consensus illius cujus hæreditati renunciatur.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio facta de hæreditate viventis est nulla, si vivens consensum non præstet.*
2 *Et quatenus præstitisset, si deinde renunciantem heredem instituit, renunciatio resolvitur.*
3 *Juxta tamen sensum aliquorum auctorum licet valida sic instituto, attamen hæres institutus qui renunciationem explevit, tenetur renunciatario hæreditatem restituere.*
5 *Contrarium tenent alii Doctores.*
5 *Quatenus deberet admitti prima opinio, exigeretur probatio, quod Testator in vita consensum præstiterit renunciationis.*
6 *Facultas nominandi heredem in arbitrium tertii per Testatorem collata, est nulla.*
7 *Adeo ut habeatur ac scripta non esset.*
8 *Heredis institutio aliud est, quod conferatur in arbitrium tertii, aliud vero quod aliquis instituatur heres licet pro persona ab eo nominanda, quia primo casu dispositio est nulla, non sic in secundo.*
9 *Vocatus in casu non emissæ renunciationis admittitur, si expleatur nominatio, & illa sit nulla.*

DECISIO XXX.

IN amplissima renunciatione aliorum bonorum facta favore Ludovici, Joanni Baptistæ, & Hieronymi fratrum renunciavit etiam Junipera maternæ successioni, sed actum a puella nimis facili forsan extortum mater ægre ferens illam non solum universalem hæredem instituit, sed eidem in casu, quod a fratribus, sive ipsorum hæredibus super delata hæreditate unquam molestaretur, substituit illum, quem ipsa foret nominatura, & non facta nominatione vocavit Laurentium ejusdem filium jam natum, aliis insuper conditionibus adjecti ad præsentem tamen quæstionem minime opportunis.

Secuto obitu Testatricis, Alphonsus filius Ludovici unice post alios fratres superstitis præpendens, quod non obstante materna dispositione vigore prædictæ renunciationis Junipera teneretur obventam hæreditatem sibi retrocedere, petiit ad illam associari, & mandatum ab A. C. reportavit, sed ejusdem executione per Signaturam suspensa, & causa mihi commissa DD. hodie consului, *an illud esset exequendum*, & negative responderunt.

Cum enim a subsistentia renunciationis mandati quoque pendeat executio, locum hæc habere non valet, dum illa insubsistens manifeste detegitur, non solum quia emanavit absque consensu matris, cujus adhuc viventis hæreditati renunciatum est, juxta Text. *in l. fin. glos.* & communiter DD. 1
de pact. sed fortius, quia filia renuncians ab eadem matre hæres fuit instituta, quod omnem ejus consensum, quatenus etiam præcessisset, resolvere, & renunciationem ipsam infringeret, Bero *conf.* 3. *n.* 17. *& seqq. lib.* 3. Menoch. *conf.* 2
806. *n.* 1. *& seqq.* Surd. *conf.* 100. *n.* 16. *& conf.* 113. *n.* 34. Rot. *dec.* 33. *n.* 3. *p.* 6. & *dec.* 40. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 166. *nu.* 14. *part.* 9. libera nanque testandi facultas nequit indirecte per ejusmodi cessiones auferri, Bart. *in l. stipulatio num.* 4. *ff. de verb. oblig.* Paris. *conf.* 59. *n.* 10. *& seq. lib.* 3. Ursell. *de Affict. dec.* 350. *num.* 4. *cum aliis apud* Donat. de Marin. *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 3. *& seqq.*

Non

Non obstat, quod controversa renunciatio tanquam stipulata pro fratribus, licet private mater non potuerit libertate disponendi etiam favore filiæ renunciantis, ista tamen semper adstringat ad restituendam hæreditatis substantiam renunciatariis, quorum juribus jam quæsitis materna dispositio præjudicare non valet, nec effectum impedi-
3 re contractæ obligationis, Cyriac. *controvers.* 351. *nu.* 11. 21. Thesaur jun. *quæst.* 45. *num.* 6. *& seqq. lib.* 1. Hodiern, ad Surd. *dec.* 14. *n.* 15.

Nam quidquid modo sit de hujusmodi opinione, quam plerique rejiciunt DD. ea moti ratione, quia similes renunciationes virtualiter in se continent conditionem quatenus accedat, & duret consensus illius, cujus hæreditati renunciatur, quod sublato, renunciantis obligatio dissolvitur,
4 Guiliel. *de Benef. in cap. Raynutius verb. duas habens filias n.* 188. *de Testibus*, Gomez. *de leg.* Taurin. *l.* 22. *n.* 31, Surd. *dec.* 14 *n.* 7. Rot. cor. Bich. *dec.* 119. *n.* 13, itaut nullum exinde quæratur jus renunciatariis, Suarez. *in repetit. legis quoniam in prioribus limit.* 5. *C. de inoffic. Testam.* Ursol. *ad* Afflict. *dec.* 350. *n.* 4. Rota *dec.* 166. *n.* 23 *par.* 9. *recent.*

5 Adhuc tamen inapplicabilis præsenti hypothesi visa est non solum quia nullus unquam accessit consensus matris, quem Domini in contrarium adducti saltem in principio obligationis communiter supponunt: sed fortius quia expressus illius habetur dissensus, quia ne ullo unquam tempore ad fratres renunciatarios hæreditas sua devolveretur filiæ hæredi institutæ in casu molestiarum, quas ab eis passura foret, substituit personam ab eo nominandam, ex quo etiam capite penitus renunciatio evanescit, quæ post factam a Junipera sui viri nominationem, & invita Testatrice prodesse fratribus non potest, ad regul. Text. *in c. non præst. de regul. Jur. in* 6. quem in eis terminis expendit Surd. *cons.* 133. *n.* 24. optime Merlin. *de legit. lib.* 3. *q.* 5. *tit.* 1. *n.* 14. de Luca *de hered. disc.* 1. *n.* 6, & individualiter Rot. *dec.* 46. *n.* 3. *par.* 15. *tom.* 4. *recent.*

Neque attendi meretur, quod præmissa facultas nominandi tanquam in arbitrium tertii collata pro nulla, & in-
6 valida habenda sit, Peregr. *de fideic. art.* 33. *n.* 52. Fusar. *de substit. q.* 503. *n.* 50. Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 51. unde hujusmodi conditione rejecta tanquam de jure impossibili totum jus hæreditarium libere con olidatum remaneat in ipsa renunciatione primo instituta, & per consequens favore fratrum, quibus renunciavit, Ruin. *cons.* 10. *n.* 4. Fusar. *cons.* 44. *n.* 11. Peregr. *cons.* 31. *n.* 4. *& fideicomm.*
7 *art.* 11. *n.* 116.

Nam facilis occurrit responsio, attento, quod non substantia dispositionis ad alterius voluntatem a Testatrice remissa fuit implicita, & nulla facta hæredis institutione, sed hac præmissa in ejusdem hæredis arbitrio sola nominatio substituti collata fuit longe diversum, cum in præsenti casu pro nullitate nominationis militent authoritates in contrarium adductæ; secus in secundo, ut distinguit Paris. *cons.* 38. *n.* 15. & sequitur Molin. *de primog. Hispan. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 3. Rot. post Torr. *de pact. futur. success. dec.* 152. *n.* 8. *& decis.* 129. *n.* 3. 386. *n.* 7. *par.* 19. *recent.*

7 Ultra quod etiamsi nominationis nullitas admittitur, non proinde renunciatarii ad controversam hæreditatem associari possent; sed locus esset alteri substitutioni ad favorem Laurentii Juniperæ filii, quem in eventum, quo nominatus aliquis non fuerit, Testatrix vocavit, cum paria
9 sint in hoc casu nominatio nulla, & non facta, Gratian. *cap.* 58. *& cap.* 79. *n.* 22. Pereir. *de Emphyteus. tit. de potest eligend. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 8. *& seqq.* præcipue ad effectum, ut subintret alterius substitutio, Menoch. *cons.* 23. *n.* 13. *lib.* 3. Valenz. *cons.* 31. *n.* 31. Surd. *cons.* 375. *n.* 30. optime Fontanel. *dec.* 127. *per tot.* & Rot. *in Civit. Castell. primogenit.* 4. *Junii* 1676. § *Testatore autem*, coram Card. Taya *relat.* post Torr. *de pact. futur. success. dec.* 150.

Et ita &c.

R. P. D. URSINO.

Asculana Primogenituræ.

Ven. 28. *Januarii* 1689.

ARGUMENTUM.

In his tribus quæ subsequuntur decisionibus magistraliter pertractatur, an & in quibus casibus valeat renunciatio hæreditatis viventis in approbationem, & ampliationem *disc.* 16. *de Renunc.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *AD executionem mandati procedi debet, si illud sit validum, & justum.*

2 *Pactum super futura successione nullius est roboris, & momenti.*

3 *Irritatio d. pacti nedum provenit a Jure civili, sed etiam a Jure Canonico.*

4 *Etiamsi adsit Juramentum.*

5 *Et licet initum fuerit ex causa dotis, & adesset aliqua correspectivitas, ac etiam concurreret stylus, qui non operatur nisi ut sustineatur, quatenus in eodem voto contrahentes usque ad extremum vitæ spiritum permanserint.*

6 *Et ulterius pro d. pacto nec datur actio pro interesse.*

DECISIO XXXI.

REvoluta per appellationem interpositam a sententia R. P. D. Spadæ Judicis deputati ab A. C. causa ista ad Rotam præviis duabus decisionibus; altera scilicet 26. *Junii* 1786. cor. bo. me. Albergato; altera autem 10. *Maii* 1687. cor. R. P. D. Benincasa *in illius locum suffecto*, Rotalis prodiit sententia, per quam fuit definitum locum esse Ægidianæ, & Annibalem Centinum immittendum esse in possessionem bo. locorum montium, quæ alias a Cardinale Centino perpetuæ primogenituræ subjecta tunc indebite detinentur a Comite Felice Centino; Ab hac sententia iste appellavit, commissaque per Signaturam Justitiæ mihi causa cum clausula, *Alteri qui ad legitimam*, Ad dictamen rescripti eam hodie proposui sub dubio, *An esset procedendum ad legitimam executionem*, & DD. affirmative responderunt.

Cum enim validitas prænarratarum sententiarum non fuerit controversa, utpote oriens ex revolutione processus, & Justitia satis abunde approbetur ex decisionibus jam emanatis, in quibus examinata, & approbata fuerint omnia extrema necessaria ad intentatum immissionis remedium, nempe existentia fideicommissi, illiusque purificatio ad favorem Annibalis, nec non bonorum identitas procedi utique debet ad legitimam executionem ipsarum sententiarum, juxta alias decisa per Rot. *in dec.* 362. *n.* 2 *&* 3. 1
cor. Merlin. *dec.* 289. *n.* 2. *par.* 19. *rec. & alibi passim*.

Nec obstare videbatur alias oppositus defectus potestatis Cardinalis fideicommittentis, qui dum ante dispositionem testamentariam per contractum solemniter promiserat medietatem omnium suorum bonorum præsentium, & futurorum Bonifacio Centino Authori ipsius Comitis Felicis contemplatione, & ex causa matrimonii per ipsum Bonifacium contrahendi cum Flavia Mascella, non potuit ex post per ultimam voluntatem, & per viam prælegati aliter disponere de controversis locis montium, neque ex fideicommissi, seu primogenituræ vinculis subjicere; etenim cum antecedens Cardinalis promissio contineat in se pactum de succedendo non in re aliqua particulari, sive in quota bonorum, prout suadere conabantur scribentes pro Comite; sed in jure universali successionis, & in quota hæreditatis, quemadmodum clare præseferunt verba Instrumenti ibi, *Che doppo la morte di S. Eminenza sarà d. Sign. Bonifacio herede universale della metà di tutti i suoi beni*, & alibi *prometto farlo herede universale della metà di tutti li suoi beni*, in dubium est, quod nullius sit roboris, & momenti, utpote contra bonos mores, & penitus improbata a jure *in l. fin. C. de pact.* quod non patitur, ut hæreditas pacto deferatur, quando adhuc est statutus solemnis, & legitimus modus per testamentum, ut fuse probat *prior de hujus causæ decisio* cor. bo. me. Albergato *a* §. *non impugnabant cum pluribus seqq.* & prosequitur secunda coram D. meo Benincasa §. *Agnita*.

Nec præfatam conventionem convalidare, aut subsistere potest juramentum promissorii, per quod stipulationes etiam nullæ, & a jure civili improbatæ confirmantur, & roborantur quoties non contineant turpitudinem damnatam a sacris Canonibus; siquidem adversus pactum successorium non solum insurgunt jura civilia, sed etiam naturalia, & Canonica, & delatam universalem successionem per contractum detestantur, ut *ex cap.* 1. *&* 2. *& cap. proposuisti* §. *licet autem de concess. preben. & cap. detestanda eod. tit. in* 6. probat pluribus allegatis concordantibus *posterior hujus causæ decisio in* §. *neque obstat*, *&* §. *seqq.* cor. R. P. D. Benincasa; & propterea juramentum nil operatur ex nota regula, quod *illud non debet esse vinculum malitiæ, & iniquitatis*, ut in terminis hujus pacti successorii magis communiter tenent Gabriel. *de pact. conclus.* 1. *nu.* 11. Crass. *de success.* §. *successio ab intestato q.* 9. *sub n.* 7. aliique relati per Rotam *in d. secunda decisione* §. *inter varias*. 3 4

Prout denique nihil refert, quod supranominata promissio Cardinalis fuerit correspectiva ad dotem a muliere constitutam ipsius nepoti; Adeoque vel sustineri debeat ut obligatio antedotalis, & ex causa favorabili dotis, nec non ex consuetudine totius Italiæ, vel in omnem casum competat actio pro interesse. Quoniam cum leges generaliter,

liter; & indistinctè singulas, & quascunque conventiones, seu pacta futuræ successionis detestentur, prohibeant, & improbent uti inducentia votum captandæ mortis, & adimentia, seu restringentia liberam facultatem testandi, Contractus omnes etiam occasione matrimonii, & ex causa dotis comprehenduntur sub ista generali prohibitione, & correspectivitas pactorum, sicuti etiam generalis Italiæ consuetudo, quatenus etiam probetur, operatur solum ut dicta pacta sustineantur, quatenus in eodem voto contrahentes usque ad extremum vitæ spiritum permanserint, seu alias illa convalidaverint, nunquam autem, ut ab initio,
5 sint valida, & irrevocabilia, ut optima firmat 2. *decisio priori Instantiæ* §. *Quoniam cum duobus* §. *subsequentibus*.

Quo posito incompetens dicitur actio pro interesse, quia data revocabilitate promissionis ad nihilum tenentur eam revocantes, & sibi imputent sponsi, si alias irrevocabilitati
6 actus consulere neglexerunt, ut prosequitur *d. 2. dec. in* §. *finali*, cum & altera præcedenti in reliquis omnibus DD. transierunt, unica tantum informante, altera satis monita, & contumace.

R. P. D. URSINO.

Asculana Primogenituræ.

Merc. 4. Maii 1689.

Argumentum habetur in Decisione superius relata.

SUMMARIUM.

1 *PActum successionis conceptum in personam, non in rem valet.*
2 *Declara, ut non admittatur conclusio, si conceptum sit in personam, cujus favore fuit stipulatum.*
3 *Pactum futuræ successionis in qua non comprehenduntur Jura, & actiones, sustinetur.*
4 *Quoties tamen careat dictionibus universalibus, secus è contra.*
5 *Pactum futuræ successionis non sustinetur, etiam si adsit juramentum.*
6 *Etiamsi sit correspectivum ad matrimonium, & ad dotem.*
7 *Ac etiam, si sit de quota hæreditatis, ac licet paciscenti remaneat unde testetur.*

DECISIO XXXII.

PRocedendum esse ad legitimam executionem sententiarum decernentium ad favorem Annibalem Centini immissionem in possessionem controversorum locorum montium, hodie rursus Domini censuerunt persistentes in resolutis sub die 10. Januarii proximè præteriti.

Valida siquidem, & omnino subsistens fuit interim visa ordinatio fideicommissi, seu primogenituræ super dictis locis montium demandata per Cardinalem Centinum in ejus ultimo Testamento, & modo citra controversiam purificata in personam præfati Annibalis, eaque omnino præferenda ejusdem anteriori, & juratæ promissioni de faciendo post obitum hæredem universalem pro medietate omnium suorum bonorum præsentium, & futurorum q. Bonifacium Centinum illius nepotem, & authorem Comitis Felicis rei conventi; nam cum hæc sedulo expensa contineat pactum successorium, quod tanquam inducens votum captandæ mortis, & libertatem supremi judicii restringens est a jure improbatum; nullam præterit obligationem promissoris, neque eidem potuit auferre liberam facultatem testandi favori primogeniti, & substitutorum in Testamento; tametsi illa fuerit juramento vallata, atque prodierit contemplatione certi, & determinati matrimonii correspective ad dotem dicto ejus nepoti promissam, ut fuse probant decisiones hujus Causæ editæ in priori instantia sub die 16. Junii 1686. coram bo.me. Albergato, & 10. Martii 1687. coram R. P. D. meo Benincasa, & prosequitur, decisio, quæ confirmatur coram me.

Nec subsistit, quod hujusmodi promissio uti concepta sub conditione extitura post obitum promissoris, continere dicatur non pactum futuræ successionis, sed personalem obligationem ab hærede exequendam, quæ non cadit sub juris censura, & est undique valida, juxta doctrinam Bartoli *in l. fin. n. 11. C. de pact. & in consil. 212. n. 1.* quod com-
1 muniter sequuntur DD. & præcipue Curt. jun. *consl. 15. n. 3. vers. vera igitur doctrinam*, Censal. ad Text. *in l. unic.* §. 22. C. *si quis Imp. maledix.* 13. *fol. mihi* 167. Crass. *in* §. *successio ab intestato q. 9. n.* 18. & Rota *dec.* 111. *n.* 1. *l.* 2. coram Puteo.

Etenim cum verba instrumenti non sint directa in personam paciscentis, ejusve hæredis, sed in personam Bonifacii, cui fuit facta promissio, & quidem non jure contractus, sed jure successionis universalis, ibi, *Prometto, che doppo la morte di S. Eminenza farà detto Sign. Bonifacio herede universale della metà di tutti i suoi beni presenti, e futuri*; important utique explicitam obventionem bonorum respicientem futuram ipsius paciscentis successionem de jure omnino prohibitam, ut optime unum casum ab alio distinguendum advertunt Andreol *contr.* 240. *nu.* 1. *& seqq.* ubi 2
27. enumerat DD. hanc opinionem tenentes, Per. *de fideic. q. 4. per tot. & signanter n. 8. vers. prim. igitur pag.* 20. Cyriac. *contr.* 89. *n.* 7. *& seqq.* Gabriel. *consl.* 137. *n.* 16. *l.* 1. Bart. *de success. l. 2. tit.* 3. aliique relati per Torr. *de pact. futur success. c.* 4. *n.* 2. *& seqq. & n.* 12. & Rota *in dec.* 36. *n.* 13. *&* 15. cor. Celso, *& in dec. hujus causa* coram bo. me. Albergato *in* §. *nec applicabilis &* §. *sequentibus*.

Neque plus valet altera objectio, quod scilicet hic destinata non fuerit successio universalis, vel quotitativa dimidiæ partis hæreditatis, sed tantum bonorum, dum promissio restricta legitur ad medietatem *di tutti i suoi beni presenti, e futuri*, nulla habita ratione jurium, & actionum, quæ sub hæreditate comprehenduntur, & non veniunt appellatione bonorum, quibus sic stantibus, eadem continere nequaquam dicatur conventionem de futura successione, quantumvis facta sub qualitate faciendi hæredem, cum verbum istud *heredis* in hoc casu intelligi debeat pro Domino, & pro hæreditamento particulari, ex traditis per Bellon. jun. *consl.* 12 *n.* 12. *& seqq.* Cancer. *variar. resolut. l.* 3. *c.* 7. *n.* 128. *& seqq.* cum aliis apud Urceol. *consult.* 98. *num.* 12. *& seqq.* 3
Quoniam Domini inhærentes oppositæ distinctioni, da qua in decisione hujus causæ edita sub die 16. Junii 1686. §. *nec applicabilis*, coram bo. mem. Albergato, advertetunt objectum concludenter quidem procedere, quoties promissio facienda aliquem hæredem careat dictionibus universalibus, vel sit de rebus particularibus; tunc enim cum sub nomine bonorum promissorum jura, & actiones non veniant, nomen *heredis* accipi non potest, nec debet, nisi pro D. aut hæreditamento particulari, in quibus terminis loquuntur authoritates superius relatæ, & egregie declarat 4
Urceol. *d. consul.* 98. *n.* 13. *&* 16. At secus est quoties, prout in præsenti, concurrunt verba universalia geminata, nimirum *prometto, che farà detto Sig. Bonifacio herede universale della metà di tutti i suoi beni presenti, e futuri*; hoc enim casu cum dictiones istæ *herede universale, e di tutti i suoi beni* denotent meotem paciscentis fuisse comprehendendi etiam jura, & actiones, universalem quidem quotam successionis importari, quemadmodum bene distinguit Urceol. *ubi supra n.* 14. *& seqq.* Cyriac. *controd.* 88. *sub n.* 21. Gabriel. *dict. consl.* 177. *n.* 6. *in fine, & n.* 17. & Rota *dec.* 112. *n.* 5. *& per totam* post Merlin. *de pignor. & dec.* 282. *sub num.* 4. *&* 5. cor. Royas, *& in priori dec. hujus causæ*, §. *Non obstante*, cor. bo. me. Albergato Decano.

Constito itaque ex his, quod conventio, de qua agitur, vere contineat pactum successorium, quod est reprobatum nedum a jure civili, sed etiam gentium, & a Sacris Canonibus sustineri, aut convalidari illa nequit, nec a juramento, quod non debet esse vinculum iniquitatis, & malitiæ, nec vim habet firmandi contractus communi bono, & legibus adversantes, juxta communiorem, & veriorem DD. sententiam, quam in his terminis refert, & approbat Torr. *de* 5
pact. futur. success. l. 1. c. 5. *n.* 39. *& seq.* Altograd. jun. *contr.* 98. *n.* 5. Urceol. *consult.* 98. *n.* 6. Crass. *in* §. *successio ab intest. nu.* 7. Gabr. *d. consl.* 137. *n.* 25. *&* 26. *l.* v. Bart. *de success. l.* 2. *tit.* 3. *sub n.* 1. *in fine, aliique plene allegati in* 2. *dec. hujus causa in* §. *Neque obstat, et in sequenti*, cor. R. P. D. meo Benincasa.

Nec a correspectivitate quam habuit doti stipulatæ occasione matrimonii per Bonifacium promissoris nepotem contractui; Nam cum favorabilior sit causa liberi arbitrii, quam matrimonii, semperque adversetur ratio deperditæ, vel restrictæ facultatis testandi, ac inductionis voti captandæ mortis; talia pacta, licet correspectiva ad dotem, & matrimonium non sustineantur, ut ultra authoritates late adductas in secunda decisione coram R. P. D. meo Benincasa *in* §. *quoniam non solum*, tradit Altograd. *controv.* 98. *n.* 52. ubi testatur de veriori, & communiori opinione Cancer. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 143. *et plurib. seqq.* Andreol. *controv. jur.* 240. *nu.* 3. *et plurib. seqq. cum pluribus aliis per* 6
Torr. *de pact. futur. success. c.* 7. *n.* 6. *et seqq.* & Rota *dec.* 40. *n.* 14. *et seqq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Neque

Neque demum ab hac sententia Dominos potuit retrahere animadversio noviter adducta, quod nempe pacta successoria tunc irritentur de jure, quoties promittens per tale pactum in totum sibi auferat facultatem testandi, utpote quia vel de tota hæreditate paciscatur, vel de quota respectu unius, quæ unica cum altera quota respectu alterius importat promissionem universæ, & integræ hæreditatis, in quibus tantum terminis procedere dicebatur Theorica, & litera Textus *in l. pactum quod Dotale Cod. de pact.* non autem, quando prout in hac facti specie quota partialis fuit promissa, remanente altera quota apud promissorem; hoc enim casu cum de isto residuo possit ipse testari, adempta dici non potest libera testandi facultas, & consequenter cesset ratio prohibitionis, & legis; etenim non ex solo fundamento totalis ademptionis, sed etiam restrictionis, & partialis diminutionis liberæ facultatis testandi jura abhorruere a similibus pactis, & ulterius ne induceretur votum captandæ mortis, neve per pactum datetur hereditas in totum, vel partem contra expressam mentem, & ordinationem legis, quæ cum distinxerit, & constituerit certos modos, & formas transferendi bonorum dominia per contractus inter vivos diversos a modis, & formis conferendi in ultimis voluntatibus, non patitur, ut unum pro alio nos propria auctoritate usurpemus, vel successionem in totum, vel in quota deferamus pacto, quod plerumque solet funestos casus procedere; quæ quidem rationes cum militent tam respectu integræ hæreditatis, quam etiam quotæ universi juris, operantur, ut Sanctio Imperatoria reprobans hujusmodi pacta successoria indistincte procedat, etiam sint de quota hæreditatis, & tametsi paciscenti remaneat unde testetur, ut communiter tenent DD. & præ cæteris, Alex. *cons.38.n.5.& seqq. lib.3.* Gabriel. *d. cons.137.n.3.& seqq.* Facchin. *lib.5. cap.84. vers. Nec quenquam*, Peregrin. *de fideicomm. art. 51.num. 26.* & Torr. *de pact. futur. success. lib.5. cap.6.& 7.* & dixit Rota *in dec. qua confirmatur in §. Nec obstare in fine*, cor. me.

Et ita prætermissis aliis levioris momenti responsum fuit utraque &c.

R.P.D. BENINCASA.

Romana Donationis super Renunciatione.

Lunæ 30. Januarii 1690.

Argumentum habetur in Decisione 31.

SUMMARIUM.

1 *Legatum post amplissimam renunciationem amplius non debetur.*

2 *Renunciatio de hæreditate viventis non valet.*

3 *Limita, quando agitur de particularibus legati.*

4 *Limita, quando renunciatio concepta fuit super viam donationis universalis.*

5 *Renunciatio facta de hæreditate viventis est tantum illa prohibita, quæ tangit in specie hæreditatem certi, & particularis hominis viventis; secus vero si in universali respiciat hæreditatem, vel successionem personarum quarumcunque.*

6 *Hujusmodi traditio non admitteretur, si species certa hæreditatis præcedat, & deinde generalitas subsequatur, n.7.*

8 *Quoties tamen expressio esset individua, vel adesset generalitas personarum certi gradus.*

9 *Secus quando non individuantur personæ, & non una, sed multiplex expressa apparet species hæreditatum.*

10 *Tunc siquidem species non derogat generalitati, & potius censetur adjecta gratia majoris donationis.*

11 *Voluntas non trahitur ad incognita.*

12 *Scientia legati, ut illud dicatur comprehensum in renunciatione, probatur ex consanguinitate legatarii cum Testatore.*

13 *Legatum licet incognitum in renunciatione quæ est amplissima, inducitur.*

14 *Renunciatio Jurium de futuro intelligi debet de futuris Juribus provenientibus ex causa de præterito, aut de præsenti.*

15 *Testamentum censetur factum in die obitus Testatoris.*

16 *Spes insurgens ex Testamento jam facto quamvis revocabili sufficit, ut legatum non dicatur ex causa omnino de futuro, sed aliqualiter de præterito.*

17 *Appellatione fideicommissi venit legatum.*

18 *Clausula* nihil penitus excepto *includit jus futurum ex causa etiam de futuro.*

19 *Nulla læsio considerari potest ex renunciatione legati, quod poterat revocari.*

20 *Mulier quæ dotata fuit ultra vires hæreditarias verisimiliter præsumitur, quod favore dotantis voluerit quæcunque jura in renunciatione comprehendere.*

DECISIO XXXIII.

Absoluto examine alterius dubii circa bona donata, quæ prætendebantur ab hæredibus fratrum de Varesiis, ut in alia decisione coram me edita nova subsecuta est disputatio, *utrum scilicet ab eis deberetur legatum de quo agitur Comitissa Laviniæ de Aptis*, & ex rationibus infra dicendis negative responsum fuit.

Agnoverunt enim Domini ex publico, & solemni Instrumento, quod Comitissa Lavinia post illud sibi relictum per Liviam amitam de Varesiis amplissime renunciavit prænominatis fratribus correspective ad promissam dotem omnem, & quamcunque hæreditatem, & successionem paternam, maternam, fraternam, avitam, patruorum, amitarum quomodocunque, qualitercunque, ac ex quovis Testamento, seu Testamenti codicillis, legatis etiam necessaria esset quævis expressio, & specialis mentio in omnibus, super omnia nihil penitus excepto, eisdem donavit insuper pro se suisque hæredibus in infinitum etiam titulo donationis irrevocabilis inter vivos omnia, & singula bona paterna, materna, fraterna, sororia, ac etiam patruorum, & amitarum, quæ vigore fideicommissorum, donationum, & cessionum, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem cujusvis generis, & speciei per quascunque personas hactenus factorum, & quorum conditio evenerit, vel non eveneris, quæ in futurum undecunque, & quomodocunque illi competere, vel obvenire possent nihilo penitus excluso; Quamobrem non videbatur amplius ei deberi legatum hujusmodi a reis conventis uti hæredibus præfatæ Testatricis, in quos indistincte jura omnia renunciantis obvenerunt, ut ex simili amplitudine, & geminatione verborum renunciationis comprobat Staiban.jun. *res.for.c.56. sub n.60.cum seq.* Rot. apud Gilian. *de statut. Perusin. dec.95.n.31.& d. dec.46. n.4.* & coram Emin. Cerro *dec. 556.n.6.* 1

Neque obstat, quod amita adhuc viveret quando renunciavit Comitissa, & consequenter renunciatio non valeret, cum tanquam facta de hæreditate viventis votum induceret captandæ mortis, quod omni jure improbatur juxta, Text. *in l. fin. Cod. de pact.* Rot. *dec. 40.n.2.& sequentib. qu. 4. tom. 2. recent.* 2

Quoniam ultra plurimas, quæ huic regulæ afferuntur, limitationes, quod nimirum vel non procedat quando agitur de particularibus legatis, quibus ratio ejusdem text. non applicatur, & notat Peregr. *de fideic. art. 51. ex num.* 38. de Marin. *resol.* 162. *n.6. lib.2.* Andreol. *controv.27. n.11.* Torr. *de pact. futur. success. lib. 1. cap. 6. n.* 8. 3

Vel quando renunciatio concepta fuit per viam donationis universalis, ident Peregr. *de fideic. art. 51. n. 32.* Fusar. *de substit.* Rot. *dec.* 312. *nn. 9. & 10. q. 13. rec.* Andreol. *contr.* 312. *n. 6.* 4

His omnibus post habitis placuit responsio, quod pacta successoria non absolute a jure improbantur, sed illa duntaxat, quæ tangunt in specie hæreditatem certi, & particularis hominis viventis; secus vero si in universali respiciant hæreditatem, vel successionem personarum quarumcunque, prout contingit in præsenti casu: tunc enim per hujusmodi generalitatem de nullius morte spes concipitur, quæ bonis omnibus repugnat, ideoque cessat ratio, seu præsumptio ejusdem legis, & subintrat dispositio Text. *in l.3. §. de illo ff. pro Soc.* ubi valet pactum de ponenda in societate hæreditatem obventuram, quasi tunc dicatur agi de hæreditate incerti hominis, Donad. *de renunciat. cap.2.n.77.* Adden. ad Molin. *de primog. lib.2. cap.3. sub num.2.* Paschal. *de patr. pot. q.3. cap.7. n.19.* Cutel. *de donat. q.2. cap.6. n.93.* Tort. *de pact. futur. success. lib.2. cap.26. fere per tot.* Rot. cor. Buratt. *dec. 136. ex n. 2.* 5

Non subsistente responsione, quod cum species præcedat ibi, *hæreditatem, & successionem paternam, maternam, &c.* & deinde generalitas subsequatur ibi, *& alterius cujuscunque generis*, & renunciatio censeatur esse specialis, & comprehensa sub *d. l. fin. Cod. de pact.* ex communi regula, *quod generi per speciem derogatur*, quam late expendit in his terminis Altograd. *cons.42. num.20.& seqq. lib.2.* quia quidquid dicendum foret ubi expressio fuisset individua videlicet *hæreditatis patris, matris &c.* propriis nominibus designatarum, vel quatenus etiam generalis contineret solummodo bona personarum certi gradus, puta ascenden- 6 7 8

tium

tium simpliciter, in quibus terminis loquitur Altogr.Torr. *de pact. futur. succes. lib.2. cap.3. n.67. & 83*,
9 Secus utique dicendum est, quando ut in præsenti casu non individuantur personæ non una solum, sed multiplex expressa est species hæreditatum, scilicet ascendentium maternarum quarumcunque, & quidem post generalia verba ibi, *omnium, & quamcunque hereditatem, & successionem paternam, maternam, patruorum, amitarum*; tunc enim species non derogat generalitati, cum potius censeatur adjecta gratia majoris donationis, Urceol. *consult. 98. sub n. 59.* & bene prosequitur Torr. *de pact. futur. succes. d. cap.3.*
10 *n.70. & seqq. lib.2.* Rot. cor. Buratt. *dec. 336. n.3. cum aliis in Bononiens. Trebellianicæ, & melioramentor. 15. Martii 1689. § fin.* coram me.

Comprobatis ex prædictis potestate Comitissæ facilius demonstrata fuit illius voluntas, quæ eruitur ex Instrumento superius relato. Parum relevante, quod ignorasset disposita in Testamento, tunc adhuc clauso, & sigillato, proindeque noluerit legato renunciare, cum voluntas non feratur ad incognitum, ex Bart. *in leg. qui bona §. duos fratres ff. de verb. oblig.* quoniam prætensa ignorantia nedum excluditur
11 ex ipsa consanguinitate legatariæ alioquin dilectissimæ, & confidentissimæ Testatricis, ut in specie tradunt Matt. *cons.*
12 *193. n.26.* Gratian. *discept. 56. num. 41.* Staiban. Jun. *resol. forens. 25. n.2.* sed removetur penitus ex amplitudine renun-
13 ciationis supra deducta, qua legati scietia in individuo non requiritur, cum satis sit fuisse in genere cogitatum de bonis, & Juribus ex alicujus Testamento renunciato obventuris *d. cons. 39. n.25.* Altograd. *cons. 66. sub n.26. lib.1.* Conc. *allegat. 31. n. 48. & 50.* Rota *decis. 714. n.3. & 7. p. 2. rec.* & fuit dictum in *Anconitana, seq. Senogalien. Primogeniture 22. Martii 1683.* cor. bon. mem. Albergato *confirmata 18. Junii 1685.*

Nec magis afficit, quod renunciatio Jurium de futuro, qualis est controversa, intelligi debet de futuris Juribus provenientibus ex causa de præterito, aut de præsenti, non au-
14 tem ex causa omnino de futuro, ex qua provenire dicebatur legatum controversum vivente Testatore, cum Testamentum censeatur factum in die illius obitus, de quo solum
15 tempore incipit locum habere, Capyc. Latr. *dec. 23. n. 2.* Rota *dec. 104. n.8. q.7. rec.*

Nam præterquam quod spes illa insurgens est Testamen-
16 to jam facto quantumvis revocabili sufficit, ut legatum non dicatur ex causa omnino de futuro, sed aliqualiter de præterito, Gallerat. *de renunc. centur. 1. cap.25. n.18. vers. neque, refert*, Torr. *de pact. futur. succes. lib.2. cap.2. ex n. 8.* contextus ipse Instrumenti prorsus difficultatem solvit, quia specifice renunciata fuerunt omnia, & singula Jura vigori fideicommissi per ultimam voluntatem cujusvis generis & speciei, & quorum conditio evenerit, & quæ in futurum un-
17 decunque, & quomodocunque competere, vel evenire possunt: appellatione autem fideicommissi venit, & legatum juxta Text. *in l.3. ff. de legat.* primo, quod cum de tempore renunciationis fuisset jam factum, & quod revocari posset, ejusque conditio nondum evenisset adhuc ad limites verborum sub ipsa renunciatione remansisset comprehensum, ut sensui patet, quod fortius procedit attenta clausula iterato in Instrumento expressa - *nihilo penitus excepto, seu excluso*, quæ pernecesse includit Jus futurum ex causa etium de futuro, alias enim aliquid exciperetur, seu excluderetur, ut signanter adverti Gratian. *discept. 346. sub n.15.*
18 Denique nihil urget inverisimilitudo, quod Comitissa renunciare vellet legato scutor. 2500. pro sola dote in scut. 3000. a renunciatariis constituta; quia cum legatum revocationi subjaceret nullum exinde considerari valet præjudicium, vel læsio, quæ Comitissam retrahere posset a renunciando, ad Text. *in leg. de fideicom. Codic. de transact.* ubi Doctus communiter Altograd. Jun. *controv. 31. n. 41. tom.2.* Rota *decis. 161. n. 10. & 11. quæst. 10. recent.* quinimo cum sufficienter dotata fuerit, & quidem supra vires hæreditarias ascendentium, sane urget potius verisimilitudo in contrarium, ut bene in proposito firmavit Rot. *dec. 143. ex n.6. & dec. 272. n.8. & 9. q. 13. rec.* & coram Priol. *decis. 164. n.9. & 10.*

Et ita partibus hinc inde auditis, & omnibus Dominis suffragantibus decisum fuit.

R. P. D. URSINO.

Auximana Immissionis.

Veneris 11. Maii 1689.

ARGUMENTUM.

Auximates in Civitate, quæ vetustissima vocatur, vetera summopore respicientes, nova vero abhorrentes, novam Justiniani sanctionem in auth. Defuncto *Cod. ad Tertul.* derogarunt, & veteres leges in l. foriem § fin. autem *C. de bon. qualib.* renovarunt, demandantes quod bona quæ ex stipite paterno sunt ad ejus principium revertantur excludentes matrem defuncti, qui absque prole migravit, illam vero admittentes in bonis, quæ ex linea materna obvenerunt; In hac autem decisione traditur, quod hoc Statutum sit rationabile non odiosum, itaut ulla indigeat specifica confirmatione, quodque ad excludendum matrem non exigatur copulativus concursus bonorum in hæreditate defuncti scilicet ex latere matris, & patris.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Auximi lib. 3. rubr. 15. disponit, quod si quis ab intestato sine legitima prole decedat, Mater succedat in bonis, quæ ad defunctum ex materna linea proveniunt, in aliis vero consanguineos ex latere Paterno.*
2 *Sub nomine consanguineorum venit etiam femina.*
3 *In casu prædicti Statuti non exigitur existentia in defuncti hereditate utriusque qualitatis bonorum, ut Mater remaneat exclusa a successione bonorum, quæ obvenerunt defuncto ex stipite Patris.*
4 *Nec concursus utriusque qualitatis bonorum potuit esse ratio motiva ejusdem Statuti, & n. 5.*
5 *Ratio præfati Statuti nec fuit conservatio agnationis, itaut femina comprehendantur, cum tantummodo voluerit bonorum reversionem ad suum principium juxta antiquarum legum dispositionem.*
6 *Statutum, quod non prospexit agnationem æque comprehendere dicitur masculos, & feminas.*
7 *Statutum Auximi demandat, quod masculinum concipiat femininum, & verba communia utrique sexui conveniant.*
8 *Mater in hereditate filii quoad bona quæ obvenerunt ex latere Patris ex Statuto Auximano, reputatur extranea, & ideo in illis eam vincit Amita.*
9 *Statutum, quod Matrem in bonis ex latere Patris filio obventis excludit, est rationabile, nec odiosum reputatur.*
10 *Nec indiget specifica confirmatione.*

DECISIO XXXIV.

POstquam Victoria pro consecutione legati dotati scripti in Testamento Paterno immissionem obtinuerat, coram A. C. ad bona illius hæreditaria detenta a Bernardina, ac in gradu appellationis consimilem favorabilem resolutionem coram me editam sub die 28. Aprilis 1686. fato cessit post se relictis Donatariis universalibus cum amplissimis clausulis *constituti* Octaviano de Moticonis, aliisque litis Consortibus, qui inhærendo experimento Jurium ab eorum Auctrice instructo, Causam hanc per decennium sopitam excitarunt, ac prævisc solito dubio, *An sit standum, vel recedendum*, confirmationem jam captæ resolutionis obtinuerunt.

Jus siquidem Victoriæ pro adipiscendo legato Paterno clare fulgebat ex litera Testamenti nullam difficultatem involvente, & illius exercitium non remansit impeditum a donatione facta a Victoria favore Luciæ pronepotis: quia cum ista ab intestato decesserit nullis relictis filiis, in his bonis provenientibus a latere Paterno successio debetur Amitæ etiam in exclusionem Bernardinæ matris, ita jubente Statuto Auximano in *lib. 3. rubr. 15.* per hæc præcisa verba contradistinguente bona a stipite Paterno derivantia ab illis ex linea materna obventis, ibi - *Quod si aliquis, vel aliqua persona moriatur ab intestato sine legitima descendentium prole Patre, vel consanguineis ex parte Patris superstitibus mater defuncti succedat in iis, quæ ad defunctum ex materna linea proveniunt, ab aliis autem excludatur* - Ideoque cum in themate circa controversiam concurrat utrunque extremum successionis nempe intestatæ, & provenientiæ bonorum a linea Paterna, Mater remanet literaliter exclusa, & fit locus successioni Amitæ, ut comprehensæ sub nomine consanguineorum ex latere Paterno, ad sancita in §. *Tertio gradu Instit. de gradib. cognat.* Scard. *in Lexic. verb. Amita*, & dixit Rota *dec. 349. sub n.19. p.6. rec.* & supponitur pro Constantiæ in prima Causæ decisione, §. *Nec obstat concursus Bernardinæ*. 1 2

Ad declinandam autem Statuti efficaciam minime relevabat illud requirere concursum utriusque qualitatis bonorum ex latere nempe Paterno, Materno ad hoc, ut Matre in postremis integre succedente a prioribus arceatur: Sicque tali concursu sublato in Patrimonio Luciæ unice in bonis Paternis consistente intrare nequeat censura Statuti; Nam talis concursus nullibi volitus legitur a Statuto, dum in eo per distinctam, & perfectam orationem disponitur de bonis Paternis, & Maternis absque exigentia concursus amborum, ut litera clare demonstrat, & dum posthabita qualibet distinctione in bonis a latere materno originem sumentibus, admittitur sola Mater, exclusis consanguineis ex parte Patris, ita in Paternis consanguineos tantum
3 succedere disponitur, ut occurendo objecto respondit Bald. *cons.104. per tot. lib.2.*

Nec ratio motiva Statuti talem concursum desiderare valet: Quia aut statuentes voluerunt tantum, abrogata novissima constitutione Senatus Consulti Orficiani, & *Authent. defuncto, C. ad Tertull.* innovare antiquam sanctionem abrogatæ *l. quod fortes*, §. *Sin autem C. de bon. quæ libr.* juxta ea, quæ luculenter ad materiæ ornatum examinat Rota *in magistralibus decisionibus*, Merlin. 136. & 219. non est opus concursu utriusque speciei, cum in qualibet illarum dispositio de per se distinctum verificetur ex ea satis clara ratione, quod exoptatus finis reintegrandi bona ad statum ori-
4 ginarium, ac illa deferendi consanguineis ex eo latere, unde principium traxerunt, non requirit simultaneam bonorum existentiam, sed ratio reversiva etiam in unoquoque contemplatur, ut in præcisis terminis consimilis Statuti dixit Rota cor. Gregor. *dec.293. n.2.3. & per tot.* ut circa Statutum Montis Filotrani per identica verba disponen. cum Auximano sensit Rot. *dec.417. in fin. p.1. rec.*

Aut statuentes voluerunt prospicere agnationi rigorosæ, ac Matrem, uti feminam arcere a successione bonorum ex latere Paterno in concursu consanguineorum, & neque in hoc casu requirebatur ad intentum simultaneus concursus bonorum, cum ille in nihilo favorem agnationis adaugeat, nec aptus sit eam confovere, ut patet ad sensum.

5 Ex præmissis autem consequimur in consimilibus Statutorum dispositionibus diversas posse considerari rationes motivas statuentium, nec talia Statuta pernecesse præferre strictum favorem agnationis, cum possint etiam moveri a solo principio remittendi bona ad suum principium, & ad proximiores ejus lateris, a quo derivarunt: Quamobrem cum Statutum Auximanum nullam explicitam rationem designet, nec in agnationem vim faciat, nequit canonizari pro agnatitio ad effectum, ut Mater excludatur solum a personis agnationem conservantibus, non vero ab Amita, quæ uti femina dicitur finis agnationis: Quoniam, ut innuimus, Statutum nullam mentionem facit de agnatione, nec dispositio ex sui natura agnationem rigorose prospicit, cum apta sit verificari in solo fine reversivo bono-
6 rum ad suum principium conformi etiam antiquioribus Juris civilis sanctionibus, ad laudatas *dec.293.* cor. Gregor. *& 416. in fin. p. 1. rec.*

Fortius autem prævalet hic sensus in themate, quia ex cæteris Statuti partibus eruitur illud agnationi minime prospicere, & inter cæteras efficacissima est animadversio,
7 Statutum coæquum admittere ad successionem Paternam filios, filiasque, & ex præmortuo filio, vel filia nepotes, sive neptes; hoc autem de diametro repugnat contemplationi agnationis, quæ non patitur simultaneum concursum feminarum: Unde inconsequens infertur Statutum non esse agnatitium, & in materia indifferenti successioni æque comprehendere masculos, & feminas, ad sensum Rotæ *in dec.349. n.30. & 31. p. 6. rec. ubi concordantes.*

8 Et confovetur argumentum ab ipsamet regula a statuentibus tradita in rubric. 57. dum expresse demandarunt, quod in Statutum masculinum regulariter concipiat femininum, & verba communia utrique sexui conveniant; Quæ certe dispositio agnationi disconvenit, nec valet excludere Amitam a vocatione consanguineorum ex latere Paterno, ut apposite dixit Soccin. Jun. *cons. 10. n. 11. & seqq. tom. 1.*

Dum ergo Statutum agnationi non prospicit, imo potius æqualiter vult feminas, & masculos concurrere, sola adhibita distinctione, de qua supra inter bona lateris Paterni, & Materni, summo jure Amita uti consanguinea ex latere Patris in bonis ab eo provenientibus excludit Matrem, quæ in hoc casu ex mente Statuti reputatur extranea, ut adnotat Actolin. *resol. 13. n.14.*

9 Admissa autem vocatione Amitæ in concursu Matris, & excluso fine rigorosæ agnationis, non resistebat Statutum tali tot conceptum uti de diametro resistens dispositioni Juris civilis admittentis Matrem ad luctuosam filiæ hæreditatem dici injustum, ac irrationabile, ideoque valere non posse, nisi sit in forma specifica confirmatum. Quoniam omisso, tale Statutum anniformaticum veteribus sanctionibus, de quibus in *l. fortes*, §. *Sin autem C. de bon. quæ liber.* adhuc in nudis terminis *Authent. defunct. Cod. ad Senat. Consult. Tertull.* non dicitur continere odium irrationabile, dum principaliter non considerat exclusionem Matris, in cujus præmium illi integram defert successionem in bonis ab illius latere provenientibus, sed tantum conservationem bonorum in eo latere unde processerunt, quæ cum aliqualiter saltem late prospiciat favorem familiæ reddit Sta- 10
tutum justum, & probatum in genere suo, vel generibus singulorum, licet in aliquo singulari exorbitans dispositio contineretur, ut per consimilia verba objecto occurrit Matt. *de success. legal. p.2. q.4. n.17.18. & seqq.* & concordant originaliter Bald. *in l.1. §. Jus naturale in fin. ff. de Just. & Jur.* Alexand. *cons.3. n.8. lib.1.* & Paris. *cons.20. n.5. cons.22. n.1. & cons.23. n.2.* Propterea que cum Statutum respiciat commodum familiæ, & probato motivo innitatur, non eget confirmatione specifica, ut dicit Rota *dec. 342. n.8. p. 12. rec.* & cor. Dutan. *dec.36. n.42.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Firmana Successionis.

Lunæ 1. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta patri, & illius contemplatione dicitur personalis, itaut si prædecedat pater & renunciatio resolvatur, esset renunciatio realis, si adesset clausula *præsenti* cætera, dummodo illa contineretur in parte dispositiva renunciationis. Renunciatio facta causa ingressus in Religionem præsefert realitatem, quando tamen adest tacita stipulatio pro hæredibus, vel quoties dubium emergit super illorum comprehensione; secus e contra.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio facta per filiam occasione ingressus in Religionem dicitur personalis, si sit stipulata simpliciter favore Patris illius contemplatione.*

2 *Ad eout per prædecessum Patris renunciatio resolvatur.*

3 *Et si adsit clausula* - præsenti - cætera, *si illa sit non in periodo renunciationis, sed in alio quietationis dotis.*

4 *Clausula* - præsenti - cætera *est apta in renunciatione comprehendere hæredes.*

5 *Declara, si illa, vel reperiatur in parte dispositiva, vel saltem ab aliis Instrumenti partibus desumi possit.*

6 *Renunciatio facta ex causa ingressus in Religionem cum verbis amplis dicitur realis, non personalis.*

7 *Hæc traditio admittitur, vel quando adest tacita stipulatio pro hæredibus, vel quoties dubium emergit super illorum comprehensione; secus si clarissime pateat, renunciationem fuisse restrictam ad certam personam.*

8 *Statutum exclusivum feminarum personas Ecclesiasticas non comprehendit, si illarum expressam mentionem non faciat.*

DECISIO XXXV.

Instaurata hodie disputatione super viribus resolutionis coram me, captæ die 4. Julii anni præteriti, in qua decreta fuit Immissio Monasterio Sancti Laurentii Terræ Amandulæ agenti ex persona Veronicæ sororis Professæ super una ex quinque partibus hæreditatis Marini Contucci illius fratris sine filiis, & ab intestato defuncti, Domini steterunt in decisis.

Neque ad retardandam expetitam Immissionem quidquam suffragabat amplissima renunciatio solemniter per 1
Veronicam emissa omnibus successionibus, & signanter hæreditatibus fraternis, quæ uti realis, & abdicativa semper renuncianti præjudicat; quoniam quidquid sit, an attento tenore, & prægnantia verborum in eadem renunciatione comprehendatur hæreditas Marini deferenda, & causam habens de futuro, placuit DD. responsio, quod cum talis renunciatio legatur facta Marocco Patri, & illius contemplatione duntaxat, inde sequitur, quod non sit mere realis & abdicativa semper dicitur personalis, & temporaliter duratura, ut in fortioribus terminis firmavit Rota *dec.330. n.5. par. 14. & dec. 23. n.4. p. 15. & dec. 113. num. 9. part. 18. rec.*

18.*rec.* Unde prædefuncto eodem Marocco Patre renunciatario, Monialis restituta fuit Juribus succedendi in bonis fraternis postea delatis, perindeac si non fuisset eadem facta renunciatio, quemadmodum in terminis renunciationis
2 Monialis, & ad excludendam illius realitatem, & abdicativam dimissionem respondit Rot. *dec.* 17. *n.* 10. *&* 11. *ac per tot. p.* 19. *rec.* & generaliter *dec.* 116. *n.* 15. post modern. Lucen. *de pact. futur. succes.*

Parum relevante clausula *præsenti &c.* in Instrumento re-
3 nunciationis apposita, quæ stipulationem ad favorem hæredum præsefert, & personalitatem excludit; Etenim clausula præfata adjecta quietantiæ, quam Patri Veronica fecit super receptionem Dotis promissæ, tantum abest, ut realem abdicationem importet, quod potius contrarium justificet, quia sicuti Patres in recepta Dotis consuluerunt hæredibus cum eadem clausula, &c. Ita simpliciter fecissent, profecto in ipsa stipulatione renunciationis, si de illis cogitassent: Unde ex hoc discretivo modo loquendi facilius assumptum realis dimissionis diluitur, ut late probat Rota *in Marsicana successionis* 4. *Febr.* 1665. §. *rescriptum fuit*, cor. bon. mem. Emerix, *& seqq.* & in Romana *fideicommissi de Steccatis* 4. *Februarii* 1667. §. *Verum*, cor. Bourlemont impress. apud Mans. *consult.* 238. *n.* 62. *& seq. & n.* 82.

Non urgentibus in contrarium *dec.* 441. *n.* 18. cor. Cerro, *& in Romana hereditatis de Lanuviis* 18. *Junii* 1685. cor.
4 Reverendiss. Hervault, *confirmata* cor. me 18. *Aprilis* 1690. Quia in casu Decis. Cerri clausula *præsenti &c.* aderat etiam in parte dispositiva donationis, & licet ibi non esset cæterata; desumebatur tamen a cæteris instrumenti partibus, in quibus cum hac qualitate apposita allegabatur, & in cõsimilibus terminis imo longe debilioribus loquuntur Decisiones in Romana hæreditatis de Lanuviis, in quorum casu in parte dispositiva aderat expressa stipulatio una cum clausula *cæterata Præsenti &c.* ut deprehenditur ex
5 Decisione cor. me edita, §. *Posita autem versus finem*; Ideoque Theoricæ in eis firmatæ applicabiles minime sunt præsenti hypothesi, in qua in parte dispositiva renunciationis, non tantũ deest cæteratio, sed ipsamet clausula *præsenti &c.*

Nec renunciationis effectum ampliare potest, vel causa ingressus in Religionem, vel titulus, aut verba ampla, quibus concepta fuit, ex quibus omnibus pro reali, & abdicativa considerari debeant; Quia hæc omnia spectabilia sunt, vel quando adest tacita stipulatio pro hæredibus, vel quoties dubium emergit super illorum comprehensione; sed quoties clarissime, prout hic renunciatio fuit ad personam Patris 6
restricta, verba effrænata, titulus amplus, & quæcunque similia restringuntur ad favorem personæ contemplatæ, nec tollunt personalitatem expresse a contrahente volitam, ut respondendo objecto In puncto Donat. Anton. de Marin. *ref. Jur. lib.* 2. *cap.* 187. *per tot.* & Rota *dec.* 253. *n.* 16. *vers. hoc denique n.* 14. *& dec.* 113. *n.* 9. *p.* 18. *rec.*

Minusque ad intentum exclusionis Monasterii obstare possunt Statutum Terræ Amandulæ *lib.* 2. *rubr.* 20. ac alterum Urbis nostræ *Cap.* 146. *exclusiv.* feminatum propter masculos, quia præter responsiones unicuique singulariter datas in præcedenti Decisione, neutrum Statutum sibi locum vindicare posse visum fuit in prejudicium Monasterii; illud 7
enim tanquam Ecclesiastici non subjacet laicali dispositioni Statuti Amandulæ, & ex defectu voluntatis non comprehenditur sub altero Urbis, cum de Clericis non loquatur neque illorum explicitam mentionem faciat, prout opus esset, ut ad Clericos, cæterosque exemptos municipalis dispositio extenderetur, sicut ultra recensitos in priori Decisione, §. *Nec ad arcendum*, *&* §. *Sequentibus*, dixit Rota *in Romana, seu Firmana successionis* 28. *Februarii* 1665. §. *neque allegarii*, cor. R.P.D. meo Molines, *confirmata* 8. *Januarii* 1695. §. *Ita pariter*, cor. R.P.D. meo Priolo. 8

Atque ita prætermissis oppositionibus concernentibus quantitatem, & qualitatem bonorum, quæ Martinus acquisivit tanquam extra dubium immissionis in genere resolutum.

Utraque &c.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
Ad Librum Duodecimum
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA,
Qui est
DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS,
CANONICIS PAROCHO, & PAROCHIIS.

ARGUMENTA DECISIONUM
DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS, &c.

DECISIO I. *Celsonen. Præposituræ.*

QUomodo ex argumentis, & conjecturis collegialitas Ecclesiæ pro beneficiorum reservatione probetur, hæc decisio declarat, in ampliationem *disc.* 14. Card. de Luca *de beneficiis Eccles.*

DEC. II. *Mediolanen. Præposituræ.*

Ultimus status in beneficialibus attenditur, ubi agitur inter provisos ad sustinendam collationem etiam pro exclusione reservationis, & licet emanasset decisio contraria ultimo statui, pluraque in decisione habentur ad excludendam probationem collegialitatis, in comprobationem *discur.* 14. *de benefic.* Cardin. de Luca.

DEC. III. *Barchinon. Parochialis seu Vicariæ, Castri fidelium.*

Non potest Episcopus Parochialem vacatam in mense reservato conferre, sed indicto concursu, & prælecto magis idoneo prælectionem ad Curiam transmittere, & in concursu prælectus infra terminum debitum provisionem a Sancta Sede impetrare, juxta ea quæ docet Card. de Luca *de benefic. disc.* 14. Episcopus habet alternativam, quæ tamen comprehendit beneficia liberæ collationis ejusdem Episcopi, non autem ea quæ ad aliorum præsentationem pertinent secundum relata per Card. de Luca *de benefic. disc.* 17. Gratia *si neutri* non suffragatur nisi doceatur de lite super titulo beneficii. Ad d. effectum non sufficit commissio cum clausula, *quam & quas*, ubi nullus titulus commissionem præcesserit.

DEC. IV. *Placentina Abbatiæ.*

Quamvis juxta mores locorum, ac diversarum nationum sub quæstione sit, an, & de quo tempore computandum sit initium novæ diei incipientis, & consequenter finis diei labentis, & ex quo pendeat an in uno, vel in altero mense vacatio sequatur. Plerisque volentibus computandum esse a crepusculis vespertinis, aliis a matutinis, ac aliis a meridiis; attamen per Jus Romanorum in causis beneficialibus servandum Statutum esse terminare, ac respective incipere a media nocte, ex cujus excessu etiam in momento resultare expirationem præcedentis diei, & initium sequentis, probat Card. de Luca *de benefic. disc.* 15. & firmat præsens Decisio.

DEC. V. *Compostellana Parochialis.*

Resignatio facta cum reservatione pensionis favore resignantis, & cum clausula, *& non alias, aliter, nec alio modo*, irritatur & Jus a resignante non abdicatur; & ex ejus obitu vacatio sequitur, si pensio ob malam valoris expressionem non sustineatur, in ornatum *disc.* 35. Card. de Luca *de benef.* Valor narratus per non excessum sufficit verificari etiam in minima quantitate. Ad effectum validitatis gratiæ, attendi debet narrativa valoris facta in ea parte supplicationis, in qua agitur de ipsa substantia gratiæ, nempe de reservatione pensionis volitæ a resignante. Nullitas resignationis, quando respicit favorem, & concessum resignantis, non potest nisi ab ipso apponi; quatenus vero nullitas fundetur in deficientia voluntatis Papæ potest etiam a tertio opponi. Ex mala expressione valoris factæ per resignantem etiam cum illius scientia non oritur privatio Juris illi competentis.

DEC. VI. *Moguntina Canonicatus.*

Obtinens duo beneficia incompatibilia, secundum ipsorum vacat, non autem primum, si ad secundi beneficii possessionem non convolaverit; si autem illam apprehenderit utrumque perdit, juxta distinctionem allatam per Card. de Luca *de benefic. disc.* 54. & *disc.* 55. Vacatio vero admittitur, non obstante consuetudine, quæ supponitur in Germania vigere retinendi beneficia inter se incompatibilia absque Apostolica dispensatione.

DEC. VII. *Moguntina Canonicatus.*

Non postulat hæc Decisio Argumentum, cum pertractetur de eadem re, quæ habetur in alia superius relata Decisione.

DEC. VIII. *Cracovien. Archidiaconatus.*

Subreptionis exceptio ob non factam Summo Pontifici expressionem qualitatis curæ habitualis, quam habet beneficium, non est illius considerationis, cum de cura habituali tanquam impropria nulla sit facienda mentio pro gratiæ validitate ad differentiam curæ actualis, juxta distinctionem allatam per Cardin. de Luca *de benef. disc.* 55. Expressio etiam dubitative facta de qualitate curæ actualis exuberat pro sustentatione gratiæ ne irritetur ex defectu non expressæ curæ habitualis. In Regno Poloniæ solet Summus Pontifex concedere dispensationem retinendi plura beneficia, hinc contra possessorem illam neganti incumbit onus negativam probandi. Ad salvandam gratiam ab obreptione, & etiam ad illius verificationem sufficit expressio facta juxta ultimum statum. Ex concordatis Germaniæ, & Poloniæ beneficia illarum Regionum non solent exprimi nisi in ducatis 24. Ubi plures narrati fuerunt modi vacationis alternative concepti, pro executione gratiæ sufficit, quod alter ex illis verificetur. Assidens in vim institutio-

tutionis factæ ab Ordinario, si impottaverit etiam provisionem Apostolicam, censetur continuasse mutato duntaxat jure possidendi, quoties tamen gratia fuerit concessa in forma gratiosa ubi opitulari potest verbalis dimissio; secus si gratia appareat in forma dignum, cum eo casu possessio debeat capi de manu executoris.

DEC. IX. *Cracovien. Archidiaconatus*.

Argumentum præcedens confirmatur decision.

DEC. X. *Majoricen. Præcentoriæ*.

Subrogatio gratiosa collitiganti conceditur per mortem alterius collitigantis, dummodo tamen adsit lis super beneficii titulo, non autem super sola possessione, quodque lis non fuerit calumniosa, & collitigans non reperiatur in gravescenti ætate. Ad d. tamen effectum lis super titulo beneficii dicitur extare ex commissione, in qua adsint clausulæ, *quam & quas una cum incidend. dependent. emergend. annexis, & connexis*, licet in commissione simpliciter narratæ fuerint molestationes super sola possessione beneficii; justitia vero litis ex qualibet causa levi, & colorata probatur, senectutis autem animadversio excluditur, si adsit causa, ex qua removeatur suspicio fraudis, ad declarationem *disc. 1. & disc. 77. de benef* Card. de Luca.

DEC. XI. *Senogallien. Capellaniæ*.

Capellano in Capellania manuali non datur manutentio; cum ad beneplacitum Domini possit removeri, dummodo remotio non fiat ex odio, quod est justificandum cum de Jure non præsumatur, pluraque alia in hac decisione traduntur in ornatum *disc. 80. & disc. 67.* Card. de Luca *de benef*.

DEC. XII. *Aurien. Cantoriæ*.

Gregorius XIII. in Constitutione 85. voluit, quod quæcunque beneficiorum resignationes publicari debeant juxta formam ibi præscriptam infra sex menses intra montes, & intra novem ultra, computandos a die datæ gratiæ sub pœna vacationis Beneficii; non solum vero publicanda est ipsa gratia resignationis, sed etiam eadem, & sub eadem pœna altera gratia impetrationis beneficii ad formam d. Constitutionis ob non factam publicationem, ad tradita per Cardin. de Luca *de benefic disc. 94.* Negativa publicationis gratiæ ad formam d. Constitutionis probatur ex lectura Instrumenti publicationis. Publicatio gratiæ facta cum expressione, quod beneficium vacet per obitum ubi vacabat per non factam publicationem est prorsus insufficiens. Publicatio exigitur tantummodo in simplici imputatione Beneficii tanquam vacantis per obitum, vel in illius assecutione facienda virtute generalium clausularum, quæ opponi solent in Gratiis Apostolicis.

DEC. XIII. *Aurien. Cantoriæ*.

Omnia quæ in anteacta decisione habentur, hic confirmantur, & ulterius traditur, quod obtinens gratiam ob non factam publicationem resignationis, dum adhuc poterat, resignatio publicari nullum Jus acquirat etsi postea resignatio intra debitum tempus non publicetur, quodque gratia *si neutri* subjaceat Constitutioni Gregorii XIII. de publican.

DEC. XIV. *Gerunden. Beneficii*.

In his duabus sequentibus decisionibus plenissime traditur, an, & quando dicatur institutum Beneficium sacerdotale, de qua quæstione agitur apud Card. de Luca *de benefic. disc. 96.*

DEC. XV. *Gerunden. Benef.*

Argumentum in præcedenti decisione reperitur.

DEC. XVI. *Salisburgen. Canonicatus*.

Ex regula 45. Cancellariæ habetur, quod in resignationibus nullatenus literæ Apostolicæ expediantur nisi resignans sive cedens, si præsens in Curia fuerit personaliter, alioquin per Procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in eadem Cancellaria expresse consenserit; hujusmodi forma est æque tam in Cancellaria, quam in Camera servanda, licet agatur de casu mixto, ex quo scilicet neque resignans fuit præsens in Curia, neque dedit mandatum ad resignandum, sed in partibus coram Secretario & Testibus per publicum Instrumentum resignavit; rursus & subjacent irritationi literæ expeditæ non adimpleta d. forma licet nulla adsit suspicio fraudis, & non obstantibus clausulis in literis appositis *sive præmisso sive alio quovis modo*.

DEC. XVII. *Valentina Vicariæ*.

Ad validam Beneficii assecutionem necessario requiritur per prius obtentorum specifica mentio, & data eorum taciturnitate Principis rescriptum invalidatur, & cum nimis apud Doctores fuerit dubitatum, an expressio requiratur in consecutione Beneficii, cum primo incompatibili, hæc decisio declarat, quod magis vera sententia sit illi affirmans invalidari secundam gratiam, etsi agatur de Beneficio incompatibili ob illius non factam expressione in ampliationem *disc... de benef.* Card. de Luca.

DEC. XVIII. *Valentina Vicariæ*.

Argumentum est notatum in præcedenti decisione 17.

DEC. XIX. *Olomucen. Canonicatus*.

Ex consecutione coadjutoriæ minime vacant Beneficia per coadjutum retenta, cum coadjutores nullum habeant jus in re, adeout solum jus habere incipiant post decessum coadjuti. Coadjutoria Episcopalis non est incompatibilis cum retentione Beneficiorum residentiam exigentium, ubi Summus Pontifex in literis nullum residentiæ onus imposuit, pluraque habentur in decisione de intelligentia concordatorum Germaniæ.

DEC. XX. *Olomucen. Canonicatus*.

Argumentum habetur in præcedenti decisione 19.

DEC. XXI. *Corduben. Beneficiorum*.

Fuit sæpe a Doctoribus dubitatum, an regula secunda Cancellariæ, per quam generaliter declarantur reservata omnia beneficia per collatorum obitum vacantia usque ad provisionem successorum, & adeptam ab eisdem successoribus actualem pacificam possessionem Ecclesiarum ad quas fuerunt promoti locum habeat, quando ad Episcopatum promoti sunt Cardinales; hujusmodi autem dubitatio magistraliter in hac decisione definitur, dum in ea firmatur, quod in d. regula Cardinales non comprehenduntur.

DEC. XXII. *Corduben. Beneficiorum*.

Argumentum adest in præcedenti decisione: dum hæc decisio in eadem causa emanavit.

DEC. XXIII. *Romana Clericatus Beneficiati S. Petri*.

In his duabus, quæ sequuntur decisionibus firmatur, quod Jus conferendi beneficia, quod ante turnariam divisionem residet penes Capitulum, non valet conferre Canonicus in Sacris non constitutus, id tamen limitatur quoties Canonici non conferant, sed tantum nominent, quia tunc valet nominare etiam Canonicus, qui non sit in Sacris, quod autem hujusmodi consuetudo sit in Clero S. Petri de Urbe plene in altera dec. habetur.

DEC. XXIV. *Romana Clericatus Beneficiati Sancti Petri*.

Argumentum in præcedenti decisione reperitur.

DEC. XXV. *Romana Coadjutoriæ*.

Coadjutus nequit prætendere illa emolumenta, quæ propter ejus impedimentum per prius percipere nequibat, sed illa pertinent ad coadjutorem, cui solet aliqua fructuum portio de jure reservari; hæcque conclusio admittitur in casu indulti cum verbis expressis, quæ in decisione recens gnoscatur.

DEC. XXVI. *Hispalen. Juris Votandi*.

Canonici familiares, & Commensales Episcopi non sunt admittendi in voto in actibus capitularibus ubi tractatur de ipsius Episcopi interesse; Canonici vero qui provisiones obtinuerunt ab eodem Episcopo, non sunt excludendi a ferendo voto, cum nemo a suo munere debeatur excludi, & inordinata affectio minime præsumatur; pluraque alia quoad consuetudinem illiusque probationem hæc decisio edocet.

DEC. XXVII. *Gerunden. Hebdomadariæ*.

In Ecclesiis Parochialibus unitis Regularium Monasteriis non servatur concursus præscriptus a Sacro Concil. Tridentino, sed fit institutio per Episcopum ad nominationem Abbatis; quando autem Beneficium dicatur dependens ab Ecclesia Regulari in hac decisione pervidetur, in ampliationem *disc. 11. de Paroch.* Card. de Luca.

DEC. XXVIII. *Novarien. Portionum Parochialium*.

Residente penes aliquem cura habitualis Rector in cura actuali fieri non debet ab Episcopo per concursum, sed ad nominationem habentis curam habitualem, prævio duntaxat examine, & approbatione faciendis per Episcopum de persona nominata. De Jure communi in Ecclesia Cathedrali cura habitualis residet penes Capitulum, & in una & eadem Ecclesia monstruosum est, quod duo adessent Parochi, in comprobationem *disc. 11. disc. 33.* Cardin. de Luca *de Parochis*.

DEC. XXIV. *Novarien. Portionum.*
Non indiget argumento, cum sit decisio præcedentis confirmatoria.

DEC. XXX. *Barchinon. Parochialis de Albinyana.*
Unio non præsumitur, cum præscriptio stat pro collativo statu, & ideo concludenter est probanda, illa vel præsumitur ineffectuata, vel præsumitur revocata, vel remanet præscripta ubi contra illam adsit longeva observantia non obstante decreto irritanti apposito in Constitutione Piana de unionibus, quia illud non procedit quoties, vel de unione dubitetur vel unio facta non docetur pro congrua sustentatione, in comprobationem plurium discursuum Card. de Luca *sub tit. de Paroch.*

DEC. XXXI. *Florentina Jurium Parochialium.*
In hac decisione plenissime recensentur adminicula, & probationes, quæ possunt demonstrare, & concludere matricitatem Ecclesiæ adhoc, ut illius Rector possit Jura Parochialia in Ecclesia filiali exercere.

INDEX DECISIONUM

Super Materia

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS, &c.

A

Aurien. Cantoriæ, 8. *Junii* 1696. *Tremoille*, Dec. XII.
Eadem, 14. *Junii* 1697. *Olmo*, Dec. XIII.

B

Barchionen. Parochialis seu Vicariæ Castri fidelium, 22. *Martii* 1697. *Olmo*, Dec. III.
Barchinonen. Parochialis de Albinyana, 1. Junii 1696. *Muto* Dec. XXX.

C

Celsonen. Præpositura, 14. *Junii* 1694. *Molines*, Dec. I.
Compostellana Parochialis, 2. *Maii* 1692. *Caprara*, Dec. V.
Corduben. Beneficiorum, 29. *Novembris* 1694. *Emerix*, Dec. XXI.
Eadem, 3. *Decembris* 1696. *Ursino*, Dec. XXII.
Craccovien. Archidiaconatus, 19. *Aprilis* 1697. *Molines*, Dec. VIII.
Eadem, 26. *Junii* 1697. *eodem*, Dec. IX.

F

Faventina Jurium Parochialium, 28. *Junii* 1697. *Ansaldo*, Dec. XXXI.

G

Gerunden. Archidiaconatus, 5. *Maii* 1690. *Ursino* Dec. XXVII.
Gerunden. Beneficii, 25. *Junii* 1696. *Caprara*, Dec. XIV.
Eadem, 8. *Martii* 1697. *Muto*, Dec. XV.

H

Hispalen. Juris votandi, 4. *Februarii* 1697. *Caprara*, Dec. XXVI.

M

Moguntina Canonicatus, 6. *Aprilis* 1696. *Ursino*, Dec. VI.
Eadem, 1. *Julii* 1697. *Olmo*, Dec. VII.
Majoricen. Præcentoriæ, 2. *Decembr.* 1695. *Muto*, Dec. X.
Mediolanen. Præpositura, 18. *Martii* 1695. *Muto*, Dec. II.

N

Novarien. Portionum Parochialium, 4. *Julii* 1696. *Molines*, Dec. XXVIII.
Eadem, 26. *Junii* 1697. *eodem*, Dec. XXIX.

O

Olomucen. Canonicatus, 29. *Martii* 1694. *Muto*, Dec. XIX.
Eadem, 25. *Junii* 1694. *eodem*, Dec. XX.

P

Placentina Abbatiæ, 17. *Aprilis* 1692. *Muto*, Dec. IV.

R

Romana Clericatus Beneficiati S. Petri, 13. *Maii* 1695. *Priolo*, Dec. XXII.
Eadem, 3. *Decembris* 1696. *eodem*, Dec. XXIV.
Romana Coadjutoriæ, 14. *Maii* 1696. *Muto*, Dec. XXV.

S.

Salisburgen. Canonicatus, 8. *Februarii* 1694. *Priolo*, Dec. XVI.
Senogallien. Capellaniæ, 1. *Julii* 1686. *Hervault*, Dec. XI.

V

Valentina Vicariæ, 7. *Junii* 1694. *Ursino*, Dec. XVII.
Eadem, 10. *Januarii* 1595. *eodem*, Dec. XVIII.

R. P. D. MOLINES.

Celsonen. Præpositura.

Luna 14. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Quomodo ex argumentis, & conjecturis collegialitas Ecclesiæ pro beneficiorum reservatione probetur, hæc decisio declarat, in ampliationem *disc.* 14. Card. de Luca *de beneficiis Eccles.*

SUMMARIUM.

1 *Provisiones effectuatæ, & longæva manifestant, quod talis sit dignitas, & Ecclesia qualis in eis asseritur.*
2 *Status beneficii talis præsumi debet de præterito, qualis est subsequens.*
3 *Provisiones excedentes spatium quadraginta annorum constituunt statum præscriptivum etiam ad includendam reservationem Apostolicam vigore regulæ* 4. Cancellariæ.
4 *Expressio mensis, in qua contingit vacatio fieri, debet etiam concurrente reservatione, & semper requiritur in omnibus gratiis præterquam in illis de devoluto.*
5 *Hinc ex dicta expressione non denotatur reservatio ratione mensis, cum ad dignoscendum, ex quo capite reservationis Papa provideat, sit recurrendum ad partem dispositivam gratiæ.*
6 *Si ex reservatione ratione mensis provisio fieret, in proœmio dispositiva inciperet* Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica in certis tunc expressis mensibus vacantia reservavimus.
Si vero fieret vigore regulæ 4. Cancellariæ inciperet. Dudum siquidem dignitates principales in Ecclesiis Collegiatis, *& n.* 7.
8 *Ecclesia S. Mariæ de Lillet est Ecclesia Collegiata.*
9 *Ennunciativa antiqua probant Ecclesiam esse Collegiatam, & n.* 11.
10 *Ecclesia regularis de Jure est Collegiata.*
12 *Pluralitas non præsumitur, nisi ab allegante concludenter probatur.*
13 *Provisiones per viam Commendæ facta non immutant statum antiquum beneficii, & n.* 14.
15 *Ad inducendam immutationem status beneficii requiruntur narrativa clara statui repugnantes.*
16 *Antecedens status beneficii legitime præscriptus præfertur posteriori contrario, quando quæstio versatur super qualitate beneficii.*
17 *Collegialitas, & Parochialitas sunt compatibiles in eadem Ecclesia etiam ad effectum reservationis vigore* regulæ Cancellariæ.
18 *Concursus est necessarius in omni vacatione etiam mense reservato Sedi Apostolicæ ubi agitur de Parochiali.*
19 *Et solum omittitur, quando Parochialitas est in Ecclesia Collegiata, & curam exercet, ac habet annexam dignitas in ea existens.*
20 *Clausula* constito *adjecta in Brevi ubi est justificata, dicitur justificatum totum Breve.*

21 *Epi-*

21 *Episcopus nequit statum Ecclesiæ mutare & n.* 22.
22 *Pro reservatione beneficii in vim reg.4. sufficit, quod Ecclesia sit Collegiata habitu.*
24 *Regula 4. Cancellariæ habet locum tam in Collegiatis Regularibus, quam sæcularibus.*
25 *Declaratur* decisio in Mediolan. Præpositura 26. Novemb. 1591. & 4. Junii 1692. coram R. P. D. Molines.

DECISIO I.

Semel atque iterum super revisione decisionis coram me emanatæ sub die 2. Decemb. 1693. proposita causa, nimirum 8. Februarii proxime præteriti, qua dictum fuit, Dilata, & coadjuventur probationes, & 26. Mart. nuper elapsi, qua Josephus Rius provisus ab Ordinario petiit dilationem usq; ad mensem Maii sub prætextu, quod probationes de partibus ei adhuc non advenerint, tandem hodie resolutum fuit, persistendum esse in decisis, scilicet non intrare arbitrium pro retardanda executione Brevis de capienda possessione nomine Cameræ controversæ Propositturæ favore Francisci de Solanell. de illa provisi tanquam principali dignitate existente in sæculari Ecclesia B. Mariæ Oppidi de Lillet, quæ Collegiata sit, si non actu, saltem habitu.

1 Etenim Collegialitas prædictæ Ecclesiæ, ad quam Causæ momentum reducitur, resultare visa est, nedum ex juribus in prima Causæ propositione deductis, nempe ex quatuor provisionibus Apostolicis effectum plene sortitis incipientibus ab anno 1597. usque ad annum 1663. Sum. Francisci *a n.*8. *ad num.* 11. in quibus hujusmodi Præpositura tanquam

2 principalis dignitas in Ecclesia Collegiata, & uti ex hoc capite reservata per Sedem Apost. vigore *reg.* 3. *hodie* 4. *Cancellariæ* provisa fuit, quæ provisiones per tempus 66. annorum effectuatæ manifestant, quod talis sit dignitas, & Ecclesia qualis in eis asseritur, & declarant statum antiquum Ecclesiæ, & beneficii, & talis præsumi debet de præterito qualis est subsequens, Rot. *dec.*12. *n.* 9. & 10. cor. Bic. *dec.* 46. *n.*3. cor. Celso *dec.*376. *n.*8. *dec.*473. *n.*6. cor. Burat. *dec.* 57. *n.* 12. & *dec.* 221. *n.* 20. *p.*6. *rec.* 49. *n.* 3. *p.* 17. *dec.* 596. *n.*4. & *seqq. p.*18. cum aliis in dec. quæ revidetur, *§. Justificatio autem.*

3 Quinimo ex his provisionibus longe excedentibus spatium annor. 40. constituitur status præscriptus hujus Præpositturæ tanquam de principali dignitate in Collegiata saltem habitu, etiam ad includendam reservationem Apostolicam vigore *d. regul.*4. *Cancell.* taliter, ut provisus ab Ordinario, & ipsemet Ordinarius remaneant exclusi, ut in terminis, Rota cor. bon. mem. Alex. VIII. *dec.* 240. *dec.*465. *n.*1. *p.*4. *rec. tom.*2. *dec.*221. *p.*6. & *dec.*234. *p.*16. Status enim beneficii, per spatium 40. annorum præscribitur *cap. cum de beneficio* ubi Canonistæ de præbendis *in* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.*34. *n.*1. & 45. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. glos.*7. *num.*8. & *glos.*8. *n.*3. Rota *dec* 636. *n.*1. cor. Burat. *ubi Adden. lit. A. dec.*483. *n.*9. cor. Cerro *dec.* 340. cor. Royas *n.* 12. *dec.* 41. *n.*3. & 4. cor. Carillo *dec.* 50. *n.*7. *p.*7. *dec.* 219. *n.* 22. *p.* 16. & *dec.*329. *n.*9. *p.*18.

Nec dubitari valet, quod dictæ quatuor provisiones fuerint fundatæ in reservatione Præpositturæ tanquam primæ dignitatis in Collegiata vigore dictæ *reg.*4. *Cancell.* quamvis in aliquibus contineatur expressio mensis, & adsit clausula *sive*

4 *præmisso, sive quovis alio modo vacet*, quia expressio mensis, in quo contigit vacatio, fieri debet etiam concurrente reservatione *ex reg.*4. & semper requiritur in omnibus gratiis, præterquam in illis de devoluto, ut testatur Amayden. *de stylo Datariæ cap.*29. *q.*32. *n.*79. *vers. verum hæc resolutio*, ubi dicit, quod per hoc solum non denotatur reservatio ratione mensis, cum ad dignoscendum, ex quo capite reservationis Papa provideat, sit recurrendum ad partem dispositivam gratiæ, Garz. *de benef. p.*11. *cap.n.*35. Lotter. *de re*

5 *benef. lib.*3. *q.*8. *n.*79. Bursat. *cons.*594. *n.*18. Rot. *dec.* 700. & *dec.*754. *n.*1. *p.* 3. *diversf. dec.* 128. *n.* 23. 24. & 25. cor. Cerro, & *dec.* 128. *n.* 8. *p.* 4. *tom.*1. *rec.* Dispositiva autem reservationis narrata fuit in prædictis quatuor provisionibus Apostolicis, ut de principali dignitate in Collegiata, ut pateat ex illarum lectura, & præcipue ex illis verbis contentis in proœmio ibi. *Dudum siquidem omnes dignitates principales in Ecclesiis Collegiatis*, & ibi: *Præpositura Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Oppidi Populi de Lillet*, quæ verba indicant, Papam providere de reservato tanquam de dignitate principali in Collegiata vigore *reg.*4. *Cancell.* non obstante, quod enuncietur mensis vacationis; nam si ex reservatione ratione mensis provisio fieret, alia contineretur dispositiva in proœmio nimirum per hæc verba *Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica in certis tunc expressis mensibus vacantia reservavimus*, ut ad rem explicat Amayden. *de stylo Datariæ d.q.*32. *n.*76. *vers. & sane.*

Neque refragatur, quod in quarta Apostolica provisione anni 1633. reservatio evenire potuerit ex appositione manus 6
Papæ in resignatione, coram ipso secuta per Raphaelem Escura in favorem Jacobi Barnolæ, non autem ex reservatione *regul.*4. *Cancell.* quoniam licet vacatio ex capite dictæ reservationis evenerit, provisio tamen Papæ expresse facta fuit uti de dignitate principali in Collegiata, dum ita concessa fuit ibi- *Dudum siqui.. om omnes dignitates in Collegiatis Ecclesiis principales dispositioni nostræ reservavimus*, & ibi - *Cum itaque Præpositura sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Oppidi, seu loci de Lillet &c.* quæ formula, ut dictum est reservationis vigore *dictæ reg.* 4. idque resultat manifeste ex executione dictis literis resignationis decreta per Ordinarium Celson. qui expressit in ejus executoriali sententia Collegialitatem ejusdem Ecclesiæ, & alia in Literis Apostolicis narrata verificata existere, collationem faciendo dicto Barnola de dicta Præpositura tanquam principali dignitate in Collegiata, & statim in manibus ipsius Ordinarii ille tanquam Præpositus professionem fidei emisit ad formam contentam in dictis literis; non enim Ordinarius id affirmando executioni demandasset, nisi pro 7
certo recognovisset Præpositturam talem esse, qualis in literis præfatis Papæ fuit expressa, ut ponderatur in decisione, quæ revidetur, *§. Tanto magis*.

Hæc omnia probantia Collegialitatem Ecclesiæ, clariora visa sunt ex juribus de novo allatis per Franciscum provisum Apostolicum, nempe ex Bulla Hon. III. edita de anno 1220. Sum. Francisci *n.* 1. ex qua constat, quod Ecclesia S. Mariæ de Lillet, de qua agitur, ab origine fuit Conventualis, seu Monasterialis habens Præpositum, & Conventum, 8
cum dictus Honorius recipiens sub protectione Sedis Apostolicæ ad Ecclesiam B. Mariæ de Lillet una cum Ecclesia S. Petri de Osseja, & aliis pertinentiis suis rescripserit ibi: *Dilectis filiis præposito Conventui Ecclesiæ S. Mariæ de Lillet*; eademque expressio Conventus habetur in Instrumento Consecrationis dictæ Ecclesiæ S. Petri de Osseja factæ de anno 1252. per Episcopum Urgellen. & confirmatæ per Archiepiscopum Tarraconen. ad preces Præpositi, & Conventus Ecclesiæ de Lillet *d. Sum. n.*3. & pariter fit mentio de eodem Præposito, & Monasterio in Instrumento procuræ anni 1433. *d. Summ. num.*5. & in Instrumento concessionis in emphyteusim anni 1440. *d. Summ. n.* 7. & in Instrumento quietantiæ anni 1443. *d. Summ. n.*6. quæ etiam regularitas hujus Ecclesiæ de Lillet canonizata fuit in *dec.*27. *n.*6. & 7. *p.*4. *tom.*1. *rec.* & *in alia Urgellen. Parochialis* 13. *Januarii* 1606. coram Marcomontio, qua stante Conventualitate, & Regularitate justificata ab anno 1220. usque ad annum 1443. per quod tempus abundanter probatur ex dictis per Rot. *dec.*163. *n.*2. *p.*1. *rec.* & *dec.*636. *n.*1. cor. Buratto, negari non potest Collegialitas, cum Ecclesia Regularis de jure sit Collegiata, Hostiens. *in cap. Nobis sub n.* 3. *vers. quidquid etiam de jurepatronatus*, & ibi Abbas *num.*8. *vers. item* 9
Lotterius *de re benef. lib.*1. *quæst.*14. *num.*42. & latius *quæst.* 18 *n.*1. Pacianus *de probat. lib.*2. *cap.*31. *num.* 22. Tondut. *quæst. benef. part.* 2. *c.* 2. *n.* 7. Rot. *decis.*650. *num.* 5. coram Cavaler. & *decis.*145. *n.*3. *part.*10. & *dec.*259. *num.*4. coram Coccino.

Præsertim accedentibus antiquissimis enunciativis circa existentiam Præpositi, & Canonicorum, ut sunt concessiones factæ per plures Episcopos Urgellen. Statuentes, quod Ecclesia Parochialis de Osseja pertineat ad dictam Præpositturam ipsisque subjecta sit, quas concessiones approbavit Rota *dicta dec.*37. *a n.*1. *ad n.*5. Obedientia præstita de anno 1251. per Vicarium dictæ Parochialis de Osseja recognoscentem Ecclesiam possidere pro Præposito, & Canonicis dictæ Ecclesiæ de Lillet *Summ. Francisci num.*2. Mandatum procuræ anno 1407. confectum a Sacrista, & Canonico cum interventu Præpositi, & duorum Canonicorum 10
*dicto Summ. n.*4. Aliud mandatum procuræ stipulatum anno 1433. a quodam Canonico dictæ Ecclesiæ de Lillet, intervenientibus pro testibus Præposito, & alio Canonico *eodem Summario num.* 5. Concessio in emphyteusim de anno 1440. facta per Præpositum, & Canonicos in Capitulo congregatos *eodem Sum. num.*7. & tandem quietantia facta per Præpositum, & tres Canonicos de anno 1443. *dicto Summ. n.*6. Quæ antiquissimæ enunciativæ longe excedentes metam

tam bis centum annorum satis probant collegialitatem absque aliis signis, Alex. de Nevo cons. 75. n. 3. vers. tanto magis lib. 4. Rota dec. 280. n. 23. cor. Bichio, dec. 1616. n. 16. cor. Coccino dec. 960. n. 9. cor. Penia, dec. 221. n. 7. p. 6. & dec. 234. n. 5. p. 16.

Et frustra adducitur, quod Præpositura regularis, & monasterialis Canonicorum Regularium Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ de Lillet, de qua loquuntur supradicta instrumenta, sit diversa a Præpositura de la Pobla de Lillet sæculari, de qua loquuntur supra quatuor provisiones Apostolicæ, & de qua est provisus Franciscus; Tum quia pluralitas non præsumitur, nisi ab allegante concludenter probetur ex regul. text. in leg. omnium, ubi glos. verb. Comprobetur, Cod. de testam. Tum quia perscrutando singula instrumenta supra narrata, & quatuor collationes prædictas manifeste patet unicam solum existere Præposituram, & hanc fundatam esse in Ecclesia Beatæ Mariæ de Lillet, quæ Ecclesia sita est in 12 Villa, Oppido, seu loco nuncupato la Pobla, ex quo fit, quod dicta Præpositura aliquando nomen desumit a propria Ecclesia, & tunc vocatur Præpositura Beatæ Mariæ de Lillet, aliquando conjungitur cum denominatione loci, seu oppidi, in quo est Ecclesia, & tunc vocatur Præpositura Populæ de Lillet, ut præ cæteris colligitur ex Summ. Francisci num. 3. ubi Berengarius nominatus Præpositus de Lillet, & Conventus ejusdem, & num. 4. ubi idem Berengarius nuncupatur Præpositus Populæ de Lillet, & idem invenitur si discurratur per alia documenta supra ponderata, ex quo probatur Ecclesiam, & Præposituram esse eandem licet diversimode in aliquibus instrumentis denominetur.

Parum refragante, quod si fuisset regularis, non fuisset data in titulum sæcularibus, sed in Commendam; nec collectiva, sed electiva extitisset, quia jam ante dictas quatuor provisiones Apostolicas sæcularizata fuit, ut pro certo supponitur in dec. 37. p. 4. rec. tom. 1. n. 9. ubi de regularitate hujus Præposituræ loquitur relative ad tempus præteritum, ibi: *quæ tunc regularis erat*, atque ideo bene potuit in titulum conferri sæcularibus.

Ex his itaque patet male recurri pro parte Josephi provisi ab Ordinario ad ultimum statum hujus præpositura prætendentis illum esse de beneficio simplici. Quatuor enim ad hunc effectum adducit provisiones Apostolicas; primam nempe de anno 1663. per obitum Jacobi Barnolæ datam in Commendam a Sede Apostolica Cardinali de Aragonia. Secundam cessionis ab eodem Card. factæ de anno 1664. favore Joannis Felicis de Olivano. Tertiam in favorem ejusdem Cardinalis pariter in Commendam ob contractum matrimonii dicti Olivani, & ultimam de anno 1677. in favorem Francisci Tries ultimi possessoris, stante cessatione Commendæ per obitum dicti Card. Verum ex his Apostolicis provisionibus non probatur in casu præsenti status beneficii simplicis exclusivus collegialitatis; cum prima, & tertia uti per viam Commendæ factæ non immutarunt statum antiquum beneficii, sed eum præservarunt in antiqua ejus natura veræ Collegialitatis, prout erat ante Commendam Fagn. 13 in cap. in Ecclesiis de Capellis monachorum n. 17. Garz. de benef. p. 4 cap. 4. n. 74. Tondutus qq. benef. part. 3. cap. 116. n. 9. & 10. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 8. n. 48. & seq. Cortad. in prax. dispens. lib. 6. cap. 3. num. 19. & cap. 4. n. 7. cum tribus seqq. d. 443. n. 7. & 8. cor. Penia cum aliis in decis. quæ revidetur §. Et demum. Secunda vero, & quarta continent clausulam, ibi: *adhuc eo quo ante Commendam ipsam vacabat, modo vacare noscatur ad præsens*; quæ clausula cum præservet anteriorem vacandi modum, dicitur exinde ex mente Pontificis beneficium vacare ut prius, scilicet eo modo, quo ante primam Commendam dicto Cardin. factam vacabat per obitum Jacobi Barnolæ ultimi possessoris ante dictam Commendam, qui Præposituram obtinuit uti principalem dignitatem in Collegiata, & idcirco ultimus status ex efficacia dictæ clausulæ assistit pro collegialitate, & reservatione Præpositura ex reg. 4. Cancell. Gonzalez ad reg. 8. glos. 8. §. 8. n. 48. & seq. Tondutus p. 3. cap. 166. n. 9. & 10. Adden. ad Pamphil. dec. 538. n. 12. & in dec. quæ revidetur §. secunda vero, & seq.

Rursus enunciativæ, quæ continentur in istis quatuor ultimis provisionibus, non sunt determinatæ, & certæ circa qualitatem beneficii, sed dubitativæ, & alternativæ, ibi: *nec non reliquum, seu reliqua præpositura S. Mariæ de Lillet præstimonia, seu præstimoniales portiones, aut perpetua, simplicia forsan servitoria benefic.* quæ verba denotant scientiam 14 Pontificum dubiam circa veram qualitatem Præpositura, & excludunt deliberatam voluntatem eorundem immutandi anteriorem statum illius concludenter probatum, & præscriptum, pro quo requiruntur narrativæ claræ huic statui repugnantes, & cum eo incompatibiles, Gonzal. ad reg. 8. Cancellariæ gloss. 45. n. 38. Carena resol. 36. n. 6. vers. Exclusa Rota decis. 376. n. 6. coram Rembold. & dec. 244. n. 22. & 23. part. 26. & in decis. quæ revidetur, §. Et demum in fine.

Tanto certius, quia ultra defectum scientiæ Pontificum 15 antiqui status, & primævæ qualitatis Præpositura, & voluntatis illud immutandi deest etiam pro ultimo statu quadrigentia continuata, & completa, cum incœperit de anno 1663. quo obiit Jacobus Barnola, & fuit provisus in Commendam Cardinalis de Aragonia, & desierit de anno 1692. quo de eadem Præpositura tanquam prima dignitate in Collegiata provisus fuit Melchior de Reart, quibus deficientibus antecedens status beneficii legitime præscriptus præfertur posteriori contrario, quando, ut in casu, quæstio versatur super qualitate beneficii, c. cum de beneficio de prabend. in 6. Lotet. de re benefic. lib. 1. cap. 6. a num. 96. ad num. 19. Rota decis. 71. num. 6. & 160. per totam coram Merlino decis. 252. num. 6. coram Cerro decis. 163. num. 3. dec. 187. n. 16 1. & dec. 308. a n. 1. cum seq. p. 1. rec. dec. 465. n. 5. & seq. p. 4. tom. 2. rec. dec. 106. n. 1. & 4. & dec. 234. n. 23. & seq. part. 16.

Cæterum nihil relevare visum est DD. nonnullas attestationes nuper productas a Josepho proviso ab Ordinario continentes enunciativam, quod Ecclesia S. Mariæ de Lillet sit simplex Parochialis, & non Collegiata. Primo, quia sunt attestationes simplices informes, & lite pendente extractæ ac sine partis citatione, quæ proinde nullum probationis gradum constituunt, signanter quia habent contra se explicitam confessionem communitatis asserentis in lite vertente in nostro Tribunali de anno 1683. hanc Ecclesiam esse Collegiatam, & Parochialem simul, ad hoc allegando provisiones Apostolicas, in quibus id ipsum asseritur, & sunt illæ, quas hodie affert Franciscus provisus Apostolicus in suo Summ. n. 8. 9. 10. & 11. Secundo, quia Collegialitas, & Parochialitas sunt compatibiles in eadem Ecclesia etiam ad effectum reservationis vigore reg. 4. Cancell. ut dixit Rot. decis. 231. n. 22. & 26. p. 16. & decis. 89. n. 16. coram Merlino, & dec. 376. n. 8. coram Remboldo, & ita revera esse 17 præfatam Ecclesiam B. M. de Lillet probatur, ex quo nullus pro parte provisi ab Ordinario exhibetur concursus habitus in vacatione dictæ Ecclesiæ, qui omnino necessarius fuisset in omni mense etiam Sedi Apostolicæ reservato, si esset simplex Parochialis, juxta Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 17. & Constit. S. Pii V. 33. in ordine §. 4. & solum omittitur, quando Parochialitas est in Ecclesia Collegiata, & curam exercere tac habet annexam dignitas in ea existens, ut ex mente Sacræ Congregationis tenet Garzia de benef. p. 9. c. 2. n. 181. & magis late Fagnanus in cap. cum sit arsa n. 19. ad n. 27. de ætate, & qualitate &c. & dixit Rota dec. 376. n. 8. coram Remboldo. Utramque autem qualitatem Col- 19 legialitatis, & curæ animarum exposuit Franciscus in sua provisione Apostolica.

Præterea pro executione gratiæ Francisci multum urgere DD. existimarunt, quod Dataria, contradicente Josepho & deducente Præposituram non esse principalem dignitatem in Collegiata, mandavit expediri in favorem Francisci cum alternativa, sive Præpositura vacaverat per obitum Francisci Tries ultimi possessoris, sive ut prius per obitum Jacobi Barnola; quo fit ut juxta regulam in alternativis semper servatam, de qua in cap. in alternativis de reg. juris in 6. satis sit Franciscum justificare dictum Barnolam habuisse & retinuisse Præposituram tanquam primam dignitatem in Collegiata, de quo constat ex provisione Apostolica per eundem Barnolam obtenta de anno 1633. Summ. Francisci n. 11.

Probato ex supradictis, quod controversa Præpositura sit principalis dignitas in Collegiata saltem habitu, verificata remanet clausula *constito* apposita in Brevi de capienda possessione nomine Cameræ expedito a Francisco; ita ut iste aliud justificare non teneatur pro dicti Brevis executione, ut explicant Lotter. de re benef. lib. 3. q. 11. n. 73. Garzia de benef. part. 6. cap. 2. num. 25. Amayden. de stylo Da- 20 tariæ lib. 1. cap. 26. n. 25. Rosa de executor. cap. 15. num. 7. Rota dec. 276. n. 2. coram Carillo dec. 580. n. 5. & dec. 691. part. 2. recent.

Unde patet, nullum jus habere Josephum provisum ab Ordinario de ista Præpositura tanquam simplici Parochiali, 21 & concursum indictum non sustineri, quia Episcopus non potest mutare statum Ecclesiæ, Rota decis. 163. num. 5. part. 1.

p.1. rec. decis.636.n.8. coram Buratto, sicque nequit de Ecclesia Collegiata facere non Collegiatam, seu simplicem Parochialem *dec.231. n.29. & 30. p.6.* atque ideo non obstante tali facto Episcopi, semper hæc Præpositura remanet Collegiata saltem habitu, nisi appareat de totali suppressione auctoritate Papæ facta, sublata omni spe reviviscendi, Rota *decis. 376. n.11. & 12.* coram Rembold. *& decis.221. n. 22.*
22 *& 23. p.6.* ac per consequens semper est reservata sedi Apostolicæ vigore reg.4. Cancel. ad quem effectum sufficit Collegialitas habitu, Addend. ad Butat. *decis.455. n.6.* Merlin. *dec.87. la seconda n.14.* & cor. Remboldo *dec. 376. n. 3.* & post Vivan. *de jurepatronatus dec. 44. n. 6.* quæ reservatio virtute dictæ *reg. 4.* habet locum sive ista Præpositura consideretur in suo primævo statu regulari, de quo constat ab
23 anno 1220. ad annum 1453. sive in statu seculari, in quo est ab anno 1597. usque ad præsens, quia utrumque statum complectitur dicta regula 4. ibi: *reservavit principales in Collegiatis, & ibi reservavit etiam Prioratus, Præposituras,*
24 *Præpositos ac alias dignitates Conventuales Ordinum quorumcunque.*

Tandem neque iterum insistere valet Josephus *in decisionibus Mediolanen. Præpositura 26. Novembris 1691. & 4. Julii 1692.* coram me, quia ut responsum fuit *in decisione, quæ revidetur §. neque his omnibus*, in casu prædictarum Decisionum ultimus status beneficii Præpositura nuncupati erat legitime comprobatus tãquam de simplici per spatium annor. 87. cum collationibus undique claris, & effectum sortitis, ex quo capite declaratum fuit sustineri collationem ab Ordinario bona fide factam uti de simplici beneficio ad formam ultimi status, quæ omnia cessant in præsenti casu ex supra ponderatis. Et ita utraque, &c.

R. P. D. MUTO.

Mediolanen. Præpositurae.

Ven. 18. Maii 1695.

ARGUMENTUM.

Ultimus status in beneficialibus attenditur, ubi agitur inter provisos ad sustinendam collationem etiam pro exclusione reservationis, & licet emanasset decisio contraria ultimo statui, pluraque in decisione habentur ad excludendam probationem collegialitatis, in comprobationem *dis. 14. de benefic.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Ubi non agitur de determinanda qualitate Beneficii pro futuris vacationibus, sed ad sustinendam collationem, est attendendus ultimus status Beneficii.*

2 *Etiam ad excludendam reservationem.*

3 *Ultimus status attenditur etiam si desumatur ex longevis provisionibus Apostolicis.*

4 *Ex eadem vacatione venientes omnia in literis Beneficii vacati contenta, & expressa, approbare dicuntur.*

5 *Indultarii conferre dicuntur vice, & nomine Papæ, adeout Jure, quod Papa acquisivit, ipsi uti valeant.*

6 *Exercitium, quod unum Beneficium constituit in possessione, quoad omnia alia in eadem Ecclesia existentia.*

7 *Id procedit quoad Episcopum in quo concurrit universalitas causæ, non in patronis qui ex possessione unius Beneficii Jus non se extendit quoad alia diversa, licet in eadem Ecclesia existentia.*

8 *Provisio facta ob specialem reservationem ex regula quarta Cancellariæ nullum, jus tribuit constituendi Beneficia in statu libera collationis, vide num. 10.*

9 *Quoties Papa providet in vim regulæ quartæ Cancellariæ solet in literis incipere,* Dudum siquidem.

11 *Ad evertendum ultimum statum, contrarium debet allegans concludentissime probare, & quidem vel per instrumentum publicum, vel per confessionem.*

12 *Collegialitas in præjudicium Ordinarii non præsumitur, & ideo concludenter probanda.*

13 *Beneficiati simplices abusive dicuntur Canonici, & illorum convocationes appellantur Capitula, & propterea enunciativa* Canonici, & Capitulum *certam, & determinatam collegialitatis probationem minime concludit.*

14 *Convocationis circumstantia collegialitatem non probat nisi actus convocationis expleantur in loco capitulari in ipsa Terra, & singulis vicibus in eodem loco, & bonis communibus.*

15 *Collegialitas non probatur ex provisionibus Apostolicis, in quibus adest illius enunciatio, si eo tempore adhuc fuerit dubitatum.*

16 *Et quando in eisdem provisionibus reperiuntur clausula,* sive promisso, sive alio quovis modo, *nihil provisiones relevant ad probandam collegialitatem.*

17 *Potius attendenda sunt argumenta, & circumstantiæ collegialitatem excludentes, quam illam probantes.*

18 *Post factam collationem contraria probatio adversus ultimum statum non attenditur, & si pro contraria probatione etiam adesset aliqua decisio, quidquid esset, si ageretur in petitorio ad mutationem status Beneficii, & in hunc sensum omnes quæ supponuntur contrariæ authoritates intelligi debent, & n.19. 20. & 21.*

DECISIO II.

Præposituram in Ecclesia SS. Petri, & Pauli loco Bebulci per obitum Sfortiæ Meltii vacantem clar. memor. Cardinalis Vicecomes Archiepiscopus Mediolanen. tam vigore ipsius authoritatis ordinariæ, quam Indulti Apostolici contulit de mense Januarii 1688. Abbati Francisco Lunato, qui successive pacificam illius possessionem adeptus fuit: Verum quia postmodum Abbas Origonus eandem Præposituram impetravit a san. me. Innocent. XI. sub narrativa, quod esset Dignitas principalis in Collegiata saltem habitu si non actu, & propterea S. Sedi reservata per regulam 4. Cancellariæ; sub orta fuit inter hujusmodi provisos contentio, an literæ Apostolicæ per Origonum obtentæ forent exequendæ, qua deducta ad Supremum Sacr. Rotæ Tribunal prima vice, & sub die 19. Januarii 1690. cor. R. P. D. meo Molines, responsum fuit esse exequendas; repropósita autem causa die 16. Novembris 1691. recessum fuit a Decisis, ac denegata earundem executio, & in hac resolutione deinde perstitum die 4. Junii 1692. ad quarum decisionum formam sententia Rotalis promulgata extitit, pro cujus hodie confirmatione post dilatam in audientiis 24. Junii 1694. & 14. Januarii præteriti definitionem consueti dubii desuper propositi, tandem DD. respondere censuerunt.

Moti ex eo, quod de validitate prædictæ sententiæ non dubitatur, & Justitia resultat ex postremis Decisionibus illam præcedentibus. Cum enim controversa Præpositura de tempore vacationis, & a 90. circiter annis reperiatur in statu collativo tanquam de simplici, nam uti talis, nedum ultimo loco prænominato Sfortię Meltio, per cujus obitum vacavit, sed præcedenter etiam in aliis duabus vacationibus R.P.D. Hieronymo Meltio inter nostri Ordinis Patres meritissime conscripto, ac Joanni Evangelistæ Cittadino collata fuit, qui status superabundant pro excludenda reservatione ex capite Collegialitatis, & deneganda executione literarum Origoni, quæ eidem innituntur, ac per consequens pro sustinenda collatione per Ordinarium facta; nam hic non agitur inter Collatores super pertinentia, & Jure conferendi, seu de definiendo principaliter Ecclesiæ statu pro regulandis futuris vacationibus ad terminos famigerati Text. *in cap. cum de Benef. 5. de præb. in 6.* sed duntaxat inter provisos ad sustinendam collationem istius Præpositutæ tanquam de simplici per Ordinarium bona fide factam in vim ultimi status, qui in hoc casu duntaxat debet attendi, suspensa discussione collegialitatis pro futuris vacationibus, ut generaliter sancitur *in cap. Consultationibus de Jurepatr.* quod expendit Rota cor. Priol. *decis.98. n.4. & 5. in Burgi Sancti Sepulchri jurepatronatus super institutione 3. Julii, ac 11. Decembris 1690. sub initio*, cor. bon. mem. Benincasa *in Lunen. Sarsanen. Beneficii 23. Januarii 1692. §. Neque hic*, cor. Reverendiss. Manuel. *in Compostellana Parochialis 8. Februarii ejusdem anni*, coram R.P.D. meo Priolo, & in specie pro excludendis reservationibus advertunt Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.34. num.21. cum seq.* Rota *in rec. decis. 232. num.1. in fine part. 1.* coram Cavaler. 1
dec.639.

*decis.*639. *n.*10. cor. Greg. *dec.*77. *n.*9. cor. Cerro *decis.*483. *num.* 4.

Haud obstantibus nonnullis exceptionibus per defensores pro Origono deductis, non quidem prima, quod relatæ
2 provisiones ultimum statum comprobantes emanaverint a Dataria, quæ non immutant Beneficii statum; nam cum in præsenti agatur de sola quasi possessione, attenditur ultimus status etiam impressus ex dictis provisionibus Apostolicis signanter 90. circiter annorum cursum complectentibus, ut adnotant Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 1.7. *cum seq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 34. *n.*26. Rosa *de executione literarum Apostolicarum ubi supra dicto num.*115. *vers. attende tamen*, Rota coram Ninott. *dec.* 38. *num.* 12. *&* coram Royas *decis.*340. *pariter n.*12. Non attento, quod prima provisio Apostolica censeri debeat subreptitia ex quo Episcopus Castrensis, qui Præposituram uti dignitatem in Collegiata obtinuerat illam tanquam beneficium simplex prænominato Joanni Evangelistæ Cittadino reservavit, ut ex hoc induci non valeat aliquis status; nam quidquid sit de subsistentia hujusmodi præsuppositæ subreptionis, certum redditur, quod ultimus status satis inductus remanet ex aliis successivis provisionibus signanter, cum Origonus veniat ex vacatione ultimi possessoris, ut censeatur agnovisse, & fassum fuisse ultimum statum de simplici, juxta deducta per Rot. *in rec. dec.*266. *n.*14. *&* 15. *dec.* 295. *sub n.*7. *& seqq. p.*17. *&* coram Bich. *decis.*312. *num.*20. *& dec.*351. *num.*25.

3 Neque adversatur secunda, quod eædem provisiones Apostolicæ constituere nequiverint Archiepiscopum in hac quasi possessione solum acquisita per Papam, tum quia contulit ille vigore prærecensiti indulti conferendi beneficia Sedi Apostolicæ reservata, & ita sub ipsius Sedis nomine, quæ sicuti deducere valuisset hinc ultimum statum, ita pariformiter Archiepiscopus Indultarius, qui in Juribus Papæ dicitur subrogatus, Card. de Luca *de benef. disc.*1. *n.* 37. *& disc.*211. *n.*5. Rot. cor. Ninott. *dec.*39. *n.*2. Non relevante responsione, quod indultum excipias dignitates in Collegiata; nam Præpositura de qua agitur prout infra, talis clare non constat, prout necesse fuisset, alias dici non potest
4 sub exceptuatione indulti comprehensa, sed ultimus status tanquam de simplici debet attendi.

5 Tum demum, quia ultra memoratas provisiones Apostolicas Archiepiscopus est in quasi possessione conferendi Canonicatus istius Ecclesiæ tanquam de simplicibus, non autem de Collegiata, quæ quasi possessio suffragatur etiam respectu Præposituræ in eadem Ecclesia; nam cum collegialitas, seu non collegialitas sit causa universalis, sufficit ad acquirendam hanc quasi possessionem universalitas ipsius
6 causæ, quæ influit in omnes actus æque ab eadem causa derivantes, & exercitium quoad unum constituit exercentem in quasi possessione quoad omnes, cum ad causam ipsam, potius quam ad actus respiciatur, juxta Theoricam Bald. *in l.*1. *n.*24. *C. de emancipat. lib.*10. Posth. *de manut. observ.* 73. *n.*274. *cum seq.* & post ipsum Rot. *dec.*158. *num.* 4. *&* 5. Addend. ad Greg. *dec.*557. *n.*6. *cum seq.*

Minime adversantibus *decis.*832. *&* 876. cor. Burat. nam illæ procedunt in diversis terminis scilicet patroni qui existit in quasi possessione præsentandi quoad certa beneficia, ut in eo casu bene decisum fuerit, hanc quasi possessionem
7 non se extendere quoad diversa, licet in eadem Ecclesia, cum deficiat universalitas causæ, & potest stare simul, quod possint adesse beneficia juris patronatus, & liberæ collationis, quod non militat in casu præsenti; nam esse non potest quod Ecclesia non sit Collegiata respectu Canonicatuum, & sit quidem Collegiata respectu Præposituræ, & quod Ordinarius conferat primos tanquam simplices, & secundam conferre non valeat tanquam dignitatem in Collegiata.

Minus refragatur tertia exceptio, quod eædem provisiones Apostolicæ processerunt a Papa ob speciales reservationes, inter quas etiam inclusa censeri debeat ista dignitas in Collegiata, de qua agitur proveniens ex regula quarta Cancellariæ, cum una reservatio alteram non excludat non urgentibus enunciativis beneficii simplicis, cum sint partium impetrantium, ut exinde Archiepiscopo tributa non fuerit possessio, vel quasi, neque per ipsum acquisitus ali-
8 quis status Collegialitati contrarius, ex adductis per Rot. *decis* 87. *la* 2. *n.*15. *cum seq.* cor. Rembold. *& dec.*134. *n.*24. *part.*16. constat quippe Summos Pontifices hanc Præposituram voluisse providere solum ex capite reservationis ob resignationem in ejus manibus, & ob familiaritatem Cardinalis; secus autem ob antedictam regulam 4. Cancellariæ, eo quia provisiones factæ apparent duntaxat de simplici, tam ex quo expressum fuit personalem residentiam non habere, & Præpositura collata personis beneficia incompatibilia habentibus, quam etiam ex quo literæ super hujusmodi provisionibus non incipiunt cum exordio: *dudum siquidem*, prout incipere solent, quoties provisio promanat in vim dictæ regulæ 4. ut advertit Amayden. *de styl. Datar. lib.*1. *cap.* 24. §. 2. *n.*20. & auctoritates in objecto allegatæ non contradicunt; nam procedunt quando provisiones Apostolicæ sunt compatibiles cum statu anteriori; nam in ipsarum casu expressum fuerat Papæ, quod beneficium erat Parochiale, quæ expressio non erat incompatibilis cum collegialitate, cum una & eadem Ecclesia possit esse Collegiata, & Parochialis, ut ponderat ipsa *decis.*234 *n.*22. *part.* 16. & expressio simplicis beneficii facta provisis nihil relevat, dum Papa contulit Præposituram uti simplicem, & ita ex collatione non autem ex assertione impetrantium producitur ultimus status, & constituitur quasi possessio in jure conferendi. 9

Demum neque urgere videtur quarta præsuppositi status anterioris istius Collegiatæ: præmisso siquidem, quod debet plene ac concludenter probari tanquam fundamentum gratiæ, & observant Ros. *execut. lit. Apost. capitulo* 6. *num.* 59. de Luca *de benef. disc.*14. *per tot.* Rota cor. Royas *dec.* 240. *num.*5. cor. Merlin. *dec.*495. *num.*4. cor. Priol. *dec.*336. *num.*1. coram Catill. *decis.*41. *per tot.* cor. Bich. *dec.*312. *n.* 7. *& in rec. dec.*673. *n.*2. *part.*1. *dec.*147. *num.*1. *part.*10. *& decis.*131. *ibid. n.*1. *part.* 12. Et quidem vel per instrumentum publicum erectionis Collegiatæ, seu per rem judicatam, aut per confessionem partis, Rota cor. Dunoz. Jun. *decis.*79. *n.*2. cor. Priol. *dec.*38. *n.*8. cor. san. me. Alex. VIII. *decis.*125. *n.*13. *& in Comment. Jurispatron.* 3. *Junii* 1689. §. *Non obstante* cor. Rev. Manuel. *in Lunen. Sarsanen. beneficii* 16. *Januarii* 1692. §. *Jus enim* cor. eodem, *& in Bonon. Jurispatronatus de Butrigariis* 19. *Januarii* 1693. §. *final.* cor. R.P.D. meo Caprara. 10

In hypothesi talis concludens, ac perfecta probatio non concurrit, quidquid enim sit: An modus hunc statum anteriorem contrarium probandi restringatur ad species mox enumeratas, vel per alias valeat suppleri, quodque conjecturæ, & præsumptiones ad hunc effectum admittantur, cujus tamen negativam potissime ut hic post Ordinarii quasi possidentis collationem effectuatam tuetur Rot. *in rec. dec.*416. *n.*4. *part.*2. *quam seq.* cor. Priol. *dec.* 38. *n.* 13. *cum seqq. & decis.*569. *n.*6. *cum seq.* Royas *dec.*340. *n.*5. Nihilominus omnes conveniunt, quod requiruntur probationes eisdem æquipollentes, quales dici non possunt per Origonum allatæ tanquam æquivocæ, vel redditæ saltem dubiæ ex aliis contra collegialitatem ponderatis. 11

Quandoquidem duo antiquissima instrumenta anni 1417. super concessione in emphyteusim perpetuam quorundam bonorum Præposituræ facta per Præpositum nomine etiam Canonicorum, & totius Capituli, & alterum anni 1459. super permutatione aliquorum stabilium spectan. ad unum ex Canonicatibus peracta pariter a Præposito nomine Capituli, & Canonicorum, prout etiam venditio bonorum Ecclesiæ sub dicto nomine Capituli, & citatio Canonicorum pro retrocessione bonorum Præposituræ in emphyteusim de anno 1495. ac præcedens impetratio literarum fa. me. Pii II. illarumque executio simili nomine Canonicorum, & Capituli de anno 1459. præseferre non videntur certam, & determinatam collegialitatis probationem, dum in eis nullibi exprimitur qualitas Ecclesiæ Collegiatæ, & dictæ enunciativæ Canonicorum, & Capituli nihil concludant, cum frequenter beneficiati simplices dicantur abusive Canonici, & illorum convocationes appellantur Capitula, ut observat Rot. cor. Coccin. *decis.* 1615. *num.*10. *& in Placentina Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1638. §. *Non obstant*, coram Panzirolo. 12 13

Quæ ratio militat etiam quoad possessionem Canonicatus traditam 1600. Jo: Antonio della Torre cum assignatione stalli in choro, & loci in Capitulo, ac tres convocationes Capitulorum sub annis 1466. 1501. & 1505. dum non exinde collegialitas plene desumitur cum illi actus dicantur pariter abusivi concurrente signanter quoad convocationes circumstantia facti non fuisse expletos in loco capitulari, nec in ipsa Terra Bebulci, nec singulis vicibus in eodem loco, neque super rebus, & bonis communibus, quod prænotan. in proposito monet Rot. *dec.*56. *n.*9. *&* 10. *par.*5. Sed in Civitate Medioliani in domibus privatis, ut fortius crescat collegialitatis dubia probatio ex eodem *dec.* 56. *n.*4. *cum sequent. part.*5.

Insuper neque concludens probatio resultat ex provisionibus

nibus Apostolicis Eugenii IV. Nicolai V. Pauli II. & Sixti
V. cum expressione Præpositu ram esse dignitatem principa-
15 lem in Collegiata; nam priores non fuerunt sortitæ effe-
ctum ob contentiones inde exortas, ut per provisos impe-
trata fuerit gratia *si neutri* sub modo dubitativo, & vigore
diversarum reservationum, ex quo datur intelligi usque
tunc de collegialitate fuisse hæsitatum, & per consequens
provisiones nihil operari ex his, quæ tradit Rot. cor. Caval.
decis.265.*n*.1. *& in rec. decis*.247.*n*.20.*part*. 10. Et quoad
alias duas sunt gratiæ per viam resignationis, & cum clau-
sulis reservationum generalium, sive præmisso, sive alio
quovis modo, ut nihil relevent ad probandam collegiali-
tatem, Rot. cor. Cav. *d*.267.*n*.3. cor. Bich. *d*.280.*n*.21.*&*
22.*d*.147.*n*.21.*part*.10.
16 Simili irrelevantia laborante epistola, & visitatio D. Ca-
roli, ac alia subsequens Cardinalis Friderici; tum quia ex
earundem lectura dubietas super collegialitate desumitur;
tum etiam quia eorundem decreta effectu caruerunt, quod
non permisissent Zelantissimi Antistites, si de hujusmodi
collegialitate constasset, ut advertitur in 1. *dec. hujus causæ*
cor. R.P.D. meo Molines §. *Præterea*; Prout ineffectuata
remansit taxa Seminarii, præterquam quod eadem redditur
æquivoca; nam imponitur etiam super beneficiis simplici-
bus juxta præscriptum tam ipsius taxæ, quam Sacr. Concil.
Trid. *sess*.23.*cap*.18. *de reform*. clarius collegialitatis proba-
tio submovetur ex pluribus contrariis argumentis, & si-
gnis late relatis in *decis. præced. instantia* cor. R.P.D. meo
Molines, scilicet ex tribus præfatis provisionibus Aposto-
licis controversæ Præpositutæ, ac collationibus Canoni-
catuum tanquam de simplicibus signanter factis favore ha-
bentium dignitates incompatibiles absque dispensatione,
ac etiam ex defectu sigilli communis, & descriptionis Ec-
clesiæ in antiquis Catastris mensæ Archiepiscopalis uti de
Collegiata, ac ex quo particulares Constitutiones defi-
ciunt, quæ majorem vim potiuntur cum habeant pro se ju-
ris assistentiam exclusivam collegialitatis, de Luca *de Be-*
nef. disc.14. *sub n*.16. Rot. cor. Merlin. *dec*. 495.*n*.4. coram
17 Royas *dec*.340.*n*.6. cor. Caval. *dec*. 41.*n*.7. *& dec*. 54.*n* 3.
& in rec. decis.148.*n*.5.*p*.10. cor. Pamphil. *dec*.236.*n*.1. cor.
Cels. *dec*.31.*n*.3. *& dec*.138.*n*.5.
Et sine difficultate, dum contraria probatio, quidquid sit,
an vigere posset ante collationem Archiepiscopi effectum
sortitam, certum est quod cum superveniret postquam Ordi-
narius contulit, ejusque provisio fuit effectuata, & agitur
de sustinẽda tantum hac collatione redditur insufficiens ad
retractandam collationem præcedenter factam, juxta san-
cita in *d.c. consultationibus de jurepatr*. ex qua hanc Theori-
cam desumunt Adden. ad Greg. *dec*.77.*num*.22. Rot. *in rec.*
18 *dec*.453.*n*.4.*p*.2. ubi licet emanasset decis. contraria, adhuc
beneficium adjudicatum fuit juxta ultimum statum, *& dec*.
73.*n*.18.*part*.11. *dec*.514.*n*.15.*p*.13. *dec*. 136.*n*.7. *cum seq.*
p.14. *dec*.409.*n*.5. *&* 6. *p*.18. cor. Ninor. *dec*.39.*n*.9. *&* 10.
cor. Priol. *decis*. 38. *num*.4. *cum seq*. cor. Ubag. *dec*.341.*n*.16.
19 *cum seq*. cor. Cer. *dec*.480.*n*.10. *cum seq*. a qua Theorica non
discordant decisiones in oppositum adductæ; nam loquun-
tur de mutatione status beneficii, juxta terminos *cap. cum de*
20 *benef. de præbend. in 6. scilicet* Rot. cor. Coc. *in adnot*. 304.
n.11. *& seq. & dec*.910.*n*.7. *cum seq*. cor. Caval. *dec*. 373. *&*
in Augustana Benef. 16. *Jan*. 1693. §. *fin*. cor. bo. me. Beninc.
secus ut in hoc casu ad effectum simpliciter constituendi Or-
dinarium in quasi possessione conferendi ad normam sæpius
relati *c. consult. de jur*. quæ sola sufficit signanter, cum col-
latio in ejus vigorem facta fuerit effectuata ex superius præ-
notatis, & in hoc casu perperam fraus aliqua prætendi po-
test sub præsupposito, quod aperiretur Ordinariis via ex-
cludendi passim reservationes statim conferendo, & in pos-
21 sessionem mittendo provisos; nam si Ordinarius est in hac
quasi possessione conferendi, nullam conferendo fraudem
committit, cum utatur facultate literaliter tributa in *d. cap.*
consultationibus de jurepatr. aut vero in hac quasi possessio-
ne non existit, nec in eo considerari potest fraus præjudicia-
lis reservationibus Apostolicis, quia tum collatio Ordina-
rii detegitur ipso jure nulla, & ineffectuata tanquam ca-
rens possessione, & ultimo statu.
Et ita post tertiam Causæ propositionem resolutum fuit
utraque, &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ Castri Fidelium.

Ven. 22. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Non potest Episcopus Parochialem vacatam in mense reservato conferre, sed indicto concursu, & præelecto magis idoneo præelectionem ad Curiam transmittere, & in concursu præelectus infra terminum debitum provisionem a Sancta Sede impetrare, juxta ea quæ docet Card. de Luca *de benefic. disc*. 14. Episcopus habet alternativam, quæ tamen comprehendit beneficia liberæ collationis ejusdem Episcopi, non autem ea quæ ad aliorum præsentationem pertinent secundum relata per Card. de Luca *de benefic. disc*. 17. Gratia *si neutri* non suffragatur nisi doceatur de lite super titulo beneficii. Ad d. effectum non sufficit commissio cum clausula, *quam & quas*, ubi nullus titulus commissionem præcesserit.

SUMMARIUM.

1 *EPiscopus nequit Parochialem in mense reservato conferre, sed tenetur indicto concursu & praelecto magis idoneo praelectionem ad Summum Pontificem transmittere, & praelectus debet a Sede Apostolica collationem impetrare.*

2 *Episcopus habet alternativam, & propterea mensis Augusti reservatus efficitur ordinario.*

3 *Dicta alternativa comprehendit tantummodo beneficia libera collationis Episcopi, non autem ea que ad aliorum præsentationem pertinent.*

4 *Gratia* si neutri *non sustinetur ubi non præexistit lis super titulo beneficii.*

5 *Et praexistere non dicitur, si adsit tantummodo super beneficio, ut unita.*

6 *Ex clausula* quam, & quas *in commissione apposita dicitur inducta lis super titulo ad effectum justificationis gratiæ* si neturi.

7 *Declara ut vera sit conclusio, quoties ante commissionem praexisteret in collitigante aliquod Jus super titulo Beneficii; secus e contra, & n*.8.

9 *Quamvis d. clausula apta sit comprehendere quodcunque Jus in judicio deducendum, si tamen Jus ad speciem non deducatur, non mutat Judicium inceptum, nec porrigitur ad ea, super quibus actori nullum Jus competebat.*

DECISIO III.

VAcante Vicaria perpetua Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Castri fidelium in mense Augusti 1694. ad eam uti unitam monasterio S. Cucuphatis Vallen. Ordini S. Benedicti nominatus fuit per Abbatem Joan. Cambelles, qui successive tanquam nominatus obtinuit de ea provideri a Sede Apostolica, a qua etiam impetravit aliam gratiam *si neutri*; E contra vero Episcopus Barchionen. prætendens dictam Vicariam esse liberæ collationis, concursu indicto, illam contulit Raymundo Pedros, qui eandem postea permutavit cum Andrea Selles, & iste jura juribus addendo novam desuper impetravit gratiam a Sede Apostolica jure devoluto, juxta notissimam Constitutionem S. Pii V. causaque super prædictis mihi commissa, dedi dubium, *An sit adjudicanda Parochialis Raymundo, vel potius quænam gratia sit exequenda*, quo hodie proposito, responsum fuit, Parochialem non esse adjudicandam Raymundo, & gratiam *si neutri* non esse exequendam, quo vero ad gratiam Andreæ injunctum, ut particulariter videretur.

Ratio resolutionis quoad primam partem desumpta fuit, ex quo vacatio contigit in mense Augusti Sedi Apostolicæ reservato, ideoque non poterat Episcopus per se ipsum collationem explere, sed tenebatur, indicto concursu ad formam Conc. Trident. *sess*.24. *de reformat. cap*.18. & præelecto magis idoneo, præelectionem hujusmodi ad Curiam transmittere, & inde Raymundus in concursu supræelectus debuerat infra terminum sex mensium a Ciana Constitutione præfinitum provisionem Apostolicam impetrare, ut expresse cavetur in dicta Constitutione in ordine *la* 33. §. 4.

Gaiz.

Garz. *de Benef. p.9. c. 2. n.* 152. 163. & 224. Barb. ad Conc. *sess.*24. *cap.*18. *n* 139. Card. de Luca *de Benefic. disc.*14. *n.*1. Modernus Pignatell. *cons.*77. *n.*10. *tom.*9. Rot. *decis.*576. *n.* 22. & *seq. par.*18. *rec.* & latius *in Barchin. Hebdomadaria* 1. *Junii anni præteriti* §. *Tertio demum*, cor. Rev. D. meo Decano, & *in alia Barchinon. Parochialis de Albyniana seu eadem die* § *Certius*, cor. R.P.D. meo Muto.

Quin suffragetur, quod mensis Augusti quamvis ex dispositione regulæ 8. sit reservatus, attenta nihilominus alternativa, qua Episcopus Barchinonensis gaudebat, effectus fuit Ordinarius, Garz *de Benef. p.*5. *cap.*1. *n.*22. Gonz. *ad reg.*8. *gloss.*43. *n.*166. Alternativa si quidem solum comprehendit Beneficia liberæ collationis ejusdem Episcopi, non autem ea quæ ad aliorum præsentationem, aut nominationem pertinent, ut literaliter disponit eadem regula 8. ibi *ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem &c.* & tradunt Garz. *de Benef. d. cap.*1. *n.*475. Gonzal. *ad eandem regul. glos.*42. *n.*5. & *glos.*45. *a n.*1. Card. de Luca *de Benef. disc.*17. *n.*4. & *disc.*93. *n.*4. Buratt. *decis.*
3 805. *n.*3. Greg. *decis.*314. *n.*3. & *seq. ibique* Adden. Rota *in rec. dec.*31. *n.*7. & *seq. p.*10.

Quo vero ad secundam partem moti sunt Domini ex deficienti præexistentia litis super titulo Beneficii, sine qua gratia *si neutri* sustineri non potest, Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*54. *n.*86. & *seq.* Amayden. *de stylo Datariæ cap.* 23. *n.*15. 16. Rota *de execut. lit. Apostol. p.*1. *cap.*17. & *seq.* Adden. ad
4 Pamphil. *dec.*116. §. *Prout*, san. me. Greg. *dec.*94. *num.*1. & ibi, Adden. *lit. A.* Dunoz. Jun. *dec.*5. *n.*1. Parum relevante lite jam introducta contra Raymundum ab Abbate S. Cucuphatis, & Joan. per eundem Abbatem nominato. Hæc enim tanquam unica vertens super articulo unionis, cujus vigore Joan. instabat sibi uti nominato Vicariam conferri; ut patet ex commissione data in *Summ.* Joan. *n.*2. apta non est stabilire litem super titulo Beneficii, nec consequenter sufficit ad justificandam prædictam gratiam *si neutri*, Gonzal. *ad d.*
5 *regul.* 8. *gl.* 5. §. 7. *n.*17. Turricella *de union. cap.* 4. *n.* 18. & firmavit in terminis Rota *in una Legion. Præstimoniorum de Palatio* 16. *Jan.* 1695. cor. Pamphil. *impress.* penes Garz. *de Benef. p.*22. *cap.*2. *n.*32. Seraph. *dec.*1355. *n.*6. sa. me. Greg. *dec.*174. *n.*7. & *dec.*335. *n.*14. Caval. *dec.*472. *n.*4. Manzan.
6 *dec.*891. *n.*1. & 2. & sa. me. Alex. VIII. *dec.*263. *n.*13. & *seq.*

Neque obstare visa est clausula *quam, & quas* in prædicta commissione appellationis apposita, per quam dicebatur inducta quoque lis super titulo ad effectum justificationis gratiæ *si neutri*, ex traditis per Barbos. *claus.*121. *n.*24. Rot. cor. Cocc. *dec.*899. *n.*8. cor. Celso *dec.*179. *n.*6. & *in rec. dec.* 305. *n.*14. *p.*9. Quia cum commissionem nullus alius titulus præcesserit præter solam nominationem per Abbatem
7 vigore prætensæ unionis expletam, quemadmodum ex ea inferri non potest, quod lis caderet super titulo Beneficii, ex auctoritatibus supra allegatis, & in specie Rot. *in d. Legion. Præstimoniorum* apud Garz. *ubi supra n.*32. Adden. ad Greg. *d.*174. *n.*7. Ita ex eodem jure neque hunc effectum operari potest clausula *quam, & quas &c.* prout quidem operatur, si non impugnata existentia Vicariæ ab altero collitigante proviso tanquam de vero Beneficio Parochiali præcessisset,
8 & per consequens adesset materia præexistens, ut Vicaria peti potuisset per Raymundum tanquam sua; secus autem cum per solam Abbatis nominationem peti non potuerit, nisi ut debita, Rota cor. Dunoz. Jun. *decis.*45. *n.*1. & *seq.* cor. Biebio *dec.*187. *n.*8. cor. sa. me. Alex. VIII. *dec.* 140. *num.*10. & *in rec. decis.*427. *n.*13. & 17. *p.*18. *tom.*2. Quamvis enim prædicta clausula apta sit comprehendere quodcunque jus in Judicio deducendum, si tamen jus ad speciem non deducatur, non mutat Judicium incœptum, nec porrigitur ad ea, super quibus Actori nullum jus competebat, Rot. cor. Rembold. *dec.*88. *num.*5. & cor. Ubaldo *dec.*88. *n.*5. & cor. Manzaned. *dec.*891. *n.*4. & *seq.* Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Placentina Abbatiæ.

Lun. 17. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Quamvis juxta mores locorum, ac diversarum nationum sub quæstione sit, an, & de quo tempore computandum sit initium novæ diei incipientis, & consequenter finis diei labentis, & ex quo pendeat an in uno, vel in altero mense vacatio sequatur, Plerisque volentibus computandum esse a crepusculis vespertinis, aliis a matutinis, ac aliis a meridiis; attamen per Jus Romanorum in causis beneficialibus servandum Statutum esse terminare, ac respective incipere a media nocte, ex cujus excessu etiam in momento resultare expirationem præcedentis diei, & initium sequentis, probat Card. de Luca *de benefic. disc.* 15. & firmat præsens Decisio.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur a jure.*

2 *Literæ Apostolicæ justificatæ exposcunt executionem, ita ut arbitrium non suadeat, quod illa sit retardanda.*

3 *Dies dividitur in naturalem, & artificialem, naturalis est horarum 24. artificialis vero incipit a mane, & finit in vespera.*

4 *Dies naturalis apud Athenienses initium sumpsit ab occasu ad occasum, idque etiam apud Hebræos, Manichæos, Italos; apud Babylonios ab ortu ad ortum; apud Arabes, & Umbros a meridie.*

5 *Apud vero Romanes a media nocte ad mediam noctem.*

6 *Media nox est, quando sol est in infimo cœlo, & ejus infimo puncto, unde vergere ad nos incipit, & ad Hemispherium nostrum ascendere.*

7 *Reprobantur authores tenentes, quod media nox semper sit in sexta hora noctis.*

7 *Tempus pro reservatione Beneficiorum est metiendum, juxta morem Romanorum de media scilicet ad mediam noctem.*

9 *Horologium si sit inordinatum, non est attendendum.*

10 *In dubio judicandum est pro Reo, & Possessore.*

11 *Non creditur Ordinario etiam integerrimæ qualitatis, ubi assertio tendit ad sustinendam propriam collationem.*

12 *Testi etiam unico creditur, si concurrant adminicula, & deponat de facto proprio.*

13 *Singularitas in Testibus non obest, si non sit obstativa, sed tantum adminiculativa tendens ad idem.*

14 *Non juxta* text. in l. 1. ff. si quis caut. *sed juxta boni viri arbitrium quot miliaria in hora quis facere possit, est statuendum.*

15 *Cantus Gallorum non est validum indicium mediæ noctis.*

16 *Cantus Gallorum potius tribuitur diei sequenti.*

17 *Ad metiendam mediam noctem ad effectum reservationis Beneficiorum non est standum consuetudini inductæ pro aliqua re morali, sed Horologio, & n. 18. & 19.*

DECISIO IV.

Domini in hodierna Audientia denegarunt arbitrium pro retardatione executionis literarum Apostolicarum per Emanuelem obtentæ ab hoc Sac. Tribunali, prævia decisione sub die 20. Junii prox. præt. cor. Rev. D. meo
Decano quoad provisionem Abbatiæ de Hermedes per 1
obitum alterius Emanuelis, Arbitrium nanque juxta, quod emanavit *Commissio* cum clausula *Parito literis arbitrio* regulari debet a Jure Barbos. *claus.* 10. *n.*2. Addend. ad Gregor. 15. *decis.* 189. *n.*8. Nec impartiri solet, quando apparet de literarum justificatione, ut in hoc constare Dominis visum fuit, & sicuti literæ justificatæ executionem sibi vindicant, ita arbitrium pro illarum executione, non vero pro retardatione concedendum venit, Rota *decis.* 629. *n.* 1. cor. Merlin. *decis.*551. *n. etiam* 1. cor. Card. Cerro *decis.* 413. *n.* 2. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* & *in Suessana Canonicatus* 14. *Jan.* 1692. §. *Cumque* cor. Rev. D. meo 2
Decano.

Justificatio vero dictarum literarum, in cæteris non controversa, acriter impugnabatur quoad tempus vacationis; sed cum constet, obitum Abbatis vere fuisse in primo die mensis Octobris Sedi Apostolicæ reservari, sicque non videtur dubitandum provisionem Apostolicam sustineri, juxta regulam 8. hodie 9. Cancellariæ; Cum sit una ex quatuor speciebus reservationis, hæc ratione temporis, Rota *dec.*476. *n.*4. *p.*17. *tom.*2. *rec.*

Quod autem Abbas obierit in prima die Octobris resultat ex eo, quod ejus mors evenerit post mediam noctem ultimi diei mensis Septembris; dies etenim naturalis est horarum 24. ad differentiam diei artificialis a mane usque ad vesperam operibus humanis aptioris, diciturque hic etiam dies 3
lucis, donec scilicet Sol est super terram, Fagnan. *in c. Treugas*

gas n.3. de Tregua, & Pace, Bald. *ibid.* & de hoc die artificiali loquuntur text. *in cap. Treugas & c. quod a Patribus 75. dist. cap. de ejus. c consecrat. dist. 2.* Et licet ex Censorini ad Qu. Cerellium sententia hic dies lucis dicatur naturalis, & alter viginti quatuor horarum civilis apud Macrob. *lib. 1. Satur. c.3.* Gonzal. *c. consuluit de offic. de leg. n.4. & in c. Treugas de Treuga, & Pace*. Hinc, quamvis tunc proprie dicatur dies, cum Sol sit super terram, tamen communiter dies naturalis complectitur 24. horas, & sic lucem, ac tenebras, juxta *l. more Romano ff. de feriis*, & quia nox diei inservit, dicitur quoque dies, ut non e contra, Tiraq. *de retract. consang. §. 1. gloss. 12. n. 1. cum seq.* Bald. *in cap. Ego N. n.3. de Jur. Jur.* Ripa *de nocturno tempore cap.3. per tot. & n.24. & 26.* ac late Scacc. *de Jud. l.2. c.3. n.295.* qui reprobata opinione Censorini, id firmat, nec noctem considerari debere in ordinem ad diem naturalem.

4 Hic igitur dies naturalis juxta communem opinionem, vel civilis, juxta aliquos, diversimode initum sumpsisse dicitur *in cit. l. more*, quia apud Athenienses ab occasu ad occasum, sicque etiam apud Hebræos, Manichæos, & etiam Italos, juxta usum nostri horologii; apud vero Babilonios ab ortu ad ortum, & sic servari in treugis, adest text. *in cit. c. Treugas*, ita a meridie ad meridiem apud Arabes, Umbros post *cit. Glos.* dixerunt Tiraquell. *tr. de lignagner. §. primo glos.11. n.2.* Covar. *l.4. var. cap.19. n.5.* Ripa *cit. c.3. per tot.*

5 Romani vero a media nocte ad mediam noctem diei cursum computabant, ut in sæpe citata *l. more*, Castracan. *de Societ. cap.62. n.4.* Lata de Capellan. *l.1. cap.9. n.25.* Scacc. *de Judic. l.2. cap.3. n.303.* & factum post mediam noctem, sequenti die peractum dici debet, Rot. *dec.333. n.1. p.4. divers. & dec.19. n.3. & 4.* cor. cl. me. Card. Cels. quæ media

6 nox est, quando sol est in infimo Cœlo, & ejus infimo puncto, unde vergere ad nos incipit, & ad Hemisphærium nostrum ascendere, Cujacius *observ. l.15. cap.32.* Gonzal. *cap. consuluit de Offic. Deleg.* Fagn. *in cit. cap. Treugas n.4.*

7 Vana tamen videtur assertio Auli Gell. *noct. Attic. l.3. c.2.* Macrob. *Saturn. l.1. c.3.* quod media nox sit semper in sexta hora noctis, juxta etiam *l. ideoque ff. de Usucap. l. qua ætate ff. qui test. fac poss. & l. 4. ff. de manum.* nam hæc intelligentia repugnat vario cursui solis, & inconstanti tempori noctis, hinc in Æquinoctio media nox est in 6. hora, juxta horologium Italicum, quod metitur diem per quatuor senarios, non vero media nox est semper finis senarii, sed juxta quantitatem noctium, ex Garz. *de benef. p.5. c.1. n.525.* & cit. Rip. *c.6.* qui bene respondet contrariæ assertioni ex citatis legibus, quia id erat stante augmento horarum noctis, cum juxta longitudinem diei, vel noctis horæ diei, vel noctis augerentur, ita ut semper duodecim horæ lucis, & duodecim tenebrarum essent, proindeque horæ æstivæ longæ, brumales breves dicebantur in die, e contra in nocte, quibus stantibus horis artificialibus, semper in sexta hora media nox cadebat, vel posset procedere, juxta morem horologii brevioris apud Ultramontanos, cũ quo dividitur dies in quatuor senarios, & in secundo senario post meridiem dicitur media nox, sed vere juxta ordinarium horologium Hispanicum in duodecima hora noctis est media nox, ut liquet ex prædictis, & apud cit. Garz. *cap.1. n.524.* Barbos. *de post. Episc. alleg.57. n.184* Rot. *dec.804. n.4.* cor. Dun. jun.

8 Hinc firma regula est apud Beneficialistas approbata a Rota, tempus pro reservatione Beneficiorum esse metiendum juxta morem Romanorum in cit. *l. more*, de media, scilicet, ad mediam noctem, Gonzal. *ad regul.8. Cancell. gloss.11. n.9. & 10.* Castropal. *oper. mor. tom.2. tract.13. disput.3. punct.22. §.2. n.1.* Cocchier. *super cit. reg. in comm. n.20.* Barbos. *cit. alleg.57. n.183.* Ripa *cit. cap.60. n.161. n.3.* & Card. de Luca *de Benefic. disc.17. n.4. & 6.* Rot. *dec.19. n.5.* cor. Card. Celso *& dec.804. n.5.* cor. Dunoz. jun.

Probatio enim obitus dicti Abbatis post mediam noctem resultat ex testibus uno ore deponentibus obitum illius fuisse post horam duodecimam noctis juxta morem Hispanicum, quæ correspondet mediæ nocti, & iidem testes adducunt præcisam causam scientiæ, experientiam nempe horologii viatorii adducti a Secretario D. Episcopi ad hunc effectum in cubiculo infirmi adstante, in quo horologio jam elapsa erat duodecima hora noctis ante decessum Abbatis, inter quos testis est idem Secretarius hoc affirmans, *Summ. pro Emanuele n.2.* quibus dictis consonant tot testes deponentes de publica voce, & fama, ut bene recenset decisio D. mei Decani a §. *Et primo*.

Unicum objectum pro Gaspare proviso ab Ordinario adducebatur, inordinatio scilicet dicti horologii, qua stante, nulla fides esset ei danda, ut apud *cit. dec.19. n.8.* cor. Cels. Quam inordinationem probare conabatur ex pluribus. Primo, ex dubietate D. Episcopi illud dicto Secretario tradentis, & ex attestatione ejusdem Prælati super illius inordinatione. Secundo, ex dubietate Secretarii illud gestantis a loco ubi commorabatur D. Episcopus ad locum Villæ de Hermedes, ubi Abbas obiit, & ex trepidatione eorundem testium deponentium sub verbo *videtur*, ac inter ipsos variatione. Tertio, ex inverisimilitudine itineris non æquantis horas in dicto horologio decursas; & quarto demum, ex 10 depositionibus plurium testium super obitu Abbatis ante mediam noctem, ex quibus, cum saltem dubium oriatur quoad tempus vacationis, id favere debet proviso ab Episcopo, ut in his terminis Cardin. de Luca *de benefic. disc.15. per tot.* Gonzal. *cit. ad regul.8. glos.11. n.9.* Garz. *cit. c. num. 529.* Rot. *dec.76. n.1. & ult. p.10. rec.*

Sed omnia prædicta sublata fuere; Nam quoad primum 11 Episcopi assertio uti facta ad sustinendam propriam collationem non est attendenda, eo magis, cum fuerit serotina, postquam certificatus fuerat de obitu Abbatis post mediam noctem, juxta horologium ab eo traditum Secretario, & regulariter non est Ordinario credendum, ut ultra adducta in decis. D. mei Decani §. *Minus*, dixit Rota *decis.856. n.3. & 6.* cor. Buratt. & in similibus terminis, etiamsi attestans sit integerrimæ qualitatis, non recipit fidem, quando concurrit proprium emolumentum *dec.387. n.7.* & cor. Priol. Imo ea inordinatio non percurit tempus obitus; eoque magis excluditur, stante confrontatione dicti horologii ante mediam noctem, cum illo audito in loco de Fuensalida, *Summ. n.8.* & quidquid sit, an ibi adesset horologium publicum, hujus negativa non cõcludit alteram horologii privati, nec non alia attenta confrontatione post mediam noctem in loco Civici della Torre *eod. Sum. n.3.* ex depositione unici testis, cui concurrentibus tot adminiculis est etiam credendum, si deponat de facto proprio absque ejus interesse, Card. 12 de Luca *de Judic. disc.32. n.19.* Rot. *decis. 111. n.9.* ubi Add. *n.17. & 19.* cor. Buratt. *& dec.9. n.7. & 8. p.18. rec.*

Secundum motivum etiam non subsistit; nam licet testes loquantur cum dubitativo verbo *videtur* in principio, tamen concludenter firmant obitum fuisse post duodecimam 13 horam noctis reddita optima ratione horologii, ut in terminis dixit Rot. *dec. 894. n.9.* cor. Dunoz. Jun. & varietas exclusionis, cum contextuales sint in substantia, & variatio non obstet, si singularitas non fuerit obstativa, sed tantum adminiculativa tendens in idem, Scacc. *de Judic. l.1. c.9. n.365.* Franch. *decis.105. n.21.* Rota *dec. 353. n.11. & 12.* cor. Royas.

Tertium quoque objectum non habet vim, quia non est inverisimile iter a loco de Hermedes ad Civinm della Tor- 14 re in spatium, de quo supponitur, septem horarum circiter, *Summ. pro Emanuele n.9. & 10.* Sed ulterius hæc probatio temporis per distantiam itineris non est certa, cum dicta legalis in *l. prim. ff. si quis caut.* fuerit inducta pro judiciis apud Romanos, cæterum nequit hujusmodi tempus statui, cum pro varietate velocis, vel tardioris itineris sit id determinandum, ad *text. in l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* late Gonzal. *in cap. Nonnulli 28. n.4. & 9. de rescript.* Menoch. *de arbitr. l.2. cas.2. per tot. & n.12. & cas.206. n.3.* Gomez. *in comm. ad reg. Cancell. de verisimili notitia*, ubi etiam ex sententia Rotæ.

Ultimum demum objectum ex testibus elicitum non est 15 attendendum, cum non deponant de certa hora obitus vel saltem ex argumento cantus Gallorum, qui subsecutus fuit decessum Abbatis, qui cantare soleant in media nocte, attamen Gallicinum non est validum indicium mediæ noctis, cum hæc dividatur in decem partes, scilicet crepusculum, primam facem, concubium, noctem intempestam, ad mediam noctem, mediam noctem, de media nocte, Gallicinum, conticinum, & dilucidum, vel in pauciores partes, ut apud Crusium *de nocturnis officiis cap.4. per tot.* Ripam *cit. c.3. n.31.* Sed semper Gallicinum est ea pars, quæ inclinat ad diem, qui incipit statim post Gallicinum, Angel. *in l. 1. n.2. c. de Custod. Reor.* & Picus Mirandulanus ad Cœtum Romanum in laudem Galli dixit: *His Gallus in matutino crepusculo matutinis astris Deum laudantibus, quotidie commodulatur; Hæc nanque avis soli est comparata, solisque ortum prænunciat*; Et Prisci Æsculapio Phœbi filio Gallum sacrificabant, ut diei solisque nuncium, Tiraquell. *de nobil. cap.31. n.26.*

At licet per Balnim. *in c. consuluit de offic. deleg.* media nox per Gallicinum designetur, tamen communiter indicare dicitur tempus noctis, quo jam nox est fere exacta, & undique lucis aves cristatæ puniceam jamjam surgentis auroræ facem

cem consalutant, Crus. cit. n. 17. Hinc in Urbe Prisci Romani, ut cubarent de mane, Gallos prohibuerunt, deliciis valde intenti, & Plin. lib. 10. cap. 21. scripsit de Gallis *Hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opem mortalibus, rumpendoque somno natura genuit, usque solis ortum in oculis patiuntur obrepere, denique venientem nunciant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum;* Causamque assignat Cicero *l. 2. de Divin.* Depulso enim ante lucem de pectore, & in omne corpus diviso, & modificato cibo, cantus edere quiete satiatos.

16 Imo etiam ob lætitiam quandoque Galli cantant, sicque tempus non est determinandum, ut innuit idem Cicer. *l. 2. de Divin.* & inter varium illorum cantum, frequentia istius est prope lucem, ut ultra citatos docuerunt Ripa *cit. c. 160. per tot.* Scacc. *d. l. 2. cap. 4. n. 356.* & in his terminis provisionibus Apostolicæ, ut cantus Gallorum tribuatur diei sequenti, Ripa *ibid. n. 6.* Gonz. *d. cit. Glos.* 11. *num. 16. & 17.* cum aliis adductis in Decisione hujus Causæ, quibus addo Gartz. *cit. cap. 1. n. 526.* Barbos. *d. alleg. 57. n. 187.* Pax Jordan. *in prax. lib. 10. tit. 12. n. 50.* Antonell. *de tempor. legal. lib. 3. cap. 1. n. 3.* ubi adducitur decisio hujus Tribunalis; Imo assertio aliquorum Testium. *Summ. pro Gaspare n. 2.* de fixo cantu proprii Galli, ac invariabili in certa hora est nimis audax, & habet speciem Alectryomantiæ, quæ est divinatio per Galli cantum, ut apud Caramuel. *in apparat. omnium scientiarum lib. 1. cap. 109.* & adest text. *in 6. quæst. 3. cap. Igitur*, contra quos divinatores firmam credulitatem in his ponentes urgent Constitutiones Apostolicæ, ut illa Sixti V. *in Bullar. 17.*

17 Nec contrariatur asserta consuetudo circa dies festivos, divina Officia, & jejunium, ut media nox designetur a cantu Gallorum, quia, quidquid sit, an fuerit legitima; certum est, vel versari in his, quæ respiciunt diem Ecclesiasticum diversum ab hoc Statuto in *l. more.*, Felin. *in cit. c. consuluit. de pot. de l.* Franch. *temp. horar. Canon. cap. 87.* Grat. *discept. 792. n. 8.* vel saltem versari dictam consuetudinem in re morali, in qua magis, & minus arbitratur ad favendum libertati, Antonel. *cit. c. 3. n. 37.* Scaccia *cit. c. 3. n. 307.* & Rot. *cit. c. dec. 804. n. 7.* cor. Dunoz. jun. Secus autem in hoc casu reservationis, pro qua servari debet præcisum tempus mediæ noctis naturalis, præsertim cum jam in dicasu habeatur desi-

18 gnatio horologii, nec conjecturaliter est procedendum nisi in casu deficientiæ ipsius, ut ad rem dixerunt Barbos. *cit. all. 57. n. 187.* Gatz. *cit. c. 1. n. 526.* Gonz. *cit. glos. 11. n. 16.* nec tunc aderat alterum horologium valens illud Secretarii de inordinatione accusare, ut est casus *cit. decis. 19.* cor. Card. Celso, & sic standum est certæ regulæ horologii ad metiendas horas inventi industria hominum, vel ex aqua, aut solis umbra, seu pulvere, vel ponderibus, Virgil. *l. 2. de rerum invent. cap. 2.* Et ita utraque, &c.

R. P. D. CAPRARA.

Compostellana Parochialis.

Ven. 2. Maii 1692.

ARGUMENTUM.

Resignatio facta cum reservatione pensionis favore resignantis, & cum clausula, *& non alias, aliter, nec alio modo*, irritatur & Jus a resignante non abdicatur, & ex ejus obitu vacatio sequitur, si pensio ob malam valoris expressionem non sustineatur, in ornatum *disc. 35.* Cad. de Luca *de benef.* Valor narratus per non excessum sufficit verificari etiam in minima quantitate. Ad effectum validitatis gratiæ, attendi debet narrativa valoris facta in ea parte supplicationis, in qua agitur de ipsa substantia gratiæ, nempe de reservatione pensionis volitæ a resignante. Nullitas resignationis, quando respicit favorem, & consensum resignantis, non potest nisi ab ipso apponi, quatenus vero nullitas fundetur in deficientia voluntatis Papæ, potest etiam a tertio opponi. Ex male expressione valoris factæ per resignantem etiam cum illius scientia non oritur privatio Juris illi competenti.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ resignationis exequi non possunt, si non justificentur, & signanter quoad valorem in eis narratum.*

2 *Resignatio facta cum falsa narratione valoris, & cum reservatione certæ pensionis addita clausula, & non alias &c. est nulla, & non abdicat jus a resignante, tum ex deficientia ipsius consensus ob non sustentationem pensionis, tum ex deficientia consensus Pontificis concedentis.*

3 *Ad hoc ut sustineatur gratia, sufficit verificare valorem etiam in minima quantitate, quando narratus fuit per non excessum.*

4 *Hæc conclusio non procedit, quando in substantia gratiæ & ubi actum fuit de reservatione pensionis, & provisione remansura reservatario expressus fuit valor per ascensum, quia tunc, & si in principio supplicationis emissa fuerit expressio valoris per non excessum, non sufficit verificatio in parte.*

5 *Nullitas quæ provenit ex defectu consensus resignantis potest ab eo solum opponi.*

6 *Quando resignans fuit in dolo, & culpa exprimendo majorem valorem ab eo Jus abdicatur ex resignatione, vide n. 9.*

7 *Conclusio de qua in n. 5. non procedit ubi nullitas allegetur a possessore, & adsit etiam deficientia consensus Papæ.*

8 *Dolus a resignante excluditur, si in mandato procura expressit valorem in majori quantitate, sed per non excessum.*

9 *Resignans etiam male exprimendo valorem scienter non privatur jure illi competente.*

10 *Et quatenus privaretur, non quæritur Beneficium resignatario, sed libere potest conferri.*

DECISIO V.

Domini censuerunt, Sententiam Rotalem esse infirmandam, ea moti ratione, quia cum Dionysius provisus ab Ordinario per obitum Petri sit reus & possessor, contra ipsum exequi non possunt literæ resignationis, nisi per Antonium resignatarium ex in omnibus, & signanter in narrato valore fuerint justificatæ, Rot. cor. Seraph. *d. 422. n. 4.* 1
cor. Buratt. *d. 437. n. 4. & seq. & d. 512. & 830. n. 4. & seq. & in rec. d. 480. n. 7. & seq. p. 13.*

In præsenti non solum deficit talis probatio, sed immo gratia dignoscitur subreptitie obtenta, dum in supplicatione fuit Papæ narratum reditus Parochialis, una cum incertis ascendere ad ducatos 130. auri de Camera; & tamen a confessione, tam resignantis in mandato procuræ emissa, quam resignatarii in gratia revalidatoria constat fructus ascendere ad solos duc. 51. similes: unde fit, ut cum Pe- 2
trus devenerit ad resignationem mea sub conditione ut subsisteret validitas pensionis ducatorum 25. auri de Camera, quam ad sui favorem stipulatus fuerat cum clausula *non alias, aliter, nec alio modo*, & Summus Pontifex eandem resignationem admiserit non solum cum reservatione suæ prædictæ pensionis ducat. 23. sed cum expressa conditione, quod remaneret ducati centum pro Rectore, hinc cum corruat pensio, remanent proinde inefficaces, & inexequibiles literæ Apostolicæ tam ex defectu consensus resignantis quam etiam Pontificis concedentis, cum non sustineatur resignatio, nec jus a resignante abdicatur, nisi doceatur pensionem fuisse valide reservatam, ut in his præcisis terminis firmat Rot. cor. Buratt. *d. 437. per tot. & signanter n. 80. confirmata d. 512. n. 5. & item d. 80. n. 11. & per tot. & in rec. d. 480. n. 9. & seq. p. 13.*

Non obstat, quod in supplicatione fuerit narratus valor 3
ducator. 130. per non excessum, non autem per ascensum, ideoque sufficiat illud verificari etiam in minima quantitate, ut fuerat dictum *in decisionibus prioris instantiæ* coram me *sub diebus 17. Junii, & 12. Decembris 1689.* Quia ad effectum validitatis hujus gratia attendi debet narrativa valoris facta in ea parte supplicationis, in qua agitur de ipsa substantia gratiæ, nempe de reservatione pensionis volita a resignante, & de provisione remansura Rectori resignatario; & cum in hac parte valor fuerit expressus per ascensum, & Summus Pontifex expresse declaraverit velle ut remanerent centum pro Rectore ultra pensionem reservatam resignanti, expressio per non excessum in principio supplicationis emissa non suffragatur, quod verificetur in minima summa, sed debet præcise verificari summa expressa per ascen- 4
sum, ad quam Papa gratiam restrinxit, cum alias valoris expressio per ascensum semper fieri soleat in resignationibus Parochialium cum pensione, ubi ex dispositione Sac. Conc. Trid. debent remanere centum pro Rectore, ut testatur Rosa *de execut. liter. Apostolicarum cap. 6. n. 177.*

Minus adversari visa sunt alia duo objecta; alterum scilicet quod nullitas resignationis, cum respiciat consen-

sensum & favorem resignantis non possit opponi nisi a resignante, non autem a tertio, qualis est provisus ab ipso Ordinario per obitum. Alterum autem quod resignans fuerit in culpa, & dolo, exprimendo majorem valorem, ideoque iis assertis jus ab illo dicatur abdicatum ex resignatione nulla, juxta firmata per Garz. *de Benef. part. 11. cap. 3. n. 38.*

Etenim primum objectum non videbatur applicari in ca-
5 su præsenti, in quo mandatum procuræ resignantis fuit con-
6 cessum cum reservatione pensionis, & cum clausula *non
alias, aliter, nec alio modo*, per quam removetur consen-
sus ab actu, si aliter fiat, & provisus ab Ordinario est reus,
& possessor, in his namque terminis potest iste de nullitate
excipere cum sit exceptio exclusiva Juris agentis, & funde-
tur non solum in defectu consensus resignantis, sed etiam
in deficientia voluntatis Papæ, qui cum hoc supposito gra-
tiam concessit, nec aliter fuisset concessurus, ut respondit
Rot. *d. decis. 437. n. 80. & seq. per tot. & dec. 512. n. 80. & d.
830. n. 11.* coram Buratt. *& decis. 480. n. 11. & seqq. par. 13.*
absque eo quod obstent auctoritates in contrarium addu-
7 ctæ, cum procedant in tertio non possidente, & ideo non
militent contra reum possessorem, cui sufficit vincere per
non jus actoris, ut bene ad rem notat Lotter. *de re benef.
lib. 2. q. 42. n. 26. & 28.* Gomes. *ad reg. de Trien. q. 39. §. fin.*
ad hunc præcisum effectum dixit Rota coram Priol. *decis.
284. n. 6. & 7.*

Secundum vero objectum tollitur tum ex facto, ex quo
constat resignantem non fuisse in dolo seu culpa, cum man-
8 datum procuræ dederit ad petendam impositionem pensio-
nis non simpliciter, sed cum reservatione beneplaciti Apo-
stolici, *& non alias, aliter, nec alio modo*, & in secundo
mandato Procuræ, longe post confecto, & post quam gra-
tiam resignationis erat perfecta expressit valorem in majori
quidem quantitate, sed per non excessum, qui verificatur
etiam in minima summa, Lotter. *de benef. lib. 10. q. 38. n.
52. & 53.* Rot. *d. 313. n. 5. & seq. p. 11.* & quatenus etiam
male expressisset & scienter valorem in priori mandato ad-
huc non privaretur in re illi competenti, ut reprobato
9 Garz. in loco citato dixit Rosa *de execut. literarum Apo-
stolicarum cap. 14. n. 83. circa fin. &* Rot. *d. 1433. n. 10. &
seq.* cor. Coccin. vel quatenus privaretur, beneficium non
quæritur resignatario, sed potest libere conferri, ut notat
idem Garz. *d. cap. 3. sub n. 36.*

Et ita omissis aliis levioribus objectis fuit resolutum, utraque parte informante.

R. P. D. URSINO.

Moguntina Canonicatus.

Veneris 6. Aprilis 1696.

ARGUMENTUM.

Obtinens duo beneficia incompatibilia, secundum ipsorum vacat, non autem primum, si ad secundi beneficii possessionem non convolaverit; si autem illam apprehenderit utrumque perdit, juxta distinctionem allatam per Card. de Luca *de benefic. disc. 54. & disc. 55.* Vacatio vero admittitur, non obstante consuetudine, quæ supponitur in Germania vigere retinendi beneficia inter se incompatibilia absque Apostolica dispensatione.

SUMMARIUM.

1 *EX retentione duorum Beneficiorum quæ exigunt residentiam & sic sunt incompatibilia elapso bimestre utriusque exoritur vacatio.*

2 *Ad hoc ut admittenda sit vacatio prædicta, requiritur probatio, quod Præbendæ præcisam & personalem residentiam requirant, cum sola residentia causativa & temporalis ad effectum lucrandi fructus incompatibilitatem non inducat.*

3 *Supradicta rigorosa probatio exigitur ubi agitur de inducenda vacatione in Beneficiis, non autem ubi agatur de inducenda vacatione in Canonicatibus, & num. 6.*

4 *In Ecclesiis Collegiatis requiritur personalis & præcisa residentia Canonici.*

5 *Ita ut non excuset nec Statutum neque aliqua consuetudo.*

7 *Residentiæ personalis necessitas probari potest ex confessione Canonici.*

8 *In Germania quod adsit consuetudo retinendi incompatibilia absque dispensatione testatur* Amaiden.

9 *Et de altero Dalmatiæ testatur* Pax Jordan.

10 *Prædictæ consuetudines uti contrariæ dispositioni Juris & Concilii ad nihilum inserviunt.*

11 *Consuetudo adversativa Juri debet probari per testes formiter examinatos, ac per illius canonizationem in contradictorio Judicio.*

12 *Rota semper annuit pro vacatione ex retentione incompatibilium etsi Beneficia sint in Germania.*

13 *Cocchier.* ad regul. Cancel. regul. si de dispens. *tradit quod Papa concurrente justa causa soleat dispensare super dispensatione incompatibilium.*

14 *Contra propriam confessionem quis nequit venire.*

15 *Consensus præstitus pro dimissione Canonicatus probat præventivam illius possessionem.*

16 *Ex possessione Canonicatus oritur præsumptio perceptionis fructuum etiam ad inducendam vacationem ratione incompatibilitatis.*

17 *Fides extrajudiciales personæ eximiæ dignitatis probant.*

18 *Molestiæ inductæ super Beneficio, quod quis retinet, faciunt, quod non inducatur vacatio alterius incompatibilis, si illatæ fuerint intra bimestre; secus si ex post.*

19 *Molestiæ illatæ super Beneficio ad hoc ut sufficiant ad excludendam vacationem ratione incompatibilitatis debent esse super titulo vel possessione illius.*

20 *Quoties Præbendæ quæ retinentur sunt exigui reditus non vacant ratione incompatibilitatis.*

21 *Exigitur tamen ad d. effectum, quod utraque Præbenda paucos reddat fructus, & id est probandum cum contraria Juris vigeat præsumptio.*

DECISIO VI.

CUm fuerit hodie dubitatum, *An locum sibi vindicaret censura Textuum in cap. de Multa de Præbend. in 6. & in extravag. execrabilis §. Si vero deinceps*, eodem titulo adversus Petrum retinere studentem possessionem gemini incompatibilis Decanatus, nempe cum Canonicatu in Collegiata Ecclesia S. Andreæ Civitatis VVormatien. & alterius Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurti ad Mœnum, adeout instaret nec ne arbitrium pro retardanda executione literarum Apostolicarum ex hoc capite adeptarum a Nicolao demandata ab Archiepiscopi Moguntini Vicario Judice in literis deputato, seu potius, an eædem literæ essent de novo exequendæ. Patres prætermissa indagine validitatis prioris judicati, assumentes ex integro discussionem super verificatione narratorum in literis cum illa viderint concludenter justificata convenerunt in rescripto, literas Apostolicas esse exequendas.

Qualitates nanque omnes, quæ respiciebant personam,
& idoneitatem provisi ultro citroque admittebantur, & so-
la contentio versabatur in puncto vacationis Canonicatus,
quæ tamen abunde resultabat ex retentione duorum incom-
patibilium verificata, ex quo cum Petrus esset jam Decanus
& Canonicus in Collegiata Ecclesia S. Andreæ VVormatiæ
& in harum Præbendarum legitima possessione existeret,
impetravit ab Archiepiscopo, & Electore Moguntino col-
lationem Canonicatus, de quo quæritur, & illius possessio-
nem fuit adeptus sub die 24. Aprilis anni 1693. ac in ea per
multum temporis spatium continuavit; Unde, cum dicti 1
Canonicatus essent inter se incompatibiles ob personalem
residentiam in utroque de jure requisitam, ex illorum reten-
tione ultra bimestre inducta est ipso jure vacatio utriusque
incompatibilis adepti, ad memoratos Textus *in cap. de Mul-
cta, & Extravag. execrabilis* concordan. cum dispositione
Sacri Concilii Tridentini *in cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24.
de reform.* & dixit Garzias *de Benef. p. 11. cap. 5. num. 94. &
tribus seq. & n. 381.* Lotter. *de re Benef. lib. 3. q. 23. n. 3.* Pa-
nimoll. *decis. 31. adnotat. 1. n. 1. & 2.* Rota cor. Burat. *decis.
121. n. 2.* cor. Coccino *dec. 2102. n. 8.* cor. Cerro *dec. 266. n.
1. & seq.* & cor. Priolo *dec. 54. n. 14.*

Nec ad evitandam pœnam Extravagantis juvit allegare
incompatibilitatem in casu non verificari, cum probatum
non fuerit has Præbendas præcisam, & personalem residen-
tiam requirere, prout opus est, cum alias sola residentia cau-
sativa, & temporalis ad effectum lucrandi fructus incompa- 2
tibilitatem non inducat, ut in terminis monuit Rota *dec.
179. n. 15. p. 2. & dec. 241. n. 3. p. 15. rec.* ac penes Bich. *decis.
13. n. 9. &* 10. cum aliis congestis a Gonzal. *ad regul. Can-
cell. glos. 15. n. 22.* nam licet hujusmodi rigorosa probatio 3
in aliis Beneficiorum speciebus sit necessaria, in Canonica-
tibus tamen Ecclesiarum Collegiatarum est ipso juris mini-
sterio inducta, quia Canonicatus omnes in Ecclesiis Colle- 4
giatis personalem, ac præcisam residentiam requirunt,
ex literali sanctione Synodus Tridentinæ *in sess. 24. cap. 12.*

de

de reform. §. *Propterea obtinentibus*, adeout, nec Statutum minusque quælibet contraria consuetudo excusare valeat Canonicos a residentia præcisa, ut aperte sonant verba Con-
5 cilii, & extensive etiam ad consuetudinem immemorabilem firmant Garz. *de Benef. p.3. cap.2. n.192.* Barbos. *ad Concil. d. cap.12. n.53. & seq. & n.60. & de Canonic. cap.26. per tot.* quamobrem eo ipso quod verificatum extitit in diversis Ecclesiis Collegiatis Petrum retinuisse Decanatum, una cum Canonicatu, Dignitates de jure semper præcise residentiales, & alterum Canonicatum, a lege probata dicitur incompatibilitas vacationem inducens.

6 Confirmatur autem assumptum a facto ipso Petri, qui cum in possessione Canonicatus controversi monitus fuerit a Decano, & Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ, ut vel Decanatum dimitteret, vel dispensationem Apostolicam desuper obtineret, publice professus fuit alterutrum intra breve temporis spatium adimplere, ut liquet a publico Capituli testimonio, *in Sum. Nicolai n.2.* Ideoque innegabilis est obligatio residentiæ, & incompatibilitas uti a jure inducta, &
7 adminiculata confessione ipsius Petri retinentis, ut omissis generalibus, in specie firmavit Rota *in dec.233. sub n.5. vers. de retentione*, cor. Buratto, *& dec.811. n.4. & 5.* cor. Amato Dunoz.

Nec ad eruendam probationem contrariam sufficiebat prætensa consuetudo Germaniæ retinendi incompatibilia sine dispensatione, de qua deponunt Testes *in Summ. Petri*
8 *n.3.* & testatur Amayden. *de stylo Dataria l.1. cap.17. n.26.* sicut de altera Dalmatiæ dicit Pax Jordan. *tom.2. lib.10. tit. 28. n.29. & seq.* Nam dicta consuetudo uti contraria dispo-
9 sitioni juris, & Conciliari, vel ad nihilum deservit, vel
10 probanda esset per Testes formiter examinatos, & cum suis requisitis, ac signanter, quod obtenta, & canonizata fuerit
11 in contradictorio judicio, & quod legitime sit præscripta, ad sensum Palm. Nep. *alleg.150. num.22.* Mansf. *consul.194. n.30. & 31.* & Rota *in rec. decis.333. n.34. p.11. & dec.308. num.11. p.17.* quæ tamen documentorum species, non tantum deficiunt in præsenti, quin potius urgent adversativæ decisiones nostri Tribunalis, & attestationes DD. nec non factum ipsum Petri in adeptione Canonicatus, de quo pres est.

Et quidem Decisiones nostri Auditorii; nam quoties in Germania fuerunt ab aliquo obtenta incompatibilia sine dispensatione, & controversia fuit ad Rotam delata, semper declaratio prodiit pro vacatione ad Censuram Text. *in*
12 *Extravag. execrabilis*, ut de Canonicatibus Aquisgranen. est *dec.166. a 2. & seqq.* cor. Cerro, *& de Colonien. dictum fuit*, cor. Manzaned. *dec.600. & passim in aliis*, sicque patet ad hominem, hanc allegatam consuetudinem nunquam fuisse canonizatam, imo potius contra illam Tribunalia pronunciasse, ut ponderatum est.

Consonant autem attestationes DD. nam quidquid dixerit Amayden loco allegato, qui loqui videtur de retentione incompatibilium sub eodem tecto, ut legere est *in n.29. citati c.17. lia.2.* contrarium de diametro concludit Joann. a Cocchier Doctor Germanus *ad regul. Cancellariæ regul.*
13 *51. de dispens.* quoad incompatibilia, ubi *n.5. & 6.* firmat, quod interdum Papa concurrente aliqua gravi causa solet in Germania dispensare super retentione incompatibilium.

Demum collimat in assumptum confessio ipsa Petri, de qua superius disseruimus, qui cum promiserit in actu possessionis dimissionem Decanatus, vel dispensationem Apostolicam, fassus proinde fuit incompatibilitatem non sublatam
14 a consuetudine Germaniæ, quam hodie in consequens contra propriam confessionem amplius allegare non valet.

Probata incompatibilitate, minor difficultas remanebat circa possessionem actualem utriusque incompatibilis una cum fructuum perceptione, quæ videtur requisita ad inducendam pœnalem vacationem; nam possessio Decanatus emergebat tam ab attestatione Capituli S. Andreæ jurata, quam a reiterata confessione ipsiusmet Petri, qui semper se intitulavit Decanum Collegiatę Ecclesiæ S. Andreæ VVormatiæ; & ulterius post biennium a die adeptæ possessionis, nimirum de mense Aprilis anni 1695. consensum præstitit in Cancellaria Apostolica pro dimissione, seu retentione ejusdem Canonicatus ad favorem certæ personæ, *Sum. Ni-*
15 *colai n.10.* ex quo actu oriri indubitatam probationem possessionis præcedentis, dixit Rota *dec.811. n.5.* cor. Dunoz. Jun. *& dec.233. n.5.* cor. Buratt.

Consimiles vero, imo forsan majores probationes concludunt possessionem alterius Canonicatus Ecclesiæ S. Bartholomæi; nam ultra attestationem Capituli, & Canonicorum, & instrumentum publicum adeptæ possessionis strin-git consensus præstitus sub die 7. Aprilis 1695. dimissioni Canonicatus ad favorem Christophori Tumb; Unde possessio, & quidem continuata videtur esse extra difficultatem.

A possessione autem continuata eruitur præsumptivum assumptum perceptionis fructuum ex firmatis in puncto vacationis ob retentionem incompatibilium a Rot. *in dec.801. n.10.* cor. Dunoz. *& in dec.266. n.5.* cor. Cerro, quæ præsumptio satis superque coadjuta remanet ab attestatione 16
utriusque Capituli, *Sum. Nicolai n.2. & 6.* a qua patenter evincitur controversa fructuum perceptio satis justificata a prædictis attestationibus, etsi extrajudicialibus, quia cum sint juratæ, & emanaverint a personis eximiæ Dignitatis, & probitatis, satis probant, ut dixit Rot. *in dec.67. n.17.* 17
cor. Cerro, *& dec.135. n.9.* cor. Celso, *& in rec. dec.367. n.6. part.15.*

Nec in contrarium urget Petrum vigore Statuti vigentis in Ecclesia primo anno nullos fructus percepisse, sicque nec obligatum esse Decanatum dimittere; nam supposita etiam realitate hujus Statuti, quæ negabatur a Defensoribus Nicolai, objectum removebatur ex facto, quia Petrus non solo anni spatio utrunque incombatibile retinuit, sed per plures menses ultra; unde excusatio a Statuto elicita suffragari ei minime valet, quia illa admissa toto anni spatio, si postea per octo menses, & ultra sine dispensatione Apostolica utrunque incompatibile possedit, lapsum est tempus plusquam congruum ad effectum inducendi vacationem ad terminos *extravag. execrabilis*.

Minusque relevabat, Petrum impeditum fuisse a perceptione fructuum ob molestias sibi illatas a Capitulis utriusque Ecclesiæ, sicque ambas Prębendas licite retinuisse; nam molestiæ vim aliquam facerent, quoties illatæ fuissent super possessione, & titulo Beneficii intra duos menses adeptę possessionis; sed si ex post inferantur vacationem jam superinductam non excludunt, ad tradita per Garz. *de Benef. p.11. c.5. n.113.* Ideoque cum in præsenti non probetur tempus præcisum illarum, minusque verificetur fuisse super titulo, 18
& possessione, cum potius appareant illatæ ex causa delictorum, quę prętendebantur a Petro patrata, ab illis beneficium non fuit effectum litigiosum, nec excusare valent possessorem a neglecta alterius incompatibilis dimissione, juxta ea, quæ præsuppositive dixit Rota cor. Bich. *dec.313. n.11.*

Demum nec suffragari valet, Petrum malitiose hæc incompatibilia non retinuisse, cum habuerit bonam fidem, 19
& justam credulitatem opinando, vel consuetudinem Germaniæ ei posse opitulari, aut Ordinarium potuisse super incompatibilibus dispensare; nam omnia hæc motiva bonæ fidei cessant ex confessione ipsa incompatibilitatis facta a Petro in actu possessionis, ac a responsione obtinendi dispensationem Apostolicam, quam omnino necessariam esse recognovit, ut sæpe laudato Capituli Testimonio, *Sum. n.2.* Nicolai si spretis votis Capituli, & fraudata fide promissa neglexit dispensationem obtinere, innegabilis est malitia, & inexcusabilis est a pœna retentio incompatibilium.

Nec pro justa excusatione deservire potest tenuitas redituum Præbendarum, quas retinuit, qua stante, dimissio non sit necessaria, ad sensum Rot. *in dec.341. p.14. rec.*

Etenim prætermissa quæstione, an redituum tenuitas excuset a retentione duorum incompatibilium, objectum visum fuit tolli ex facto; nam sicut ex quibusdam attestatio- 20
nibus prætendatur primum Canonicatum tennes habere reditus, hæc tamen tanquam informes non probant, & quatenus probarent, nullibi remanet justificatum alterum Canonicatum simili quoque defectu laborare. Quinimo in 21
contrarium urget præsumptio Juris, ac propterea adepto hoc secundo congruo, & sufficienti beneficio debebat Petrus primum dimittere ad tramites propriæ sponsionis, non autem utrunque fraudulenter retinere.

Et ita utraque Parte audita, conclusum fuit in causa &c.

R. P. D. DELL'OLMO:

Moguntina Canonicatus.

Lunæ 1. Julii 1697.

Non postulat hæc Decisio Argumentum, cum pertractetur de eadem re, quæ habetur in alia superius relata Decisione.

SUM.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus debet residere personaliter in Canonicatu.*
2 *Ipso Jure inducitur vacatio Beneficiorum incompatibilium, si intra bimestre provisus primum non dimittat.*
3 *In Germania viget consuetudo retinendi Præbendas incompatibiles absque dispensatione, vide tamen n. 6. & 7.*
4 *Ex Statuto Ecclesiæ S. Andreæ VVormatiæ requiritur solummodo Canonicorum residentia causativa, non autem personalis, vide n. 9.*
5 *Si Ecclesia in qua quis debet residere sit distracta, valet Canonicus alteram Præbendam etiam incompatibilem absque dispensatione obtinere.*
Contrarium est verius, si adsit spes probabilis reparationis num. 12.
8 *Consuetudo etiam immemorabilis non excusat Canonicum a residentia.*
10 *Neque excusat Statutum Ecclesiæ, nisi sit in forma specifica a Sede Apostolica confirmatum.*
11 *Præsertim excusatio non procedit, si adsit monitio, ut Canonicus resideat.*
13 *Medicitas fructuum Præbendæ non facit Canonicum exemptum a residentia.*
Neque tollit incompatibilitatem.
14 *Lis super Beneficio post bimestre non excludit vacationem inductam ratione incompatibilitatis.*
15 *Nulla est gratia in qua non exprimitur provisum aliud habere Beneficium.*

DECISIO VII.

Responsum fuit procedendum esse ad legitimam executionem literarum Apostolicarum Nicolai, quia iterum justificatus videbatur modus vacationis in eis expressus, super quo unice residet articulus controversiæ, quod nimirum Joannes Petrus nulla intercedente Apostolica dispensatione retineret duo incompatibilia, Canonicatum nempe cum Decanatu in Collegiata Ecclesia S. Andreæ VVormatien. & alterum Canonicatum Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurti ad Mænum, quorum uterque cum personalem, & præcisam requireret residen-
1 tiam juxta apertam sanctionem *Sac. Concilii Trident. in cap. 12. sess. 24. de Reformat.* & ibidem relatis concordantibus, observat Barbos. *in adnotatione n. 5. & seqq.* per non dimissionem primi intra bimestre a die adeptæ possessionis secundi inducta fuit ipso Jure utriusque vacatio,
2 tam ex antiquiori Juris determinatione *in cap. de multa de prebendis, & in extravaganti Execrabilis §. Si vero deinceps eodem tit.* quam ex novissima *Sac. Concilii Tridentini in cap. 5. sess. 7 & cap. 17. sess. 24. de reform.* plene Fagnan. *in cap. referente sub num. 8. & in dict. cap. de Multa num. 8. & 25. de Prabendis* Rota *in Colonien. Pastoratus 13. Januarii 1587. §. Aut allegatur, & 28. Junii 1688. §. De non Jure*, coram R. P. D. meo Molines, & cæteris adductis probat *decisio causæ edita in superiori instantia 6. Aprilis anni præteriti §. Qualitates autem*, coram Reverendissimo D. meo Decano.

Neque incompatibilitas prædictorum Canonicatuum a Jure conciliari inducta excludi iterum visa est, vel in universum ex generali contraria consuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas residentiales in diversis Cathedralibus, & Collegiatis, de qua Amayden.
3 *de stylo Dataria lib. 1. cap. 7. sub n. 26. & 29.* Layman. *oper. moral. lib. 4. tract. 2. cap 6. num. 2. & cap. 8. sub num. 6. in fin.* Entic. Peyrio. *in compend. Jur Canon. lib. 3. tit. 4. §. 3. lib. 3. tit. 5. § 5. sess. 5. in fin.* Claud. Puritan. *de redit. Eccles. q 3. vers. quare, & quæst. 7. per tot.* vel ex particulari Statuto Ecclesiæ S. Andreæ VVormatiæ, per quod dicebatur requisita solummodo residentia causativa, non autem præcisa, & personalis incompatibilitatis inductiva, Gon-
4 zal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. n 20. & seqq.* Pax Jordan. *elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 28. num. 16. & seqq.* Rota *dec. 583. num. 1. & seqq. part. 1. divers. & decis. 13. & seqq.* coram Bichio; vel demum quia destructa per bellicas irruptiones hac Collegiata Ecclesia, residentia personalis redacta fuerit ad statum impossibilis implementi, ita ut illius Canonicatus habitu duntaxat, non autem actu residentiales desierint esse incompatibiles, cum altero vere
5 residentiali, Barbos. *de offic. Parochi part. 1. cap. 1. n. 50. & 51.* Rot. coram Bich. *dec. 198. n. 50. & in recent. dec. 341. n. 3. & 4. part. 15.*

Quandoquidem contra prædictam generalem consuetudinem Germaniæ duplex occurrit responsio; Altera quod illa minime probatur cum suis requisitis legitime præscripta ex auctoritatibus in contrarium laudatis; tum quia excepto Amayden. qui etiam fatetur loqui contra sensum Rotæ *in dec. 600.* coram Manzaned. quam refert per extensum, cæteri non excludunt, quin requiratur Apostolica dispensatio, quam passim concedi in Germania observat 6
Cocchier. *ad regul. Cancell. 51. de dispensat. num. 5. et 6.* ex rationibus, quas refert Card. Pallavicinus *in Historia ad Conc. Trid. lib. 24. c. 12. n. 17. circa fin.* Fagnan. *in c. dudum num. 29. de elect.* Tum quia contrarium aperte convincunt tot resolutiones nostri Tribunalis, quod nunquam retentionem plurium Canonicatuum, in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Germaniæ, tam sub eodem, quam sub diverso tecto, admisit, nisi Apostolica præcesserit dispensatio, & utranque tam Juris communis, quam *Sacr. Concilii Tridentini*, dispositionem servari in illis partibus præsupposuit, ut præter decisiones allegatas in *præterita decisione §. Et quidem*, patet ex novissime firmatis *in dicta Colonien. Pastoratus 13. Junii 1687. et 28 Junii 1688.* cor. 7
R. P. D. meo Molines, *et in Colonien. Canonicatus 19. Junii 1693. §. Nec Bernardus*, coram eodem; Et ex his promanat altera responsio, quod videlicet consuetudo prædicta etiam probata non relevaret, & summa quidem ratione, cum illam prorsus inficiat *Concilium in dicto cap. 12. sess. 24.* itaut nec attendi immemorabilem ex mente Sacr. Congregationis Concilii præter allegatos in *præcitata decisione §. Nec ad evitandam firmat* Fagnan. *in cap. cum omnes* 8
n. 32. et seqq. de Constit. quem refert, & sequitur Modernus Pignatell. *Consult. Canon. 144. n. 9. et 10. et Consult. 115. n. 11. tom. 9.*

Non item officit particulare Statutum Ecclesiæ S. Andreæ; tum quia ex eo, quod prohibeat Canonicis non residentibus medietatis fructuum perceptionem, cum non loquatur per verba taxativa, non exinde sublata videtur Juris dispositio pœnam privationis superinducens; Quicquid secus esset, si versaremur in simplicibus Capellaniis sub Conciliari sanctione non venientibus, quæ seclusa peculiari lege fundationis ex universali consuetudine residentiam non requirunt, & de his loquuntur *Auctoritates in objecto allegatæ*, & dictum fuit *in Valentina Beneficii super gratia subrogationis 17. Februarii anni præteriti §. Nec obstat*, coram me; Tum etiam quia cum 9
dispositio Conciliaris inducens præcisam, & personalem residentiam in Canonicatibus Collegiatarum deroget, ut præfertur, cuicunque Statuto, vel consuetudini in contrarium, consequens fit, ut præcisa lege in limitatione fundationis adjecta, quam unice esse attendendam advertit Card. de Luca *annotat. ad Concil. disc. 4. sub n. 12.* illud minime attendi debeat, nisi ostendatur fuisse Apostolica auctoritate in specifica forma, & ex certa scientia confirmatum, Fagnan. *in cap. licet n. 62. de Praben.* 10

Potissimum vero quia contra assertam dispositionem Statutariam stat propria ejusdem Joannis Petri confessio, qui monitus a Capitularibus Ecclesiæ Collegiatæ S. Bartholomæi, ut vel dimitteret primo dictum Canonicatum, vel desuper Apostolicam impetraret dispensationem, hanc se impetraturum spopondit. Factum enim hoc, nedum adversatur utrique, & generali, & particulari consuetudini, in contrarium vero præterea excludit eam bonam fidem, per quam pœnalem privationem a Jure inductam declinare potuisset, ut bene prosequitur *præterita in decisio* Reverendissimi Decani *§. Demum.* 11

Devastatio denique prædictæ Collegiatæ, ex qua inferebatur residentiam evasisse habitualem, non relevat, dum adhuc effulget spes illius probabilis reparationis, ad late deducta per Fagnan. *in d. cap. de multa n. 44.* 12

Præterea frustra repetebat Joannes Petrus pro evitanda vacatione in literis Nicolais expressa, quod non probetur ipsum possedisse utrunque Canonicatum cum actuali fructuum perceptione, quinimo id aperte excludatur, ex quo paucos, quos ex priori percepit, in Ecclesiæ Beneficium erogaverit; Possessio vero secundi interversa fuerit per litem cum Capitulo habitam: quoniam perceptio fructuum primi probata remanet ex hoc ipso, quod illos in pios usus impendit, & ex eorum modicitate, quemadmodum Canonicatus ab annexo onere residentium non evasit exemptus, ut relatis resolutionibus *Sacr. Congregationis Concilii* observat Pignatel. *Consult. Canon. 115. num. 8. et seqq. tom. 9.* ita nec tollitur 13
illius incompatibilitas cum altero, Fagnan. *in cap. super inordinata n. 8. de Prab.* lis autem super secundo non pro-

probatur ex informibus documentis, & probata non relevaret, uti percutiens suspensionem fructuum, postquam jam præcedenter fuerat inducta vacatio, ut etiam observat *prædicta decisio* Reverendissimi Decani §. 14 *Minusque relevabat*.

Et ita absque eo quod opus fuerit desumere vacationem resultantem, ex quo Joannes Petrus in nova provisione controversi Canonicatus Sanct. Bartholomæi mentionem non fecerit, iam prædicti Canonicatus Sancti Andreæ, quam alterius ab ipso pariter obtenti in Collegiata S. 15 Leonardi, per Text. *in cap. si motu proprio, & cap. non potest de prabend. in 6. Rota Valentina Vicaria 7. Junii 1694.* coram Reverendissimo D. meo Decano, resolutum fuit utraque parte audita.

R. P. D. MOLINES.

Cracovien. Archidiaconatus.

Veneris 19. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

Subreptionis exceptio ob non factam Summo Pontifici expressionem qualitatis curæ habitualis, quam habet beneficium, non est illius considerationis, cum de cura habituali tanquam impropria nulla sit facienda mentio pro gratiæ validitate ad differentiam curæ actualis, juxta distinctionem allatam per Cardin. de Luca *de benef. disc.* 55. Expressio etiam dubitative facta de qualitate curæ actualis exuberat pro sustentatione gratiæ ne irritetur ex defectu non expressæ curæ habitualis. In Regno Poloniæ solet Summus Pontifex concedere dispensationem retinendi plura beneficia, hinc contra possessorem illam neganti incumbit onus negativam probandi. Ad salvandam gratiam ab obreptione, & etiam ad illius verificationem sufficit expressio facta juxta ultimum statum. Ex concordatis Germaniæ, & Poloniæ beneficia illarum Regionum non solent exprimi nisi in ducatis 24. Ubi plures narrati fuerunt modi vacationis alternative concepti, pro executione gratiæ sufficit, quod alter ex illis verificetur. Assidens in vim institutionis factæ ab Ordinario, si importaverit etiam provisionem Apostolicam, censetur continuasse mutato duntaxat jure possidendi, quoties tamen gratia fuerit concessa in forma gratiosa ubi opitulari potest verbalis dimissio; secus si gratia appareat in forma dignum, cum eo casu possessio debeat capi de manu executoris.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium dat facultatem remittendi aliquid de rigore Juris.*
2 *Regulatur tamen a Jure.*
3 *Signatura Justitiæ non solet facere rescripta gratiosa, & a Juris ordine aberrantia.*
4 *Hinc non censetur ex arbitrio per ipsum concesso tributa facultas recedendi a recto Juris tramite.*
5 *Jus non patitur, quod retardetur executio literarum justificatarum.*
6 *Episcopus præsumitur informatus de statu Beneficiorum suæ Diœcesis.*
7 *Literæ non dicuntur subreptitiæ, si expressa non fuerit qualitas curæ habitualis retenta per Beneficium cum non exigatur, & redditur ratio n. 8.*
9 *Idque eo magis procedit, si illemet qui excepit de subreptione ex hoc capite non factæ expressionis curæ, laboret eodem defectu in sua provisione.*
10 *Clausula* forsitan *in literis apposita majorem justificationem non requirit.*
11 *Summus Pontifex solet concedere in Regionibus Poloniæ retentionis plurium Beneficiorum dispensationem.*
12 *Hinc allegans obreptionem ex causa deficientiæ dispensationis contra possessorem tenetur negativam probare.*
13 *Præsumitur dispensatio retinendi plura Beneficia, si Papa in nova provisione alterum ex illis indulserit, ut provisus retineat.*
14 *Ex quadragenaria observantia probatur immutatio status Beneficii.*
15 *Pro verificatione gratiæ sufficit expressio facta juxta ultimum statum Beneficii.*
16 *Ex concordatis Germaniæ, & Poloniæ Beneficia illarum Regionum non solent exprimi nisi in ducatis 24.*
17 *In Beneficialibus admittitur cumulatio titulorum.*
18 *Ubi plures modi vacationis alternativæ fuerant narrati, sufficit verificatio unius.*
19 *Possessio non capta de manu executoris gratiæ est nulla, & inducit Beneficii vacationem.*
20 *Possessor in vim collationis factæ ab Ordinario obtinendo etiam alteram a Papa non tenetur dimittere possessionem, sed sufficit dimissio verbalis, ut possit continuare mutato titulo possidendi ex supervenienti titulo institutionis.*
21 *Id procedit, quoties gratia sit in forma gratiosa, secus in forma dignum.*
22 *Gratia in forma dignum non dicitur vera collatio, sed mandatum de providendo.*

DECISIO VIII.

Secuta vacatione Archidiaconatus Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Sandecen. Cracovien. Diœcesis per obitum quondam Jacobi Zelazouski de mense Octobris anni 1693. fuerunt primordialiter de illo diversimode provisi, tam Andreas Zielopolski per institutionem obtentam ab Ordinario ad præsentationem Patroni Laici, quam Joannes Puezeck a Sancta Sede Apostolica in vim reservationis ad limites Textus *in extravag. ad regim. de Præben. et Dignit.* ob qualitatem Protonotariatus Apostolici infixam Jacobo defuncto; Cumque successive fuerit promota judicialis contentio coram A. C. Thomato, & in calore litis, uterque collitigans de validitate propriæ provisionis ab eadem Dataria Apostolica novas sub certo modo gratias impetraverit, idem A. C. suam promulgavit sententiam decernentem, literarum Apostolicarum executionem favore dicti Joannis Puezeck, a qua cum mihi commissa extiterit appellationis causa cum consueta clausula *parito literis arbitrio* ad provocationem dicti Andreæ succumbentis, iste iterum aliam novissimam provisionem sub certo modo a Dataria procuravit. Unde concordato dubio, iam ad formam Commissionis, quam juxta recentiores literas impetratas ab Andrea sub his verbis conceptio, *An interet arbitrium, sive potius novæ literæ Apostolicæ Zielopolski sint exequendæ*. In illius hodierno examine Domini appensis ad justitiæ lancem juribus utrinque adductis censuerunt in omnibus negativum proferre responsum.

Quod enim attinet ad priorem dubii partem concernentem literas Apostolicas dicti Joannis Puezeck, ratio resolutionis fuit, quia licet arbitrium det facultatem aliquid remittendi de rigore juris, ad tradita per Rotam *decis.* 450. *n.* 1. *decis.* 284. *n.* 5. *part.* 1. *et dec.* 1
154. *n.* 1. *part.* 12. *rec.* regulatur tamen a jure juxta doctrinam Bartol. *in extravagan. ad reperimendum verbo videbitur, n* 8. *vers.* 3. *casu, et in l. final.* §. *sed et si n.* 16. 2
C. commun. de legat. Cæsar de Grassis *dec.* 8. *n.* 2. *de sent. et de re judic.* Rota coram Greg. *dec.* 189. *n.* 3. Eoque 3
magis id procedit, quando, prout hic, versamur in arbitrio contento in commissione promanante a Signatura Justitiæ, quæ cum non faciat rescripta gratiosa, & a juris ordine aberrantia, Rota *in rec. dec.* 788. *n.* 1. *in fine part.* 1. tanto minus censeri debet per dictum arbitrium data facultas recedendi a recto juris tramite, Adden. ad Greg. *dec.* 189. *n.* 8. *lit. B. et in dicta dec.* 4
154. *n.* 5. *part.* 12. *rec.*

Jus autem non patitur, quod quando, (prout in nostro themate) omnia contenta in literis Apostolicis fuerunt justificata, debeat retardari illarum executio, sed potius propter earum auctoritatem petitæ executioni demandari debent, sive per notissimos Textus *in* 5
cap. literis de rescript. cap. si capitulo, ibique Gloss. *verb. exequatur de concess. præben.* sive ad instar *legis final. C. de Edict. Div. Adrian. tollen.* Rota *dec.* 121. *n.* 1. coram Greg. *et dec.* 348. *num.* 1. *part.* 5. *et dec.* 141. *n.* 2. *part.* 19. *rec. alibique passim.*

Et sane verificatio narratorum, quæ respiciunt qualitatem Sacerdotis, idoneitatem dicti Joannis, valorem controversi Archidiaconatus, ejusque reservationem Sedi Apostolicæ, non fuit in dubium revocata, utpote in controversiam minime deducta; Solumque quæstio restringebatur ad nonnullas exceptiones subreptionis, & obreptionis, quæ tanquam insubsistentes, visæ sunt prorsus eliminari ex infra dicendis; nam prima exceptio subreptionis opposita adversus primam gratiam dicti Joannis ob non expressam qualitatem curæ animarum incumbentis controverso Archidiaconatui, nullius est relevantiæ, quoniam constitit ex datis *in Summ. Joannis n.* 5. *lit. B. & 6.* Quod non nisi cura habitualis residet in dicto Archidiaconatu, dum actualis administratur per Vicarios Ecclesiæ Parochialis Podegrodiensis, longe ante

Sacrum

Sacrum Concilium Tridentinum eidem Archidiaconatui accessorie unitæ, testatur Reverendissimus Episcopus Cracovien. qui præsumitur bene informatus de statu Be-
7 neficiorum suæ Diœcesis, Rota decis. 484. num. 15. coram Buratto, dec. 192. num 5 part. 18. recent. & dictum fuit in Novarien. portionum 4. Julii 1696. §. non resistente, coram me, & comprobat modernus Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ Cracovien.

Quo stante, literæ Apostolicæ primæ gratiæ redargui nequeunt de subreptione, cum de cura habituali tanquam impropria, nulla sit facienda mentio pro validitate gratiæ,
7 ut bene explicat Barbos. de Paroch. part. 1. cap. 1. n. 49. & unum casum ab altero distinguendo tradit Card. de Luc. de benefic. disc. 55. n. 17. & 18. Lotter. de re benefic. lib. 3. qu 7. n. 18. cum tribus seqq. Cassador. dec. 12. de prabend. Adden. ad Greg dec. 450. num. 10. ea accedente ratione,
8 quod hujusmodi cura habitualis, & accessoria non habetur in consideratione ad qualificandum Beneficium, ut curatum, ad effectum faciendi mentionem de tali cura habituali, ut explicat præcitatus Lotter. de re benefic. d. lib. 3. qu. 7. a num. 18. ad n. 22 præsertim quando, prout hic, illemet, qui excipit de subreptione ex hoc capite non factæ expressionis curæ, laborat eodem defectu in sua provisione, ut in simili advertit Card. de
9 Luca de pension. disc. 38. sub n. 4. vers. idque in hac facti specie Rot. coram Ninot. dec. 22 in f. n.

Ulterius Domini existimarunt versari extra omnem difficultatem attentis literis secundæ gratiæ ejusdem Joannis Puczeck ubi narratum fuit, quod Andreas obtinuerat certo modo gratiam Apostolicam, ex quo ipse Joannes non expresserat Pontifici curam animarum incumbere dicto Archidiaconatui, & exinde fit etiam mentio de cura actuali, ibi, cuique cura actualis forsan imminet animarum; ex qua narrativa, nedum sanatur defectus prioris gratiæ, quatenus adesset: sed stante expressa mentione curæ actualis, quamvis dubitative facta, hoc superabundat, ut non requiratur ulterior justificatio,
10 Barbos. tract. var. dict. 126. n. 1. & 6. Gonzal. ad regul. 7. Cancellariæ gloss. 32. num. 10. & seqq. Rota coram Cæsare de Grass. dec. 2. n. 8. de probat. & coram Pœnia dec. 2. n. 8. de probat. & coram Pœnia dec. 1528. n. 9. & dec. 412. n. 3. part. 1. & dec. 119. n. 4. part. 11. rec.

Hinc minoris ponderis recognitæ fuerunt aliæ binæ exceptiones obreptionis; nam illa illicita, ex quo Joannes expresserat, obtinere duos Canonicatus ex dispensatione Apostolica, nullo de ea allato legitimo documento, corruere visa est: siquidem longæva possessio dd. Canonicorum, quemadmodum inducit vehementem præsumptionem, quod legitima intercesserit dispensatio, præsertim in Regionibus Poloniæ, ubi hujusmodi dispensationes sunt solitæ concedi per Summum Pontificem, ad tradita per Cochier. ad regul. 51. Cancell. n. 6.
11 ita transfundit onus probandi contrarium in Andream allegantem ex hoc capite obreptionem, tanquam suæ intentionis fundamentum, Rota coram Coccin. dec. 89.
12 n. 1. & 2. & coram Greg. decis. 108. num. 1. ibidem Adden. n. 12. & coram Alexandro VIII. dec. 165. n. 24. & seqq.

Eoque certius, quia cum Pontifex indulserit dicto Joanni retentionem unius ex dictis Canonicatibus cum Archidiaconatu, augetur præsumptio præcedentis dispensationis ex hoc facto positivo Papæ, quæ videtur sufficiens ad tollendam quamcunque obreptionem, ut distinguendo notat Paris. de resignat. lib. 3. qu. 6. sub n. 79. Ro-
13 ta coram Crescentio dec. 6. in fine de prabend. & decis. 765. n. 3. part. 1. divers.

Prout etiam non subsistit secunda, quod Joannes narraverit obtinere unicum tantum Beneficium simplex in Ecclesia Cathedrali Cracovien. non excedens valorem ducatorum 12. nec personalem requirens residentiam, cum cæteroquin sint duo simplicia Beneficia exposcentia residentiam; siquidem animadversum fuit, quod, licet antiquissimo tempore ex lege fundationis Beneficia Sanctorum Joannis, & Marthæ in Capella Grotoniana essent duo conferri solita distinctis personis, injuncta personali residentia arbitrio Episcopi, dispensanda, attamen ex post ob notabilem fructuum diminutionem præfata Beneficia fuerunt ad invicem unita, & tanquam de unico Beneficio fuerunt plures personæ successive provisæ, ut do-
14 ctum fuit ex juribus datis in dicto Summ. n. 5. lit. A. & n. 7. 8. & 9. Adeoque, cum per observantiam plusquam quadragenariam secuta fuerit immutatio status hujus Beneficii, per Text. in cap. cum de beneficio de praben. in 6. Rota coram Merlino dec. 118. & coram Buratt. dec. 636. utrobique num. 1. cum aliis relatis, per Rotam dec. 182. n. 15. part. 18. rec. nedum ad salvandam gratiam, ab obreptione, sed etiam ad illius verificationem sufficit expressio facta juxta ultimum statum, ad firmata per Rot. decis. 15
729. cor. Seraphino, & coram Priolo dec. 38. num. 4. dec. 233. n. 1. in fine part. 1. & dec. 162. n. 31. part. 12. & decis. 165. n. 7. part. 18. rec. Absque eo quod turbet valoris expressio in ducatis 12. ut apparet ex literis primæ gratiæ; nam cum fuerit correctus in aliis secundæ provisionis per expressionem in ducatis 24. hoc operatur, quod non sit opus alia verificatione, cum ex generali consuetudine, & ex concordatis Germaniæ, & Poloniæ, Beneficia illarum regionum non soleant exprimi nisi in 16
dictis ducatis 24. ad tradita per Nicolars ad Concordata Germaniæ tit. 2 de annat. §. 2. Rota coram Cerro dec. 400. n. 13. & dec. 572. n 2. & in puncto de Beneficiis Poloniæ firmavit Rota dec. 665. n. 4. part. 18. rec.

Sublatis itaque ex prædictis omnibus exceptionibus subreptionis, & obreptionis, assumentes DD. inspectionem secundæ gratiæ ab eodem Joanne cumulative obtentæ ad magis confovendum propria jura cum multiplicatione titulorum, quæ passim admittitur in Beneficialibus, juxta consil 7. Calderini de elect. quod sequi- 17
tur Rota ut in dec. 202. num. 21. cor. Cerro, & dec. 333. n. 6. part. 1. & dec. 370, n. 10. part. 13. & dec. 413. num. 15. part. 18. rec.

Animadverterunt, quod licet in eisdem literis fuerint narrati plures modi vacationis, cum tamen alternative legantur concepti, pro executione gratiæ sufficit, quod alter ex illis verificetur, juxta communem Theoricam, de qua Garz. de Benefic. part. 11. cap. 1. n. 68. cum 18
aliis relatis per Rosam de executione literarum Apostolicarum cap. 6. num. 31. Rota coram Dunoz. Sen. dec. 307. & Dunozet. jun. 337. utrobique n. 7. & coram Cerro dec. 711. num. 3.

Et proinde, prætermissis aliis modis vacationis, super quibus superfluum existimarunt immorari, concordes fuerunt, easdem literas secundæ gratiæ optime justificari in eo, quod Andreas non dimiserat possessionem Archidiaconatus ad formam decreti annullativi adjecti in ejus literis, sed novam possessionem de facto absque ullo mandato Judicis apprehendit, & retinere præsumpsit, ut probatum fuit ex datis in Summ. a n. 10. ad 14 quæ nova possessio, tanquam auctoritate propria expleta pendente lite, sicuti salvari nequit a nullitatis vitio, cum non aliter capi debebat, quam de manu Judicis executoris, ad tradita per Paris. de resignat. lib. 10. q. 6. n. 27. et 19
seqq. Ros de execut. literarum Apostolicarum cap 14. n. 173. Rota coram Alexandro VIII. dec. 194. n 1. Ita inficiari nequit, quominus ex indispensabili lege antedicti decreti Summi Pontificis induxerit vacationem controversi Archidiaconatus ibi -- alias præsens gratia nulla sit, & dictus Archidiaconatus vacet eo ipso.

Nec Andreas excusari valet ex motivo, quod cum ipse reperiretur in possessione vigore institutionis obtentæ ab Ordinario, potius censendum sit, illam continuasse mutato duntaxat Jure possidendi ex supervenienti titulo provisionis Apostolicæ, ad tradita per Rotam dec. 97. n. 20
4. cum seqq. & dec. 108. n. 1. part. 5. rec.

Quoniam placuit responsio, quod, cum gratia Andreæ non fuerit concessa in forma gratiosa, in quibus terminis fortasse opitulari potest verbalis dimissio, & admittitur continuatio ex novo titulo, juxta doctrinas in objecto allegatas; sed dicta gratia appareat in forma dignum, hoc sane in casu ex veriori Doctorum sensu requiritur illius justificatio coram certo executore, & ideo non admittitur verbalis renunciatio antiquæ possessionis, multoque minus nova apprehensio propria auctoritate, seu continuatio ex supervenienti titulo; sed possessio capi debet de manu executoris, cui reperiuntur directæ literæ Apostolicæ, ut distinguendo, & reprobando contrarias auctoritates, relatis concordantibus in puncto, firmavit Rota coram Cerro dec. 227. n. 21. a 25. & ratio 21
est evidens, quia gratia in forma dignum non dicitur vera collatio, seu provisio, sed mandatum de providendo, tribuens duntaxat actionem implorandi officium Judicis, verificatis verificandis, ut tradit Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 8. n. 138. seqq. Rebuff. in prax. tit. de re- 22
script. in forma dignum num. 2. & 3. & prosequitur Rota coram Cerro d. dec. 227. n. 24.

Constituto itaque ex hucusq; dictis de verificatione lite-

ratum Apostolicarum utriusque gratiæ Joannis Puezeck in necessarium consequens patuit responsio negativa ad secundam dubii partem, respicientem novas literas dicti Andreæ, quia, cum non in alio fundetur, quam in prætensa subreptione, & obreptione ambarum provisionum dicti Puezeck, sicuti fuerunt vindicatæ ab omnibus defectibus oppositis, ita excludunt literas dicti Andreæ, quæ, utpote innixæ falsis suppositis, nullam merentur executionem ex vulgatis.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Cracovien. Archidiaconatus,

Merc. 26. Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Præcedens confirmat Decisio.

SUMMARIUM.

1 *Quando literæ gratiæ subreptionis vitio possunt notari, vitiantur, & fit locus novæ gratiæ.*

2 *Per longævam 40. annorum observantiam fit mutatio status Beneficii.*

3 *Expressio facta juxta ultimum statum Beneficii sufficit pro justificatione gratiæ.*

4 *Et suffragatur ad salvandam gratiam a subreptione.*

5 *Ultimus status Beneficii non est attendendus quando ex ostensione Instrumenti fundationis contrarium ostenditur.*

6 *Fallit 1. quando adest longæva observantia 40. annorum, n. 7.*

8 *Fallit 2. ubi inevidenter tractatur de qualitate Beneficii ad effectum salvandi expressionem a vitio subreptionis.*

9 *Imperranti gratiam eo sub fundamento, quod alter falsam fecerit narrationem, concludenter onus incumbit probandi subreptionem fuisse dolose, & mala fide inductam.*

10 *Exceptio subreptionis quando non est clara, nunquam retardare solet executionem literarum gratiæ.*

11 *Ad irritandam gratiam non sufficit probare aliquid fuisse tacitum, nisi etiam probetur, quod si fuisset expressum potuisset reddere Pontificem difficiliorem ad concedendam gratiam.*

12 *Pro sustinenda gratia semper in dubio fieri debet benignior interpretatio.*

13 *Ex lege fundationis etiam in Beneficiis simplicibus potest inhærere præcisa necessitas residendi.*

14 *Actus facultativi non faciunt statum.*

15 *Narrativa falsa, quænec movit concedentem, neque est dolosa, non vitiat gratiam etiam in rescriptis gratiosis.*

16 *Residentiæ onus intelligitur in dubio de residentia causativa, qua incompatibilitatem non inducit.*

DECISIO IX.

Ex iisdem fundamentis, quibus die 19. Aprilis proxime præteriti fuerat coram me decisum, literas Apostolicas Joannis Puezeck esse exequendas, posthabitis aliis novis literis impetratis ab Andrea Zielopolski super controverso Archidiaconatu, hodie Domini censuerunt standum esse in decisis.

Præmisso enim, quod hodierna controversia inter partes collitigantes restricta fuit circa articulum, an in literis Apostolicis expeditis a D. Joanne adesset, nec ne subreptio, vel falsa expressio cujusdam beneficii simplicis ab eodem obtenti, & de tempore gratiæ controversi Archidiaconatus possessi, itaut, quatenus literæ d. Joannis convincerentur subreptitiæ, vitiaretur gratia Archidiaconatus juxta communem sensum Canonistarum, ad
1 tradita per Abb. *in cap. ad aures de rescriptis num. 4.* per Decium *in cap Postulasti eod. tit.* ibique Felin Fagnan. *in cap. super literis de rescript.* Oldrad. *de rescr. prælud. 9. num. 55.* Alex. *cons. 161. vol. 7.* Lotter. *de re benef. lib. 2. cap. 54. n. 14.* Ros. *de execut. liter. Apost. cap. 2. n. 26. per tot.* Rot. *dec. 162. n. 25. part. 12. rec.* & proinde fieret locus novæ gratiæ super eodem Archidiaconatu impetratæ sub certo modo ad Andrea Zielopolski.

Ideo reassumpta indagine super hoc particulari emergenti, quamvis defensores d. Andreæ nimis se diffunderent super verificatione dd. literarum sub certo modo impetratarum a d. Andrea sub præcipuo fundamento, quod Joannes in suis literis falso narraverit unicum possidere simplex beneficium nullam requirens residentiam, quando vere non unum, sed duo sint beneficia requirentia præcisam residentiam callide sublicitam; Nihilominus iterum DD. animadverterunt, quod quidquid sit, an antiquis temporibus, & in sui primordio ex lege fundationis beneficia S. Joannis, & S. Matthæ essent duo beneficia solita conferri diversis personis, est certum, quod cursu temporis, vel ob notabilem fructuum diminutionem, vel alia de causa dd. duo beneficia coaluerunt in unum, & tanquam de beneficio simplici successive fuerunt plures personæ provisæ, ut doctum fuit *in præterito Summ. juxta numeros relatos in decis. quæ revidetur §. Pront etiam*, ubi bene firmatur per longævam observantiam excedentem metam 40. annorum fuisse mutatum statum dd. duorum beneficiorum in unum simplex.

Quamobrem literæ d. Joannis Puezeck obtentæ super Archidiaconatu cum expressione, quod possidebat unicum simplex beneficium, non possunt redargui de subreptione, quia expressio d. beneficii, uti facta juxta ultimum statum, nedum sufficit pro justificatione gratiæ, 3
per Textum *in cap. querelam 24. de elect. cap. consultationibus 19. de jur. patr. capit. cum Eccl. Sutrina 3. de caus. possess. et propr.* Marescott. *var. resol. lib. 1. qu. 34. num. 4.* Rot. coram Gregor. *dec. 482. num. 7.* & coram Seraph. *dec. 1229. n. 2.* & coram Buratt. *dec. 776.* & coram Duran. *dec. 208. n. 6. & dec. 544. num. 5. part. 4. et dec. 201. num. 8. part. 7. rec.* & dictum fuit *in Mediol. Præpositura 4. Julii 1692. §. fundamentum*, coram me. Verum etiam procul dubio 4
abunde suffragatur ad salvandam gratiam Archidiaconatus a subreptione, ad tradita per Rot. cor. Pen. *dec. 1337. num. 4. & seqq.* coram Seraph. *dec. 729. n. 1. & decis. 1229. n. 3.* & coram Caval. *decis. 450. n. 8. & dec. 234. n. 1. in fin. p. 1. & dec. 162. n. 31. p. 12. rec.*

Non juvante replicatione, quod ultimus status dicti beneficii non sit attendendus, quando, prout hic, ex ostenso Instrumento fundationis clare constat beneficia fuisse duo, cum in hoc casu stari debeat veritati anterioris status absorbentis posteriorem, per Text. *in cap. cum de benef.* ubi glos. 5
de præbend. in 6. Lotter. *de re benefic. qu. 34. num. 35. lib. 1.* Rot. *dec. 374. num. 6. part. 1. & dec. 181. n. 13. part. 18. rec.* cum aliis in objecto allegatis, quibus addi potest decisio in *Novar. Portionum §. Nec adversatur novissime edita sub eadem die 26. Jun. anni curr.* coram me.

Quoniam quidquid sit de quæstione in genere, an, & quando anterior status clare probatus præjudicet posteriori, de qua late tractant Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 34. per tot.* & Ros. *de execut. lit. Apost. cap. 6. n. 96.* est certum, quod objectum fundatum in clara probatione anterioris status non officit in præsenti hypothesi.

Tum quia, ut dictum est, anterior status beneficii possessi a d. Joanne de tempore obtentæ gratiæ super Archidiaconatu remanserat præscriptus, vel immutatus per longum tempus lapsum 40. annorum, ut probatur *in dec. quæ revidetur §. prout*; Tum quia per contrariam observantiam 6
providendi dd. duo beneficia S. Joannis, & S. Matthæ, tanquam unum beneficium, nequit negari, quin anterior status saltem reddatur dubius, quo casu semper est attendendus ultimus, ut bene dictum fuit in *d. Mediol. Præpositura 4. Julii 1692. §. certius*, coram me; Tum fortius 7
quia præsens quæstio principaliter non versatur circa collationem ejusdem beneficii per unicitatem expressi in literis diversæ gratiæ super Archidiaconatu, & proinde formalis inspectio circa primum, vel ultimum statum beneficii videtur potius extranea & subintrat altera conclusio, quod quando incidenter tractatur de qualitate beneficii, & an sint duo, vel unum, ad effectum salvandi expressionem bona fide factam a vitio subreptionis, sufficit ultimus status, qui est unice attendendus, ut ultra doctrinas relatas *in §. quamobrem* tradunt Calderin. *cons. 23. de præbend.* Bald. *cons. 437. lib. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 45. §. 2. n. 15.* 8
& seqq. Rota *decis. 14. de jurepatr. & dec. 49. de rescript. in antiq. & bene*, cor. Duran. *dec. 377. n. 6.*

Quinimo, cum Andreas Zielopolski suam novam gratiam impetraverit sub certo modo, nempe, quod Joannes 9
Puezeck falso narraverit obtinere unicum beneficium non residentiale, eidem propterea incumbit onus concludenter probandi prætensam subreptionem fuisse dolose, & cum mala fide inductam, ut bene firmat Fagnan. *in cap. super literis de rescriptis*, Rot. coram Greg. *dec. 108. n. 1. & seqq.* ibique Adden. *num. 12.* & coram Alexandr. VIII. *dec. 165. n. 24.* & coram Dunozett. *dec. 825. num. 17. & dec. 131. n. 7. part. 11. rec.* ita ut simplex exceptio subreptionis, quando ista non est clara, nunquam retardare soleat executionem literarum Apostolicarum, sed rejicienda est ad petitorium, Rota coram Royas *decis. 337. n. 10.* Bich. *dec.* 10

455.

455. *n.* 57. *& dec.* 236. *in fine*, late Rosas *de execut. literar. Apost. cap.* 5. *n.* 117. ubi quod in hac materia non est satis probare aliquid fuisse tacitum, nisi etiam probetur, quod si fuisset expressum, potuisset reddere Pontificem
11 difficiliorem ad concedendam gratiam, Felin. *in capit. super literas n.* 18. *de rescript.* Spad. *cons.* 82. *n.* 2. Trentacinq. *resol.* 5. *n.* 23. pro qua sustinenda semper in du-
12 bio fieri debet benignior interpretatio, Rota *d. cap.* 5. *n.* 52. & Rot. coram Dunoz. *dec.* 367. *n.* 17.

Atque ex his hucusque firmatis corruere etiam visum est alterum caput subreptionis desumptum ex reticita qualitate residentiali annexa dicto beneficio a Joanne possesso; Quoniam, licet beneficiis simplicibus ex lege fundationis possit inhaerere praecisa necessitas resi-
13 dendi, Abb. *in cap. ult. sub num.* 5. *vers. nam gratia de Cleric. non resident.* ibique Imol. *n.* 13. Zabarell. *cons.* 3. *sub n.* 5. Lotter. *de re benef. qu.* 23. *n.* 12. Rota *dec.* 489. *n.* 2. *part.* 2. *rec.* & coram Bich. *dec.* 13. *n.* 5. tamen in casu nostro nullibi apparet fuisse adjectum tale praecisum onus residendi possessori ejusdem beneficii, quinimo ex visitationibus datis *in contrario Summ.* colligitur d. onus residentiale esse repositum in arbitrio Episcopi cum facultate dispensandi possessorem a residentia, quo casu nunquam dicitur inducta qualitas praecisa residendi,
14 & contrarium dicenti incumbit onus probandi concludenter, ut firmavit in puncto Rota coram Merlin. *dec.* 825. *n.* 34. *& dec.* 162. *n.* 20. *part.* 12. *rec.*

Potissimum quia, cum dictus Joannes possederit di-
15 ctum beneficium absque ulla residentia, sciente, & patiente Episcopo, vel dicendum est, quod fuerit dispensatus ab onere residendi, vel illius bona fides non residendi cum scientia, & patientia d. Episcopi eum excuset a subreptione, seu falsa expressione qualitatis non residentialis, ad tradita per Fagnan. *in cap. super literis de rescript. n.* 52. & Put. *decis.* 536. *n.* 3. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* & generale est, quod in dubio onus residendi intelligitur de residentia causativa, quae incompatibilitatem non inducit, ex optima ratione, quod satis est, ut Beneficiatus careat fructibus, nisi resideat, juxta theori-
16 cam Butrii *in cap. final. n.* 7. *de Cler. non resident.* ibique Innoc. & Joan. Andr. *n.* 6. Grat. *discept. for.* 133. *n.* 25. Hodier. *de incompatibil. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 34. Rot. coram Bich. *dec.* 13. *n.* 8. 9. 10. *& dec.* 483. *sub n.* 2. *part.* 1. *divers. & dec.* 489. *num.* 3. *part.* 2. *rec.*

Et ita per Dominos approbantes iterum caetera fundamenta praeteritae decisionis utraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Majoricen. Praecentoriae.

Lun. 2. *Decembris* 1693.

ARGUMENTUM.

Subrogatio gratiosa collitiganti conceditur per mortem alterius collitigantis, dummodo tamen adsit lis super beneficii titulo, non autem super sola possessione, quodque lis non fuerit calumniosa, & collitigans non reperiatur in gravescenti aetate. Ad d. tamen effectum lis super titulo beneficii dicitur extare ex commissione, in qua adsint clausulae, *quam & quas una cum incidend. dependent. emergend. annexis, & connexis*, licet in commissione simpliciter narratae fuerint molestationes super sola possessione beneficii; justitia vero litis ex qualibet causa levi, & colorata probatur, senectutis autem animadversio excluditur, si adsit causa, ex qua removeatur suspicio fraudis, ad declarationem *disc.* 1. *& disc.* 77. *de benef.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in judicatum, si in primo anno commissio impetrata fuerit, & effecta communis per citationem ad dicendum contra, & in secundo anno prosecuta fuerit lis.*
2 *Res judicata pro veritate habetur.*
3 *Et ligat nedum cedentem, sed & cessionarium.*
4 *In vim subrogationis gratiose debetur immissio docta de Clericatu, & de litis introductione, & n.* 5.
6 *Ad effectum ut exequenda sit subrogatio gratiosa debet constare de lite super titulo beneficii, nec sufficit, si adsit super sola possessione.*
7 *Dicitur constare de lite super titulo beneficii, si in missione adsint clausulae* cum omnibus, & singulis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, *ac quam, & quas.*
8 *Etsi causa fuisset introducta super possessorio.*
9 *Lis dicitur inducta super titulo beneficii, si provisus illud petat tanquam suum, & collatum, non autem tanquam conferendum.*
Enunciativa super impetratione incidente emissa, & ad colorandam possessionem non sufficiunt ad probandam litem super titulo beneficii, si clare constet incidenter tantummodo fuisse facta; secus autem, si ille appareant in ipsa commissione litis inchoativa, & praegnantibus clausulis munita.
10 *Juxta opinionem antiquam ad inducendam litem super titulo beneficii exigebatur ultra clausulas praegnantes deductio petitorii in impetratione commissionis obtenta ex causa molestationis in possessione beneficii.*
Juxta vero opinionem modernam talis mentio minime requiritur, n. 11. 12. *&* 13.
14 *Ex regula* 31. *Cancellariae irritantur omnes commissiones, & processus facti literis non expeditis, atque inefficacem reddit litem pro impetranda subrogatione gratiosa.*
15 *Id tamen locum habet, si commissio impetretur ab ipso collitigante, qui deinde gratiosam subrogationem obtinuit; secus autem, si lis introducatur ab eo, qui literas habet, quia tunc lis super beneficii titulo dicitur introducta, quamvis alter eodem careat, cum in subrogationis materia gesta ad instantiam unius alteri collitiganti prosint, n.* 16.
17 *Lis calumniosa causam non praebet concedendi subrogationem gratiosam.*
18 *Ad effectum exequendi subrogationem quaelibet causa licet levis, & colorata sufficit ad excludendam calumniam litis introductae.*
19 *Nam calumnia debet esse evidens, atque notorie constans, ut nullo colore adumbrari possit.*
20 *De jure datur simultanea collatio Episcopi cum Capitulo.*
21 *Ignorantia semper praesumitur.*
22 *Simplex credulitas suffragatur ad effectum excludendi calumniam.*
23 *Regula de subrogandis excludit impetrantes beneficia viventium, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem imminet vitae periculum, cum tales impetrantes improbi praesumantur litigatores, & non fovere bonum Jus.*
24 *Dicta regula est fundata in praesumpta fraude, & sic ubi excludi possit suspicio illius cessat regulae dispositio.*

DECISIO X.

Sub narrativa, quod Michael Balester ex impetratione certo modo facta Praecentoriae dignitatis in Ecclesia Cathedrali Majoricen. per obitum extra Curiam Antonii Cottoner molestare se jactasset Fridericum Sancellonum ab Ordinario de eadem dignitate provisum, atque in quieta, & pacifica possessione praeexistentem, obtinuit iste hujusmodi jactationes Tribunali nostro committi cum omnibus, & singulis incidentibus, & emergentibus, toto negotio principali, ac clausula, *quam, et quas*, expedirique curavit solitas literas citatoriales, & easdem in partibus Michaeli praesentari: sed paulo post in hoc statu defuncto, Michael collitigans superstes gratiosam subrogationem in illius Juribus ab eadem S. Sede reportavit; & opinante iterum Ordinario Praecentoriam adhuc esse ejus liberae collationis, contulit eandem Christophoro Fiol, inter quem, & Michaelem gratiose subrogatum contentione renovata coram R. P. D. meo Caprara praeviis Decisionibus editis sub diebus 3. Julii 1690. & 26. Junii 1691. prodiit Sententia Rotalis immissionem Michaeli decernens ad nominatam dignitatem, cujus Sententiae executio cum deinde praeservata fuerit per Signaturam Justitiae cum clausula *Sine praejudicio*, ac Christophorus in manibus Sanctissimi ejus Jura cessferit, atque se in illis subrogari obtinuerit Joannes nepos post lapsum, nedum anni, sed biennii, & ultra, reassumpta fuit inter hunc, & Michaelem disputatio in Audientia diei 17. Junii superioris anni sub dubio, *An constet de re judicata, seu Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & Patres tunc resolutione ad Kal. dilata, tandem hodie de re judicata constare existimarunt, moti ex praenotato temporis lapsu, quo attento, cum nihil fuerit in causa actum, statim res judicata insurgit ad Text. *in cap. cum sit Romana de appellationibus*, Rot. coram Celso *dec.* 328. *num.* 14. coram Cerro *decis.* 505. 1
num. 2.

num. 2. *et in Toletana Decimarum de Capilla* 9. *Junii* 1692. §. *Subsistit*, coram bon. me. Benincasa, *ac in Majoricen. Vicariæ super re judicata* 22. *Junii* 1695. §. *Moti, siquidem*, coram me. Et Sententia hujusmodi in judicatum
2 transacta pro veritate habetur *l. res judicata ff. de reg. Jur. l. Ingenuum ff. de stat. homin.* Surd. *cons.* 61. *n.* 2. *cum seq.* Rot. *in rec. dec.* 425. *n.* 19 *part.* 5. ligatque nedum Christophorum cedentem, sed ipsum Joannem cessionarium, qui ab illo Jus suum metitur, ex regul. Text. *in l. nemo plus Ju-*
3 *ris ff. de regul. Juris Emptor.* ubi Bald. *C. de heredit. action.* Rota *in recent. dec.* 117. *n.* 12. *part.* 18. & coram Card. Cerro *dec.* 355. *num.* 7.

Attenta signanter ejusdem Sententiæ immissivæ Justitia, cum super validitate quæstio non fiat derivante ex eo, quod constat de Clericatu Michaelis, de obitu in possessione Sancelloni non controversis, atque de lite inter ipsos introducta ex mentionata commissione, ut supra expedita, præsentata, & reproducta juxta *Clementi-*
4 *nam* 2. *ut lite pendente* ubi gloss. & DD. Rot. coram Durano *dec.* 38. *n.* 7. coram Buratt. *dec.* 927. *nu.* 3. coram Bich. *dec. n.* 4. & coram San. Mem. Alexandro VIII. *dec.* 140. *n.* 7. quæ sunt requisita necessaria ad obtinendam immissionem vigore subrogationis gratiosæ, Rot. coram Moedan.
5 *dec.* 10. *n.* 1. *cum seqq. ut lite pendente* coram Gregor. *decis.* 307. *num.* 1. cum aliis coram Bich. *decis.* 187. *num.* 2. coram Card. Cerro *dec.* 27. *pariter n.* 1. *& in Papien. Beneficii* 20. *Novembris* 1645. coram Card. Corrado *impress. penes Contrarium discept. forens.* 15.

Neque relatæ Sententiæ Justitiam in aliquo perturbare visæ fuerunt exceptiones pleno calamo per defensores Joannis repetitæ; non quidem prima, quod nulla lis inter Michaelem gratiose subrogatum, & Sancellonum defunctum intercesserit super Beneficii titulo, prout in hoc
6 casu requirit Text. *in capite secundo, ut lite pendente in* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *n.* 114. Rota *in recent. dec.* 427. *num.* 1. *part.* 18. *& in Vicen. Benef.* 19. *Januarii* 1693. §. *In nihilo refragante*, coram R. P. D. meo Molines, *sed duntaxat super illius possessione, quod Beneficium non reddere litigiosum, & subrogationi affectum a vertunt ex theorica* gloss. *in c.* 1. *verb. litigiose de confirm. util. vel inut.* Rof. *de execut. cap.* 16. *num.* 125. Rot. *in rec. dec.* 339. *n.* 1. *part.* 10. & coram Greg. *dec.* 335. *n.* 5. nam quod revera lis fuerit super Beneficii tit. ne dum resultat ex efficacibus clausulis in Commissione ut supra appositis *cum omnibus, & singulis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas*, ex quibus introductam fuisse litem, quoque super Beneficii titulo constanter tenuit Rota, ut de clausula, *quam, & quas in decisione* Mobedan.
7 *sexta* post Med. *verf. insuper de rescript.* coram Cavaler. *dec.* 20. *n.* 5. coram Gregor. *dec.* 125. *num.* 15 coram Celso *decisione* 179. *numer. sexto* coram Carillo *decisione* 135. *num. septimo* coram Bich. *decisione* 187. *n.* 14. coram Cerr. *decisione vigesima septima numero sexto in recentior. decisione* 306. *num. primo, parte prima, decisione* 455. *num.* 2. *parte secunda, decis.* 263. *numero decimo, parte decima octava, decisione* 146. *num. trigesimo quinto cum seq. & decisione* 205. *numero decimo quarto, parte nona in Calagurritana Beneficii* 3. *Martii* 1662. §. *lis vero*, coram Bevilaqua, *& in Valentina Beneficii* 12. *Decembris* 1692. §. *Nihil enim*, coram Reverendissimo Turonen. ac de clausula *cum omnibus incidentibus, & dependentibus annexis, & connexis* coram Cassadoro *decis.* 9 *num.* 13. *de caus. poss. & prop.* coram Cavalerio *d. decis.* 200. *n.* 5. coram Dunozet. jun. *dec.* 367. *n.* 9. *& trigesimo*, coram Bich. *decis.*
8 187. *num.* 14. coram Cerro *d. dec.* 27. *num.* 6. *in rec. decis.* 342. *numer.* 2. *part.* 1. ubi licet causa fuisset introducta super possessorio, & de clausula *cum toto negotio principali*, coram Verall. *decis.* 162. *per tot. part.* 1. & coram Cerro *cit. dec.* 27. *num.* 6.

Sed etiam ex quo commissio obtenta fuit ex causa impetrationis Beneficii certo modo factæ per Michaelem, & ad finem se eximendi a quibuscunque molestiis super ipso Beneficio inferendis, de quo se ab Ordinario provisum narravit; tunc enim censetur omne Jus deductum in Judicio, atque lis super Beneficii titulo pariter illata, prout
9 considerat Rota coram San. Mem. Alexandro VIII. *decis.* 140. *numero septimo, & octavo*, coram Cardin. Cerro *dec.* 27. *numero octavo, & in dicta Papien. Beneficii* §. *Accedit etiam*, coram Cardinal. Corrado: Minime attento quod enunciativa istarum impetrationis, & provisionis fuerit incidenter emissa, atque etiam respectu secundæ pro possessione Beneficii colorandæ ex *dec.* 335. & coram Gregor. *decis.* 85. *num.* 5. *&* 7. *part.* 6. nam in illarum casu constabat incidenter fuisse factam, & quidem in prosecutione litis, quod secus se habet in præsenti ob narrativam factam in ipsa commissione excitatoria, & inchoativa litis cum tot ponderatis clausulis, ut supra præmunita.

Et hic quicquam non obstat, quod in hac commissione simpliciter expositæ fuerint molestationes meram possessionem Beneficii respicientes, ut exinde possessorium duntaxat fuerit in lite deductum, nullatenus tamen petitorium concernens ipsius Beneficii titulum, de quo habita non fuit in commissione mentio, neque in progressu litis speciem deductum, prout hoc de necesse requiri etiam in concursu supradictarum clausularum putat his 10
terminis Adden. ad Gregor. *decis.* 126. *num.* 18. & generaliter Rota *in recent. decis.* 85. *num.* 5. *part.* 6. post Pacific. *de Salviano interdict. decis.* 68. *num.* 12. & coram Seraphin. *decis.* 1013. *num.* 3. Quoniam licet expositæ fuerunt in commissionis exordio molestationes super possessione istius Beneficii, cum in conclusione tamen postulatum fuerit causam committi non restrictive ad hujusmodi molestationes super ipsa possessione tantum, sed generaliter, & indefinite super omnibus, etiam incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, & connexis, totoque negotio principali superaddita clausula, *quam, & quas*, ac mentione impetrationis, & provisionis utriusque collitigantis censetur Judicium, tam possessorium, quam petitorium in commissione compre- 11
hensum; atque etiam in Judicio deductum, ex firmatis per Rot. *in decis.* 9. *de Causis possess. & propriet. in novis*, coram Cavaler. *decis.* 220. *numero quarto*, coram Merlin. *decis.* 73. *numero sexto*, coram Cerro *dec.* 27. *num.* 3. *&* 4. *& bene in d. Papien. Beneficii* §. *Nam in princ.* cor. Corrado.

Deductio autem petitorii ad speciem, vel ex prædictis abundanter resultat, & signanter ex recensita mentione habita impetrationis, & provisionis, vel saltem necessaria non fuit ob efficaciam relatarum clausularum, qua attenta, nunquam Rota in modernis decisionibus hanc petitorii deductionem ad speciem requisivit, ut 12
apposite objecto, Adden. ad Gregor. respondit Rosa *de execut. literarum Apostolicarum cap.* 16. *n.* 129. quinimo auctoritates in objecto adductæ procedunt in diversis terminis, ac loquuntur de simplici clausula, *quam, &*
quas, non concurrentibus aliis potentioribus cum inci- 13
dentibus, emergentibus totoque negotio principali, ut in hypothesi, quæ nullam specificationem petitorii exquirunt, sicuti etiam declarat Rof. *de execut. literarum Apostolicarum d. cap.* 16. *n.* 127.

Prout similiter non urget, quod Michael vivente Sancellono literas Apostolicas ejus impetrationis non expedivetit, sed post illius obitum; nam tametsi Regula 31. Cancellariæ irritet omnes commissiones, & processus factos literis non expeditis, ut in specie de commissione 14
jactationis, jactationum, Mandof. *ad d. Regulam numero* 9. *&* 71. *in fin.* atque inefficacem reddat litem pro reportanda subrogatione gratiosa, ex Rot. coram Manzaned. *decis.* 896. *num.* 3. *&* 4. *& in Leodien. Præpositura* 16. *Februarii* 1685. §. *Ad concludendum*, coram bo. memor. Albergat. *&* 21. *Decembris* 1686. §. *Sane enim*, coram bonæ memoriæ Benincasa. Id tamen locum sibi vindicat quoties commissio impetratur ab ipso colliti- 15
gante, qui deinde gratiosam subrogationem obtinuit; nam cum non haberet titulum, sed duntaxat Jus ad rem ob supplicationem signatam non præexisteret materia, super qua lis posset induci, ex traditis per Rotam coram Bich. *decis.* 87. *numer.* 8. *&* 9. *cum aliis in recentior. decis.* 427. *numero* 27. *cum seqq. part.* 18. Secus autem in hoc casu, quoties commissio jactationis, jactationum impetrata non fuit a collitigante literis Apostolicis destituto, sed ab altero provisionem Apostolicam, seu Ordinarii, prout Sancellono habente ac se declarari postulante verum Beneficii titularem; tunc enim lis super titulo dicitur introducta, quamvis alter eodem careat, cum in subrogationis materia gesta ad instantiam unius partis alteri collitiganti prosint, ut æqualitas servetur, & nihil interest, an ex parte rei, seu actoris lis super Beneficii titulo fuerit inchoata, jux- 16
ta theoricam gloss. *communiter receptam in capit.* 2. *ut lite pendente*, Rosa *de execut. literarum Apostolicarum cap.* 16. *numer.* 121. *post med.* Adden. ad Gregor. *dec.*
305.

305. *sub num.* 8. & Rota coram Bich. *dict. dec.* 187. *n.* 13. *& 14. in sæpe dicta Papien. Benef.* §. *Minus relevat*, coram Card. Cotrado.

Minus adversatur secunda exceptio, quod lis, de qua agitur, fuerit calumniosa, eo quod Michael pro reportanda hujusmodi Præcentoriæ gratia Papæ falso narravit illam esse simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli, quodque solis Canonicis vigore antiquissimi
17 Statuti per Sedem Apostolicam confirmati conferri debuerit, qua calumnia attenta, subrogatio gratiosa denegetur, & concessa non sustineatur, Mandos. *ad reg. de subrogat. quæst.* 11. *num.* 6. Rota coram Dunoz. jun. *decis.* 97. *num.* 9. *in rec. dec.* 427. *num.* 5. *part.* 18: *& in Melevitana Parochialis* 5. *Decembris* 1691. coram Reverendissimo Turonen. *&* 13. *Aprilis* 1693. *utrobique* §. *final.* cor. R. P. D. meo Caprara. Etenim cum hodie non agatur de executione dictæ gratiæ, in qua ad unguem verificari debuissent exposita, neque pro decidenda controversia super qualitate ipsius collationis, tam activæ, quam passivæ, sed ad effectum duntaxat judicandi an lis fuerit calumniosa, quo enim casu satis est pro excusando hoc crimine signanter ad effectum gratiosæ subrogationis, quælibet causa licet levis, &
18 colorata, ut advertunt Rebuff. *in prax. super regulam de subrog. gloss.* 7. *num.* 3. Rota apud Marchesf. *de Commissione tom.* 2. *fol.* 506. *num.* 3. *in rec. dec.* 342. *num.* 7. *part.* 1. coram Bich. *decis* 187. *num.* 7. coram Card. Cerro *decis.* 27. *num.* 12. *& in Valentina Benefic.* 4. *Julii* 1692. §. *Neque hic valet*, coram Reverendissimo Hervault. Nam calumnia debet esse evidens, atque taliter notorie constans, ut nullo colore adumbrari possit, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *qu.* 20. *n.* 110. *cum seq.*
19 Adden. ad Greg. *dec.* 427. *num.* 7. Rota coram Buratt. *decis.* 927. *num.* 10. coram Bich. *dec.* 287. *num.* 32. & coram Card. Cerro *d. dec.* 17. *n.* 13.

Concurrit in contingentia præsentis casus sufficiens causa, nec non abest evidens, & notoria calumnia, tam ex eo, quod impetratio per Michaelem facta fuit de consensu, & mandato totius Capituli, in quo præsumi non potest calumniandi animus, ut advertit secunda Decisio hujus Causæ Reverendissimi Patris Domini mei Capraræ §. *Quod autem*, quam, ex quo respectu activæ simultaneæ collationis Episcopi cum Ca-
20 pitulo eadem competit de Jure, ex traditis per Card. de Luca *de Benefic. disc.* 30. *num.* 15. & Rota *in rec. dec.* 156. 207. 278. *&* 304. *part.* 12. Non adversante contraria consuetudine istius Ecclesiæ in provisionibus dignitatum canonizata *in decis.* 675. *part.* 4. *divers. & decis* 1378. 1423. coram Coccin. cum nullibi probetur in Michaele illius, & decisionum notitia prout necessaria erat, cum semper ignorantia præsumitur *leg. ejus ff. de probat. leg. penult. Cod. de evict.* Roja coram
21 Coccin. *decis.* 1151. *num.* 6. & quoad collationem passivam Canonicorum Michael motus fuit ad illam narrandum ex antiquissimo Statuto Ecclesiæ Majoricen. per Episcopum, & Capitulum unitim condito de Anno 1276. ubi præscribitur hujusmodi dignitates conferri debere solis Canonicis, & licet deficiat confirmatio Apostolica istius Statuti in narrativa impetrationis expressa, Michael tamen eandem credere potuit accessisse, vel ex antiquitate temporis 400. circiter annorum, seu ex Statuti observantia desumpta tam ex depositionibus testium, quam ex collationibus secutis,
22 hancque credulitatem suffragari late expendit *d.* 2. *Decisio* R. P. D. mei Capraræ §. *Et quamvis*.

Demum nullius roboris iterum apparuit tertia exceptio fundata in gravescenti ætate, aliisque ægritudinibus Sancelloni, ut Michael Præcentoriam impetraverit sub spe gratiosam subrogationem de brevi obtinendi, resistente eadem regula 29. de subrogandis exclusiva impetrantium hujusmodi Beneficia, cum tales impetrantes præsumantur improbi litigatores, & non fovere bonum Jus, ut advertit Sarnen. *super eadem re-*
23 *gula quæst.* 16. *num.* 2. & Rota coram Bichio *dec.* 185. *numer.* 36. *cum seq.* tum ex quo Michael, ut dictum fuit, credidit Præcentoriam conferri debere uni ex Canonicis ad formam præcitati Statuti, quam ex quo consensum a Capitulo pro hujusmodi provisione reportaverat antequam secuta fuisset provisio Episcopi in personam Sancelloni, & per consequens antequam idem Michael scire posset, an persona ab Episcopo providenda esset senex, vel juvenis, valetudinarius, vel validus, unde ex his fraudandi animus desumi non potest, in quo fundatur regulæ rigor ex Rota coram Bichio *d. dec.* 187. *num.* 39. *& seq & in Bituntina Jurisd. patr. super subrogatione* 5. *Julii* 1688. §. *Etenim*, coram R. P. D. meo Ursino *cum aliis in* 2. *Decisione* R. P. D. mei Capraræ §. *Finali*.

Et ita conclusum utraque.

R. P. D. HERVAULT.

Senogallien. Capellaniæ.

Lunæ 1. *Julii* 1686.

ARGUMENTUM.

Capellano in Capellania manuali non datur manutentio, cum ad beneplacitum Domini possit removeri, dummodo remotio non fiat ex odio, quod est justificandum cum de Jure non præsumatur, pluraque alia in hac decisione traduntur in ornatum *disc.* 80. *& disc.* 67. Card. de Luca *de benef.*

SUMMARIUM.

1 *Capellanus in Capellania manuali amovibilis removeri potest, etiam nulla urgente causa.*
2 *Hinc Capellano ejecto nulla dantur remedia possessoria.*
3 *Capellanus amovibilis removeri non potest, ubi dolose remotio sequatur.*
4 *Dolus de Jure non præsumitur, & ad d. effectum plenissime est justificandus.*
5 *Dolus removetur, si concurrat in nominato causa affectionis.*
6 *Remotio Capellani amovibilis fieri potest ad libitum patroni, etiam nulla concurrente justa causa, ubi tamen Capellania sit mere laicalis; secus si cum Ordinarii decreto, & authoritate erecta.*
7 *Immutatio Capellaniæ de laicali, & amovibili in Ecclesiasticam fieri debet de consensu patroni, & Episcopi.*
9 *Remotio Capellani etiam authoritate Ordinarii legitime dicitur facta, etsi authoritas illius sequatur post factam remotionem.*
9 *Capellanus est eligendus is, in quem cadit verisimilis voluntas fundatoris.*
10 *Voluntas tamen debet constare, cum alias patronus hæres fundatoris valeat extraneum præferre ad exclusionem etiam proprii fratris fundatoris.*

DECISIO XI.

Domini dixerunt sustineri remotionem Petri Mariæ deservientis Capellaniæ erectæ sub Invocatione Sancti Michaelis, & sitæ in Ecclesia Sancti Martini Senogalliæ, dandamque esse manutentionem Ignatio ad illam nominato a Petro Antonio d. Capellaniæ Patrono.

Potissima resolutionis ratio desumpta est ex ipsomet tenore fundationis dictæ Capellaniæ, in qua patronis permittitur: *Che possa, e possino, habbia, & habbino Jus, voce, e facoltà plenaria, & autorità amplissima di eleggere, e nominare un Capellano perpetuo, overo ad tempus, amovibile.* Hac igitur inspecta facultate, 3
indubitatum est, Petrum Mariam nominatum ea sub lege, ut nominatio durare deberet ad arbitrium, beneplacitum, liberam, & omnimodam voluntatem ipsius patroni *summ. num.* 1. removeri quandocunque potuisse etiam nulla urgente causa. Removens enim Jure suo 1
uti dicitur, & remotus conqueri non potest ad instar conductitii famuli certa soluta mercede inservire dicatur, ad text. *in cap. Cum ad Monasterium* 6. §. *Tale autem de stat. Monach.* & juxta opinionem firmiter in nostro Tribunali receptam, ut patet *ex d.* 15. *num.* 3. *& dec.* 85. coram Peuting. *d.* 97. coram Carill. *& in rec. d.* 217. *n. & seqq. part.* 3. *rec.* præter alias plurimas resolutiones collectas a Paulo Rubeo in *addit. ad decisionem secundam a num.* 222. *part.* 3. *rec.* Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 80. *num.* 5. *& disc.* 96. *n.* 6. Eidemque sic ejecto nulla suffragari possunt remedia possessoria reintegrandæ, vel retinendæ, cum ea non dentur precario nomine possidenti, cujus possessio, mutata vo- 2
luntate concedentis, injusta dicitur, ut præter Carill. *d. decis.* 95. *num.* 6. & Peuting. *d.* 15. *num.* 23. 24. 33. *&* 34. & Card. de Luc. *d. disc.* 97. *num.* 6. dixit Rota *d. d.* 133. *n.* 2. *& seqq. part.* 15. *rec.*

Nec contra hanc indubitatam regulam afferri valet consueta, atque vulgata limitatio, videlicet hujusmodi remotionem dolose, & ex causa odii factam fuisse, im- 3
pellen-

pellente, & instigante uxore Patroni Petro Mariæ jam pridem infensæ, quæ eo expulso intrudere optabat Ignatium filium ex alio matrimonio susceptum; ideoque sustineri non posse, Fagnan. *in cap. Cum ad Monasterium num. 40. de stat. Monach.* Rota coram Cavaler. *d. 72. n. 50. aliisque passim.*

4 Quoniam prætensus dolus, odiorumque causa concludentibus probationibus non demonstrantur, ut opus fieret, Card. de Luca *dict. disc. 97. num. 11.* Peutinger. *disc. 16. num. 41. & 42. & disc. 217. numer. 10. & 11. part. 13.* Quinimo positive excluduntur inspecta qualitate personæ nominatæ, cum Ignatius sit Patroni privignus ab eo valde dilectus, & domi loco naturalis,

5 & legitimi filii retentus, quem si nominavit, dimisso Petro Maria, non dicitur idcirco odisse dimissum, sed majori affectione prosecutum fuisse privignum nominatum, qua quidem affectione erga personam nominatam planum est tolli præsumptionem omnem odii, & malitiam, Carill. *d. 96. n. 18.*

Parum refragante replicatione, quod non agatur de

6 Capellano serviente Capellaniæ mere laicali absque ulla Canonica Ordinarii institutione, qui ex supra allegatis, & nulla concurrente causa dimitti posset, sed de Capellano administrante Capellaniam Ecclesiasticam ut patet, ex quo de ea institutus fuit auctoritate Ordinarii, cujus proinde auctoritate destitui debebat; ideoque remotiorem auctoritate privata clandestine factam referendam esse odio, & molestiæ, ut late materiam examinando distinguunt Francisc. de Ancostat. *in tract. de Caussis piis lib. 3. cap. 10. num. 32. cum pluribus seqq.*

Emisso namque subtiliori examine hujus distinctionis

7 ob duplicem rationem, ea minime applicari visa est. Primo, quia inspectis fundationis legibus cum indubitatum sit controversam Capellaniam, nedum esse laicalem, sed etiam ad nutum Patroni, semper, & quandocunque amovibilem in Ecclesiasticam, & perpetuam transmutata diei non potest nisi ex pluribus præscriptionibus, & Institutionibus appateat Episcopum, & Patronum immutare noluisse primævum statum eidem in erectione impressum. Hanc autem voluntatem nec in Patrono, nec in Episcopo nunquam adfuisse clare deprehenditur ex supra memorato mandato ad præsentandum Petrum Mariam, in quo, ut jam retulimus, mandans expressit, quod præsentatio fieri deberet ad tempus, & ad ejus beneplacitum liberam, & omnimodam voluntatem, & non alias, aliter, nec alio modo, ex quibus profecto verbis cum clare constet de absoluta Patroni voluntate conservandi statum temporalem, & manualitatem Capellaniæ, non autem illum destruendi, pariter dici debebat voluisse, dum correlative ad hujusmodi mandatum in actis productum improptiam Institutionem concedere, quæ ab illo recepit Interpretationem, nec aliter quam ad ejusdem formam intelligi, ad tradita per *gloss. in l. & pato verb. non communicate ff. famil. Ercisc.* Rota coram Priol. *d. 452. n. 3. & 4.* continet etiam tradita *dec. 400. n. 9. p. 12. rec.*

Secundo, quia cum remedio Petri Mariæ approbata

8 subinde fuerit per sententiam Ordinarii tanquam legitime, & recte facta, ex hoc sequitur quod vel Ordinarius agnoverit, ut illa fieri posset, opus minime fuisse judiciali restitutione, vel quando etiam requisita fuisset, sufficit, quod supervenerit præfata sententia, ut facta censeri debeat auctoritate Ordinarii.

9 Minus refert, quod saltem Petrus Maria uti frater Patroni, & de agnatione fundatricis Capellaniæ ex verisimili hujus mente præferendus sit extraneo.

Quia accurate perpenso tenore fundationis nullibi

10 apparet Felicem Mariam, quæ illam instituit expresse, vel tacite prædilexisse, & prælegisse Capellanos agnatitiam qualitatem habentes ordinando eorum favore jurispatronatum passivum, sed hujusmodi, nulla passiva qualitate admixta, manualem Capellaniam fundasse, Capellaniique nominationem commisisse voluntati, & arbitrio Patroni, qui propterea nulla necessitate cogitur præferre consanguineos, sed istis posthabitis extraneos quoscunque nominare potest, ad notat. per Card. de Luca *disc. 80. num. 25. de Benefic.* Rot. *dicta dec. 217. num. 5. & 6. part. 13.*

Constito jam ex iis de validitate remotionis Petri

11 Mariæ, neque ullam eidem deberi manutentionem sequitur illam dandam esse Ignatio, qui Judicis auctoritate possidet, juxta text. *in l. Juste possidet ff. de acquir. possess.* vigore sententiæ ab Ordinario ejus favore latæ.

Et ita utraque Parte acertime informante responsum fuit &c.

R. P. D. DE LA TREMOILLE,

Aurien. Cantoriæ;

Ven. 8. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Gregorius XIII. in Constitutione 85. voluit, quod quæcunque beneficiorum resignationes publicari debeant juxta formam ibi præscriptam infra sex menses intra montes, & intra novem ultra, computandos a die datæ gratiæ sub pœna vacationis Beneficii; non solum vero publicanda est ipsa gratia resignationis, sed etiam eadem, & sub eadem pœna altera gratia impetrationis beneficii ad formam d. Constitutionis ob non factam publicationem, ad tradita per Card. de Luca *de benefic. disc. 94.* Negativa publicationis gratiæ ad formam d. Constitutionis probatur ex lectura Instrumenti publicationis, Publicatio gratiæ facta cum expressione, quod beneficium vacet per obitum ubi vacabat per non factam publicationem est prorsus insufficiens. Publicatio exigitur tantummodo in simplici imputatione Beneficii tanquam vacantis per obitum, vel in illius assecutione facienda virtute generalium clausularum, quæ opponi solent in Gratiis Apostolicis.

SUMMARIUM.

1 *Ex dispositione Gregoriana Constitutionis sub pœna nullitatis non dum est publicanda a resignatario prima gratia resignationis, sed etiam gratia obtenta ob non factam publicationem.*

2 *In 2. ex enarratis gratiis potiori ratione exigitur publicatio, cum nunquam contra impetrantes illas satis rigide procedatur.*

3 *Adeout, deficiente publicatione, ipsa gratia subsistere, & exequi nequeat.*

4 *Sive defectus publicationis proveniat ex non servata forma præscripta in Constitutione, sive ex quo facta sit extra tempus ab ea præfixum.*

5 *Negativa non publicationis gratiæ ad formam Constitutionis Gregorii probatur ex Instrumento publicationis.*

6 *Ut gratia dicatur publicata, debet constare quod Notarius ad id deputatus alta, & intelligibili voce in Ecclesia inter Missarum solemnia frequenti populo denunciaverit, Beneficium vacare per resignationem, cum expressione qualitatis Beneficii, nominum, & cognominum resignantis, & resignatarii, ac totius denique substantiæ impetrationis.*

7 *Hinc, si dixerit Notarius vacare Beneficium per obitum, ubi facta fuit resignatio, publicatio est invalida, & n. 11.*

8 *Itaut a quocunque possit Beneficium impetrari.*

9 *Et etiam ab eo qui prima vice perdidit Beneficium ob non factam publicationem resignationis.*

10 *Simplex error nominis personæ, ex qua oritur vacatio, non irritat publicationem.*

12 *Forma præscripta a Bulla Gregorii circa publicationem gratiarum resignationis præcise est servanda, nec suppleri potest æquipollens.*

13 *Actus publicationis est reiterabilis, ideoque productio unius publicationis invalidæ non excludit possibilem existentiam alterius validæ.*

14 *Id non procedit, si publicatio fuerit producta a possessore pro justificatione sui tituli.*

15 *Constitutio Gregorii superius recensita vindicat sibi locum in impetratione Beneficii tanquam vacantis per obitum, vel in illius assecutione facienda virtute generalium clausularum, non vero in impetratione ex integro obtenta cum narrativa non factæ publicationis præcedentis resignationis, ac cum explicita, vel implicita derogatione præfatæ Constitutionis.*

16 *Clausula* - dummodo alteri non sit Jus quæsitum - *præservat duntaxat jus validum, & perfecte quæsitum, non autem invalidum.*

DE-

DECISIO XII.

OB non publicatas ad normam Gregorianæ Constitutio-
nis 85. literas resignationis Cantoriæ Ecclesiæ Cathe-
dralis Aurien. a Laurentio factę favore Joannis de Armesto,
Joannes de Oxea eandem impetravit: sed comperto per
Armestum, quod Oxea quoque commiserat in legem
ab eadem Constitutione præscriptam impetrationem,
haud rite publicando, similem & ipse gratiam obti-
nuit, qua expiscatorem repelleret, de cujus viribus, cum
in hodierna Audientia disceptatum fuerit sub dubio,
*An Literæ Apostolicæ Joannis de Armesto sint exequen-
dæ, & An, & cui sit danda immissio.*

Responsum fuit favore Jo; cujus literas tanquam in
omnibus justificatas esse exequendas, & per consequens
Oxeæ denegandam immissionem.

Nam omissis aliis, de quibus non est controversia,
Causæ momentum unice residet in verificatione narrati-
væ ab Armesto factæ, quod Cantoria vacaret, Sedique
Apostolicæ reservata maneret, tam ob a se neglectam
publicationem literarum resignationis ejus favore factæ,
ut præfertur, a Laurentio, quam etiam ob rite non
adimpletam ab Oxea similem publicationem impetratio-
nis ex eo capite ab ipso obtentæ.

1 Id autem probatur, ex quo certum est sub pœna nul-
litatis non solum publicandam esse a resignatario pri-
mam gratiam resignationis, sed etiam sub eadem pœ-
na præcipi publicationem impetrationis ab expiscatore
obtentæ ob non factam a resignatario publicationem
primæ gratiæ, ut expresse sancitur §. *Quinto vers. Illo-
rum vero* præfatæ Constitutionis, & tradunt Parif. *de
resignat. lib.* 11. *q.* 7. *n.* 53. Card. de Luca *de benef. disc.* 93.
n. 3. Barbos. *de Jure Eccles. univers. cap.* 15. *n.* 192. *lib.* 3.
Cocchier. *ad regul. Cancell.* 34. *alias* 35. *sub n.* 18. Murg.
de benefic. q. 3. *n.* 1160. Rota coram Seraph. *dec.* 1064. *in fi-
ne, & in Romana Capellaniæ* 27. *Novembris* 1680. §. *Hu-
jusmodi autem, & §. seqq.* ubi hanc publicationem potiori
ratione exigi ab hujusmodi impetratoribus, contra quos
nunquam satis rigide proceditur, coram clar. me. Card.
2 Viecomite, *confirmata* 18. *Februarii* 1682. §. *Jus autem*,
cor. R. P. D. meo Ursino, quæ publicatio, ut in hac de-
cisione notatur, cum eodem modo dicatur pars hujus
secundæ gratiæ piscatoriæ, quo dici partem primæ nem-
pe resignationis, tradil Barbos. *de Jur. Eccl. univers. lib.*
3. *cap.* 15. *n.* 388. Rota coram Pen. *dec.* 1724. *n.* 3. & coram
3 Bich. *dec.* 233. *n.* 6. *& dec.* 286. *n.* 17. sic, ut, ea deficien-
te, gratia subsistere nequeat, & irrita, ac inexeqnibi-
lis reddatur, *dec.* 85. *n.* 6. *p.* 10. *dec.* 231. *n.* 17. *p.* 15.
dec. 247. *n.* 5. *p.* 18. *rec.* sive defectus publicationis pro-
4 veniat ex non servata forma præscripta in Bulla Gre-
goriana, sive ex quo facta sit extra tempus ab ea præ-
fixum, Parif. *de resignat. lib.* 11. *q.* 7. *n.* 7. *&* 62. Lot-
ter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 21. *n.* 36. Rota cor. Merlin.
dec. 329. *n.* 10. *& seq.* ideoque Beneficium a quolibet
impetrari possit ex infra allegandis.

5 At vero cum in nostro casu nullitas publicationis ab
Oxea factæ plene probata apparet ex illius Instrumento
ab eodem exhibito, in quo non legitur, Notarium ad
id deputatum alta, & intelligibili voce in Ecclesia in-
ter Missarum solemnia frequenti populo denunciasse,
Cantoriam vocare per resignationem cum expressione
6 qualitatis Beneficii, nominum, & cognominum resi-
gnantis, & resignatarii, ac totius denique substantiæ
impetrationis, ut ad normam præfatæ Constitutionis
faciendum monet Parif. *de resignat. lib.* 11. *q.* 6. *n.* 46. *&
seq.* Garz. *de benefic. p.* 11. *cap.* 3. *n.* 290. Barbos. *de Jur. Eccl.
univers. lib.* 3. *cap:* 15. *n.* 195. Rota coram Merlin. *dec.* 329.
n. 10. *& seqq.* sed simpliciter declaravit, præfatam Canto-
riam uti vacantem per obitum Joan. Fernandez de Castro
7 fuisse collatam Joanni de Oxea, quod tamen erroneum
prorsus erat, & contrarium naturæ hujusmodi gratiæ:
quia Beneficia sic obtenta non dicuntur vacare per obi-
tum, sed ob non factam publicationem resignationis, per
ea, quæ late tradit Rosa *de execut. lib. Apostol. cap.*
14. *n.* 169. *& seqq.* Rota coram Bich. *dec.* 286. *n.* 34.

Consequens proinde est, ut ob hujusmodi substantialem
nullitatem, corruere impetrationem Oxeæ, Beneficium a
quocunque impetrari potuerit tanquam vacans, & Sedi
8 Apostolicæ reservatum, Parif. *de resignat. lib.* 11. *cap.* 7.
n. 6. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 21. *n.* 36. Rosa *de
execution. lit. Apostolic. capitul.* 14. *n.* 173. Quinimo
etiam ab ipso Armesto, qui prius in Bullam com-
miserat suas literas non publicando, ut novissime di-
ctum fuit in una Colon. Canonicatus 14. *Martii curren-
tis anni* cor. R. P. D. meo Ursino, hacque ratione leva- 9
men pœnæ sibi quærendo ab ipsa lege, quæ illam irro-
gaverat, impedire poterit quemcunque effectum gratiæ
ab Oxea nulliter expiscatæ, ut in terminis præcisis do-
cuit Card. de Luca *de benef. disc.* 94. *n.* 3.

Nec Oxeæ impetratio, & subsecuta illius publicatio vin-
dicari valet ab hujusmodi nullitate sub colore, quod Can-
toria revera vacaverit per obitum Fernandez, qui illam pos-
sidebat, non autem ex resignatione Laurentii, qui posses-
sione destitutus Jus tantum ad rem super illam sibi compe-
tens Armesto cesserat, quo fieri, ut simplex error circam no-
men personæ, ex qua oriebatur vacatio, minime nocue- 10
rit, Parif. *de resignatione lib.* 11. *q.* 6. *n.* 51. *& seq.*

Quia in nostro casu error versatur circa formam, &
substantiam actus; dum contra expressam mentem, & li-
teram Gregorianæ Bullæ nulla facta mentione resignatio-
nis, & omissæ publicationis, aliorumque, quæ pro for-
ma erant exprimenda, narratum fuit, Cantoriam vaca-
re per obitum, quod, ut dictum est, verum noverat;
quamobrem hujusmodi error respiciens essentiam actus, 11
cum etiam in materiis indifferentibus vitiet dispositionem,
ut ducto argumento a *leg. si quis in fundi, quarta, ff. de
legat. primo probat* Mans. *consult.* 17. *n.* 5. *cum seq.* minus
ferendus erit, si contingat circa formam a lege tradi- 12
tam, & sub pœna nullitatis cum decreto irritanti præ-
cise servandam, nullo admisso per modum æquipollentem
implemento, ut in casu prædictæ Bullæ,

Minus vero eundem juvat, quod actus publicationis sit
reiterabilis, ideoque invaliditas illius, quæ exhibetur, non 13
excludat possibilem existentiam alterius validę publicatio-
nis, quam tamen excludere tenetur Armestus, utpote ve-
niens ex impetratione Beneficii ob illam non factam, quia,
cum ipsemet Oxea pro sui tituli justificatione produxerit In-
strumentum hujusmodi publicationis, censetur se ad illam
restrinxisse tanquam meliorem, unde tollitur allegata præ-
sumpta possibilitas alterius tituli, Card. de Luca *de benef.* 14
d. disc. 94. *n.* 12. *&* 13. Rota, cor. Cerro *dec.* 227. *n.* 16.

Tertio, nec urgere visum fuit, quod gratia ab Armesto
impetrata eidem suffragari nequeat, ex quo ob non cura-
tam publicationem resignationis intra legitima tempora in-
capax idem Beneficium quoquomodo assequendi reditus
perpetuo fuerit, ita sanciente memorata Constitutione.

Quia Bullæ censura locum sibi vindicat in simplici im- 15
petratione Beneficii tanquam vacantis per obitum, vel in il-
lius assecutione facienda virtute generalium clausularum,
quæ inseri solent gratiis Apostolicis, quo casu Constitu-
tio fraudari facile posset; At vero non procedit in impe-
tratione ex integro obtenta cum narrativa non factæ pu-
blicationis præcedentis resignationis, ac cum explicita,
vel implicita derogatione præfatæ Constitutioni, ut for-
miter, discusso articulo, ait Rota *in d. Colonien. Canoni-
catus* 14. *Maii currentis anni*, cor. R. P. D. Ursino.

Nec denique turbat, quod Armestus suam gratiam in-
tra sex menses non præsentaverit executori instando pro
illius executione, quodque licet revalidatoriam obtinue-
rit, attamen ob clausulam, *dummodo non sit alteri Jus
quæsitum*, illa inefficax prorsus remanserit, quia hujusmo-
di clausula præservat duntaxat Jus validum, & perfecte
quæsitum ex impetratione, ob non factam publicationem,
non autem invalidum, quale ex hucusque deductis statim 16
esse dignoscitur illud, quod Oxea hoc medio tempore sibi
asserit quæsitum, ut, omissis generalibus in nostro casu,
dixit Rota *in d. Romana Capellania* 27. *Novembris* 1680.
§. *Nec obstat*, coram clar. mem. Card. Viecomite, &
melius in illius confirmatoria 18. *Januarii* 1682. §. *Ne-
que excludi cum pluribus sequentibus*, cor. Reverendissimo
Patre Domino meo Ursino. Et ita utraque, &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Aurien. Cantoriæ.

Veneris 14. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

**Omnia quæ in antecacta decisione habentur, hic confirman-
tur, & ulterius traditur, quod obtinens gratiam ob
non factam publicationem resignationis, dum adhuc po-
terat,**

etat, resignatio publicati nullum Jus acquirat etsi postea resignatio intra debitum tempus non publicetur, quodque gratia *si neutri* subjaceat Constitutioni Greg. XIII. de publican.

SUMMARIUM.

1 *Clericatur probatur ex confessione collitigantis ex retentione Beneficiorum; & ex munere Inquisitionis in Hispania.*

6 *Item probatur ex consuetudine literarum Apostolicarum in forma gratiosa, quæ non solent concedi, nisi præcedat clericatus justificatio.*

3 *Valor Beneficii obtenti justificatur etiam ex imperfectis probationibus.*

4 *Negativa publicationis est concludenter probanda per impetrantem, per quem allegatur tanquam fundamentum suæ intentionis.*

Et quidem per confessionem partis, aut coarctando quod literæ non fuerint expeditæ intra tempus præfixum ad publicandum.

5 *Dicitur d. negativa probata, si collitigans ad proprii tituli justificationem exhibuerit publicationem, ex qua pateat servatam non fuisse formam Constitutionis Gregorii.*

6 *Notario attestanti de publicatione creditur, & præsumitur, quod omnia expleverit, quæ pro validitate publicationis fieri oportuit.*

7 *Procedit præsumptio, si ex verbis Notarii constare possit, quod ipse, vel integram gratiam, vel saltem illius substantiam publicasset, secus e contra.*

In publicatione dicitur errare in substantia, si exprimatur vocatio per obitum, quando literæ fuerant impetratæ ob non factam publicationem.

8 *Resignatarius si narraverit quod resignans aliunde vivere habebat, tenetur id justificare, alias non secuta justificatione non potest ei jus & possessio dici quæsita nec a resignante abdicata.*

9 *Publicatio fieri debet juxta præcisum tenorem gratiæ, & non alio modo.*

10 *Beneficium resignatum, si non fiat publicatio, non dicitur vocare per obitum, sed ob non factam publicationem.*

11 *Clausula --* dummodo resignans aliunde commode vivere valeat, *solum favorem resignantis respicit, & de non justificatione ipse tantum valet excipere.*

12 *Productio Instrumenti publicationis ad alium finem facta non coarctat negativam alterius magis validæ publicationis.*

13 *Publicatio intercessisse præsumitur, si provisus habeat pro se sententiam executoris.*

14 *Item & præsumitur, si intercesserit triennalis possessio.*

15 *Præsumptio semper veritati cedit.*

16 *Triennalis possessio non suffragatur ubi non constat de legitima publicatione.*

17 *Triennali possessio nullius est momenti, si deinde Signatura circumscripserit possessionem.*

18 *Gratia* si neutri *obtenta intra tempus in quo adhuc fieri potest publicatio, est inefficax etsi tempus expiret, & adhuc facta non sit publicatio.*

19 *Arrogatio, ut fieri possit publicatio, non suffragatur si collitigans habeat gratiam* si neutri *medio tempore obtentam, quatenus tamen illa obtenta sit post lapsum temporis ad publicandum & ante prorogationem; secus si expedita sit adhuc non elapso tempore ad publicandum & num. 20. & 21.*

22 *Gratia prorogationis de publicando est subreptitia, si in ea narratus non sit obitus resignantis.*

23 *Hæc conclusio procedit, si gratia esset obtenta ex quo literæ per prius expeditæ non essent publicatæ in tempore; secus autem, si obtenta fuerit ad effectum publicandi novam gratiam fundatam in defectu publicationis literarum primi provisi.*

24 *Gratia* si neutri *si non publicetur remanet inexequibili.*

22 *Publicatio exigitur etiam in gratia* si neutri.

26 *Optimum est argumentum non publicationis quod desumitur non a secuta literarum expeditione.*

DECISIO XIII.

Producta nuper per Joannem de Oxea gratia *si neutri*, quam a Sede Apostolica impetraverat usque sub die 17. April. Anni 1693. novam Audientiam successive a DD. meis obtinuit adversus decisionem, coram me editam sub die 10. Decemb. proxime præteriti favore Joannis de Arnesto, & una simul injungi, quod daretur Dub. super dicta gratia *si neutri*, ad cujus rescripti tenorem PP. aggressi in præsenti audientia utriusque assumpti disputationem, responderunt standum esse in decisis, & gratiam *si neutri* non esse exequendam. 1

Respectu namque primæ partis processerunt cum fundamentis deductis tam in antedicta mea decisione, quam in alia præcedenti etiam *sub die 7. Junii anni præteriti* coram R. P. D. meo de la Tremoille. Nec subsistere visum est, quod Arnesto non verificaverit Clericatum, & valorem obtentorum expressum in duc. 24. auri de Camera. Probatio siquidem Clericatus resultat, tum ex confessione emissa ab Oxea in positionibus, & articulis, cum quis concordant Testes ab ipso super iisdem articulis producti, tum ex obtentorum retentionem, quæ assequi nequivisset Arnesto, nisi fuisset Clericali charactere insignitus, juxta Text. *in c. cum adeo de rescriptis*, Rota *dec. 40. n. 4. p. 18. rec.* tum rursus ex munere Inquisitoris Apostolici adversus hæreticam pravitatem per ipsum exercito in Regnis Indiarum, quod juxta chartam accordatam Consilii Supremi, ac Generali Inquisitionis Hispaniarum requirit Ordinem Sacrum; tum denique ex nova gratia sanatoria per eundem successive obtenta in forma gratiosa, quæ a Dataria non datur nisi præcedat Clericatus justificatio, Rot. *de execut. liter. Apost. cap. 2. n. 70. & 71.* Rot. *dec. 254. n. 3. p. 13. & dec. 289. n. 8. p. 18. rec.* Valor vero obtentarum ultro probatus videbatur ex depositione duorum Curialium, cum tamen ad effectum, de quo agitur, quævis etiam imperfecta probatio passim admittatur, Rof. *dict. tract. c. 6. n. 145. & sequentibus* Rot. cor. Celso *dec. 31. n. 11. et in recent. dec. 62. n. 27. p. 10. dec. 203. n. 12. p. 11. et dec. 292. num. 10. part. 14.* 2

Prout nec obstat repetitum objectum, quod Arnesto non justificaverit negativam publicationis literarum Apostolicarum Joannis de Oxea, quam tamen uti propriæ gratiæ fundamentum debuisset plene, & concludenter probare, Parif. *de resign. l. 11. q. 14. n. 5. et per tot.* Card. de Luca *de benef. disc. 94. n. 11.* Adden. ad Buratt. *dec. 948. sub lit. A.* Rot. coram Ludovis. *dec. 13. n. 9. et 10.* ibique *n. 10.* & coram Cerro *dec. 400. n. 6. et in rec. dec. 412. n. 15. p. 18.* & quidem vel per confessionem Partis, aut coarctando, quod literæ non fuerint expeditæ infra tempus præfixum ad publicandum, Lotter. *de benef. lib. 3. q. 21. n. 14. et 15.* Rof. *de execut. cap. 6. num. 13. et sequentibus,* Rot. coram Ludovis. *dec. 210. n. 4.* coram Burat. *d. dec. 948. n. 6.* & cor. Rox. *dec. 98. n. 4.* 3

Placuit, si quidem responsio in præteritis duabus decisionibus assignata, quod nimirum negativa dictæ publicationis concludenter probata remaneat ex illius instrumento ab eodem Oxea coram executore producto, in quo cum tacito vero vacationis modo ob non publicatam resignationem, quam Arnesto obtinuerat ab Osorio, expressa fuerit alia vacatio per obitum Joannis Fernandez de Castro, perinde est, ac si publicatio fuisset penitus omissa ex deductis *in prima dec.* R. P. D. de la Tremoille, *§. At vero cum seq. et in altera,* coram me *§. Quod autem.* 4

Absque eo, quod illa adhuc defendi prætendatur, ex quo Notarius in ejus actu indefinite testetur de publicatione literarum Apostolicarum, ibi -- *Publicavi alta, et intelligibili voce quandam Bullam Gratiæ Suæ Sanctitatis.* Cui cum integra fides præstanda sit, Parif. *de resignat. lib. 11. quæst. 6. n. 51. 52. et 65.* Garz. *de benefic. p. 11. c. 3. n. 302.* Rof. *de execut. c. 14. n. 169.* Rot. *dec. 594. n. 6.* coram Burat. *et dec. 140. n. 11. part. rec.* credi quoque debeat, quod ea omnia expleverit, quæ pro validitate publicationis fieri oportuit, & consueverat, Parif. *dict. quæst. 6. n. 57.* Rot. *decision. 208. la prima n. 13. p. 9. rec.* ita ut illam jam per dictum actum perfectam non vitiet successiva erronea vacationis expressio, Parif. *ubi supra n. 53. et 54.* Rot. coram Coccin. *dec. 373. n. 10. et recent. dec. 129. n. 4. et dec. 339. n. 8. p. 17.* 5

Objectum enim procederet, ubi ex prædicto actu Notarii colligi posset, quod ipse, vel integrum literarum tenorem, vel saltem earum substantiam publicasset, verum cum 6

cum hoc aperte excludatur ex illius relatione contrarium expresse præferente, ibi, *Publicavi alta, & intelligibili voce Bullam Gratiæ Suæ Sanctitatis dicens qualiter noster Sanctiss. Pater Innoc. XI. per antedictam Bull. originalem gratiam, & favorem fecerat Præbendæ Dignitatis Cantoriæ d. S. Ecclesiæ Cathedralis, quæ reperiebatur vacans per obitum licentiati D. Jo: Fernandez de Castro*, *&c.* Inde sequitur, ut quamvis alias error Notarii in nomine, vel pronomine non vitiet publicationem, quando constat de certitudine personæ, secus vero sit quando, prout hic,
7 non solum erratur in corpore *leg. quoties*, *& l. in ambiguo ff. de hæred. instit. leg. si in nomine, C. de Testam.* Parif. *d. q. 7. n. 52. & seqq* Rof. *de execut. cap. 5. a num. 169.* Rot. coram Celf. *dec. 126. num. 3.* & coram Ubald. *dec. 354. a n. 1.* sed in tota substantia gratiæ Apostolicæ exprimendo vacationem per obitum, quando literæ fuerant impetratæ ob non factam publicationem, ut bene prosequitur decisio Reverendissimi Patris D. mei de la Tremoille §. *Qui in nostra casu.*

8. Nec pariter sustineri potest sub fundamento, quod Cantoria tunc temporis revera vacaret per obitum d. Fernandez, quia videlicet quamvis Offorius, qui illam hoc modo vacantem obtinuerat ejus possessionem nondum adepta, postea resignasset ad favorem Arnesto, cum tamen resignatio sine effectu remanserit ob non verificationem clausulæ in ea adjectæ -- *Dummodo resignans aliunde commode vivere valeat* -- per consequens Cantoria adhuc vacare diceretur, ut prius, per obitum d. Fernandez, Rot. coram Cavaler. *dec. 214. n. 2.* coram Coccino *dec. 1434. n. 5. & sequentibus & n. 11.* coram Buratt. *dec. 830. n. 3. & 4.* & ibi Adden. *lit. A.* coram Merlin. *dec. 538. n. 8.* coram san. mem. Alexandro VIII. *dec. 106. a n. 8. in rec. dec. 92. n. 12. part. 6. & dec. 85. num. 7. part. 10.*

9 Tum quia, cum impetratio Oxeæ, quæ factum publicationis exigebat, prodierit ex titulo vacationis propter non publicatam gratiam resignationis Arnesto, non aliter quam ex hoc præciso titulo publicari debuerat, ut habetur in Constitutione Gregoriana §. 5. & observant Parif. *dict. lib. 11. q. 7. n. 53. & seqq.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 21. n. 22.* qua præterea Constitutione attenta
10. Beneficium resignatum non dicitur amplius vacare per obitum, uti prius, sed ob non factam publicationem, Rof. *de execution. cap. decimo quarto n. 169. & sequentibus* Rota coram Celf. *dec. 192. n. 4. et 5. et dec. 322. num. tertio*, & coram Bich. *dec. 358. n. 14. et 21.* cor. Catill. *dec. 283. num. 7.* coram Rox. *dec. 89. num. 7. in recent. dec. 357. num. 5. part. 12.* Tum etiam quia, cum clausula -- *Dummodo resignans etc.* solum favore resignantis respiciat, operatur, ut de illius non justificatione ipse solus excipere possit, Seraph. *dec. 657. n. 5.* Roxas *dec. 89. n. 10.* Cerr. *dec. 227. n. 5.*

Multo minus demum suffragatur, quod prædictum Instrumentum publicationis tanquam per Oxeam ad
11 alium finem in processu de partibus eorum executore productum non coarctet negativam alterius magis validæ publicationis, Rot. coram Bich. *dec. 479. nu. 12. et seqq. et in rec. dec. 141. n. 10. part. 15.* quam intercessisse ulterius præsumatur, tum ex favorabili senten-
13. tia, quam ab eodem Judice executore ipse reportavi ad firmata per Rot. *dec. 155. n. 20.* coram Manzaned. *et dec. 412. n. 17. part. 18. rec.* Tum etiam ex triennali
14 possessione Cantoriæ, in quo successive permansit, ut argumentatur Parif. *de resignat. lib. 11. q. 14. num. 26.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 21. n. 13.* Tott. *de pact. fut. success. lib. 3. cap. 8. n. 92.* Cocchier. *ad Reg. Cancell. 34. n. 32.* Rot. coram Mantic. *dec. 68. n. 8.* & cor. Roxas *dec. 80. n. 2. & dec. 98. n. 5.*

Quoniam objectum cessat ex facto, Instrumentum siquidem prædictæ publicationis tam in primo Judicio, in partibus inchoato, quam in eodem a Rota postea prosecuto, exhibitum fuit ab Oxea pro justificatione suarum literarum, quo stante juvari ipse non potest præsumptione elicita ex sententia per executorem non citato Arnesto prolata, quæque suspensa remansit per rescriptum Signaturæ
15 Justitiæ. *Ad Rotam circumscripta possessione, & apposita Oeconomo.* Cum præsumptio cedere debeat veritati *leg. Imperat. 29. §. Mulier ff. de probat.* Barbof. *axiom. 186.* Rot. *dec. 211. n. 25. part. 15. & dec. 219. n. 9. part. 19.* & ex hac eadem ratione non relevat prædicta triennalis possessio, quia ubi non constat de legitima publicatione, nec
16 etiam decennalis suffragaret, ut habetur in dicta Constitutione Gregor. XIII. §. *Quod si quidquam*, Parif. *de resignat. lib. 11. q. 6. n. 92. 93. & 112. & q. 7. n. 19.* Cocchier. *ad regul. 34. n. 32.* præterquam quod cum a Signatura Justitiæ circumscripta fuerit per memoratum 17
rescriptum, & ipse in Rota institerit pro immissione, quæ possessionem excludit, Rot. *dec. 33. n. 2. part. 16. & dec. 64. n. 7. part. 19.* Nullum prorsus fundamentum fieri valet super allegata triennali possessione, Parif. *dicta q. 6. n. 116.* Card. de Luca *de benef. disc. 91. n. 9. 11. & 13.* Rot. coram Cel. *dec. 130. n. 9. & 10.*

Quo vero ad gratiam *si neutri* duplici ex ratione illam non esse exequendam DD. censuerunt. Primo, quia cum de tempore illius datæ Arnesto jam impetrasset suam gratiam ex capite non factæ publicationis, & istius favore adhuc penderet terminus novem mensium ad publicandum præfixus in literis Apostolicis ultra montes, ut ex Constitutione Gregoriana observar Rof. *de executor. cap. 14. n. 140.* Rot. *dec. 35. n. 5. part. 13. rec.* Inde fit, ut Cantoria tunc tempo- 18
ris non vacante, licet etiam postea vacatio supervenisset, gratia prædicta omnino inefficax remanserit, Parif. *de resignat. lib. 1. q. 4. n. 26. & lib. 2. q. 27. n. 7.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 54. n. 79.* Amayden. *de stylo Dataria lib. 1. cap. 23. n. 13.* Rof. *de executor. cap. 17. n. 13.* Rot. *dec. 824. n. 1. p. 3. diverf.* Quodque tanquam habens in ventre conditionem resolutivam, *Dummodo de tempore Data non sit alteri Jus quæsitum*, resoluta fuerit per Jus, quod ut præfertur Arnesto colliganti competebat, Gatz. *de benef. p. 6. c. 2. n. 211.* Lotter. *de re benef. d. q. 54. n. 79. & seqq. & n. 127.* Amayden. *d. c. 23. n. 17.* Rof. *d. cap. 17. n. 22.* & Rot. *dec. 726. n. 1. part. 2. rec.*

Nec etiam in contrarium facit, quod gratiam impe- 19
travit Arnesto nulla itidem resoluta remanserit, ex quo illam nec publicavit, nec illius executionem petiit intra terminum a sæpe dicta Constitutione Gregoriana præfinitum, cujus prorogatio per novam gratiam restitutoriam obtenta eidem Arnesto prodesse non possit in præjudicium Oxeæ, qui per gratiam *si neutri* medio tempore Jus quæsiverat, Parif. *de resignat. lib. 11. q. 7. n. 79. & seq.* Cocchier. *ad Reg. Cancell. 34. n. 28. & 29.* Rota *decis. 252. n. 15. p. 8. recent.* Quandoquidem cum ob lapsum tempus ad publicandum Arnesto prædictam gratiam restitutoriam obtinuerit, ejusque vigore, & legitimam publicationem expleri curaverit, & successive 20
literas Apostolicas coram executore reproduxerit, perinde habetur, ac si hæc omnia in primo termino a Constitutione præfixo explevisset, ut præter relatos in alia mea decisione §. *fin.* dixit Rot. coram Carill. *decis. 284. n. 8. & in recent. dec. 141. n. 34. p. 6. & dec. 141. n. 34. p. 16.* Non obstante gratia *si neutri* medio tempore per Oxeam impetrata, quia tanquam signata ante la- 21
psum primum tempus datum Arnesto ad publicandum, nullum illi Jus acquirere potuit, tametsi publicatio non intra dictum tempus, sed in alio postea prorogato subsecuta fuerit, ut in puncto tenent Parif. *de resinat. l. 3. q. 27. n. 6. & lib. 11. q. 7. n. 44.* Amayden. *de styl. Datar. d. c. 23. n. 19. verf. si vero.*

Nec subsistit replicatio, quod prædicta gratia resti- 22
toria fuerit subreptitia, ex quo Arnesto in ea non narraverit obitum Offorii resignantis, juxta tradita per Parif. *d. l. 11. q. 7. n. 68. 74. & 78.* Rof. *de execut. c. 14. n. 159.* Rot. cor. coram Celf. *decif. 322. n. 2. & 3. et in rec. decif. 256. n. 11. et seq. et dec. 357. n. 2. et seq. p. 12.* quia objectum procederet, si ipse Arnesto illam obtinuisset, ex quo prædictas literas resignationis in tempore non publicasset, in quibus terminis loquuntur mox 23
relatæ auctoritates; secus autem cum impetraverit ad effectum publicandi novam gratiam unicæ fundatam in defectu publicationis literarum Oxeæ.

Secundo pro deneganda executione gratiæ *si neutri* concurrit, quod rursus Oxea neque novam hanc gratiam 24
publicavit, quæ propterea etiam ex hoc capite remanet inexequibilis, ut colligitur ex Constitutione Gregorii §. *Illorum verf. Is quoque, in quem, et verf. Et quicunque sic impetrans*, Castropalaus *Oper. Moral. part. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 2. §. 6. n. 8.* & in terminis Rot. *decif. 272. n. 11. p. 18.* ubi concordantes.

Hujusque publicationis defectus frustra salvari contendebant, vel quia non foret necessaria ex deductis *in decif. 27. n. 28. et 29.* coram Cerro, vel quia expleri non potuerit, cum literæ Apostolicæ nondum ab Oxea fuerint 25
expeditæ; Quia decisio Cerri excludit quidem obtinentem

gra-

gratiam *si neutri* a jure prælationis, de quo in eadem Constitutione §. 5. non autem a necessitate illam publicandi; Expeditio autem literarum neglecta ab Oxea tantum abest, ut ipsum eximat ab onere publicationis, quinimo hoc sit potissimum argumentum ad probandum ejusdem publicationis negativam, ut præter allegatos supra *in* §. *Prout nec obstat*, tenent Hercul. *tract. de negation. n.* 60. *&* 328. Paris. *de resignat. lib.* 11. *q.* 6. *n.*47. Cocchier. *ad regul.* 34. *de publ. resignat. n.* 36. Card. de Luca *de Benefic. disc.* 36. *n.* 5. *&* *disc.* 49. *n.* 94.

R. P. D. CAPRARA.

Gerunden. Beneficii.

Lun. 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

In his duabus sequentibus decisionibus plenissime traditur, an, & quando dicatur institutum Beneficium sacerdotale, de qua quæstione agitur apud Card. de Luca *de benefic. disc.* 96.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur a jure; De jure autem literarum justificatarum executio retardari nequit.*
2 *Pro justificatione valoris sufficiunt simplices Testium depositiones; si gratia in valore non fundetur.*
3 *Beneficium dicitur Sacerdotale, si fundator ordinaverit illud conferri clerico in sacris constituto.*
4 *Quoties Testator instituit Beneficium sacerdotale censetur voluisse qualitatem sacerdotalem actu, & n.* 7.
5 *Ex quo injuncta fuit per fundatorem celebratio missarum, non inducitur voluisse qualitatem sacerdotalem actu, & n.* 7.
6 *Minusque ex denominatione Rectoris, seu Presbyteri.*
8 *Determinatio plura respiciens denominabilia æqualiter terminari debet.*
9 *Præsentatus debet esse actu sacerdos, quando ad effectum, ut Beneficiatus congrue sustentari posset, fuit facta unio alterius Beneficii, cum alias pro sustentatione simplici Clerici non fuisset necessaria tanta solicitudo.*
10 *Ex observantia desumi potest, an Beneficium sit sacerdotale, necne?*

DECISIO XIV.

Beneficium sub invocatione SS. quatuor Evangelistarum de Jurepatronatus Laicorum existens in Ecclesia Cathedrali Gerunden. ob diminutionem redituum ab Episcopo ejusdem Ecclesiæ unitum fuit alteri Beneficio S. Vincentii de libera Collatione Ordinarii reservato jure patrono laico alternative præsentandi ad d. Beneficium: Quo nuperrime vacante a Francisco Maresa Patrono in turno existente fuit ad illud præsentatus Felix Cassalius simplex Clericus; verum quia ex lege fundationis expresse disponitur, quod utrunque Beneficium sit Sacerdotale; Ideo Joannes Sycars actu Sacerdos obtinuit a Sanctissimo provideri de eodem Beneficio, tanquam devoluto, & commissa mihi Causa ab Institutione per eum obtenta cum solito dubio, *An intret arbitrium pro retardatione literarum Apostolicarum*, Domini de more consulti negative responderunt.

1 Arbitrium enim regulatur a jure, eidemque non est locus, quia literæ justificatæ, ut in præsenti, paratam habent executionem, juxta textum *in cap. si Capitulo, ibique* Gloss. *in verbo exequatur de concessione Prebendæ*, cum aliis *in Lunen. Sarzanen. Beneficii* 24. *Aprilis* 1693. §. *Justitia vero*, cor. me.

Habilitas in proviso Apostolico non revocatur in dubium, valor quoque expressus per non excessum 24. du-
2 catorum sufficienter probatur ex depositionibus Testium, præsertim quia gratia non fundatur super valore, ex deductis per Rot. cor. Duran. *dec.* 38. *n.* 4. *& dec.* 457. *n.* 3. *part.* 18. *rec.*

Qualitas vero Sacerdotalis, ad quam disputatio tota restringitur respectu Beneficii S. Vincentii, nequit con-
3 troverti, cum Testator ordinaverit illud conferri Clerico in Sac. Ordinibus constituto, Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 29. *n.* 1. *cum seqq.* Vivian. *eod. tract. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 43. Put. 337. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1.

Respectu vero alterius Beneficii Sanctorum quatuor Evangelistarum resultat ex testamentaria Gallinatii fundatoris dispositione, in qua ipse profitetur -- *Instituere, & ordinare unum Beneficium Sacerdotale, cujus Beneficii Rector teneatur interesse horis Canonicis, diurnis, & nocturnis, & Capitula dicere in Choro, & teneatur celebrare Missam tribus cujuslibet septimanæ.* Quoties enim Testator instituit Beneficium Sacerdotale, censetur voluisse in præsentato qualitatem Sacerdotalem actu, Vivian. *de Jurep. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 49. Rota *in Vincent. Beneficii* 18. *Februarii* 1675. §. *Habilitas*, cor. Rev. Decano *impressa in rec. dec.* 457. *part.* 18. *confirmata sub die* 4. *Maii* 1678. cor. clar. mem. Vicecomite. 4

Non obstat, quod Beneficium dici nequeat Sacerdotale, quamvis ista verba non sunt apta efficere Beneficium Sacerdotale, sed apposita censentur demonstrative ad qualitatem oneris, quod æque bene per alium, quam per provisum expleri potest, quoties expresse non fuit adjectum, quod præsentandus per se ipsum, adimpleat, ex plene firmatis per Rot. *dec.* 825. *per tot.* cor. Merlin. *& dec.* 84. *n.* 11. *& seq. part.* 12. *rec.* 5

Quoniam in præsenti vis non sit solum in eo, quod fuerit Rectori injunctum onus Missarum, minusque quod Beneficiatus Rector, seu Presbyter appelletur, in quibus terminis loquuntur, *præcitatæ decisiones Merlini, & p.* 12. *rec.* & aliæ auctoritates in contrarium allegatæ, sed fundamentum constituitur etiam in eo, quod Testator instituit Beneficium Sacerdotale, quo casu inconcussum est requiri in præsentato actuale Sacerdotium, ut declarat Rot. *d. dec.* 457. *n.* 4. *p.* 18. *rec.* cum aliis superius allegatis. 6 7

Et hujusmodi Sacerdotium volitum fuisse colligitur etiam ex eo, quod Rector obligatur ad interessendum horis Canonicis, & celebrandum Missas qualibet hebdomada, necnon in defectum Canonicorum dicendi Capitula; sicut autem postremæ hæ conditiones, ac primæ debent adimpleri per se ipsum, ita etiam illa celebrationis Missarum, cum omnes sint in eadem oratione, & sic omnes pariformem determinationem accipiant, ad literam Textus, *in lege illud quæsitum* 32. ibi -- *sequitur ut idem debeat existimari*, cum notatis ibidem, per Gloss. *ff. ad legem Aquil.* Rot. cor. Bich. *dec.* 138. *n.* 19. 8

Item elicitur ex unione supradicta, quæ legitur facta ex eo quod diminutio redituum sufficiens non erat pro sustentatione duorum Presbyterorum; hoc enim ostendit in fundatione non fuisse intellectum de simplici Clerico; quia sustentatio simplicis Clerici tantam solicitudinem non exegisset, ut Beneficia separata in illius commodo unirentur, ut ad hunc præcisum effectuum notat Rota *d. dec.* 716. *part.* 2. *rec.* 9

Et demum comprobatur ex subsecuta observantia, dum semper fuit provisus actualis Sacerdos, cui observantiæ deferendum dixit Surdus *cons.* 140. *n.* 43. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 47. *n.* 30. Rot. *dec.* 226. *p.* 2. *& dec.* 550. *n.* 15. *p.* 18. *rec.* 10

Hinc superfluum visum est Dominis aggredi aliam quæstionem, in qua per scribentes hinc inde multa deducebantur, an unio dictorum Beneficiorum fuerit æque principalis, seu subjectiva; Labor enim non inutilis fuisset, si Beneficia unita non ejusdem essent qualitatis, & naturæ, ut dignosci posset, quodnam ex his duobus Beneficiis per unionem, naturam alterius assumpsisset; verum cum utrunque Beneficium sit Sacerdotale, quomodocunque talis unio intelligenda sit, variatio nulla potest contingere, quin semper Beneficium Sacerdotale remaneat, ideoque conferendum Clerico, qui actu sit Sacerdos, ex deductis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Gerunden. Beneficii.

SUMMARIUM.

1 *Litera Apostolica justificata executionem meretur.*
2 *Ad effectum dignoscendi, an Beneficium sit sacerdotale, est attendenda fundatio.*
3 *Beneficium sacerdotale dicitur, si institui debeat Clericus in sacerdotii gradu constitutus, quo casu qualitas sacerdotalis exigitur in ipso actu collationis, nec sufficit postmodum superventa.*
4 *Quoties non fuit expresse dictum, quod præsentandus per seipsum onera adimpleat, etsi Beneficiatus Rector, seu Presbyter appelletur, Beneficium non dicitur sacerdotale.*
5 *Secus tamen si fundator expresse declaraverit instituere Beneficium sacerdotale, & n.* 6. *&* 7.
8 *Si fundator Beneficii Sacerdos sit, Beneficium sacerdotale dicitur voluisse constituere.*
9 *Si uniatur Beneficium non sacerdotale alteri Beneficio sacerdotali, qualitas hujus secundi trahit ad se qualitatem primi, illudque sacerdotale efficit, & num.* 10. *&* 11.
12 *Ex observantia potest desumi qualitas sacerdotalis in Beneficio, & n.* 13.

14 *Dictio vel quandoque accipitur pro id est, & n. 15.*
16 *Episcopus non potest alterare qualitatem fundationis.*
17 *Collatio facta a Vicario Episcopi non docto de speciali facultate non sustinetur.*
18 *Actus contra observantiam non probatur ex fide unius tantum Testis licet Cancellarius sit.*

DECISIO XV.

FUndavit anno 1528. in Ecclesia Cathedrali Gerunden. Presbyter Petrus de Gallinariis locum unum Sacerdotalem cum certo onere Missarum per Sacerdotem eligendum, explendo in Altari Divi Vincentii, ex quo Beneficium nomen deinde assumpsit, certique obligatione servitii Ecclesiæ eidem injuncta, statuens, quod post obitum prioris Beneficiati per ipsum Fundatorem nominati, teneatur Episcopus prædictum Sacerdotalem locum conferre Clerico in Sacerdotii Ordine constituto, alias collatio non Presbytero facta, sit prorsus irrita, & nulla, prout colligitur ex ejus postremis Testamentariis tabulis inter Partes non controversis.

Anno 61. ejusdem sæculi ex pariformi pietatis zelo motus Canonicus Galcerandus de Monte Curvo instituit in hac eadem Ecclesia Beneficium Sacerdotale, postmodum, ut præfertur, erectum sub Invocatione Sanctorum Quatuor Evangelistarum de jurepatronatus Berengarii, & Petri dictæ domus de Monte Curvo, post quorum obitum ejusdem domus pro tempore hæredis, seu proprietarii cum onere Missarum, & servitii Ecclesiæ Rectori demandato per hæc verba: *Instituo, & ordino unum Beneficium Sacerdotale in dicta Ecclesia Gerunden. cujus quidem Beneficii Rector teneatur interesse omnibus horis canonicis diurnis, & nocturnis in dicta Ecclesia celebrandis, & teneatur celebrare Missam de Officio Defunctorum tribus diebus cujuslibet septimana &c.* & latius ex Testamento hinc inde dato.

Sub narrativa, quod utriusque memorati Beneficii redditus non sufficerent pro sustentatione duorum Presbyterorum anno 1409. Raymundus Antistes Gerunden. de consensu Marquesiæ relati Beneficii Sanctorum Quatuor Evangelistarum tunc Patronæ, eadem Beneficia insimul univit, sub ea lege, ut uno Beneficiorum pro tempore cedente, seu decedente, superstes utriusque Rector remaneret, ac imposterum unicum Beneficium tali modo effectum ab uno tantum Rectore possideretur, præservato dictæ Marquesiæ, aliisque futuris Patronis jure alternativæ præsentandi eum pro tempore futuris Episcopis, ut pariter est in confesso inter Partes.

Præsentavit de mense Novembris 1692. Franciscus Manresa de Mancorp, seu Monte Curvo assertus Dominus, & hæres hujus domus (ad quem pro ea vice præsentatio dicitur pertinere) ad Beneficium, ut supra, unitum, ubicunque effectum, tunc vacans per obitum Josephi Fex ultimi illius Possessoris Felicem Cassalins simplicem Clericum, qui institutionem ab Episcopo cum subsecuta possessione statim reportavit; Verumtamen præsentationem, ac institutionem prædictas nullas, & illegitimas agnoscens, ipsque Beneficii devolutum ad Sanctam Sedem, Joannes Sycars Sacerdos eum a Sanctissimo impetravit, suisque literis Executori in Partibus directis favorabilem Sententiam obtinuit, quæ deinde cor. R. P. D. meo Caprara confirmata extitit, prævia Decisione edita in Audientia Causarum diei 25. Junii præteriti, adversus quam cum mihi per Signaturam Justitiæ delata fuerit contentio cum clausula: *Alteri qui ad legitimam executionem &c.* Patres ad eandem hodie procedendum esse convenerunt, innixi non controversæ validitati Sententiæ Rotalis, ac justitiæ resul-
1 tanti ex verificatione omnium, & singulorum narratorum in literis Apostolicis, quæ propterea debitam executionem exposcunt, *cap. Si capit.* ibique Gloss. *verb. Exequatur de concess. prabend. in 6.* Rot. *in Leodien. Vicariatus* 10. *Februarii* 1696. coram R. P. D. meo Pio, *& in Aurien. Cantoriæ* 10. *Decembris ejusdem anni* cor. R. P. D. meo dell' Olmo.

Nec iterum in exclusionem mox dictæ verificationis objici valuit Beneficium hujusmodi per Sycars a Sanctissimo impetratum non esse Sacerdotale, super quo in hodierna disputatione principale contentionis pondus restrictum fuit; nam revera esse tale clarissime osten-
2 dunt Beneficii utriusque originariæ fundationes in hac materia attendendæ, uti advertunt Ciarlin. *controv.* 211. *n.* 16. Palma Nepos *allegat.* 135. *n.* 3. Samminiat. *controv.* 37. *n.* 9. Episcopus Rocca *disput.* 190. *n.* 1. *tom.* 2. Rota *in rec. dec.* 496. *n.* 2. *part.* 1. *dec.* 162. *n.* 14. *part.* 12. *& dec.* 354. *n.* 3. *part.* 19.

Respectu siquidem prioris Beneficii per antedictum Petrum de Gallinariis erecti fuisse Sacerdotale nulla oritur quæstio inter Partes, & præ cæteris resultat ex eo, quod de Fundatoris præcepto eligi, & institui debeat sub nullitatis pœna Clericus in Sacerdotii gradu constitutus, quo nanque casu Sacerdotii qualitatem Beneficii pariformem naturam reddentem, in Rectore pernecesse requiri, & quidem in ipso actu collationis, seu institutionis, nec suffi- 3
cere postmodum superventam, probant Ciarlin. *dict. controv.* 211. *a n.* 43. Episcopus Rocca plures cumulans *ante dict. disp.* 190. *n.* 2. *tom.* 2. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 116. *cum sequentibus* Rota coram Bich. *decis.* 313. *n.* 5. *& 6. ac dec.* 553. *n.* 12. coram Dunozet. jun. *dec.* 950. *n.* 10. *&* 11. *in rec. dec.* 496. *n.* 2. *part.* 1. *dec.* 607. *n.* 3. *cum seqq. part.* 18. *& dec.* 354. *n.* 45. *part.* 19.

Quo vero ad alterum Beneficium Sanctorum Quatuor Evangelistarum a Canonico Galcerando fundatum, non deformis claritas oritur qualitatis Sacerdotalis, ponderato integro dispositionis contextu superius relato, ubi expresse Fundator profitetur instituere Beneficium Sacerdotale, quodque Rector teneatur celebrare certum Missarum numerum, certoque modo inservire Ecclesiæ, ut quamvis si controversia duntaxat versaretur in hac secunda dispositionis parte, nimirum super simplici adjuncto onere Missarum, aliisque obligationibus Rectori demandatis, dubitari posset, an Beneficium redderetur Sacerdotale, cum hæc omnia censerentur apposita demonstrative ad qualitatem onerum, quæ æque bene per alium, quam per Rectorem expleri posset, quoties non fuerit expresse dictum, quod præsentandus per seipsum adimpleat, tametsi Beneficiatus Rector, seu Presbyter appelletur, in quibus terminis procedunt Auctoritates a defensoribus Cassalins addu- 4
ctæ, aliæque cumulatæ in sequelam celebris *allegat.* 35. Lapi *num.* 2. videlicet Moronus *respons.* 7. *il* 2. *per tot.* Franc. *var. resolut. cap.* 31. Marant. *respons.* 93. *part.* 5. Bonden. *collect. legal.* 13. *num.* 37. *cum seqq. tom.* 1. Pasqualig. *de sacrific. Miss. tom.* 2. *quæst.* 117. *num.* 2. *cum seqq.* Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 10. *a num.* 95. *ad* 144. Rof. *de execut. liter. Apostolic. part. cap.* 5. *num.* 178. *cum seqq.* Rota coram Gregor. *decis.* 108. *num.* 7. ibique Adden. *n.* 15. coram Bich. *decis.* 13. *num.* 11. coram Cels. *decis.* 367. *n.* 17. coram Merlin. *famigerata decis.* 825. *per tot.* coram Priol. *decis.* 84. *num.* 7. *cum seq. & decis.* 175. *num.* 15. *in recent. decis.* 155. *num.* 2. *part.* 4. *decis.* 182. *n.* 11. *&* 12. *part.* 8. *ac decis.* 184. *a num.* 11. *part.* 12.

Secus autem, ut in hac facti specie, reflectendo ad prio- 5
rem adductæ dispositionis partem, in qua Fundator expressis, & literalibus verbis se explicavit, & professus fuit instituere Beneficium Sacerdotale, ibi: *Instituo, & ordino unum Beneficium Sacerdotale*, & in illius sequelam adjectum fuit dictum onus Missarum, & servitii Ecclesiæ per Rectorem explendum, in quibus circumstantiis nulla Auctoritas per nominatos Defensores affertur, firmans Beneficium non esse Sacerdotale, quinimmo pro hac qualitate stat in oppositum constans opinio Doctorum Tribuna- 6
lis nostri, Sacræque Congregationis Concilii, ut ex Doctoribus Pac. Jordan. *elucubrat. var. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 118. Mar. Anton. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 3. *num.* 8. *vers. Tertio dicitur*, *ac n.* 9. *ac resolut.* 4. *n.* 9. *versic. Tamdemum*, Ciarlin. *controvers.* 211. *num.* 17. *&* 18. Vivian. *de jurepatronat. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 49. *ex Tribunali nostro decis.* 366. *n.* 2. *part.* 2. *recent. in Vicer. Beneficii* 18. *Februarii §. Habilitas*, cor. bon. mem. Emerix *impress. in recent. decis.* 457. *part.* 18. confirmata 4. *Maii* 1678. coram clar. mem. Card. Vicecomite, & ita resolvisse Sacram Congregationem Concilii testatur Fagnan. *in cap. Ut Abbates*, *num.* 78. *prope finem*, *vers. Ad hoc de ætate & qualitate*, quas sane Auctoritates, cum in individuo determinent casum præsentis controversiæ, nec habeant con- 7
tradictorem, pro lege habendas esse inquit Surd. *dec.* 229. *num.* 36. Sperell. *decis.* 176. *num.* 20. Rota coram Coccin. *decis.* 2121. *num.* 18. *in recentior. dec.* 106. *n.* 7. *part.* 19. *& dec.* 21. *n.* 19. *part.* 19.

Signanter quia præter literalem declarationem a Funda- 8
tore factam erigendi Sacerdotale Beneficium, non impar voluntas vocandi ad illud Sacerdotem actu deducitur, ex eo quod præcepit fieri unum Anniversarium cum interventu sexaginta Presbyterorum, assignando unicuique novem denarios, cum hoc, quod nihil tradendum esset alicui non Presbytero; signum evidens, quod ille prædiligebat qualitatem Sacerdotalem, ponderato ulterius, quod ipse Fundator erat Sacerdos, & Canonicus, ut ab ejus quali-

tate

tate arguen. esse voluntatem, observat Card. de Luca *de benef. disc. 96. n. 13.*

Cessatque penitus omnis ambiguitas ex unione, ut supra, inter unum, & alterum Beneficium secuta; quidquid enim sit, an talis unio subjectiva, vel æque principalis fuerit, certi juris nihilominus est, quod qualitas Beneficii Sacerdotalis ob majoritatem, & prærogativam gradus, cum Sacerdotum Dignitas sit superans
9 Regalem, *c. Solitæ, de majorat. & obedient.* Glöss. *in c. Duo sunt, verb. Fulgorem 96. dist.* Rot. *in rec. dec. 719. sub n. 4. p. 2.* accedere non potest qualitati simplicis, & Clericalis Beneficii minoris, & inferioris, ut eventus ostendit, cum Beneficium Sacerdotale post unionem in denominatione remansit, quod etiam conducere ad majorem Dignitatem tradit Rebuff. *de union. n. 16.* sed potius e converso in hac unione, licet per discursum æque principali, & non extinctiva jurium, quoties, ut in hypothesi, inter unum, & alterum Beneficium diversæ,
10 & inconciliabilis naturæ intercedit contradictio, tunc magis dignum trahit ad se minus dignum, ad firmata per Franc. *de Eccles. Cathedr. c. 8. de union. n. 174.* ac meliores prærogativæ conservantur, uti concludunt Vivian. *de jurepatron. p. 3. lib. 14. c. 5. n. 17.* Murga *q. Pastoral. p. 2. q. 2. de divis. union §. 7. n. 31.* quas meliores esse Sacerdotalis Beneficii late per rationes expendunt Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. dicta resolut. 4. n. 9.* Ciarlin. *adduct. controvers. 211. n. 44.* Amostaz *de causis piis lib. 3. cap. 5. n. 11. & 33.*

Demum consonat huic qualitati Sacerdotali observantia, tam de tempore factæ unionis, quam postea respectu utriusque Beneficii, de tempore porro unionis; nam eatenus ad illam a tribus, & ultra sæculis deventum fuit, ex quo fructus istorum Beneficiorum insufficientes existebant ad sustentationem duorum Presbyterorum; si enim ambo Beneficia non fuissent Sacerdotalia, prorsus in vanum adhibitæ forent tot diligentiæ, vanaque fuisset unio, tuncque temporis Patrona præjudicialem sibi consensum non præstitisset recipiendi ex hac unione alternativam, seque privando conferendi jure qualibet vice ejus Beneficium
11 magis æstimabili, ad notata in his terminis per Rot. *in rec. dec. 216. num. 2. part. 2. rec.*

De tempore insuper post unionem dantur visitationes annorum 1502. & 1512. cum narrativa talis qualitatis Sacerdotalis, quas ad propositum multum conferre con-
12 siderat Rot. *in dec. dec. 162. n. 5. cum seq. part. 12.* & in ultimis vacationibus semper præsentati, & instituti Sacerdotes fuere, ex quibus observantia saltem interpretativa colligitur, ponens in claris, Beneficium vere
13 fuisse Sacerdotale a principio fundatum, taleque postmodum unitum remansisse, Palma Nepos *allegat. 135. n. 10. & 11. part. 18. ac dec. 354. num. 4. ac 5. part. 19.*
14 Absque eo, quod contra hujusmodi observantiam quidquam faciat; primo, quod in ipsa unione dictum fuerit, ad Beneficium unicum effectum præsentandus sit *unicus Clericus, vel Presbyter*; nam ex relata præcedenti causa motiva unionis dici debet Episcopum unientem per verbum *Clericus*, intellexisse de Presbytero, seu Sacerdote, prout subsequenter se etiam explicavit adjungendo, ver-
15 bum *Presbyter*, non obsistente præfata dictione *vel*, dum ista in hoc casu non stat alternative, & pro *id est*, prout quandoque convenit hujusmodi dictioni, Chesius *interpretat. jur. c. 7. n. 30. lib. 1.* Vela *dissert. 37. n. 19.* & Rota *in rec. dec. 16. n. 13. p. 8.* alias enim Episcopus alterasset naturam, & qualitatem fundationis,
16 quod nullo modo videtur admittendum, ex Pac. Jord. *elucubrat. variar. tom. 2. lib. 10. tit. 13. n. 128.* Castropal. *oper. moral. p. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 6. n. 18.* Rot. *in rec. dec. 496. n. 9. p. 1.* Minusque secundo, quod de anno 1642. collatum fuerit Beneficium simplici Clerico, nam non docetur de illius effectuatione, signanter cum collatio facta fuerit a Vicario Generali Epi-
17 scopi, quæ non docto de speciali facultate, nullatenus sustinetur, ad Tex. *in c. fin. de offic. Vicar. in 6.* Gonzal. *ad regul. Cancellariæ §. 4. proœm. n. 34.* Marchesan. *de commiss. p. 1. c. 6. n. 120. fol. 260.* Barb. *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 60.* Pereg. *in prax. Vicar. p. 1. sect. 2. n. 12.* Rota coram Coccin. *dec. 228. n. 77.* Nec demum tertio objici potest præsupposita generalis contraria observantia, cum ea nec pariter probetur, tam ex simplici attestatione Cancellarii, qui est unicus, ac non deponit de re a se gesta, sed de solito admittendi simplices Clericos ad
18 Beneficia, ad quæ vocantur Sacerdotes; immo asserit tam improbabilem, Beneficia conferenda actu Presbyteris fuisse collata simplicibus Clericis, quod est contra superius firmatas regulas, quam etiam ex exemplo fundationis Beneficii Sancti Antonii, *Summario Cassalins n. 6.* in quo cum disponatur, quod Beneficiatus teneatur celebrare, seu celebrari facere, clarum remanet, quod illo casu Beneficium non erat Sacerdotale, & propterea exemplum longe diversum redditur inapplicabile ad firman. contrariam observantiam.

Et ita conclusum Partibus auditis.

R. P. D. P R I O L O.

Salisburgen. Canonicatus.

Lun. 8. Februarii 1694.

A R G U M E N T U M.

Ex regula 45. Cancellariæ habetur, quod in resignationibus nullatenus literæ Apostolicæ expediantur nisi resignans sive cedens, si præsens in Curia fuerit personaliter, alioquin per Procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in eadem Cancellaria expresse consenserit; hujusmodi forma est æque tam in Cancellaria, quam in Camera servanda, licet agatur de casu mixto, ex quo scilicet neque resignans fuit præsens in Curia, neque dedit mandatum ad resignandum, sed in partibus coram Secretario & Testibus per publicum Instrumentum resignavit; rursus & subjacent irritationi literæ expeditæ non adimpleta d. forma licet nulla adsit suspicio fraudis, & non obstantibus clausulis in literis appositis *sive præmisso sive alio quovis modo.*

S U M M A R I U M.

1 *Ad hoc ut resignationis literæ valeant exigitur quod resignans si præsens in Curia fuerit personaliter, alioquin per specialem Procuratorem expeditioni consentiat.*

2 *Prædicta forma nedum servari debet in Cancellaria, sed etiam in Camera, & n. 3.*

4 *Licet aliquando forsan in Camera contrarium fuerit observatum.*

5 *Ad introducendam specialem consuetudinem contra legem non sufficiunt simplices actus etiam continuati, nisi sint comprobati in contradictorio Judicio, & cum scientia, & patientia Principis.*

6 *Non implementum regulæ 45. Cancellariæ, uti proveniens ex inadvertentia notariorum, non est attendum ad constituendam consuetudinem adversativam, quæ sublata etiam esset ex decreto irritanti in eadem regula contento, & n. 7.*

8 *Resignatio non facta authoritate superioris Ecclesiastici, & si sit conditionalis non emanata in manibus Sanctissimi, seu habentis specialem Indultum, sed tantum coram Notario, & Testibus est nulla, n. 9. 10. & 11.*

12 *Regula 45. Cancellariæ omnes generaliter comprehendit.*

13 *In resignatione ad effectum jurandi, & consentiendi speciale exigitur mandatum.*

14 *Nec sufficit præsumptum nisi illud probatum fuisset ex præsumptionibus, & conjecturis ipsammet specialitatem actus percutientibus.*

15 *Sola exhibitio Instrumenti resignationis factæ in partibus coram Notario, & Testibus non sufficit pro speciale mandato.*

16 *Resignatio absque Juramento non valet.*

17 *Sub regula 45. cadunt etiam actus, qui sunt a fraudis suspicione exempti.*

18 *Dicta regula non dicitur derogata ex generalibus clausulis, quæ in literis apponuntur scilicet* - sive præmisso, sive alio quovis modo.

D E C I S I O XVI.

Cum præcipuum fundamentum fere in omnibus causis præbeat ipsum factum, ex quo deinde jus oritur, & specialiter in illius materiis, quæ omnino dependent a Rescriptis Summorum Pontificum, & stylo circa illorum executionem; Ideo DD. in altera præcedenti mea decisione moti fuerunt pro Literarum Apostolicarum executione favore D. Comitis Philippi, quia attestatione plurium sollicitatorum expeditionum, ac etiam diversis exemplis insinuatum fuerat, ad præstandum consensum pro quacunque resignatione sufficere in Camera exhibitionem publici documenti, & ita passim per ejusdem Cameræ Notarios observari: Sed quia in hodierna propositione hoc assumptum sublatum remansit ex contrariis probationibus, ad rem magis facientibus, de facili a decisis recessum fuit, cum stylus, allegatus a defensoribus Comitis Philippi non sit universalis tam in Camera, quam in Cancellaria, neque,

neque, quod plus est, uniformis etiam inter eosdem Notarios Cameræ; Ideoque forma, in Regulis Cancellariæ præscripta ad faciendas resignationes, tot clausulis munita, & in principio cujuslibet Pontificatus ita sedulo renovata, non debet ex incuria aliquorum Notariorum ita de facili innovari, sed omnino venit adimplenda.

1 Præcipit enim Summus Pontifex in Regula 45. quod Literæ Apostolicæ nullatenus expediantur; nisi resignans, sive cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per Procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit, & juraverit: Quod autem tale

2 præceptum non fuerit adimpletum, nec etiam ex adverso controvertebatur; Sed scribentes pro Com: Philippo conabantur excludere necessitatem hujus adimplementi cum exemplis, in præterita propositione allegatis, & hodie denuo repertis; Verum sedula diligentia Procuratoris D. Comitis ab Arcu, agnoscentis, Causæ resolutionem unice pendere ab hac circumstantia, casus omnes specialiter examinavit, illosque ostendit esse longe diversos a præsenti hypothesi, & ad magis confirmandam suam intentionem exhibuit quamplures alios casus resignationum factarum in Camera, juxta præscriptum Regulæ, & talem fuisse stylum

2 Datariæ comprobavit ex auctoritate Amyden. *de styl. Datar. lib. 1. cap. 10. quæst. 9. n. 21. vers. Aliud igitur est opponere.* Et demum ita servatum quoque fuisse in nostro Auditorio, quod semper voluit adimplementum Regulæ, nulla habita differentia inter Cancellariam, & Cameram, ut colligi potest ex illa alternativa, aut in Camera, aut in Cancellaria, quam adhibet Rot. apud Cassador. *decis.* 1. *prop. fin.* Caputaq. *dec. 85. p. 3.* Manzan. *dec. 550. n. 8. et seq.* *& in rec. dec. 106. num. 9. & dec. 198. n. 6. & 12. part. 18. &*

3 *dec. 21. n. 22. part. 19.* Ex qua alternativa, in præcitatis decisionibus adhibita, datur intelligi, quod utrobique erat adimplenda forma in Regula demandata.

His ita positis, & ad evitandam superfluitatem, non assumpto speciali examine casuum allegatorum pro Comite Philippo, parum relevare visum est, quod illi adhuc

4 subsistant, & decisiones, modo pro Comite ab Arcu deductæ, procedant in casibus diversis: Quia satis est, quod ex his omnibus deduci minime valeat quædam universalis observantia, ut inde ex illa quodammodo resultare videatur tacitus consensus Principis; sed semper potius erit dicenda inobservantia, ne repositum sit in arbitrio Notariorum intervertere Decreta Principis: Ultra quod illi casus possunt excusari ex aliquibus particularibus circumstantiis, supplentibus adimplementum Regulæ, quæ hodie non militant, vel non fuerunt impugnati; & tamen ad introducendam specialem consuetudinem contra legem non sufficiunt simplices actus, etiam continuati, nisi sint comprobati in contradictorio Judicio, & cum scientia, &

5 patientia Principis, Abb. *cons. 73. num 9. vers. Hac tamen consuetudo lib. 2.* Natt. *cons. 374. num. 16. et cons. 775. n. 11. & num. 26. cum seqq.* Gratian. *cap. 767. n. 8.* Cornazan. *dec. Luc. 112. num. 13.* & Rot. *decis. 72. num 22. part. 2. divers.* Imo, quod tales actus, uti provenientes ex inadvertentia

6 Notariorum, non veniant attendendi, Choch. *ad Reg. Cancell. de consens. tunc la 44. in fin.* verum sublati potius censeantur ex decreto *irritanti*, in eadem Regula conten-

7 to, firmat Rot. *dec. 440. num. 12. cum seqq. part. 4. tom. 2. rec.* & coram Cerr. *dec. 130. n. 16.*

Hinc cessat alterum motivum, alias deductum pro declinanda necessitate Regulæ, quod versemur in casu mixto, ideoque non comprehenso in d. Regula, ex quo neque resignans fuit præsens in Curia, neque dedit mandatum ad resignandum, sed ipsemet Comes Leopoldus in partibus, constitutus cor. Notario, & Testibus, per publicum Instrumentum resignavit.

Verum DD. crediderunt, talem actum non posse un-

8 quam haberi pro vera, & valida resignatione, tanquam non facta coram legitima persona, juxta Text. *express. in cap. Admonet, & in cap. Quod in dubiis de renunc.* ibique Abb. *n. 13. & in cap. Cum quidem n. 3. de pact.* Parif. *de resignat. lib. 7. quæst. 1. per tot.* & Rot. coram Put. *decis. 89. per tot. lib. 1. in correct.* & in puncto similis resignationis, factæ coram Notario, & Testibus sine auctoritate Superio-

9 ris Ecclesiastici, Navarr. *cons. 1. in fin. de renunc.* Corrad. *in prax. benef. lib. 5. cap. 1. n. 53. ante fin.* Et præsertim, dum agitur de resignatione in favorem certæ personæ, quæ sicuti dicitur conditionalis, ita nequit aliter fieri, quam in manibus Sanctissimi, seu habentis speciale Indultum, ut in *cap. ex parte de Offic. deleg.* Rebuff. *in prax. benef. lib. 3. tit. de resignat. condit.* Rot. coram Put. *decis. 347. lib. 1. &*

dec. 411. lib. 2. & coram Pen. *decis. 388. a n. 2 usque ad 8.* 10
Ideoque cum talis actus dici possit potius quædam promissio de resignando postea perficienda, quia non fuit confectus cum necessariis solemnitatibus, haberi debet, 11
ac si factus non fuisset.

Nec Summi Pontifices, præscribendo modum in resignationibus observandum, considerarunt casus, qui infiniti possunt esse secundum varias illorum circumstantias, seu personas, illas restringendo sub duabus speciebus, præsentium nempe, & absentium; & sicuti omnes sub hac generica distinctione comprehenduntur, dicendus est quoque comprehensus Comes Leopoldus; Ideoque, ut ab eo absente Comes Philippus validam reportaret resignationem, tenebatur esse solicitus, ut resignans juxta præscriptum Re- 12
gulæ deputaret Procuratorem cum facultate expresse consentiendi, & jurandi, ad quem effectum omnino requirebatur speciale mandatum Procuræ, per Text. *in l. jusjuran. §. fin. ff. de jur. jur. cap. fin. de procur. in 6.* Parif. *cons. 45. n. 1. lib. 1.* Sutd. *cons. 190. num. 2.* Seraph. *de privil. jur. privil. 111. n. 3.* & Golin. *de proc. part. 2. cap. 5. n. 23. &* Rot. *dec.* 13
110. n. 16. part. 19. rec. itaut non sufficeret præsumptum, nisi illud probatum fuisset ex præsumptionibus, & conjecturis, ipsammet specialitatem actus percutientibus, ut videre est apud Rot. *dec. 19. n. 21. & per tot. p. 8. rec.* Et propterea suffragari non potuit sola exhibitio Instrumenti resignationis, factæ in partibus coram Notario, & Testibus, 14
quia ad præstandum validum consensum etiam in manibus Notarii Cameræ erat necessarium speciale mandatum, ut important illa verba Regulæ ibi, *per Procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum*, & firmant Amayd. *de styl. Dat. l. 1. c. 10 q. 9. n. 25. ad fin.* & Rot. cor. Manz. *dec. 550. n. 10.*

Eoque magis augetur nullitas hujus actus, quia tale do- 15
cumentum non continebat juramentum, & sic carebat illa præservativa, qua ab omni suspicione purgatur, validitati robur obtinere potest; Ideoque ea omnia, quæ a tali principio infecto promanarunt, non possunt dici valida, & legitima, cum deficeret juramentum resignantis, sine 16
quo nec etiam ex adverso impugnabatur invaliditas actus, ut notat Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 16. n. 9. cum seqq.*

Nec juvat, quod objectum Regulæ sit tantum ad tollendam fraudem, qua cessante, ut in casu præsenti, attenta fide Notarii, cessare quoque debet rigor Regulæ; Nam, quamvis illius objectum sit ipsa fraus, non debet tamen illius observantia pendere ab incerto, & semper disputabili exitu, & in omnibus casibus est indistincte accipienda, quia leges, introductæ ratione publici boni, sunt in quocunque casu observandæ, ut simile videmus etiam in factione 17
Testamenti, in qua, ut ita fraudibus, & clandestinis machinationibus obvietur, requiritur ex præscripto Juris communis numerus septem testium, & tametsi nulla fraus, imo nec doli suspicio intervenisset, adhuc lege non impleta, & solemnitatibus non adhibitis, Testamentum esset ipso jure nullum, ut tradunt Crass. *de success. q. 54. n. 2. cum seqq.* & melius expendit Covar. *in c. cum esses n. 8. & seq. de Testam.*

Quod autem documentum in Camera exhibitum, nihil aliud contineat, quam simplicem promissionem de resignando, satis clare colligitur primo ex ipso actu, in quo, sicut in altera decisione observatum fuit, usus est Comes Leopoldus verbo (*resignet*) quod cum respiciat futurum tempus actualem resignationem non importat, deinde ex successivo mandato procuræ (*ad resignandum*) ac demum ex epistolis, & attestationibus modo productis: Istæ nanque patefaciunt animum resignantis; Cupiebat enim ex tali resignatione primo retrahere flor. 15000. quos etiam in suo Testamento mandaverat erogari in plura opera pia, certioratus deinde, quod hoc fieri minime poterat absque labe simoniæ, tunc vere dedit mandatum cum omnibus solemnitatibus ad resignandum cum pensione florenorum 2000. confidens forsan tanto temporis intervallo vitam protrahere, ut ipsemet posset ex dd. annuis præstationibus suam piam intentionem adimplere; verum, ingravescente morbo, & de salute desperatus, cupiens ad summum benefacere Comiti Philippo, desideravit, quod libere, & absque ullo onere resignationem obtineret: Quapropter ex his tribus excogitatis resignandi modis primus, & ultimus fuerunt tantum in intentione, secundus vero, etsi de jure validus in suo principio, non fuit tamen reductus ad actum, quia mandatum non fuit exhibitum, ideoque omnes inutiles evaserunt.

Minus denique talis defectus non adimpletæ Regulæ sanari potuit ex clausula *sive præmisso, sive alio quovis modo*, aliisque clausulis salutaribus in gratia appositis, ex quibus

desu-

desumi prætendebatur, quod talis forma resignandi innotuerit Pontifici, qui, eam admittendo cum dd. clausulis, censeatur illam ab omni vitio sanare voluisse: Quia cum tales clausulæ, vel similes in omnibus expeditionibus apponi soleant, juxta formulam relatam apud Parif. *de resignat. lib.* 8. *q.* 7. *n.* 31. & Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *cap.* 1. *sub n.* 1. dici non potest, quod Summus Pontifex derogare voluerit his, quæ pro forma essentiali requiruntur; alias actum esset de Regulis, tanto studio conditis, & summa diligentia per adeo longum tempus semper in quolibet principio Pontificatus renovatis, si ita de facili suppleri posset vitium intrinsecum non servatæ Regulæ, ut in proposito advertit Lotter. *de re ben. l.* 3. *q.* 8. *n.* 61. *et n....* *vers. nisi vitium*, Rot. cor. Coccin. *dec.* 2129. *n.* 29. *et in rec. dec.* 152. *n.* 51. *et n.* 56. *cum seqq. part.* 12.

Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO,

Valentinæ Vicariæ.

Lun. 7. *Junii* 1694.

ARGUMENTUM.

Ad validam Beneficii assecutionem necessario requiritur per prius obtentorum specifica mentio, & data eorum taciturnitate Principis rescriptum invalidatur, & cum nimis apud Doctores fuerit dubitatum, an expressio requiratur in consecutione Beneficii, cum primo incompatibili, hæc decisio declarat, quod magis vera sententia sit illa affirmans invalidari secundam gratiam, etsi agatur de Beneficio incompatibili ob illius non facta expressione in ampliationem *disc....* *de benef.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Ex non expressione retentionis alterius Beneficii gratia assecutionis secundi invalidatur.*

2 *Expressio Beneficii retenti requiritur pro validitate secundæ gratiæ, si Beneficium sit compatibile cum primo, secus si incompatibile.*

3 *Contraria sententia, quod exigatur expressio etiam Beneficii incompatibilis sub pœna nullitatis secundæ gratiæ, est magis vera, & rejecta prima sententia, ista est recipienda.* & n. 5.

4 *Traditur ratio d. secundæ sententiæ.*

6 *Contrarium tenentes rejiciuntur.*

7 Decisio 14. Mohedani *declaratur.*

8 *Literæ Apostolicæ justificatæ sunt exequendæ.*

9 *Non admittitur excusatio ob Doctorum contrarietatem ad salvandam nullitatem gratiæ ob non expressionem retentionis primi Beneficii incompatibilis.*

10 *Non recte desumitur argumentum ab expressione requisita valoris ad illam retentionis alterius Beneficii.*

11 *Potest Papa in Vicariis ad nominationem apponere Decretum reservationis specialis.*

12 *Necessitas expressionis primi obtenti non exoritur ob interesse Sedis Apostolicæ, sed a dispositione juris resistentis taciturnitati obtentorum ob possibilem Papæ voluntatem concedendi, vel denegandi gratiam.*

DECISIO XVII.

1 PRæsupposita generali in beneficialibus theorica ad validam Beneficii assecutionem, necessario requiri per prius obtentorum specificam mentionem, ac eorum data taciturnitate Principis rescriptum invalidari, & gratiam uti subreptitiam ipso jure corruere, itaut Beneficium prius vacare dicatur, ad Textus *literales in cap. si motu proprio, et in cap. non potest, versic. Cum de Prabend. in* 6. *et in c. Cum adeo versic. Cum enim c. ad Audientiam il secondo, c. in nostra de rescriptis*, in his terminis exornatos a Selva *de Benef. p.* 3. *q.* 11. *n.* 41. Parif. *de Resignat. lib.* 10. *q.* 2. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 126. Rosa *de Execut. liter. Apostol. c.* 5. *n.* 30. *et* 306. & tenent Adden. *ad dec.* 90. *n.* 86. *p.* 9. *rec.* Rot. *post posth. a*

2 *manut. dec.* 91. *in princip.* Non modica hodie excitata fuit controversia super applicatione, & an locum sibi vindicaret solum quoad Beneficia antea assecuta compatibilia cum noviter obtento, an vero etiam quoad incompatibilia militaret, quæ ipso jure per secundi assecutionem vacare debebant, in qua DD. in classes scissis, nonnulli firmiter tenent nullitatem expressionis a Jure Canonico inductam ob obventorum taciturnitatem, verificari solum in compatibilibus, vel in iis, quæ retineri prætenduntur; secus autem in Beneficiis, quæ jam in legis ministerio vacare contigit in secundi assecutione, quorum expressio videtur in his terminis supervacanea, prout hac inducta ratione opinionem tuetur Moneta *de commut. ult. volunt. cap.* 6. *n.* 253. *et seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 887. *n.* 26. ubi propositionem firmata, retenta sententia antiqui Glossatoris Regularum Cancellariæ, cujus sensui se etiam conformat Cocchier *in comment. ad regul.* 61. *n.* 9. Vivian. *de Jurepatronat. lib.* 14. *cap.* 3. *n.* 99. qui ex firmatis per Monet. loquitur dubitative, & per verba *est probabile*, *in prima impressione ad regul.* 8. *et Cancell. gloss.* 15. §. 2. *n.* 68. *et* Rot. cor. Mohedan. *dec.* 14. *de Prabend. alias* 171. *n.* 3. *et per tot.*

Rationemque disparitatis inter obtenta, quæ compati possunt, ac incompatibilia memoratæ opinionis sectatores eam reddunt, ut eatenus sit opus exprimere compatibilia, quia cum sit sacris Canonibus adversativa Beneficiorum pluralitas, Papa debet esse instructus de multiplicitate, & qualitate retentorum, cum forsan ex illa juridice moveri posset ad denegandam gratiam, quod non applicatur si primum Beneficium est cum secundo incompatibile, & per illius assecutionem ipso jure vacare debet, quia tunc Papa ex illius narrativa difficilior non redderetur ad gratiam concedendam, quam proinde nec viriari autumant a taciturnitate, ad ea quæ tradit Masc. *de prob. cit. l.* 2. *concl.* 887. *n.* 31. *et* 33. *et communiter superius relati.* 3

Contrarium tamen uti firmiori rationum, & auctoritatum calculo fulcitum, hodie DD. tenuerunt, firmantes sensum, in assecutione secundi Beneficii, prioris etiamsi incompatibilis, & ipso jure vacaturi, mentionem faciendam esse, ita sua si a liberali sanctione Textus *in cap. postulasti* 27. *de rescript.* ubi Innocentius Tertius a Cypriano Episcopo Uratislaviensi consultus, per ea, quæ tradit Gonzal *in hunc textum* ita respondit: *Quod cum per formam prædictam necessitatibus pauperum Clericorum qui nullum scilicet Ecclesiasticum Beneficium assecuti, sicut ibidem exprimi consuevit Sedes Apostolica duxerit succurrendum, perpetuus Vicarius, nisi de Vicaria fecerit mentionem, commodum reportare non debet, de hujusmodi literis, utpote veritate tacita impetratis; non enim carere Beneficio Ecclesiastico dici debet, cui competenter a perpetua Vicaria proventibus est provisum, & pro habenti Beneficii sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio Beneficio de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis incentionem.* Ex qua aperta sanctione, cum resultet provisionem obtentam de Beneficio secundum formam Apostolicam, per quam succurritur Clericis Altari in servientibus, nullam esse non facta mentione Vicariæ perpetuæ obtentæ, emergit generalis propositio incompatibilium retentionem Papæ narrandam esse, ne gratia ob tacitam veritatem nulla remaneat, per ea, quæ in specie animadvertit Gonzalez Tellez *in c. ad aures de rescriptis* ubi Abb. *n.* 9. per hæc singularia verba quæstionem decidit: *Aut per receptionem secundi vacat primum ipso facto, & est majus dubium de subtilitate, & rigore teneo sententiam*, Cald. quia *si forte Papa scivisset de qualitatibus primi, non absolvisset eum a* primo Beneficio, *concedendo sibi* secundum, & facit ratio in *cap. Postulasti*. Et ibidem Felin. *n.* 4. Gonzal. *ad regul.* 8. Cancell. *gloss.* 15. 2. *n.* 6. *vers. Adverte*, ubi se retractans ab opinione prius tenta se adscribit classi requirentium mentionem incompatibilium, asserens opinionem hanc veriorem esse, & magis communem, ut videre est in secunda impressione post Auctoris obitum, edita cum additionibus ex ipsius manuscripto exemplari eruris, quam cum non vidisset Garzia, idcirco pro contraria sententia Gonzalez allegat, & refutat Corrad. *in prax. dispensat. l.* 7. *cap.* 4. *n.* 51. Garz. *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 126. & *seq.* ubi refert ad assumptum individualem nostri Auditorii resolutionem *in Calaguritana Canonicatus, & Prabenda* 23. *Martii* 1579. coram Blanchetto, & sequitur coram Seraphin. *dec.* 483. *per tot.* penes Coccin. *dec.* 1639. & 1661. & fuit articulo examinato decisum *in Burghi Sancti Sepulchri Prioratus* 27. *Junii* 1688. coram Reverendiss. Mediolanen.

Ratio autem animativa optime deducitur a memorato textu *in cap. Postulasti*; cum enim ibi Papa protestetur non de facili literas impartiri super novo Beneficio aliud obtinentibus, duplex emergit ponderatio, per quam Pontifex difficilior reddi potest ad gratiæ concessionem, narrata alterius etiam consimilis Beneficii assecutione. Prima est, quia forsan Papa, considerato servitio Ecclesiæ, cui addictus est impetrans, ad refrænandum ambitionem, & avaritiæ fucum, quo fortasse duci valeret novam exquirere gratiam, retrahi posset ab illa concedenda, provido

vido nolens consilio absolvere impetrantem a vinculo prioris Beneficii, ut firmius roboretur in vocatione, qua primitus vocatus est, cum id pastoralis Officii solicitudo secundum facti circumstantias exposcat. Altera vero residet in eo, quod cum potiora Jura, Canonicæ sanctiones super vacaturis Beneficiis impartiantur pauperibus Clericis nullo Ecclesiastico subsidio provisis, quam cæteris jam Beneficiatis, potuisset Papa, narrata alterius Beneficii impetratione, excludere jam provisum præferendo non Beneficiatum; sicque cum dari posset casus, ut ex mentione Princeps difficilior redderetur, expressio semper est necessaria, ad notissimum textum *in cap. super literis de rescriptis*; his, & consimilibus argumentis exornatum ab Abbate *in cap. ad aures numer. 9.* & Felin. *ibid. numer. 3. de rescript.* ac innuit punctualissime Rota coram Seraph. *decis. 483. num. 7. vers. sed in cura*.

Tantaque est vis ponderatarum rationum, ut nulla emergat differentia, si Beneficia primo obtenta sint ejusdem vel diversæ speciei cum noviter assecuto, cum non ex qualitate Beneficii, & majori, vel minori aptitudine Beneficiati requiratur expressio, sed a ratione impulsiva novæ gratiæ denegandæ, quam Papa depromere valeret a narrativa primævæ provisionis, quam ad hunc effectum exprimendam esse, Doctores considerant, ut ratione eruta *a cap. Postulasti, sæpius laudato*, firmant Abb. cæterique DD. nuper allegati.

Hoc igitur retento themate nil urget, quod stante vacatione primi obtenti, quæ ipso jure resultat ab assecutione secundi, excludatur Beneficiorum multiplicitas, quę regulariter est ratio finalis, & motiva denegandi novam provisio-
6 nem, ex qua tacita resultat subreptio. Nam vitium subreptionis non tantum exoritur, quando impetrans reticuit causam finalem, & inductivam, qua regulariter Papa moveri solet ad gratiam denegandam, sed etiamsi tacuerit id, a quo Papa impelli posset ad non concedendum, licet alias concessisset, dummodo non tam facile, per individuam Abbatis doctrinam *in cap. Postulasti num. 2. lit. F. vers. ex quo colligitur*, ubi in nostris terminis ita concludit; *Ex quo colligitur, quod subreptio vitiat literas, nedum quando fuit causa inductiva, & finalis gratia, seu rescripti, sed etiam sit causa impulsiva, ut quia Princeps alias concessisset, cessante subreptione, sed non tam facile; unde subreptio fuit causa impellens, & sic habens casum notabilem, & singularem, quo cessante, causa inductiva, seu causa impulsiva extante, falsa corruit dispositio, & hoc est odium materiæ Beneficialis propter ambitionem reprimendam*.

Hinc vim aliquam non faciunt Doctores, & rationes pro prima opinione allegatæ; nam omnia refutantur solidioribus argumentis a tenentibus contrariam sententiam, ut ex superius animadversis; imo aliqui eorum se retractant, ut Gonzalez; alii loquuntur dubitative, ut Vivianus; quidam se uniformant sensui antiqui Glossatoris communiter reprobati uti loquentis perfunctorie, & sine auctoritate, ut
7 Cocchier, & Mascardus; alii denique hypothesi non applicantur, ut decisio 14. Mohedani; ea enim firmat necessariam non esse mentionem qualitatis primi obtenti, utpote, quod Canonicatus possideretur sub eodem tecto illius noviter impetrati, a quo inferri non valet ad mentionem faciendam Beneficii absolute considerati, prout explicat Garz. *de Benefic. p. 1. cap. 2. num. 127. & seqq.* Prodeque contraponi non merentur tot insignibus Doctoribus præcise in casu loquentibus, totque nostri Tribunalis resolutionibus articulo serio examinato editis.

His itaque mature præhabitis, juremerito hodie Patres
8 responderunt, literas Apostolicas Laurentii esse exequendas; Cum enim illæ in partibus respicientibus unionem controversæ Vicariæ, & valorem verificentur a confessione collitigantis in aliis Apostolicis literis emissa, frustra quoad illas justificatio contenditur, & quoad fundamentum gratiæ sistens in vacatione Beneficii, ut prius ob impetratam a Hiacyntho Vicariam non facta mentione alterius Vicariæ perpetuæ S. Valerii quam prius obtinebat, eum ex deductis satis remaneat justificatum, hinc de plano intrat rescriptum pro literarum Apostolicarum executione.

Neque relevabat, quod stante opinionum contrarietate super narratione facienda, vel omittenda prioris obtenti incompatibilis, Hiacyntho opitulari debeat bona fides, cujus tutamine excusari valeat a nullitate provisionis, prout, hoc admisso motivo, resolvit Rota coram Coccino *alleg. decis. 1639. nu. 11.* Etenim bona fides tunc intento deservit:
9 quando cum dubietate juris concurrit mixta facti ignorantia, ut erat in casu decisionis Coccini in objecto laudatæ, sicut clare præsefert lectura illius informatoriæ apud eundem Coccin. *dec. 1662. nu. 7. 8. & seqq.* secus autem quando sola juris ignorantia concurrit, quæ nunquam excusat a pœna a jure inflicta ob nullitatem actus, ut in præcisis terminis firmat Glos. *in cap. ad aures verb. taceatur de rescript.* & ibi Archidiac. *n. 2.* Corrad. *in prax. dispens. lib. 7. cap. 4. n. 51.* Rosa *de execut. lit. Apostol. cap. 5. n. 32.*

Potissimum in facti specie, in qua *post editam decisionem* Seraph. *la 493.* concors DD. inolevit opinio incompatibilium etiam faciendam esse mentionem, itaut fere nullus de hoc dubitaverit, sicque ignorantia esset nimis supina, ac inepta, sufficeentem bonam fidem præstare ad validandum alias de jure vitiatum.

Minusque obsistebat Pontificem in Regula 55. de valore mandasse, exprimendum esse valorem prius obtentorum, exceptis illis, quę vigore ultimæ provisionis vel voluntatis, vel de jure dimittere teneretur, nam ab expressione valoris non currit argumentum ad mentionem de Beneficio facien- 10
dam; diversæ namque sunt dispositiones, disparatis rationibus Papa in iis sancivit, ac diversa legali censura una ab altera lege contradistinguitur; Valoris namque expressionem Papa exigit, ut secundum personarum qualitatem reditus Ecclesiæ distribuat; mentionem vero obtentorum requi- 11
rit, ne oscitanter quis a priori vinculo absolvatur, vel præferatur non Beneficiato, ut bene per Abb. *in d. cap. ad aures, de rescript. n. 5. vers. Puto tamen, & n. 9.* Unde cum a diversis de jure non fiat illatio, a regula de valore exprimendo ad limitationem Text. *in cap. Postulasti de rescript.* minus juridice arguitur.

Demum nihil urgebat, subreptionem in casu vitari, ex quo Vicaria S. Valerii per prius a Hiacyntho obtenta unita erat Dignitatis Sacristiæ Cathedralis Valentinę, itaut super ea non potuerit Papa in provisione alterius apponere Decretum vacationis eo ipso, & reservationis favore Sedis A- 12
postolicæ; nam præmisso, contrarium esse stylum Datariæ, & Papam posse etiam in Vicariis ad nominationem opponere reservationis specialis Decretum, per ea, quæ articulo formiter disputato, firmavit Rota *in Lauden. Vicaria 29. Martii*, confirmata *14. Junii currentis anni* cor. P.D. meo Caprara. Satisfacit responsio, necessitatem expressionis primi obtenti incompatibilis non exoriri ab interesse Sedis Apostolicæ, quod in hypothesi minime spectatur; sed a dispositione juris resistentis taciturnitati obtentorum ob possibilem Papæ voluntatem concedendi, vel denegandi gratiam, quæ cum æque bene militet sive incompatibile Papæ reservetur, sive non, ideirco ex vi regulæ omnia Beneficia indistincte comprehendit ex thematicis supra firmatis.

Et ita utraque parte audita, conclusum fuit in Causa, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Valentina Vicariæ.

Lunæ 26. Januarii 1695.

Argumentum est notatum in præcedenti decisione 27.

SUMMARIUM.

1 *IN assecutione secundi Beneficii est facienda mentio de primo, alias secunda gratia est nulla, sive Beneficia sint compatibilia, sive incompatibilia, & n. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Ratio animativa* c. postulasti de rescript. *exoptantis in secunda Beneficii consecutione expressionem primi Beneficii obtenti est, quia Clero jam proviso raro novum impartitur Beneficium, cum soleat regulariter succurri necessitatibus pauperum Clericorum, nullo Ecclesiastico subsidio provisi, quibus Sacri Canones in concursu cum jam Beneficiato potiora jura attribuunt, & n. 9.*

7 *Dicta ratio æque militat tam in assecutione compatibilis, quam incompatibilis.*

8 *Non expressio rei, quæ difficiliorem redderet Pontificem ad gratia concessionem, causat probationem.*

10 *Major, doctior, & præ cæteris conspicua est Doctorum opinio, quod subreptio in literis Apostolicis causetur a taciturnitate primi obtenti, etsi sit incompatibilis cum secundo assecuto.*

11 Antiquus glossator apud Cocchier in Coment. ad reg. 61. Cancel. *rejicitur.*

12 Mascard. de probat. conclus. 887. *minime negat subreptionem ex causa non expressionis primi Beneficii incompatibilis.*

13 *Declaratur* Lap. alleg. *n.* 7.

14 Vivian. de Jurepatr. lib. 14. capit. 13. n. 99. *articulum non examinat, & ideo non attendendus.*

15 Cocchier. ad reg. 91. Cancell. n. 9. & Barbos. vot. 107. n. 33. *non excludunt subreptionem literarum ob non factam expressionem primi Beneficii obtenti, & incompatibilis.*

16 *Declaratur* Rot. decision. 14. de Præbend. coram Mohedan.

17 Monet. de commut. ult. volunt. cap. 6. numer. 253. *rejicitur.*

19 *Quando expressio a Jure exigitur, taciturnitas vitiat rescriptum, etiam si alias emanasset, cum satis sit, potuisse non emanare, vel non tam facile.*

DECISIO XVIII.

Reintegrata hodie disputatione super articulo, an requisita mentio obtentorum in assecutione secundi Beneficii, ad terminos Text. *in cap. Si motu proprio, & cap. Non potest versic. cum de Prabend.* militet solum quoad Beneficia compatibilia, in quibus consideratur pluralitas impetrationum Sacris Canonibus invisa, vel procedat etiam in Beneficiis incompatibilibus ipso Jure vacaturis per alterius assecutionem; Revolutisque fundamentis, sub quibus processit Decisio coram me edita die 7. Junii anni mox elapsi firmans, Principis rescriptum invalidari, & gratiam uti subreptitiam ipso Jure corruere, tacito incompatibili prius obtento, itaut Beneficium vacare dicatur ut prius, cum illa Patres satis in Jure solida reputaverint, ac everti non viderint a denuo propositis objectis, eis inhærendo iterum firmarunt sensum tam ex Sacrorum Canonum dispositione, quam ex Juridicis Theoricis, ac communiter Doctorum opinione, ad validam Beneficii impetrationem opus esse narrare possessionem alterius compatibilis per prius assecuti, ac in Decisis perstitterunt.

Literale nanque ad controversiæ Decisionem visum est responsum Innocentii III. in *cap. Postulasti* 27. *de Rescript.* suse relatum in prima Decisione §. *Contrarium tamen*, in quo cum Papa profiteatur perpetuum Vicarium ab impetratis literis commodum reportare non posse, nisi de obtenta Vicaria mentionem fecerit, generalis eruitur propositio, taciturnitatem cujuscunque Beneficii, nulla adhibita distinctione compatibilis ab incompatibili, gratiam, uti veritate tacita, impetratam irritare, cum universalis regula per Sacros Canones præscripta utroque
1 Beneficiorum generi apprime adaptetur, ejusque dispositio in omnibus indefinite verificari valeat, prout; retento themate præcitati Textus, assumptum generice firmat ibidem *Gloss.* in figuratione casus ibi; *Item semper est facienda mentio de priori Beneficio, aliter non valent litera, ut hic dicitur.* Eumque insequendo in specie animadvertuntur individualissime Abb. *in cap. Ad aures de Rescript. vers. Unde recte*, & punctualiter firmavit Garzia *de Benef. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 126. *& seqq.* Rota *decis.* 1636. *n.* 6. *&* 11. confirmata in *decis.* 1662. coram Coccino, *& in Burgi S. Sepulchri Prioratus* 25. *Junii* 1688. §. *Vacatio siquidem*, § *Neque a mentione*, coram Reverendiss. Caccia.

Neque relevat Text. *in cap. Postulati*, nuper relatum, non discutere casum duorum incompatibilium, de quo
2 in præsenti quæritur, sed tantum decidere articulum Clerici obtinentis compatibile, non narrata assecutione Vicariæ residentialis, quam obtinebat; qui cum in ratione legali præseferat pluralitatem Beneficiorum improbatam, satis distare dicatur ab hodierna controversia, in qua cum illa minime sit spectabilis, ex quo primum Beneficium jam ipso facto vacare contigit, nequeat proinde in hunc sensum trahi dispositio sub disparata ratione concepta. Nam neque inspiciendo propositionem a Textu firmatam, minusque perpensa ratione ab eodem ad intentum assumpta, verificatur particularis theorica in objecto laudata, quin potius generica inducatur conclusio comprehensiva cujuscunque Beneficii, sive compatibilis, sive
3 incompatibilis.

Considerata inquam Textus propositione; nam cum ille per hæc verba hic haud inutiliter repetenda concludat: *Quod cum per formam prædictam necessitatibus pauperum Clericorum, qui nullum sunt Ecclesiasticum Beneficium consecuti, Sedes Apostolica duxerit succurrendum, perpetuus Vicarius nisi de Vicaria fecerit mentionem commodum reportare non debet de hujusmodi literis, utpote, veritate, tacita, impetrati,* liquet Decisionem illius non restringi qualitati compatibili, quam nec narrat, ac sub involucro relinqui, sed indefinitæ theoricæ, per quam inducitur subreptio secundæ gratiæ ob taciturnitatem cujuscunque etiam modici Beneficii, prout litera contextus præsefert, ac ulterius suadet adminiculativum connotatum ab eodem perpensum ibi: *super obtinendo alio Beneficio de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem,* 5
juxta quæ ram generice, & indefinite scripta non datur argui restrictio regulæ ad solum casum compatibilium, sed jure merito contraria firmatur thesis, prout hisce animadversionibus docuere Abb. *in cap. Ad aures de Rescript. n.* 9. *ibidem* Felin. *n.* 4. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellariæ G. es.* 15. §. 2. *n.* 6. *vers. Adverte in secunda impressionem*, ubi, refutata opinione tenta in priori operis editione, generalitatem regulæ per Textum firmatæ amplectitur, ac sequuntur in præcisis terminis alii DD. regulari in prima Causæ decisione §. *Contrarium tamen in fine.*

Idipsum, ponderata Textus ratione, evidentius demonstratur; nam tota litera perspecta nulli legitur, rationem animativam sistere in Beneficiorum multiplicitate, itaut illa fuerit ratio finalis, & motiva irritandi novam provisionem, sed evincitur pro motivo subreptionis adduci, quod Clerico jam proviso de perpetua Vicaria Sedes Apostolica raro novum impartitur Beneficium, cum soleat regulariter succurrere necessitatibus pauperum Clericorum, 6
nullo Ecclesiastico subsidio provisi, quibus in concursu cum jam Beneficiato Sacri Canones potiora Jura attribuunt. Sub hac igitur animadversione prodiit decisio toties laudati Textus, quæ cum æque militet tam in assecurione compatibilis, quam incompatibilis, juremerito regula utriusque comprehensiva eruitur, cum certo certius Papa petenti incompatibile illud sub motivo ordinatæ charitatis 7
erga Clericum non Beneficiatum denegare valuisset, & forte denegasset, cum id distributivæ Epichejæ ratio expostulet, & Sacrorum Canonum dispositio demandet; Si ergo difficilior Princeps gratiæ reddi potuisset ab expressione, illa omnino est necessaria, at tacita causat subreptio 8
nem, prout, hac ponderata ratione, tenuit *superius relata* Gloss. Abb. & Felin. *in locis allegatis.*

Motivumq; multiplicitatis Beneficiorum a nullo ex DD. nostram opinionem insequentibus perpenditur: sed ad theoricæ fomentum, vel consideratur nuper discussa reflexio, vel altera æque potens animadversio elicita a difficultate, quæ in Pontifice exoriri posset de absolvendo provisum a vinculo prioris Beneficii, quæ in ipso pluribus congruentibus rationibus consoveri valeret. Primo nanque in expetente novum Beneficium considerari posset ambitionis, & avaritiæ fucus, quem refrænare oporteret, gratiam denegando. Secundo autem, quia forsan congruentius esset confirmare Beneficiatum in vocatione, qua prioritus vocatus est, eo quod aptior dignosceretur Beneficio habito, quam ambito; Quibus sub titulis cum justissime posset Papa novæ provisioni obsistere, narrari pernecesse debet assecutio etiam consimilis Beneficii, ut in his terminis optime dixit Rota penes Seraph. *decis.* 483. *num.* 7. & late comprobavit decisio, quæ confirmatur §. *Ratio autem animativa.*

Sic itaque vindicato fundamento resolutionis, ac intrinseco rationum robore fulcito, deveniendo ad extrinsecum authoritatem adjumentum, in sententiam hodie tentam confluere visa est major, doctior; ac præ cæteris conspicua Doctorum series, quorum dicta infelici criticabantur labore, cum objecta sola lectura eliminet, quousque proinde in unum colligere satis creditur opportunum, ut eo firmius stabiliatur propositio, subreptionem in literis Apostolicis causari a taciturnitate primi obtenti, etsi incompatibilis eum secundo assecuto, cum illam, re per sua originalia principia examinata, tueantur, ac probent Felin. *in c. ad aures sub n.* 3. *vers. unde dicendo ad Rescr. & in eundem Textum* Abb. *n.* 9. Gonzal. Tellez. *n.* 8. *&* 11. Butr. *n.* 6. *&* 8. 9 10
Barbat. *in cap. in nostra in fine eod. tit. de Rescript. &* Barbos. *in cap. cum adeo n.* 2. *in fine & n.* 3. Garz. *de Benef. par.* 2. *c.* 2. *num.* 26. *& seqq.* ubi de praxi, & stylo restatur Gonz. *in secunda impressione ad Regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 15. §. 2. *num.* 64. *vers. Adverte.* Mascard. *de probat. concl.* 887. *num.* 27. *& seqq* ubi de veriore secundum juris dispositionem, Tond. *quæst. Benef. tom.* 1. *capite* 29. *per tot.* ubi quæstionem detractat in terminis Beneficii Regularis, & Canonicatus Secularis inter se incompatibilium, ut declarat *in num.* 4.

fuitque

fuitque constans nostri Tribunalis sententia, ut *in Calagurritana Canonicatus, & Prabenda* 23. *Martii* 1579. coram Blanchetto, relata a Garzia *loco quo supra*, & penes Seraph. *disr.* 483. *num.* 7. *& decis.* 1639. *per tot. & decis.* 1662. *n.* 1. coram Coccino, *& concordantibus cumulatis novissime in Burgi S. Sepulchri Prioratus* 15. *Junii* 1688. §. *Vacatio siquidem*, *&* §. *Neque a mentione*, coram Reverendissimo Mediolanen.

Hinc in tot insignium DD. & individualium nostri Additorii resolutionum concursu, parvi ponderis reputari valuerunt paucæ in numero, & parvæ in rationibus authoritates pro contraria sententia allegatæ. Quippe quia aliquæ casum non percutiunt; Aliæ dubitative rem agunt; Et cæteræ perfunctorie, & sine authoritate quæstionem potius innuunt, quam pertractant, ut a particulari illarum patebit indagine.

Antiquus nanque Glossator, apud Cocchier. *in Coment. ad Reg.* 61. *Cancell.* insignis quidem Beneficialista, quæstionem non examinat, sed perfunctorie inducit contra-
11 riam propositionem, quam nec textu, nec ratione, minusque Doctore munire studuit, & de illius opinione relata a Mascard. *de probat. conclus.* 887. *num.* 26. illam in numero sequenti secundum Abbatem, & alios DD. dicit minus veram, sicque optime in prima mea decisione §. *Hinc vim aliquam* pro reprobata refertur præcitati Alphonsi opinio, cum illam actu referat, & non sequatur Mascard. *loco allegato*.

Idemque Mascard. minus caute adscribitur classi negantium subreptionem in themate, cum num. 26. nuper allegato referat opinionem Abbatis, & rationes examinet,
12 & tandem concludat: *Et ideo de juris dispositione esset dicendum contrarium*, *juxta sententiam* Felin. *in dicto cap. Ad aures*.

Lapus *in Alleg.* 89. *num.* 7. diversam penitus penitusque examinet inspectionem, cum tantum agat de quadam permutatione a duobus Prælatis assecuta, qui cum postea in suis primævis titulis remanere exoptassent, ac obtinuissent a Summo Pontifice, quæritur, an dicta gratia vitietur, non narratis primis collationibus? & concluditur negati-
13 ve, quia taciturnitas secutæ collationis nil præseferebat, quod Papam a concedendo valuisset retrahere, quo nihil ad casum nostrum induci valet.

Vivian. *de Jurepatr. lib.* 14. *cap.* 13. *num.* 99. relato Glos-
14 satore antiquo, loquitur per verba *est probabile*, & articulum non examinat, sed sub dubitativa methodo perfunctorie tantum quæstionem pene attingit.

Cocchier. *ad Reg.* 91. *Cancell. num.* 9. & Barbos. *voco* 107.
15 *num.* 13. firmant tantum, quod non sit facienda mentio valoris Beneficii Curati obtenti in secundi assecutione, ad præscripta *in Regula* 35. *Cancell.* cujus dispositio non percutit nostrum assumptum ob disparatas rationes, quæ in uno, & altero casu perpensæ fuere in prima Decisione §. *Minusque obstabat*.

Rota demum *in decis.* 14. *alias* 161. *de prebend.* coram
16 Mohedano discutit, an sit in impetratione facienda mentio qualitatis Beneficii prius assecuti, quod sit sub eodem tecto; Sicque nostram quæstionem non assumit, quæ ab illa distat quantum genus a specie.

Remaneret ergo solus Moneta *de Comut. ult. valunt. cap.* 6. *num.* 253. qui contraponi non meretur tot tantisque authoritatibus contrariam sententiam tuentibus, immo, uti singularis, ac resistens clarissimis Sacrorum Canonum dispositionibus, venit omnino rejiciendus, ac ejus opinio uti minus tuta, ac periculosa confutari debet.

17 Firmata itaque ad Juris Canonici regulas subreptione, verificatisque literis Apostolicis Laurentii in ea fundatis, frustra Hyacinthus illam declinare satagebat in themate, ex quo illa solum sit spectabilis in Beneficiis pertinentibus ad liberam Papæ provisionem, non vero in illis, quorum collatio facienda est ad præsentationem, seu nominationem alterius, cujus generis erat controversa Vicaria, utpote unita dignitati Sacristiæ majoris Cathedralis Valentinæ, ad cujus nominationem cum Papa teneretur de Jure præsentatum, seu nominatum instituere, considerabiles non sint rationes absolvendi, vel relinquendi in obsequiis prioris Beneficii superius ponderatæ.

Siquidem, cum tam in Beneficiis liberæ collationis, quam ad nominationem possit Papa considerate Beneficiatum magis aptum Beneficio obtento, quam petito in utraque specie causatur subreptio; nam ad illam inducendam satis est, quod Princeps potuisset nominatum ex hoc capite rejicere, licet non rejecisset; nam quando expressio a Jure exigitur, taciturnitas vitiat rescriptum, etiam si alias emanasset, cum satis sit potuisse non emanare, vel non tam 18
facile, ut originaliter docuit Abb. *in cap. Postulasti n.* 1. *lit. F. versic. Ex quo colligitur*, juxta verba relata in prima Decisione §. *Hoc igitur recento*, & docte comprobat Fagn. *in cap. Super literis d.* 52. *&* 58. *& n.* 69. *de Rescript.*

Et ita prætermisso objecto bonæ fidei, cæterisque levioribus in prima Decisione eliminatis, PP. resolverunt, utraque parte accerime concertante, &c.

R. P. D. M U T O.
Olomucen. Canonicatus.
Ven. 29. *Martii* 1694.

A R G U M E N T U M.

Ex consecutione Coadjutoriæ minime vacant Beneficia per coadjutum retenta, cum coadjutores nullum habeant jus in re, adeout solum jus habere incipiat post decessum coadjuti. Coadjutoria Episcopalis non est incompatibilis cum retentione Beneficiorum residentiam exoptantium, ubi Summus Pontifex in literis nullum residentiæ onus imposuit, pluraque habentur in decisione de intelligentia concordatorum Germaniæ.

S U M M A R I U M.

1 *Sententia injusta exequi de jure non potest.*
2 *Allegans Beneficii reservationem, eam concludenter tenetur probare.*
3 *Expressio reservationis, & affectionis enunciata in gratia, quæ non motu proprio, sed ad supplicationem partis emanavit, non collit præcisam necessitatem probationis reservationis.*
4 *Ex facultate retinendi Beneficium ob concessam Coadjutoriam non inducitur affectio ex natura ipsius Indulti, quoties revera nulla aderat de jure reservatio, sed præsumitur concessa ad cautelam, & de Dataria stylo.*
5 *Non evenienti casu, & conditione, sub qua Pontifex voluit in Indulta Beneficium vacare, sibique reservatum remanere, non dicitur adhuc effectum Sedi Apostolica.*
6 *Ex natura Coadjutoriæ reservatio, seu facultas solum intelligitur indulta, vel concessa ad illius literarum, & tenorem, qui tantum inspici debet.*
7 *Ex concordatis Germaniæ habetur, quod Nicolaus V. promittit, quod in sex mensibus ordinario collatori reservatis, & quascunque alias dispositiones ab ipso Pontifice emanatas.*
8 *Gratia Coadjatoriæ nihil habet de præterito, sed totam vim recipit a futuro, & consequenter habetur pro mera expectativa.*
9 *Expectativa nullam inducit reservationem ex concordatis Germaniæ.*
10 *Solumque reservatio inducitur, quoties Papa expresse deroget præfatis concordatis, vel Coadjutus moritur in mense Apostolico.*
11 *Vacatio Beneficiorum per assumptionem ad Episcopatum eo solo casu inducitur, quoties Beneficium retinens actu sit Episcopus.*
12 *Coadjutor Episcopi non dicitur actu jurisdictionem habere Episcopalem.*
13 *Coadjutores nullum habent jus in re; sed duntaxat in spe, & ad rem.*
14 *Eorumque jus incipit post decessum Coadjuti.*
15 *Coadjutoria nullam incompatibilitatem importat, quoties ex literarum tenore nullum impositum legatur onus residendi.*
16 *In Ecclesiis Germaniæ, ut plurimum Magnates & aliquando in ætate inhabili ad munia Episcopalia exercenda in Coajutores eliguntur, ad effectum præventive occurrendi periculis, quæ ex Ecclesiarum vacatione, & novi Antistitis electione non infrequenter obveniunt.*
17 *Ex electione Suffraganei oritur probatio nullam ex Coadjutoria ortam fuisse residendi obligationem.*
18 *Incompatibilitas retentionis Beneficiorum causatur tantummodo post secutam successionem in Episcopatu.*
19 *Declaratur* Barbos. vot. 28. lib. 1.
20 *Clausula* (dummodo collatio ad nos hac vice pertineat) *qualificat totam gratiam, illamque reddit conditionatam, & demonstrat, Papam non voluisse providere, nisi Beneficium esset vere ei reservatum.*
21 *Prædicta clausula non refertur ad aliam generalem;* sive

sive alio quovis modo vacet, *ubi non constat de clara intentione Papa conferre volentis, non obstantibus Indultis*.

22 *Ad reddendam subreptitiam, & inexequibilem gratiam sufficit quod reticitum sit id, quod difficilem redderet Papam ad gratiæ concessionem*.

DECISIO XIX.

OBtinuerat a S.M. Alexandr. VIII. prævio S. Congregationis Consistorialis voto Comes de Lozenstein se deputari in Coadjutorem Olomucensi Episcopo cum futura successione, ac facultate retinendi Beneficia, & signanter Canonicatum in Cathedrali Ecclesia, qui vacare debuisset, & per Sedem Apostolicam tantum disponi facto successioni loco. Cumque postmodum adhuc Coadjutoria durante prædecedere contigisset de mense Junii 1692. ordinario Collatori antedictum Canonicatum d. modo vacantem contulit Francisco Joanni Zastizil, & e contra eundem, tanquam Sanctæ Sedi reservatum, impetravit a Sanctissimo D. N. Henricus de Mayerswaldt; exorta proinde judiciali contentione inter hujusmodi provisos, A.C. Literas Apostolicas Henrici esse exequendas pronunciavit; sed vigore rescripti Signaturæ Justitiæ devoluta Causa ad Rotam, cum clausula *Parito literis arbitrio*, eaque commissa Reverendissimo Manuel, sub die 4. Decembris elapsi, resolutum fuit non intrare arbitrium pro retardatione, adversus quam obtenta nova audientia, cum hodie resolutio revocetur ad trutinam coram me subrogato in locum Reverendissimi Collegæ, hoc interim ad Præsulatum Zamoren. meritissime evecti, sub consueto dubio, *An sit standum, vel recedendum a decisis*, Domini accurate perpenso exemplari articulo, & attentis facti, atque Juris animadversionibus de novo deductis recedere a decisis non hæsitarunt, autumantes intrare arbitrium pro retardatione executionis dd. literarum ob injustitiam sententiæ A. C. (prætermissa nullitatis inspectione) Nam sicuti jus mandat, literas Apostolicas exequi quoties justificatæ apparent, ita non dispari ratione talis rigor remittitur, quando senten-
1 tia pro earundem executione lata emergit injusta; nam tunc exequi de jure non potest, etiam stante d. clausula *Arbitrio*, juxta notata per Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 1. n. 286.* Rot. coram Bich. *decis. 168. n. 2. & in rec. dec. 148. nu. 2. cum seqq. part. 19.*

Injustitia siquidem relatæ sententiæ A. C. indubia remansit ex eo, quod controversus Canonicatus vacare contigit de mense Junii ordinario collatori reservato per concordata Germaniæ, ut expresse sancitur in Constitutione 1. Nicolai V. desuper edita, de qua etiam penes Nicolaus ad eadem concordata super initio §. 5. ut proinde ad ipsum
2 pertineret illius provisio, non autem absque speciali derogatione impetrari poterat a Sede Apostolica, minime subsistente supposita eidem Sedi reservatione, sub qua se fundat impetrantis gratia, ac contraria decisio, cum nullo modo probata extitit, & quidem plene, concludenter, prout onus erat se in ea fundantis, ex traditis per Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 11. num. 69. & seqq.* Rot. *in recent. decis. 274. num. 4. part. 19.* & coram Bich. *dec. 221. num. 17. cum seqq. & dec. 344. num. 1.* indubitanter, quia gratia non emanavit motu proprio, sed ad supplicationem partis, quo casu expressio reservationis, & affectionis in ea emissa non tolit, nec ullatenus minuit præcisam necessitatem hujus-
3 modi probationis, Card. Venusin. *de Benefic. disc. 20. nu. 8.* Rota coram Bich. *d. dec. 244. n. 6.* & coram Pamphil. *dec. 705. n. 3. & 4.* & coram Coccin. *dec. 1114. n. 13.*

Tantum autem abest, ut probata dici possit præsupposita reservatio, quod potius de contrario constitit; licet
4 enim in Consistoriali cedula, ac in præcedenti decreto concessa Coadjutori legatur facultas Canonicatum hujusmodi retinendi, non exinde tamen affectio fuit inducta ex natura istius Indulti, quoties revera, ut in hypothesi, nulla aderat de jure reservatio, nec ratione incompatibilitatis, neque alterius impedimenti, ut infra; nam tunc vel concessum præsumitur ad cautelam, & Datariæ stylo, vel utpote falsa causa emanatum censeri non debet, Papam lædere voluisse ordinarium collatorem, ut arguit Gonz. *ad reg. 8. gloss. 52. n. 45. cum seqq.* Rot. *in rec. decis. 570. n. 8. part. 2.* & post Novar. *ad Summ. Bullar. dec. 30. n. 23.* & coram Bich. *d. dec. 244. num. 6.* Præsertim, quia ex litera ipsius Indulti seu facultatis retinendi, omnis vis, atque efficacia reservationis restringitur solummodo ad casum secutæ successionis in Episcopatu, ibi *nec non Canonicatus Olomucen. durante Coadjutoria, qui facto loco successioni vacet eo ipso, ita ut de illo per Sedem Apostolicam tantum disponi possit*; quæ verba nullo modo sunt apta comprehendere tempus ante secutam d. successionem, & per consequens Coadjutoria durante, cum tunc non evenerit casus, & conditio, sub qua Pontifex voluit Canonicum vacare, sibi- 5
que reservatum remanere, Graz. *de Benefic. part. 4. cap. 5. num. 123. post med.* Tondut. *q. benef. par. 2. cap. 1. §. 17. nu. 33.* Pax Jordan. *elucubrat. Eccl. tom. 2. lib. 10. tit. 2. nu. 37.* Murg. *de benef. quæst. 3. n. 357.* Rota coram Buratt. *dec. 37. num. 3.* & coram Priol. *decis. 284. n. 8. & dec. 301. num. 10.* Non attenta responsione contrariæ decisionis §. *minusque officii*, quod Summus Pontifex per hujusmodi dispositionem exprimere voluerit casum magis contingibilem, non autem cæteras reservationes exinde excludere, tum quia, ut infra ostendetur, nulla alia prætendi poterat reservatio; tum etiam quia dispositio remansisset superflua tali modo restricta; nam si san. mem. Alexander. VIII. voluisset indefinite reservationem inducere, non restrinxisset tempus secutæ successionis; tum demum, quia ea est Coadjutoriæ natura, ut resolutio, seu facultas solum intelligatur inducta vel concessa ad illius literam, & tenorem, qui exinde tantum inspici debeat, ut animadverrunt Marchabrun. *consil. 8. num. 100.* Giovagnon. *conf. 88. num. 15. & 22. lib. 1.* Spada *cons.*
11. n. 1. lib. 3. Zacch. *de Salar. quæst. 62. numer. 10.* Pech. *de* 6
Aquæduct. lib. 1. cap. 7. q. 10. n. 39. Monet. *de distrib. p. 2. q. 1. n. 35.* Gonz. *reg. 8. gloss. 5. §. 9. n. 94.* Leo *in Thesaur. for. Eccl. p. 2. cap. 4. n. 64.*

Quod autem de jure nulla subesset reservatio, seu affectio d. Canonicatus, Coadjutoria durante, evidenter emicat in hac facti specie, sive reservatio deducatur ex supposita promotione ad Episcopatum per antedictam Coadjutoriam, sive ex prætensa assecutione Beneficii, seu officii incompatibilis, ad terminos Text. *in Extravag. Execrabilis, & in alia ad Regimen inter communes de praben. in 6.* super quibus principaliter se fundat contraria decisio, suffulta etiam auctoritate Barbos. *in vot. can. 28. per tot. tom. 1.* Etenim ultra generalem responsionem, quæ placuit Dominis, quod dd. sanctiones non fuerunt, prout jacent, admissæ per Nicolaum V. in ejus Constitutione 1. super concordatis Germa- 7
niæ, sed cum aliquali modificatione in hac materia, ut *in ejus § 2. & 4.* ubi inter cætera, promittit Pontifex, quod in sex mensibus ordinario collatori reservatis, non impediet collationes per gratias expectativas, & quascunque alias dispositiones ab ipso Pontifice emanatas, ut ibidem expresse legitur, & observat Rota coram Cassador. *decision. unica de pactis* coram Mohedan. *decis. 10. de privileg.* & coram Puteo *decis. 108. & 648. lia. 2. & 223. lib. 3. utrobique, per tot. & in Leodien. Canonicatus 16. Junii 1606. §. Ratio est*, coram Matcomontio *impressa penes Nicol. ad Concordata Germania titul. 1. dub. 8. §. 7. & in aliis inferius subnectendis.*

Ut proinde hujusmodi modificatione retenta, nullum re- 8
servationis fundamentum constitui possit in ipsa Coadjutoriæ gratia, quæ cum nihil habeat de præterito, sed totam vim recipiat a futuro, nempe a vacatione Beneficii per decessum Coadjuti, habetur pro mere expectativa, quæ in vi-
gore relatorum concordatorum, ac desuper emanatæ Con- 9
stitutionis Nicolai V. nullam inducere valet reservationem, ut ultra mox relatas resolutiones firmat Nicol. *ubi supra §. 7.* ubi quamplures alias adducit, ac decreta, & declarationes Pontificias, & eadem Rota coram Buratt. *decis. 38. numer. 12.* & coram Merlin. *decis. 768. num. 16.* Et tunc solum in hoc casu reservatio inducitur, quoties Papa expresse derogat præfatis concordantiis, & Coadjutus moritur in mense Apo-
stolico, ut adnotant Fagnan. *in cap. nulla num. 77. de con-* 10
cess. prabend. Gonzal. *ad dict. reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. n. 1. & 12.* Paris. *de resignat. lib. 5. quæst. 5. numer. 72. & seqq.* Cocchier. *de reg. Cancell. 1. n. 22. & reg. 8. gloss. 2. nu. 7. & 23.* Branden. *ad Concord. German. q. 11. num. 2.* Nicol. *super ejusdem tit. 1. dub. 8. §. 6. cum seqq.* Simonet. *de reservat. q. 1. n. 5.* Monet. *de option. cap. 4. q. 8. n. 161.*

In proposito, speciales nec minus desunt rationes hujus- 11
modi reservationem excludentes, & quidem respectu d. primi capitis deducti ex supposita promotione ad Episcopatum; nam talis considerari non potest in Coadjutore, tam attenta dispositione præcitatæ Constitutionis Nicolai
V. §. 2. *ad fin.* tantum sibi locum vindicantis in vere promo- 12
to, & acquirente titulum, & Jurisdictionem Episcopalem, ita ut actu fuit Episcopus, quam etiam de Jure, quo talis non ducitur Coadjutor, dum alias eodem tempore duo essent Episcopi, duoque capita unius Ecclesiæ, quod jure abhor-

abhorrent, ut advertunt Mean. *ad Jus Leodiecn. observ.* 277. *n.* 13. & 14. Adden. ad Quarant. *in Summ. Bulla verb. V. Archiepiscopi auctoritas n.* 12. *in fin. lit. A. & B.* Anton. Fabr. Bleynian. *in theor. & prax. benef. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 19. Campanil. *diversf. Jur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 107. Barbos. *de jur. univers. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 34. *cum pluribus seqq.* Tondut. *q. Benef.*
13 *lib.* 2. *part.* 3. *cap.* 194. *n.* 1. *cum seqq.* Quod generaliter etiam præscriptum videmus in quibuscunque aliis Beneficiis, in quibus Coadjutores nullum habent Jus in re, sed duntaxat in spe, & ad rem, Escobar. *de horis Canonicis p.* 3. §. 5. *sub numer.* 20. Trullen. *in expos. Decalogi lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 12. §. 3. *sub num.* 10. Massobr. *de Synod.* 4. *cap.* 4. *dub.* 45. *num.* 4. Pecch. *de aqueduct. libr.* 1. *cap.* 7. *qu.* 10. Leon. *in prax. pœnitent. part.* 3. *pag.* 401. *col.* 1. *vers. secundo colligitur*, Barba-
14 stren. *in Pastoral. Regular. part.* 1. *cl.* 4. *num.* 22. Adeout solum jus habere incipiant post decessum Coadjuti, Barbos. *de Canon. & dignit. cap.* 29. *num.* 6. Rota coram Mar. Andr. *decis.* 102. *n.* 9. & *in rec. dec.* 648. *n.* 4. *part.* 3. & coram Merlin. *dec.* 746. *n.* 13.

Pariter secundum caput reservationis desumptum ex al-
15 legata incompatibilitate Coadjutoriæ cum Canonicatu, de quo agitur, præcedenter assecuto, neque minus subsistentiam habet in Jure; Quidquid enim sit de regula Juris in abstracto, an Coadjutoriæ lex hanc incompatibilitatem importet, quæ apud majores nostros, quam valde fuit involuta ob dissentientes opiniones hinc inde relatas in contraria *decisione* §. *non obstat*, & §. *Etenim*; Certum redditur in subjecta hypothesi, ut ex ipso Coadjutoriæ tenore talis incompatibilitas excludatur, dum in ea Summus Pontifex Coadjutori nullum imposuit residendi onus per verba quidem præcise obligatoria, sed potius ab illo tacite exemit, dum voluit effectum futuræ successionis, etiamsi non inservivisset; hoc enim casu, cessante positivo præcepto residendi, quinimo concurrente virtuali exemptione, licet concessa fuerit exercitii facultas, nulla potest prætendi incompatibilitas inducta, ut bene declarat Rot. *in rec. dec.* 276. *n.* 3. & *per tot. part.* 1. & *dec.* 392. *nu.* 2. & 4. *part.* 3. *rec.* Fortius in hoc casu superaddita duplici cir-
16 cumstantia facti; altera, quod agitur de Ecclesiis Germaniæ, in quibus, ut plurimum Magnates, & aliquando in ætate inhabili ad munia Episcopalia exercenda in Coadjutores eliguntur, & ut experientia nos edocet, ad hujusmodi Coadjutorias Episcopales deveniri solet, ad effectum præventive occurrendi periculis, quæ in Ecclesiarum vacatione, & novi Antistitis electione non infrequenter obveniunt, ut ponderat Cardin. de Luca *de regul. disc.* 53. *in princip.* Mean. *ad consuetud. Leodien. tom.* 3. *observat.* 277. *sub n.* 13. Et altera, quod de tempore concessæ hujusmodi Coadjutoriæ pro Ecclesia Olomucensi a multo tempore deputatus reperiebatur in Suffraganeum Episcopus Nicopolitanus; unde prorsus cessabat quælibet causa residendi, prout etiam exitus demonstravit; nam a biennio circiter,
17 quo prædecessit Coadjutor, institum non fuit pro electione alterius, ex quibus palam fit, tunc etiam non fuisse residendi obligationem, Remonc. *de Coadjutoriis c.* 13. *n.* 7. & 8.

Et hinc nihil profuit proviso Apostolico allegare incompatibilitatem inductam ex d. gratia retentionis, quia, ut dictum fuit, præsumi debet ad cautelam, & ex stylo Datariæ apposita citra aliquam necessitatem, dum Coadjutor di-
18 mittere non tenebatur controversum Canonicatum, nisi post secutam successionem in Episcopatu, quæ solum incompatibilitatem causabat, Garz. *de Benef. part.* 4. *cap.* 5. *n.*
19 223. Tondut. *quæst. Benefic. lib.* 1. *g.* 2. *cap.* 1. §. 13. *n.* 33. non adversante Barbos. *in d. vot. Canon.* 28. *lib.* 1. in contraria decisione relato; tum quia non loquitur in terminis concordatorum Germaniæ, ex quibus Coadjutoria diversam a communi speciem constituit in reservationis materia ex prænotatis; tum etiam quia ex defectu oneris residendi, & ex illius exemptione cessat prætensa incompatibilitas, in qua d. Auctor principale ejus voti fundamentum constituit.

Quibus præhabitis, nec turbat, quod expositus fuerit Sanctissimo D. N. prædecessus Coadjutoris ante successionem in Episcopatu, & nihilominus hunc Canonicatum conferre voluerit: ex qua narrativa subsistentiam gratiæ elicit contraria decisio *sub* 8. *fin.* animadversum nanque fuit in literis provisionis hujusmodi reperiri oppositam
20 clausulam, *Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, quæ qualificat totam gratiam, illamque reddit conditionatam, & ponit in claris mentem Papæ non voluisse providere, nisi Canonicatus sit ei vere reservatus, & collatio ad ipsum pertineat, ut in terminis istius clausulæ ponderat Rosa *de execut. liter. Apostol. part.* . *cap.* 4. *nu.* 8.

cum seqq. & *cap.* 6. *n.* 64. & 65. Rota coram Greg. *decis.* 314. *num.* 3. coram Card. Cerro *dec.* 903. *num.* 2. & *in rec. dec.* 777. *n.* 6. *part.* 2. & *dec.* 25. *n.* 27. *cum seqq. part.* 10. & *decis.* 224. *n.* 12. *part.* 12. Non subsistente responsione, quod hujusmodi clausula inseratur ad aliam generalem præcedentem, *sive alio quovis modo vacet*, ex auctoritatibus in con- 21
traria decisione allegatis; nam in eatum casu constabat de clara intentione Papæ conferre volentis, non obstantibus indultis, de qua non apparet in præsenti, eo quia licet eidem exposita fuerint concordata Germaniæ, nihilominus illis expresse, & specialiter non derogavit, prout ad eliciendam ejus voluntatem & intentionem opus fuisset, ut tradunt Mean. *ad Jus Leodien. parti* 3. *d. observ.* 277. *num.* 20. *et observ.* 278. *n.* 11. Rot. coram Coccin. *decis.* 196. *num.* 7. *et in rec. dec.* 266. *per tot. part.* 3. Quinimo Pontifex eadem ipsa firma haberi voluit, cum in gratia impetrantis expresserit: *Concordatis Germaniæ inibi vigentibus*. Superaddito, quod agitur de Coadjutoria vim expectativæ potientis, juxta concordata Germaniæ, ob quam nulla cadebat affectio, seu reservatio, quodque Papæ pro fundamento reservationis narratum fuit Consistoriale decretum, quando istud loquebatur casu, quo factus fuisset successionis locus, quæ substantialis circumstantia si Papæ reticita non fuisset, nullo modo, vel saltem difficulter gratiam concessisset, quod sufficit ad illam subreptitiam, & inexequibilem reddendam, ut dixit Lotter. *de re benef. l.* 3. *qu.* 11. *num.* 59. Rot. *in rec. dec.* 73. *n.* 3. *part.* 14. *et dec.* 379. *n.* 9. *et* 10. *part.* 18.

Et ita utraque ex Partibus informante resolutum fuit &c.

R. P. D. MUTO.

Olomucen. Canonicatus.

Ven. 25. *Junii* 1694.

Argumentum habetur in præcedenti decisione 19.

SUMMARIUM.

1 *Gratia obtenta cum præsupposito, Beneficium esse reservatum, si reservatio non probetur, exequi non debet.*
2 *Ex assumptione ad Episcopatum omnia Beneficia præcedenter acquisita devolvuntur ad Sanctam Sedem*
3 *Devolutio tamen vindicat locum in vere promoto ad Episcopatum, non autem ficte et improprie, prout est Coadjutor.*
4 *Et si agitur de Coadjutore cum futura successione.*
5 *Ex retentione secundi Beneficii incompatibilis oritur vacatio primi.*
6 *Papa deputando Coadjutorem solummodo ad providendum incommodis futuræ vacationis, Coadjutorem ad residentiam non adstringit.*
7 *Non obligatio ad residentiam in Coadjutore eruitur, si Papa eum capacem declaravit futuræ successionis etsi non resideat.*
8 *Ex concordatis Germaniæ Coadjutoria habet vim meræ expectativæ nullumque præjudicium infert ordinario collatori.*
9 *Coadjutoria Episcopalis non contradistinguitur ab odiositate, quæ in aliis Beneficiis inferioribus admittitur.*
10 *Ablativus absolutus conditionem importat.*
11 *Specialis derogatio concordatorum Germaniæ per Pontificem omitti non solet, quando vere vult derogare.*

DECISIO XX.

Positis hodie sub Dominorum examine fundamentis utriusque, & inter se pugnantis decisionis in hac Causa editæ, alterius siquidem coram Reverendissimo Zamoren. sub die 4. Decembris superioris anni, declarantis non intrare arbitrium pro tardanda executione literarum Apostolicarum, quas Georgius impetraverat super provisione controversi Canonicatus in Cathedrali Olomucensi, tanquam Sanctæ Sedi reservati; ac alterius coram me in audientia diei 29. Martii mensis elapsi, præcedentis revocatoriæ, dictamque executionem denegantis ad oppositionem Joannis Francisci, per Capitulum ordinarium collatorem de hoc eodem Canonicatu instituti, postremum

S 3 deci-

decisionem confirmandam esse Rota censuit, ob solidissimas rationes, quibus innititur; Quandoquidem Joannes Franciscus fundatam habet intentionem pro retardatione hujusmodi literarum, cum ex parte provisi Apostolici non doceatur, & quidem plene, ac concludenter de reservatione Canonicatus Sanctæ Sedi, sub cujus fundamento emana runt; qua deficiente, perperam prætendi potest earundem executio, ut observant Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst*. 52. *n*. 37. Rota *in rec. decis*. 706. *n*. 11. *&* 13. *part*. 3. &
1 cor. Bich. *dec*. 221. *n*. 17. *dec*. 244. *n*. 25. *& dec*. 400. *n*. 1. ubi satis esse reservationem reddi dubiam.

In hypothesi autem prætensam reservationem deficere seu nullatenus justificati sufficienter emergit ex eo, quod licet Comes de Losenstein ultimus dicti Canonicatus possessor obtinuisset cum illis retentionis gratia a san. me. Alexandro VIII. olim inter nostri Ordinis Patres meritissime conscripto, Coadjutoriam Præsulatus Olomucensis, sub qua deinde nondum purificata decesserit; attamen ex hoc inducta non fuit aliqua Canonicatus reservatio S. Sedi, non quidem ex qualitate ejusdem Coadjutoriæ Episcopalis, ob quam ad terminos *Extravag. Execrabilis inter communes de præbend. in* 6. omnia Beneficia præcedenter acquisita devoluta fuerint ad Sedem Apostolicam, itaut, concessa retentione, nedum exclusa, sed confirmata remanserit reservatio. Nam dispositio præcitatæ sanctionis locum duntaxat sibi vindicat in vere promoto ad Episcopatum, non autem ficte, & impropie, prout est Coadjutor, qui sicuti
2 jus in re non habet, sed duntaxat in spe, non dicitur proprie Episcopus, ex firmatis per Tondut. *quæst. benef. par*. 3. *cap*. 184. *n*. 3. Megal. *in promptuar. Theolog. moral. vero. Coadjutor. n*. 1. *cæterique allegati in decisione*, quæ confirmatur §. *Quod autem cum seq. &* §. *In proposito speciales*. Minime
3 attento, quod agatur de Coadjutoria cum futura successione, non autem temporali, seu momentanea, cum neque ex hoc Coadjutor proprium jus in Episcopatu acquirat, per ea quæ ponderant Vvamesf. *consf. Canon*. 16. *sub n*. 12. *circa finem tom*. 1. Barbastren. *in Pastoral. Regular. par*. 1. *claus*. 5. *n*. 22. Fabrif. Bleinian *in theorem. & prax. benef. lib*. 2. *tit*. 8. *n*. 19.

Minusque ex præsupposita incompatibilitate inter Coadjutoriam, & Canonicatum, ob quam iste tanquam præcedenter acquisitus devolutus fuerit ad Sedem Apostolicam, atque inducta reservatio per aliam Canonicam san-
4 ctionem, de qua *in Extrav. ad regimen. inter communes eod. tit. de præben. in* 6. Quippe quidquid sit de regula Juris in abstracto, non parum inter Doctores controversa, certum nihilominus redditur, quod in hac facti specie nulla desumi potest incompatibilitas productiva hujusmodi reservationis, eo quia memorato Coadjutori imposita non fuit obligatio residendi; sed potius ille ab eadem exemptus, tum
5 ex quo ipsius deputatio successit, ut provideretur solummodo incommodis futuræ vacationis istius Episcopatus, quo casu Coadjutorem ad residentiam non adstringi considerat Remoncamps *de Coadjut. cap*. 13. *n*. 8. quam etiam ex quo declaratus fuit in literis Coadjutoriæ ab ipsomet Pontifice
6 concedente capax futuræ successionis in Episcopatu, quamvis inservire omisisset, quod repugnare videtur præcisæ obligationi residendi, ob quam alias privari Canonicatu non residendo potuisset, ut advertit Lotter. *de re benef. part*. 2. *c*. 1. §. 13. *n*. 26. *Vener. in exam. Episc. lib*. 4. *cap*. 50. *n*. 12. Rot.
7 *in rec. dec*. 276. *n*. 5. *part*. 1. *& dec*. 392. *n*. 5. *part*. 3. sed potius exemptionem ab hujusmodi onere inferet, cum a Coadjutoris voluntate pendeat residere, ut admittitur in mox citatis decisionibus, & latius comprobatur in altera præcedenti hujus Causæ coram me edita §. *Pariter secundum*.

Clarius cum agatur de Coadjutoria in partibus Germaniæ, quæ vigore concordatorum habet vim meræ expectativæ nullumque præjudicium inferi ordinario collatori, juxta
8 ta opinionem Rotæ, de qua in dicta decisione, quæ confirmatur §. *De jure cum seqq*. Absque eo, quod in nihilo turbet hujusmodi expectativam qualitas Coadjutoriæ Episcopalis, quæ ad contradistinctionem Beneficiorum inferiorum non dicatur odiosa, neque Pontificiis sanctionibus contraria; nam id nil confert ad assumptum, cum jus expectativæ non pendeat ex odiositate Coadjutoriæ, ultra quod enim etiam in hoc casu Coadjutoria Episcopalis cum futura successione non desinit esse odiosa, dum Papa illam non concedit ordinario jure, sicut conceduntur cæteræ Coadjutoriæ temporales; ut conciliando opiniones bene ratiocinatur Fagnan. *in cap. Nulla nu*. 40. *de conceff. Prabend*.

Ex his igitur inaniter recurritur ad prænotatam retentionis gratiam prævio Consistoriali Decreto per Papam Coad-
9 jutori concessam, quasi quod retentio præcedentem Canonicatus incapacitatem præsupponat; nam Pontifex retentionem concedendo noluit alterare jura Capituli collatoris ordinarii, signanter cum litera ipsius Decreti omnem facultatem, atque efficaciam reservationis restringat ad casum secutæ successionis in Episcopatu, ibi: *Necnon Canonicatus Olomucen. durante Coadjutoria, qui facto loco successioni vacet eo ipso*; itaut cum Coadjutor prædecesserit Coadjuto vis reservationis extincta remanserit, & non eutensibilis ad casum talis prædecessus: nam tunc verificari non potest dicta clausula *facto loco successioni*, quæ per ablativum absolutum apposita conditionem, & formam imponat, ex Surdo *consil*. 186. *n*. 23. Rota coram Bich. *dec*. 510. *n*. 9. *&* 10. Alias Pontifex præsupponendo reservationem, quæ ex qualitate, & natura facti non fuisset inducta, præjudicasset ordinariis collatoribus Germaniæ absque speciali derogatione concordatorum, quia Papa in his casibus omittere non solet, ut adnotant Fagnan. *in cap. Nulla num*. 10
77. *de conceff. Prebend*. Branden. *ad eadem Concordat. qu*. 11. *n*. 2. & Nicol. *ibid. tit*. 1. *dub*. 8. §. 6. *cum seqq*. aliique allegati in decisione, quæ confirmatur §. *Ut proinde*.

Et ita remissive in reliquis in eadem decisione confirmata latius adductis, Domini iterum responderunt favore Joannis Francisci, posthabitis aliis per informantes pro 11
Georgio cumulatis, tanquam ad causam non facientibus. Utraque &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Corduben. Beneficiorum.

Lunæ 29. *Novembris* 1694.

ARGUMENTUM.

Fuit sæpe a Doctoribus dubitatum, an regula secunda Cancellariæ, per quam generaliter declarantur reservata omnia beneficia per collatorum obitum vacantia usque ad provisionem successorum, & adeptam ab eisdem successoribus actualem pacificam possessionem Ecclesiarum ad quas fuerunt promoti, locum habeat, quando ad Episcopatum promoti sunt Cardinales; hujusmodi autem dubitatio magistraliter in hac decisione definitur, dum in ea firmatur, quod in d. regula Cardinales non comprehenduntur.

SUMMARIUM.

1 *Reservatio ad annullandam Ordinarii collationem bona fide factam, uti gratia fundamentum, debet plene & concludenter justificari.*

2 *Beneficia vacantia, Sede Episcopali nondum de Episcopo provisa, usque ad actualem possessionem electi Episcopi, sunt riservata Sedi Apostolicæ, ex regula secunda Cancellariæ.*

3 *Sub dicta tamen dispositione non comprehenditur casus, in quo in Episcopum sit Cardinalis electus, et num.* 6.

4 *Inter rationes, ob quas enarrata procedit conclusio non est illa, quæ Cardinales taxas non solvunt pro expeditione literarum, et nefas est etiam, literis non expeditis, veritatem eorum deputationis ad gubernium animarum in litem deducere, et prærogativa dignitatis fidem admittere.*

5 *Episcopus, secuta sui ipsius electione, statim acquirit ea omnia, quæ sunt Jurisdictionis, ac signanter Jus conferendi beneficia.*

7 *Cardinales expresse excipiuntur in reservatoria mensium, et declarantur exempti a regulis in posterum edendis.*

8 *Cardinales tunc censentur sub regulis comprehensi, ubi iisdem applicabilis est regularum ratio.*

9 *In Hispania minime viget consuetudo comprehendendi Cardinales sub regula secunda Cancellariæ, qua consuetudo, ubi vigeret, esset concludenter probanda.*

DECISIO XXI.

VAcantibus anno 1686. per obitum Josephi, & Gasparis in mense Novembris duobus Ecclesiasticis Beneficiis in Diœcesi Corduben. portione scilicet integra Ecclesiæ Cathedralis, ac simplici dimidio præstimonio Parochialis loci de Thebas, Eminentissimus D. Card. Salazar ab Episcopatu Salamantino ad Corduben. translatus in Concistorio Secreto die 16. Septembris ejusdem anni post adeptam in mense Decembris novæ Sedis actualem possessionem, utrunque uti ad propriam ipsius dispositionem libere pertinens, contulit die 20. Februarii sequentis anni 1687. primum nempe Francisco Godinez, & secundum Gregorio de Salazar ejus fratri germano, ac vice versa de utroque etiam tanquam Sedi Apostolicæ specialiter reservato,

vato, ab eadem sibi provideri obtinuit Franciscus Trapero: Hinc orta lite inter utrinque provisos super executione gratiæ Apostolicæ, Causaque mihi commissa, subscripsi de more dubium, *An illa foret exequenda?* quod in hodierna Audientia propositum DD. *negative* resolverunt.

Quia non subsistit reservatio per Franciscum narrata Pontifici, quæ uti potissimum ipsius gratiæ fundamentum
2 debet ab eo plene, & concludenter justificari, ad tradita per Roman. *conf.* 325. *num.* 11. Spad. *conf.* 79. *n.* 3. *tom.* 2. Gonzalez. *ad regul.* 8. *glos.* 11. *num.* 1000. *& seq.* Cassador. *dec.* 5. *de præben.* Capuraq. *dec.* 10. *num.* 1. *part.* 2. Rot. *decis.* 300. *n.* 2. *&* 3. coram Ubald, *& dec.* 14. *n.* 5. coram Dutano.

Nec ista elici valet ex eo, quod vacatio contingit in mense Novembri, quo D. Cardinalis nondum assecutus fuerat possessionem Ecclesiæ Corduben. & consequenter initet dispositio regulæ secundæ Cancellariæ, per quam generaliter declarantur reservata omnia Beneficia per collatorum
3 obitum vacantia usque ad provisionem successorum, & adeptam ab eisdem successoribus actualem pacificam possessionem Ecclesiarum, ad quas fuerunt promoti, ad terminos Text. *in Extravag. injuncti ac elect. inter commun.*

Quia dispositio regulæ secundæ uti odiosæ, atque exorbitantis a Jure communi non vindicat sibi locum in collationibus S. R. E. Cardinalium, qui sub *d. Extravaganti injunct.* non comprehenduntur, juxta magis communem, ac receptam Doctorum sententiam, de qua Gonzalez *ad re-*
4 *gul.* 8. *glos.* 24. *num.* 6. *&* 7. *vers. Ita etiam*, Gomez. *in proœmio regul. Cancell. quæst.* 4. §. *Tertius casus vers. Sed quia, & versic. Et sic*. Bellenz. *in Charit. Subsid. quæst.* 66. ubi quod ita resolutum fuit in Rota, ipso præsente, Fermosin. *in cap. transmissa* 15. *quæst.* 6. *a num.* 1. *ad* 20. *de electione*, Germon. *in Indult. Card.* §. *Nec non quorumcunque sub num.* 3. *vers. Hinc oritur*, *& n.* 4. 6. *& seq.* Massobr. *in praxi haben. concurs. prælud.* 26. *dub.* 6. *a numer.* 1. *ad* 5. Laert. Cherubin. *in Compend. Bullar. ad Constit.* 55. *S. Pii V.* Pax Jord. *var. lucubr. de re benefic. l.* 7. *tit.* 2. *numer.* 23. *vers. Prout nec secundæ*, Castropal. *oper. Moral. tract.* 13. *de Benefic. Ecclesiasticis disput.* 2. *puncto* 18. *vers. Excipe*, Theodos. *Rubrip. singul. ad decisionem Accorambon. num.* 3. *fol. mihi* 131. *tom.* 1. Dian. Coordin. *part.* 9. *tract. de potest. & privileg. Card. resol.* 53. *&* 51. Cappon. *discept. forens.* 10. *num.* 12. *tom.* 1.
5 ubi quod collatio approbata fuit per Datariam, Rot. coram Lancellott. *in una Burgen. Canonicatus* 26. *Junii* 1583. & coram Seraphin. *in Toletana Canonicatus* 26. *Junii* 1695. *inter ejus impressas dec.* 1144. *in princ. & num.* 1. ubi in margine meminit antecedentis coram Lancellot. ac formiter in his in præcisis terminis discusso articulo *in Hispalen. Beneficii* 19. *April.* 1602. coram Justo.

Indeque fortius, quando (prout hic) ratio motiva prædictæ regulæ eosdem Cardinales non afficit, quia videlicet
6 ipsi taxas non solvunt pro expeditione literarum, ac nefas est, tametsi literis non expeditis, veritatem eorum deputationis ad guberniam animarum in litem deducere, & prærogativæ dignitatis, quæ in illis affulget, fide adimere, juxta ea, quæ in puncto tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 27. *n.* 32. & firmant ultra mox adductos, Selva *de Benef. part.* 2. *qu.* 3. *n.* 46. *versic. octavum privilegium*, Lavor. *var. lucubr. de erect. tit.* 4. *cap.* 25. *n.* 10. Gerund. *de Episc. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 6. *n.* 12. Rot. *dec.* 46. *n.* 15. *&* 14. *part.* 5. *rec.*

Cessante autem ex præmissis obstaculo sæpe dictæ regulæ, provisi ab Ordinatio fundatam habent intentionem de jure communi, quod Episcopus secuta sui ipsius electione statim acquirit ea omnia, quæ sunt Jurisdictionis, ac signanter Jus conferendi Beneficia: facta enim electione, consumpta dicitur vacatio Ecclesiarum, juxta sententiam *gloss. in d. cap. Transmissam* 15. *verb. de talibus de electione ibique* Abbas *n.* 3. Fermosin. *qu.* 3. *n.* 3. *&* 6. Barbos. *n.* 2. Germond. *de Indult. Card.* §. *Necnon quorumcunque sub n.* 3. *vers. hinc oritur*, *& n.* 4. *cum seq.* Massobr. *in prax. haben. concursus prælud.* 26. *n.* 2. Pax Jordan. *var. lucubr. de re benef. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 22. Rot. *decis.* 182. *per tot. part.* 2. *divers.*

Et hinc non relevant authoritates in oppositum cumulatæ: quia earum aliquæ, & signanter decisio Burgen. *Canonicatus* 3. *Junii* 1585. coram bo. me. Corduba, revocatoria alterius 28. Januarii coram Lancellot. non loquuntur in terminis Episcopi Cardinalis; Aliæ vero, inter quas Garzias *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *a n.* 252. quæstionem movent per modum dubii, nec inquirunt rationem regulæ, de qua modo agitur; Ac deinde cæteræ indefinite loquuntur de aliis regulis, quarum specialis ratio ipsos afficeret Cardinales, nisi forent specialiter excepti, ut observat Gonzalez *de regul. Reservatoria mensium gloss.* 24. *n.* 29. *ubi supra n.* 6. *&* 7.

Neque obstat, quod Cardinales expresse excipiantur in reservatoria mensium, & quod in alias *in ordine* 70. declarentur exempti solum a regulis in posterum edendis, quodque demum inutilia forent, & superflua Indulta, quæ passim iisdem conceduntur, ut libere conferre valeant Beneficia, non obstantibus Constitutionibus ac reservationibus Apostolicis, nisi generaliter illos etiam efficerent regulæ Cancellariæ; quia omnibus in universum satisfacit responsio, quod Cardinales tunc demum censentur sub regulis comprehensi, ubi iisdem applicabilis est ratio regularum, ut distinguendo tradunt Felin. *in cap. ad Aures n.* 11. *de Rescript.* Selv. *de benef. q.* 12. *n.* 31. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 24. *numer.* 6. *& pluribus sequentibus* Adden. ad Buratt. *decis.* 570. *n.* 13. *vers. Ratio*, *& decis.* 1632. *nu.* 10. cor. Coccino.

Denique minus relevat, quod collatio D. Cardinalis fuerit nulla, uti facta vigore Indulti, quo ipse de eo tempore nondum gaudebat, quodque illi ulterius obstet specialis consuetudo ingens in Rgnis Hispaniarum, per quam Episcopi non recipiuntur ad administrationem, & collationem Beneficiorum, nisi præcesserit actualis possessio Ecclesiarum; Quia non est verum, collationem fuisse restrictam ad titulum Indulti Cardinalatus; nam contrarium liquet, ex eo, quod illa primatio innititur ordinariæ Jurisdictioni, ut legitur in ipsismet literis patentibus collationis, seu provisionis, ibi: *Utendo omnibus potestatibus, & ordinaria Authoritate, ac virtute In ulti, & Privilegiorum Dignitatis nostræ Cardinalitia, ac omni meliori forma, ac titulo, quo possumus, & debemus*. Et de asserta consuetudine nulla afferitur concludens probatio respectu Cardinalium; imo eam destruunt superius laudatæ decisiones coram Seraphin. & cor. Justo nominatim Agentes d. Cardinal. Episc. Hispaniæ.

Et ita prætermisso examine, an etiam proviso Apostolico obsistant regulæ de annali, & triennali possessore, quod ex supra deductis visum non fuit necessarium, conclusum fuit, utraque &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Corduben. Beneficiorum.

Lunæ 3. *Decemb.* 1696.

Argumentum adest in præcedenti decisione, dum hæc decisio in eadem causa emanavit.

SUMMARIUM.

1 *De Jure antiquo Canonico Episcopi statim post electionem acquirebant ea omnia quæ sunt Jurisdictionis, & signanter Jus conferendi Beneficia, etiam ante captam possessionem.*

2 *A d. Juris dispositione non solum ingens præjudicium Datariæ ob neglectas literarum expeditiones obveniebat, stante nonnullorum Prælatorum malitia; sed ulterius abusus prodierant, dum plerique ex Apostolicis provisis sibi credi volebant super provisionibus sive literis, & privata authoritate Collegia compellebant ad præstandam obedientiam.*

3 *Ideo sancitum fuit per Bonifacium VIII. quod vacatio Ecclesiarum prorogata remaneret usque ad actualem possessionis adeptionem, & vetuit omnibus Prælatis, ne se ingerent in iis quæ sunt Jurisdictionis.*

4 *Dicta Constitutio reputata est pro lege correctoria, & exorbitans, & ideo non extendenda.*

5 *Cum autem ex d. dispositione satis longo tempore Beneficia manerent in suspenso, & in perniciem animarum diu vacare potuissent; ideo S. Pius V. decrevit omnia beneficia Ecclesiastica, Sede Episcopali Pastore destituta vacantia Apostolicæ dispositioni reservanda esse.*

6 *Hinc inter regulas Cancellariæ, jubentibus Summis Pontificibus, d. ordinatio adscripta fuit in ordine la* 2. *ex qua habetur, quod omnia Beneficia, quæ, Sede Episcopali vacua, vacare contingerint usque ad adeptam a successoribus pacificam possessionem, Sedi Apostolicæ intelligantur reservata.*

7 *Ratio animativa d. regulæ* 2. *est, ne ex longa vacatione Sedis Episcopalis provisiones sint in suspenso, & maximum gravamen Ecclesiis inferatur; nam diuturnam vacationem Jura abhorrent, & num.* 8.

7 *Sub prædicta* regula 2. Cancellariæ *Cardinales minime comprehenduntur minusque sub sanctione* extravag. in d. regula 2.

10 *In Cardinalibus cessat ratio* d. extravag. *quia ipsi non solvunt taxas pro expeditione literarum, & propterea nullum vales considerari præjudicium interesse* bursa-

bursali Datariæ, illiusque fraudario, nec in ipsis ob eximiam dignitatem potest dubitari de veritate eorum deputationis ad gubernium animarum, etiam literis non expeditis.

11 *Cum cesset d. dispositio* extrav. injunctæ *in Cardinalibus, in actu illorum electionis ad Episcopatum statim dicitur Ecclesia sufficienter provisa.*

12 *Et consequenter, cum cessat ratio, diuturnæ vacationis Beneficiorum, non applicatur Episcopis Cardinalibus dispositio* reg. 2. Cancellariæ *in d. ratione fundati.*

13 *Prædicta opinio est magis vera, & contrarium tenentes reprobantur, & n. 18.*

14 Felin. in cap. ad aures n. 10. de rescript. *firmatur in quibus terminis loquatur.*

15 *Dubitatio pramota per* Gatz. de Benefic. p. 5. c. 1. num. 253. *est rejecta.*

16 Gonzal. ad reg. 8. glos. 24. n. 6. & glos. 15. §. 2. ad n. 73. *non loquitur de Cardinalibus Episcopis.*

17 *Licet Cardinales comprehendantur in regulis Cancellariæ, attamen non comprehenduntur in aliis regulis, quarum finales rationes Cardinalibus non adaptantur.*

19 *Ante præstitum juramentum de visitandis liminibus Apostolorum Episcopi nequeunt se immiscere Ecclesiæ administrationi.*

20 *Dictum tamen juramentum absque probatione præsumitur.*

DECISIO XXII.

Quia de Jure antiquo Canonico, cessantibus obstaculis posteriorum Apostolicarum Constitutionum, Episcopi statim post electionem acquirebant ea omnia quæ
1 sunt jurisdictionis, ac signanter jus conferendi Beneficia etiam ante captam possessionem Ecclesiæ, quia in momento factæ electionis consumpta dicebatur vacatio Ecclesiarum, ad originalem Theoricam Glos. *in c. transmissam 15. verba de talibus de elect. ibique* Abbas *n.* 3. Fermosin. *q.* 3. *n.* 3. *&* 6. & Barbos. *n.* 2. Germon. *de indult. Card.* §. *nec non quarumcunque sub n.* 3. *vers. hinc oritur, & n.* 4. *cum seq.* Massobr. *in prax. haben. concurs. Prælat.* 26. *n.* 2. Pax Jord. *var. elucubr. ac re benef. lib.* 7. Rot. *dec.* 182. *per tot. p.* 2. *divers.* & optime *in Hispalen. Benef.* 19. *April.* 1602. cor. Justo; & ab hac
2 dispositione pravum in sensum a malitia nonnullorum Prælatorum detorta, non solum ingens præjudicium intererse bursali Datariæ Apostolicæ obveniebat ob neglectas expeditiones literarum, sed ulterius quamplures abusus prodierant, dum plerique ex Apostolicis provisis volebant sibi credi super provisionibus sine literis, & privata auctoritate
3 compellebant Collegia ad præstandam obedientiam; Idcirco Bonifacius VIII. omnibus istis eliminandis abusibus, proinde studens speciali sanctione corripere decrevit supradictam antiquorum Canonum dispositionem, & lege correctoria determinare, quod vacatio Ecclesiarum, quæ prius in momento electionum consumebatur, prorogata remaneret usque ad actualem possessionis adeptionem; & specialiter vetuit omnibus Prælatis, ne quoquo modo se ingererent in iis, quæ sunt jurisdictionis, circa quæ facultatem omnem alias de jure competentem abstulit, ut legere est in *extravaganti injunctæ de electione inter communem*, cujus rationem motivam cum DD. perpenderint tam in interesse bursali Apostolicæ Datariæ, quam in peculiari coercitatione mali moris quorundam Prælatorum, qui temerario ausu sine Apostolicis diplomatibus sibi credi, sibique obedientiam præstari præsumebant, communiter reputata est pro lege correctoria & exorbitanti, non de facili extendenda, ut videtur innuere Glos. *ipsa in cit. extrav. injuncta verb. non præsumant vere dic. contra* ibi *dic. contra*, quia cum hæc Constitutio sit pœnalis, & contractus communes, eandem non extendendam, sicut tunc jura specialia contra reg. ad conseq. sunt trahenda, idemque
4 firmat Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 31. ubi perpendit rationem motivam extravag. & relatis concordan Rot. *in Hispalen. Benefic.* 10. *Aprilis* 1692. §. *quare, & seqq.* coram Justo, quæ hodie circumferebatur in particula.

Taliter autem prorogata vacatione per dispositionem *extravag.* usque ad actualem Episcopatuum, & dignitatum possessionem, considerans S. Pius V. longo satis tempore Beneficia manere in suspenso, & in perniciem animarum diu vacare posse, ad occurrendum prævisio illarum periculo perpetuo valitura Constitutione per modum regulæ emanata, decernere opportunum duxit, omnia Beneficia, Ecclesiastica Sede Episcopali Pastore destituta, vacantia Apostolicæ dispositioni reservanda esse, prout reservavit *in Constit.* §. *Bullar. nov. tom.* 2. *fol. mihi* 250. quæ subinde publicata die 9. Martii Anni 1568. in Cancellaria Apostolica successive a S. Mem. Sixto V. illius successore, ut referunt Cocchier. *in comment. ad d. reg. n.* 17. Jan. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 218. Lotter. *de re benef. l.* 2. *q.* 34. *nu.* 7. inter regulas Cancell. adscripta fuit, & secundum in ordinem locum ita 6
perpetuo jubentibus Summis Pontificibus, obtinuit, etiam expressa declaratione, ut omnia Beneficia, quæ Sede Episcopali vacua vacare contingerint usque adeptam a successoribus pacificam possessionem Sedi Apostolicæ intelligantur reservata, ut consonant vero Greg. 2. hic inutiliter non adnectenda.

Ratio autem animativa regulæ illius a DD. considerata 7
fuit non solum laudabilis solicitudo providendi pauperes Clericos, quæ est nimis generalis, sed præcisa necessitas occurrendi diutinæ vacationi Beneficiorum ob animatum periculum ab illa exoriens. Et quia *ab extravag. injunctæ* vacatio dignitatis, quæ cessabat in momento electionis, prorogata fuit usque ad tempus adeptæ pacificæ possessionis, idcirco retentio eodem themate occurrendi vacationi Beneficiorum, regula secunda determinavit omnia Beneficia Papæ reservare, vacanda usque ad actualem successoris pacificam possessionem, quia connotative ad præsuppositam continuatam vacationem dignitatis, voluit consulere animarum saluti usque ad tempus, in quo vacatio dignitatis 8
cessabat, ut in individuo tenent Gonz. *ad reg.* 8. *Gl.* 45. §. 3. *n.* 45. ibi ratio regulæ 2. Canc. est ne ex longa vacatione Sedis Episc. provisiones sint in suspenso & maximum gravamen Ecclesiis inferatur; nam diuturnam vacationem jura abhorrent, Lott. *de re benef. l.* 1. *q.* 34. *nu.* 8. & Rot. *in individualibus in citata Hispal. benef.* cor. Justo §. *quare*, ibi, Ratio, quæ sola verisimiliter movit Papam in Constitutione ejusdem regulæ scilicet, quia Sede Episcopali vacante ex dispositione extravag. injunctæ repetite prorogata, ut in reg. nullus est qui possit providere.

Assumptive validissima demonstratio eruitur in ipsismet visceribus regulæ secundæ, in qua ab effrænata reservatione excipiuntur Beneficia ad collationem cum alio vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia; quia tunc cum possint provideri per habentem simultaneam, in quo tota potestas consolidatur, cessat ratio diutinæ vacationis, & datur legitimus Beneficii collator, cujus deficientia, uti causativa periculi animarum, unice movit Papam ad terminandam reservationem, ut ita inferendo concludit Gonzal. *ad* Glos. 8. Glos. 14. §. 3. *n.* 47. *& seqq. & optime* Lott. *de re benef. l.* 2. *q.* 32. *n.* 8. *unde*, ubi materiam per principia examinat.

Liceat ergo ex præmissis corollarie inferre finalem causam *reserv. reg.* 2. esse materialiter diversam ab illa *extrav. injunctæ*, sed in ratione formali esse connexam & necessario dependentem, quia una procedit ab altera, & causative una aliam inducit: quia certo certius, nisi vacatio Ecclesiarum fuisset prorogata usque ad actum possessionis, periculum diutinæ vacationis Beneficiorum cessasset in ipso momento electionis, quia tunc de jure communi provisus efficiebatur legitimus collator, quo dato, periculum animarum non occurreret, nec indigeret reservationis Apostolicæ remedio.

Sub his regulis & animadversionibus PP. coram me subrogato in locum, & gradum bo. me. Emerix Decani reintegrato examine super executione gratiæ Apostolicæ obtentæ a Francisco ex titulo reservationis reg. secundæ ad duo Beneficia, de quibus res est vacata ante adeptam ab Eminentissimo Salazar possessionem Ecclesiæ Cordubensis, & ab eo Jure ordinariæ collationis provisa denegata *in dec. emanat. die* 29. *Novemb.* 1694. coram Emerix, iterum fue- 9
runt in sensu pro denegatione petitæ executionis, & discusso formiter articulo crediderunt S. R. E. Cardinales minime comprehendi sub dispositione *dict. reg. secunda*, minusque sub sanctione *extrav. injunct. de elect.* causativæ reservationi contentæ in *dict. reg. secunda*, quia denuo putarunt nec rationem regulæ, nec illa extravagantis valere in Cardinalibus, ad quos proinde per viam extensionis functiones istas correctorias, & exorbitantes trahi non debere autumarunt, & ita, proposito a me congruo dubio, standum esse in decisis responderunt.

Et quidem ratio extravag. nec in esse causali, nec in connotato formali valet S. R. E. Cardinales comprehendere, quia cum isti taxas non resolvant pro expeditionibus literarum, & nefas sit, tametsi literis non expeditis, veritatem 10
eorum deputationis ad gubernium animarum in litem deduc-

ce-

cere, & præeminentiæ, & dignitatis quæ in illis affulget, fidem adimere, in eis proinde non verificatur, nec præjudicium interesse bursali Datariæ Apostolicæ, nec necessaria coërctio mali moris Prælatorum, qui temerario ausu volebant sibi credi super provisionibus absque literis, ac per consequens utroque ex illis cessante, cessat etiam odiosa illa & correctoria dispositio extravagantis, ut sub hac methodo ratiocinando ex professo defendunt Bellon. *olim nostri Tribunalis Auditor de char subsid. q. 61. sub nu. 24.* ubi testatur ita decisum eo præsente in Rota, Sonak. *ad reg. 8. glos. 24. nu. 6. & 7. vers. quia fuit* Gom. *in proœm. reg. q. 4. §. 3. casut v. sed quia* Theodos. Rub. *in singul. ad dec.* Acotam boni 6. m. 1. *n. 3. fol.* 131. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 111. *nu.* 34. *& super eadem extrav. injunct. n.* 5. Matt. *de caus. convers. sect.* 2. *n.* 41. Lavor. *de elect. tit.* 40. *cap.* 25. *n.* 10. Lott. *de re benef. l.* 1. *q.* 27. *n.* 32. Pax Jord. *var. eluc. l.* 8. *tit.* 2. *n.* 22. *&* 23. Gerund. *de Episc. tit.* 2. *l.* 7. *disp.* 6. *n.* 12. Fermos. *de off. & fac.* Pecl. *ad rub. de elect. super c. transmissam q.* 6. *& n.* 1. *usque ad* 10. Germ. *de indul. Card. §. necnon quarumcunque n.* 3. *vers. hinc oritur, & n.* 46. *& seqq.* Dian. *oper. moral. p.* 9. *tr.* 2. *de potest. & privil. Card. res.* 53. *&* 64. Cappon. *tom.* 1. *disc.* 10. *n.* 12. ubi quod collatio approbata fuit per Datariam, & perpetuo tenuit Rot. cor. Lancell. *in una Burgen. Canonicatus* 26. *Jan.* 1525. *inter ejus impressas dec.* 144. *in fin. & n.* 1. ubi in margine refert *ante dictam* cor. Lancell. & formiter disputato articulo *in cit. Hispal. Beneficii* 19. *Aprilis* 1602. cor. Justo.

Remota autem in Cardinalibus censura *extrav. injunctæ*
11 vacatio Ecclesiarum, ad quas assumuntur, cessat in ipso electionis momento, & sublata lege hac correctoria, materia reducitur ad terminos juris communis, juxta quos in ipso actu electionis Ecclesia dicitur sufficienter provisa, & adest legitimus Pastor, & collator, & ob id minus eis applicabilis redditur ratio finalis regulæ secundæ, quæ cum sola sit, ut occurratur diutinæ vacationi Beneficiorum supponendo, quod Ecclesia Episcopalis vacet non solum usque ad provisionem successorum, sed etiam usque ad possessionem ab
12 eis adeptam, juxta tenorem *extrav. injunctæ*, ita & taliter, quod donec non capiatur possessio Ecclesiæ, nemo sit qui possit conferre Beneficia, juxta superius expressa *in §. taliter autem*. Ista ratio diutinæ vacationis Beneficiorum non applicatur Episcopis Cardinalibus, eo quia ipsi statim, ac provisi sunt de Ecclesiis consumunt in eodem instanti Ecclesiarum vacationem, & possunt exercere omnia ea quæ sunt jurisdictionis, & signanter collationem Beneficiorum ad censuram juris communis Canonici; ita ut Beneficia vacata post provisionem respectu Cardinalium, dicantur vacata, sed plena, & legitimo existente collatore, quod e diametro tollit rationem regulæ, & operatur, ut illa Cardinales minime comprehendat, ut ultra duo judicata punctualia nostri Auditoris cor. Seraph. *dec.* 1148. *n.* 1. & in sæpe laudata *Hispalen. Beneficii* 19. *Aprilis* 1602. cor. Justo, tenet gravior, & sanior pars DD. qui in hoc articulo scripserunt, prout omissis superius adductis, qui merito in hac classe reponi possunt, individualius firmant Cherubin. *in compend. Bullar.* interpretando const. 55. S. Pii V. a qua designat rigorosa sanctio *reg.* 2. *scol.* 1. & refert, ac laudat decisionem Hispalen. cor. Justo, Theodos. Rub. *in sing.* Rot. *tom.* 20. *circa stylum*, & observantiam Rotæ *in verb. Cardinalii n.* 10. *& to.* 1. *ad dec.* Acotambon. *n.* 3. *pag.* 13. Tilin. *q. moral. tom.* 3. *tr.* 41. *tit. de benef. c.* 2. *n.* 37. Pax Jordan. *var. elucub. l.* 8. *tit.* 2. *n.* 23. *vers. prout nec secunda* Castropal. *oper. moral. l.* 2. *tr.* 13. *disp.* 2. *punct.* 14. *n.* 4. *vers. excipe* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 24. *n.* 6. & 8. Cappon. *discept.* 10. *n.* 12. *tom.* 1. & Barb. *de potest. Episc. alleg.* 57. *n.* 23. & Matt. *de caus. concess. sect.* 20. *n.* 11. ubi assignat rationem, quia Beneficia vacata post provisionem Cardinalium, dicuntur vacare Sede plena.

13 Concurrente igitur tam demonstrativa ratione fulcita tot insignibus auctoritatibus, ista opinio visa fuit DD. tutior ac probabilior, quia licet non defuerint aliqui DD. qui contrariam sententiam veriorem putaverint, ut Paris. *decis. d. Instrum. tit.* 2. *ref.* 3. *sub n.* 25. 27. *& seq.* & Joseph. Janu. *resol. moral.* 17. *n.* 14. & alii quam pauci, *qui in individuo articulari possunt*; tamen cum isti nec funditus animadverterint rationi originali regulæ, nec connexioni quam regula sortiatur cum *extrav. injunctæ* eorum opinio non meretur contraponi tot classicis DD. & geminatis resolutionibus nostri Auditorii, quibus semper in concursu solet Tribunal deferre.

14 Nec in classe istorum reprobatorum allegari valet Felin. *in c. ad aures n.* 10. *de rescript.* Garz. *de Benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 253.
15 & Gonz. *ad reg.* 8. *gloss.* 24. *nu.* 6. *& gloss.* 15. *§.* 2. *sub nu.* 83. quia omnibus istis in fonte recognitis DD. patuit casum con-
16 troversiæ præsentis minime percutere, sed sub diversa penitus hypothesi, quæstionem pertractare, Felin. nanque non agit de *extrav. injunctæ* nec de reg. 2. Cancell. sed solum de reg. ve valore, an Card. comprehendat, ut legi potest *sub vers. si Card. impetrans Beneficium*, & ibi reprobat Anch. stantem pro non comprehensione, cum ipse tueatur sententiam, Cardinales sub ea comprehendi, & licet refellere etiam conetur Bellencin. cum Ancharano opinantem, Cardinales non esse comprehensos sub reg. de valore, referendo testimonium Franc. Panvini olim S. R. Auditoris, qui testatur suis temporibus decisum, regulas Cancell. ligare Cardinales, nullibi attamen descendit ad reg. 2. nec in ejus puncto legitur testimonium Panv. vel reprobatus Bellen.

Et in istis quoque terminis loquitur Gomez *in reg. de valore q.* 2. ubi de eadem materia quæstionem facit Garz. vero *de benef.* dubitative quæstionem promovit, nihil determinare resolvit, & licet videtur inclinare in affirmativam pro comprehensione Card. attamen rationem reg. non examinat, & ob id ejus dubitatio rejecta legitur a Filliuccio *q. mor. tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 3. *n.* 37. *vers. quamvis*.

Gonzal. vero in locis allegatis tractat de Episcopo non Cardinali, vel de aliis regul. Cancell. quæ ob sui generalitatem, vel ob rationem adaptabilem Card. comprehendunt.

Et in proposito demendæ sunt e calculo generaliter comprehendi omnes auctoritates, quæ firmant Card. sub reg. Canc, aliisque Pontificiis dispositionibus, quia, ut optime 17
satisfacit 1. *dec. §. neque obstat*, propositio est verissima, quoad illis reg. quando ratio potest applicari Card. non autem quoad reg. 2. cujus ratio ipsis non adaptatur. Et sane incongruum esset ex generali comprehensione in regulis arguere ad particularem, quando ejus ratio excipere dicitur Card. cum nulla potior exceptio considerari valeat illa, quę resultat ex defectu rationis finalis, ut bene distinguit Rota cor. Cocc. *dec.* 1633. *n.* 10. ibi *comprehenduntur sub reg. Cancell. nisi ratio regulæ illos non comprehendat*, & tenent in puncto Gonz. *reg.* 8. *glos.* 24. *n.* 6. *& seqq.* adden. ad Buratt. *d.* 570. *n.* 13. *vers. ratio*, & in terminis reg. secundæ Rotam coram Seraph. *dec.* 1148. *n.* 3. *vers. neque*.

Et ex hacmet ratione verissimum est, Alex. VII. in sua speciali declaratione voluisse Card. comprehensos in regulis: ob id expresse hodie exceptos esse a regula 9. alias 8. & concedi eis Indulta, ut gaudeant Beneficio non comprehensionis; sed hæc omnia militant sub themate regularum, 18
quarum ratio, & causa non disconvenit Cardinalibus, sed nihil inferunt ad reg. 2. quæ in ratione causali nequit Cardinalibus applicari.

Quapropter, omnibus in suo esse consideratis, Auctoritates, quæ in oppositum afferebantur, vel loquuntur in terminis generalib. regularum in universum; vel de aliis in specie regulis quæstionem tractant, aut sermonem faciunt de Episc non Cardinali, ut *dec. Burg. Canonic.* cor. Cord. quæ præferebatur revocatoria *a nobis relata*, cor. Lancec. aut demum incidenter, & sine materiæ examine loquuntur, ita ut pauci, & ignoti forsan nominis sint illi, qui pro contraria opinione merentur allegari, quique refelluntur a tot aliis insignibus DD. & a sententia alias in specie tenta coram Justo in nostro Auditorio.

Perpensis his in puncto juris, frustra apponebatur in facto Em. Salaz. non potuisse de tempore collationis Beneficiorum immiscere sese Eccles. administrationi, ex quo antea 19
non præstiterat juramentum de visitandis liminibus Apostolorum, juxta sancita in novissima Constitution. Sixti V. Quoniam combinatis temporibus præstiti juramenti hodie exhibiti *in summ. Card. n.* 8. cum illi secutæ vacationis Beneficiorum, liquet illud hanc, quam pluribus diebus præcessisse, cum juramentum dignoscatur præstitum sub die 17. Novemb. vacationes vero secutas diebus 23. & 24. ejusdem, sicque ex facto omnis eliminatur difficultas, & Eminent. Card. dicitur in probatis; licet hoc ei non incumberet, cum non agatur de juramento voluntario exigente probationem in specie, sed de necessario, quod absque ulla probatione 20
de jure præsumitur, juxta *decis.* 2. *Cresc. de jure jur.* & alibi sæpissime.

Et inutilis erat ponderatio, quod Emin. Cardinalis juravertit se servaturum Apostolicas ordinationes, quia palam omnibus fit hoc intelligi de illis, quibus ligatur, non de aliis, a quibus summo jure exceptuatus reperitur.

Quamplura alia contra provisum Apostolicum opponebantur, utpote defectus signaturæ supplicationis, obsistentię regulæ de annali, & alterius de triennali; sed cum satis superque DD. fuerint in articulo determinati, omnia uti supervacanea prætermiserunt, & ex hoc solum fundamento resoluta approbarunt, Partibus in acertimo contradictorio auditis.

R. P. D.

R. P. D. PRIOLO:

Romana Clericatus Beneficiati S. Petri.

Ven. 13. Maii 1695.

ARGUMENTUM.

In his duabus, quæ sequuntur decisionibus, firmatur, quod Jus conferendi beneficia, quod ante turnariam divisionem residet penes Capitulum, non valet conferre Canonicus in Sacris non constitutus; id tamen limitatur quoties Canonici non conferant, sed tantum nominent, quia tunc valet nominare etiam Canonicus, qui non sit in Sacris, quod autem hujusmodi consuetudo sit in Clero Sancti Petri de Urbe plene in altera dec. habetur.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus in Sacris non constitutus vocem in Capitulo non habet, & n. 2.*

3 *Habet tamen exercitium juris nominandi Beneficiatum, ubi non sit in Capitulo.*

4 *Nominationis commodum potest delegari etiam Canonico in Sacris non constituto, & vocem Capitularem non habenti.*

5 *Inspecto Jure communi Jus conferendi ante secutam divisionem totaliter residendi in Capitulo post distributionem inter Canonicos in locum Capituli per turnariam divisionem subrogatos spectare non potest ad Canonicatum in Sacris non constitutum, & n. 6. & 7.*

8 *Nominationis commodum toti Capitulo attributa delegari non potest Canonico in Sacris non constituto.*

9 *Actus præsumitur gestus vigore tituli, de quo apparet.*

10 *Ratio est anima legis; hinc ubi eadem ratio non militat, nec lex militare debet.*

11 *Descriptio facta a ministris Ecclesiæ nullum jus potest tribuere descriptis, quod antea non habebant.*

12 *Observantia adversus Constitutiones Apostolicas clausula irritanti munitas attendenda non est.*

13 *Ex juramento facto per aliquem, tacto pectore more Sacerdotali, præsupponitur qualitas Sacerdotis.*

14 *Ad inducendam observantiam contra Constitutiones Apostolicas, illa debet esse continua.*

15 *Canonicus ad Sacr. Ordines non promotus privatur quidem voce capitulari, sed non privatur fructibus seu aliis fructibus ratione Prabendæ competentibus, & sic non jure conferendi, quod extra capitulariter fit.*

16 *Id procedit de Jure communi, non autem ex dispositione Nicolai III. in Basilica Principis Apostolorum.*

17 *Stante inhabilitate Canonici antecedentis, subintrat in Jure alius proximior, capax, & habilis.*

18 *Collatio Beneficii non est in simplici fructu, sed est fructus, seu quasi Juris conferendi, & propterea participare non potest de simili fructu, nisi ille, qui habet tale Jus conferendi.*

19 *Dispensatus ab uno dicitur dispensatur ab aliis impediis, cum tot requirantur dispensationes quot sunt obstacula.*

20 *Canonicus Turnarius limitatum tempus habens ad conferendum, si vacatio non succedat in tempore suo, non potest conferre, etsi Canonicus, qui eum precedit, & ad quem spectat collatio, sit incapax ad conferendum, & propterea subintrat ex Jure proprio Capitulum in locum Canonici inhabilis.*

DECISIO XXIII.

Cum institutio, & destitutio Beneficiatorum in Basilica Sancti Petri ex Constitutione Nicolai III. pleno jure pertineat ad Archipresbyterum, & Capitulum, attenta hebdomadatum divisione inter eosdem facta, altera pariter subdivisio illarum ad Capitulum inter Canonicos conventa fuit, & utraque supponitur inita ad tollendas inter Electores dissensiones, cum de illarum principio nullum esset vestigium; Vacavit de mense Martii 1694. unus ex Clericatibus Beneficiatis, & quia collatio illius hebdomadæ in tabella turnaria erat assignata R. P. D. de Philippis, illam contulit Josepho; Viceversa Capitulum prætendens ei obstare non minus Text. *in Clem. ut ii de ætat. & qualit.* quam 1
Sacr. Conc. Trid. de reform. sess. 22. cap. 5. & specialem quoque dispositionem dictæ Constitutionis Nicolai III. ex quibus tam generalis, quam specialis prohibitio promanat, quod Canonici in Sacris non constituti vocem in Capitulo minime habere possint, providit de eodem Beneficiato Hieronymum, & propterea orta contentione inter Partes, interim supervenit ad Causam Canonicus Guidus *del Palagio*, & uti immediate proximus in turno, allegans quoddam tertium Jus exclusivum utriusque collitigantis; ipse enim erat intra annum suæ possessionis, ex quo prætendebat sibi non obstare Jura per Capitulum contra Canonicum de Philippis adducta, neque affici ab allegationibus contra Capitulum; In hoc itaque rerum statu Josephi a R.P.D. Vicesgerente sententiam favorabilem reportavit, quapropter Causa ad instantiam succumbentium in gradu appellationis mihi delata pro illius resolutione dedi dubium omnium comprehensivum, *An, & cui sit adjudicandus Clericatus Beneficiatus, vel potius ad quem spectet illius collatio*, & DD. dixerunt, *adjudicandum esse Hieronymo*, cum allegata Jura visa sint 2
obstare æque R. P. D. de Philippis, quam Canonico Guido, & collationes redire ad Capitulum habens principale Jus instituendi, vel destituendi.

Non impugnabatur præceptum *Clement. ut ii de ætat. & qualit.* quod ille, qui saltem in Subdiaconatus Ordine constitutus non sit, vocem in Capitulo habere non possit, repetitum a *Conc. sess. 22. cap. 5. de reform.* & specialiter etiam demandatum a Nicolao III. *in alleg. Constit.* ibi -- *portiones non recipiant, nec admittantur ad eas, etiamsi alias eis de Jure, juxta suæ institutionis ordinem deberentur, nisi fuerint in ipsa Ecclesia residentes, & in Sacris Ordinibus constituti*, & deinde subditur -- *non tamen stallum habeat in Choro, & in Capitulo vocem habeat, vel locum, nec ad ipsius admittatur tractatus, quousque ad Sacros Ordines sit promotus.*

Sed scribentes pro Josepho dicebant, hæc non afficere Canonicum de Philippis, cum non prætendat neque stallum in Choro, neque vocem in Capitulo, sed solum Jus 3
nominandi ad controversum Beneficiatum, & cum talis nominatio sit actus non faciendus in Capitulo, & nunquam doceatur illum factum fuisse in Capitulo post divisionem, neque importare ipsam collationem, sed meretur exercitium Juris nominandi, quod adimpleri potest a Procuratore, & a persona extranea, ideoque multo magis a Canonico ejusdem Capituli, quamvis in Sacris non constituto, & tale assumptum fundabant in decisionibus emanatis coram Gypsio, ut videre est *in dec. 600. & dec. 603. p. 4. divers. & dec. 15. p. 3. rec.* quæ in individuo agentes de Beneficiatu S. Petri, firmant, tale Jus nominandi competere Canonicis, ut singulis etiam in Sacris non constitutis, non minus ex pluribus scriptis in magna mole tunc exhibitis, sed attenta antiqua, & pacifica consuetudine, quam ex Jure, cum tale jus nominandi sit actus extra capitularis; nam ut specialiter subditi *d. dec. 606.* §. per divisionem hebdomadarum a Capitulo factam non censetur translatum in Canonicum Hebdomadarium jus conferendi prout Juris est, sed tantum exercitium, seu nominatio personæ, cui Beneficium conferri debet, & sic nudum factum, quoniam Hebdomadarii collatio inutilis prorsus, & sine effectu esset, nisi fieret coram Notario Capituli cum subscriptione Secretarii, & sigillo ejusdem Capituli, ex quo datur intelligi, ejus collationem de per se perfectam non esse, siquidem nil actum 4
censetur, dum aliquid superest.

Et in præmissorum corroborationem exhibuerunt etiam ipsam formam collationis, sed literas patentes; quæ provisis conceduntur a Capitulo, ex quibus deprehenditur, quod Canonicus tantum nominat, Capitulum vero confert, & propterea dignoscitur actum collationis esse omnino contradistinctum a nominatione Canonici Turnarii, & talem divisionem non importare jurisdictionem, sed solum factum & commodum nominationis, quod delegari potest etiam Canonico in Sacris non constituto, & vocem Capitularem non habenti, ad notata per Barb. *in d. Clem. ut ii n. 7. & in tract. de Canon. cap. 36. n. 21.* Grat. *cap. 482. n. 25.* Garz. *de Benef. p. 3. cap. 4. n. 31.* & Rota coram Rembold. *dec. 145.* 5
n. 3. cum seq. & in d. dec. 15. n. 2. & 3. p. 3. rec.

Verum præmissa visa sunt non subsistere: nam talis opinio fuit postmodum reprobata a Rota coram Duran. *decis. 275. confirmata* coram eodem *dec. 290. et 460.* ex potissimum ratione, quod cum tale Jus conferendi ante secutam divisionem totaliter resideret in Capitulo, & capitulari-

ter expleretur, idem Jus dicendum est distributum inter Canonicos, qui cum sint in locum Capituli per turnariam divisionem subrogati, eandem naturam illius, in cujus locum subrogantur, assumunt; ideoque Canonicus per turnum conferendo, confert vice Capituli, & non uti singularis, vel Procurator, aut extranea persona, neque aliud
6 Jus exercet, quam quod omnes insimul congregati Capitulariter exercent, juxta Tex. *in cap. fin. de Praeben. in 6. ibique Doctores & signanter Archid. n. 1. vers. ipsum scilicet Capitulum, & n. 2.* Geminian. *n. 7.* & Franch. *num.* 3. & ulterius progrediendo subdit *eadem decis.* Durani, quod cum hæc turnaria divisio adinventa fuerit ad tollendas dissensiones, istę vero dissensiones profecto exoriri non poterant nisi inter Electores, & propterea talis divisio non comprehendit nisi illos, qui in Capitulo ad eligendum interesse poterant, cum inter alios non interessentes nulla dari posset controversia, & in idem quoque coincidunt *dec.* 473. & 517. cor. Cerro; *& in rec.* 260. *p.* 17. & propterea sicuti in isto casu Capitulum non posset secum admittere Canonicum in Sacris non constitutum ad ferendum suffragium in Capitulo, ut notant
7 Joan. Andr. *in cap. quod alicui 67. n. 3. usque ad fin. regul. jur. in 6.* Boich. *in cap. quapropter §. Illud nu. 2. cum seq. de elect.* Abb. *in cap. cum Vintoniensis n.* 3. ibique Butr. *n. 23. & seq. eadem tit.* ita nec minus eidem delegari posset facultas toti Capitulo attributa, Abb. *in cap. scriptum n. 5. in princ.* ibique Imol. *n. 6. vers. nec mirum de elect.* Lambert. *de Jurepatr. lib. 1. p. 2. q. 2. princ. art. 16. n. 2. vers. ita fortius.*

Quæ autem dicta sunt de literis patentibus, facilius submoventur, si respiciatur magis factum, quam verba; quia Canonicus Turnarius confert absolute Beneficium personæ sibi benevisæ, & mandat Notario ut literas patentes expediat, & illas Secretarii sigillo munire faciat, ex quibus colligitur, quod Capitulum præstat nudum nomen, auctori-
8 zando omnia gesta a Canonico Turnario; Verba enim illa nominationis, seu collationis sunt interpretanda juxta subjectam materiam, hoc est, quod penes Capitulum Jus conferendi sit in proprietate, & habitu, apud Canonicum actu, cum reveta Turnarius exerceat tale Jus conferendi nomine Capituli, ut advertit Rota *dec.* 330. *num. 25. & seq. part. 9. tom. 2. rec.*

Nec dicatur, quod decisiones Gypsii non sunt ita obiter revocandæ juxta stylum nostris Tribunalis, maxime cum contineant aliquod factum particulare, ex quo oriri potest Jus. Responsum quippe fuit; decisiones illas emanasse absque interventu Capituli, & inter diversas personas, & cum
9 manifestissimis æquivocis; nam dicitur, quod liquido non constabat, an tale Jus competeret Capitulo, vel Canonicis uti singulis, quando nihil ibidem deducitur, neque modo deductum fuit contra clarissimam Constitutionem Nicolai, concedentem Archipresbytero, & Capitulo non solum institutionem, sed etiam destitutionem dictorum Beneficiatorum, & propterea non subsistente facto illarum, opinio merito potuit reprobari cor. Durano, neque modo attendenda, & diversitas casus nihil operatur, quando militat ea-
10 dem ratio, quæ sola est anima legis, Rot. *rec. dec.* 132. *nu.* 16. *p.* 6. & *dec.* 59. *n.* 17. *p.* 10.

Nec prædictis obstat tabella turnaria in Sacristia exposita, quæ dat formam omnibus Ecclesiasticis functionibus ac etiam collationibus per Canonicos faciendis, & in qua reperitur descriptus Canonicus de Philippis, & in hebdomada Turnarius, nam, cum talis tabella conficiatur a solis Magistris Cæremoniarum, nullum Jus tribuere potest descriptis, quod antea non habebant, & tantum demonstrat tempus similia munera peragendi, quod clarius colligitur, ex
11 quo plures non Sacerdotes leguntur destinati pro Missa canenda, alii non Diaconi pro Evangelio, & alii non Subdiaconi pro Epistola; ideoque illi considerantur tantum capaces in potentia, vel uti obligati per se, vel per alium ad tale munus exercendum, ne in incerto remaneat in illa die servitium Ecclesiæ, & tanto magis; quia hoc etiam expresse demandatum fuit *in dec.* 602. *num.* 4. coram Gypsio, quia
12 hoc medio tempore, & durante in illa tabella incapax fieri potest capax.

Minus resistere visa est prætensa observantia, quæ vel non potest considerari adversus Constitutiones Apostolicas clausula irritanti munitas, ut in specie hujus Constitutionis advertit Rota coram Cavaler. *decis.* 85. *num.* 1. & *dec.* 91. *n.* 5. & *melius decis.* 111. *n.* 1. ubi enunciatur facta pro bono regimine, & gubernio Basilicæ, neque potuisse abrogari per non usum, vel contrarium abusum, quod pariter confirmavit san. mem. Paulus V. in sua Constitutione emanata de an. 1611. neque ab hac postrema effluxit adeo longum tempus, ut aliquod novum privilegium sit supponendum. Vel talis observantia si examinetur, nec minus subsistit; nam quatuor casus tantum adducti illa potius tollunt, quam confirment. Primus enim demonstrat, Canonicum Frensanellum fuisse in Sacris, quia in adipiscenda possessione sui Canonicatus juravit tacto pectore more Sacerdotali, quod suf- 13
ficit ad supponendum in illo talem qualitatem cum similia juramenta non fiant nisi per illos, qui sunt in Sacris Ordinibus constituti, Abb. *in cap. cum in causa n. 6. circa med. de juram.* & quo ad exclusionem aliorum trium satis esset dicere, quod sunt de Beneficiis extra Basilicam, & extra Urbem, & non valet illatio inter diversa: sed talis observantia neque remanet firmata in Beneficiis exteris; nam collatio data sub nomine Canonici Cerretani non habuit effectum, cum legatur specialiter facta a Capitulo absque ulla expressione Turnarii, & deinde dantur plures alii similes, qui veluti numero plures prævalere debent, vel saltem sufficiunt ad inturbidandum tale Jus, etiamsi ageretur de simili Beneficio, & aliquis particularis casus, si dari posset esset potius, tribuendus speciali favori, quo Capitulum aliquem Canonicum fuisset prosecutum, cum de cætero quando agitur de 14
inducenda observantia contra Constitutiones Apostolicas, actus debeant esse continui, & frequentes, Rot. *rec.* 8. *nu.* 10. *p.* 8. & *dec.* 278. *n.* 23. *p.* 12. & *decis.* 96. *nu.* 19. *p.* 17. & *dec.* 53. *n.* 5. & *dec.* 418. *n.* 6. *p.* 18.

Et demum non repugnat resolutio Sacr. Congregationis Concilii, quia cum emanaverit sub conditione, quatenus actus collationis non sit actus in Capitulo capitulariter explendus & fundata sit in decisionibus Gypsii de illo tempore emanatis, si postea firmatum fuit talem actum collationis esse actum in Capitulo collegialiter explendum, dicta resolutio non redditur amplius applicabilis casui nostro, ultra quod contrarium per eandem Congregationem fuisse decisum, refert Barb. *ad Concil. sess.* 22. *cap.* 4. *de reform. n.* 4.

Conveniebat Canonicus Guidus cum Josepho pro ex- 15
clusione Capituli, quod talis actus esset extracapitularis, & illi etiam collationem cessisset, si quæstio examinari deberet cum principiis Juris communis tantum, quia juxta Tex. *in dicta Clementina, ut ii* disponitur, ut is, qui ad Sacros Ordines promotus non fuit, privetur quidem voce Capitulari, sed non privetur fructibus, aut aliis Juribus ratione Canonicæ, & Præbendæ competentibus, & propterea non privetur Jure conferendi, juxta gloss. *in dicta Clement. ut ii verb. Capitulo*, ubi etiam Card. Zarabell. *n.* 24. cum aliis adductis per Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 34. *n.* 128. & 16
seqq. sed quia in præsenti casu attendenda est principaliter Constitutio Nicolai, & ista privat non promotos, non solum voce, seu fructibus, & habet tanquam non possessores, cum neque stallum in Choro habeant, idcirco non promotus in Sacris dicendus est ex eadem ratione privatus etiam jure conferendi; ad tradita per Vames *cons.* 260. *n.* 2. & *seq. de praeben. lib.* 1. Rebuff. *de nomin. q.* 8. *n.* 11. & *seqq.* & *in prax. benef. lib.* 1. *tit. de devot. n.* 46. & *seq.* Barbos. *de Canon. cap.* 37. *n.* 22. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. §. praeb. n.* 6. & melius *gloss.* 56. *n.* 42. & *seq.* Lotter. *de benef. lib.* 2. *q.* 34. *n.* 10. & Villadicis *de l. p.* 1. *q.* 6. *n.* 20. Coras. *de benef. p.* 2. *cap.* 7. *in princ.* & Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 690. & viceversa cum eadem Constitutio Nicolai præservet intra annum Canonico in Sacris non constituto medietatem fructuum, ideo prætendebat sibi competere tale Jus conferendi, tamquam descripto immediate in turno post Canonicum de Philippis, nam sicut ex Bulla Pauli V. immediate sequenti defertur onus in casu impotentiæ hebdomadarii, ita ex eadem ratione deferri debet commodum, & emolumentum, quod militat etiam ex natura Ordinis successivi, ut stante inhabilitate antecedentis, subintrat alius proximior capax, & habilis, juxta glos. *in cap. fin. in figuratione casus de consuet. in* 6. cum aliis adductis per Monez. *de opt. cap.* 2. *q.* 2. *n.* 1. & Barb. *de Canon. cap.* 30. *n.* 8. & *seq.*

Hoc autem objectum duas continent partes; quoad primam sublatum fuit ex eadem ratione, qua exclusus fuit Canonicus de Philippis, cum Canonicus Guidus non sit in Sacris constitutus, & propterea contra eum militant omnes rationes superius adductæ, & facilius quoque sublatum fuit quoad secundam, quod illi competeret tale Jus conferendi tanquam in fructu.

Nam quidquid sit, an illi competeret ex quodam particu- 18
lari usu medietas fructuum in primo anno cum ista in primo anno non concedatur ex Bulla Nicolai, nisi insimul residentibus, & in Sacris Ordinibus constitutis, si illa in uno immutata reperitur, non debet etiam in altero immutari; sed ulterius visum fuit, quod collatio non est in sim-

plici

plici fructu, sed est fructus, seu quasi Juris conferendi, sicuti electio Juris eligendi, ut notant Abb. *in cap. cum olim n. 4. in princ. & n. 7. in fin. de caus. possess. & propr.* Cassad. *dec. 3. n. 6. de pension.* & propterea participare non potest de simili fructu, nisi ille, qui habet tale Jus conferendi, quod comprobatur ex distinctione Text. *in cap. fin. de preb. in 6.* nam si darentur in una Ecclesia plura Beneficia, quorum alia jus conferendi spectaret ad certas dignitates, uti singulas, alia vero ad Capitulum, sicuti quando ageretur de prima specie Beneficiorum illorum collatio esset in fructu illius certæ dignitatis, aut dd. Beneficia sunt annexa, ita quando ageretur de secundis ad Capitulum spectantibus, collatio esset fructus qualitatis Capitularis; ideoque licet Canonicus Guidus participet de aliqua specie fructuum, non potest tamen participare de illa, quæ tantum competit Capitulo, & personis in Sacris Ordinibus constitutis.

Hinc removetur alterum objectum, quod hodie omnes fructus conversi sint in distributiones quotidianas, quarum ex Bulla Nicolai capaces sint etiam non constituti in Sacris; nam cum de tali mutatione nullum exibeatur documentum dicendum est conversos esse in distributiones quotidianas illos tantum fructus, qui sunt possibiles, & divisionis capaces; Jus autem conferendi non potest tali divisioni subjacere, cum non sit divisibile, & hoc fieri minime poterat contra mentem Pontificis, & naturam ipsius collationis, quæ tantum capitulariter erat facienda, & ab istis actibus capitularibus excluduntur in Sacris non constituti.

Neque talis restrictio contra non promotos ad Sacros Ordines hic fit per modum pœnæ, sed ratione incapacitatis, cum nihil retineatur, quod deberetur, vel auferatur, quod haberetur; sed non habilitantur ad illorum perceptionem, nisi post talem qualitatem Sacrorum Ordinum consecutam, & propterea ex hac quoque ratione cessat excusatio pro Canonico de Philippis desumpta ex necessario impedimento malæ valetudinis, quia ad effectum quod non sit promotus ad Ordines.

Et tanto minus suffragari visum est Indultum eidem concessum a Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante, quia illum tantum excusabat ab interessentia propter munus Votantis, quod exercebat in Signatura Justitiæ, illumque reddebat capacem omnium fructuum, ac si personaliter resideret; & propterea sicuti si resedisset, ob defectum Sacrorum Ordinum, nihil, vel quid minimum percepisset; ita ex tali Indulto nihil ultra percipere potest, cum illud solum præservet Jus, quod habebat, & nihil de novo illi concedat; ideoque cum Canonicus de Philippis fuerit tantum dispensatus a residentia, non censetur tamen a reliquis impedimentis dispensatus, cum tot requirantur dispensationes,
19 quot sunt obstacula, Geminian. *cons.* 33. *n.* 8. Lotter. *de re benef. lib. 1. cap. 40. n. 192. cum seq.* Franc. *in cap. non potest de praben. in 6.* Rota cor. Greg. *dec. 109. n. 6.*

Obstat denique Canonico Guido, quod talis vacatio evenit in hebdomada non sua, cumque Jus conferendi, quod habet Canonicus Turnarius a Capitulo limitatum reperiatur
20 ad tale tempus, ultra illud non debet extendi, & propterea non valente Canonico Turnario ob ejus incapacitatem conferre, remanet consumpta hebdomada eidem in turno assignata, Gonzal. *ad regul. Cancell. gloss. 45. n. 57. vers. Tertio quæro*, & subintrat ex Jure proprio Capitulum in locum Canonici inhabilis, Gonzal *ibid. n. 46.* & de Luca *de benefic. disc. 1. n. 11. & seq.* alias enim si unus Turnarius subintrare posset in locum alterius non capacis, intervertéretur totus ordo, & maxime orirentur confusiones.

Et ita omnibus auditis resolutum fuit &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Clericatus Beneficiati S. Petri.

Luna 3. Decemb. 1696.

Argumentum in præcedenti decisione reperitur.

SUMMARIUM.

1 *JUs conferendi Beneficia Capitulo spectans, & distributum per hebdomadas inter Canonicos, exerceri non potest per Canonicum in Sacris non constitutum.*

2 *Declarat, ut vera sit conclusio, quando collatio Beneficii fieri debet per Canonicum Turnarium, secus autem si iste extra Capitulum debet tantum simplicem nominationem explere.*

3 *Ad dignoscendum an Canonicus Turnarius explere debeat collationem, seu potius nominationem, ex observantia colligi potest, qua est omnino attendenda.*

4 *In Capitulo Ecclesiæ S. Petri de Urbis adest inconcussa observantia, quod Capitulum confert Beneficia, & Canonicus Turnarius tantum nominat, & n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16. & 17.*

13 *Declarantur* Decisiones 275. 290. & 460. Durani.

14 *Approbatur* Decisio 600. p. 4. divers.

18 *Illatio in diversis fieri non debet.*

19 *Declarantur* textus in cap. fin. de præben. in 6.

20 *Nominatio, quæ debetur ratione Canonicæ, solet semper extra Capitulum expleri.*

DECISIO XXIV.

PRo revisione decisionis editæ coram me sub die 13. Maii proxime præteriti bis proposita Causa, nunquam capta fuit resolutio, imo ob gravitatem articuli, data etiam facultate revidendi decisiones emanatas coram Gyptio inferius examinandas, injunctum fuit, ut omnes DD. suffragium ferrent, a quibus hodie pro recessu responsum habui.

Fundamentum præcedentis resolutionis, & scribentium pro Hieronymo, in eo principaliter consistebat, quod cum jus conferendi Beneficia Vaticanæ Basilicæ ante turnariam divisionem totaliter resideret in Capitulo, & capitulariter etiam expleretur; hinc inferebatur, idem jus distributum fuisse inter eosdem Canonicos, qui, tantum subrogati in 1 locum Capituli, eodem modo conferre debebant, ac Capitulum, & consequenter incapaces remansisse illos Canonicos, qui non sunt constituti in Sacris, cum isti non minus priventur ex dispositione Bullæ Nicolai III. conformis etiam in hac parte cum Jure Communi *in Clement. ut ii de ætat. & qualit.* quam ex novissima sanctione Concil. Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 5. & ex resolutione etiam nostri Auditorii emanata cor. Duran. *dec. 275. 290. & 460.*

Sed cum scribentes pro Zaino prætenderent, quod Canonici tantum nominarent ad Beneficia vacantia, non vero illa conferrent, allegando particularem observantiam ejusdem Basilicæ plusquam centenariam; Quia de tali divisione, quomodo facta fuerit, nullum apparet Statutum, Concordia, vel aliqua specialis Constitutio; Ex supradictis duobus modis conferendi, DD. existimarunt, ultimum tantum nempe simplicis, & nudæ nominationis exerceri a Canonico Turnario Basilicæ S. Petri, alterum vero collationis expleri a Capitulo; nam pro illa concurrunt tot actus inferius recensendi complentes plusquam centenariam, quæ præsumere facit etiam titulum; & propterea quando collatio facta per Canonicum Turnarium non est propria, & perfecta collatio, sed simplex nominatio, & actus mere extracapitularis; tunc nullum dubium remanet, quo talis actus expleri potest etiam per Canonicum in Sacris non constitutum; imo non repugnat, quod exerceatur per personas exteras, laicas, & quod magis est, etiam per feminas, ut passim observatur in Beneficiis patronatis, tametsi habentibus annexam curam animarum, ad notata per Lap. *allegat.* 8. *n.* 3. & *alleg.* 78. *n.* 8. Grat. *cap.* 482. *n.* 25. Rebuff. *tract. var. denomin. q.* 8. *sub n.* 3. §. *Unde consului*, Barb. *in Clem. ut ii de ætat. & qualit. n. 7. in fin. & in tract. de Canon. & dignit. cap. 37. nu. 21.* Gonz. *de benef. p. 3. cap. 4. n. 31. & p. 5. cap. 1. n. 715. & in Colonien. Canonicatus 27. Junii 1685. & 17. ejusdem mensis 1686.* coram Eminent. Mediolanen. & *in Frisingen. Canonicatus 4. Junii 1692.* §. *Prout non meretur*, cor. R. P. D. meo Molines.

Quod talis divisio ita facta fuerit, satis comprobatum remanet ex juribus noviter deductis a scribentibus pro Zaino, 2 quæ non solum optime declararunt etiam ea, quæ jam præcedenter producta fuerant, sed ad oculum demonstrant, ita semper practicatum fuisse per spatium fere duorum sæculorum; Ideoque in casu præsenti cum non agatur de firmando in genere qualem actum exerceant, seu exercere debeant Canonici in collatione Beneficiorum, sed de cognoscendo in concreto quid vere faciant Canonici S. Petri; ex actibus inferius recensendis dicendum est, prædictos Canonicos tantum nominare, & hanc specialem observantiam emanare, de qua cum testentur decisiones coram Gyptio, ut *in decis. 15. circa princ. & num. final. part. 3. recent.* ibi—& *si adesset aliqua dubitatio, ex observantia subsecuta bene tolleretur*, & prius dictum fuerat *in decis. 600. per tot. & decis.* 3 603. *num.* 3. *part.* 4. *divers.* ista unice venit attendenda ad resolutionem Causæ, ut omissis generalibus in individuo, probat Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 21. sub num.* 42. §. *Infert*

fert quarto cum aliis seqq. quapropter in presenti casu non militat dispositio bullæ Nicolai, neque Textus *in d. Clem. ut ii*, & minus relevant novissima dispositio Concilii, & postremæ decisiones cor. Durano, quia istæ omnes procedunt in terminis veræ, & perfectæ collationis.

4 Primo enim exhibitæ fuerunt nonnullæ collationes factę de annis 1592. & 1571. & 1580. per Canonicos in Sacris non constitutos, & datæ *in Summ. Zaini n.8.* cumque tales provisiones suum habuerint effectum, dicendum est, quod sint simplices nominationes; quia alias contra expressum dispositionem Bullæ Nicolai non fuissent admissæ a cæteris de Capitulo, qui tanquam Canonici illius Basilicæ, quam idem Nicolaus vocat cæterarum Ecclesiarum Speculum, & Exemplar, cum sint, & semper fuerint omni virtute, & rerum Ecclesiasticarum experientia summopere insignes, non tolerassent tot actus factos a Canonicis in Sacris non existentibus, si non agnovissent, illos fecisse simplices nominationes, ne toties in Beneficiis illius Basilicæ repetitus fuisset adeo vitiosus ingressus, ad Text. *in cap. auditis de elect.* Soccin. Sen. *conf. 11. n. 4. vers. nec obstat, ib. 2.* Rota coram Manzaned. *dec. 161. n. 7. in rec. dec. 410. n. 6. p. 18.*

Sed hoc idem declarant nonnullæ antiquæ attestationes trium Canonicorum ejusdem Basilicæ S. Petri, qui expresse testantur, Canonicos Turnarios semper nominasse ad Be-

5 neficia in illorum hebdomada vacantia, & collationem deinde expletam fuisse a Capitulo, juxta consuetudinem ejusdem Ecclesiæ, cumque post lapsum tanti temporis, isti tantummodo actus reperti fuerint ex tot enunciatis in magna mole scripturarum in actis productarum coram Gyptio, ut videre est *in dict. decis. 15. part. 2. recent.* Etiam ex istis una cum decisionibus Rotalibus dicendum est tunc temporis ita conventum, & observatum fuisse, ne error præsumatur in personis de gremio Capituli bene informantis, & de re ad earum dignitatem spectante deponentibus, Felin. *in capit. veniens ii 1. num. 26. de test. & in cap. cum causam num. 9. vers. sed dicas de probat.* cum aliis deduct. per Rota coram Coccin. *dec. 1687. n. 22.*

Imo cum hæc eadem controversia in specie orta fuerit usque de anno 1590. & ventilata in nostro Auditorio coram eodem Gyptio, similem habuit effectum; nam cum Magister Cæremoniarum de illo tempore omisisset describere in tabella turnaria ad collationem Beneficiorum Canonicos Pallotam, & Verallum in Sacris non existentes, isti superventa vacatione Beneficii, consumptis omnibus hebdomadis in turno descriptis, ne ad novam deveniretur, ipsis omissis, reclamarunt a tali descriptione; & tunc Sacra Rota in supradictis decisionibus emanatis coram Gyptio *la 600. & 603. p. 4. diverʃ. & dec. 15. p. 3. rec.* firmavit, quod attenta observantia favore Canonici in Sacris non constituti per divisionem turnariam non erat translatum in Canonicos jus conferendi, prout juris erat, sed sola, & simplex nominatio: quæ observantia, sicuti prævaluit de eo tempore,

6 ita magis prævalere debet in præsenti a sæculo, & ultra iterum roborata, & postquam deperditæ sunt omnes fere justificationes illam comprobantes.

Et tanto magis, quia de eodem tempore Capitulum per speciale decretum ordinavit, quod imposterum in tabella turnaria omnes Canonici ordine successivo describerentur, & in literis patentalibus expresse adnotatum fuit, quod Capitulum ad nominationem Canonici Turnarii Beneficium conferebat, & talis tenor literarum semper imposterum observatus fuit; ideoque etiamsi non adessent decisiones Gyptii, & enunciata in illis, sufficeret in præsenti non minus diversus modus conficiendi tabellam, quam alius magis clarus modus expediendi literas patentes ad firmandam observantiam ex post introductam, quæ cum non sit præscriptiva, neque impeditiva legis, minusque de directo contraria dispositioni Bullæ Nicolai, vel *Clementinæ ut ii*, aut sanctioni Conciliati; ibi enim nulla mentio fit de nominatione, de qua modo est quæstio, potuit introduci etiam minori tempore, & valet tribuere jus Canonico in Sacris non

7 existenti pro futuris temporibus, ut communiter notant *DD. in cap. liter. patent. de privil.* Speculat. *tit. de cit. nu. 3. in fin.* Gonz. *ad reg. Cancell. gloʃ. 59. per tot.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæʃt. 21. num. 47.* de Luca *de Benef. disc. 9. sub n. 16. & disc. 32. num. 8. cum seqq.* Rota coram Bich. *decis. 241. n. 19. cum seqq.* Coccin. *dec. 233. n. 2. cum seq.* Bar. *dec. 809. n. 3. & seq.*

Sed, quod magis est, etiam ex actibus inde secutis probata fuerunt ea, quæ respiciunt veram, & effectivam collationem semper remansisse penes Capitulum, & ab eodem accuratissime expleta; a Capitulo enim deputati fuerunt Examinatores, qui nominatos per Canonicos examinarent, & de illorum identitate testarentur, ut ad Examinatorum quoque relationem literæ concederentur, sicut in quacunque 8 vacatione factum videtur, ut ex pluribus decretis ejusdem Capituli datis *in Summ. Zaini n. 6. 7. & 21.* secuto nanque examine, Canonici congregantur & literæ in loco Capitulari decernuntur, & signatæ a Notario, & Secretario Capituli successive expediuntur, & in omnibus his actibus Canonicus non in Sacris nunquam intervenire dicitur, quia ab illis tanquam Capitularibus exclusus remanebat a Bulla Nicolai, illi prohibente vocem in Capitulo, sed tantum subjiciebat propriam nominationem examini, & approbationi cæterorum de Capitulo. Si enim ille actus non dicitur perfectus, quando adhuc superest aliquid faciendum; quomodo dici potest vera collatio actus nominationis, quæ fit a Canonico, si postea tot, tantaque supersunt facienda ab universo Capitulo, & quæ dant etiam esse rei, quia nominatio facta a solo Canonico, nullum produceret effectum; ex quo fit; ut actus Capituli, non autem ille Turnarii dicatur habere vim veræ, & perfectæ collationis, ut præcedenter dictum fuit coram Gyptio *in dec. 600. sub n. 3. verʃ. 2. dicebatur p. 4. diverʃ. & in d. Frisingen. Canonicat. 4. Julii 1692. §. Prout non meretur*, cor. R. P. D. meo Molin. 9

Hæc autem distinctio collationis, & nominationis, & quod una exerceatur per Capitulum, altera per Canonicum, comprobatur pariter ex decreto Cardinalis Archipresbyteri lato de anno 1591. in quo expresse contradistinguitur actus nominationis factæ per Turnarium ab actu collationis expletæ per Capitulum; cumque talis enunciativa emanata in actu proportionato sit antiquissima excedens metam centum annorum, optime demonstrat usque de eo tempore, cujus naturæ sit actus gestus a Canonico in collatione Beneficii, non obstante quod Capitulum a dicto decreto appellaverit, quia reclamatio non cadit super enunciativa ibidem contenta, & nullatenus impugnata in prosecutione Judicii, itaut ex isto actu etiam per appellationem suspenso, & successive revocato bene comprobati possit veritas facti, Rota *in dec. 148. p. 16. n. 14.*

Præterea Statutum jam a Capitulo factum circa usum tabellæ turnariæ, subscriptum fuit etiam a Canonicis in Sacris non existentibus, & alia de causa subscribi non potuit, nisi ex ratione coæqualis interesse, quod ipsi quoque habebant, quia alias superfluum fuisset, quod approbassent id, quod ad illos minime pertineret, non attento, quod in Statuto Capitulari non sint expresse nominati Canonici ad Sacros Ordines non promoti; quia ultra quod hoc desumitur ex illorum subscriptione, nihilominus intentio statuentium apertius remanet declarata ex subsecuta tabella comprehendente etiam Canonicos in Sacris non constitutos.

Sed denuo tam hanc controversiam compilatam, & definitam habemus ab eodemmet Capitulo; cum enim de anno 1615. vacaverit quoddam Beneficium in hebdomada Canonici Binzoni, iste illud contulit Simeoni Palutio, & quia literas patentes sub proprio nomine expediverat, & sibi arrogaverat non solum nominationem, sed collationem, & omnimodam ejusdem Beneficii dispositionem, Literæ enim tali pacto conceptæ leguntur—*Paulus Binzonus, &c. Cum taque simplex Beneficium &c. vacaverit, & vacet ad præsens, Nos ad quos collatio, provisio, & omnimoda dispositio dicti simplicis Beneficii spectat, & pertinet, tenore præsentium conferimus, & de illo providemus &c.* Capitulum illas admittere noluit, & necessarium fuit devenire ad novam denominationem, qua Capitulo præsentata, fuerunt expeditæ novæ literæ patentes sub nomine ipsius Capituli, in quibus præmisso, quod collatio, provisio, & omnimoda Beneficii dispositio ad ipsum spectabat, confertur deinde idem Beneficium supradicto Simeoni sub his verbis scilicet--*Tibi qui a supradicto R. D. Paulo nominatus fuisti per Examinatores dictæ Basilicæ idoneus repertus fuisti*, quæ 1 enunciativa tanquam emanata ab ipsomet Capitulo plenissime probat, cum nulla major dari possit probatio, quam proprii oris confessio.

Quod magis comprobatur; quia quando Canonici independenter a Capitulo providere voluerunt illa Beneficia, quorum simplex nominatio ad illos pertinebat, obtinuerunt speciale Indultum a Papa, & vigore illius successive secuta fuit collatio, & expeditæ literæ patentes sub nomine Canonici conferentis, & facta speciali mentione ipsius Indulti, ut videre est *in Summ. Zaini n. 23.* ex quo evidens desumitur argumentum, quod Canonicus Turnarius non habebat jus conferendi, dum illud procuravit ex speciali Indulto, & privilegio Papæ, ad Text. *expreʃʃ. in l. 1. ff. de offic.*

offic. ejus, cui mand. est jurisd. Rota *in rec. dec. 493. n. 6. p. 13. & dec. 303. n. 11. & 17. part. 16. & in nullius Provinciæ Tarraconen. super bona jure 3. Aprilis 1694. §. Hujusmodi quippe*, cor. Bon. mem. Emerix.

Ulterius data fuerunt quamplura decreta ejusdem Capituli incipientia ab anno 1623. usque ad annum 1694. ut *in Summ. Zaini n. 16.* ex quibus colligitur, quod occasione nominationum factarum a Canonicis, Capitulum se congregavit pro decernenda collatione, & inter dictas nominationes, nonnullæ etiam leguntur factæ a Canonicis in Sacris non existentibus, aliæ ab absentibus per simplices Epistolas, & nonnullæ etiam vacationes denunciatæ fuerunt ab eodem Capitulo Canonico Turnario, & in literis responsivis successive legitur, Canonicum devenire ad nominationem sibi, juxta consuetudinem competentem, itaut ex his actibus contradistinctis bene dignoscatur, Turnario etiam non in Sacris competere solam nominationem, Capitulo vero effectivam collationem.

Ita pariter, quando Capitulum voluit providere de aliquo Beneficio independenter a Canonico Turnario, per speciale decretum hoc sibi reservavit, re adhuc integra, & nulla facta nominatione per Canonicum, ut factum fuit de anno 1656. de quo tempore resolutum extitit, Beneficium S. Elenæ conferendum esse ab ipso Capitulo, etiamsi vacatum fuisset in hebdomada cujuscunque Canonici, excepta tamen
11 hebdomada Cardinalis Archipresbyteri, quod sane decretum Capitulum non fecisset, si totum jus conferendi translatum fuisset in Canonicos; sed quia vere inter illos solummodo divisum fuit jus nominandi, potuit Capitulum, re integra, & non expectata nominatione, illud sibi reassumere vigore juris conferendi sibi spectantis, cum jus conferendi sit potentius, & magis radicatum, quam jus nominandi, ut e-ruitur ex Text. *in cap. in illis §. 1. de preben. in 6.* & ex firmatis per Gonz. *in cap. sacr. san. § 1. n. 6. de elect. & elect. potest.* & Rebuff. *de nomin. d. q. n. 6.*

Quod clarius evincitur ex aliis quoque collationibus absolute factis a Capitulo in casu absentiæ, vel negligentiæ Canonici Turnarii; de jure enim neglecta nominatione, eaque in tempore non facta, jus nominandi devolvitur ad Superiorem tanquam ordinarium collatorem, per Tex. *in*
12 *in c. 1. de concess. preben. & in cap. irrefragabili, ibique gloss. verb. Capitulum de Offic. Ordinarii*, Rebuff. *in prax. Benef. tit. de devol. n. 24. vers. sed etsi*, de Luca *de Benef. disc. 1. n. 28. cum seqq.* Et ideo tales collationes factæ fuerunt absque ullo decreto, ut in præcedenti, quod fieri non potuisset per Capitulum, si divisum, & translatum fuisset in ipsos Canonicos jus conferendi, quia in tali casu jus devolveretur ad subsequentem in turno, vel ad Sanctam Sedem, & Capitulum dici non posset superior, & ordinarius collator.

Ad cognoscendam hanc distinctionem multum demum facere visa est comparatio literarum patentium, quæ expediuntur a Capitulo cum illis Cardinalis Archipresbyteri; iste enim cum in Constitutione Nicolai expresse nominetur, & per primam divisionem habeat per alternativas hebdomades liberam, & omnimodam collationem illorum Beneficiorum in dicta Basilica ad se spectantium, illam absolute facit, & proprio etiam nomine literas dirigit; ac testatur sibi constituisse de identitate provisi ad formam ejusdem Capituli, non autem simpliciter nominat, nec desuper in aliquo Capitulum se ingerit, prout succedit circa vacationes evenientes in hebdomadis Canonicorum Turnariorum, quę diversitas providendi manifeste demonstrat diversitatem divisionis turni Archipresbyteri ab illa Canonicorum, ac fuisse inter Capitulum, & Archipresbyterum divisum jus conferendi; non sic inter ipsos Canonicos, inter quos si pariter illud divisum fuisset, utique ad instar Archipresbyteri Beneficia absolute conferrent, eorumque actus nulla indigerent
13 approbatione, seu collatione Capituli, quemadmodum non indigent actus collationis, qui fiunt ab Archipresbytero.

Attenta autem hac adeo longa, & inconcussa observantia, non applicantur decisiones Durani *la 274. 290. & 460.* licet enim ibi DD. non placuerint fundamenta decisionum Gyptii, observandum tamen est, quod coram Durano articulus fuit examinatus, prout de jure, juxta statum Ecclesiæ Leodien. ad cujus formam in Canonicum Turnarium apparet translatum verum jus conferendi sine aliquo facto Capituli, *Summ. Zaini n. 24. lit. B.* cumque diversa sit consuetudo in Basilica S. Petri, ut superius demonstratum fuit, & in qua resolutio emanata coram Gyptio unice, & fundamentaliter insistebat; ideo in casu decisionum coram Durano bene dictum fuit, facta mentione consuetudinis, *quod cum Turnarius dicatur providere nomine, & vice Capituli, non autem uti singularis Canonicus, itaut provisio habeatur ac si a Capitulo capitulariter facta fuisset, sequitur ut subrogatus in locum Capituli induat illius personam, in cujus locum subrogatur, & consequenter cum jus conferendi resideat in Capitulo, & sic inter personas capaces faciendi actus Capitulares, pertinere non possit ad alioquin non capacem, & sic Canonicum in Sacris non constitutum*, & in his terminis procedunt Text. *in cap. fin. de prebend. in 6.* aliæque auctoritates allegatæ in superius §. *Fundamentum*, & propterea decisiones omnes in suo casu subsistunt; neque illæ Gyptii dici possunt antiquatæ, vel correctæ, sed quoad Basilicam S. Petri, sunt cæteris aliis præferendæ.

Hinc cessant æquivoca in eisdem ex adverso considerata; bene enim dici potuit in decisionibus coram Gyptio, & signantes *la 600. p. 4. divers.* quod non satis constabat, an jus conferendi spectaret ad Canonicos uti universos, vel potius uti singulos, & quod Constitutio Nicolai non esset in 14
usu: nam cum ista emanaverit de anno 1278. per spatium trium sæculorum, de facili supponi poterat aliquod speciale Indultum, ut inferius demonstrabitur, præscribens novam formam conferendi, maxime quando observantia jam per tres decisiones conformes comprobata remanebat, si non contraria, quoad collationem, prout juris est, saltem diversa, quoad nominationem, & favorabiles Canonicis in Sacris non constitutis, ad cujus justificationem levior requirebatur probatio; cum nominatio respectu collatoris sit modici præjudicii, ut notat Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. aliique cit. in d. dec. 600. n. 3. & n. 5. vers. loquuntur p. 4. divers.* & decisiones coram Cavalerio quoad non usum dictæ Constitutionis Nicolai, ex illarum lectura recognoscitur procedere, quoad alios effectus.

Et tanto minus procedit Constitutio Pauli V. in qua sancitur, quod Bulla Nicolai per contrarium usum sublata non intelligatur, quia cum in eadem Bulla Nicolai nihil dispositum fuerit, quoad modum faciendi nominationes Canonicos in Sacris non existentes, dum istæ per eos successivo tempore factæ fuerunt, non dicuntur factæ contra tenorem Bullæ.

Minus obstare possunt nonnullæ collationes factæ ante dictas decisiones Gyptii, & modo etiam repetitæ, ex quibus desumi prætendebatur, quod Canonici absolute Beneficia conferebant, ex quo in dictis collationibus adhibitum erat verbum *collationis*, nam ultra quod apud DD. semper æquivocum fuit, an tale verbum importet potius veram collationem, vel simplicem nominationem; adhuc tamen semper necessaria fuit appositio manus Secretarii, & Notarii Capitularis, quæ sufficeret ad demonstrandam imperfectionem actus per Canonicum facti, ut refertur *in d. decis.* 15
900. num. 4. sed supponendum est adversus illas a Canonicis non in Sacris producta fuisse alia clariora documenta, quando Rota resedit in contraria opinione, & omnia acta essent exhibenda, si ex integro materia esset examinanda: sed justitia dictarum decisionum nunquam melius comprobari potuit, quam ex facto ipsius Capituli, nam ab ipso successive reformata fuit tabella turnaria, & literæ patentes imposterum expeditæ fuerunt; cum expressa declaratione, quod nominatio spectaret ad Canonicum, collatio vero ad Capitulum, & quoties contingit Canonicum non in Sacris nominare, nominatio suum habuit effectum, & bene in præsenti themate applicatur decisio *in dicta Frisingen. Canonicatus 4. Julii 1692. §. Prout non meretur*, coram Rev. P. Dom. meo Molines.

Neque obstat, quod in illa Ecclesia aderat particulare Sta- 16
tutum, quia hic concurrit particularis observantia, & plusquam centenaria per tres decisiones conformes etiam canonizata, quæ cum præbeat meliorem titulum de mundo, operatur, ut per Canonicum in Sacris non existentem allegari valeat possibilitas cujuscunque tituli etiam præsumpti ad effectum valide faciendi talem nominationem; ut in fortioribus terminis notant auctoritates allegatę *in Cavallicen. bannalitatis furiosi super manutentione 5. hujus mensis §. Sed ultra titulum*, coram me.

Eoque magis quia cum in collationibus factis ante decisiones Gyptii, & datis *in Summ. Zaini n. 3.* appareat (sunt verba ipsarum collationum) Turnarium contulisse Beneficia, nedum vigore turni, sed etiam vigore indulti dictæ Basilicæ, & collatori hebdomadario pro tempore existente concessorum, & successive *in d. decis. 690. sub n. 2. vers. 1. responsum* expresse dicatur, ad dictam divisionem deventum fuisse de voluntate Papæ, præsertim quia in tot literis collationum per ipsos Canonicos factarum asseritur, dictum

ctum jus illis uti singulis ex privilegiis, & antiqua consuetudine competere; sequitur proinde, ut si modo dicta privilegia ob injuriam temporis deperdita non exhibentur, pos-
17 sit ex illis, juncta adeo longeva observantia desumi possibilitas plusquam certa specialis hujus tituli ex superius deductis.

Nec ad infringendam talem observantiam allegari potest præsumptio juris favore Capituli, quia hæc procedere posset, nisi ex publicis documentis toties repertis constaret, inter Canonicos fuisse solummodo divisum jus nominandi.

Et tanto minus dici meretur, quod usus tabellæ turnariæ invaluit solum pro bona ratione dirigendi functiones Ecclesiasticas, ut unusquisque proprium munus sciat, & dietim exerceat, cum de cætero tabella non possit habilitare incapaces; & sicuti describuntur Canonici non Sacerdotes ad officium Missæ, & non Diaconi pro Evangelio, licet isti adimplere non possint proprium munus, ita pariter dicendum sit
18 de collatione, itaut tabella tribuat solum habitualem, non actualem aptitudinem; nam, ut probatum est, cum talis incapacitas non adesset in Canonico in Sacris non existente, quia de facto nominavit, tabella turnaria in his, quæ a jure non abhorrent, attendenda est, data in Canonico non in Sacris actuali aptitudine ex eadem tabella exercere valet etiam habituales, nec a diversis fieri debet illatio vulgata *l. Papinianus ff. de minoribus*.

Minus obstat, quod nominationes factæ, tam ante decisiones Gyptii, quam post de annis 1675. 1677. & 1693. per Canonicos de Abaltemps, & Augustinum tunc in Sacris non existentes, non sint de Beneficiis Basilicæ, sed exteris, quodque ex observantia in uno casu introducta fieri non debeat extensio ad alium, cum tantum de potentia habere dicatur, quantum de actu; nam observandum est, quod Pius IV. quando univit dicta Beneficia extera, unionem fecit sub eadem lege Nicolai, ut videre est *in Summ. n. 28. lit. A.* & propterea eodem modo sunt providenda; sed quod omnem tollit difficultatem, cum nulla videatur differentia in eadem tabella turnaria de una specie ad aliam, & in ea indistincte repetiantur descripti tam Canonici in Sacris, quam non in Sacris constituti, quoties non militat aliqua peculiaris ratio, tabella debet etiam indistincte comprehendere tam Beneficia urbana, quam forensia, & cum lex non distinguat, nec etiam nos distinguere debemus.

Nec pro effugienda nominatione facta a Canonico Binzono dici potest, quod illa collatio facta per Capitulum dicatur facta ad cautelam, quia Capitulum non expressisset in literis ad nominationem Turnarii, & quod Paulutius collatarius idoneus repertus fuerat ab examinatoribus, ideoque iste solus actus sufficeret post decisiones Gyptii.

Nec talis observantia dici potest abrogata per non usum, ex quo ab anno 1580. usque ad annum 1692. nulla detur collatio facta a Canonico non in Sacris; quia ultra quod cessat objectum in facto, attentis quamplurimus decretis hoc medio tempore emanatis, & supra recensitis, occasione nominationum factarum a Canonicis etiam non in Sacris, adhuc tamen necessarium esset docere, quod alicujus nominatio fuisset impugnata a Capitulo, & in contradictorio Judicio non admissa; alias enim si non evenit casus, prout de facili contingere poterat, quia ut plurimum pauci sunt Canonici non in Sacris, & plures Beneficiati sunt affecti Sedi Apostolicæ nullum præjudicium illatum videtur Canonicis non in Sacris.

Nec pro inducenda tali abrogatione allegari potest nominatio facta a bon. mem. Certetano, quia ultra quod fuit dimissa a Capitulo, ut videre est *in Summ. Zaini n. 16. in fin.* & nominatus fuit etiam successive institutus ab eodem Capitulo, adhuc tamen si in literis patentibus nulla facta fuit mentio de nominatione ejusdem, imo etiam si non fuisset admissa, huic tanquam unicæ semper resisterent tot nominationes, tot decreta, & deliberationes factæ ab ipso Capitulo, quæ ad oculum demonstrant ita semper observatum fuisse, neque ad summum negligentia unius alteri præjudicari posset.

Sicut autem talis observantia non fuit sublata ex non usu, ita redeundo ad principium multo minus dici potest abrogata ex decreto *irritanti*, & clausula *sublata* in Constitutione Nicolai adjecta; quia cum illa quoad simplicem nominationem specialiter non inhabilitet Canonicos ad Sacros Ordines non promotos, ad illam non extenditur dicta clausula *sublata*, & decretum *irritans*, ultra quod in hoc casu considerari etiam posset privilegium Apostolicum, de quo fit mentio in decisionibus Gyptii, & signanter *la* 600. & in collationibus ante illas emanatis, quod tanquam posterius, & indistincte comprehendens omnes Canonicos, vel declararet Constitutionem Nicolai, vel sin minus illius obstaculum removeret.

Et demum modus iste conferendi comprobatur ex observantia, quæ practicatur in altera Basilicæ S. Mariæ Majoris, ubi pariter Canonici etiam in Sacris non constituti nominant, & collatio fit per Capitulum, & quamvis ex consuetudine unius Ecclesiæ fieri non possit illatio quoad aliam, hoc tamen non procedit in præsenti, ubi tale jus concessum legitur ab eodem Pio IV. Capitulo S. Mariæ Majoris ad formam Basilicæ S. Petri.

Nec dicatur, quod talis divisio introducta fuerit ad tollendas discordias inter Canonicos, cum Canonici non in Sacris sint a principio exclusi, ita comprehensi non remanent in concordia, quia inter istos nulla oriri poterat discordia; nam cum de ista ignoretur principium, super quo orta fuerit discordia inter Canonicos, an potius fuerit inter Canonicos in Sacris tantum, vel etiam inter alios in Sacris non constitutos, satis est hæc sola possibilitas, ut divisio præsumatur facta; reservando collationem Capitulo, nominationem Canonicis etiam ad Sacros Ordines non promotis, quibus non resistente aliqua Juris dispositione, pro eisdem faciunt tot actus superius adducti, ita Fagnan. *in c. cum Eccl. Volater. nu. 25. de Eccl.* de Luc. *de benef. disc. 29. n. 16. & disc. 32. sub n. 8.*

Minus relevant attestationes Vicarii, Decani, & Secretarii, medio juramento asserentium, quod Canonici Turnarii libere conferunt, non tenentur examinari facere collatarios; quia quidquid sit de hoc moderno usu, seu potius abusu, sufficit, quod ita a principio ordinatum, & observatum sit, mediantibus ac præviis electione examinatorum, nominatorum examine, literis patentibus, & tot decretis capitulariter emanatis, ut dicendum sit, quod satis constet de tali laudabili stylo examinandi collatarios, & expediendi literas patentes in loco Capituli, ut ex eis dignosci posset, quod actus Canonici sit potius nominationis, quam veræ collationis.

Et demum pro coronide prætendebatur, quod etiam simplex nominatio spectare debet ad Capitulum collatorem, 19
cum illam originem trahat ex jure Capituli, & subrogetur in locum vocis, & suffragii capitularis; ideoque sicuti Canonicus non in Sacris fuisset incapax sedendi, & votandi in Capitulo, ita quoque incapax censendus veniat quoad nominationem; nam actus, qui proveniunt ex jure Capituli, considerari debent in duplici classe; nonnulli enim sunt capitulares, & qui nonnisi capitulariter, & in loco Capituli expleri possunt, ita etiam exerceri non valent, nisi ab iis qui habent vocem, & locum in Capitulo, & in his terminis intelligendus est Text. *in cap. fin. de prabend. in 6.* & procedunt auctoritates in contrarium allegatæ; alii vero licet originari ex jure Capituli, possunt tamen etiam extracapitulariter expleri, & quamvis fieri possunt in communi; non repugnat, quod illi attribui possint per turnum singulis Canonicis non uti Capitularibus vocem habentibus in Capitulo, sed tanquam delegatis ad exercitium illorum actuum cumque inter istos cadat etiam exercitium juris nominandi, ut demonstratum fuit; cum expleri possit extra Capitulum per absentes, & etiam per Epistolas; idcirco si nulla facta fuisset divisio, illud pertineret ad totum Capitulum, potest 20
tamen singulariter dividi inter singulos Canonicos, quia cum nominatio debeatur ratione Canonicæ, solet semper extra Capitulum expleri, ut bene probant Lap. *allegat. 78. post. numer. 8. & in Valentina Præminentiarum* 11. *Martii* 1641. §. *Pro prapositis*, cor. bon. mem Pirovano, *& in Collonien. Canonicatus* 17. *Junii* 1686. §. *Non obstat quod hac*, cor. Eminen. Mediolen.

Et ita partibus acriter informantibus, & causa semel, atque iterum proposita, suffragantibus omnibus DD. resolutum fuit &c.

R. P. D. MUTO.

Romana Coadjutoriæ.

Lunæ 14. Maii 1696.

ARGUMENTUM

Coadjutus nequit prætendere illa emolumenta, quæ propter ejus impedimentum per prius percipere nequibat, sed illa pertinent ad coadjutorem, cui solet aliqua fructuum portio de jure reservari; hæcque conclusio admittitur in casu indulti cum verbis expressis, quæ in decisione recognoscatur.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum validum, & justum exequi debet,*
2 *Ad definiendas quæstiones inter Coadjutum & Coadjutorem super dubio quod solet evenire,*

quinam

quoniam scilicet fructus spectent ad Coadjutorem Coadjutoria litera inspici debent.

3 *Pontifex reservando Coadjuto, qui ob ejus non sanam mentem non potest ejus officium exercere, distributiones quotidianas, quae tunc per ipsum ratione non sanae mentis percipi solebant, non intelligitur reservasse emolumenta, quae percipiuntur per solos Canonicos inservientes, sed illa debentur Coadjutori.*

4 *Consuetudo non admittendi ad emolumenta exequiarum Canonicos absentes etiam ex causa infirmitatis est attendenda.*

5 *Praedicta consuetudo est uniformis Juris communi cum illo inspecto, nec legitime impediti tales proventus percipiant.*

6 *Coadjutus post obtentam Coadjutoriae gratiam nequit esse melioris conditionis quam antea fuisset.*

7 *Idque magis procedit, si Coadjutoria non fuerit in Coadjuti gratiam, sed ob illius non sanam mentem concessa.*

8 *Ubi non resistat pactio per Pontificem approbata seu contraria istius determinatione in literis expressa reservatur aliqua fructuum portio Coadjutori ratione servitii Ecclesiae.*

9 *Pontifex cum generalitate, & amplitudine reservationis emolumentorum non censetur comprehendere voluisse distributiones communium & exequiarum, si successive amplitudinem verborum restrinxerit ad eas tantum ratione non sanae mentis percipi solitas.*

10 *Eoque magis dum non censetur Papam aliis voluisse cum verborum amplitudine praejudicium inferre, dum dicta emolumenta a praesentibus tantum debentur.*

11 *Exclusio a dd. emolumentis procedit, etsi Papa mandaverit, quod si Coadjutus ob non praestitum per Coadjutorem punctuale servitium aliquid amitteret, posset habere regressum contra Coadjutorem, quia intelligitur quoad fructus praeterquam quoad communia & emolumenta exequiarum & similium.*

Canonicus legitime impeditus licet lucretur fructus omnes, exceptis illis praesentibus tantummodo dari solitis, attamen si ei est datus Coadjutor remanet obnoxius amissioni dictorum fructuum nisi resideat, quam tamen Coadjutor refundere tenetur.

DECISIO XXV.

Super fructibus, & emolumentis Canonicatus in Basilica Principis Apostolorum de Urbe contendentibus inter se Canonico Hieronymo Coadjutore, & Canonici Philippi Coadjuti prolapsi in insaniam, Duce fratre Curatore,
1 mandavit Eminentissimus D. Cardinalis Vicarius ea praestari solita Canonicis servientibus juxta stylum, & consuetudinem Capituli praenominato Coadjutori consignari, deindeque per sententiam haec eidem consistentia ut communibus, & exequiis spectare, caeteraque Coadjuto pertinere declaravit, adversus quae delegata mihi per Signaturam Justitiae Causa cum clausula *si quid exequendum*, modo PP. discedendum conforme proposui dubium — *An mandatum Eminent. D. Card. Vicarii sit exequendum*, quod fuit affirmative resolutum tanquam citata quaestione validum, & evidenter justum, executionem propterea requirens, Rot. *in Romana*
2 *seu Bononien. Legitima* 12. *Julii* 1682. §. *Ratio resolutionis*, cor. Guaxard. *& in Bononien. Fideicommissi de Ghisellis* 26. *Junii* 1693. §. *final.* cor. R. P. D. meo Caprara.

Evidens sane patuit illius justitia; nam cum Sanctissimus D. N. in Coadjutoriae literis motu proprio concessis, quarum tenor inspici debet pro resolutione similium aliarumque controversiarum inter Coadjutorem, & Coadjutum, sicuti advertunt Giovagn. *cons.* 88. *n.* 15. *&* 22. *lib.* 1. Spad. *cons.* 51. *n.* 1. *lib.* 3. Marcabr. *cons.* 18. *nu.* 100. Leo *in Thesaur. Eccl. p.* 2. *c.* 4. *n.* 64. Monet. *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 1.
3 *n.* 35. Zacch. *de salar. q.* 62. *n.* 10. Gonzal. *ad regul.* 8. *gl.* 5. §. 9. *n.* 94. Pecc. *de aquaduct. lib.* 1. *c.* 7. *q.* 10. *nu.* 39. Rota *in Olomucen. Canonicatus* 29. *Martii* 1695. §. *Tantum autem abest in fin.* cor. me; Post elargitam plenariam facultatem, & potestatem Coadjutori gerendi, & exercendi ea omnia, quae ad ejus officium de Jure, seu stylo pertinent, reservaverit Coadjuto distributiones quotidianas, quae tunc per ipsum ratione non sanae mentis percipi solebant, per hanc reservationem tali modo restrictam nullatenus dici possunt com-
4 munia, & exequias, de quibus agitur, sub illis fuisse comprehensas, sed quidem relaxata favore Coadjutoris; nam ante concessam Coadjutoriam Canonicus Philippus Coadjutus ob insaniam mentis impeditus, & non inserviens, hujusmodi emolumenta percipere non solebat ex peculiari, & inveterata consuetudine istius Basilicae Canonicos praesentes, & inservientes secus absentes atque etiam infirmos admittente, quam esse servandam tradit Monet. *de distribut.* 5
quotid. p. 2. *q.* 12. *n.* 24. cum aliis per Pignat. *consult.* 19. *n.* 12. *tom.* 3. *& consult.* 81. *num.* 1. *&* 10. *tom.* 5. *secundum ultimam impressionem* signanter cum sit uniformis dispositioni Juris, juxta quam, nec legitime impediti tales proventus, seu fructus percipiunt, ex adductis per eundem Monet. *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 14. *sub n.* 22. Ceccoper. *lucubr. Can. lib.* 2. *n.* 169. *& seq.* Card. de Luc. *de Canon. disc.* 16. *n.* 3. Panimoll. *dec.* 20. *adnot.* 3. *n.* 73. *& seq.* ubi refert sic fuisse resolutum.

Alias enim Canonicus Coadjutus post obtentam Coadjutoriae gratiam melioris redderetur conditionis, quam antea 6
fuisset, quod nullo modo permitti potest, sicuti ratiocinatur Gatz. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *n.* 117. Idque magis cum in hypothesi Coadjutoria non fuerit in Coadjuti gratiam concessa, sed ob illius non sanam mentem favore Ecclesiae ex Ol- 7
trad. *cons.* 18. *n.* 72. Tondut. *qq. benef. p.* 3. *c.* 149. *n.* 10. *cum seq.* Et hujusmodi communium, & exequiarum relaxatio favorem Coadjutoris famulatur Coadjutoriae legi, ob quam Coadjutoribus, seclusa contraria portione inter ipsos, & Coadjutos per Pontificem approbata, seu contraria istius determinatione in literis expressa, reservatur aliqua fructuum portio ratione servitii Ecclesiae, ad Text. *in cap. de Rectoribus* 8
de Cler. aegrotant. & in c. un. eodem tit. in 6. Fagnan. *in cap. nonnulla n.* 64. *de concess. praebend.* Gonz. *ad reg.* 8. *gl.* 5. *q.* 9. 9
n. 33. Baron. *in addit. ad tr. de corp. tit.* 1. *de corp. in gener. sub n.* 238. *vers. de Coadjutore*, Tondut. *qq. benef. p.* 2. *c.* 1. §. 13. *n.* 24. Bonac. *de hor. Canon. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 4. *sub n.* 3.

In nihilo obstante quod Papa praecedenter in eisdem literis reservaverit omnes, & singulos Canonicatus fructus, jura, obvenientes, & emolumenta tam certa, quam incerta; Tum quia haec generalitas respectu distributionum communium, & exequiarum successive restricta remansit ad eas tantum ratione non sanae mentis, ut firmatum fuit, percipi solitas, minime attento, quod ista restrictio concepta fuerit dictionibus *ac etiam* ampliativis; nam nullam ampliationem operantur in facti contingentia ob mentem restrictam Pontificis concedentis, Bald. *cons.* 209. *n.* 2. *lib.* 3. Go- 10
zad. *cons.* 73. *n.* 3. Ror. cor. Priol. *dec.* 422. *n.* 13. *&* 14.

Cum etiam quia respectu exequiarum, & anniversariorum praeadducta fructuum generalitas nihil officit; nam sicuti ex testantium voluntate praesentibus dumtaxat dari debent, non censetur, Papam eidem praejudicare voluisse, ut apposita objecto respondit Pign. *d. consul.* 19. *n.* 5. *cum seq. t.* 3.

Minoris relevantiae apparuit exceptio, quod cum Papa mandaverit, ut si Coadjutus ob non praestitum per Coadjutorem punctuale servitium aliquid amitteret, posset habere regressum contra ipsum, hoc intelligi nequeat nisi quoad communia, & exequias, cum respectu aliorum fructuum Coadjutus amissioni non subjiciatur; nam id non concludir, quod Papa voluerit etiam distributiones, seu emolumenta controversa Coadjuto concedere, eo quia licet infirmus lucretur omnes fructus, exceptis communibus, & exequiis aliisque similibus praesentibus duntaxat dari solitis, si tamen ei est datus Coadjutor remanet obnoxius amissioni dd. fructuum, nisi resideat, quam tamen deinde Coadjutor refundere tenetur, ut bene observat Fermosin. *ad tit. de offic. Ar-* 11
chipresbyt. q. 4. *n.* 5. Et ita resolutum, partibus informantibus.

R. P. D. CAPRARA.

Hispalen. Juris Votandi.

Lun. 4. *Februarii* 1697.

ARGUMENTUM.

Canonici familiares, & Commensales Episcopi non sunt admittendi in voto actibus capitularibus ubi tractatur de ipsius Episcopi interesse; Canonici vero qui provisiones obtinuerunt ab eodem Episcopo, non sunt excludendi a ferendo voto, cum nemo a suo munere debeatur excludi, & inordinata affectio minime praesumatur; pluraque alia quoad consuetudinem illiusque probationem haec decisio edocet.

SUMMARIUM.

1 *Sacra Congregatio Concilii plures rescripsit, quod in his casibus in quibus agendum esset in Capitulo de re spectante ad Episcopi sive suorum commodum, aequum sit, ut Canonici familiares & Commensales, ac ministri ejusdem Episcopi non intersint.*

2 *Rescripta sacrae Congregationis Concilii facit legem generalem, & ubique est servanda.*

3 *Ad probandam rationabilem consuetudinem quae non sit contra Jus, non exigitur probatio, quae percutiat quadraginta annos undique completos.*

4 Te-

4 *Testes de publica voce, & fama deponentes plurimum inserviunt ad adminiculandam consuetudinem.*
5 *Testes deponentes de longo tempore adminiculant consuetudinis probationem pro complemento quadragenariæ.*
6 *Cedens liti fatetur se Jus non habere.*
7 *Pro interpretatione rerum dubiarum plurimum inservit observantia.*
8 *Ex testibus demi non debet totum tempus pupillaris ætatis; tam quoties agitur de iis quæ cadunt sub sensu visus, potest testis etiam deponere de factis quæ evenerunt paulo ante pubertatem.*
9 *Ad probandam consuetudinem quadragenariam duo testes sufficiunt.*
10 *Ad introductionem consuetudinis æquæ & rationabilis nulla requiritur bona fides.*
11 *Ea ratione, quia differt præscriptio a consuetudine, nam consuetudo inducitur tacito consensu Tertium circa actum rationabilem & Juri non repugnantem; Præscriptio vero, qua dicitur iniquum præsidium, respicit solum personam præscribentis, & ob id sine bona fide non admittitur.*
12 *Ex non usu judicati, & ex longæva consuetudine illi adversativa intrat præsumptio, quod intervenerit consensus interesse habentis, qui Jus ex sententia resultans abrogari per contrariam consuetudinem promiserit.*
13 *Nulla ratio suadet, quod Canonici provisi ab Episcopo non debeant votare in iis, quæ Episcopi interesse respiciunt.*
14 *Quia præsumitur magis ad bonum publicum, quam ex alia causa moveri.*
15 *Inordinata affectio de Jure non præsumitur.*

DECISIO XXVI.

Lite in hoc Tribunali usque ad anno 1590. introducta super facultate excludendi Canonicos & familiares Archiepiscopi a secundo voto ubi ageretur de illius interesse, quam Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Hispalen. sibi ex antiqua consuetudine competere contendebant, duæ emanarunt sententiæ, una cor. bon. mem. Orano, & altera cor. bon. me. Buratto declarantes, supradictos Canonicos, aliosque provisos ab Archiepiscopo, & familiares, & continuos Commensales tam tunc, quam pro tempore existentis Archiepiscopi in collatione Beneficiorum, quæ simul fit per Archiepiscopum, & Capitulum, & in omnibus aliis actibus capitularibus ubi tractatur de interesse Archiepiscopi, nempe mensæ, & Jurisdictionis Archiepiscopalis, necnon familiarium, habere vocem in Capitulo, & in eo libere votare posse, prout quilibet alii Canonici habent, & votant; & propterea expulsiones a Decano, & Capitulo factas de dictis provisis, & familiaribus fuisse, & esse illicitas, ac injustas, a quibus sententiis cum fuisset per Capitulum interposita appellatio, & Causa commissa bon. mem. Pirovano, ad plenius comprobandam prædictam cõsuetudinem, quam quadragenariam requiri, & eam minus justificatam ex testibus usque tunc examinatis Rota decideret, institit Capitulum pro concessione novæ remissoriæ, & disputato dubio sub die 9. Junii 1623. illam obtinuit.

Siluit in hoc statu Causa usque nunc, donec modernus Archiepiscopus videns Capitulum continuare in hujusmodi expulsione, reassumpta eadem antiqua Causa, petiit a me in locum d. bon. mem. Pirovani suffecto disputari dubium- *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, eoque in hodierna Audientia proposito, resolutum fuit pro confirmatione sententiæ juxta modum inferius exprimendum.

Distinguentes etenim DD. Canonicos familiares, & commensales Archiepiscopi ab aliis, qui simpliciter eorum Canonicatuum provisiones obtinuerunt ab Archiepiscopo simul, & Capitulo; quoad primos censuerunt, eos non esse admittendos ad prolationem voti, & in hac parte sententiam esse infirmandam; nam licet non habeamus textus expressos inhibentes Canonicis familiaribus Episcopi ne intersint Capitulo, quando tractatur de interesse ipsius Archiepiscopi, habemus tamen hodie declarationes Sac. Congregationis Concilii relatas per Nicol. *in flosc. verb. Canonicus n.* 24. quæ expresse Vicario sive Canonico id definivit, & alibi subjunxit idem procedere in aliis dignitatibus sive Canonicis, necnon alias declarationes ejusdem Sac. Congregationis Concilii, videlicet in una Mediol. Januarii 1587. per hæc verba, *In his tamen casibus in quibus agendum esset in Capitulo de re spectante ad Archiepiscopi, sive fuerum commodum, Congregatio æquum censuit, ut nec ejus Vicarius* 1

interfit & recentius *in una Pharen. residentiæ* 28. *Aprilis* 1674. ubi proposito dubio, *An Canonici, qui funguntur munere Vicarii Generalis, Procuratoris fiscalis, vel Cancellarii Episcopi debeant exire de Capitulo, quando agendum sit de negotiis, & differentiis vertentibus inter Episcopum & Capitulum, Sac. Congregatio respondit affirmativa.* Unde quidquid sit, an de tempore Orani, Gypsii, & Buratti non fuerit animadversum ad hasce resolutiones tanquam forte tunc non expressas, vel ignoratas, declaratio ipsa Sac. Congregationis facit legem generalem ubique servandam, quia est interpres Sac. Conc. peculiariter a san. me. Pio IV. deputata, nisi super specialitate alicujus casus fuerit consulta, ad tradita per Pasqual. *q. mor. cent.* 1. *cap.* 61. *n.* 4. & 5. Rota *in Avenion. dotationis* 19. *Jun.* 1682. *c. fin. & in Neapol. Campanilis* 27. *Jun.* 1685. §. *Quorum prim.* cor. bo. me. Albergato. 2

Stantibus itaque prædictis declarationibus Sac. Congregationis, licet nulla fuisset opus consuetudine, nihilominus ea quoque visa est assistere Capitulo tam de tempore ante sententias, quam post; Respectu enim primi temporis nimis rigorose visum est fuisse processum *in dec.* 598. & 629. cor. Buratto firmando consuetudinem nullatenus esse probatam, ex quo dempto tempore quatuor annorum Sedis Archiepiscopalis vacantis, & ætate pupillari testium examinatorum nullus deponat de 40. annis, & licet duo ex eis nempe 8. & 19. deponant de 38. & respective 39. annis, hæc tamen probatio non sufficiat.

Quoniam cum agatur de consuetudine admodum rationabili, & quando non esset contra jus, agnovit etiam ipsa Rot. *in antiquis dec. Gypsii la* 20. & 28. *p.* 3. *rec.* nec videntur contradicere ipsæ pec. cor. Buratto, hoc casu non requiritur, quod consuetudo sit adeo exacte probata, ut percutiat 40. annos undique completos, maxime concurrentibus adminiculis, quibus eadem quadragenaria coadjuvatur, ut respondit Rot. *dec.* 183. *n.* 12. & *dec.* 206. *n.* 4. & 5. cor. Cerr. 3

Adminicula in proposito sunt plura. Prima enim dantur testes, qui deponunt de publica voce, & fama hujusmodi expulsionis familiarium. 4

Secundo plures alii testes deponentes de longo tempore, ex quibus deduci adminicula pro complemento quadragenariæ firmavit Rota *in hac Causa* cor. Manzaned. *dec.* 497. *n.* 2. *vers.* & *quamvis cum seq. p.* 2. *rec.* 5

Tertio concurrit cessio litis facta a Canonicis familiaribus, quos utique credi non potest voluisse juri suo cedere, nisi adesse scivissent consuetudinem quadragenariam, cum cedens liti dicatur fateri se Jus non habere, ut post *gloss. in l. si maritus* §. *si negaverit ff. de a . ulter.* Bald. *in l. postquam liti q.* 4. *C. de pact. in l. transigere opposit. ult. C. eod.* Galerat. *de renunc. cent.* 1. *renun.* 18. *n.* 14. §. *tamen verum*, Rot. *dec.* 205. *n.* 5. 6. cotam Cerro. 6

Et quarto continuata observantia in tali expulsione etiam post contrariam sententiam Buratti ab anno 1623. usque in præsens per 70. & ultra annos, quam esse multum attendendam pro interpretatione rerum dubiarum dixit in proximis terminis Rota *dec.* 19. *n.* 12. & 13. cor. Peuting. & *dec.* 336. *n.* 18. & *dec.* 870. *n.* 2. cor. Dunoz. 7

Præterea nec visum est posse demi totum tempus pupillaris ętatis testium; nam quoties agitur de iis, quę cadunt sub sensu visus, potest testis etiam deponere de factis, quæ evenerunt paulo ante pubertatem, ut de teste deponente de re gesta, dum ageret ætatis annum decimum tertium, optime Rota cor. Cerr. *dec.* 247. *n.* 10. *que est dec.* 75. *n.* 9. *p.* 10. *rec.* & Rota *dec.* 293. *n.* 9. *p.* 33. & de teste deponente circa ea, quæ evenerunt in ejus ætate annorum decem, Rot. *dec.* 220. *n.* 7. *p.* 2. *divers.* & *in alia minori*, Rot. *in Rom. viæ* 17. *Aprilis* 1673. §. *cæterum*, cor. clar. me. Car. Matthæjo. Unde si præfatis duobus testibus nõ dematur integrum tempus pupillaris ætatis, & considerentur solum in anno 12. & respective 13. ut ex prædictis fieri debet, utique probata remanet quadragenaria, cum ad hunc effectum duo testes sufficiant, Mascard. *de prob. concl.* 224. *n.* 4. *et* 13. *et admittunt dec. causa* co. Manz. *dec.* 497. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* & cor. Burat. *d. dec.* 198. *dec. n.* 17. 8

Minus subducendum videbatur tempus Sedis Archiepiscopalis vacantis, quia cum principaliter ageretur de interesse familiarium, & commensalium exclusorum, & quos exclusos fuisse etiam vacante Sede, deponunt antiqui testes, utique cum ipsis videtur continuari potuisse antiqua consuetudo, quæ dicto tempore non computato remanet prorsus completa. 9

Nec obstat, quod Archiepiscopus fuit in antiquis decisionibus consideratus ęque principalis in Causa ratione defensionis ipsi competentis pro tuendis juribus suorum Capitularium; talis enim effectus fuit postquam cum eo cœptum 10

fuit litigari, sed talis considerari non poterat ante litem ad impediendam consuetudinem consensu, & patientia principalium introductam, & ad præciso tempore vacantis Sedis practicatam, ut deponunt concordiret testes.

Atque hęc quoad primum tempus, quo vero ad secundum nempe post sententiam bon. mem. Buratti pariter DD. censuerunt concurrere consuetudinem plus quadragenaria, dum per continuatum cursum 70. & ultra annorum exclusi fuerunt familiares, & commensales Archiepiscopis.

Nec obstare visum est, quod prædicta sententia sit impeditiva introductionis novæ consuetudinis favore Capituli succumbentis ratione malæ fidei, in qua fuit constitutum; quia cum non versemur in terminis præscriptionis, sed consuetudinis æquæ, & rationabilis ad istius introductionem nulla requiritur bona fides, ut post gloss. *in cap. fin. verb. legib. vers. sed quam differentiam de consuet. distinguendo tradunt*. Cravett. *de antiquit. tom. p. 4. n.* 16. Garz. *de benef. p. 5. cap. 4. n.* 98. ubi in fine meminit de *dec. hujus caus.* coram Gypsio *la* 20. *p. 3. rec.* Covarr. *var. res. lib. 1. cap. 17. n.* 8. §. 10. Monet. *de decim. cap. 5. n.* 103. Gutier. *canon. q. l. 2. cap. 21. n. 65. & seq.* Barb. *de Jur. Eccl. lib. 3. cap. 26. §. 3. ad fin.* Rota *dec. 33. n. 8. & 5. p. 19. rec.* ea ratione, quia consuetudo inducitur tacito consensu partium circa actum rationabilem, & juri non repugnantem, ad differentiam præscriptionis, quæ dicitur iniquum præsidium,
11 & respicit solum personam præscribentis, & ob id sine bona fide non admittitur, ut notat gloss. *in d. cap. fin. dict. vers. sed quam differentiam de consuetudin.* Cravet. *ubi proxime, & aliæ precitate auctoritates*.

In nihilo adversante quod talis consuetudo non potuit introduci sine consensu Archiepiscopi, cujus etiam favore emanavit d. sententia; quia dum tam ipse, quam ejus successores dicto indicto usi non fuerunt, & agnoscentes forsan congruentiam exclusionis passi fuerunt in ea continuari post decursum tanti temporis, intrat præsumptio, quod intervenerit consensus, & Jus ex sententia resolutionis per contrariam consuetudinem abro-
12 gari permiserint, juxta notata per Peyrin. *oper. moral. tom. 1. de offic. Prælat. q. 4. cap. 1. n. 182. vers. consuetudo tamen*, Gonzal. *in decretal. super cap. 1. n. 12. post princ. de consuetud.* Suarez *l. 7. de legib. cap. 13. num.* 10.

Descendendo nunc ad secundum genus personarum nempe Canonicorum, qui provisionem obtinuerunt ab Archiepiscopo DD. quoad istos responderunt pro confirmatione sententiæ, quia nulla ratio suadet quare isti provisi debeant excludi a ferendo voto, quia declarationes Sacri Concilii, ut supra fuit dictum, percutiunt officiales, & familiares Archiepiscopi nullo tamen pacto provisos, & maxime si insimul provisi fuerint a Capitulo; ideoque quoad ipsos bene subnectitur rigor exoptandi quadragenariam perfectam, ac præscriptam, & post sententiam Buratti requirendi bonam fidem, cum si juxta decisionem editam cor. Gypsio *die 15. Martii* 1599. non debeat quis excludi a suo munere, sive jure, ex quo quis præsumatur magis ad bonum publicum, quam ex alia causa moveri, quodque inordinata affectio pariformiter non præsumatur nisi probetur argumento tex. *in cap. estote de regul. Jur.* Bald. *in l. si unquam n. 268. C. de revocan. donat.* multo magis hoc procedere valet in provisis,
13 etiam simultanee a Capitulo.

Et ita juxta præfatam distinctionem fuit resolutum, utraque parte informante.

R. P. D. URSINO.

Gerunden. Hebdomadariæ.

Lun. 5. Maii 1690.

ARGUMENTUM.

In Ecclesiis Parochialibus unitis Regularium Monasteriis non servatur concursus præscriptus a Sacro Concil. Tridentino, sed fit institutio per Episcopum ad nominationem Abbatis; quando autem Beneficium dicatur dependens ab Ecclesia Regulari in hac decisione perviderur, in ampliationem *disc. 11. de Paroch.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *IN provisionibus Parochialium provisio fieri debet per concursum.*

2 *Non sic tamen proceditur in Parochialibus unitis Regularium Monasteriis, in quibus Episcopus instituit, & Abbas nominat.*

2 *Sicuti Ecclesia dicitur pars integralis, & necessarium constitutivum Monasteris.*

4 *Ita, & Ecclesia ipsa Parochialis dicitur Regularis eadem Regularitate, quæ inhæret Monasterio, & Beneficium ad exercendam animarum curam ibi institutum de illius mensa censetur.*

5 *Nomen Hebdomadariæ, seu Vicariæ ostendit curam exerceri pro alio.*

6 *Titulus Prioratus, quo insignitur Ecclesia, indicat in Priore dominium ejusdem, & consequenter habitualem curæ potestatem.*

7 *Ex possessione rerum ad curam spectantium probatur dominium Ecclesiæ, & curæ habitualis.*

8 *Idque concluditur ex administratione Jurium Parochialium.*

9 *Ad curam Monasterio subjectam non Monachi; sed sæculares Clerici præficiuntur, & Episcopis subsunt.*

10 *Ex præsentatione Ministrorum Ecclesiæ arguitur jus præsentantis, & cura principalis penes ipsum dicitur residere.*

11 *Cura habitualis dicitur inesse illi dignitati, quæ tenetur subire onera.*

12 *Ex observantia probari valet Jus curæ habitualis.*

13 *Item ex enunciativis.*

14 *In Ecclesiis Regularium cura exerceri non potest per Regulares, sed per clericum sæcularem ab ipsis deputandum.*

15 *Ad evitandam immediatam correctionem, & repugnantiam in eadem dispositione, congrua debet sumi illius interpretatio.*

16 *Ecclesia unita non mutat suam primævam naturam.*

17 *Vicaria etiam perpetuo collata in titulum non excludit, quia cura per modum cujusdam Juris & in habitu sit apud Priorem seu Abbatem.*

18 *Actus unicus concursus non est attendendus ad excludendam curam habitualem pœnes aliquem, sed est supponendus erroneus, & turbativus.*

19 *Sub concessione Ecclesiæ facta cum omnibus pertinentiis venit etiam cura animarum annexa.*

20 *In diversis fieri non potest illatio.*

DECISIO XXVII.

CUm præsupposito, quod controversa Hebdomadaria 1
S. Joannis Loci de Sex Fons fuerit a primæva sui erectione Beneficium Sæculare Curatum distinctum atque totaliter independens a duobus Prioratibus Regularibus Ecclesiarum de Sex Fons, & Ridanta per san. mem. Clem. VIII. unitis Abbatiæ Campi Rotundi Ordinis S. Benedicti, Rota *sub die 5. Julii* 1688. censuit esse exequendam gratiam a Jo: Antonio Campdoras obtentam tanquam præelecto in concursu indicto per Episcopum Gerunden. non autem alteram
similiter Apostolicam gratiam a Joan. Splugas impetratam 2
vigore præsentationis de eodem Beneficio reportatæ ab Abbate Campi Rotundi tanquam unito illius Monasterio. Verum cum hodie post obtentam novam Audientiam in secunda hac Causæ repropositione ex pluribus actibus, & documentis de mandato Sac. Rotæ in adjumentum antiquarum probationum nuper exhibitis, concludenter constiterit hujusmodi Beneficium Hebdomadariæ, licet naturaliter a Prioratu de Sex Fons separatum, esse tamen cum eo connexum atque ab illius Ecclesia Regulari omnino dependens, necnon actuale duntaxat curæ exercitium habere, habituale autem penes Priorem, seu Abbatem residere, Domini recedendo a decisis sub dicta die existimarunt, illius provisionem nō esse faciendam per viam concursus requisiti in provisionibus Parochialium simplicium, juxta decretum Sacr. Conc. Trid. *in cap. 18. sess. 24. de reform.* sed potius ad nominationem Abbatiæ, & institutionem Episcopi juxta praxim canonicam, quæ in Parochialibus unitis Regularium Monasteriis de jure servatur, nedum ex dispositione Tex. *in cap. unic. de Cappell. Monach. in 6.* sed ex altera etiam sanctione Sac. Concil. Trident. *in cap. 11. sess. 25. de regul.* & ex particulari desuper Constitutione S. Pii V. *la* 47. *in ordin. Bullar. nov. tom.* 2. expensis per Doctores plene relatos *in decisione 516. num. 4. par. 18. rec.* & admissis in priori hujus Causæ decisione *in §. Non enim*, coram me *pariter edita*; Atque ita ex duabus Apostolicis gratiis exequendam potius dixerunt alteram institutionis a Joanne obtentam ad præsentationem Abbatis.

Quod autem dicta Hebdomadaria sit dependens ab Ecclesia Regulari Sancti Joannis de Sex Fons, & ad illius Priorem jure dominii spectet habitualis cura animarum, ad Hebdomadarium vero sola actualis ex pluribus facti circumstantiis, & ex actibus antiquis desumebatur: Et primo ex eo, quod dict. Beneficium reperiatur fundatam in Ec-

clesia

clesia Regulari Monasterio Priorali connexa; sicuti enim Ecclesia ista dicitur pars integralis, & necessarium constitutivum d. Monasterii, juxta gloss. *in cap. 1. verb. exempto de privileg. in 6. Archid. in c. nulla n. 1. in q. prima*, Socc. *in cap. Recedimus n. 96. de privil.* Navar. *de regular comment. 5. n. 44. & Rot. dec. 54. n. 21. p. 2. divers.* & coram Coccin. *dec. 925. n. 4.* Ita & Ecclesia ipsa Parochialis dicitur Regularis eadem regularitate, quæ inhæret Monasterio, & Beneficium ad exercendam animarum curam ibi institutum de illius *Mensa* censetur, ut ad hunc præcisum effectum excludendi concursum pluries respondit Rota, & signanter *in decisione 74. n. 4. & dec. 144 per tot.* coram Durano *& d. dec. 1925. n. 3.* coram Coccino.

Secundo, consonat proprietas tam nominis inditi Hebdo-
5 madatiæ, seu Vicariæ quod ostendit curam exerceri pro alio, & administrari nomine precario in singulis Hebdomadis, ut advertit Rota *in d. dec. 616. sub n. 2. usque ad 6. p. 18. rec.*
6 quam tituli Prioratus, quo insignitur Ecclesia, quique indicat in Priore dominium ejusdem, & consequenter habitualem curæ potestatem, ut pariter ad excludendum concursum observat Rota *in dec. 204. n. 1. ad med. p. 2. rec.*

7 Tertio, valde conferunt actus possessorii usque ab anno 1558. exerciti a Francisco Cors tunc temporis ejusdem Ecclesiæ Priore. Iste enim possessionem nactus fuit non solum de ipso Monasterio Priorali, sed etiam de Ecclesia, ac de omnibus rebus destinatis ad curæ administrationem, nimirum de Sacrario, Fontibus Baptismalibus, & Arca Sacrorum Chrismatum cum receptione clavium Ecclesiæ, & immediata illarum consignatione cuidam Præsbytero facta, uo nomine suo custodirentur. Hæc autem dominium Ecclesiæ, ac curam habitualem penes Priorem residere, non obscure indicant, Rota *in dec. 23. in fin. dec. 64. n. 4. post med. & dec. 144. n. pariter 4.* cor. Durano *repetit. in p. 5. rec. dec. 165. & d. dec. 1025. sub princ. & n. 1.* cor. Coccino.

8 Quarto, his accedunt alii actus concernentes actualem administrationem Jurium Parochialium exerciti de anno 1568. ab eodem Priore, qui non solum per ministrum, seu servitorem deputatum in d. cura, sed etiam per se ipsum Baptismata celebravit, & utriusque partitas in libris Baptismatorum proprio ipsius nomine, & uti Rector inscripsit, ut *in Summ. n. 2. lit. B. C. D.* quos quidem actus ad hunc effectum valde proficuos censuit Rota *dec. 140. n. 4. ad medium* cor. Emin. Cerro *& dec. 516. n. 6. vers. Et huic, & n. 10. part. 18. rec.*

9 Quinto, validis hisce argumentis adnectitur alia non minus efficax species probationis resultãs ex visitatione de hac eadem Ecclesia facta anno 1578. ab Episcopo Gerunden. & ab utraque parte approbata; In ea enim Ordinarius, qui de Beneficiis suæ Diœcesis præsumitur bene informatus, enunciat Parochianos esse præfatæ Ecclesiæ, & Ecclesiam ipsam esse Monasterii, & respectu Hebdomadarii utitur verbis importantibus exercitium, & administrationem curæ actualis, præsupponit collationem dictæ Hebdomadariæ ad Priorem spectare, cõfirmationem vero ejusdem collationis ad ipsum Episcopum, eamque faciendam de Clerico Sæculari habili, & idoneo: Ex quibus sicuti verificantur unita, quæ ad constituendas Capellas Curatas Monachorum requiruntur, per Text. *in cap. 1. de Capell. Monach. & aliorum Religiosorum*, ita ex præsentatione Hebdomadariorum spectan. ad Priorem Ecclesiam arguitur *de Mensa* Prioratus, & cura principalis penes Priorem residere, ad tradita per Vitalin. *in Clem. 1. n. 7. de offic. Vicar.* & optime per Rota *in dec. 104. n. 1. in fine p. 2. rec.* ubi alii concordant. Deinde refert, atque componit contentiones inter Priorem & Hebdomadarium super oneribus, & juribus dictæ Hebdomadariæ, atque Hebdomadario adjudicat fructus omnino incertos, nimirum eleemosynas, oblationes, aliarumque similia emolumenta de jure debita ratione accidentalis laboris, eique e contra injungit ultra curæ exercitium cuncta etiam onera servilia, prout sunt mundare vasa ad servandam aquam benedictam,
10 eisque aquam deferre, symbola pulsare, Ecclesiæ januas obserare, & aperire, eandemque Ecclesiam mundare, & custodire, necnon denique onus assistendi omnibus Officiis, diurnis, & nocturnis cum Priore, & aliis Clericis Monasterii; Priori autem tãquam magis digno adjudicat decimas Prioratus, atque novalia una cum cæteris fructibus certis totius Parochiæ de jure debitis Rectori Ecclesiæ Parochialis; Et viceversa eidem imponit omnia debita Ecclesiæ, necnon onus solvendi salarium Hebdomadario pro exercitio curæ solitum dari; Ex quibus omnibus simul junctis nimirum dominio Ecclesiæ per actus supra relatos penes Priorem probata præsentatione Hebdomadariorum, perceptione decimarum atque primitiarum solutione, salarii, sustentatione onerum diversorum, aliisque contentis in d. visitatione negari non potest, quin univoca, & omnino concludentia signa, & argumenta resultent, quod Ecclesia Parochialis sit dependens a Mensa *Priorali*, quodque penes Hebdomadarium actuale duntaxat curæ exercitium resideat, juxta firmata per gloss. *in Clem. unica in verb. ad mensam de excess. Prælat.* quam communiter Canonistæ sequuntur, & præci- 11
se Imol. *n. 16.* Vitalin. *n. 82.* aliique plene relati per Rotam *in d. dec. 204. n. 2. p. 2. rec. & in d. dec. 886. n. 14.* coram bon. mem. Card. Cerro, *& dec. 526. n. 7. cum duobus seq. p. 18.*

Sexto demum, hæc omnia de per se clara comprobantur 12
ex subsecuta uniformi observantia, juxta quam omnes provisiones hujus Hebdomadariæ factæ tam ante, quam post unionem Prioratus de Sex Fontibus Mensæ Abbatiali Campi Rotundi, sive per modum vacationis per obitum, sive per viam resignationis, aut permutationis, semper præsefe-runt, vel præsentationem, vel consensum Priorum, seu Abbatum respective pro tempore sub illa reduplicativa qualitate, ad quos collatio dictæ Hebdomadariæ pertinet, & subsecuta Bulla unionis dicti Prioratus ad Mensam Abbatialem Campi Rotundi motu proprio edita a fan. mem. Clem. VII. magis specifice enunciat, & præsupponit indubitanter dicto Prioratui imminere animarum curam. E contra autem nulla in tam longo temporis spatio exhibetur enunciativa contraria, vel aliquis concursus ab Episcopo factus tanquam de simplici Parochiali, qui tamen si adesset, in Archivio Episcopali reperiretur, & exinde de facili esset a moderno Episcopo extractus, atque productus. Ex hujusmodi autem observantia, & enunciativis pertinentiæ collationis, & curæ probatur annexio & dependentia dicti Beneficii a Prioratu sive Abbatia, ut de observantia testatur Garz. *de Benef. p. 2. cap. 2. de union. n. 242. vers. ulterius* Rota *decis. 9. n. 9. & plurib. & seqq. par. 10. & in d. Pampilonen. Vicar.* cor. Card. Cerro *dec. 886. n. 2. & seqq. confirmata 14. Martii 1689. §. Tertio ex observantia* cor. R. D. meo Decano, & de antiquis enunciativis Rota *dec. 589. n. 5. & 6.* coram Caval. *dec. 196. n. 1.* ibique Adden. *n. 3. vers. 2. probatur*, cor. Gregor. *& dec. 660. n. 2.* ibique pariter Adden. *n. 6. & dec. 240. n. 8.* cor. eod. Cerro.

Nec ad destruendas tot, tantasque species probationum 13
clare demonstrantes annexitatem, & dependentiam d. Hebdomadariæ a Prioratu quidquam juvant argumenta in contrarium adducta; Et quidem non obstant visitationes magis antiquæ ab Ordinariis Gerunden. peractæ de ann. 1315. 1433. & 1378. continentes in Ecclesia Monasterii S. Joannis de Sex Fontibus extitisse tunc temporis ultra Priorem Regularem diversos Clericos Sæculares, diversa Beneficia obtinentes, & præcipue Hebdomadariam curam animarum exercentem: Etenim hoc non tantum non repugnat, sed potius convenit annexioni curæ ad Monasterium, cum ex dispositione juris mandaretur, ut in Ecclesia, & Capellis 14
Monachorum cura non exerceatur per Monachos, sed per Clericum Sæcularem ab ipsius deputan. & ab Episcopo instituen. ut expresse sancitur in sæpe citato *cap. 1. de Capell. Monach.*

Prout nec independentiam ejusdem Hebdomadariæ probat vel enunciativa contenta in visitatione anno 1432. referens, dictum Beneficium vacare ob sui parvum valorem; vel altera emissa in subsequenti visitatione anni 1578. confirmans ejusdem vacationem a 30. circiter annis secutam, & superaddens illius fructus, ac Jura a Prioribus pro tempore occupata sive usurpata, & in proprios usus conversa, siquidem ex tali vacatione de facto, & subsecuta usurpatione, seu appropriatione fructuum nullum validum elici valet argumentum, nec pro statu collativo Beneficii, nec etiam pro independentia ejusdem a Monasterio, cum hæc non evenerit, servato Juris ordine, sed solum de facto *ex culpa & cupiditate tunc Prioris Monasterii, qui ut dict. Beneficii fructus, & Jura retinere sibi posset, illud conferre noluit, quin potius tam ille quam deinde sui successor. d. Beneficium suspensum, seu indebite occupatum hactenus detinuerunt, fructus, & Jura prædicta percipiendo, muniaque ad quæ obstringeretur dict. Beneficium obire, curamque animarum exercere faciendo per Presbyteros ad eorum nutum amovibiles &c.* ut per hæc verba præcisa refert visitatio anni 1578. quinimo ex narrativa ibidem contenta, quod collatio Hebdomadariæ ad Priores Monasterii spectabat, & confirmatio collationis ad Ordinarium, validum potius emergit argumentum suadens vetustissimam annexionem ejusdem Beneficii a Prioratu; cumque in actu visitationis Episcopus illud per viam reintegrationis ad statum antiquum reduxerit, &

revocaverit expresse confirmans Jus conferendi ad favorem Prioris, tam modus, quam verba ejusdem actum mirifice favent intentioni Monachorum. Nec refert quod paulo post dict. Episcopus in eadem visitatione mandaverit collationem Hebdomadariæ faciendam esse imposterum juxta formam a Sacr. Conc. Trid. præscriptam, quia cum in eodem actu, ut superius præmissum est, expresse cautum fuerit, collationem Hebdomadariæ spectare ad Priorem Monaste-
15 rii, eamque faciendam a d. Priore personæ habili, & idoneæ, quæ in Ecclesia residere, & per se ipsam curam animarum exercere valeat, relatio habita ad Decreta Sac Concilii respicere non potest *cap.* 18. *sess.* 24. *de reform.* loquens de collatione Parochialium Sæcularium, & liberarum per concursum facienda, sed *c.* 11. *sess.* 25. *de reg.* per quod disponitur, ut in Ecclesiis Curatis Regularibus, quę fiunt absq; concursu ad nominationem Regularium, nullus per Monasterium deputetur, nisi de consensu Episcopi Diœcesani, ac prævio examine per eum aut ejus Vicarium faciendo, ne alias daretur immediate correctio, & repugnantia in eadem dispositione, pro qua evitanda congrua debet sumi illius interpretatio, ad Text. *in l. non adeo ubi glos.* 10. *verb. præsens ff. de cond. & demonstr.* Rot. cor. Ludovis. *dec.* 297. *n.* 3. & cor. Celso *dec.* 244. *n.* 4. & cor. Priolo *dec.* 252. *n.* 10.

Minus relevat unio Ecclesię Parochialis S. Andreæ de So-
16 carrats facta per Episcopum Gerunden. de ann. 1582. eidem Hebdomadariæ, & priori dec. hujus Causæ adducta ad arguendam contradistinctionem dicti Beneficii a Prioratu. Quoniam ex ea bene quidem infertur, quod cura animarum, & Parochialitas inhærens Hebdomadariæ fuerit adducta per dismembrationem dictę Parochialis de Socarrats ab alio Monasterio Regulari Beatæ Mariæ Bisuldini, cui erat annexa, & per subsecutam incorporationem factam ad aliud simile Beneficium Curatum Ecclesiæ Regularis de Sex Fontibus, itaut ex duabus Vicariis, dependentibus a duobus Monasteriis Regularibus, constituta fuerit unica ab uno tantum Monasterio dependens, non autem quod Hebdomadaria ipsa effecta fuerit, vel ostendatur per dictam unionem suppressa, ac totaliter independens ab Ecclesia Priorali; Tum quia unio pręfata fuit adinstantiam nedum Hebdomadarii, sed etiam Prioris de Sex Fontibus volentis hoc modo provideri tenuo reditui sui Vicarii, seu Hebdomadarii per ampliationem Parochiæ, & augmentum Parochianorum, quod potius arguit connexionem, & dependentiam ejusdem Beneficii; Tum quia unio mutat quidem naturam illius quod unitur accessorie, & subjective, non autem alterius Beneficii, cui fit unio, quod remanet in suo primævo statu, in quo aderat ante unionem: unde cum dicta Hebdomadaria ante dictam unionem per legitima documenta ostensa fuerit omnino dependens, & annexa Prioratui de Sex Fontibus, talis etiam remansit post unionem dictæ Parochialis de Socarrats, Innoc. *in c. quia Monasterium* ibique Hostien. *n.* 3. *de relig. Domib.* Turricell. *de union. cap.* 4. *n.* 6. & Rot. *dec.* 823. *n.* 13. *in fin.* cor. Pen. *& dec.* 52. *n.* 2. cor. Seraph. *& dec.* 92. *n.* 8. *& seq.* cor. Durano.

Prout non suffragantur collationes, resignationes, seu
17 permutationes ejusdem Hebdomadarię diversis temporibus, quæ non ostendant statum collativum, & titulum perpetuum dicti Beneficii repugnat superius firmatæ unioni. Siquidem quidquid sit de tali qualitate Hebdomadariæ, quoad alios effectus, certum est, quod ad effectum de quo agitur scilicet providendi Hebdomadariam per concursum, nil refert, an illa conferatur in titulum perpetuum, vel amovibilem, cum Vicaria etiam perpetuo collata in titulum non excludat, quin cura per modum cujusdam Juris, & in habitu sit apud Priorem seu Abbatem, Card. *in Clem.* 1. *n.* 10. *de offic. vicar. &* Rota *dec.* 102. *n.* 9. *& seq. p.* 1. *& dec.* 154. *n.* 8 *& dec.* 710. *n.* 5. *p.* 2. *rec. & dec.* 115. *n.* 13. cor. Merlino.

Neque plus demum juvat, quod in altera ex prędictis collationibus secuta de anno 1626. Episcopus processerit per viam liberi concursus, qui expresse destruit connexionem, & dependentiam hucusque firmatam, ut arguit decisio, quæ revocatur. Etenim de dicto concursu non constat, nisi ex quibusdam litteris certificatoriis Episcopi directis Summo Pontifici continentibus Andream Rautellum fuisse in concursu prælectum, quæ de per se plene non probant, maxime cum nec minus doceatur ex tali titulo effectuata Rautelli collatio, quinimo potius præsumi debet contrarium, dum idemmet collatarius deinceps in actu resignationis Hebdomadariæ ab eodem Rautello factæ non solum adhibuit consensum Abbatis, sed expresse asseruit, collationem ejusdem Hebdomadariæ ad dict. Abbatem pertinere, ut in *d. Summ. n.* 11. & ulterius in tanto tempore esset unicus, ideoque non attendendus, sed potius supponendus erroneus, & turbativus, Rota *in dec.* 16. §. *Non obstare p.* 6. *&* 203. *sub n.* 12. *part.* 9. *tom.* 1. *rec.*

Constito igitur ex his, quod Hebdomadaria existens in Ecclesia de Sex Fontibus ante unionem pertinebat ad liberam collationem, seu præsentationem Prioris illius Monasterii, & Ecclesiæ, & ad institutionem Episcopi, nec subjacebat concursui tanquam Beneficium dependens a d. Monasterio, de facili exinde cōsequimur quod per subsecutam unionem hujusmodi Prioratus seu Monasterii a sa. me. Clem. VIII. subjective, & plenarie factam ad Abbatiam Campi Rotundi cum omnibus Juribus, & pertinentiis translata fuerint in Abbatem omnia illius Jura, tam temporalia, quam spiritualia, sicque etiam Jus conferendi dict. Hebdomadariam subordinatam, & dependentem a d. Prioratu, & quidem eodem modo, ac jure, quo ante unionem providebatur a Priore de Sex Fontibus, scilicet sine concursu, quemadmodum in 18
his terminis tradunt Innoc. *in c. cum ad sedem n.* 2. *&* 3. *de restit. spoliat.* Argel. *in cons.* 247. *per tot.* Abb. *in c.* 2. *sub n.* 9. *de Capell. Monach.* Butr. *in cap. quia Monasteria de Relig. Domib.* aliique relati per Rot. *dec.* 603. *n.* 27. *&* 18. *p.* 4. *tom.* 3. *rec. & dec.* 1925. *n.* 6. cor. Coccin. *& novissime in Firmana Jurisdictionis* 4. *Junii* 1688. §. *Respectu vero*, cor. bon. mem. Rondin. ubi plures concordantes.

Nec qualitas d. Beneficii dicitur immutata per eandem Bullam unionis ex eo, quod Clemens VIII. demandaverit erectionem Vicariæ pro Ecclesia seu Prioratu unito, illamque conferendam ad formam Sac. Conc. Trid. prævio scilicet concursu indicendo ab Episcopo Gerunden. Etenim idem Summus Pontifex nesciens pro administratione d. curæ animarum, quam certo præsupposuit d. Prioratui imminere, erectam fuisse Hebdomadariam controversam, Vicariam de novo erigendam præscripsit cum assignatione centum li- 19
brarum ex fructibus d. Prioratus. Unde cum postea d. erectio Vicarię nunquam habuerit effectum propter pręexistentiam Hebdomadariæ, ut fassus est ipsemet Antonius Campdoras *in Sum. n.* 8. & modo quæstio non cadat super Vicaria erigenda, sed super Hebdomadaria, quæ existebat ante unionem in d. Ecclesia S. Joannis de Sex Fontibus, utique ex d. conditione a Clem. VIII. ordinata in fundatione Vicariæ nullum desumi potest argumentum pro Hebdomadaria diversis legibus ante fundata, cum a diversis non fiat illatio *vul. l. Papinianus ff. de minorib.*

Et ita non semel, sed bis Causa proposita resolutum fuit, utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Novarien. Portionum Parochialium.

Merc. 4. *Julii* 1696.

ARGUMENTUM.

Residente penes aliquem cura habitualis, Rector in cura actuali fieri non debet ab Episcopo per concursum, sed ad nominationem habentis curam habitualem, prævio duntaxat examine, & approbatione faciendis per Episcopum de persona nominata. De Jure communi in Ecclesia Cathedrali cura habitualis residet penes Capitulum, & in una & eadem Ecclesia monstruosum est, quod duo adessent Parochi, in comprobationem *disc.* 11. *disc.* 33. Card. de Luca *de Parochis*.

SUMMARIUM.

1 *Collatio fieri non debet per concursum, ubi providenda sit cura actualis jam præexistente in alio cura habituali.*

2 *Sed ad nominationem curam habitualem habentis, prævio duntaxat examine, & approbatione facienda, per Episcopum fieri debet provisio.*

3 *Cura habitualis de jure communi in Ecclesia Cathedrali residet penes Archipresbyterum, & Capitulum.*

4 *Quod in Capellanos deputatos simplex exercitium curæ actualis duntaxat fuerit translatum, & portiones remanserint de mensa Capituli, colligitur, si pro Capellanis propria bona assignaverit.*

5 *Erectio Capellanorum ad exercitium curæ destinatorum præsumitur per Episcopum approbata, si ipse tacuit, cum de jure præsumatur.*

9 Obser-

6 *Observantia potest ostendere in Capitulo, an sit cura habitualis, & in deputatis cura actualis?*

7 *Parochialitatis jus in eo residere dicitur, cujus petitur licentia, & Crux pro funeribus associandis.*

8 *Ex receptione, & distributione emolumentorum Parochialium agitur Jus curæ habitualis, & plenaria.*

9 *Monstruosum esset, quod una Ecclesia duos Curatos, seu Parochos haberet.*

10 *Hinc si duo adsunt, cura habitualis penes alium residere dicitur.*

11 *Sententia lata cum legitimo contradictore facit Jus quoad omnes.*

12 *Sententia antiqua probat sine actis.*

13 *Sententia executioni demandata præsumitur justa.*

14 *Ubi constat residere in aliquo curam habitualem, concursus, & provisiones non præjudicant, cum censeantur adhibiti ad majorem cautelam, vel indicti per errorem.*

15 *Minusque præjudicat ultimus status; nisi ille sit legitime præscriptus spatio quadraginta annorum.*

16 *Antiquus status non mutatur ex provisionibus Papa, nisi illius notitiam habuerit & mutare voluerit.*

17 *Non repugnat, quod Curatus deputatus a cura habituali habente, valeat novam provisionem in Dataria obtinereri.*

18 *Literæ Apostolicæ quando sunt justificatæ sunt omnino exequendæ.*

DECISIO XXVIII.

CUm vacaverint de mense Octobris 1693. duæ portiones curatæ in Ecclesia Cathedrali Novarien. altera nimirum per obitum Jo. Baptistæ Clarini; altera per mortem Josephi Guilielmi, Archipresbyter d. Cathedralis distributive ad d. portiones nominavit Gasparem Betlum, & Bernardum Bortinum; E contra vero prætendens Episcopus easdem portiones tanquam Beneficia Curata providendas esse per concursum, mandavit propterea affigi edicta, qua de causa ortis dissidiis inter Vicarium Generalem, & dictum Archipresbyterum appellantem ad Curiam Metropolitanam Mediolanen. in qua, pendente adhuc Judiciali contentione, idem Episcopus a Dataria obtinuit iterum indici concursum, prout de facto affixa fuerunt nova edicta; Propereaque cum denuo quoque ex parte Archipresbyteri, & ejus nominatorum fuerit appellatum ad Sanct. Sedem, Eminentissimus Prodatarius, auditis hinc inde Partibus, mandavit, ut dicti nominati exhiberent supplicationes in forma novæ provisionis, quibus exhibitis, literas Apostolicas expediri obtinuerunt.

Cumque Franciscus Xaverius Barba, & Josephus Maria Tonso ab eadem Dataria impetraverint easdem portiones tanquam Beneficia Curata independentia, & vacata in mense Apostolico, literasque expediverint in conflictu dd. provisionum Apostolicarum, commissa illarum executione San. Rotæ Judicio, dubium proposui, *An, & quæ literæ sint exequendæ?* cui Domini responderunt, exequendas esse illas Gasparis, & Bernardi nominatorum ab Archipresbytero.

Præsuppositis namque vacatione, valore, & idoneitate, de quibus non aderat inter Partes controversia super justificatione, totum Causæ momentum restringebatur, An dd. portiones essent Beneficia Curata, libera, & independentia ab Archipresbytero curam habitualem nempe, & actualem habentia, itaut conferri deberent per concursum, juxta præscriptum *Sac. Concilii Tridentini sess. 24. de reform. cap.* 18. vel potius ad nominationem Archipresbyteri uti simplices Vicariæ in illius adjumentum erectæ cum sola cura actuali, juxta dispositionem Bullæ S. Pii V. *la 47. in ordine tom. 2.* Proindeque serio libratis Juribus utrinque adductis pro justificatione in hac parte unice disceptata, visa sunt præponderare illa, quæ per dictos Gasparem, & Bernardum adducta fuerunt.

Et sane, quia cum fuerit verificatum in controversas portiones non fuisse translatum nisi purum exercitium curæ actualis exclusivum cujuscunque tituli plenarii Parochialitatis, remanente cura habitualis penes Archipresbyterum, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Cathedralis, est certum, quod collatio non debet fieri per concursum, ut de mente Sacr.
1 Congregationis Concilii firmarunt Paris. *de resignat. libr.* 8. *q. 9. n. 93. & 94.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 6. n.* 158. late Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. a n.* 178. *ad n.* 182. Massobr. *in prax. haben. conc. prælud. 3. dub. 2. n* 24 in punct. Rot. cor. Coccin.
dec. 2316. *nu.* 8. & melius *in rec. dec.* 519. *nu. 1. p.* 18. sed ad nominationem Archipresbyteri, prævio duntaxat examine, & approbatione faciendis per Episcopum de persona nominata, juxta d. Constitutionem san. mem. S. Pii V. ut in ter- 2
minis pluribus congestis respondit Rota *decis.* 115. *n.* 2. cor. Merlin, *& dec.* 150. *n.* 1. *& dec.* 214. cor. Buratt.

Quod autem cura habitualis resideat penes Archipresby- 3
terum, & Capitulum nedum visum fuit resultare ex ipsa dispositione Juris communis, *per* Tex. *in cap. Archipresbyter, & cap. Ministerium, & cap. Officium, ibique gloss. de offic. Archipresb,* Pignatell. *consult.* 170. *nu.* 2. *&* 3. *tom.* 8. Rota cor. Seraph. *dec.* 839. *n.* 4. & cor. Cerro *dec.* 450. *n.* 2. *decis.* 1334. *n.* 2. 3. *&* 7. cor. Coccin. & novissime dictum fuit *in Rom. Funeralium 4. Martii 1695. §. Minus ex generalitate,* cor. me *confirmatum 28. Jan. prox. præt.* Verum etiam ex instrumento erectionis unius ex dd. Capellaniis, seu portionibus factæ de Anno 1285. nulla intercedente Episcopi authoritate, prout opus fuisset, si ageretur de Parochiali libe- 4
ra, & independente, in qua eractione expresse reservatum legitur jus nominandi Archipresbytero cum hac speciali circumstantia, quod Capitulum assignavit propria bona, reditus scilicet Ecclesiæ S. Martini ad ipsum pertinentes, ut communiter inter ambas portiones dividerentur, ex qua assignatione nequit dubitari, quin portiones præfatæ remanserint de mensa Capituli, & quod duntaxat translatum fuerit in Capellanos simplex exercitium curæ actualis, Rot. cor. Carill. *dec.* 75. *n.* 6. *& in rec. dec.* 192. *n.* 7. *p.* 18. *rec.*

Non resistente, quod talis erectio facta fuerit, Sede Epi- 5
scopali vacante, & per consequens tempore, quo nullus aderat Contradictor, & sine scientia Episcopi: quia animadverterunt Domini, quod ex post verisimiliter supervenerit scientia Episcoporum successorum; tum quia agitur de Capellanis destinatis ad exercitium curæ in ipsa Ecclesia Cathedrali, & sic sub oculis Episcopi, qui præsumuntur informati de statu propriæ Ecclesiæ, & de illius Beneficiis, Rot. *dec.* 184. *n.* 15. cor. Buratt. *& decis.* 1026. *sub n.* 3. cor. Seraph. *& dec.* 192. *n.* 5. *p.* 18. *rec.* Tum fortius, quia postquam per Sanctionem Sac. Concil. Trid. injuncta fuit Episcopis obligatio visitationis Ecclesiarum existentium in propria Diœcesi, non est verisimile, quod non fuerint recogniti tituli portionum, seu Capellaniarum de quibus agitur, cum potius vigeat validior præsumptio, quod Episcopi pro tempore diligenter scrutati fuerint qualitatem illarum tan- 6
quam habentium exercitium actualis curæ animarum, ex doctrinis mox allegatis, quibus addi potest in puncto Card. de Luca *de Benef. disc.* 90. *n.* 11. cum concordantibus.

Cum dispositione Juris communis, & Instrumento erectionis ulterius concordat plurium sæculorum longissima observantia, ex qua duo præcipue eliciuntur. Primum, quod in pluribus vacationibus in facto recensitis collationes talium portionum semper apparent factæ ad nominationem Archipresbyteri pro tempore, & institutionem Capituli, quæ observantia multum operatur in hac materia, ad tradita per Rot. cor. Merl. *dec.* 95. *n.* 4. & cor. Cocc. *dec.* 236. *n.* 9.

Secundum, quod Portionarii, seu Capellani nunquam 7
accesserunt, nec possunt ad funera accedere sine participatione Sacristæ majoris Capituli, a quo debent petere Crucem pro funeribus associandis, quæ sunt signa, quod cura habitualis sit penes Capitulum, solumque nudum exerci-
tium apud Capellanos, ex deductis in puncto per Rot. *dec.* 8
516. *nu.* 10. *p.* 18. *rec.* cum concordan. Et, quod plus est, emolumenta percepta a funeralibus dividuntur cum aliis Capellanis, & Ministris deputatis a Capitulo, ut bene ad rem advertit Pignatell. *cons. Canon.* 150. *n.* 3. *tom.* 4. Tondut. *res. Benef. p. 2. cap.* 63. *n.* 8.

Præterea ad exclusionem tituli plenariæ Parochialitatis independentis ab Archipresbytero, & Capitulo ponderatum fuit, quod exercitium curæ actualis non uni, sed duobus
Capellanis, commissum appareat; quo casu sicuti una mu- 9
lier non potest duos, vel plures habere sponsos *cap. 1. de spons. duor.* neque unum corpus duo capita, quia redoleret monstruositatem; ita monstruosum pariter esset, quod Ecclesia duos Curatos, seu Parochos haberet, *per* text. *in cap. cum non ignores de Præb. can. in Apibus 6. q. 1. can. sicut unaquaque 21. q. 2.* explicant Trullench. *to. 3. tract. de Jur. Paroch. c. 14. n. 1. & 2.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. a nu. 42. ad nu. 47.* Vallensis *in paratitlis ad Decretales ad tit. de Parochiis* §. 1. ex quibus uno ore communiter concludunt Doctores, quod hujusmodi Capellaniæ, seu portiones, in quibus cum du-
plicitate exercitii reperitur cura actualis, nunquam possunt 10
dici Beneficia proprie Parochialia, sed potius Coadjutoriæ pro adjuvamine curæ actualis denotantes curam habitua-

bitualem, & plenariam residere penes alius principalem Curatum, seu Parochum, cujus Coadjutores dicuntur Beneficiati exercentes dictam curam actualem, Card. *in Clem. unic. n. 14. de privil.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 6. n. 68.* cum aliis congestis per Gratian. *discept. forens. c. 865. n. 26.* & in puncto Rot. *dec. 516. a n. 2. usque ad 6. p. 19. rec.*

11 Prædictaque omnia comprobant binæ sententię emanatę favore Archipresbyteri, & Capituli; altera de anno 1598. cor. Vicario Generali Novariensi; altera de anno 1629. cor. Metropolitano Mediolanensi, in quibus occasione similis cōtroversię habitę cum Episcopis providendi has portiones per concursum, optime firmatur jus nominandi pertinere ad Archipresbyterum cum solo examine, & approbatione Episcopi, quæ sententiæ cum fuerint latæ cum legitimo contradictore faciunt jus quoad omnes, ex vulg. *text. l. in ingenuum ff. de stat. hom.* Rota cor. Zarat. *dec. 15. n. 43.* alibique

12 passim, & tanquam antiquæ probant etiam sine actis, Rot. cor. Cerr. *dec. 836. n. 6.* præsertim stante illarum executione in vacationibus postea subsecutis, scientibus & patientibus Episcopis, Rota cor. Mantic. *dec. 304. sub n. 1. et dec. 376.* cor. Buratt. *et dec. 104. n. 4. p. 19. rec.* Nec obstant duo concursus in contrarium allegatis; alter de anno 1574. ab Episcopo post publicationem Sac. Concilii, & alter in ultimo statu ex provisione facta per S. Sede Apostolicam, quia quoad primum cum ex præmissis constat de jure nominandi favore Archipresbyteri, vel censetur adhibitus ad majorem cautelam, vel indictus per errorem, sicque non est aptus ad

13 alterandum qualitatem in controversis portionibus, minusque ad inducendum ullum prejudicium d. Archipresbytero, quin possit nominare in successivis vacationibus, Rot. cor. Merlin. *dec. 106. n. 8. et* cor. Coccin. *d. dec. 1316. n. 12. et 13.* Rot. *dec. 304. n. 30. p. 11. et dec. 516. n. 13. p. 18. rec.*

14 Eademque responsione tollitur de medio prætensus ultimus status elicitus ex dicta collatione Apostolica facta in mense reservato, prævio concursu: quia cum ex præmissis appareat clare, & incontinenti de contrario anteriori statu, & de bono jure nominandi favore Archipresbyteri, & quidem per duplicem rem judicatam ex veriori sententia, his concurrentibus non attenditur ultimus status Beneficii, nisi ille sit legitime præscriptus spatio 40. annorum, ad termi-

15 nos *Textus in cap. cum de benef. de præben. in 6.* ut explicat Rota *in dec. 163. n. 3. dec. 188. n. 1. dec. 229. n. 3. p. 1. rec.* Adden. ad Luvovis. *dec. 77. n. 12. vers. prædictis.*

16 Neque collatio, seu provisio Papæ mutat antiquum statum Beneficii, nisi illius notitiam habuerit, & mutare voluerit, Rot. *dec. 482. n. 1. p. 2. rec. dec. 336. n. 14.* cor. Bich.

Tandem non refragatur, quod vacatio controversarum portionum evenerit in mense reservato dictæ Sedi Apostolicæ, quia cessat super hoc omnis quæstio, cum omnes contendentes sint provisi Apostolici, nec repugnat, quod quatenus dd. portiones sint Sedi Apostolicæ reservatæ, nominati ab Archipresbytero valuerint expedire in Dataria novam provisionem per ea, quæ in terminis Bullæ Pianæ decisum fuit per Rot. *in Tirasenen. Vicaria 13. Octobris,*

17 *et 4. Decemb.* 1595. cor. Litta, quæ habentur impresse apud Garz *de Benef. p. 9. cap. 2. n. 309.*

Et per consequens cum ex dictis appareat, non constare de justificatione providendi controversas portiones per concursum, sed de justificatione illas providendi ad nominationem Archipresbyteri cum solo examine, & approbatione Episcopi, merito conclusum fuit, literas præfa-

18 torum Gasparis Betii, & Bernardini Borrini uti justificatas esse exequendas, per vulgat. text. *in cap. Capitulo de concess. prabend.* cum aliis adductis per Rota *dec. 184. n. 1. p. 16. rec.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Novatien. Portionum.

Merc. 26. Julii 1697.

Non indiget argumento, cum sit decisio præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Ultimus status attenditur ad inducendum qualitatem beneficii libera collationis Episcopi.*

2 *At ad constituendam Datariam in quasi possessione conferendi in mensibus reservatis.*

3 *Unio excluditur ex statu collativo Beneficii.*

4 *Ubi cura habitualis Ecclesia penes aliquem resi let, cura actualis debet provideri ab Episcopo ad illius nominationem, prævio examine, non autem concursu.*

5 *Etsi contingeret vacatio in mensibus reservatis, debet accipi nova provisio a Dataria pariter ad nominationem curam habitualem habentis.*

6 *Clausula*, cessantibus aliis reservationibus *in literis apposita tanquam solita, apponi per Datariam non prajudicat.*

7 *Ultimus status non attenditur, quando constat de qualitate vera Beneficii.*

8 *Declaratur* decisio in Novatien. Canonicatus 1. Decemb. 1680. cor. R. P. D. Manuel. Episc. Zamoren.

9 *Juspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reservationibus Apostolicis.*

10 *Assignatio bonor. Capituli destinatorum pro actuali cura reputari debet de mensa Capituli.*

11 *Et per consequens tanquam de mensa Capituli Capellania pro d. cura actuali nequaquam subjacent reservationibus Apostolicis.*

12 *Provisiones Apostolica non immutant statum Beneficii.*

13 *Bulla S. Pii V. demandans electionem Curati actualis ad nominationem Curati habitualis loquens de Vicariis non restringitur ad illas duntaxat unitas, sed generaliter disponit de quibuscunque Vicariis.*

DECISIO XXIX.

Decisionem editam cor. me sub die 4. Julii anni præteriti, in qua resolutum fuit, exequendas esse literas Apostolicas Gasparis Betii, & Bernardi Borrini circa provisionem duarum Capellaniarum, seu portionum ad nominationem Archipresbyteri Ecclesiæ Cathedralis Novatien. duplici sub fundaměto impugnare satagebant defensores Xaverii Barbæ, & Josephi Tonso collitigantium, qui pariter sub diverso obtentu assecuti fuerunt provisiones Apostolicas.

Primo, quod dd. Capellaniæ, seu portiones licet habeant annexum onus exercendi curam animarum; nihilominus sint Beneficia de per se stante, & totaliter independentia ab Archipresbytero; Et sic, præcisa quacunque illius nominatione, cadant sub reservationibus Apostolicis vigore regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, per quam reservantur omnia Beneficia cum cura, vacantia in octo mensibus anni; idque 1
prætendebant probare tam ex confessione dd. Gasparis, & Bernardi propter illam clausulam *Cessantibus tamen aliis reservationibus appositam* in literis ab ipsis expeditis, quam ex nonnullis antecedentibus provisionibus Apostolicis factis, prævio concursu, & nulla intercedente nominatione Archipresbyteri, quæ dicebantur apię nedum in ordine qualificandas controversas Capellanias, seu portiones in ultimo statu liberæ collationis, ad tradita per Garzia *de Benef. p. 1. c. 8. n. 113.* Corrad. *in prax. Benef. l. 1. c. 2. n. 58.* Rot. cor. 2
Cresc. *dec. 12. de prob. et dec. 411. n. 13. p. 18. rec.* sed etiam in ordine ad quasi possessionem Datariæ in mensibus reservatis, per Text. *in c. consultationibus de Jur. patr.* Rot. *dec. 39. n. 4. et 5.* cor. Ninot. *et in Mediol. Præpositura Ven. 4. Julii 1692. §. ult.* cor. me *et in Aprutina Præpositura 28. Jan. 1695. §. Status*, cor. R. meo Decano.

Secundo, quod ex dd. provisionibus Apostolicis aliisque factis a Capitulo d. Cathedralis Ecclesiæ excludebatur unio dd. portionum, cui summopere disconvenit & adversatur status collativus obnoxius, ut dictum est, Apostolicis reservationibus, juxta theoricam Felin. *in c. per tuas n. 6. de major. et obedient.* Turticell. *de uni. c. 4. n. 56. cum aliis adductis per Rot. in Barchinon. Parochialis de Albinyana prima Junii 1699. §. Praterea, et per tot.* coram R. P. D. meo Muto, *et in alia Barchinon. Hebdomadarii Majoris de Palau Tordera die prima Junii ejusdem anni per tot.* cor. R. Decano. Neutrum tamen visum est subsistere, seu applicari in nostra hypothesi, & propterea DD. in decisis persistere decreverunt.

Et quidem non primum; nam ut bene firmatum fuit in 3
decisione quæ revidetur §. *Quod autem*, cum in præsenti casu de Jure cura habitualis resideat penes Archipresbyterum & Capitulum, & ulterius concurrat antiquum Instrumentum de anno 1285. ex quo apparet per Capitulum Novar. fuisse erectas duas Capellanias, seu portiones pro actuali exercitio curę animarum cum certa applicatione fructuum, & redituum facta per eundem Capitulum ad effectum, ut æqualiter dividerentur inter ipsos duos Capellanos exercentes curam animarum pro Archipresbytero, cui nominatio dd. Capellanorum fuit reservata.

Inde sequitur, quod remanet in suo robore propositio firmata in decisione, quæ revidetur, quod eædem Capellaniæ seu portiones uti totaliter dependentes a Capitulo, & Archipresbytero habentibus curam habitualem debeant provideri ad nominationem Archipresbyteri, pro cujus adjuvamine in cura animarum fuerunt erectæ, adeout dd. Capellani habeant

beantur tanquam Vicarii, & Adjutores d. Archipresbyteri, sicque debeant provideri ad ipsius nominationem cum sola approbatione Episcopi absque concursu, juxta formam Bullæ san. mem. S. Pii V. *in 47. ordine*, & de mente Congregationis Sac. Conc. Trid. tradunt Paris. *de resignat. l.8. q.9.n. 93. & seq.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 6. n.* 158. Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. a n. 175. cum seq.* Rota cor. Merlin. *dec.150.n.2. & dec.* 106. cor. Bich. *dec.* 211. *n.* 5. & 6. & cor. Cocc. *dec.* 2316. *a n.* 8. & *dec.* 516. *n.* 1. *p.* 18. *rec. cum aliis notissimis,*
4 & cum solo temperamento, quod, quatenus vacatio contingeret in mensibus reservatis, debeat accipi nova provisio a Dataria pariter ad nominationem Archipresbyteri, prout practicatum fuit in præsenti hypothesi, & firmant decisiones in Tirason. *Vicariæ* 13. *Octob.* & 4. *Decemb.* 1565. cor.
5 Litta, *relata per* Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. n.* 309. & 310. & optime tradunt Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 4. *a n.* 48. *ad* 50. ubi dicit, hanc regulam non obstare, Ventrigl. *in prax. rer. notab. tom.* 1. *annot.* 20. §. 20. *n.* 9. Barb. *de Jur. Eccles. leg.* 3. *cap.* 6. *n.* 45.

Atque hinc elisa remanet prætensa confessio elicita ex d. clausula *Cessantibus aliis reservationibus apposita* in utrisq; literis Apostolicis novę provisionis expeditis a dd. Bernardo Buttino, & Gaspare Berio, quia hujusmodi clausulæ sunt
6 solitæ apponi de stylo Dataria, ut observatum fuit in dd. decisionibus Tirason. apud Garz. *d. p.* 9. *cap.* 6. *n.* 10. *in fine.*

Nec adversatur ultimus status inductus ex dd. collationibus Apostolicis, quia nunquam est attendendus, quando, prout in præsenti, ex suprad. Instrumento anni 1285. & ex duabus sententiis, altera arbitramentali lata per Vicarium General. Novar. de anno 1566. & in altera in Judicio contentioso cor. Metropolitano Mediolanen. de anno 1629. clare constat de anteriori statu controversarum Capellaniarum, seu portionum, quodque istæ provideri debeant ad nominationem Archipresbyteri, & institutionem Capituli cum simplici approbatione Episcopi absque concursu, juncta etiam longæva fere duorum sæculorum observantia,
7 ut late ostensum fuit in decisione, quæ revidetur, & firmat Lot. *de re benef. l.* 1. *q.* 34. *n.* 35. & 38. Rot. *dec.* 163. *n.*3. & *dec.* 374. *n.* 6. *p.* 1. *dec.* 435. *n.* 4. *p.* 2. & *dec.* 516. *n.* 15. *p.*18. *rec.* & *in Lunen. seu Sarzanen. Capellania* 14. *Martii* 1689. §. *His tamen* coram me.
8 Nec visa est obstare decisio *Novar. Canonic.* 1. *Decembr.* 1690. cor. Rev. Zamoren. *juxta particulam datam*, in qua dictum fuit, collationes Canonicatuum factas ad nominationem Capituli non sustineri, non obstante quacunque longæva observantia in contrarium ex ratione, quod d. regula 9. Cancellariæ sit munita clausulis *sublata*, & decreto *irritanti*; nam quidquid sit de Canonicatibus, de quibus uti cadentibus sub d. regula 9. Cancellariæ loquitur citata decisio, est certum, quod illa non applicatur casui nostro, dum versamur in portionibus seu Capellaniis solum destinatis pro exercitio curæ actualis in adjutorium Archipresbyteri, ut supra explicatum est, itaut cessante d. Regula 8. seu 9. Canc. cessant etiam clausulæ derogatoriæ in eadem contentæ tanquam accessoriæ, & sequentes naturam principalis, juxta vulgatum Juris axioma, de quo Rot. *dec.* 454. *n.*8. & *dec.* 562. *n.* 19. *p.* 18. *rec.*
9 Minusque ex eo, quod hisce portionibus assignati fuerint per Capitulum reditus Ecclesiæ S. Martini, censeri debent tanquam juspatronatus Ecclesiasticum, quod cadit sub reservationibus Apostolicis, ad tradita per Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 552. Mandos. *super regul.* 1. *q.*10. *n.* 5. Rot. coram Carill. *dec.* 112. *n.* 22.

Quoniam d. assignatio nil aliud operari potuit, quam ut dd portiones destinatæ pro exercitio actuali Curiæ reputari
10 debeant de mensa Capituli, juxta doctrinam Vital. *in Clem.* 1. *n.* 7. *de offic. Vicar.* Oldrad. *cons.* 67. *n.*1. Valenz. *cons.* 45. *n.* 10. *l.* 1. Rot. cor. Carill. *dec.* 75. *n.* 6. & *dec.* 204. *n.* 1. & 2. *p.* 2. & videtur firmare in *dec.* 192. *n.* 7. *p.* 18. *rec.* & per consequens tanquam Capellaniæ de mensa Capituli nequa-
11 quam subjacent reservationibus Apostolicis, ad tradita per Viv. *de Jur. patr. l.* 1. *n.* 108. Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 6. *n.* 64. Corr. *in prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 20. & 21.

Demum frustraneum visum est secundum fundamentum elicitum ex dd. provisionibus Apostolicis aliisque factis a Capitulo, per quas exaggerebatur inductus status collativus exclusivus cujuscunq; unionis; nam præmisso ex abundanti, quod collationes Apostolicæ non soleant immutare naturam, & verum statum Beneficiorum ex defectu voluntatis Summi Pontificis, quæ semper præsumitur conformis supplicationibus Partium, ad tradita per Ros. *de execut. lit. Apostol. c.*6. *n.*112. Lotter. *de re benef. l.*1. *q.*34. *n.*64. Rot. *dec.* 234. *n.*2. *p.*16. *et dec.*162. *n.*17. *p.*18. *rec. et in Tran. Præceptoria* 2. *Junii* 1990. §. *Quibus attentis*, cor. Rev. Decano, *et in Mediolan. Præpositura* 19. *Junii* 1690. *Nec tot* coram me. Dominis visa est extranea hujusmodi inspectio, quia hic non agitur de inducenda unione, nec de excludendo statu collativo, & quod juxta dispositionem Sac. Conc. Trid. hujusmodi portiones seu Capellaniæ non debeant conferri in titulum perpetuum; sed vis stat, quod cum sint talis naturę, ut scilicet dependeant ab Archipresbyteratu, & sint erectę pro adjuvamine Archipresbyteri in cura animarum, & ut nomine ipsius, & tanquam ejus Vicarii Capellani habentes curam exerceant in Ecclesia Cathedrali Novarien. sequitur exinde, quod illarum provisio fieri debeat ad nominationē Archipresbyteri absque concursu, solumque prævio examine, ex doctrinis supra allegatis, præsertim quia Bulla fan. mem. S. Pii V, loquens de Vicariis non restringitur ad illas duntaxat unitas, sed generaliter disponit de quibuscunque Vicariis, ut optime firmatur in dd. decisionibus *Tirason. Vicariæ* cor. Litta relatis per Garz. *d. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 309. *et* 310.

Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. MUTO.

Barchinon. Parochialis de Albinyana.

Ven. 1. *Julii* 1696.

ARGUMENTUM.

Unio non præsumitur, cum præsumptio stet pro collativo statu, & ideo concludenter est probanda, illa vel præsumitur ineffectuata, vel præsumitur revocata, vel remanet præscripta ubi contra illam adsit longæva observantia, non obstante decreto irritanti apposito in Constitutione Piana de unionibus, quia illud non procedit, quoties vel de unione dubitetur, vel unio facta non docetur pro congrua sustentatione, in comprobationem plurium Discursuum Card. de Luca *sub tit. de Paroch.*

SUMMARIUM.

1 *Unio non præsumitur, & ideo concludenter est probanda, & n.* 4. & 5.
2 *Parochialis de Jurepatronatu Ecclesiastico remanet subjecta concursui, & n.* 3.
6 *Unitum non præsumitur Beneficium ex donatione de ipso facto, quia donare Beneficium non est unire, sed solum importat donationem Juris conferendi.*
7 *Etsi donatæ fuerint decimæ, primitiæ, & oblationes.*
8 *Pertinentia Ecclesiæ non probat illius unionem.*
9 *Actus dubii, & æquivoci unionem non concludunt.*
10 *Observantia collativi status facit præsumere unionis ineffectuationem, quæ semper præsumitur, quoties de contraria non docetur, & n.* 11.
12 *Vel facit concludere unionis revocationem.*
13 *Vel quod fuerit conversa in purum Juspatronatus, remanente statu collativo favore Episcopi.*
14 *Vel concludit unionem fuisse præscriptam.*
15 *Dicta observantia unionis destructive probatur ex collationibus & concursibus.*
16 *Ecclesia unita nunquam vacat, minusque resignari, seu permutari permittitur.*
Et propterea provisiones factæ per obitum seu ex vacatione per resignationem ex causa permutationis, & prævio concursu, non congruunt unioni; sed totaliter eidem adversantur, eamque destruunt.
17 *Concursus destruunt unionem, cum non requirantur in Parochialibus unitis.*
18 *In Parochialibus de Jurepatronatu Ecclesiastico in mensibus reservatis vocatis fit concursus absque præsentatione, & magis dignus præeligitur, & remittitur præelectio ad Sanctissimum cum literis testimonialibus.*
19 *Parochiales unitæ quocunque mense vacent alicui reservationi non subjacent, sed absque concursu providentur ad nominationem ejus, cui sunt unitæ.*
20 *Ex collationibus factis in mensibus reservatis excluditur unionis titulus, & promanat alius Jurispatronatus Ecclesiastici.*
21 *Solum dubium sufficit, ut error excludatur.*
22 *Unioni repugnat, quod alius quam locus, cui prætenditur facta unio, percipi & omnes fructus & proventus.*
23 *Decretum irritans appositum in Constitutione Piana super unionibus edita non intrat, quoties de unione a principio dubitatur.*
24 *Consuetudo tricenaria facit dispositionem seu coæqualem titulum præsumere, ut sub decreto irritanti non comprehendatur.*
25 *Concursus in Parochialibus sunt faciendi, non obstante*

quacunque exceptione, quæ allegatur ob decretum irritans, quod habet Bulla Piana super concursibus faciendis.
26 *Sententiæ latæ super unione, non citato Episcopo, non suffragantur.*
27 *Decisiones licet sint supponendæ, attamen id non procedit, vel quando data est facultas illas impugnandi, vel uti immutata serie facti corruit suppositum.*

DECISIO XXX.

EO sub præsupposito, quod Imperiali Monasterio D.Cucuphatis Congregationis Benedictinæ nonnullæ reperirentur unitæ Parochiales Ecclesiæ, Rota censuit occasione geminæ vacationis Ecclesiæ S.Stephani de Ripollerto unius ex illis sustineri provisiones Apostolicas tanquam de unita factas, rejectis ab Episcopo provisis in concursu, prout ex *dec. editis* 15. *Febr.* 1547. cor. Gislerio, *&* 17. *Febr.* 1690. cor. Rev. D.meo Emerix Decano, in istoque sensu permansit in successivis contingentibus controversiis super vacationibus similium Ecclesiarum S. Stephani de Palau Tordera, & Divi Bartholomæi de Albinyana, de qua modo agitur, respondendo, utranque adjudicandam fore nominatis ab Abbate dicti Monasterii, post habitis ab Episcopo prælectis in concursu, prout ex *dec. quoad priorem Ecclesiam extensa* per Rev. P. D. meum Scottum 5. *Julii* 1694. ejusque subsecuta sententia, & quoad alteram ex resolutione per me promulgata die 28. Junii ejusdem anni. Cumque modo, comparente Episcopo pro defensione libertatis suarum Ecclesiarum, revocentur ad trutinam tam fundamenta relatæ sententiæ Rev.P.D.meo Scotti *in gradu appellationis* coram R. P. D. meo Ursino, quam d. *dec.* coram me *edita*, *DD. post suspensam resolutionem in audientia diei* 22. *Julii superioris anni* adscitis omnium suffragiis, concessaque facultate revidendi prænarratas *dec.* Ghislerii, *&* Rev. D.mei Decani, eandem hodie in reiterata utriusque dubii disputatione dilucidato melius facto, ex quo jus desumere valuerunt, recedendum esse a decisis, dubio per me noviter proposito, responderunt favore Episcopi, & ab ipso provisi.

Decisio namque contraria §. *Nec objici potuit cum seqq.* ac latius scribentes hodie pro Abbate, suoque nominato unice se fundant pro adjudicatione ad ejus favorem controversæ Parochialis in asserta istius unione Monasterio facta, & quidem desumpta ex donationibus Imperatoriis & Regiis harum Ecclesiarum cum decimis, primitiis, & oblationibus suis, & signanter Lotharii Regis Francorum de anno 987. hodierno *Sum. Abbatis n.*1. Regis Jacobi Aragoniæ, & Comitis Barchinoniæ *d. Sum. n.*9. & Caroli V. *eodem Sum. n.* 10. ex subsecutis confirmationibus Apostolicis, & præsertim Urbani II. de quibus *d. Sum. n.*2. *ad* 8. atque ex aliis signis; & argumentis elicitis ex actibus datis in præfato *Sum. n.*13. *&* 17. *cum plurib. seq.* ac insuper ex ipsis unionis observantia, demumque ex allegatis resolutionibus Rotalibus cor. Gislerio, & R. Decano, sed ex noviter animadvertis per informantes pro Episcopo, & ejus proviso, talis unio prorsus excluditur, de ejus observantia non docetur, sed potius de contraria collativi status, ac prænominatæ resolutiones non obstant, ut propterea revocanda sit adjudicatio decreta favore nominati ab Abbate, & concedenda proviso ab Episcopo in concursu. Nam seclusa unione, cum præsumptio stet pro collativo, statu, *Can. sicut* 21. *q.*2. *cap. quia nonnulli Cleric. non resid.* cum aliis per Rot. *in rec. dec.* 310. *n.* 5. *p.*16. ac licet agatur de Parochiali Patronatui Ecclesia-
1 stico subjecta, illius tamen provisio fieri debeat in concursu, Barb. ad Conc. Trid. *sess* 24. *cap.* 18. *n.* 3. de Luca *de Paroc. disc.* 37. *n.* 52. 55. *&* 56. *& in adnot. ad Conc. disc.* 32.
2 *n.*6. Rota *in rec. dec.* 32. *n.* 12. & 453. *n.* 7. *&* 8. *p.* 18. ibidem prælecto eadem debetur signanter cum assistat ultimus status, Rot. cor. Greg. *dec.* 112. *n.* 2 *in rec. dec.* 310. *n.* 11. *p.*16. *& in Aprutina Præpositura de Nereto* 28. *Jan.* 1695.
3 §. *status quidem collativi*, cor. R. P. D. meo Ursino.

Excluditur sane unio, ejusque observantia, & de contraria collativi status docetur. Præmisso equidem, unionem uti exorbitantem a jure non præsumi, Alex. *cons.* 70. *n.*1. *lib.* 3. Dec. *cons.* 232. *n.* 2. *vers. his præmissis* Menoch. *lib.* 6. *præ-*
4 *sumpt.* 80. *n.* 1. Castrop. *oper. mor. p.* 2. *tract.* 13. *disp.* 5. *q.* 9. §. 4. *sub n.* 3. Addend. ad Greg. *dec.* 196. *n.* 3. sed perspicuas, concludentissimasque probationes exigere, cum semper d. præsumptio vigeat pro collativo statu, de Luca *de Parochis disc.* 12. *n.*25. Rot. cor. Bich. *dec.* 525. *pariter n.* 6. cor. Priol. *dec.* 377. *n.* 9. cor. Card. Cerro *dec.* 656. *n.* 5. *in allerien.*
5 *Parochialis* 16. *Junii* 1688 §. *unio siquidem* 7. *Febr.* §. *subsit. &* 16. *Maii* 1689. §. *Talem nanque*, cor. R. Zamoreo.

In hypothesi quidquid sit, an talis unio sub exordio præ-

fatarum donationum, & Apostolicarum confirmationum ex illis atque ex aliis allatis per informantes ex parte Abbatis fuisset in potentia inducta, super cujus determinatione tamen DD. non fuerunt concordes; nam alii existimarunt attenta præcipue concessione decimarum, primitiarum, & oblationum in dictis donationibus, & confirmationibus contenta plene unionem resultare inhærentes auctoritatibus allegatis in decisione contraria §. *neque objici potuit*.

Alii vero censuerunt ex his concludentem probationem unionis requisitam non emergere, tum ex quo documenta desuper allata sint informia, tum etiam ex quo donationes tanquam provenientes a Principibus laicis carentibus potestate uniendi non fuerint efficaces ad inferendam unionem, solumque præbere valuerint juspatronatus, quod super Ecclesiis donatis ipsimet donantes habebant ex Indultis Ponti- 6
ficum, cum donare Beneficium importet solum ex natura donationis jus de illo providendi, *cap. dilectus* 34. *de præb.* Rot. cor. Greg. *dec.* 77. *n.* 6. *&* 11. cor. Buratt. *dec.* 93. *n.* 4. cor. Ubald. *dec.* 179. *n.* 15. & cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 93. *n.*4. & in species has puras, & simplices donationes concessionem juspatronatus continere, testetur Beuter. *in chronica generali totius Hispaniæ impressa Valentiæ anno* 1604. 7
lib. 2. *cap.* 9. *fol.* 39. *cum seqq.* tametsi donatæ fuerint decimæ, primitiæ, & oblationes; nam deficientibus hic aliis signis, & argumentis magis efficacibus, & demonstrativis, nempe enunciativæ antiquæ unionis, & deputationis Vicarii cum assignatione certæ portionis pro congrua, ex his concessionibus unio dici nequeat inducta, Rota cor. Greg. *dec.* 77. *n.* 6. *&* 7. *in rec. dec.* 626. *p.* 1. *dec.* 513. *p.* 2. *& dec.* 88. *n.* 4. *cum seq. p.* 9. Confirmationes vero Pontificias nihil de novo tribuere, maxime cum processerint ad supplicationem Abbatum asserentium, Ecclesias ad Monasterium per- 8
tinere, quæ pertinentia non probet pernecesse unionem, cum Ecclesiæ possint alio titulo, quam unionis Monasterio subesse, Rota coram Ubald. *dec.* 138. *n.* 5. *&* 6. coram Peuting. *dec.* 135. *n.* 6. *et* 7. Demumque non afficere alios actus tanquam dubios, & æquivocos, ad aliud jus, quam unionis referibiles, de Luc. *de Paroch. disc.* 10. *n.* 8. *et* 9. Rota cor. 9
Ubald. *dec.* 138. *n.* 8. *in rec. dec.* 290. *n.* 2. *p.* 2. *et dec.* 320. *num.* 12. *parte.* 16.

Convenerunt nihilominus PP. quod etsi per modum discursus unio ab initio fuisset inducta, cum hodie ex trium fere sæculorum decursu omnes Ecclesiæ, & ea, de qua est quæstio, ut supra Monasterio donatæ, reperiantur in primævo collativo statu, quia hoc tempore fuerunt provisæ de Rectore ab Episcopo, & post Sacrum Concilium Tridentinum, prævio concursu cum sola nominatione, & præsentatione Abbatis, præexistentia unionis prætendi non potest; nam ex hoc tricenaria observantia collativi status, nedum iste confirmatur, sed unionis inobservantia desumitur, & quod eadem, vel remanserit a principio ineffectuata per ea, quæ advertit Rota cor. Greg. *dec.* 506. *in rec. dec.* 360. *utrobique* 10
n. fin. p. 3. *rec.* & *in Allerien. Parochialis* 16. *Junii* 1688. §. *unio in fine*, cor. Rev Zameron. sicut talis ineffectuatio semper præsumitur, quoties de contraria non docetur Mascard. *de probat. conclus.* 411. *n.* 1. *et* 2. Menoch. *de præsumpt.* 80. *n.* 1. Rot. *in rec. dec.* 627. *n.* 3. *p.* 3.

Seu per dictam triplicem centenariam allegari potest unionis revocatio per Pontificem facta, seu alter consimi- 11
lis titulus magis utilis, & proficuus per ea, quæ tradit Rot. *div. dec.* 254. *n.* 10. *p.* 3. *in rec. dec.* 312. *n.* 4. *p.* 1. *dec.* 218. *n.* 5. *p.* 6. *dec.* 374. *n.* 10. *dec.* 647. *n.* 6. *et* 708. *n.* 1. *p.* 18. *ac dec.* 106. *n.* 28. *et dec.* 152. *n.* 2. *cum seq. p.* 19.

Vel quod fuerit conversa in purum juspatronatus sicuti 12
præsentationes demonstrant, remanente statu collativo favore Episcopi, ex Turricell. *de union. cap.* 4. *n.* 37. Rot. cor. Greg. *dec.* 77. *n.* 3. cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 179. *a n.* 3. *ad* 7. cor. Peuting. *dec.* 114. *n.* 1. *cum seq. et in rec. dec.* 92. *n.* 10. *ac dec.* 46. *n.* 6. *p.* 10.

Aut saltem negari non potest, quod per dictam tricenariam collativi status, unio fuerit præscripta juxta famigeratum *cons.* Oldrad. 229. *passim a* Rota *receptum*, *et* cor. Bichio *dec.* 146. *n.* 10. *in rec. dec.* 406. *n.* 5. *p.* 15. *in Gerunden. Parochial.* 23. *Febr.* 1675. §. *nec ad augendam fidem*, cor. R. D. meo Decano *in Allerien. Parochialis* 16. *Junii* 1688. 13
§. *Cæterum* 7. *Februarii* §. *fin. et* 16. *Maii* 1689. §. *verum etsi*, cor. Rev. Zamoren. *et in Gerunden. Parochialis* 9. *Maii* 1692. §. *deficit*, coram eodem.

Quod autem de hac triplici centenaria collativi status unioni contraria constet, revocari nequit in dubium ex eo, quod toto hoc tempore, tam hæc Ecclesia, quam aliæ in præadductis donationibus contentæ fuerunt provisæ de Re-

ctore

ctore ab Episcopo, & prævio concursu post Sac. Conc. Trid.
14 cum sola nominatione, & præsentatione Abbatis cum ea expressione quandoque *tanquam veri, & legitimi Patroni*, prout constat ex Catalogo collationum ad partes dato, ubi ab anno 1406. controversæ Ecclesiæ collationes undecim numerantur, & tres concursus, ac aliæ innumeræ collationes de aliis Ecclesiis, quæ potissimum insimul unitæ valuerunt generalem observantiam unionis destructivam inducere, Rot. *in rec. dec.* 452. *a n.* 5. *&* 671. *&* 750. *a num.* 1. *p.* 18. *& in Gerund. Parochialis* 9. *Maii* 1792. §. *deficit cum seq.* cor. Reverendiss. Zenone.

Quin ad suadendam unionis observantiam, excludendumque collativum statum suffragari visa fuerit responsio, quod præsentationes, seu consensus Abbatum in mox dictis
15 collationibus, seu provisionibus præstiti referatur potius ad titulum unionis originariæ, non autem ad alium jurispatronatus, non attenta expressione præsentationum, cum eæ, ac nominationes sint synonimæ, vel secutæ præsumantur per errorem, quoniam cum dubia sit unio originaria tam ex superius adductis, quam ex quo Domini non fuerint concordes ad eandem, relatio prorsus excluditur; nam esset supponere, quod est in quæstione, nullatenus admittendum.

Præterea huic relationi repugnat etiam qualitas, & modus ipsarum collationum, quæ ut plurimum secutæ fuerunt per obitum ultimi Rectoris, sed ex vacatione per resignatio-
16 nem causa permutationis, & prævio post Concilium concursu; provisiones enim hoc modo secutæ non congruunt unioni, sed totaliter eidem adversantur, eamque destruunt; nam Ecclesia unita nunquam vacat, minusque resignari, seu permutari permittitur, ut adnotant Murg. *de benef.* q. 3. *aub.* 1. *n.* 691. Adden. ad Greg. *decis.* 112. *num.* 5. Rot. coram Ubald. *dicta dec.* 138. *n.* 8. *& 9. in rec. dec.* 219. *num.* 22. *cum seq. dec.* 310. *n.* 10. *p.* 16. *dec.* 150. *n.* 11. *dec.* 452. *n.* 5. *& 6. ac* 405. *n.* 6. *part.* 18. *in d. Allerien. Paroch.* 6. *Maii* 1689. §. *verum etsi, & in Gerunden. Parochialis* 9. *Maii* 1692. §. *certius etiam*, coram Reverend. Zamoren.

Certius quia præsentationes Abbatum factæ leguntur uti a Patrono cum adjuncto quandoque *vero, & indubitato*, ut ad hunc titulum magis veniant referendæ, Rota *in Bonon. Parochialis* 24. *Aprilis* 1651. §. *neque pro concludentibus*, cor. Meltio. Atque in omnibus vacationibus secutis post Sacrum Concilium Tridentinum, provisiones factæ fuerunt, prævio concursu, ab Episcopo, aliquando ad præsentationem Abbatis, uti Patroni, quandoque libere, concursus
17 nanque destruunt unionem, cum non requirantur in Parochialibus unitis, Rot. *in rec. dicta dec* 452. *n.* 5. *& 6. &* 453. *n.* 6. *p.* 18. *in Barchinonen. Parochialis de Palaù* 5. *Decembris* 1650. §. *siquidem, & §. nec ex documentis* cor. bo. mem. Albergato, *& in Gerunden.* Card. *Parochialium* 9. *Junii* 1681. §. *adminiculum vero*, cor. Card. Vicecomite, *& in alia Gerunden. Parochialis* 9. *Maii* 1662. § *Certius*, cor. Rev. Zamoren. Indubitanter cum indicti fuerint sub explicita mentione observantiæ Sacri Concilii, & servatum fuerit quidquid præscribitur in Parochialibus jurispatronatus Ecclesiastici, quia in vacatis mense ordinario præsentavit Abbas unum ex approbatis in concursu; in vacatis autem mensibus reservatis Episcopus absque ulla præsentatione Abbatis
18 magis dignum prælegit, & remisit ad Sanctissimum cum literis testimonialibus, sicuti observatur in jurepatronatu Ecclesiastico, ad tradita per Pignatell. *consult. canon.* 77. *n.* 110. *tom.* 9. Barb. *ad Concil. c. sess.* 24. Garz. *de benef. part.* 9. *c.* 2. *n.* 173. Rot. *in rec. dec.* 576. *n.* 22. *& seqq. p.* 18. Ideoque cum Parochiales unitæ quocunque mense vacent, alicui reservationi non subjacent, sed absque concursu providentur
19 ad nominationem ejus, cui sunt unitæ, Garz. *de benef. p.* 9. *dict. cap.* 2. *n.* 291. *&* 294. Rot. cor. Buratt. *dec.* 214. *n.* 2. ibique Adden. *lit. A. & dec.* 263. *n.* 25. *& seq. p.* 18. *rec.* ex tali discretivo conferendi modo crescit inexistentia unionis, quodque præsentationes in vim ejusdem secutæ non fuerint, sed potius jurispatronatus Ecclesiastici, cui adaptantur, Turricell. *de union. cap.* 4. *num.* 56. Rot. cor. Peuting. *decis.*
20 135. *n.* 2. *& 3. & in rec. decis.* 305. *n.* 17. *p.* 11. Atque ex his penitus removetur, quod eædem præsentationes Abbatum in vim jurispatronatus Ecclesiastici peractæ fuerint per errorem, prout supponit decisio contraria §. *final.* nam talis error removetur, tam ex quo unio usque a principio non fuit clara, & de ea Domini dubitaverint, quam etiam ex quo ut supra ponderatum fuit in subjecta materia cum tot circumstantiarum cumulo perneccesse referendæ sint dicto juripatronatui; & tamen satis fuisset ad effectum excludendi præsuppositum errorem, quod aliqua dubietas adesset, an nec ea relatio fieri debuisset potius unioni, quam Juripatronatui ad hoc, ut cum res non versetur in claris, judicari debeat pro exclusione erroris, Barr. *in leg. secunda n.* 10. *C. de jure fisci lib.* 10. Rot. cor. Greg. *dec.* 220. *n.* 4. coram Royas *dec.* 180. *n.* 1. *& in rec. dec.* 73. *n.* 4. *p.* 17.

Insuper inobservantia unionis, & collativi status præsumptio confirmantur ex eo, quod Abbas seu Monasterium non percipit ex loco de Albinyana nisi aliquas decimas
certorum fructuum, quæ possunt percipi alio titulo, quam 21
unionis; nam aliæ cum omnibus primitiis, & oblationibus percipiuntur a Parochis dictæ Ecclesiæ de Albinyana, sicut etiam observatur in aliis Ecclesiis, ut supra comprehensis in donationibus, prout testantur Officiales, & Consiliarii Universitatum eorundem locorum, *Summario* Episcopi *n.* 1. *cum seqq.* & resultat ex ipsa forma, seu tenore literarum super dictis collationibus, in quibus mandatur Parocho, seu Rectori integre, & plenarie responderi de universis reditibus, introitibus, proventibus, Juribus, & ob-
ventionibus, & eidem committitur regimen, & cura animarum cum scribania in tota Parochia, qui termini aperte 22
disconveniunt unioni, & illiusque inobservantiam convincunt, Rota cor. Gregor. *decis.* 112. *n.* 4. cor. Peutinger. *dec.* 135. *n.* 2. *&* 3. cor. san. mem. Alex. VIII. *decis.* 179. *n.* 3. *& in rec. dec.* 192. *n.* 9. *part.* 18.

Minoris relevantiæ detecta fuit altera exceptio, quod memorata tricenaria observantia fuisset sublata per decretum irritans appositum in Constitutione Piana super unionibus edita, ut innuit decisio contraria §. *final. in fine*; nam recurrit eadem responsio, quod de unione a principio indubitatur; quo enim casu decretum irritans non intrat,
Card. de Luca *de Parochis decis.* 24. *n.* 14. *& de Benefic. disc.* 23
73. *n.* 32. Rota cor. Bich. *dec.* 377. *n.* 7. & cor. Card. Cerro *dec.* 130. *num.* 16. *&* 17. *& in Bonon. Parochialis* 24. *Aprilis* 1651. §. *final.* cor. Meltio, & dum agitur de consuetudine tricenaria, quæ præsumere facit dispensationem, seu coæqualem titulum, ut sub decreto irritanti non comprehendatur, Pignat. *consult. Canon* 18. *n.* 12. *to.* 3. *consult.* 18. *n.* 15. *in fin. to.* 6. Barb. *de Canon. cap.* 33. *n.* 24. *& in Sum. dec. Apostolica collect.* 78. *n.* 5. *& 6.* Rot. cor. Dunoz. senior. *dec.* 198.
n. 3. cor. Cocc. *dec.* 1620. *n.* 2. cor. Merl. *decis.* 109. *n.* 1. *& in* 24
rec. dec. 647. *n.* 12. *p.* 4. *to.* 3. sed potius cum hoc casu præsumatur unio dissoluta, intrat oppositum decretum irritans contentum in altera Bulla Piana super concursibus faciendis, de quo Rota *in rec. dec.* 32. *n.* 18. *& dec.* 192. *n.* 10. *part.* 25
18. Demumque contrariæ decisionis assumptum non procedit; nam prior Constitutio Piana de unionibus eas tantum comprehendit, quæ factæ fuerunt pro congrua sustentatione, seu dotis augmento, de quibus hic nullatenus constat, ut apposite respondit Rota cor. Ubald. *dec.* 138. *n.* 16.

Et hinc existimarunt Domini præsenti controversiæ non adversari dictas geminas *dec.* cor. Ghisletio, & Rever. D.
meo Decano; nam in eis Episcopus hodie comparens non 26
fuit auditus, ut observat Rota post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 174. *num.* 13. *in rec. dec.* 387. *n.* 19. *et* 20. *p.* 19. *et in Romana Salviani* 28. *Januarii* 1692. §. *nec magis afficit*, cor. bo. me. Benincasa, quia Partes colligirantes deinde se concordarunt, & Episcopus remansit in collativo Jure, prout prius conferendi: & quia in eisdem decisionibus supposita fuit præexistentia unionis, de qua inter cetera modo ex tricenaria observantia collativi status penitus removetur, tributaque fuit facultas eas impugnandi; quo enim casu licet consuetudo Tribunalis nostri sit, decisiones alias emanatas
supponendi, ea tamen non procedit, vel quando data est 27
hujusmodi facultas eas impugnandi, vel ubi immutata serie facti corruit suppositum, cum quo emanarunt, Rota cor. Pamphil. *decis.* 90. *n.* 6. *et in Romana pretii Officiorum* 19. *Junii* 1680. §. *cum autem in fin.* cor. bon. mem. Albergato, *et in Augustana Beneficii* 26. *Junii* 1693. §. *licet*, coram bon. mem. Benincasa.

Et ita non semel, sed bis causa reproposita DD. omnibus suffragantibus resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.
Faventina Jurium Parochialium.
Ven. 28. *Julii* 1697.

ARGUMENTUM.

In hac decisione plenissime recensentur adminicula, & probationes, quæ possunt demonstrare, & concludere matricitatem Ecclesiæ ad hoc, ut illius Rector possit Jura Parochialia in Ecclesia filiali exercere.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia sancti Petri in silvis Bagnacaballi ex historiis habetur, quod sit matrix.*

2 *Episcopus in visitatione quidquid gerit, præsumitur rite*

rite, recte, & cum matura animi, ac rei perquisitione, & deliberatione gessisse.

3 *Ex enunciativis factis per Episcopum in visitatione congrua desumitur matricitatis probatio.*

4 *Referens sine relata nihil probat.*

5 *Si tamen concurrat antiquitas, magnum robur adjicitur ipsi referenti.*

6 *Referens sine relato probat, ubi perfecta adsit oratio, & tota recenseatur actus substantia.*

7 *Ex partium antiquis confessionibus magnum pro matricitate fulcimentum resultat.*

8 *Confessio superat omne genus probationis.*

9 *Confessio Rectoris antecessoris, ubi sit adminiculata successores jure proprio venientes prajudicat etiam ad probandam matricitatem.*

10 *Instrumentum antiquum, quod inter alia reperitur, & faciem retinet instrumenti, non potest de ejus fide dubitari, & n.11.*

12 *Probatio negativa, que non excludit possibilem in oppositum, non est attendenda.*

13 *Visitationi Episcoporum ad probandam Ecclesia matricitatem est deferendum.*

14 *Assertiones Visitatoris deputati a Pontifice probant.*

15 *Matricitas concluditur, si populus paschalia sacramenta uti propria Parochia in Ecclesia, que matrix pretenditur, recipiat.*

16 *Item probatur ex relationibus, que per Ordinarios ad sacram Congregationem Concilii transmittuntur.*

17 *Exercitium Jurium Parochialium in aliis Ecclesiis matricitatem Ecclesia exercentis justificat.*

18 *Duos Parochos in eadem Ecclesia adesse, nimis est monstruosum.*

19 *Ministri in Ecclesia filiali non dicuntur Parochi, licet Parochi figuram exerceant, sed subsidiarii ministri subalternantes in exercitio cura Rectori, qui habitu est verus Parochus.*

20 *In jure non repugnat, quod in eadem Ecclesia plures dentur Curati, apud quos cura ipsa insolidum resideat.*

21 *Exigitur tamen quod Jus formale Parochialitatis penes tertium resideat.*

22 *Parochi ubi sunt pluros unius Ecclesia non omnes possunt esso sponsi, sed solum representare unum sponsum & unum Parochum; hinc omnes non possunt esse Rectores actu, habitu tamen denominari valent.*

23 *Dicta societas dari nequit, ubi alter est inferior, & alter superior, & rursus si alter ex ipsis aliam curam retineat.*

24 *Ecclesia, in qua sacramenta administrantur nomine Ecclesia Cathedralis per presbyteros deputatos, dicitur ut succursalis, & auxiliatrix Ecclesia Cathedralis.*

25 *Filialem esse Ecclesiam demonstrat, si Rectores Ecclesia matricis consueverint possessionem apprehendere in Ecclesia filiali.*

26 *Nil magis unioni repugnat, quam status collativus in titulum.*

27 *Nihil magis adversatur matricitati, quam quod Rector Ecclesia matricis non prasentet, aut deputet subalternum Rectorem.*

In Ecclesia filiali Episcopus tenetur deputare Rectorem ad prasentationem Rectoris Ecclesia matricis.

28 *Ubi constat de matricitate, actus contrarii, sed recentes, referendi sunt vel ad majorem cautelam, vel ad errorem.*

29 *Rector in Ecclesia filiali alienis sumptibus constructa prasentari non debet a Rectore Ecclesia matricis, sed a fundatore.*

30 *Et fundator non sit certus, vel noluit sibi expresse, vel tacite reservare Jus prasentandi, hoc spectat ad Ordinarium.*

31 *Hinc non repugnat, quod una Ecclesia sit filialis, & tamen non prasentatur Rector ab Ecclesia matrice.*

32 *De Jure communi in Ecclesia filiali competens honor pro facultate loci matrici Ecclesia est servandus, idcirco ex consuetudine loci potest interpretari, quid sub dicto honore cadat.*

DECISIO XXXI.

APpellantibus a sententia Vicarii Faventini Rectoribus Ecclesiæ S. Michaelis sitæ in Terra Bagnacaballi sub asserto gravamine, quod idem Vicarius perperam definivisset, competere Archipresbytero alterius Ecclesiæ S. Petri in Silvis nuncupatæ, prope mœnia ejusdem Terræ existentis quamplura Jura honorifica, & præeminentialia non minus extra, quam intra præfatam Ecclesiam S. Michaelis in vim unionis, ex titulo matricitatis una cum simultanea curæ animarum administratione, mediante ministerio unius Capellani vicissim, sive per turnum in hebdomadas tripartitum deputari consueti ab eodem Archipresbytero in Ecclesia prædicta, Domini reputarunt, injustam fuisse conquæstionem Rectorum, & idcirco dubio a me proposito respondentes dixerunt, *Constare de bono jure Archipresbyteri tam ad pradictum effectum cura, quam praeminentiarum.*

Prætermisso nanque uti minus necessario examine u-
nionis Ecclesiæ S. Michaelis respectu Ecclesiæ Archipres- 1
byteralis S. Petri, quantumvis eandem unionem Domi-
ni existimarent abunde fuisse comprobatam pro parte
Archipresbyteri; citra dubium amplexi fuerunt titulum
matricatis satis effulgentem, nedum ex antiquissima ori-
gine per historias, & signanter per *Rubeum*; qui fasta
Ravennatensia compilavit, *lib. 5. fol.* 240. sed etiam ex
visitatione duobus ante sæculis, & ultra expleta per
Episcopum Faventinum, videlicet usque de anno 1486.
in qua præcise habetur, *Archipresbyteros Ecclesia S.
Petri in Silvis matricis semper fuisse, et esse Parochos
veros, et principales Bagnacaballi, et Curatos S. Mi-
chaelis esse illius subsidiarios*: Quapropter constito de
hoc antiquitatis primordio, & de hujusmodi declara-
tione in actu proportionabili emissa per Ordinarium,
qui ad normam officii Pastoralis, quo pollet, rite, re-
cteque præsumitur non sine matura animi, ac rei per-
quisitione, & deliberatione, consimiles inire declaratio-
nes, ut sæpius dixit Rot. & præsertim *in dec. 125. n. 4.*
post Vivian. *de Jurepat. et dec. 168. n. 13. p. 10. et dec. 456.* 2
n. 5. et 5. p. 18. rec. cum cæteris *in Urbanien. Archipresby-
teratus 17. Maii proxime præteriti §. Validius*, cor. me,
sufficiens emergere ejusdem matricitatis documentum
habetur in proposito ex *dec. 724. sub n. 3. vers. et demum* 3
*p. 1. rec. et dec. 397. n. 5. et seqq. part. 13. et decis. 284. n. 4.
p. 14. dec. 39. n. 7. et decis. 281. ante n. 20. p. 19.*

Nilque ad enervandam probationis hujusmodi effica-
ciam officere visa est objectio Rectorum, quod de hac
visitatione non constet per codices, & monumenta ip-
sius particularis visitationis, sed tantummodo per sim-
plicem enunciativam editam sub anno subsequenti 1487.
per Curatos, sive Presbyteros Ecclesiæ S. Michaelis, jux-
ta Instrumentum publicum exhibitum in hodierna au-
dientia per Archipresbyterum *Summ. n. 3.* obsistente regu-
la sive adagio, quod referens sine relato non probat,
ad Text. *in l. si ita scripsero, ff. de condit. et demonstr.
et in Authent. si quis in aliquo, ubi Doctores communi-
ter, C. de eden.* Quoniam ultra quod antiquitas ipsa 4
magnum de per se robur adjicere posse videbatur enun-
ciativæ, ex recepta Theorica Aretini *in c. cum causa n.
9. et 10. de probat.* de qua Rota cor. Cavaler. *dec. 699. n. 6.*
& cor. Burait. *dec. 636. n. 4. et dec. 240. n. 6.* cor. Card. Cer- 5
ro, *et in Ampurien. seu Civitanen. Unionis 19. Junii 1682.
§. firmatio itaque in fine*, cor. Rev. D. meo Decano.

Nihilominus tunc sine relato referens non probat,
quando dubitari contingit, vel de tenore, vel de cir-
cumstantiis actus relati: sed quando secundum verba
superius recensita tota emergit substantia ejusdem actus
per orationem undequaque perfectam, & determina-
tam, non est necesse in medium exhiberi relatum, ex
doctrina Bartol. *in extravag. ad reprimend in verb. pro-* 6
ut n. 2. Surd. *cons. 540. n. 7.* de Angel. *de Confess. l. 2. qu. 5.
n. 1.* Rota cor. Merlin. *decis. 651. n. 6. et 7.* & cor. Dunoz.
Jun. *decis. 719. n. 9.* cor. Bichio *dec. 55. n. 15. et in rec. dec.
182. n. 10. part. 9. et dec. 213. n. 7. p. 10.*

Et ita id robustius urgebat hujusmodi enunciativa, quia
legitur apposita, ut præmisimus, in publico antiquissimo
Instrumento successive confecto per Curatos S. Michaelis,
qui præfatæ visitationi, sive declarationi proprii Ordinarii
(ut par erat) inhærentes, verbo Sacerdotis confessi sunt,
Ecclesiam S. Petri extitisse semper Matricem etiam ex ipsa
observantia ab antiquissimo tempore, & de quibus non ad-
erat memoria in contrarium subsecuta. Unde retenta sem-
per illa Religione, quam secum fert ipsa vetustas, magnum
ex prædicta confessione pro matricitate fulcimentum resul-
tare alias in specie respondit Rot. *d. decis. 397. n. 2. et seq. p.* 7
*13. et dec. 284. sub n. 4. vers. cui adstipulatur p. 14. dec. 39. sub
n. 6. vers. quod ipsum, et dec. 281. sub n. 19. p. 15.* & concor-
dat Pignatell. *consult. Canonic. tom. 9. consult. 109. sub n. 2.*

Præci-

Præcipue vero, quando eadem confessio, quæ regulari-
8 ter superat omne genus probationis, per Textum *in l. generaliter*, *C. de non n. pecun.* communiter ex aliis probationibus, & adminiculis, in quibus sane terminis, licet agatur de Rectoribus successoribus in dignitate duntaxat, non autem in obligatione servandi, implendique confessionem defunctorum, veluti jure proprio venientibus, adhuc tamen confessionem plene probare palam est, ex deductis per
9 Adden. ad Buratt. *decis.* 453. *num.* 11. Rota *dec.* 29. *num.* 6. apud Posth. *de manut. & decis.* 15. *num.* 16. *&* 17. *par.* 6. *rec. & dec.* 213. *num.* 41. *&* 42. *part.* 17. & in puncto matricitatis eadem Rota *d. decis.* 397. *num.* 4. *vers. quinimo p.* 13. *rec.*

Sentientes itaq; vim hujus antiquissimæ enunciativæ, & respective confessionis, a qua validiorem impulsum recipiebant ceteræ probationes, & argumenta inferius adnectenda, magnum conatum ponebant scribentes, pro Ecclesia S. Michaelis in negando, quod prædictum Instrumentum fidem aliquam mereri posset, ex quo noscebatur extractum, seu levatum a suo originali, imo & ipsum originale confectum per personas, quas neutiquam apparebat esse suffultas publica qualitate notariatus, prout erant Annibal, & Sigismundus fratres a Cutru, quorum primus originale ipsum exaraverat, & secundus exemplaverat, idque convinci subjungebant ex rimatione utriusque Archivii secularis, & Ecclesiastici, in quibus nullum vestigium, nulla scriptura, quæ fuisset exarata per hos fratres, asservabatur: Verum objectionem hanc non subsistere, seu relevare competum fuit; cum enim præfatum Instrumentum a Sigismundo exemplatum in sui facie omnia teneret requisita publici Instrumen-
10 ti, nimirum diem, mensem, annum, indictionem, locum, & reliquas alias solemnitates ex præscripto Jurium, & sacrorum Canonum requisitas, ut in *c.* 1. *& in c. cum P. Tabellio, de fid. Instr.* fueritque in filiis Instrumentorum repertum, & quod plus est, observatum, Domini non dubitarunt, quominus eidem Instrumento fides amplissima habenda esset, maxime in adeo antiquis, secundum firmata sæ-
11 pius per Rot. & præcipue *in decis.* 21. §. *Ad secundum*, cor. Martin. Andr. & cor. Buratt. *decis.* 611. *n.* 2. & cor. Coccin. *decis.* 2358. *n.* 13. *& seqq. & dec.* 17. *n.* 4. *&* 5. cor. Arguell.

Siquidem illa negativa, videlicet quod præfati duo fratres Annibal, & Sigismundus non forent Notarii, ex quo nullum aliud Instrumentum appareret ab eis confectum utique per plures possibiles, & simul juridicas responsiones valebat elidi, inter quas superabundabat illa, quod forte, vel iidem fratres neglexerint redigere in volumina, seu protocolla eorum Instrumenta, vel ex opposito eorum rogitus in unum, vel plures codices colligando, idcirco ansam præbuerint, quod vel singularia Instrumenta, vel protocolla ipsa fuerint subtracta, combusta, vel alio casu, aut militia per spatium unius, vel alterius sæculi deperdita, quando de natura negativæ est, ut nisi illa coarctetur per exclusionem possibilis in oppositum, in nihilo attendatur, teste Card. de Luca *de Parochis disc.* 2. *num.* 10. Rota cor. Ubald.
12 *decis.* 884. *num.* 5. & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 855. *n.* 9. *& dec.* 29. *n.* 70. *part.* 6. *rec. & dec.* 400. *num.* 15. *&* 18. cor. Bichio.

Firma igitur remanente base visitationis, & confessionis, non defecerunt ulterius manifestiores etiam demonstrationes ab actibus abinde citra ex parte Archipresbyteri deductis, & justificatis. Primo etenim intercedit alia forte efficacior visitatio mandante sa. me. Greg. XIII. de anno 1573. expleta per Episcopum Majoren. qui suam Apostolicam delegationem exercendo expresse pariter declaravit, Ecclesiam S. Petri principalem esse, ac Matricem Terræ Bagnacaballi; Quamobrem & ex hac circa legalitatem incontroversa visitatione, quæ adamussim in sui medulla conjungitur cum altera, de qua supra, sæculi præcedentis, magis corroborat eandem visitationem præcedentem, sed etiam de per se summopere prodesse ad ostendendam ma-
13 tricitatem ultra superius allatos videre est penes Rota *dec.* 90. *num.* 15. *versic. quæ omnia*, *& num.* 16. *part.* 16. *rec.*

Absque eo, quod audiri mereretur impugnatio facta per Rectores ad hanc postremam visitationem sub prætextu, quod verba præfatæ posterioris visitationis processerint de ore, sive ad dictamen Archipresbyteri; Quia quatenus pertinet ad matricitatem, contrarium enituit ex ipsa lectura discretive ad nonnulla alia, quæ Visitator fideliter expresserat, uti asserta per Archipresbyterum, & sane nec etiam præsumi poterat, diversimode se gessisse Visitatorem, quem Pontificia providentia selegerat, ut in specie de Visitatore Apostolico liquet, ex congestis per Rot. cor. Duran. *decis.*
14 23. *num.* 4. 5. *& decis.* 144. *sub num.* 5. *vers. Præterea*, & cor. Card. Cerro *dec.* 240. *n.* 6. *&* 7. *& dec.* 234. *n.* 15. *par.* 16. *rec.*

Secundo. Probationem resultantem ex hisce visitationi- 15
bus concomitabantur Testes allati per eundem Archipresbyterum, qui supra hominum memoriam profitentur, Ecclesiam S. Petri agnitam extitisse semper pro Matrice, adeout ad novissima etiam hodierna tempora consueverint habitatores, & incolæ memoratæ Terræ Bagnacaballi Paschalia Sacramenta recipere veluti in propria Parochia in eadem Ecclesia S. Petri, quam utique probationem esse de urgentioribus ad concludendam matricitatem uno ore affirmarunt relati per Pignat. *consult. canon.* 109. *n.* 4. *et* 9. Panimol. *dec.* 5. *n.* 12. *&* 13. *& ibidem in annot.* 1. *n.* 10. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 578. *n.* 7. *ibique* Adden. *n.* 10 & cor. Peuting. *decis.* 17. *n.* 3. *et* 4. & cor. Bichio *dec.* 96. *n.* 22. *et dec.* 169. *num.* 26. *& in rec. d. dec.* 397. *n.* 8. *cum seq. p.* 13. *& dec.* 7. *n.* 2. *par.* 18.

Tertio. In idem conspirat moderna relatio Vicarii Fa- 16
ventini, quam ante sententiam a successore suo prolatam exhibuerat S. R. E. Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus; in ea nanque relatione non solum adhæret super hoc puncto matricitatis Visitationi mox laudatæ, sed etiam testificatur ad præsens idcirco Archipresbyterum S. Petri detinere ad exercendam curam animarum in ipsa Ecclesia Bagnacaballi Capellanum a se deputatum cum turnaria partitione per hebdomadas; admodum autem attendentes esse consimiles relationes, quæ per Ordinarios ad Sacras Congregationes transmittuntur, respondit Rot. *d.* 17
decis. 234. *num.* 16. *&* 17. *par.* 16. *dec.* 305. *n.* 12. *& dec.* 460. *num.* 9. *&* 10. *part.* 18. *decis.* 685. *num.* 9. cor. Card. Cerro.

Quarto. Magnum fomentum hisce omnibus adjicere visa est Ordinario cla. me. Cardinalis Cennini, quam de anno 1634. veluti tunc munus implens Episcopale, idem Cardinalis edidit ad obtruncandas controversias, non solum eo tempore subortas, sed etiam in futurum occurrendas, dum in ea plura sanciuntur, quæ non possunt congruere, nisi Ecclesiæ Matrici, & Superiori, nimirum, ut Archipresbyter præcedat 18
Rectoribus tam in Ecclesia, quam extra, solemniter benedicat Fonti Baptismatis, & Augustissimum deferat Sacramentum in Processione SS. Corporis Domini; Hæc nanque signa, juncta cum detentione Capellani ad exercendam curam animarum in ipsa Ecclesia Sancti Michaelis, undequaque saper, eac præseferre matricitatem frequenter patet, & præcipue apud Vitalin. *in Clem.* 1. *n.* 13. *de sent. excomm.* Pignat. *d. consult.* 109. *n.* 3. *et seqq. et consult.* 107. *nu.* 2. *et* 5. *tom.* 9. Rota cor. Seraph. *dec.* 105. *per totam*, *et in Romana Præeminent.* 16. *Junii* 1679. *ex §. Ceterum cum pluribus seq. confirmata* 13. *Junii* 1681. cor. bon. memor. Rondinino.

Quinto. Tandem palpare quodammodo faciebat matricitatis prærogativam raritas fortasse casus, cum quo procedebatur in regimine Ecclesiæ S. Michaelis, & respective in 19
administratione curæ, cum ex præmissa relatione Sac. Cong. Concilii exhibita per Ordinarium, & ex unanimi testium depositione constet, quod Ecclesia S. Michaelis nullis certis distinctis limitibus respectu curæ separatur, sed adhæsive ad confinia Ecclesiæ Archipresbyteralis exercet animarum curam per suos Curatos, inter quos numeratur etiam Capellanus deputari assuetus per Archipresbyterum; Cum enim absonum, & monstruosum foret, si vel una sponsa plures viros, vel unum corpus plura capita teneret, ut de primo casu Textus *est in cap.* 1. *de Spons. duor.* & de secundo *in c.* 20
quia plerisque de offic. Ordin. ita ad tollendam hanc monstruositatem necesse est inferre, quod hi omnes in Ecclesia S. Michaelis figuram Parochi exercentes reputandi potius veniat (ut bene declarabatur in prædictis confessionibus, & visitationibus) tanquam subsidiarii Ministri subalternantes in exercitio curæ alteri, qui sit habitu verus Parochus, verus sponsus, & verum caput ejusdem Ecclesiæ tanquam Prælatus, sive Archipresbyter Ecclesiæ Matricis, quemadmodum tradiderunt Grat. *disc.* 865. *n.* 23. *cum seq.* 21
Gonzal. *ad regul. Canc. gl.* 6. *n.* 42. *et seq.* late Lotter. *de benef. lib.* 1. *q.* 20. *ex n.* 110. *cum pluribus seqq.* Murg. *de benef. qu.* 2. *n.* 351. *et seq.* Rota *dec.* 52. *n.* 17. *cum duobus seqq. part.* 2. *divers. et dec.* 377. *n.* 9. *et seqq.* cor. Bich. *et d. dec.* 397. *n.* 8. 9. *et* 10. *p.* 13. *et decis.* 284. *n.* 5. *part.* 14. *et dec.* 39. *n.* 2. *et* 3. *et n.* 12. *part.* 15. *et dec.* 90. *n.* 3. 4. *et* 5. *part.* 16. *et dec.* 516. *n.* 2. *cum seq p.* 18. *et in Novarien. Portionum Parochialium* 4. *Julii* 1696. §. *Præterea*, coram R. P. D. meo Molines.

Non adversante, quod juxta firmata per Doctores in *cap. non ignoro* 15. *de Præbendis*, nempe per Jo. Andr. Hostiens. Innoc. Butr. & alios, quos refert Rot. *dec.* 90. *n.* 10. *p.* 16. *et* 225. *p.* 10. contingant casus, quod Juri non repugnet, dari in eadem Ecclesia plures Curatos, apud quos insolidum cura ipsa resideat: Siquidem quidquid sit, an ad effectum, ut 22
plures exercere valeant curam insolidum, de rigore exigatur,

tur, quod adsit tertius, penes quem radicetur, ac subsistat jus formale Parochialitatis, ex quo tunc certo certius actuales personæ administrantes animarum curam repræsentent figuram simplicium Adjutorum, ut censuit antiquioribus relatis Rota *dict. dec. 90. n. 11. part. 16.* Sive potius sustineri etiam valeat, quod illa uniciras, quæ necessaria est in hoc sponsalitio spirituali inter Ecclesiam, & Rectorem, conservari possit in pluribus, qui se habeant ad modum unius, ut in suo casu existimavit, Rota *dicta dec. 235. n. 3. et 4. p. 19.* hoc tamen congruere posse non videbatur præsenti hypothesi, ex quo inter istos Curatos adscribitur, & actu exercet eandem curam Capellanus ab Archipresbytero deputatus, signum evidens, quod cura habitualis saltem in ea parte, quæ per hujusmodi Capellanum administratur, residet penes Archipresbyterum, ideoque cum inter ipsum Archipresbyterum, & alios Curatos non possit dari perfecta societas collegiativa; tum quia inter inferiorem, & superiorem non cadit ista societas, sed unio tantum corporis moralis, sive intellectualis, sicut est illa societas, quæ datur inter caput, & reliqua membra; tum ex eo, quia alias daretur, quod Archipresbyter S. Petri foret Curatus duarum distinctarum Parochiarum, quod sine dispensatione

23 fieri nequit, ex sancitis in *cap. Multa, de præbend. et in Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17.* Murg. *de Benef. q. 3. n. 442.* Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 13. n. 9.* Rota *decis. 457. n. 6. part. 15.* Cogimur idcirco concludere, præsertim junctis aliis demonstrationibus, ut supra, quod revera unica sit Parochia, sed pro majori commoditate Oppidi, sive Terræ non exiguæ Bagnacaballi adaucti fuerint alii operarii ad curam administrandam, ut est regulare in omnibus Ecclesiis filialibus, & dependentibus a sua Matrice, & quod una sit Parochia, & unus Parochus saltem habitu, optime in simili animadvertit Tondut. *qu. benefic. p. 1. cap. 56. n. 9.* Panimoll. *dec. 5. adnot. 1. n. 47. cum duobus seqq.* Pignatell. *dicta consult. 109. num. 1. tom. 9.* Card. de Luca *de Jurisdict. disc. 30. num. 5.* Rota *dec. 7. n. 7. et 8. n. 10. p. 18.*

Ac demum sexto præmissa omnia validabantur firmiori vi, perpendendo, quod Archipresbyter in actu capiendæ possessionis suæ dignitatis non tantum eandem possessionem

24 apprehendit quoad Ecclesiam S. Petri, verum etiam idipsum facit in Ecclesia S. Michaelis, ut signanter præcavit Archipresbyter Actor in hac Causa; Nisi enim Ecclesia S. Michaelis ad se tanquam unita pertineret, vel esset dependens, ac filialis, utique non posset intromittere se circa possessionem Ecclesiæ non suæ, vel a se non dependentis, sicuti ad hanc circumstantiam reflectendo ponderavit Rota *in Gerunden. Hebdomadaria 5. Maii 1690. §. Tertio valde conferunt*, cor. Rev. D. meo Decano.

Adversus hæc solidissima fundamenta allata per Archipresbyterum, nullum aliud ex parte Rectorum promovebatur, quod peculiari reflexione dignum videretur, nisi quod illæ aliæ geminæ Rectoriæ, quæ per turnariam divisionem, ut diximus, una cum Capellano deputato ab Archipresbytero Sacramenta administrant, veluti Beneficia Curata penitus independentia, ac libera, prævio concursu conferuntur ab Ordinario, quando tamen regulariter nil magis repugnat unioni, quam status collativus in

25 titulum, ad sæpe firmata per Rotam, ut in *Gerunden. Sacristiæ 28. Junii 1694. §. Quinimo, et 22. Martii proxime præteriti §. Quibus præsuppositis*, cor. R. P. D. meo Pio, *et in Gerunden. Parochialis 4. Julii 1696. §. Non obstat*, cor. bon. mem. Emerix, *et in ejus confirmatoria edita sub die 23. Januarii mox elapsi §. Tum etiam quia*, cor. R. P. D. meo Muto, nulque etiam magis adversatur matricitati, quam quod Rector Ecclesiæ Matricis non præsenter, aut deputet subalternum Rectorem, ut constat ex *cap. ad audientiam*, in quo sedes est hujus materiæ, *de Eccles. ædificand.* Alexander enim Tertius ibidem rescribens Archie-

26 piscopo Eboracen. eidem expresse mandavit, ut in Ecclesia noviter ædificata, ac filiali intra circumdatium alterius præexistentis ædificata *Sacerdotem ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris institueret*, ibique *gloss. verb. Præsentationem* rationem reddens subjungit: *Quia talis Sacerdos est eidem Rectori subjectus.*

Sed hujusmodi difficultas cæteroquin valde perurgens minime fuit reputata sufficiens ad prosternendam molem totin unum conspirantium argumentorum, ac demonstrationum matricitatis; Posthabita etiam nanque huic eidem objecto responsione attributa per Rot. *in dicta Novarien.*

27 *Portionum Parochialium 4. Julii 1696. §. Nec obstant duo*, postmodum *confirmata sub die 26. labentis mensis* cor. R. P. D. meo Molines, scilicet, quod hujuscemodi moderniores concursus (prout quoque recentes sunt in casu nostro) potius ad majorem cautelam, vel errorem referendi veniant, quam quod præjudicium valeant inferre Archipresbytero; attamen quia, ex hucusque singulariter observatis, in hac Ecclesia S. Michaelis ipsemet Archipresbyter retinet ex deputatione Capellani figuram proculdubio simultaneam Curati, hinc proinde cum amaritudo restringitur ad duos alios candem curam insimul exercentes, tantum abest, ut hoc indicium possit evellere jus radicatum circa præeminentias, & curam in persona Archipresbyteri, ut potius queat optime conciliari cum eo, quod passim ad mentem Juris, & interpretationem *ejusdem cap. ad audientiam*, notant scribentes, nempe quod in tantum jus præsentandi non spectet ad Rectorem Ecclesiæ majoris, in quantum hæ duæ Capellaniæ, seu Rectoriæ fuerint alienis sumptibus, & ære constructæ, & fundatæ, secundum ea, quæ ad limitationem præfati *cap. ad audientiam* specifice tradit Gonzal. *ad regul. Cancell. gloss. 10. num. 7. & 8.* & conveniunt uno ore Card. Paris. *in cap. cum Venerabilis sub nu. 80. vers. circa illud, de except. inter Repet. Canon. vol. 4. fol. 171.* Garz. *de Benef. p. 5. cap. 9. n. 56.* Barbos. *ad Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 4. n. 13.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 2. cap. 7. n. 1.* Zipa *consult. Canon. lib. 3. titul. de Eccles. ædifican. consult. unic. prope finem vers. & vero*, plene Fagnan. *in dicto cap. ad audientiam n. 30. eodem tit.* 28

Cumque (ut probabile est) piorum eleemosynis, ac populi largitionibus absque determinatione particularis personæ initia fuerit fundatio, nil mirum, quod Ordinarius liberam habeat potestatem conferendi easdem Rectorias citra ullam illationem, quæ sit apta nocere Ecclesiæ Matrici, ejusque Archipresbytero; Nam ubi Fundator non est certius, vel noluit sibi expresse, vel tacite reservare jus præsentandi ad Beneficium sive simplex, sive Curatum, hoc spectat ad Ordinarium, ex plene deductis per Corrad. *in praxi benefic. lib. 4. cap. 7. num. 25.* Card. *de Jurepatr. disc. 55. num. 20.* Rot. *dec. 564. num. 7. ad fin. vers. & hoc eo magis part. 4. divers.* 29

Diximus, quod nullum aliud fundamentum ex parte Rectorum admodum considerabile afferebatur, quia literæ Cardinalis Aldobrandini tunc superintendentis Statui Ecclesiastico permissivæ, ut homines Bagnacaballi repararent Ecclesiam Sancti Michaelis, confovere visæ sunt enunciatam verisimilitudinem, quod ab initio sumptibus aliorum, non autem Archipresbyteri fundatæ extiterint Rectoriæ: Confessio antecessoris Archipresbyteri emissa in quadam transactione de anno 1635. super præeminentiis sibi magis ex benignitate, quam de Jure concessis in eadem Ecclesia S. Michaelis, nullo ex jam firmatis communiter adminiculo, unde valeat præjudicare successori, quinimo destruitur per supra enunciatum decretum Cardinalis Cennini prolatum de anno immediate præcedenti 1634. Ac denique dimissio Rectoriæ quam junctim in Ecclesia S. Michaelis administrabat quidam Anichinus Archipresbyter Sancti Petri, ad summum poterat importare, quod Anichinus detinendo hanc particularem Rectoriam, per necessarium antecedens fateretur, illam esse titulum distinctum ab ejus dignitate, sive cura habituali, quod jam agnovimus non implicare, ex proxime consideratis in §. *Sed hujusmodi.* 30

Subsistente itaque non solum unione, quæ ferme ex eisdem actibus, & documentis emergit, sed præcisius matricitate Ecclesiæ Sancti Petri, responsum consequenter, & illative fuit, constare de bono jure Archipresbyteri non tantum respectu curæ nulla data Territorii separatione penes eum de jure existentis, & de facto exercitæ ex persona Capellani, verum etiam præeminentiarum. Cumque circa species, vel genera earundem præeminentiarum nulla præfulgeat determinata norma per Jura Sacrorum Canonum, excepta superioritate, præcedentia, & in suis casibus Jurisdictione, sicuti ad intellectum Constitutionis Honorii Tertii editæ pro Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso de Urbe *in cap. his quæ, de majorit. et obedient.* luculenter dictum fuit *in allegata Romana Præeminentiarum 16. Junii 1679. et 13. Junii 1681.* coram bon. mem. Rondinino, & ad præscriptum Alexandri III. nihil aliud insinuetur, nisi quod *ut Ecclesiæ finali competens honor pro facultate loci Matrici Ecclesiæ servetur*, potuit idcirco remanere ad favorem Archipresbyteri (interpretante id consuetudine, ac observantia) totum illud, quod jam fuit in decreto Cardinalis Cennini præfinitum, & nuper declaratum per sententiam Vicarii Faventini, contra quam injusta idcirco apud Dominos apparuit reclamatio. Et ita, utraque &c. 31

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
Ad Librum Decimumtertium
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA,
Qui est
DE JURE PATRONATUS,
ET DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS.

ARGUMENTA DECISIONUM
DE JURE PATRONATUS, &c.

DECISIO I. *Romana Pensionis*.

HÆc Decisio emanavit in ipsamet Causa, de qua agit Card. de Luca *disc.* 22. *de Pensionibus*.

DECISIO II. *Romana Pensionis super manutentione*.

Agitur de eadem causa, de qua in præcedenti Decisione.

DECISIO III. *Romana Pensionis super bono Jure*.

Hæc Decisio est præcedentium confirmatoria.

DECISIO IV. *Romana Pensionis super manutentione*.

Argumentum est idem ac præcedentium.

DECISIO V. *Calaritana Pensionis*.

Agitur in hac Decisione de Pensione, & an concordia super hac inita observari debeat per Successorem Titularis concordantis, ad ornatum Causæ *disc.* 36. *de Pensionibus* Card. de Luca.

DECISIO VI. *Calaritana Pensionis*.

Receditur a decisis in præcedenti Decisione.

INDEX DECISIONUM
Super Materia
DE JURE PATRONATUS, &c.

CAlaritana Pensionis, 1. *Decemb.* 1692. Emerix, Dec. V.
Eadem, 25. *Aprilis* 1695. eodem, Dec. VI.
Romana Pensionis, 5. *Julii* 1694. eodem, Dec. I.
Eadem super Manutentione 5. *Julii* 1694. eodem, Dec. II.
Eadem super bono Jure, 9. *Decembris* 1695. Scotto, Dec. III.
Eadem super Manutentione, 9. *Decembris* 1695. eodem, Dec. IV.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Pensionis.

Lunæ 5. *Julii* 1694.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio emanavit in ipsamet Causa, de qua agit Card. de Luca *disc.* 22. *de Pensionibus*.

SUMMARIUM.

1 *PEnsio cassata amplius non debetur.*
2 *Ex commemoratione substantiæ, præsumitur reminiscentia qualitatis.*
3 *Cassatio facta motu proprio, & cum generali clausula* non obstantibus, *sufficit, ut tollatur prima concessio sine speciali mentione seu revocatione illius derogatoriæ.*
4 *Papa nec sibi, nec successoribus suis legem dicere potest, a qua recedere non liceat.*
5 *Derogatio regulæ* de non tollendo *non est necessaria in cassatione tanquam re de sui natura præjudiciali.*
6 *Quod etiam procedit in re directe præjudiciali.*
7 *Non ex una, vel altera dispositionis parte, sed ex omnibus simul sumptis, metiendum est præjudicium.*
8 *Regula* de consensibus *trahi nequit ad cassationem.*
9 *Observantia ad hoc, ut uni tollat, & alteri tribuat adversus Juris dispositionem, debet esse legitime præscripta.*
10 *Unumquodque dissolvitur eo vinculo, quo colligatum est.*
11 *Ineffectuatio cassationis cessat, ex eo quod adjectum fuit in cassatione decretum irritans, quod inficit quemcunque non usum.*
12 *Non potest dubitari de ineffectuatione cassationis, quæ fuit unioni correspectiva.*
13 *Ad reconvalidationem Pensionis non sufficit consensus partium, sed requiritur nova gratia, & authoritas Papæ.*
14 *Cassatio executionem habet ex facto Papæ, nec circa eam potest acceptatio, vel recusatio Titularis.*

DECI-

DECISIO I.

REnuente Collegio Germanico diutius persolvere Collegio Græco Pensionem scut. 1000. auri in auro per san. mem. Gregorium XIII. Græco reservatam super fructibus Abbatiæ S. Crucis Fontis Avellanæ unitæ Germanico, ob comperta documenta illius cassationis, & extinctionis ab eodem Papa emanatæ occasione unionis Greco peractæ Abbatiæ Sanctissimæ Trinitatis Mileti: Commissaque per san. mem. Alexandrum VII. lite desuper inter utrunque Collegium exorta Congregationi particulari quinque Prelatorum decidenda de voto Rotæ; prodiit die 8. Junii 1665. cor. clar. mem. Card. Cerro Decisio inter ejus impressas 816. firmans Pensionem non deberi: Et abinde citra Collegium Græcum filuit per spatium plurium annorum; sed cum paucis ab hinc annis litem resumpserit, & post varias illius distractiones ad alios Judices, nuper a Sanctissimo D. Nostro obtinuerit pro ipsius definitione deputari particularem Congregationem aliorum quinque Prælatorum, eidemque Congregationi postmodum superaddi commissionem procedendi de voto nostri Auditorii, negocio mihi de more delato, proposui dubium: *An sit standum, vel recedendum a decisis* cor. clar. me. Card. Cerro, & DD. responderunt, standum.

Constat siquidem, quod idemmet Papa, qui Pensionam reservavit Collegio Græco super Abbatia S. Crucis unita Germanico, in actu, quo deinceps Græco univit æquivalentis, imo etiam pinguioris reditus Abbatiam Sanctissimæ Trinitatis, motu proprio, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine, Pensionem cassavit, & extinxit, ut ex supplicatione unionis ipsius Abbatiæ per eum signata, & prægnantissimis clausulis munita cum Decreto, quod illa sufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra, contraria regula non obstante, & ex Bulla super ipsa expedita, ac ex geminatis consensibus cassationi, & extinctioni Pensionis, præstitis per Rectorem, Procuratorem, & Magistrum Superiores Administratores Collegii Pensionarii, a tergo scilicet ipsius Bullæ, & seorsim a Bulla per publicum Instrumentum: unde stante cassatione, & extinctione, quæ præsefert reductionem in pristinum statum, ut in similibus terminis notat Angelus *in l. ab empt. num 6. vers. Et sic ff. de pact.* Rot. *decis.* 192. *num.* 1. post Salgad. *in labyrint. cre it. part.* 4. & assimilatur morti Pensionarii, ut per Tondut. *de Pension. cap.* 21. *num.* 35. Pensio amplius non debetur, & potest, ac debet Judex etiam parte non 1 opponente Pensionarium repellere agentem pro ejus exactione, ut in hac ipsa Causa consultus inquit Cardin. de Luca *de Pension. disc.* 22. *n.* 2.

Non obstant tria nullitatum capita contra cassationem, & extinctionem Pensionis adducta. Non quidem primum, quod omissa fuerit in cassatione expressio, quod Pensio fuerit Collegio Græco reservata pro ejus Dote, quia (quidquid sit an satis doceatur de qualitate Dotali Pensionis) difficultas cessat ex eo, quod cassatio processit ab eodem Papa, qui fecit reservationem, & sic optime novit qualitatem Pensionis, quam reservavit, qua stante Papæ notitia, non potest dari de subreptione, vel defectu intentionis, Menoch. *cons.* 20. *num.* 50. Cyriac. *contr.* 160. *num.* 28. Rota *in Romana Dotium* 14. *Junii* 1777. *Prout non subsistit*, coram Reverendissimo Bourlemont. Non attenta replicatione, quod in Papa ob multitudinem negotiorum, præsumi possit oblivio, quia hæc excluditur ex 2 specifica, ac distincta narrativa reservationis per eum habita in cassatione; Ex communicatione enim substantiæ, præsumitur reminiscentia qualitatis. Maxime quia fuit specialis narrata perpetuitas Pensionis, quæ est una ex præcipuis circumstantiis perpensis ad effectum suadendi qualitatem ejus dotalem.

Neque secundum; quod cassatio nullam præseferat specialem derogationem, sive mentionem Decreti in literis reservationis appositi, quod Pensio nullatenus reduci, vel annullari valeat, & quod reducta, vel annullata non censeatur, nisi per literas plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum mentionem facientes ejus reservationis; Tum quia non agitur de simplici cassatione, sed de cassatione mixta, cum unione Abbatiæ majoris reditus, quæ sapit permutationem quandam magis, & quidem Collegio Pensionario utilem, & proficuam, quam reductionem, seu 3 cassationem; Tum etiam, quia cassatio facta fuit motu proprio, & cum generali clausula *non obstantibus*, quæ sufficit ad hoc, ut secunda concessio motu proprio emanata sustineatur, ac tollat primam etiam sine speciali mentione, seu revocatione istius derogatoriæ, ut pluribus relatis firmat Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 36. *numer.* 43. Tum demum, qui dum ex præmissis liquet de scientia Papæ, qui expresse meminit reservationis eamque cassare voluit, nulla requiritur derogatio, quia non potest per 4 quodcunque Decretum Papa, nec sibi, nec successoribus suis legem dicere, a qua recedere non liceat, *ad Textus in cap. innotuit de elect. & in cap. final. de rescript. in* 6. ut distinguendo, & conciliando contrarias authoritates tradit Card. Zabarell. *cons.* 52. *num.* 3. *& num.* 6. *vers. Nisi cum apparet Papam specialiter reminisci*, Gonzalez, *ubi supra num.* 63. *&* 68.

Nec denique tertium, quod non fuerit in actu cassationis derogatum Regulæ de non tollendo Jure quæsito, mi- 5 nusque alteri de præstandis consensibus. Quo enim ad regulam de non tollendo necessaria non est ejus derogatio in cassatione, tanquam re de sui natura præjudiciali, Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 67. *& seq.* Rot. post Marchesan. *de Commiss. part.* 1. §. 1. *fol.* 534. *dec.* 115. *num.* 7. coram Dunoz. Jun. *& in Hispalen. Decimarum de Olivares* 30. *Januarii* 1679. §. *innaplicabiles*, coram Reverendissimo Bourlemont. Non subsistente ponderatione, quod id procedat in re, ex qua præjudicium oritur consecutive, non autem in re, ex qua oritur præjudicium directe, quoniam imo procedit etiam in re directe præjudiciali, quando, prout hic, præjudicium non venit ex narratis, sed 6 ex natura actus, Adden. ad Buratt. *decis.* 576. *n.* 16. Rota *dec.* 607. *n.* 4. *&* 5. *part.* 3. *rec.* ultra quod objectum corruit in radice, quia nec adest præjudicium, sed potius utilitas, & commodum Collegii Pensionarii, qui loco Pensionis unita fuit majoris reditus Abbatia. Non enim ex una, vel altera dispositionis parte, sed ex omnibus simul sumptis, metiendum est præjudicium, ut in terminis læ- 7 sionis dixit Rota *in Mileten. Transactionis* 28. *Februarii* 1684. §. *finali*, coram D. Flores.

Et quoad regulam de consensibus hæc nulla ex parte redditur applicabilis; Primum, quia loquitur de reservationibus, & assignationibus, & ideo trahi nequit ad cassatio- 8 nes; nam regulæ hujusmodi sunt odiosæ, ut de hac ipsa tenuit Rota *dec.* 106. *n.* 10. *part.* 18. *rec.* ac uti tales extensionem non patiuntur de uno casu ad alium, Paris. *cons.* 5. *n.* 94. *lib* 4. *& de resignatione lib.* 12. *qu.* 2. *num.* 8. Gigas *responsf.* 34 *n.* 4. Rota *dec.* 246. *n.* 1. *lib.* 1. *in correct.* cor. Puteo. Deinde quia in supplicatione unionis expressa legitur ejus derogatio. Nec officit, quod immediate legatur post reservationem Pensionis Cardinalis Madrutii, quia cum nullam in litera specialem relationem dicat ad ipsam reservationem, generaliter ad omnia referri debet, quibus regula obstare valet, Gabr. *comm. conclus. lib.* 6. *concl.* 9. *n.* 1. Rot. *dec.* 267. *n.* 16. coram Coccino, & demum quia non deest etiam positivus consensus explicatus, ut diximus per Rectorem, & Procuratorem, & Magistrum Superiores Administratores Collegii Pensionarii a tergo Bullæ unionis, & seorsim a Bulla per publicum Instrumentum.

Neque consensus iste impugnari valet ex eo, quod regimen, & administratio Collegii resideret solum penes Cardinalem ejus Protectorem, quia (præter quod Jus in hac parte assistit Rectori, qui dicitur legitimus Administrator Collegii, seu Beneficii, Abbas *in cap. Deputati n.* 11. ibique Bellamer. *num.* 2. *de Judic.* Berou. *cons.* 116. *num.* 9. *lib* 1. & in terminis Rectoris Collegii Germanici dictum fuit *in Romana seu Portuen. Tenutarum* 5. *Maii* 1687. §. *Neque secunda*, coram me, & viceversa resistit Cardinali Protectori, cujus Jus sonat in defensionem, seu protectionem, non autem in gubernium, & administrationem, non suffragante contraria observantia, quæ ad hoc, ut uni tollat, & alteri tribuat adversus Juris dispositionem, debet 9 esse legitime præscripta, Butr. *in cap. cum dilectus n.* 18. *de consuetudine*, Rota *in Caesaugustana Jurisdictionis* 10. *Decembris* 1691. §. *Tertius*, coram me, animadversum 10 fuit, quod in reservatione nuncupati fuerint dumtaxat Rectores, Administratores, & Scholares, quorum proinde consensus satis fuit in cassatione; nam unumquodque dissolvitur eo vinculo, quo colligatum est, *ad Text. in l. nihil tam naturale ff. de regul. Jur.* Mandos. *ad regul. Cancellaria regul.* 22. *qu.* 13. *n.* 3. *&* 4.

Minus obstant solutiones Pensionis continuatæ per spatium sexaginta annorum, & ultra: Ex quibus deduci contenditur inaffectuatio cassationis, vel Pensionis reconvalidatio, vel præscriptio. Inaffectuatio siquidem cassa- 11 tionis cessat, ex eo, quod adjectum fuit in cassatione Decre-

Decretum irritans, quod inficit quemcunque non usum, vel contrarium usum *cap. si eo tempore de elect. in sexto*, Rota *in Colonien. Jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. nec suffragari*, coram bon. mem. Albergato. Et rursus ex eo, quod effectuata fuit unio Abbatiæ favore Collegii, quod semper illam ab inde citra possedit, ac possidet, & sic dubitari nequit de ineffectuatione cassationis, quæ fuit unioni correspectiva, ad tradita per Rotam *in Bononien. fideicommissi de Antentnis 9. Julii 1673. §. Unde consensus*, coram Reverendissimo Bourlemont. Nec correspectivitas
12 hujusmodi controverti valet, quia de illa evidenter constat ex eo, quod tam cassatio, quam unio celebratæ fuerunt in una, & eadem supplicatione, ut ponderat, Surd. *cons. 55. num.* 10. Gratian. *discept. 924. num.* 1. Rota *in Romana seu Hispalen. pecuniaria 17. Martii § Quod autem*, coram R. P. D. meo Ursino, & ex consensu per Rectorem, Procuratorem, & Magistrum superiores Administratores Collegii Pensionarii, ut supra præstito cassationi a tergo Bullæ unionis, qui clare denotat cassationem fuisse contemplatione unionis secutam.

Cessat quoque Pensionis reconvalidatio; quia per ejus cassationem resolutus fuit illius titulus, nec ad ipsum reconvalidandum sufficit consensus Partium, sed requiritur nova gratia, & authoritas Papæ, ut præter allegatos in *Decisione* bon. mem. Card. Cerri tradit Salgad. *in labyrint.*
13 *credit. part. 2. cap 10. num. 63* Nec replicare juvat, quod ex observantia tam longi temporis præsumatur non acceptata cassatio, quia non probatur in Germanico scientia cassationis, prout requireretur, cum nihil volitum quin præcognitum *l. Non est ferendus ff. de transaction*. Rota *in Camerinen. fideicommissi 24. Januarii 1687. §. nec visum*, coram bonæ memoriæ Benincasa; imo per contrarium verisimilis redditur ignorantia ex lapsu decimi septimi annorum, & intermediis mutationibus Rectorum, & quatenus probaretur, non relevaret, quia cassatio execu-
14 tionem habet ex facto Papæ, nec circa eam potest acceptatio, vel recusatio Titularis, ex notatis per Decian. *cons.* 114. *num. 5. lib. 5.* Rota *decis.* 612. *num.* 52. coram Cavaler. Prout nec subsistit, quod ex eadem observantia detur titulus reconvalidatarius præsumptus etiam in hoc genere rerum, qui non sunt partium commercio, quoniam authoritates ad hunc effectum adductæ loquuntur, vel in terminis derogationum assensuum Apostolicorum, ac dispensationum, in quibus non agitur de præsumenda ex integro substantia tituli, sed solemnitate duntaxat, vel qualitate, quæ facilius præsumitur, quam substantia, Menoch. *cons. 94. num.* 15. Surdus *decis. 222. n.* 71. vel in casu, quo simpliciter agatur de præsumendo titulo, non autem in casu quo (prout hic) agitur de præsumenda reconvalidatione adversus claram, & irrefragabilem cassationem, cui proinde semper stari debet tanquam certæ in concursu simplicis præsumptionis resultantis ex observantia, quæ præsertim ex ignorantia, vel errore, de quo supra, reddi valet æquivoca.

Et denique cessat præscriptio, quia quemadmodum firmatur in *Decisione Cerri* non adest, nec justus titulus,
7 nec bona fides, nec tempus sufficiens ad præscribendum; non inquam justus titulus, quia hic per cassationem redactus fuit ad non titulum; nec bona fides, quia ipsemet Procurator, qui primus Pensionem exegit, fuit qui a tergo Bullæ unionis cassationi consensit; nec tandem tempus sufficiens, quia Abbatia Fontis Avellanæ speciali gaudet
8 Privilegio, quod nequeat adversus ipsam præscribi, nisi spatio centum annorum; nec mala fides Procuratoris confunditur ex inverisimilitudine, quod tam ipse, quam Cardinalis S. Severinæ Collegii Protector, qui illum constituit ad exigendum, conspirare voluerint adversus Germanicum pro exactione Pensionis, quam novissent esse cassatam, quoniam inverisimilitudo potius militat in oppositum, quod dum ipsis cassatio innotuerat, agentes deinceps pro exactione reconvalidationis, nec meminissent; nec Privilegium Abbatiæ per ejus unionem, quia per unionem Ecclesiæ Privilegia illius non extinguuntur, sed transeunt in eam, cui facta est unio, Gloss. *in Canon. & temporis qualitas vers. unire 16. quæst. 1. & in cap. novit. vers. uniendo ne Sede vacante* Garz. *de Benef. part. 12. cap. 2. n. 7.* Sanchez *ad præcepta Decal. lib. 7. cap. 29. num. 146. & cum aliis plene relatis ad Cæsaraugustana Jurisdictionis 8. Februarii 1692. §. Neque ad elidendam*, coram me.

Et ita decisum fuit utraque Parte acriter informante.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana Pensionis super Manutentione.

Lunæ 5. Julii 1694.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem causa, de qua in præcedenti Decisione.

SUMMARIUM.

1 NUllitas *inficit quasi possessionem, & impedit quominus concedatur possessori manutentio.*

2 *Exceptio pro se clara discutienda est in judicio possessorio, nec rejicienda ad petitorium.*

3 *Ex diuturna cassatione in exactione Pensionis, vel quasi possessionem amittit Pensionarius, vel pati debet, quod mitius agatur cum Titulari.*

DECISIO II.

EX deductis in altera Decisione hodie pariter coram me edita super bono Jure confirmatoria alterius editæ die 8. Junii 1665. cor. clar. me. Cardinali Cerro, firmatis, Pensionem non deberi Collegio Græco, tanquam per san. me. Greg. XIII. qui eam ad illius favorem reservaverat motu proprio cassatam, & extinctam, responsum fuit eidem met ipsi, denegandam esse manutentionem, quia licet constet de illius quasi possessione exigendi Pensionem ab an. 1599. usque ad 1662. ex præfatis tamen decisionibus constat de clara ipsius cassatione, & extinctione, & sic de nullitate tituli, quæ inficit quasi possessionem, & impedit quominus 1 concedatur possessori manutentio, Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. n. 683.* Rota *decis. 56. n. 1. part. 8. rec. 404. num. 1.* cor. Ludovis. *decis. 41. n. 14.* cor. Priolo, *& decis. 757. n. 10.* coram Cerro.

Non obstat, quod exceptio cassationis sit turbida, quia nempe cassatio contendatur nulla, vel ineffectuata, aut Pensio reconvalidata, vel præscripta, & ideo illius discussio rejicienda veniat ad petitorium, quia conclusio procederet quotiescunque turbiditas versaretur in ipsa exceptione cassationis; secus autem in casu, quo, prout hic, exceptio cassationis est undique clara, ac nitida; nam cassatio literaliter legitur in supplicatione per Papam signata, & in Bulla 2 super ipsa expedita; & turbiditas versatur in extrinsecis oppositionibus, de quibus supra adversus illam quæsitis, quæ etiam ex firmatis in sæpe dictis decisionibus insubsistentes noscuntur; Nam in his terminis exceptio per se clara discutienda est in hoc Judicio: nec per extrinsecas oppositiones in replicatione contentas, quæ forsan exigant altiorem indaginem rejicienda ad petitorium, ut declarat Posth. *de manut. observ. 42. n. 143.* Rota *dec. 757. n. 11.* cor. Cerro.

Eoque certius in casu nostro, quo Collegium Pensionarium ab anno 1661. usque in præsens cessavit in exactione Pensionis; Ex hac enim tam diuturna cessatione, vel quasi possessionem, quam habuit, amisit, Grat. *discept. 365. n.* 3 42. Posth. *de manut. observ. 59. n. 10.* Rota *dec. 589. n. 6.* coram Bich. *& dec. 45. n. 12. part. 10. rec.* vel certe pati debet, quod benignius agatur in hoc Judicio cum Titulari, qui per annorum decursum obstrictus non fuit ad solutionem, ut advertit Rota *dec. 249. n. 5.* cor. Cavaler. adeout eo magis admitti debeat exceptio cassationis per se clara, nec ettandum de frivolis replicationibus, quibus illam offuscare satagit Pensionarius; non refragante instantia, quæ usque ab initio denegatæ per Germanicum solutionis Pensionis ex Parte Græco peracta dicitur pro manutentione, quia (quidquid sit de illius existentia, & validitate, quarum utraque in controversiam revocatur ex parte Germanici) hoc certum est, quod non fuit prosecuta per spatium 30. annorum, & ultra, quod efficit, quod instantia dicatur perempta, *l. sicut, & l. omnes C. de præscrip. 30. vel 40. annorum*, Rot. *dec. 379. n. 2. p. 17. rec.* vel, ut diximus, quod non sit adeo stricte, & rigorose procedendum in manutentione Pensionarii.

Et ita decisum fuit utraque Parte informante.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pensionis super Bono Jure.

Veneris 9. Decembris 1695.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio est præcedentium confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 A*Ctu facto motu proprio, & de plenitudine potestatis Papæ, nihil fortius, & potentius allegari valet.*

2 *Cum*

bitualem, & plenariam residere penes alius principalem Curatum, seu Parochum, cujus Coadjutores dicuntur Beneficiati exercentes dictam curam actualem, Card. *in Clem. unic. n. 14. de privil.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 6. n. 68.* cum aliis congestis per Gratian. *discept. forens. c. 865. n. 26.* & in puncto Rot. *dec. 516. a n. 2. usque ad 6. p. 19. rec.*

11 Prædictaque omnia comprobant binæ sententię emanatę favore Archipresbyteri, & Capituli; altera de anno 1598. cor. Vicario Generali Novatiensi; altera de anno 1629. cor. Metropolitano Mediolanensi, in quibus occasione similis cōtroversię habitę cum Episcopis providendi has portiones per concursum, optime firmatur jus nominandi pertinere ad Archipresbyterum cum solo examine, & approbatione Episcopi, quæ sententiæ cum fuerint latæ cum legitimo contradictore faciunt jus quoad omnes, ex vulg. *text. l. in ingenuum ff. de stat. hom.* Rota coe. Zarat. *dec. 15. n. 43.* alibique
12 passim, & tanquam antiquæ probant etiam sine actis, Rot. cor. Cerr. *dec. 835. n. 6.* præsertim stante illarum executione in vacationibus postea subsecutis, scientibus & patientibus Episcopis, Rota cor. Mantic. *dec. 304. sub n. 1. et dec. 376.* cor. Buratt. *et dec. 104. n. 4. p. 19. rec.* Nec obstant duo concursus in contrarium allegatis; alter de anno 1574. ab Episcopo post publicationem Sac. Concilii, & alter in ultimo statu ex provisione facta per S. Sede Apostolicam, quia quoad primum cum ex præmissis constat de jure nominandi favore Archipresbyteri, vel censutur adhibitus ad majorem cautelam, vel indictus per errorem, sicque non est aptus ad
13 alterandum qualitatem in controversis portionibus, minusque ad inducendum ullum prejudicium d. Archipresbytero, quin possit nominare in successivis vacationibus, Rot. cor. Merlin. *dec. 106. n. 8. et* cor. Coccin. *d. dec. 1316. n. 12. et 23.* Rot. *dec. 304. n. 30. p. 11. et dec. 516. n. 13. p. 18. rec.*

14 Eademque responsione tollitur de medio prætensus ultimus status elicitus ex dicta collatione Apostolica facta in mense reservato, prævio concursu: quia cum ex præmissis appareat clare, & incontinenti de contrario anteriori statu, & de bono jure nominandi favore Archipresbyteri, & quidem per duplicem rem judicatam ex veriori sententia, his concurrentibus non attenditur ultimus status Beneficii, nisi ille sit legitime præscriptus spatio 40. annorum, ad termi-
15 nos *Textus in cap. cum de benef. de preben. in 6.* ut explicat Rota *in dec. 163. n. 3. dec. 188. n. 1. dec. 229. n. 3. p. 1. rec.* Adden. ad Luvovis. *dec. 77. n. 12. vers. prædictis.*

Neque collatio, seu provisio Papæ mutat antiquum sta-
16 tum Beneficii, nisi illius notitiam habuerit, & mutare voluerit, Rot. *dec. 482. n. 1. p. 2. rec. dec. 336. n. 14.* cor. Bich.

Tandem non refragatur, quod vacatio controversarum portionum evenerit in mense reservato dictæ Sedi Apostolicæ, quia cessat super hoc omnis quæstio, cum omnes contendentes sint provisi Apostolici, nec repugnat, quod quatenus dd. portiones sint Sedi Apostolicæ reservatæ, nominati ab Archipresbytero valuerint expedire in Dataria novam provisionem per ea, quæ in terminis Bullæ Pianæ decisum fuit per Rot. *in Tirasonen. Vicaria 13. Octobris,*
17 *et 4. Decemb.* 1595. cor. Litta, quæ habentur impresse apud Garz. *de Benef. p. 9. cap. 2. n. 309.*

Et per consequens cum ex dictis appareat, non constare de justificatione providendi controversas portiones per concursum, sed de justificatione illas providendi ad nominationem Archipresbyteri cum solo examine, & approbatione Episcopi, merito conclusum fuit, literas præfa-
18 torum Gasparis Betii, & Bernardini Bortini uti justificatas esse exequendas, per vulgat. text. *in cap. Capitulo de concess. prebend.* cum aliis adductis per Rota *dec. 184. n. 1. p. 16. rec.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Novarien. Portionum.

Merc. 26. Julii 1697.

Non indiget argumento; cum sit decisio præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Ultimus status attenditur ad inducendum qualitatem beneficii liberæ collationis Episcopi.*

2 *At ad constituendam Datariam in quasi possessione conferendi in mensibus reservatis.*

3 *Unio excluditur ex statu collativo Beneficii.*

4 *Ubi cura habitualis Ecclesiæ penes aliquem residet, cura actualis debet provideri ab Episcopo ad illius nominationem, prævio examine, non autem concursu.*

5 *Etsi contingeret vacatio in mensibus reservatis, debet accipi nova provisio a Dataria pariter ad nominationem curam habitualem habentis.*

6 *Clausula,* cessantibus aliis reservationibus *in literis apposita tanquam solita, apponi per Datariam non prejudicat.*

7 *Ultimus status non attenditur, quando constat de qualitate vera Beneficii.*

8 *Declaratur* decisio in Novarien. Canonicatus 1. Decemb. 1680. cor. R. P. D. Manuel. Episc. Zamoren.

9 *Juspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reservationibus Apostolicis.*

10 *Assignatio bonor. Capituli destinatorum pro actuali cura reputari debet de mensa Capituli.*

11 *Et per consequens tanquam de mensa Capituli Capellaniæ pro d. cura actuali nequaquam subjacent reservationibus Apostolicis.*

12 *Provisiones Apostolicæ non immutant statum Beneficii.*

13 *Bulla S. Pii V. demandans electionem Curati actualis ad nominationem Curati habitualis loquens de Vicariis non restringitur ad illas duntaxat unitas, sed generaliter disponit de quibuscunque Vicariis.*

DECISIO XXIX.

Decisionem editam cor. me sub die 4. Julii anni præteriti, in qua resolutum fuit, exequendas esse literas Apostolicas Gasparis Betii, & Bernardi Bortini circa provisionem duarum Capellaniarum, seu portionum ad nominationem Archipresbyteri Ecclesiæ Cathedralis Novarien. duplici sub fundamēto impugnare satagebant defensores Xaverii Barbæ, & Josephi Tonso collitigantium, qui pariter sub diverso obtentu assecuti fuerunt provisiones Apostolicas.

Primo, quod dd. Capellaniæ, seu portiones licet habeant annexum onus exercendi curam animarum; nihilominus sint Beneficia de per se stante, & totaliter independentia ab Archipresbytero; Et sic, præcisa quacunque illius nominatione, cadant sub reservationibus Apostolicis vigore regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, per quam reservantur omnia Beneficia cum cura, vacantia in octo mensibus anni; idque 1
prætendebant probare tam ex confessione dd. Gasparis, & Bernardi propter illam clausulam *Cessantibus tamen aliis reservationibus appositam* in literis ab ipsis expeditis, quam ex nonnullis antecedentibus provisionibus Apostolicis factis, prævio concursu, & nulla intercedente nominatione Archipresbyteri, quæ dicebantur aptę nedum in ordine qualificandas controversas Capellanias, seu portiones in ultimo statu liberæ collationis, ad tradita per Garzia *de Benef. p. 1. c. 8. n. 113.* Corrad. *in prax. Benef. l. 1. c. 2. n. 58.* Rot. cor. 2
Cresc. *dec. 12. de prob. et dec. 411. n. 13. p. 18. rec.* sed etiam in ordine ad quasi possessionem Datariæ in mensibus reservatis, per Text. *in c. consultationibus de Jur. patr.* Rot. *dec. 39. n. 4. et 5.* cor. Ninot. *et in Mediol. Præpositura Ven. 4. Julii 1692. §. ult.* cor. me *et in Apruntina Præpositura 28. Jan. 1695. §. Status,* cor. R. meo Decano.

Secundo, quod ex dd. provisionibus Apostolicis aliisque factis a Capitulo d. Cathedralis Ecclesiæ excludebatur unio dd. portionum, cui summopere disconvenit & adversatur status collativus obnoxius, ut dictum est, Apostolicis reservationibus, juxta theoricam Felin. *in c. per tuas n. 6. de major. et obedient.* Turricell. *de uni. c. 4. n. 56. cum aliis adductis per* Rot. *in Barchinon. Parochialis de Albinyana prima Junii 1699. §. Præterea, et per tot.* coram R. P. D. meo Muto, *et in alia Barchinon. Hebdomadarię Majoris de Palau Tordera die prima Junii ejusdem anni per tot.* cor. R. Decano. Neutrum tamen visum est subsistere, seu applicari in nostra hypothesi, & propterea DD. in decisis persistere decreverunt.

Et quidem non primum; nam ut bene firmatum fuit in 3
decisione quæ revidetur §. *Quod autem*, cum in præsenti casu de Jure cura habitualis resideat penes Archipresbyterum & Capitulum, & ulterius concurrat antiquum Instrumentum de anno 1285. ex quo apparet per Capitulum Novar. fuisse erectas duas Capellanias, seu portiones pro actuali exercitio curę animarum cum certa applicatione fructuum, & redituum facta per eundem Capitulum ad effectuum, ut æqualiter dividerentur inter ipsos duos Capellanos exercentes curam animarum pro Archipresbytero, cui nominatio dd. Capellanorum fuit reservata.

Inde sequitur, quod remanet in suo robore propositio firmata in decisione, quæ revidetur, quod eædem Capellaniæ seu portiones uti totaliter dependentes a Capitulo, & Archipresbytero habentibus curam habitualem debeant provideri ad nominationem Archipresbyteri, pro cujus adjuvamine in cura animarum fuerunt erectæ, adeout dd. Capellani ha-

beant

beantur tanquam Vicarii, & Adjutores d. Archipresbyteri,
sicque debeant provideri ad ipsius nominationem cum sola
approbatione Episcopi absque concursu, juxta formam Bul-
læ san. mem. S. Pii V. *la 47. ordine*, & de mente Congrega-
tionis Sac. Conc. Trid. tradunt Paris. *de resignat. l.8. q.9.n.
93. & seq.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 6. n.* 158. Garz. *de benef.
p. 9. cap. 2. a n. 175. cum seq.* Rota cor. Merlin. *dec.150.n.2.
& dec,* 106. cor. Bich. *dec.* 211. *n.* 5. *& 6.* & cor. Cocc. *dec.*
2316. *a n. 8. & dec. 516. n. 1. p. 18. rec. cum aliis notissimis*,
4 & cum solo temperamento, quod, quatenus vacatio con-
tingeret in mensibus reservatis, debeat accipi nova provisio
a Dataria pariter ad nominationem Archipresbyteri, prout
practicatum fuit in præsenti hypothesi, & firmant decisio-
nes in Tirason. *Vicariæ* 13. *Octob. & 4. Decemb.* 1565. cor.
5 Litta, *relata per* Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. n.* 309. *&* 310.
& optime tradunt Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. §. 4. a n.48. ad*
50. ubi dicit, hanc regulam non obstare, Ventrigl. *in prax.
rer. notab. tom. 1. annot. 20. §. 20. n. 9.* Barb. *de Jur. Eccles.
leg. 3. cap. 6. n. 45.*

Atque hinc elisa remanet prætensa confessio elicita ex d.
clausula *Cessantibus aliis reservationibus apposita* in utrisq;
literis Apostolicis novæ provisionis expeditis a dd. Bernardo
Burrino, & Gaspare Betio, quia hujusmodi clausulæ sunt
6 solitæ apponi de stylo Datariæ, ut observatum fuit in dd. de-
cisionibus Tirason. apud Garz. *d. p. 9. cap. 6. n.* 10. *in fine*.

Nec adversatur ultimus status inductus ex dd. collationi-
bus Apostolicis, quia nunquam est attendendus, quando,
prout in præsenti, ex suprad. Instrumento anni 1285. & ex
duabus sententiis, altera arbitramentali lata per Vicarium
General. Novar. de anno 1566. & in altera in Judicio con-
tentioso cor. Metropolitano Mediolanen. de anno 1629.
clare constat de anteriori statu controversarum Capellania-
rum, seu portionum, quodque istæ provideri debeant ad
nominationem Archipresbyteri, & institutionem Capitu-
li cum simplici approbatione Episcopi absque concursu,
juncta etiam longæva fere duorum sæculorum observantia,
ut late ostensum fuit in decisione, quæ revidetur, & firmat
7 Lot. *de re benef. l. 1. q. 34. n. 35. & 38.* Rot. *dec. 163. n.3. &
dec. 374. n. 6. p. 1. dec. 435. n. 4. p. 2. & dec. 516. n.15. p.18.
rec. & in Lunen. seu Sarzanen. Capellania 14. Martii* 1689.
§. His tamen coram me.

8 Nec visa est obstare decisio *Novar. Canonic. 1. Decembr.*
1690. cor. Rev. Zamoren. *juxta particulam datam*, in qua
dictum fuit, collationes Canonicatuum factas ad nomina-
tionem Capituli non sustineri, non obstante quacunque lon-
gæva observantia in contrarium ex ratione, quod d. regula
9. Cancellariæ sit munita clausulis *sublata*, & decreto *irri-
tanti*; nam quidquid sit de Canonicatibus, de quibus uti
cadentibus sub d. regula 9. Cancellariæ loquitur citata deci-
sio, est certum, quod illa non applicatur casui nostro, dum
versamur in portionibus seu Capellaniis solum destinatis
pro exercitio curæ actualis in adjutorium Archipresbyteri,
ut supra explicatum est, itaut cessante d. Regula 8. seu 9.
Canc. cessant etiam clausulæ derogatoriæ in eadem conten-
tæ tanquam accessoriæ, & sequentes naturam principalis,
juxta vulgatum Juris axioma, de quo Rot. *dec.454. n.8. &
dec. 562. n. 19. p. 18. rec.*

9 Minusque ex eo, quod hisce portionibus assignati fue-
rint per Capitulum reditus Ecclesiæ S. Martini, censeri de-
bent tanquam juspatronatus Ecclesiasticum, quod cadit sub
reservationibus Apostolicis, ad tradita per Garz. *de Benef.
p. 5. cap. 1. n.* 552. Mandos. *super regul. 1. q. 10. n. 5.* Rot.
coram Catill. *dec. 112. n.* 22.

Quoniam d. assignatio nil aliud operari potuit, quam ut
dd portiones destinatæ pro exercitio actuali Curiæ reputari
10 debeant de mensa Capituli, juxta doctrinam Vital. *in Clem.
1. n. 7. de offic. Vicar.* Oldrad. *cons.67. n.1.* Valenz. *cons. 45.
n. 10. l. 1.* Rot. cor. Carill. *dec. 75. n. 6. & dec. 204. n. 1. &
2. p. 2.* & videtur firmare in *dec. 192. n. 7. p. 18. rec.* & per
consequens tanquam Capellaniæ de mensa Capituli nequa-
11 quam subjacent reservationibus Apostolicis, ad tradita per
Viv. *de Jur. patr. l. 1. n.* 108. Gonz. *ad reg. 8. glos. 5. §. 6. n.*
64. Corr. *in prax. Benef. lib. 3. cap. 5. n. 20. & 21.*

Demum frustraneum visum est secundum fundamentum
elicitum ex dd. provisionibus Apostolicis aliisque factis a
Capitulo, per quas exaggerebatur inductus status collati-
vus exclusivus cujuscunq; unionis; nam præmisso ex abun-
danti, quod collationes Apostolicæ non soleant immutare
naturam, & verum statum Beneficiorum ex defectu volun-
tatis Summi Pontificis, quæ semper præsumitur conformis
supplicationibus Partium, ad tradita per Ros. *de execut. lit.
Apostol. c. 6. n.* 112. Lotter. *de re benef. l. 1. q. 34. n. 64.* Rot. *dec.*

*234. n.2. p.16. et dec.182. n.17. p.18. rec. et in Tran. Prace-
ptoria 2. Junii* 1990. *§. Quibus attentis*, cor. Rev. Decano, *et in Mediolan. Præpositura* 19. *Junii* 1690. *Nec tot* coram me. Dominis visa est extranea hujusmodi inspectio, quia hic non agitur de inducenda unione, nec de excludendo statu collativo, & quod juxta dispositionem Sac. Conc. Trid. hujusmodi portiones seu Capellaniæ non debeant conferri in titulum perpetuum; sed vis stat, quod cum sint talis naturæ, ut scilicet dependeant ab Archipresbyteratu, & sint erectæ pro adjuvamine Archipresbyteri in cura animarum, & ut nomine ipsius, & tanquam ejus Vicarii Capellani habentes curam exerceant in Ecclesia Cathedrali Novarien. sequitur exinde, quod illarum provisio fieri debeat ad nominationē Archipresbyteri absque concursu, solumque prævio examine, ex doctrinis supra allegatis, præsertim quia Bulla san. mem. S. Pii V. loquens de Vicariis non restringitur ad illas duntaxat unitas, sed generaliter disponit de quibuscunque Vicariis, ut optime firmatur in dd. decisionibus *Tirason. Vicariæ* cor. Litta relatis per Garz. *d. p. 9. cap. 2. n. 309. et* 310.

Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. M U T O.

Barchinon. Parochialis de Albinyana.

Ven. 1. Julii 1696.

A R G U M E N T U M.

Unio non præsumitur, cum præsumptio stet pro collativo statu, & ideo concludenter est probanda, illa vel præsumitur ineffectuata, vel præsumitur revocata, vel remanet præscripta ubi contra illam adsit longæva observantia, non obstante decreto irritanti apposito in Constitutione Piana de unionibus, quia illud non procedit, quoties vel de unione dubitetur, vel unio facta non docetur pro congrua sustentatione, in comprobationem plurium Discursuum Card. de Luca *sub tit. de Paroch.*

S U M M A R I U M.

1 *Unio non præsumitur, & ideo concludenter est probanda, & n. 4. & 5.*
2 *Parochialis de Jurepatronatu Ecclesiastico remanet subjecta concursui, & n. 3.*
6 *Unitum non præsumitur Beneficium ex donatione de ipso facto, quia donare Beneficium non est unire, sed solum importat donationem Juris conferendi.*
7 *Etsi donatæ fuerint decimæ, primitiæ, & oblationes.*
8 *Pertinentia Ecclesiæ non probat illius unionem.*
9 *Actus dubii, & æquivoci unionem non concludunt.*
10 *Observantia collativi status facit præsumere unionis ineffectuationem, quæ semper præsumitur, quoties de contraria non docetur, & n. 11.*
12 *Vel facit concludere unionis revocationem.*
13 *Vel quod fuerit conversa in purum Juspatronatus, remanente statu collativo favore Episcopi.*
14 *Vel concludit unionem fuisse præscriptam.*
15 *Dicta observantia unionis destructive probatur ex collationibus & concursibus.*
16 *Ecclesia unita nunquam vacat, minusque resignari, seu permutari permittitur.*
Et propterea provisiones factæ per obitum seu ex vacatione per resignationem ex causa permutationis, & prævio concursu, non congruunt unioni; sed totaliter eidem adversantur, eumque destruunt.
17 *Concursus destruunt unionem, cum non requirantur in Parochialibus unitis.*
18 *In Parochialibus de Jurepatronatu Ecclesiastico in mensibus reservatis vacatis fit concursus absque præsentatione, & magis dignus præeligitur, & remittitur præelectio ad Sanctissimum cum literis testimonialibus.*
19 *Parochiales unitæ quocunque mense vacent alicui reservationi non subjacent, sed absque concursu providentur ad nominationem ejus, cui sunt unitæ.*
20 *Ex collationibus factis in mensibus reservatis excluditur unionis titulus, & promanat alius Jurispatronatus Ecclesiastici.*
21 *Solum dubium sufficit, ut error excludatur.*
22 *Unioni repugnat, quod alius quam locus, cui prætenditur facta unio, percipi & omnes fructus & proventus.*
23 *Decretum irritans appositum in Constitutione Piana super unionibus edita non intrat, quoties de unione a principio dubitatur.*
24 *Consuetudo tricenaria facit dispositionem seu coæqualem titulum præsumere, ut sub decreto irritanti non comprehendatur.*
25 *Concursus in Parochialibus sunt faciendi, non obstante*

quacunque exceptione, quæ allegetur ob decretum irritans, quod habet Bulla Piana super concursibus faciendis.

26 *Sententiæ latæ super unione, non citato Episcopo, non suffragantur.*

27 *Decisiones licet sint supponendæ, attamen id non procedit, vel quando data est facultas illas impugnandi, vel uti immutata serie facti corruit suppositum.*

DECISIO XXX.

EO sub præsupposito, quod Imperiali Monasterio D. Cucuphatis Congregationis Benedictinę nonnullę reperirentur unitæ Parochiales Ecclesiæ, Rota censuit occasione geminæ vacationis Ecclesiæ S. Stephani de Ripolletto unius ex illis sustineri provisiones Apostolicas tanquam de unita factas, rejectis ab Episcopo provisis in concursu, prout ex *dec. editis* 15. *Febr.* 1547. cor. Gislerio, & 17. *Febr.* 1690. cor. Rev. D. meo Emerix Decano, in istoque sensu permansit in successivis contingentibus controversiis super vacationibus similium Ecclesiarum S. Stephani de Palau Tordera, & Divi Bartholomæi de Albinyana, de qua modo agitur, respondendo, utranque adjudicandam fore nominatis ab Abbate dicti Monasterii, posthabitis ab Episcopo prælectis in concursu, prout ex *dec. quoad priorem Ecclesiam extensa* per Rev. P. D. meum Scottum 5. *Julii* 1694. ejusque subsecuta sententia, & quoad alteram ex resolutione per me promulgata die 28. Junii ejusdem anni. Cumque modo, comparente Episcopo pro defensione libertatis suarum Ecclesiarum, revocentur ad trutinam tam fundamenta relatæ sententiæ Rev. P. D. meo Scotti *in gradu appellationis* coram R. P. D. meo Ursino, quam d. *dec.* coram me *edita*, *DD. post suspensam resolutionem in audientia diei* 22. *Julii superioris anni* adscitis omnium suffragiis, concessaque facultate revidendi prænarratas *dec.* Ghislerii, & Rev. D. mei Decani, eandem hodie in reiterata utriusque dubii disputatione dilucidato melius facto, ex quo jus desumere valuerunt, recedendum esse a decisis, dubio per me noviter proposito, responderunt favore Episcopi, & ab ipso provisi.

Decisio nanque contraria §. *Nec objici potuit cum seqq.* ac latius scribentes hodie pro Abbate, suoque nominato unice se fundant pro adjudicatione ad ejus favorem controversæ Parochialis in asserta istius unione Monasterio facta, & quidem desumpta ex donationibus Imperatoriis & Regiis harum Ecclesiarum cum decimis, primitiis, & oblationibus suis, & signanter Lotharii Regis Francorum de anno 987. hodierno *Sum. Abbatis n.* 1. Regis Jacobi Aragoniæ, & Comitis Barchinoniæ *d. Sum. n.* 9. & Caroli V. *eodem Sum. n.* 10. ex subsecutis confirmationibus Apostolicis, & præsertim Urbani II. de quibus *d. Sum. n.* 2. *ad* 8, atque ex aliis signis; & argumentis elicitis ex actibus datis in præfato *Sum. n.* 13. & 17. *cum plurib. seq.* ac insuper ex ipsis unionis observantia, demumque ex allegatis resolutionibus Rotalibus cor. Gislerio, & R. Decano, sed ex noviter animadvertis per informantes pro Episcopo, & ejus proviso, talis unio prorsus excluditur, de ejus observantia non docetur, sed potius de contraria collativi status, ac prænominatæ resolutiones non obstant, ut propterea revocanda sit adjudicatio decreta favore nominati ab Abbate, & concedenda proviso ab Episcopo in concursu. Nam seclusa unione, cum præsumptio stet pro collativo, statu, *Can. sicut* 21. *q.* 2. *cap. quia nonnulli Cleric. non resid.* cum aliis per Rot. *in rec. dec.* 310. *n.* 5. *p.* 16. ac licet agatur de Parochiali Patronatui Ecclesia-

1 stico subjecta, illius tamen provisio fieri debeat in concursu, Barb. ad Conc. Trid. *sess* 24. *cap.* 18. *n.* 3. de Luca *de Paroc. disc.* 37. *n.* 52. 55. & 56. & *in adnot. ad Conc. disc.* 32.

2 *n.* 6. Rota *in rec. dec.* 32. *n.* 12. & 453. *n.* 7. & 8. *p.* 18. ibidem prælecto eadem debetur signanter cum assistat ultimus status, Rot. cor. Greg. *dec.* 112. *n.* 2. *in rec. dec.* 310. *n.* 11. *p.* 16. & *in Aprutina Præpositura de Nereto* 28. *Jan.* 1695.

3 §. *status quidem collativi*, cor. R. P. D. meo Ursino.

Excluditur sane unio, ejusque observantia, & de contraria collativi status docetur. Præmisso equidem, unionem uti exorbitantem a jure non præsumi, Alex *cons.* 70. *n.* 1. *lib.* 3. Dec. *cons* 232. *n.* 2. *vers. his præmissis* Menoch. *lib.* 6. *præ-*

4 *sumpt.* 80. *n.* 1. Castrop. *oper. mor. p.* 2. *tract.* 13. *disp.* 5. *q.* 9. §. 4. *sub n.* 3. Adden. ad Greg. *dec.* 196. *n.* 3. sed perspicuas, concludentissimasque probationes exigere, cum semper d. præsumptio vigeat pro collativo statu, de Luca *de Parochis disc.* 12. *n.* 25. Rot. cor. Bich. *dec.* 525. *pariter n.* 6. cor. Priol. *dec.* 377. *n.* 9. cor. Card. Cerro *dec.* 656. *n.* 5. *in allerien.*

5 *Paroch alis* 16. *Junii* 1688 §. *unio siquidem* 7. *Febr.* § *sustit.* & 16. *Maii* 1689. §. *Talem nanque*, cor. R. Zamoren.

In hypothesi quidquid sit, an talis unio sub exordio præfatarum donationum, & Apostolicarum confirmationum ex illis atque ex aliis allatis per informantes ex parte Abbatis fuisset in potentia inducta, super cujus determinatione tamen DD. non fuerunt concordes; nam alii existimarunt attenta præcipue concessione decimarum, primitiarum, & oblationum in dictis donationibus, & confirmationibus contenta plene unionem resultare inhærentes auctoritatibus allegatis in decisione contraria §. *neque objici potuit*.

Alii vero censuerunt ex his concludentem probationem unionis requisitam non emergere, tum ex quo documenta desuper allata sint informia, tum etiam ex quo donationes tanquam provenientes a Principibus laicis carentibus potestate uniendi non fuerint efficaces ad inferendam unionem, solumque præbere valuerint juspatronatus, quod super Ec- 6
clesiis donatis ipsimet donantes habebant ex Indultis Pontificum, cum donare Beneficium importet solum ex natura donationis jus de illo providendi, *cap. dilectus* 34. *de præb.* Rot. cor. Greg. *dec.* 77. *n.* 6. & 11. cor. Buratt. *dec.* 93. *n.* 4. cor. Ubald. *dec.* 179. *n.* 15. & cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 93. *n.* 4. & in species has puras, & simplices donationes concessionem juspatronatus continere, testetur Beuter. *in chronica generali totius Hispaniæ impressa Valentia anno* 1604. 7
lib. 2. *cap.* 9. *fol.* 39. *cum seqq.* tametsi donatæ fuerint decimæ, primitiæ, & oblationes; nam deficientibus hic aliis signis, & argumentis magis efficacibus, & demonstrativis, nempe enunciativæ antiquæ unionis, & deputationis Vicarii cum assignatione certæ portionis pro congrua, ex his concessionibus unio dici nequeat inducta, Rota cor. Greg. *dec.* 77. *n.* 6. & 7. *in rec. dec.* 626. *p.* 1. *dec.* 513. *p.* 2. & *dec.* 88. *n.* 4. *cum seq. p.* 9. Confirmationes vero Pontificias nihil de novo tribuere, maxime cum processerint ad supplicationem Abbatum asserentium, Ecclesias ad Monasterium per- 8
tinere, quæ pertinentia non probet perneccesse unionem, cum Ecclesiæ possint alio titulo, quam unionis Monasterio subesse, Rota coram Ubald. *dec.* 138. *n.* 5. & 6. coram Peuting. *dec.* 135. *n.* 6. *et* 7. Demumque non afficere alios actus tanquam dubios, & æquivocos, ad aliud jus, quam unionis referibiles, de Luc. *de Paroch. disc.* 10. *n.* 8. *et* 9. Rota cor. 9
Ubald. *dec.* 138. *n.* 8. *in rec. dec.* 290. *n.* 2. *p.* 2. *et dec.* 320. *num.* 12. *part.* 16.

Convenerunt nihilominus PP. quod etsi per modum discursus unio ab initio fuisset inducta, cum hodie ex trium fere sæculorum decursu omnes Ecclesiæ, & ea, de qua est quæstio, ut supra Monasterio donatæ, reperiantur in primævo collativo statu, quia hoc tempore fuerunt provisæ de Rectore ab Episcopo, & post Sacrum Concilium Tridentinum, prævio concursu cum sola nominatione, & præsentatione Abbatis, præexistentia unionis prætendi non potest; nam ex hoc tricenaria observantia collativi status, nedum iste confirmatur, sed unionis inobservantia desumitur, & quod eadem, vel remanserit a principio ineffectuata per ea, quæ advertit Rota cor. Greg. *dec.* 506. *in rec. dec.* 360. *utrobique* 10
n. fin. p. 3. *rec.* & *in Allerien. Parochialis* 16. *Junii* 1688. §. *unio in fine*, cor. Rev Zameron. sicut talis ineffectuatio semper præsumitur, quoties de contraria non docetur Mascard. *de probat. conclus.* 411. *n.* 1. *et* 2. Menoch. *de præsumpt.* 80. *n.* 1. Rot. *in rec. dec.* 627. *n.* 3. *p.* 3.

Seu per dictam triplicem centenariam allegari potest unionis revocatio per Pontificem facta, seu alter consimi- 11
lis titulus magis utilis, & proficuus per ea, quæ tradit Rot. *div. dec.* 254. *n.* 10. *p.* 3. *in rec. dec.* 312. *n.* 4. *p.* 1. *dec.* 218. *n.* 5. *p.* 6. *dec.* 574. *n.* 10. *dec.* 647. *n.* 6. *et* 708. *n.* 1. *p.* 18. *ac dec.* 106. *n.* 28. *et dec.* 152. *n.* 2. *cum seq. p.* 19.

Vel quod fuerit conversa in purum juspatronatus sicuti 12
præsentationes demonstrant, remanente statu collativo favore Episcopi, ex Turricell. *de union. cap.* 4. *n.* 37. Rot. cor. Greg. *dec.* 77. *n.* 3. cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 179. *a n.* 3. *ad* 7. cor. Peuting. *dec.* 114. *n.* 1. *cum seq. et in rec. dec.* 92. *n.* 10. *ac dec.* 46. *n.* 6. *p.* 1.

Aut saltem negari non potest, quod per dictam tricenariam collativi status, unio fuerit præscripta juxta famigeratum *cons.* Oldrad. 229. *passim a* Rota *receptum*, *et* cor. Bichio *dec.* 146. *n.* 10. *in rec. dec.* 406. *n.* 5. *p.* 15. *in Gerunden. Parochial.* 23. *Febr.* 1675. §. *nec ad augendam fidem*, cor. R. D. meo Decano *in Allerien. Parochialis* 16. *Junii* 1688. 13
§. *Cæterum* 7. *Februarii* §. *fin. et* 16. *Maii* 1689. §. *verum etsi*, cor. Rev. Zamoren. *et in Gerunden. Parochialis* 9. *Maii* 1692. §. *deficit*, coram eodem.

Quod autem de hac triplici centenaria collativi status unioni contraria constet, revocari nequit in dubium ex eo, quod toto hoc tempore, tam hæc Ecclesia, quam aliæ in præadductis donationibus contentæ fuerunt provisę de Rectore

ctore ab Episcopo, & prævio concursu post Sac. Conc. Trid.
14 cum sola nominatione, & præsentatione Abbatis cum ea expressione quandoque *tanquam veri, & legitimi Patroni*, prout constat ex Catalogo collationum ad partes dato, ubi ab anno 1406. controversæ Ecclesiæ collationes undecim numerantur, & tres concursus, ac aliæ innumeræ collationes de aliis Ecclesiis, quæ potissimum insimul unitæ valuerunt generalem observantiam unionis destructivam inducere, Rot. *in rec. dec.* 452. *a n.* 5. *&* 671. *&* 750. *a num.* 1. *p.* 18. *& in Gerund. Parochialis* 9. *Maii* 1792. §. *deficit cum seq.* cor. Reverendiss. Zenone.

Quin ad suadendam unionis observantiam, excludendumque collativum statum suffragari visa fuerit responsio,
15 quod præsentationes, seu consensus Abbatum in mox dictis collationibus, seu provisionibus præstiti referatur potius ad titulum unionis originariæ, non autem ad alium jurispatronatus, non attenta expressione præsentationum, cum eæ, ac nominationes sint synonimæ, vel secutæ præsumantur per errorem, quoniam cum dubia sit unio originaria tam ex superius adductis, quam ex quo Domini non fuerint concordes ad eandem, relatio prorsus excluditur; nam esset supponere, quod est in quæstione, nullatenus admittendum.

Præterea huic relationi repugnat etiam qualitas, & modus ipsarum collationum, quæ ut plurimum secutæ fuerunt per obitum ultimi Rectoris, sed ex vacatione per resignatio-
16 nem causa permutationis, & prævio post Concilium concursu; provisiones enim hoc modo secutæ non congruunt unioni, sed totaliter eidem adversantur, eamque destruunt; nam Ecclesia unita nunquam vacat, minusque resignari, seu permutari permittitur, ut adnotant Murg. *de benef. q.* 3. *anb.* 1. *n.* 691. Adden. ad Greg. *decis.* 112. *num.* 5. Rot. coram Ubald. *dicta dec.* 138. *n* 8. *&* 9. *in rec. dec.* 219. *num.* 22. *cum seq. dec.* 310. *n.* 10. *p.* 16. *dec.* 150. *n.* 11. *dec.* 452. *n* 5. *&* 6. *ac* 405. *n.* 6. *part.* 18. *in d. Allerien. Paroch.* 6. *Maii* 1689. §. *verum etsi, & in Gerunden. Parochialis* 9. *Maii* 1692. §. *tertius etiam*, coram Reverend. Zamoren.

Tertius quia præsentationes Abbatum factæ leguntur uti a Patrono cum adjuncto quandoque *vero, & indubitato*, ut ad hunc titulum magis veniant referendæ, Rota *in Bonon. Parochialis* 24. *Aprilis* 1651. §. *neque pro concludentibus*, cor. Meltio. Atque in omnibus vacationibus secutis post Sacrum Concilium Tridentinum, provisiones factæ fuerunt, prævio concursu, ab Episcopo, aliquando ad præsentationem Abbatis, uti Patroni, quandoque libere, concursus
17 namque destruunt unionem, cum non requirantur in Parochialibus unitis, Rot. *in rec. dicta dec* 452. *n.* 5. *&* 6. *&* 453. *n.* 6. *p.* 18. *in Barchinonen. Parochialis de Palaù* 5. *Decembris* 1650. §. *siquidem, &* §. *nec ex documentis* cor. bo. mem. Albergato, *& in Gerunden. Parochialium* 9. *Junii* 1681. §. *adminiculum vero*, cor. Card. Vicecomite, *& in alia Gerunden. Parochialis* 9. *Maii* 1662. § *Tertius*, cor. Rev. Zamoren. Indubitanter cum indicti fuerint sub explicita mentione observantiæ Sacri Concilii, & servatum fuerit quidquid præscribitur in Parochialibus jurispatronatus Ecclesiastici, quia in vacatis mense ordinario præsentavit Abbas unum ex approbatis in concursu; in vacatis autem mensibus reservatis Episcopus absque ulla præsentatione Abbatis
18 magis dignum præelegit, & remisit ad Sanctissimum cum literis testimonialibus, sicuti observatur in jurepatronatu Ecclesiastico, ad tradita per Pignatell. *consult. canon.* 77. *n.* 110. *tom.* 9. Barb. *ad Concil. c. sess.* 24. Garz. *de benef. part.* 9. *c.* 2. *n.* 173. Rot. *in rec. dec.* 576. *n.* 22. *& seqq. p.* 18. Ideoque cum Parochiales unitæ quocunque mense vacent, alicui reservationi non subjacent, sed absque concursu providentur
19 ad nominationem ejus, cui sunt unitæ, Garz. *de benef. p.* 9. *dict. cap.* 2. *n.* 291. *&* 294. Rot. cor. Buratt. *dec.* 214. *n.* 2. ibique Adden. *lit. A. & dec.* 263. *n.* 25. *& seq. p.* 18. *rec.* ex tali discretivo conferendi modo crescit inexistentia unionis, quodque præsentationes in vim ejusdem secutæ non fuerint, sed potius jurispatronatus Ecclesiastici, cui adaptantur, Turricell. *de union. cap.* 4. *num.* 56. Rot. cor. Peuting. *decis.*
20 135. *n.* 2. *&* 3. *& in rec. decis.* 305. *n.* 17. *p.* 11. Atque ex his penitus removetur, quod eædem præsentationes Abbatum in vim jurispatronatus Ecclesiastici peractæ fuerint per errorem, prout supponit decisio contraria §. *final.* nam talis error removetur, tam ex quo unio usque a principio non fuit clara, & de ea Domini dubitaverint, quam etiam ex quo ut supra ponderatum fuit in subjecta materia cum tot circumstantiarum cumulo pernecesse referendæ sint dicto juripatronatui; & tamen satis fuisset ad effectum excludendi præsuppositum errorem, quod aliqua dubietas adesset, an nec ea relatio fieri debuisset potius unioni, quam Juripatronatui ad hoc, ut cum res non versetur in claris, judicari debeat pro exclusione erroris, Bart. *in leg. secunda n.* 10. *C. de jure fisci lib.* 10. Rot. cor. Greg. *dec.* 220. *n.* 4. coram Royas *dec.* 180. *n.* 1. *& in rec. dec.* 73. *n.* 4. *p.* 17.

Insuper inobservantia unionis, & collativi status præsumptio confirmantur ex eo, quod Abbas seu Monasterium non percipiat ex loco de Albinyana nisi aliquas decimas certorum fructuum, quæ possunt percipi alio titulo, quam 21
unionis; nam aliæ cum omnibus primitiis, & oblationibus percipiuntur a Parochis dictæ Ecclesiæ de Albinyana, sicut etiam observatur in aliis Ecclesiis, ut supra comprehensis in donationibus, prout testantur Officiales, & Consiliarii Universitatum eorundem locorum, *Summario Episcopi n.* 1. *cum seqq.* & resultat ex ipsa forma, seu tenore literarum super dictis collationibus, in quibus mandatur Parocho, seu Rectori integre, & plenarie respondere de universis redditibus, introitibus, proventibus, Juribus, & ob- 22
ventionibus, & eidem committitur regimen, & cura animarum cum scribania in tota Parochia, qui termini aperte disconveniunt unioni, & illiusque inobservantiam convincunt, Rota cor, Gregor. *decis.* 112. *n.* 4. cor. Peutinger. *dec.* 135. *n.* 2. *&* 3, cor. san. mem. Alex. VIII. *decis.* 179. *n.* 3. *& in rec. dec.* 192. *n.* 9. *part.* 18.

Minoris relevantiæ detecta fuit altera exceptio, quod memorata tricenaria observantia fuisset sublata per decretum irritans appositum in Constitutione Piana super unionibus edita, ut innuit decisio contraria §. *final. in fine*; nam recurrit eadem responsio, quod de unione a principio inducta dubitatur, quo enim casu decretum irritans non intrat, Card. de Luca *de Parochis decis.* 24. *n.* 14. *& de Benefic. disc.* 23
73. *n.* 32. Rota cor. Bich. *dec.* 377. *n.* 7. & cor. Card. Cerro *dec.* 130. *num.* 16. *&* 17. *& in Bonon. Parochialis* 24. *Aprilis* 1651. §. *final.* cor. Meltio, & dum agitur de consuetudine tricenaria, quæ præsumere facit dispensationem, seu coæqualem titulum, ut sub decreto irritanti non comprehendatur, Pignat. *consult. Canon* 18. *n.* 12. *to.* 3. *consult.* 18. *n.* 15. *in fin. to.* 6. Barb. *de Canon. cap.* 33. *n.* 24. *& in Sum. dec. Apostolica collect.* 78. *n.* 5. *&* 6. Rot. cor. Dunoz. senior. *dec.* 198. *n.* 3. cor. Cocc. *dec.* 1620. *n.* 2. cor. Merl. *decis.* 109. *n.* 1. *& in* 24
rec. dec. 647. *n.* 12. *p.* 4. *to.* 3. sed potius cum hoc casu præsumatur unio dissoluta, intrat oppositum decretum irritans contentum in altera Bulla Piana super concursibus faciendis, de quo Rota *in rec. dec.* 32. *n.* 18. *& dec.* 192. *n.* 10. *part.* 25
18. Demumque contrariæ decisionis assumptum non procedit; nam prior Constitutio Piana de unionibus eas tantum comprehendit, quæ factæ fuerunt pro congrua sustentatione, seu dotis augmento, de quibus hic nullatenus constat, ut apposite respondit Rota cor. Ubald. *dec.* 138. *n.* 16.

Et hinc existimarunt Domini præsenti controversiæ non adversari dictas geminas *dec.* cor. Ghislerio, & Rever. D. meo Decano; nam in eis Episcopus hodie comparens non 26
fuit auditus, ut observat Rota post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 174. *num.* 13. *in rec. dec.* 387. *n.* 19. *et* 20. *p.* 19. *et in Romana Salviani* 28. *Januarii* 1692. §. *nec magis afficit*, cor. bo. me. Benincasa, quia Partes colligitantes deinde se concordarunt, & Episcopus remansit in collativo Jure, prout prius conferendi: & quia in eisdem decisionibus supposita fuit præexistentia unionis, de qua inter cætera modo ex tricenaria observantia collativi status penitus removetur, tributaque fuit facultas eas impugnandi; quo enim casu licet consuetudo Tribunalis nostri sit, decisiones alias emanatas 27
supponendi, ea tamen non procedit, vel quando data est hujusmodi facultas eas impugnandi, vel ubi immutata serie facti corruit suppositum, cum quo emanarunt, Rota cor. Pamphil. *decis.* 90. *n.* 6. *et in Romana pretii Officiorum* 19. *Junii* 1680. §. *cum autem in fin.* cor. bon. mem. Albergato, *et in Augustana Beneficii* 26. *Junii* 1693. §. *licet*, coram bon. mem. Benincasa.

Et ita non semel, sed bis causa reproposita DD. omnibus suffragantibus resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Faventina Jurium Parochialium.

Ven. 28. *Julii* 1697.

ARGUMENTUM.

In hac decisione plenissime recensentur adminicula, & probationes, quæ possunt demonstrare, & concludere matricitatem Ecclesiæ ad hoc, ut illius Rector possit Jura Parochialia in Ecclesia filiali exercere.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia sancti Petri in silvis Bagnacaballi ex historiis habetur, quod sit matrix.*

2 *Episcopus in visitatione quidquid gerit, præsumitur rite*

rite, recte, & cum matura animi, ac rei perquisitione, & deliberatione gessisse.

3 *Ex enunciativis factis per Episcopum in visitatione congrua desumitur matricitatis probatio.*

4 *Referens sine relato nihil probat.*

5 *Si tamen concurrat antiquitas, magnum robur adjicitur ipsi referenti.*

6 *Referens sine relato probat, ubi perfecta adsit oratio, & tota recenseatur actus substantia.*

7 *Ex partium antiquis confessionibus magnum pro matricitate fulcimentum resultat.*

8 *Confessio superat omne genus probationis.*

9 *Confessio Rectoris antecessoris, ubi sit adminiculata successores jure proprio venientes prajudicat etiam ad probandam matricitatem.*

10 *Instrumentum antiquum, quod inter alia reperitur, & faciem retinet instrumenti, non potest de ejus fide dubitari, & n. 11.*

12 *Probatio negativa, qua non excludit possibilem in oppositum, non est attendenda.*

13 *Visitationi Episcoporum ad probandam Ecclesia matricitatem est deferendum.*

14 *Assertiones Visitatoris deputati a Pontifice probant.*

15 *Matricitas concluditur, si populus paschalia sacramenta uti propria Parochia in Ecclesia, qua matrix pratenditur, recipiat.*

16 *Item probatur ex relationibus, qua per Ordinarios ad sacram Congregationem Concilii transmittuntur.*

17 *Exercitium Jurium Parochialium in aliis Ecclesiis matricitatem Ecclesia exercentis justificat.*

18 *Duos Parochos in eadem Ecclesia adesse, nimis est monstruosum.*

19 *Ministri in Ecclesia filiali non dicuntur Parochi, licet Parochi figuram exerceant, sed subsidiarii ministri subalternantes in exercitio cura Rectori, qui habitu est verus Parochus.*

20 *In jure non repugnat, quod in eadem Ecclesia plures dentur Curati, apud quos cura ipsa insolidum resideat.*

21 *Exigitur tamen quod Jus formale Parochialitatis penes tertium resideat.*

22 *Parochi ubi sunt plures unius Ecclesia non omnes possunt esse sponsi, sed solum reprasentare unum sponsum & unum Parochum; hinc omnes non possunt esse Rectores actu, habitu tamen denominari valent.*

23 *Dicta societas dari nequit, ubi alter est inferior, & alter superior, & rursus si alter ex ipsis aliam curam retineat.*

24 *Ecclesia, in qua sacramenta administrantur nomine Ecclesia Cathedralis per presbyteros deputatos, dicitur ut succursalis, & auxiliatrix Ecclesia Cathedralis.*

25 *Filialem esse Ecclesiam demonstrat, si Rectores Ecclesia matricis consueverint possessionem apprehendere in Ecclesia filiali.*

26 *Nil magis unioni repugnat, quam status collativus in titulum.*

27 *Nihil magis adversatur matricitati, quam quod Rector Ecclesia matricis non prasentet, aut deputet subalternum Rectorem.*

In Ecclesia filiali Episcopus tenetur deputare Rectorem ad prasentationem Rectoris Ecclesia matricis.

28 *Ubi constat de matricitate, actus contrarii, sed recentes, referendi sunt vel ad majorem cautelam, vel ad errorem.*

29 *Rector in Ecclesia filiali alienis sumptibus constructa prasentari non debet a Rectore Ecclesia matricis, sed a fundatore.*

30 *Et fundator non sit certus, vel noluit sibi expresse, vel tacite reservare Jus prasentandi, hoc spectat ad Ordinarium.*

31 *Hinc non repugnat, quod una Ecclesia sit filialis, & tamen non prasentatur Rector ab Ecclesia matrice.*

32 *De Jure communi in Ecclesia filiali competens honor pro facultate loci matrici Ecclesia est servandus, idcirco ex consuetudine loci potest interpretari, quid sub dicto honore cadat.*

DECISIO XXXI.

APpellantibus a sententia Vicarii Faventini Rectoribus Ecclesiæ S. Michaelis sitæ in Terra Bagnacaballi sub asserto gravamine, quod idem Vicarius perperam definivisset; competere Archipresbytero alterius Ecclesiæ S. Petri in Silvis nuncupatæ, prope mœnia ejusdem Terræ existentis quamplura Jura honorifica, & præeminentialia non minus extra, quam intra præfatam Ecclesiam S. Michaelis in vim unionis, ex titulo matricitatis una cum simultanea curæ animarum administratione, mediante ministerio unius Capellani vicissim, sive per turnum in hebdomadas tripartitum deputari consueti ab eodem Archipresbytero in Ecclesia prædicta, Domini reputarunt, injustam fuisse conquæstionem Rectorum, & idcirco dubio a me proposito respondentes dixerunt, *Constare de bono jure Archipresbyteri tam ad prædictum effectum curæ, quam præeminentiarum.*

Prætermisso nanque uti minus necessario examine unionis Ecclesiæ S. Michaelis respectu Ecclesiæ Archipresbyteralis S. Petri, quantumvis eandem unionem Domini existimarent abunde fuisse comprobatam pro parte 1
Archipresbyteri; citra dubium amplexi fuerunt titulum matricitatis satis effulgentem, nedum ex antiquissima origine per historias, & signanter per *Rubeum*; qui fasta Ravennatensia compilavit, *lib. 5. fol. 240.* sed etiam ex visitatione duobus ante sæculis, & ultra expleta per Episcopum Faventinum, videlicet usque de anno 1486. in qua præcise habetur, *Archipresbyteros Ecclesiæ S. Petri in Silvis matricis semper fuisse, et esse Parochos veros, et principales Bagnacaballi, et Curatos S. Michaelis esse illius subsidiarios*: Quapropter constito de hoc antiquitatis primordio, & de hujusmodi declaratione in actu proportionabili emissa per Ordinarium, qui ad normam officii Pastoralis, quo pollet, rite, recteque præsumitur non sine matura animi, ac rei perquisitione, & deliberatione, consimiles inire declarationes, ut sæpius dixit Rot. & præsertim *in dec. 125. n. 4.*
post Vivian. *de Jurepat. et dec. 168. n. 13. p. 10. et dec. 456.* 2
n. 5. et 5. p. 18. rec. cum cæteris *in Urbanien. Archipresbyteratus 17. Maii proxime præteriti §. Validius*, cor. me, sufficiens emergere ejusdem matricitatis documentum
habetur in proposito ex *dec. 724. sub n. 3. vers. et demum* 3
p. 1. rec. et dec. 397. n. 5. et seqq. part. 13. et decis. 284. n. 4. p. 14. dec. 39. n. 7. et decis. 281. ante n. 20. p. 19.

Nilque ad enervandam probationis hujusmodi efficaciam officere visa est objectio Rectorum, quod de hac visitatione non constet per codices, & monumenta ipsius particularis visitationis, sed tantummodo per simplicem enunciativam editam sub anno subsequenti 1487. per Curatos, sive Presbyteros Ecclesiæ S. Michaelis, juxta Instrumentum publicum exhibitum in hodierna audientia per Archipresbyterum *Summ. n. 3.* obsistente regula sive adagio, quod referens sine relato non probat, ad Text. *in l. si ita scripsero. ff. de condit. et demonstr. et in Authent. si quis in aliquo, ubi Doctores communiter, C. de eden.* Quoniam ultra quod antiquitas ipsa 4
magnum de per se robur adjicere posse videbatur enunciativæ, ex recepta Theorica Aretini *in c. cum causa n. 9. et 10. de probat.* de qua Rota cor. Cavaler. *dec. 699. n. 6.*
& cor. Buratt. *dec. 636. n. 4. et dec. 240. n. 6.* cor. Card. Cerro, *et in Ampurien. seu Civitanen. Unionis 19. Junii 1682. §. firmatio itaque in fine*, cor. Rev. D. meo Decano. 5

Nihilominus tunc sine relato referens non probat; quando dubitari contingit, vel de tenore, vel de circumstantiis actus relati: sed quando secundum verba superius recensita tota emergit substantia ejusdem actus per orationem undequaque perfectam, & determinatam, non est necesse in medium exhiberi relatum, ex
doctrina Bartol. *in extravag. ad reprimend. in verb. prout n. 2.* Surd. *cons. 540. n. 7.* de Angel. *de Confess. l. 2. qu. 5. n. 1.* Rota cor. Merlin. *decis. 651. n. 6. et 7.* & cor. Dunoz. Jun. *decis. 719. n. 9.* cor. Bichio *dec. 55. n. 15. et in rec. dec. 182. n. 10. part. 9. et dec. 213. n. 7. p. 10.* 6

Et ita id robustius urgebat hujusmodi enunciativa, quia legitur apposita, ut præmisimus, in publico antiquissimo Instrumento successive confecto per Curatos S. Michaelis, qui præfatæ visitationi, sive declarationi proprii Ordinarii (ut parerat) inhærentes, verbo Sacerdotis confessi sunt, Ecclesiam S. Petri extitisse semper Matricem etiam ex ipsa observantia ab antiquissimo tempore, & de quibus non aderat memoria in contrarium subsecuta. Unde retenta semper illa Religione, quam secum fert ipsa vetustas, magnum ex prædicta confessione pro matricitate fulcimentum resultare alias in specie respondit Rot. *d. decis. 397. n. 2. et seq. p.*
13. et dec. 284. sub n. 4. vers. cui adstipulatur p. 14. dec. 39. sub n. 6. vers. quod ipsum, et dec. 281. sub n. 19. p. 15. & concordat Pignatell. *consult. Canonic. tom. 9. consult. 109. sub n. 2.* 7

Præci-

Præcipue vero, quando eadem confessio, quæ regulari-
8 ter superat omne genus probationis, per Textum *in l.generaliter, C.de non n.pecun.* communiter ex aliis probationibus, & adminiculis, in quibus sane terminis, licet agatur de Rectoribus successoribus in dignitate duntaxat, non autem in obligatione servandi, implendique confessionem defunctorum, veluti jure proprio venientibus, adhuc tamen confessionem plene probare palam est, ex deductis per
9 Adden. ad Buratt. *decis.* 453. *num.* 11. Rota *dec.* 29. *num.* 6. apud Posth. *de manut.* & *decis.* 15. *num.* 16. & 17. *par.6.rec.* & *dec.*213. *num.* 41. & 42. *part.*17. & in puncto matricitatis eadem Rota *d. decis.*397. *num.*4. *vers. quinimo p.*13. *rec.*

Sentientes itaq; vim hujus antiquissimæ enunciativæ, & respective confessionis, a qua validiorem impulsum recipiebant cęteræ probationes, & argumenta inferius adnectenda, magnum conatum ponebant scribentes, pro Ecclesia S. Michaelis in negando, quod prædictum Instrumentum fidem aliquam mereri posset, ex quo noscebatur extractum, seu levatum a suo originali, imo & ipsum originale confectum per personas, quas neutiquam apparebat esse suffultas publica qualitate notariatus, prout erant Annibal, & Sigismundus fratres a Curru, quorum primus originale ipsum exaraverat, & secundus exemplaverat, idque convinci subjungebant ex rimatione utriusque Archivii sęcularis, & Ecclesiastici, in quibus nullum vestigium, nulla scriptura, quæ fuisset exarata per hos fratres, asservabatur: Verum objectionem hanc non subsistere, seu relevare compertum fuit; cum enim prefatum Instrumentum a Sigismundo exemplatum in sui facie omnia teneret requisita publici Instrumen-
10 ti, nimirum diem, mensem, annum, indictionem, locum, & reliquas alias solemnitates ex præscripto Jurium, & sacrorum Canonum requisitas, ut in *c.* 1. & *in c.cum P. Tabellio, de fid. Instr.* fuerirque in filtia Instrumentorum repertum, & quod plus est, observatum, Domini non dubitarunt, quominus eidem Instrumento fides amplissima habenda esset, maxime in adeo antiquis, secundum firmata sę-
11 pius per Rot. & præcipue *in decis.* 21. §. *Ad secundum*, cor. Martin. Andr. & cor. Buratt. *decis.*611. *n.*2. & cor. Coccin. *decis.* 2358. *n.*13. & *seqq.* & *dec.*17. *n.*4. & 5. cor. Arguell.

Siquidem illa negativa, videlicet quod præfati duo fratres Annibal, & Sigismundus non forent Notarii, ex quo nullum aliud Instrumentum appareret ab eis confectum utique per plures possibiles, & simul juridicas responsiones valebat elidi, inter quas superabundabat illa, quod forte, vel iidem fratres neglexerint redigere in volumina, seu protocolla eorum Instrumenta, vel ex opposito eorum rogitus in unum, vel plures codices colligando, idcirco ansam prębuerint, quod vel singularia Instrumenta, vel protocolla ipsa fuerint subtracta, combusta, vel alio casu, aut militia per spatium unius, vel alterius sæculi deperdita, quando de natura negativæ est, ut nisi illa coarctetur per exclusiones possibilis in oppositum, in nihilo attendatur, teste Card. de Luca *de Parochis disc.*2. *num.*10. Rota cor. Ubald.
12 *decis.* 884. *num.* 5. & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 855. *n.*9. & *dec.* 29. *n.*70. *part.*6. *rec.* & *dec.*400. *num.*15. & 18. cor. Bichio.

Firma igitur remanente base visitationis, & confessionis, non defecerunt ulterius manifestiores etiam demonstrationes ab actibus abinde citra ex parte Archipresbyteri deductis, & justificatis. Primo etenim intercedit alia forte efficacior visitatio mandante fa. me. Greg. XIII. de anno 1573. expleta per Episcopum Majoren. qui suam Apostolicam delegationem exercendo expresse pariter declaravit, Ecclesiam S. Petri principalem esse, ac Matricem Terræ Bagnacaballi; Quamobrem & ex hac circa legalitatem incontroversa visitatione, quæ adamussim in sui medulla conjungitur cum altera, de qua supra, sæculi præcedentis, magis corroborat eandem visitationem præcedentem, sed etiam de per se summopere prodesse ad ostendendam ma-
13 tricitatem ultra superius allatos videre est penes Rota *dec.* 90. *num.* 15. *versic. qua omnia*, & *num.* 16. *part.* 16. *rec.*

Absque eo, quod audiri mereretur impugnatio facta per Rectores ad hanc postremam visitationem sub prætextu, quod verba præfatæ posterioris visitationis processerint de ore, sive ad dictamen Archipresbyteri; Quia quatenus pertinet ad matricitatem, contrarium enituit ex ipsa lectura discretive ad nonnulla alia, quæ Visitator fideliter expressit, uti asserta per Archipresbyterum, & sane nec etiam præsumi poterat, diversimode se gessisse Visitatorem, quem Pontificia providentia selegerat, ut in specie de Visitatore Apostolico liquet, ex congestis per Rot. cor. Duran. *decis.*
14 23. *num.*4.5. & *decis.*144. *sub num.*5. *vers. Preterea*, & cor. Card. Certo *dec.*240. *n.*6. & 7. & *dec.*234. *n.*15. *par.*16. *rec.*

Secundo. Probationem resultantem ex hisce visitationi- 15
bus concomitabantur Testes allati per eundem Archipresbyterum, qui supra hominum memoriam profitentur, Ecclesiam S. Petri agnitam extitisse semper pro Matrice, adeout ad novissima etiam hodierna tempora consueverint habitatores, & incolæ memoratæ Terræ Bagnacaballi Paschalia Sacramenta recipere veluti in propria Parochia in eadem Ecclesia S. Petri, quam utique probationem esse de urgentioribus ad concludendam matricitatem uno ore affirmarunt relati per Pignat. *consult. canon.*109. *n.*4. *to.*9. Panimol. *dec.*5. *n.*12. & 13. & *ibidem in annot.*1. *n.*10. Rot. cor. Pamphil. *dec.*578. *n.*7. *ibique* Adden. *n.*10 & cor. Peuting. *decis.* 17. *n.*3. et 4. & cor. Bichio *dec.*96. *n.*22. *et dec.*169. *num.*26. & *in rec. d. dec.*397. *n.*8. *cum seq. p.*13. & *dec.*7. *n.*2. *par.*18.

Tertio. In idem conspirat moderna relatio Vicarii Fa- 16
ventini, quam ante sententiam a successore suo prolatam exhibuerat S.R.E. Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus; in ea nanque relatione non solum adhæret super hoc puncto matricitatis Visitationi mox laudatæ, sed etiam testificatur ad præsens idcirco Archipresbyterum S. Petri detinere ad exercendam curam animarum in ipsa Ecclesia Bagnacaballi Capellanum a se deputatum cum turnaria partitione per hebdomadas; admodum autem attendentes esse consimiles relationes, quæ per Ordinarios ad Sacras Congregationes transmittuntur, respondit Rot. *d.* 17
*decis.*234. *num.*16. & 17. *par.*16. *dec.*305. *n.*12. & *dec.*460. *num.*9. & 10. *part.* 18. *decis.* 685. *num.*9. cor. Card. Cerro.

Quarto. Magnum fomentum hisce omnibus adjicere visa est Ordinario cla. me. Cardinalis Cennini, quam de anno 1634. veluti tunc munus implens Episcopale, idem Cardinalis edidit ad obtruncandas controversias, non solum eo tępore subortas, sed etiam in futurum occurrendas, dum in ea plura sanciuntur, quæ non possunt congruere, nisi Ecclesiæ Matrici, & Superiori, nimirum, ut Archipresbyter pręcedat 18
Rectoribus tam in Ecclesia, quam extra, solemniter benedicat Fonti Baptismatis, & Augustissimum deferat Sacramentum in Processione SS. Corporis Domini; Hæc nanque signa, juncta cum detentione Capellani ad exercendam curam animarum in ipsa Ecclesia Sancti Michaelis, undequaque saper, eac præseferre matricitatem frequenter pater, & præcipue apud Vitalin. *in Clem.*1. *n.*13. *de sent. excomm.* Pignat. *d. consult.*109. *n.*3. *et seqq. et consult.* 107. *nu.*2. *et* 5. *tom.*9. Rota cor. Seraph. *dec.*105. *per totam*, *et in Romana Preeminent.* 16. *Junii* 1679. *ex* §. *Caterum cum pluribus seq. confirmata* 13. *Junii* 1681. cor. bon. memor. Rondinino.

Quinto. Tandem palpare quodammodo faciebat matricitatis prærogativam raritas fortasse casus, cum quo procedebatur in regimine Ecclesiæ S. Michaelis, & respective in 19
administratione curæ, cum ex pręmissa relatione Sac. Cong. Concilii exhibita per Ordinarium, & ex unanimi testium depositione constet, quod Ecclesia S. Michaelis nullis certis distinctis limitibus respectu curæ separatur, sed adhæsive ad confinia Ecclesiæ Archipresbyteralis exercet animarum curam per suos Curatos, inter quos numeratur etiam Capellanus deputari assuetus per Archipresbyterum; Cum enim absonum, & monstruosum foret, si vel una sponsa plures viros, vel unum corpus plura capita teneret, ut de primo casu Textus *est in cap.* 1. *de Spons. duor.* & de secundo *in c.* 20
quia plerisque de offic. Ordin. ita ad tollendam hanc monstruositatem necesse est inferre, quod hi omnes in Ecclesia S. Michaelis figuram Parochi exercentes reputandi potius veniat (ut bene declarabatur in prædictis confessionibus, & visitationibus) tanquam subsidiarii Ministri subalternantes in exercitio curæ alteri, qui sit habitu verus Parochus, verus sponsus, & verum caput ejusdem Ecclesiæ tanquam Prælatus, sive Archipresbyter Ecclesiæ Matricis, quemadmodum tradiderunt Grat. *disc.*865. *n.*23. *cum seq.* 21
Gonzal. *ad regul. Canc. gl.*6. *n.*42. *et seq.* late Lotter. *de benef. lib.*1. *q.*20. *ex n.* 110. *cum pluribus seqq.* Murg. *de benef. qu.*2. *n.*351. *et seq.* Rota *dec.* 52. *n.*17. *cum duobus seqq. part.* 2. *divers. et dec.*377. *n.*9. *et seqq.* cor. Bich. *et d. dec.*397. *n.* 8.9. *et* 10. *p.*13. *et decis.* 284. *n.*5. *part.* 14. *et dec.*39. *n.*2. *et* 3. *et n.*12. *part.*15. *et dec.*90. *n.*3.4. *et* 5. *part.*16. *et dec.*516. *n.*2. *cum seq p.*18. *et in Novarien. Portionum Parochialium* 4. *Julii* 1696. §. *Preterea*, coram R. P. D. meo Molines.

Non adversante, quod juxta firmata per Doctores in *cap. non ignoro* 15. *de Prebendis*, nempe per Jo. Andr. Hostiens. Innoc. Butr. & alios, quos refert Rot. *dec.*90. *n.*10. *p.*16. *et* 225. *p.*19. contingant casus, quod Juri non repugnet, dari in eadem Ecclesia plures Curatos, apud quos insolidum cura ipsa resideat: Siquidem quidquid sit, an ad effectum, ut plures exercere valeant curam insolidum, de rigore exiga- 22
tur,

tur, quod adsit tertius, penes quem radicetur, ac subsistat jus formale Parochialitatis, ex quo tunc certo certius actuales personæ administrantes animarum curam repræsentent figuram simplicium Adjutorum, ut censuit antiquioribus relatis Rota *dict. dec. 90. n. 11. part. 16.* Sive potius sustineri etiam valeat, quod illa unicitas, quæ necessaria est in hoc sponsalitio spirituali inter Ecclesiam, & Rectorem, conservari possit in pluribus, qui se habeant ad modum unius, ut in suo casu existimavit, Rota *dicta dec. 235. n. 3. et 4. p. 19.* hoc tamen congruere posse non videbatur præsenti hypothesi, ex quo inter istos Curatos adscribitur, & actu exercet eandem curam Capellanus ab Archipresbytero deputatus, signum evidens, quod cura habitualis saltem in ea parte, quæ per hujusmodi Capellanum administratur, residet penes Archipresbyterum, ideoque cum inter ipsum Archipresbyterum, & alios Curatos non possit dari perfecta societas collegiativa; tum quia inter inferiorem, & superiorem non cadit ista societas, sed unio tantum corporis moralis, sive intellectualis, sicut est illa societas, quæ datur inter caput, & reliqua membra; tum ex eo, quia alias daretur, quod Archipresbyter S. Petri foret Curatus duarum distinctarum Parochiarum, quod sine dispensatione
23 fieri nequit, ex sancitis in *cap. Multa, de præbend. et in Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17.* Murg. *de Benef. q. 3. n. 442.* Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 13. n. 9.* Rota *decis. 457. n. 6. part. 15.* Cogimur idcirco concludere, præsertim junctis aliis demonstrationibus, ut supra, quod revera unica sit Parochia, sed pro majori commoditate Oppidi, sive Terræ non exiguæ Bagnacaballi adaucti fuerint alii operarii ad curam administrandam, ut est regulare in omnibus Ecclesiis filiabus, & dependentibus a sua Matrice, & quod una sit Parochia, & unus Parochus saltem habitu, optime in simili animadvertit Tondut. *qu. benefic. p. 1. cap. 56. n. 9.* Panimoll. *dec. 5. adnot. 1. n. 47. cum duobus seqq.* Pignatell. *dicta consult. 109. num. 1. tom. 9.* Card. de Luca *de Jurisdict. disc. 30. num. 5.* Rota *dec. 7. n. 7. et 8. n. 10. p. 18.*

Ac demum sexto præmissa omnia validabantur firmiori vi, perpendendo, quod Archipresbyter in actu capiendæ possessionis suæ dignitatis non tantum eandem possessio-
24 nem apprehendit quoad Ecclesiam S. Petri, verum etiam idipsum facit in Ecclesia S. Michaelis, ut signanter practicavit Archipresbyter Actor in hac Causa; Nisi enim Ecclesia S. Michaelis ad se tanquam unita pertineret, vel esset dependens, ac filialis, utique non posset intromittere se circa possessionem Ecclesiæ non suæ, vel a se non dependentis, sicuti ad hanc circumstantiam reflectendo ponderavit Rota *in Gerunden. Hebdomadariæ 5. Maii 1690. §. Tertio valde conferunt*, cor. Rev. D. meo Decano.

Adversus hæc solidissima fundamenta allata per Archipresbyterum, nullum aliud ex parte Rectorum promovebatur, quod peculiari reflexione dignum videretur, nisi quod illæ aliæ geminæ Rectoriæ, quæ per turnariam divisionem, ut diximus, una cum Capellano deputato ab Archipresbytero Sacramenta administrant, veluti Beneficia Curata penitus independentia, ac libera, prævio concursu conferuntur ab Ordinario, quando tamen regulariter nil magis repugnat unioni, quam status collativus in
25 titulum, ad sæpe firmata per Rotam, ut in *Gerunden. Sacristiæ 28. Junii 1694. §. Quinimo, et 22. Martii proxime præteriti §. Quibus præsuppositis*, cor. R. P. D. meo Pio, *et in Gerunden. Parochialis 4. Julii 1696. §. Non obstat*, cor. bon. mem. Emerix, *et in ejus confirmatoria edita sub die 23. Januarii mox elapsi §. Tum etiam quia*, cor. R. P. D. meo Muro, nilque etiam magis adversatur matricitati, quam quod Rector Ecclesiæ Matricis non præsentet, aut deputet subalternum Rectorem, ut constat ex *cap. ad audientiam*, in quo sedes est hujus materiæ, *de Eccles. ædificand.* Alexander enim Tertius ibidem rescribens Archie-
26 piscopo Eboracen. eidem expresse mandavit, ut in Ecclesia noviter ædificata, ac filiali intra circumdarium alterius præexistentis ædificata *Sacerdotem ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris institueret*, ibique *glos. verb. Præsentationem* rationem reddens subjungit: *Quia talis Sacerdos est eidem Rectori subjectus.*

Sed hujusmodi difficultas cæteroquin valde perurgens minime fuit reputata sufficiens ad prosternendam molem tot in unum conspirantium argumentorum, ac demonstrationum matricitatis; Posthabita etiam nanque huic eidem objecto responsione attributa per Rot. *in dicta Novarien.*
27 *Portionum Parochialium 4. Julii 1696. §. Nec obstant duo*, postmodum *confirmata sub die 26. labentis mensis* cor. R. P. D. meo Molines, scilicet, quod hujuscemodi moderniores concursus (prout quoque recentes sunt in casu nostro) potius ad majorem cautelam, vel errorem referendi veniant, quam quod præjudicium valeant inferre Archipresbytero; attamen quia, ex hucusque singulariter observatis, in hac
Ecclesia S. Michaelis ipsemet Archipresbyter retinet ex de- 28
putatione Capellani figuram proculdubio simultaneam Curati, hinc proinde cum amatitudo restringitur ad duos alios eandem curam insimul exercentes, tantum abest, ut hoc judicium possit evellere jus radicatum circa præeminentias, & curam in persona Archipresbyteri, ut potius queat optime conciliari cum eo, quod passim ad mentem Juris, & interpretationem *ejusdem cap. ad audientiam*, notant scribentes, nempe quod in tantum jus præsentandi non spectet ad Rectorem Ecclesiæ majoris, in quantum hæ duæ
Capellaniæ, seu Rectoriæ fuerint alienis sumptibus, & ære 29
constructæ, & fundatæ, secundum ea, quæ ad limitationem præfati *cap. ad audientiam* specifice tradit Gonzal. *ad regul. Cancell. glos. 10. num. 7. & 8.* & conveniunt uno ore Card. Paris. *in cap. cum Venerabilis sub nu. 80. vers. circa illud, de except. inter Repet. Canon. vol. 4. fol. 171.* Garz. *de Benef. p. 5. cap. 9. n. 56.* Barbos. *ad Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 4. n. 13.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 2. cap. 7. n. 1.* Zipa *consult. Canon. lib. 3. titul. de Eccles. ædifican. consult. unic. prope finem vers. & vero*, plene Fagnan. *in dicto cap. ad audientiam n. 30. eodem tit.*

Cumque (ut probabile est) piorum eleemosynis, ac populi largitionibus absque determinatione particularis personæ initia fuerit fundatio, nil mirum, quod Ordinarius liberam habeat potestatem conferendi easdem Rectorias citra ullam illationem, quæ sit apta nocere Ecclesiæ Matrici, ejusque Archipresbytero; Nam ubi Fundator non est certius, vel noluit sibi expresse, vel tacite reservare jus præsentandi ad Beneficium sive simplex, sive Curatum, hoc
spectat ad Ordinarium, ex plene deductis per Corrad. *in* 30
praxi benefic. lib. 4. cap. 7. num. 25. Card. *de Jurepatr. disc. 55. num. 20.* Rot. *dec. 564. num. 7. ad fin. vers. & hoc eo magis part. 4. divers.*

Diximus, quod nullum aliud fundamentum ex parte Rectorum admodum considerabile afferebatur, quia literæ Cardinalis Aldobrandini tunc superintendentis Statui Ecclesiastico permissivæ, ut homines Bagnacaballi repararent Ecclesiam Sancti Michaelis, confovere visæ sunt enunciatam verisimilitudinem, quod ab initio sumptibus aliorum, non autem Archipresbyteri fundatæ extiterint Rectoriæ: Confessio antecessoris Archipresbyteri emissa in quadam transactione de anno 1635. super præeminentiis sibi magis ex benignitate, quam de Jure concessis in eadem Ecclesia S. Michaelis, nullo ex jam firmatis communiter adminiculo, unde valeat præjudicare successori, quinimo destruitur per supra enunciatum decretum Cardinalis Cennini prolatum de anno immediate præcedenti 1634. Ac denique dimissio Rectoriæ quam junctim in Ecclesia S. Michaelis administrabat quidam Anichinus Archipresbyter Sancti Petri, ad summum poterat importare, quod Anichinus detinendo hanc particularem Rectoriam, per necessarium antecedens fateretur, illam esse titulum distinctum ab ejus dignitate, sive cura habituali, quod jam agnavimus non implicare, ex proxime consideratis in §. *Sed hujusmodi*.

Subsistente itaque non solum unione, quæ ferme ex eis-
dem actibus, & documentis emergit, sed præcisius matri- 31
citate Ecclesiæ Sancti Petri, responsum consequenter, & illative fuit, constare de bono jure Archipresbyteri non tantum respectu curæ nulla data Territorii separatione penes eum de jure existentis, & de facto exercitæ ex persona Capellani, verum etiam præeminentiarum. Cumque circa species, vel genera earundem præeminentiarum nulla præfulgeat determinata norma per Jura Sacrorum Canonum, excepta superioritate, præcedentia, & in suis casibus Jurisdictione, sicuti ad intellectum Constitutionis Honorii Tertii editæ pro Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso de Urbe *in cap. his quæ, de majorit. et obedient.* luculenter dictum fuit *in allegata Romana Præeminentiarum 16. Junii 1679. et 13. Junii 1681.* coram bon. mem. Rondinino, & ad præscriptum Alexandri III. nihil aliud insinuetur, nisi quod *ut Ecclesiæ finali competens honor pro facultate loci Matrici Ecclesiæ servetur*, potuit idcirco remanere ad favorem Archipresbyteri (interpretante id consuetudine, ac observantia) totum illud, quod jam fuit in decreto Cardinalis Cennini præfinitum, & nuper declaratum per sententiam Vicarii Faventini, contra quam injusta idcirco apud Dominos apparuit reclamatio. Et ita, utraque &c.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ,

Ad Librum Decimumtertium

THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ

CARDINALIS DE LUCA,

Qui est

DE JURE PATRONATUS, ET DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS.

ARGUMENTA DECISIONUM DE JURE PATRONATUS, &c.

DECISIO I. *Romana Pensionis.*

HÆc Decisio emanavit in ipsamet Causa, de qua agit Card. de Luca *disc.* 22. *de Pensionibus*.

DECISIO II. *Romana Pensionis super manutentione.*

Agitur de eadem causa, de qua in præcedenti Decisione.

DECISIO III. *Romana Pensionis super bono Jure.*

Hæc Decisio est præcedentium confirmatoria.

DECISIO IV. *Romana Pensionis super manutentione.*

Argumentum est idem ac præcedentium.

DECISIO V. *Calaritana Pensionis.*

Agitur in hac Decisione de Pensione, & an concordia super hac inita observari debeat per Successorem Titularis concordantis, ad ornatum Causæ *disc.* 36. *de Pensionibus* Card. de Luca.

DECISIO VI. *Calaritana Pensionis.*

Receditur a decisis in præcedenti Decisione.

INDEX DECISIONUM

Super Materia

DE JURE PATRONATUS, &c.

CAlaritana Pensionis, 1. *Decemb.* 1692. Emerix, Dec. V.
Eadem, 25. *Aprilis* 1695. eodem, Dec. VI.
Romana Pensionis, 5. *Julii* 1694. eodem, Dec. I.
Eadem super Manutentione 5. *Julii* 1694. eodem, Dec. II.
Eadem super bono Jure, 9. *Decembris* 1695. Scotto, Dec. III.
Eadem super Manutentione, 9. *Decembris* 1695. eodem, Dec. IV.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Pensionis.

Lunæ 5. *Julii* 1694.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio emanavit in ipsamet Causa, de qua agit Card. de Luca *disc.* 22. *de Pensionibus*.

SUMMARIUM.

1 P*Ensio cassata amplius non debetur.*
2 *Ex commemoratione substantiæ, præsumitur reminiscentia qualitatis.*
3 *Cassatio facta motu proprio, & cum generali clausula* non obstantibus, *sufficit, ut tollatur prima concessio sine speciali mentione seu revocatione istius derogatoria.*
4 *Papa nec sibi, nec successoribus suis legem dicere potest, a qua recedere non liceat.*
5 *Derogatio regulæ* de non tollendo *non est necessaria in cassatione tanquam re de sui natura prejudiciali.*
6 *Quod etiam procedit in re directe prajudiciali.*
7 *Non ex una, vel altera dispositionis parte, sed ex omnibus simul sumptis, metiendum est prajudicium.*
8 *Regula* de consensibus *trahi nequit ad cassationem.*
9 *Observantia ad hoc, ut uni tollat, & alteri tribuat adversus Juris dispositionem, debet esse legitime prescripta.*
10 *Unumquodque dissolvitur eo vinculo, quo colligatum est.*
11 *Ineffectuatio cassationis cessat, ex eo quod adjectum fuit in cassatione decretum irritans, quod inficit quemcunque non usum.*
12 *Non potest dubitari de ineffectuatione cassationis, quæ fuit unioni correspectiva.*
13 *Ad reconvalidationem Pensionis non sufficit consensus partium, sed requiritur nova gratia, & authoritas Papæ.*
14 *Cassatio executionem habet ex facto Papæ, nec circa eam potest acceptatio, vel recusatio Titularis.*

DECI-

Decretum irritans, quod inficit quemcunque non usum, vel contrarium usum *cap. si eo tempore de elect. in sexto*, Rota *in Colonien. Jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. nec suffragari*, coram bon. mem. Albergato. Et rursus ex eo, quod effectuata fuit unio Abbatiæ favore Collegii, quod semper illam ab inde citra possedit, ac possidet, & sic dubitari nequit de ineffectuatione cassationis, quæ fuit unioni correspectiva, ad tradita per Rotam *in Bononien. fideicommissi de Antenenis 9. Julii 1673. §. Unde consensus*, coram Reverendissimo Bourlemont. Nec correspectivitas
12 hujusmodi controverti valet, quia de illa evidenter constat ex eo, quod tam cassatio, quam unio celebratæ fuerunt in una, & eadem supplicatione, ut ponderat, Surd. *cons. 551. num. 10.* Gratian. *discept. 924. num. 1.* Rota *in Romana seu Hispalen. pecuniaria 17. Martii § Quod autem*, coram R. P. D. meo Ursino, & ex consensu per Rectorem, Procuratorem, & Magistrum superiores Administratores Collegii Pensionarii, ut supra præstito cassationi a tergo Bullæ unionis, qui clare denotat cassationem fuisse contemplatione unionis secutam.

Cessat quoque Pensionis reconvalidatio; quia per ejus cassationem resolutus fuit illius titulus, nec ad ipsum reconvalidandum sufficit consensus Partium, sed requiritur nova gratia, & authoritas Papæ, ut præter allegatos in *Decisione* bon. mem. Card. Cerri tradit Salgad. *in labyrint. credit. part. 2. cap 10. num. 63* Nec replicare juvat, quod
13 ex observantia tam longi temporis præsumatur non acceptata cassatio, quia non probatur in Germanico scientia cassationis, prout requireretur, cum nihil volitum quin præcognitum *l. Non est ferendus ff. de transaction.* Rota *in Camerinen. fideicommissi 24. Januarii 1687. §. nec visum*, coram bonæ memoriæ Benincasa; imo per contrarium verisimilis redditur ignorantia ex lapsu decimi septimi annorum, & intermediis mutationibus Rectorum, & quatenus probaretur, non relevaret, quia cassatio execu-
14 tionem habet ex facto Papæ, nec circa eam potest acceptatio, vel recusatio Titularis, ex notatis per Decian. *cons. 114. num. 5. lib. 5.* Rota *decis. 612. num. 52.* coram Cavaler. Prout nec subsistit, quod ex eadem observantia detur titulus reconvalidatatius præsumptus etiam in hoc genere rerum, qui non sunt partium commercio, quoniam authoritates ad hunc effectum adductæ loquuntur, vel in terminis derogationum assensuum Apostolicorum, ac dispensationum, in quibus non agitur de præsumenda ex integro substantia tituli, sed solemnitate dumtaxat, vel qualitate, quæ facilius præsumitur, quam substantia, Menoch. *cons. 94. num. 15.* Surdus *decis. 222. n. 71.* vel in casu, quo simpliciter agatur de præsumendo titulo, non autem in casu quo (prout hic) agitur de præsumenda reconvalidatione adversus clarant, & irrefragabilem cassationem, cui proinde semper stari debet tanquam certæ in concursu simplicis præsumptionis resultantis ex observantia, quæ præsertim ex ignorantia, vel errore, de quo supra, reddi valet æquivoca.

Et denique cessat præscriptio, quia quemadmodum firmatur in *Decisione Cerri* non adest, nec justus titulus,
[illegible] nec bona fides, nec tempus sufficiens ad præscribendum; non inquam justus titulus, quia hic per cassationem redactus fuit ad non titulum; nec bona fides, quia ipsemet Procurator, qui primus Pensionem exegit, fuit qui a tergo Bullæ unionis cassationi consensit; nec tandem tempus sufficiens, quia Abbatia Fontis Avellanæ speciali gaudet
[illegible] Privilegio, quod nequeat adversus ipsam præscribi, nisi spatio centum annorum; nec mala fides Procuratoris confunditur ex inverisimilitudine, quod tam ipse, quam Cardinalis S. Severinæ Collegii Protector, qui illum constituit ad exigendum, conspirare voluerint adversus Germanicum pro exactione Pensionis, quam novissent esse cassatam, quoniam inverisimilitudo potius militat in oppositum, quod dum ipsis cassatio innotuerat, agentes deinceps pro exactione reconvalidationis, nec meminissent; nec Privilegium Abbatiæ per ejus unionem, quia per unionem Ecclesiæ Privilegia illius non extinguuntur, sed transeunt in eam, cui facta est unio, Glos. *in Canon. & temporis qualitas vers. unire 16. quæst. 1. & in cap. novit. vers. uniendo ne Sede vacante* Garz. *de Benef. part. 12. cap. 2. n. 7.* Sanchez *ad præcepta Decal. lib. 7. cap. 29. num. 146. & cum aliis plene relatis ad Cæsaraugustana Jurisdictionis 8. Februarii 1692. §. Neque ad elidendam*, coram me.

Et ita decisum fuit utraque Parte acriter informante.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Romana Pensionis super Manutentione,

Luna 5. Julii 1694.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem causa, de qua in præcedenti Decisione.

SUMMARIUM.

1 *Nullitas inficit quasi possessionem, & impedit quominus concedatur possessori manutentio.*

2 *Exceptio pro se clara discutienda est in judicio possessorio, nec rejicienda ad petitorium.*

3 *Ex diuturna cassatione in exactione Pensionis, vel quasi possessionem amittit Pensionarius, vel pati debet, quod mitius agatur cum Titulari.*

DECISIO II.

Ex deductis in altera Decisione hodie pariter coram me edita super bono Jure confirmatoria alterius editæ die 8. Junii 1665. cor. clar. me. Cardinali Cerro, firmaris, Pensionem non deberi Collegio Græco, tanquam per san. me, Greg. XIII. qui eam ad illius favorem reservaverat motu proprio cassatam, & extinctam, responsum fuit eidemmet ipsi, denegandam esse manutentionem, quia licet constet de illius quasi possessione exigendi Pensionem ab an. 1599. usque ad 1662. ex præfatis tamen decisionibus constat de clara ipsius cassatione, & extinctione, & sic de nullitate tituli, quæ inficit quasi possessionem, & impedit quominus 1
concedatur possessori manutentio, Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. n. 683.* Rota *decis. 56. n. 1. part. 8. rec. 404. num. 1.* cor. Ludovis. *decis. 41. n. 14.* cor. Priolo, *& decis. 757. n. 10.* coram Cerro.

Non obstat, quod exceptio cassationis sit turbida, quia nempe cassatio contendatur nulla, vel ineffectuata, aut Pensio reconvalidata, vel præscripta, & ideo illius discussio rejicienda veniat ad petitorium, quia conclusio procederet quotiescunque turbiditas versaretur in ipsa exceptione cassationis; secus autem in casu, quo, prout hic, exceptio cassationis est undique clara, ac nitida; nam cassatio litera-
liter legitur in supplicatione per Papam signata, & in Bulla 2
super ipsa expedita; & turbiditas versatur in extrinsecis oppositionibus, de quibus supra adversus illam quæsitis, quæ etiam ex firmatis in sæpe dictis decisionibus insubsistentes noscuntur; Nam in his terminis exceptio per se clara discutienda est in hoc Judicio: nec per extrinsecas oppositiones in replicatione contentas, quæ forsan exigant altiorem indaginem rejicienda ad petitorium, ut declarat Posth. *de manut. observ. 42. n. 143.* Rota *dec. 757. n. 11.* cor. Cerro.

Eoque certius in casu nostro, quo Collegium Pensionarium ab anno 1661. usque in præsens cessavit in exactione
Pensionis; Ex hac enim tam diuturna cessatione, vel quasi 3
possessionem, quam habuit, amisit, Grat. *discept. 365. n. 42.* Posth. *de manut. observ. 59. n. 10.* Rota *dec. 589. n. 6.* coram Bich. *& dec. 45. n. 12. part. 10. rec.* vel certe pati debet, quod benignius agatur in hoc Judicio cum Titulari, qui per annorum decursum obstrictus non fuit ad solutionem, ut advertit Rota *dec. 249. n. 5.* cor. Cavaler. adeout eo magis admitti debeat exceptio cassationis per se clara, nec curandum de frivolis replicationibus, quibus illam offuscare satagit Pensionarius; non refragante instantia, quæ usque ab initio denegatæ per Germanicum solutionis Pensionis ex Parte Græco peracta dicitur pro manutentione, quia (quidquid sit de illius existentia, & validitate, quatum utraque in controversiam revocatur ex parte Germanici) hoc certum est, quod non fuit prosecuta per spatium 30. annorum, & ultra, quod efficit, quod instantia dicatur perempta, *l. sicut, & l. omnes C. de prascrip. 30. vel 40. annorum*, Rot. *dec. 379. n. 2. p. 17. rec.* vel, ut diximus, quod non sit adeo stricte, & rigorose procedendum in manutentione Pensionarii.

Et ita decisum fuit utraque Parte informante.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pensionis super Bono Jure.

Veneris 9. Decembris 1695.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio est præcedentium confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Actu facto motu proprio, & de plenitudine potestatis Papæ, nihil fortius, & potentius allegari valet.*

2 Cum

2 *Cum in fundatione de dote est provisum, & in reservatione Pensionis nulla dotis mentio fit, debet præsumi non fuisse pro dote reservatam.*
3 *Oblivio non potest præsumi in Papa de factis recentibus, & insignibus.*
4 *Cassatio Pensionis correspective facta ad unionem, quæ majorem reditum confert, de vitio obreptionis, vel subreptionis accusari non debet.*
5 *In aperta diversitate unius casus ab altero, nulla potest fieri illatio.*
6 *In cassatione non est necessaria mentio derogatoriarum, ac decreti in literis reservatoriis appositi, cum ex illa non infertur præjudicium.*
7 *Derogatio regulæ* de jure quæsito non tollendo *non est necessaria, cum agitur de gratia de sui natura præjudiciali.*
8 *Regula* 45. de consensibus, *loquitur de reservationibus, ac proinde tanquam odiosa trahi nequit ad cassationem.*
9 *Consensus cassationi censetur præstitus ex acceptatione unionis.*
10 *Unusquisque præsumitur consensum præstare, & acceptare ea quæ in proprium commodum, & utilitatem redundant.*
11 *In materia Pensionis Papa voluntas totum facit.*
12 *Solutiones ex ignorantia factæ, aptæ non sunt prajudicare.*

DECISIO III.

SEntentiam Reverend. P. Dom. Sperelli de voto nostri Auditorii prolata canonizantem cessationem Pensionis scuti 1000. auri reservatam super fructibus Abbatiæ
1 Sanctæ Crucis Fontis Avellanæ, in actu unionis de eadem factæ Ven. Collegio Germanico de anno 1578. favore Collegii Græcorum exigendam tamen post cassationem alterius, ex duabus Pensionibus temporaneis, quibus illa repetiebatur gravata, per appellationem a Collegio Græco interpositam, & ad me devolutam tanquam validam, & justam, Domini in hodierna Audientia confirmandam esse censuerunt.

Validitas enim non fuit in dubium revocata inter ipsas Partes; Justitia vero ultra quod desumebatur ex duabus decisionibus dictum votum præcedentibus, altera nempe clar. mem. Cardin. Cerri 8. *Junii* 1663. *quæ est inter ejus impressas dec.* 816. & altera coram Reverendissimo Domino meo Decano, *sub die* 5. *Julii* 1694. quarum solida fundamenta, cum adhuc vigeant inconcussa, utique sufficiunt pro hujusmodi Sententiæ justificatione, Rota coram Gregor. *decis.* 524. *n.*4. *& dec.*97. coram fan. mem. Alex. VIII. *nu.* 3. *& in Romana Testamenti* 15. *Februarii*
2 1694. §. *De validitate*, coram R. P. D. meo Muto; Ex eo insuper resultare visa fuit, quod cassatio, & extinctio hujusmodi Pensionis facta fuerit a Papa motu proprio, & de plenitudine potestatis, qua nihil fortius, & potentius allegari valet *cap.* 2. *de prabend. in* 6. Tondut. *de Pension. cap.*2. *n.*6. Rota coram Coccin. *dec.*995. *n.*4. cor. Cerr. *dec.* 549. *n.*6. *& in rec. dec.*292. *n.*8. *p.*6.

Et licet admissa potestate ad impediendum effectum d. cassationis insurgerent Scribentes pro Collegio Græco super defectu voluntatis ex quatuor capitibus, illa tamen nullatenus subsistere comperta fuerunt; Quoniam primum in quo præcipue insistebatur, deductum ex quo in cassatione prædicta non fuerit expressa qualitas dotalis hujusmodi Pensionis, ad validitatem cassationis omnino requisita, ad firmata in *Salamantina Beneficii* 7. *Maii*, *&* 5. *Junii* 1694. coram Reverendiss. P. Dom. meo Molines, visum fuit DD cessata non solum ex eo, quod in reservatione hujusmodi Pensionis prædicta qualitas adjecta non legitur, prout fuisset necessarium ad hoc, ut illa dici posset reservata pro dote, Garz. *de Benefic. p.* 5. *cap.* 9. *n.*60. Lambertin. *de Jurepatr. lib.*1. *par.*1. *quæst.*6. *art.*1. *num* 9. *& seqq.* Rota coram Duran. *decis.* 285. *num.* 31. *& dec.*568. *num.* 5. *part.* 4. *tom* 1. *recent.* Sed etiam quia cum Collegium Græcorum per biennium ante dictam reservationem fuisset erectum cum particulari annuo assignamento sub specifico titulo dotis, *Summario Collegii Germanici n.* 11. hinc cum in fundatione esset de dote provisum, & in reservatione Pensionis prædictæ nulla dotis mentio facta fuerit, debet
2 præsumi non fuisse pro dote reservata, sumpto argumento a discretivo loquendi modo, quo regulariter utimur, dum interpretamur Gratias Pontificias, ad Text. *in l. cum Prætor ff. de judic.* Rota coram Dunoz. Jun. *dec.*631. *n.*10. *& dec.* 599. *n.*9. *part.*18. *rec.*

Ulterius accedit, quod quatenus etiam hujusmodi Pensionis assignatio naturam dotis, sive illius augmenti assumpsisset, nihilominus non fuisset necessarium id Pontifici exprimere; etenim cum ipse Collegium Græcum tanta animi solicitudine motu proprio erexisset, & triennio duntaxat ante cassationem, hujusmodi Pensionem ad illius favorem reservasset, utique de facto tam recenti, & insigni in eodem oblivio præsumi non potest, ut gratia cassationis ejusdem Pensionis valeat de 3
defectu intentionis, ac proinde de subreptione redargui, Felin. *in cap. super literis sub n.* 8. *vers. tertia regula de rescript.* Menoch. *de arbitr. cap.* 201. *n.* 124. Paris. *cons.* 5. *num.* 123. *& seqq. &* 128. *lib.* 4. Præcipue cum hujusmodi cassatio facta fuerit motu proprio *cap. si motu proprio de prabend. in* 6. Rot. coram Coccin. *decis.* 1001. *num.* 5. *&* 2252. *num.* 1. licet in aliis materiis levioris ponderis, & in quibus tales circumstantiæ non concurrunt, admitti possit contraria conclusio de præsumpta Papæ oblivione, etiam in rebus ab ipso gestis ob negotiorum multiplicitatem, *ut in cap. cum olim* §. 1. *in fin. de sent. & re judic.* Paris. *cons.*11. *n.*122. *lib.*1. Rot. coram Rembold. *dec.* 67. *n.* 23. *&* 24.

Eoque certius prædicta procedere visa fuerunt, quia Pontifex non devenit simpliciter ad hujusmodi Pensionis cassationem, sed quidem correspective ad unionem Abbatiæ Militen. majoris reditus factam eidem Collegio 4
Græco; adeoque dici non potest eidem dotem substulisse, sed potius in aliam pinguiorem permutasse, quo casu, sicuti non intrant termini simplicis cassationis, ita ex hoc titulo de vitio obreptionis, aut subreptionis dari non potest, Rota coram Duran. *dec.* 306. *n.* 5. & corram Coccin. *dec.* 2299. *n.* 9. Et expressio qualitatis dotalis utique Papam non retraxisset, quominus illam cassaret, & consequenter cooperari non poterit nullitatem prædictæ cassationis, Caputaquen. *decis.* 42. *part.* 2. & coram Burart. *dec.* 638. *n.* 6.

Quæ quidem correspectivitas non solum resultat ex eo, quod cassatio Pensionis, & unio Abbatiæ Mileti, in una eademque gratia continentur, Rot. cor. Card. Cerro *dec.* 752. *n.*4. *& in rec. dec.* 122. *n.* 12. *&* 215. *n.* 2. *part.* 18. Sed insuper, quia in literis unionis, prædictas Causæ unionis, expresse tribuitur cassationi Pensionis præfatæ, *Summ. Collegii Germanici n.* 4. quapropter inter utrunque ex prædictis actibus major correspectivitas desiderari non valet *l. si fundus*, §. *si duo*, ubi Bart. *ff. de pign.* cor. Card. Cerro *dec.* 264. *n.* 4.

Et hinc ex prædictis patet inapplicabilitas resolutionis captæ cor. R. P. D. meo Molines *in Salamantina Beneficii superius in objecto allegata*, cum non simus in terminis puræ, & simplicis cassationis dotis, cujus differentiam ulterius, ab hac præsenti controversia, considerabant DD. ex eo quod in illo casu, dotis constitutio erat clara, & collatio ejusdem Beneficii in dotem ab uno Pontifice dari, ab altero in favorem alterius erat facta, & quidem ad supplicationem Partis, & sine ulla mentione præcedentis gratiæ, & qualitatis dotalis; in præsenti autem, ut dictum est, neque constat de qualitate dotali, & actus cas- 5
sationis habetur gestus ab eodem Pontifice motu proprio, & quidem prævia abundanti recompensatione reditus; unde stante tam aperta diversitate unius casus ab altero, nulla illatio fieri potuit *l. Papinianus ff. de minor.* Coccin. *dec.* 2212. *n.*8. *& dec.* 90. *n.* 5. *p.* 18. *rec.*

Prout neque secundum caput nullitatis relevare visum 6
est, quod nempe in d. cassatione nulla fuerit habita mentio amplissimarum derogatoriarum, ac Decreti in literis reservationis appositi, quod illius exactio impediri non posset, *per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem*, de quibus si Papa recordatus fuisset, præsumendum sit, vel ad cassationem non devenisse, nisi servata forma hujusmodi Decreti, vel saltem difficilius devenisse, ex quorum propterea inobservantia nullitas cassationis resultat, ad Text. *in leg. si quis in princip. testamenti* 22. *ff. de leg.* 3. Rot. *in dicta Salamantina Beneficii* 7. *Maii* 1694. §. *Tertia, quia* coram d. R. P. D. meo Molines. Quoniam hujusmodi verba præservat duntaxat solutionem Pensionis favore Collegii Græcorum ab aliquo generali Privilegio, quod Collegium Germanicum reportare potuisset exemptivum a cujuscunque Pensionis solutione, per quod Papa noluit Collegio Græcorum præjudicari, adeoque Decretum prædictum tanquam ad hunc casum restrictum ulterius non est

opera-

operativum *l. cum pater §. Dulcissimis ff. de leg.* 2. Peregrin. *cons.* 36. *n.* 12. *lib.* 2. Rota coram Bich. *decis.* 241. *n.* 22. *& in recent. decis.* 83. *n.* 24. *& seqq. part.* 19.

Sed insuper quia posita scientia, & recordatione Papæ omnium qualitatum facti adeo insignis, & quod Pensionem non cassavit simpliciter in damnum Collegii Græcorum, sed illam in melius permutavit, cum ex his non fuerit Collegio illatum præjudicium, expressio prædictorum necessaria non erat, Rota 240. *num.* 26. *part.* 1. *diverſ. & dec.* 45. *num.* 4. cor. Millin.

Addito, quod Gregorius XIII. apponendo adeo amplas derogatorias in reservatione hujusmodi Pensionis, providere quidem voluit, ne alius Pontifex circumveniri posset, ad facilius præjudicandum Collegio Græco, in cassanda, seu reducenda simpliciter hujusmodi Pensione per ipsum eidem reservata; non autem voluit sibi, aut aliis manus ligare, quin idem Collegium, ipse Gregorius, vel alii ejus successores possent de melioribus, & opulentioribus reditibus providere, quod cum facere non potuisset, ut in *cap. innotuit de elect. & in cap. fin. de rescript. in* 6. neque voluisse credendum est, Rota *decis.* 38. *n.* 5. *part.* 19. *recent.*

7 Tertia nullitas desumpta ex omissa derogatione regulæ, de Jure quæsito non tollendo facilius removeri visa fuit; Tum quia cum agatur de gratia de sui natura præjudiciali, derogatio hujusmodi regulæ non erat necessaria, Rota coram Merlin. *dec.* 243. *n.* 1. & coram Cerro *dec.* 685. *n.* 12. Tum etiam quia præjudicium, quod inferebatur per hujusmodi cassationem uberrime compensatum remanebat per unionem contemporaneam perpetuæ Abbatiæ Militen. Rota *in Militen. Transact.* 28. *Febr.* 1684. §. *fin.* cor. Reverend. D. Florez. Tum demum, quia hujusmodi actus non poterat dici Jus perfecte quæsitum, dum pendebat ab eventualitate, exigi nanque non poterat hujusmodi Pensio, nisi post cassationem alterius ex duabus Pensionibus, quibus illa de tempore reservationis gravata reperiebatur, qui casus adhuc non evenerat de tempore cassationis ejusdem, adeoque minus præjudicium considerari valet in illius cassatione, dum fuit facta correspective ad certam, & majorem utilitatem, quam illico post unionem Collegium fuit consecutum, Lambertin. *de Jurepat. part.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 19. *in fin.* Rota coram Millin. *dec.* 45. *num.* 4. ex cor. Merlin. *dec.* 243. *n.* 10.

8 Demum neque quarta, quod deficiat consensus Collegii in cassatione prædicta. Quoniam ultra quod regula 45. de consensibus loquitur de reservationibus, ac proinde tanquam odiosa trahi nequeat ad cassationem, ut in *Clement.* 1. *de renunc.* Tondut. *de Pens. q.* 41. *n.* 28. cum cassatio prædicta secuta fuerit motu proprio, & de plenitudine potestatis, nullus propterea requirebatur consensus, Mand. *ad Regul. Cancell. Regul.* 16. *q.* 7. *n.* 6. *in fin.* Moner. *de commut. ult. volunt c.* 7. *n.* 124. Et cum actus cessationis prævia recompensatione unionis Abbatiæ redundaret in utilitatem Collegii Græci, remanet inutilis prætensio consensus præstandi, cum in utilitatem propriam nemo dissentire præsumatur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 84. Adden. ad Greg. *decis.* 97. *n.* 8. *&* coram Cerro *decis.* 34. *num.* 28.

Cessat insuper hæc objecta nullitas, ex quo prædictæ regulæ expresse fuerit in cassatione derogatū prout firmatum fuit in utraque decisione nempe cor. Cert. *n.* 4. *& illa* R. D. mei Decani 5. *Junii* 1694. §. *& quoad regulam*. Neque hujusmodi derogatio restringi potest ad Pensionem reservatam in eadem gratia favore Cardin. Mandrutii; quoniam cum fuerit in fine posita per dictionem additativam commode referibilem ad singula desuper in eadem gratia expressa, omnia præcedentia debet pariformiter qualificare, ad Text. *in l.* 1. *ubi DD. C. de lib. prater*. Rota cor. Coccin. *dec.* 116. *n.* 2. *& dec.* 267. *n.* 16. *& in rec. dec.* 345. *n.* 4. *p.* 16.

Præcipue autem cum in proposito adsit etiam positivus consensus Ministrorum Collegii Pensionarii, qui cassationem præfatam per Instrumentum publicum solemniter acceptarunt, *Summario Collegii Germanici n.* 5. qui consensus utique sufficiens reputari debuit, dum si illius reservatio concepta fuerat favore Rectoris, Administratoris, & Scholarium ejusdem, *Summar. Collegii Græci n.* 4. conveniens erat, ut eorundem consensus in illius cassatione requireretur & sufficeret. Auth. *contra si filii C. de repud. & l. nihil jam naturale ff. de reg. jur.*

9 Et reassumptis iis firmatis pro remotione hujus objecti *in d. decis.* cor. R. P. Decano §. *Neque consensus*, quæ iterum DD. placuerunt; accedit insuper tacitus consensus resultans ex acceptatione unionis, correspective ad dictam cassationem secutæ, & in eadem Bulla cassationis contentæ, qui pariter sufficiens reputatur, Cassador. *dec.* 1. *n.* 3. Put. *dec.* 100. *num.* 2. *lib.* 2. Caval. *dec.* 26. *n.* 4. recipiens nanque scripturam, eaque utens omnia in eadem contenta approbasse censetur ad Text. *in l. cum Tabernam §. Idem quæsivit in fin. ff. de pignor.*

Nec obstat, quod hujusmodi consensus debuisset antecedenter ad cassationem intervenire ex *dec.* 328. *p.* 2. *rec.*

Quoniam cum gratia cassationis emanaverit motu proprio Papæ, utique nullus consensus eam antecedere potuisset, tanquam inopinatam; neque etiam contemporaneę interesse, dum tanquam correspectiva ad utiliorem unionem statim fuit effectuata, cum unusquisque præsumatur, ut dictum est, consensum præstare, & acceptare ea, quæ in 10
proprium commodum, & utilitatem redundant, Roland. *cons.* 19. *n.* 34. *lib.* 1. Bursatt. *cons.* 304. *num.* 5. Riminal. Jun. *cons.* 108. *n.* 13. Menoch. *cons.* 371. *n.* 19. Surd. *dec.* 111. *n.* 13.

Quo vero ad ineffectuationem cessationis, vel Pensionis reconvalidationem, sive præscriptionem deductas ex longæva ejusdem Pensionis exactione facta per Collegium Græcum, post secutam illius cassationem, enim idem Collegium in Judicio allegaverit, & produxerit titulum reservationis atque in eo suam intentionem fundaverit, *Summ. Germanici n.* 7. Reservatio autem præfata appareat sublata per Pontificiam ejusdem Pensionis extinctionem, alterius tituli præsumptivi allegatio, ex præfatis solutionibus per longissimum tempus continuatis, deducti, minime attendi meretur, tam ad effectum rejiciendi prætensam reconvalidationem, quam adductam præscriptionem, cum allegato titulo omnino incompatibilem *c. pervenit de cens.* de Luca *de Pens. disc.* 22. *n.* 7. Paris. *consil.* 27. *n.* 119. *& cons.* 114. *n.* 11. *lib.* 1. Rota coram Bich. *dec.* 50. *n.* 10. *& in Bononien. Jurispatronatus de Ghislieriis* 21. *Jan.* 1695. §. *aut enim*, *& seq.* cor. R. P. D. meo Pio. Potissimum in hac materia Pensionis, in qua Papæ voluntas totum facit, nec ad ipsius in- 11
ductionem, seu reconvalidationem quidquam operatur Partium consensus, sed unice venit attendenda authoritas Papæ, dum sumus in tali genere rerum, quæ in commercio non cadunt, ex firmatis in *dec.* 816. *num.* 7. *in hac eadem Causa* cor. Cerro, & ejusdem confirmatoria cor. Reverendissimo Decano 5. *Junii* 1694. §. *Cessat quoque*.

Inacceptatio vero ejusdem cassationis minus potest adduci, dum concludenter non probatur in Germanico talis cassationis notitia, ut esset necessarium, ad hoc ut ex subsecutis solutionibus talis voluntas in eodem convinci posset *l. fin. C. plus valer. quod agit* Menoch. *cons.* 309. *n.* 22. Rota cor. Coccino *dec.* 656. *n.* 7. Imo ex mutatione Rectorum per 12
lapsum 17. annor. qui effluxerunt a tempore cassationis ad illud primævæ exactionis dictæ Pensionis factæ per Ministros Collegii Græcorum redditur ad modum verisimile, quod hujusmodi solutiones ex ignorantia processerint, quæ propterea aptæ non sunt præjudicare Germanico, Menoch. *dict. consil.* 389. *n.* 23. Rota cor. Cerro, *dec.* 435. *n.* 19.

Et ita utraque &c.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pensionis super Manutentione.

Veneris 9. *Decembris* 1695.

Argumentum idem est ac præcedentium.

SUMMARIUM.

1 *Supposita tituli invaliditate locum habet Regula, quod* Petitorium absorbet Possessorium.

2 *Rota in maxima consideratione habere solet fundamenta Decisionum comprobatarum super bono jure, pro concedenda, vel deneganda manutentione.*

DECISIO IV.

Sicuti ad dubium super bono Jure responsum fuit, Sententiam latam de Voto Rotæ esse confirmandam, eo quia pensio tanquam cassata amplius non deberetur Collegio Græcorum, ut ex altera decisione hodie coram me edita; ita etiam quoad præsens dubium super manutentione insimul per me propositum resolutum fuit, illam esse denegandam Collegio Græcorum.

Etenim, cum de cassatione, & extinctione hujusmodi Pensionis clare cōstet per literas Apostolicas motu proprio, & de plenitudine potestatis emanatas, utique attendi non meretur longæva possessio ejusdem Collegii, præsupposita 13
nanque prædicti Tituli invaliditate sibi locum vindicat regula, quod Petitorium absorbeat Possessorium, & consequenter, quod manutentio sit deneganda Collegio Græcorum, ex traditis per Abbat. *in c. consultationib. n.* 9. *de Jurep.* Rota *dec.* 167. *n.* 9. *&* 10. *p.* 2. *diverſ.* cor. Dunoz. jun. *dec.*

798. *n.*6. cor. Bich. *dec.* 396. *n.*29. & cor. san. me. Alex. VIII. *dec.* 234. *n.*32. *&* 33.

Hinc propterea adversari non videbantur ea, quæ circa turbiditatem prædictæ cassationis denuo repetebantur pro parte dicti Collegii Græci. Quoniam cum exceptiones omnes exadverso oppositæ sint omnino extrinsecæ ipsimet cassationi, quæ nullo vitio apparenti potest notari, ejusque legalitas, & relevantia, prout insubsistentia extrinsecarum exceptionum fuerint plene cognitæ per duas decisiones ante sententiam emanatas, & hodie iterum coram me respective comprobatæ in decisione super bono Jure, quarum fundamenta pro concedenda, vel deneganda manutentione semper solet nostrum Tribunal in maxima consideratione habere, ut videre est in *dec.*623. *n.*25. *p.*18. *&* *dec.*277. *n.* 12. *par.*19. *recent.* his positis, exceptiones prædictæ dici non possunt aptæ ad inducendam turbiditatem in dicta cassatione undique clara, per quam infecta remansit possessio Collegii, Post. *de manut. observ.*42. *n.*137. *& seq. &* *n.*142. Rot. *dec.*105. *n.*6. post Zacch. *de oblig. Cam.* & cor. Cerro *decis.* 757. *n.*10. Et ita utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Calaritana Pensionis.

Lunæ 1. *Decembris* 1692.

A R G U M E N T U M.

Agitur in hac Decisione de Pensione, & an Concordia super hac inita observari debeat per successorem Titularis concordantis, ad ornatum Causæ *disc.*36. *de Pensionibus* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *Pensionarius in judicio petitorio contra Titularem, qui pensioni non consensit, tenetur plene, & concludenter justificare valorem Beneficii* per ascensum, *alias pensio non sustinetur.*

2 *Præsertim stante clausula*, ut asseris, *qua præsefert Papam fuisse de Beneficii valore dubium, deque eo voluisse a Pensionario doceri.*

3 *Onus justificandi valorem æque incumbit in pensione conditionali ac in pura.*

4 *Consensus Titularis solutioni pensionis non afficit successores.*

5 *Spatium triginta annorum requiritur ad inducendam præsumptionem justificationis.*

6 *Narrativa valoris monetæ, facta cum solemni protestatione non consentiendi valori, non inducit consensum.*

7 *Narrativa valoris* per non excessum, *&* ascensum *longe differunt.*

8 *Expressio pensionis non dicit ejus approbationem, sed nudum factum reservationis.*

9 *Ad hoc, ut testes justificent valorem, debent deponere per quinque annos ante, & quinque annos post reservationem.*

10 *Locationes continuatæ per spatium plurium annorum probant valorem rei locatæ.*

11 *Pensio reservata sub narrativa certi valoris* per ascensum *& cum clausula*, ut asseris, *in totum corruit ex defectu justificationis.*

12 *Ex falsa valoris expressione oritur vitium obreptionis, quod totam gratiam inficit.*

13 *Puerilis ætas non est apta præservare gratiam a nullitate.*

D E C I S I O V.

SAnctæ memoriæ Urbanus Octavus super Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ Calaritanæ vacante per obitum Antonii Angeli Santucchii, & pensionibus ducatorum 1200. auri de Camera gravato, quem per literas datas nonis Decembris 1637. ab Archiepiscopo conferri, & assignari mandaverat Dominico Martin, reservavit eodem die, & anno de consensu ipsius Dominici, & sub narrativa valoris *per ascensum* ad 3500. ducatos similes, cum clausula, *ut asseris*, aliam pensionem similium ducatorum 625. favore Ambrosii Santucchii Machim, qui illam exegit usque ad annum 1655. quo Dominicus supervixit; sed post hujus obitum, detrectante Georgio Martin, qui vigore gratiæ Coadjutoriæ cum futura successione Canonicatum adeptus fuerat in illius solutione continuare, egit, & obtinuit adversus ipsum anno 1658. a Vicario Generali Calaritano Judice in literis servationis pensionis deputato, mandatum de manutenendo, quod devoluta Causa ad A. C. Bulgarinum, revocatum fuit per sententiam absolventem Georgium ab impetitis, & ulterius declarantem pensionem esse nullam; Appellante autem Ambrosio, & commissa Causa clar. me. Cardinali Cerro, fuit in possessorio, prævia *decisione* 629. *inter ejus impressas*, relaxatum mandatum de manutenendo favore Ambrosii, & in petitorio, præviis duabus decisionibus, prima nempe coram eodem Cerro *inter ejus impressas* 899. & altera cor. Eminentissimo Vicecomite illi suffecto 6. *inter impressas part.*17. *recentior.* lata fuit per ipsummet Eminentissimum Vicecomitem sententia priori A. C. Bulgarini conformis pro nullitate pensionis, contra quam interjecta rursus appellatione pro parte Ambrosii, & Causa commissa bonæ memoriæ Priolo, præviis geminis decisionibus *inter illius impressas* 351. & 369. pronunciatum fuit per bon. mem. Albergatum, per ejus obitum in Causa substitutum, *infirmandam esse sententiam Eminentissimi Vicecomitis, & pensionem sustinere*; sed ab hac sententia commissa ad provocationem Georgii Causa appellationis R. P. D. Rondinino, & post varios actus coram ipso gestos, utroque tam scilicet Georgio, quam Rondinino ab humanis ereptis, ac in Georgii locum de Canonicatu proviso Joanne Paulo Nurra, & in locum Rondinini suffecto R. P. D. meo Cavalerino tunc ad Christianissimum Regem Nuncio Apostolico, proposito ter per ipsum consueto dubio, *an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, nec ulla capta resolutione, excepto ordine dato sub die 3. Julii 1690. quod *stricte scriberetur super reducibilitate pensionis*, tandem hodie coram me illius vice Causam reproponente, conclusum fuit pro infirmatione sententiæ Rotalis.

Sententia enim (ut liquet ex decisionibus bonæ memoriæ Prioli, quarum ad formam illa emanavit) unice fundata fuit in eo, quod ob consensum per Georgium tunc temporis Titularem pensionis præstitam in assecutione gratiæ Coadjutoriæ relevaretur Ambrosius Pensionarius ab onere justificandi valorem *per ascensum* ad 3500. ducatos auri de Camera narratum in literis reservationis, tam in possessorio, quam petitorio; sed corruit hujusmodi fundamentum tum in hodierna instantia, quæ non amplius agitur cum Georgio, sed cum Joanne Paulo per ejus obitum proviso, qui non modo nullum præbuit pensioni consensum, verum immo (ut inferius apparebit) adversus illam positive dissensit, & reclamavit, ac resurgit aliud amplexum per decisiones bonæ memoriæ Cerri, & Eminentissimi Vicecomitis, quod videlicet Pensionarius in judicio petitorio, 1
& contra Titularem, qui pensioni non consensit, tenetur plene, & concludenter justificare valorem præfatum, alias pensio non sustinetur, ut tradit Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.*467. *& seq.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 72. Adden ad Gregor. *decis.*57. *n.* 11. Rota *decis.* 306. *num.* 1. *part.*10. *decis.*41. *n.* 1. *part.* 17. *recent. decis.* 236. *num.* 9. coram Bichio *decis.* 830. *num.* 5. coram clar. mem. Cardinali Cerro *in Viterbien. pensionis* 26. *Junii* 1683. §. *Cum enim*, coram Reverendissimo Patre Domino meo Ursino *in Albanen. pensionis* 2. *Aprilis* 1683. §. *secundo quia*, coram bonæ memoriæ Rondinino, *& in Romana pensionis* 25. *Junii ejusdem anni* §. *Nitebantur*, coram eodem, *confirmata* 20. *Martii* 1684. coram D. meo Ursino. Præsertim stante clausula, *ut asseris*, quæ facit conditionem 2
& præsefert Papam fuisse de Beneficii valore dubium, deque eo voluisse a Pensionario doceri, ut advertit Rota *d. decis.* 306. *n.* 3. *&* 4. *part.* 10. *decis.* 265. *n.* 3. *part.* 15. *decis.* 230. *n.* 3. *& seqq. part.* 18. *recentior. in dicta Viterbien. pensionis* §. *Eoque fortius*, coram Domino meo Ursino, & in decisione, sive discursu edito pro concordia *in Majoricen. pensionis* 28. *Martii* 1689. §. *Quoniam cum sequenti*, coram me.

Neque ad relevandum ab hoc onere Pensionarium quicquam facit, quod pensio reservata non fuerit sub aliqua explicita conditione, sed pure, quodque in illius reservatione facta occasione provisionis per obitum nulla, nec de jure, nec ex regulis Cancellariæ requireretur expressio valoris; nam quod pensio reservata non fuerit sub aliqua explicita conditione (præter quod confunditur ex prædicta clausula, ut *asseris*, quæ vel importat expressam conditionem, vel saltem virtualem, ac tacitam, quæ ad hunc effectum æquipollet expressæ, ut constat ex notatis per Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 460. Rota *decis.* 880. *num.* 2. coram Dunoz. Juniore, *& decis.* 130. *num.* 3. *&* 4. *part.* 18. *recentior.*) nihil pertinet ad punctum oneris justificandi valorem, quod æque incumbit Pensionario in pensione conditionali, ac pura, cum hac solum differentia, quod quando agitur de pensione conditionali, justificatio fieri debet etiam adversus eum, qui pensioni consensit, cum consensisse dicatur sub eadem conditione, quod secus est, quando agitur de pensione pura, ut explicant Marescott. *var. resolut.*

lat. lib. 1. cap. 1. num. 74. & 75. Adden. ad Gregor. *dec. 75. n. 12.* Et quod nec de jure, nec ex regulis Cancellariæ requireretur expressio valoris in reservatione pensionis occasione provisionis per obitum (quidquid sit an subsistat) non urget in casu, quo, prout hic, ejus expressio, licet forsan alias non necessaria, legitur in actu reservationis peractæ ad Pensionarii supplicationem, & cum sæpe dicta clausula, *ut asseris*. In his enim terminis necessaria fit illius verificatio ex facto, seu voluntate, tam Pensionarii, qui hanc sibi viam elegit ad obtinẽdum, ut ponderant Gutt. *Can. quæst. lib. 2. c. 15. sub n. 76.* Cochier. *ad regul. Cancell. 61. n. 22. & seqq.* Tondut. *de pens. quæst. 61. n. 3.* & 4. quam etiam Papæ, qui sub hac conditione sine lege detulit reservationi, ad tradita per Lotter. *de re ben. lib. 1. q. 41. n. 33.* Rota *dec. 144. n. 12. & tribus seqq. p. recent. tom. 2.*

Minus subsistit, quod Dominicus primus Titularis auctorizante Papa pensioni consenserit pro se, & suis successoribus ibi, *Pensionem annuam &c. per d. Dominicum, cujus ad hoc expressus accedit assensus, & successores suos Canonicatum, & Præbendam prædictam pro tempore, quomodolibet obtinentes &c. integre persolvendam &c.* quoniam (ut ex hismet ipsis verbis satis constat) successores fuerunt particulariter comprehensi in obligatione solvendi pensionem qui nihil influit in consensum, qui in objecta materia non tangit substantiam debiti, sed potius modum debendi, & dicit solum approbationem, seu confessionem, quod beneficium sit capax tali pensiones; Consensus autem personaliter relatus fuit ad ipsum Dominicum, neque per conse-
4 quens afficit successores, qui non veniunt dependenter ab ipso, sed jus metiuntur a Papa, ex provisione per obitum, ut tradit Rota *decis. 144. num. 16. & seq. p. 4. tom. 2. dec. 306. n. 6. part. 10. decis. 187. n. 13. & 14. part. 11. decis. 27. n. 2. & decis. 265. n. 4. part. 15. recent. decis. 1122. n. 1. vers. tam ex eo*, cor. Card. Seraphino, *& decis. 343. num. 1. vers. nec ab onere cum seqq.* coram Merlino.

Prout nec refert, quod ab anno 1637. usque in præsens pensio semper exacta fuerit, ita ut ex tam longi temporis exactione oriatur justificationis præsumptio, siquidem exa-
5 ctiones, quæ præcesserunt litem instructam coram Vicario Calaritano, non complectuntur spatium 30. annor. prout omnino requiritur ad inducendam hujusmodi præsumptionem, ut firmat Add. ad Burat. *decis. 296. n. 12. vers. minus autem tempus*, Rota penes Marchesan. *de commiss. part. 1. fol. 523. n. 2. decis. 596. num. 4.* coram Penia, *& dec. 41. n. 17. & 18. part. 27. recent.* aliæ autem subsecutæ non fuerunt pacificæ, quia lis, ut præmissum est, a Vicario Calaritano delata fuit ad A. C. Bulgarinum, & ab A. C. Bulgarino ad nostrum Tribunal, in quo deinceps perpetuo viguit, & adhuc viget, & facta fuerunt calore mandati de manutenendo Pensionario concessi, & a Signatura Justitiæ canonizati cum clausula præservativa executionis, & sic sive ex uno, sive ex altero capite non suffragantur, ut de primo tradit Rota *decis. 294. n. 13. & seqq.* coram Royas, & de secundo *decis. 273. per tot. lib. 2.* coram Puteo, *& decis. 291. n. 32.* coram Dunozett. Juniore, non attenta conjunctione temporum pro complendo 30. annorum spatio, prætensa sub obtentu, quod post directam Causæ commissionem bonæ memoriæ Rondinino, Titularis tunc temporis litem deseruerit, & pensionem persolverit usque ad obitum, quoniam litis desertio cessat in facto: quia scilicet anno 1678. fuit ex parte ejusdem Titularis productus coram bonæ memoriæ Rondinino processus remissorialis, & anno subsequenti 1679. ad ejus instantiam propositum ac disputatum hodiernum dubium, prout ex Causæ positione tunc distributa.

Nec demum turbat, quod etiam Joannes Paulus modernus Titularis saltem tacite pensioni consenserit per hoc, quod in supplicatione Papæ porrecta pro consecutione Canonicatus narraverit eundem valorem ducator. 3500. narratum in literis reservationis, expresserit hanc ipsam pensionem ducatorum 625. de cujus validitate agitur; & ulterius consenserit reservationi novæ ducator. 100. quoniam narrativa valoris ducatorum 3500. facta fuit ad parendum
6 officialibus Datariæ, qui pro eorum interesse recusarunt admittere supplicationem cum minori expressione, & facta fuit cum præambula solemni protestatione, non consentiendi valori, ac ex defectu illius justificationis impugnandi pensionem immediate etiam deinceps actualiter impugnatam, prout in specie respondendo huic objecto animadvertit Rota *decis. 306. n. 8. part. 10. recent.* & denique facta fuit per modum negativum, videlicet, *per non excess-*
7 *sum*; neque proinde trahi valet in approbationem alterius

in literis reservationis conceptæ per modum affirmativum, scilicet, *per ascensum*, quæ est longe diversa, cum prior verificetur in qualibet summa, hæc autem præcise verificari debeat in summa narrata, ut dixit Rota *decis. 120. n. 15. p. 17. recent. decis. 237. n. 4. & seqq.* cor. Millino *dec. 169. n. 11. & seq.* coram Royas *decis. 880. n. 7. & seq.* cor. Dunozetto juniore, *& in Compostellana Parochialis 2. Maii proxime preteriti §. non obstat*, cor. R. P. D. meo Caprara, Expressio etiam controversæ pensionis, ultra quod facta fuit cum protestatione mox allegata, & fieri potuit, ac debuit 8
ad differendam pro ejus rata solutionem annatæ, & ne illa reticita posteriori corrueret tanquam subreptitia, ut observat Rota *decis. 3. & 4. de Pension.* cor. Cassadot. *dec. 111. n. 3.* cor. Mantica, *& dec. 279. n. 4.* coram Millino, non dicit approbationem pensionis, sed nudum factum reservationis, quod etiam invalide expleri potuit ex defectu intentionis Papæ, seu verificationis narratorum, ut retractando contrariam sententiam amplexam in decisionibus in objecto allegatis firmavit Rota *dec. 278. num. 3. & 4.* penes Posth. *de manut. dec. 306. n. 7. & plurib. seqq. part. 10. rec. decis. 343. num. 4. & 5.* coram Merlino, *& in Ariminen. Pensionis 10. Maii 1662. §. Quia cum pensio*, coram bon. memoriæ Avunculo meo; & demum consensus reservationi novæ pensionis considerabilis esset adversus novum Pensionarium, non autem adversus antiquum, qui hujusmodi consensum non habet, maxime quia ille præsumi potest novæ pensioni præstitus sub justa credulitate, seu suppositione, quod antiqua esset nulla.

Non justificavit autem prærecensitum valorem ducatorum auri de Camera 3500. (quemadmodum ex huc usque firmatis tenetur) Ambrosius pensionarius; nam Testes ad hunc effectum adducti, qui ad ejus instantiam examinati fuerunt vigore remissoriæ expeditæ coram claræ memoriæ Cardinali Cerro, patiuntur plures notabiles exceptiones late recensitas in *decis. Eminentissimi Vicecomitis*, quod nempe interrogati de valore Canonicatus respondent se nescire, omnes loquuntur de auditu, non deducunt expensas in recollectione fructuum necessarias, neque onera Canonicatus, & denique se restringunt ad annos quinque, eosque (ut ipsi clare asserunt) fertiliores; non autem testantur de quinque annis ante, & quinque post reservationem, juxta notoriam praxim in hac materia receptam, ac per consequens nihil probant, ut de Testibus non informatis Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 43. n. 12. & lib. 3. q. 20. num. 85.* ac de te- 9
stibus deponentibus de auditu, idem Lotter. *d. lib. 3. q. 20. n. 84.* Tondut. *de pens. cap. 14. n. 11. & 12.* & aliis non deducentibus expensas, & onera, Felin. *in cap. ad aures n. 14. de rescript.* Rot. *dec. 40. n. 7.* cor. Pamphilio, *& in Burgen. Præstimonii 9. Junii 1684. §. neque visum*, coram me, ac de non deponentibus quinque annos ante, & quinque post reservationem, Rota *decis. 213. n. 7.* cor. Bichio, & distinguendo inter valorem narratum *per non excessum*, & alterum narratum *per ascensum*, in quo gratia Papæ fundatur *decis. 62. n. 13. part. 10. recent. & in dicta Burgen. Præstimonii, dicto paragrapho neque visum*, coram me.

Non obstat discursus, qui fit super eisdem Testibus, quod scilicet ipsi deponant de omnibus, & singulis fructibus Territoriorum Villasor, & Sanluc ab anno 1637. usque 1642. quod fructus Canonicatus consistant in tribus ex quinque partibus decimæ horum fructuum, quodque initio eorum calculo juxta pretia tunc currentia tres quintæ partes ascendant ad annuas libr. 19950. quæ junctæ cum aliis libris 464 quotannis percipi solitis ex distributionibus quotidianis, & aliis Canonicatus emolumentis, de quibus supponitur apparere ex libris Capituli, conficiant annuas libras 20414. constituentes ad rationem juliorum quatuor pro qualibet libra ducatos auri de Camera 5103. quoniam (præter quod ille fundatur in Testibus patientibus exceptiones supracitatas, quæ non sinunt eis haberi fidem) non est etiam in semetipso perfecte concludens; primum, quia Testes non deponunt constanter, ac fixe de ea fructuum, eorumque pretiorum, quæ ex parte Pensionarii calculata fuit, sed de una summa, vel altera, ex quibus sumpta (prout fieri debet) summa minori, ut monet Tondut. *de pens. c. 14. n. 15.* patet valde decrescere præmissum valorem ducatot. 5103. ac deinde, quia nec detrahunt portiones eorum, qui exempti sunt a Decimæ solutione, quibus non detractis nulla habetur certitudo quantitatis Decimæ, neque per consequens fructuum Canonicatus, qui ex ejus tribus quintis partibus cõstant, accedente prætereà, quod libra Sardiniæ non constituit julios quatuor monetæ Romanæ, sed solum julios tres, & bononenos quatuor, ut ex fide Mercatorum data per Titularem

Neque depositiones eorundem Testium supplentur, seu roborantur ex adminiculis; non enim relevant dicta Testium nuper ad perpetuam rei memoriam examinatorum, quia isti non faciunt adminiculum, ut dixit Rot. *in Civitatis Castellana beneRum* 4. *Junii* 1681. *paragrapho ex prædictis*, coram bon. memoriæ Paulutio, nec pariter similes narrativæ valoris emissæ in binis provisionibus Dominici, & Georgii una cum solutione pensionis facta per spatium fere 20. annorum; etenim narrativæ leguntur etiam in præcedentibus provisionibus remissiores, videlicet anno 1608. in ducatis 1250. & anno 1624. in ducatis 2000. & quod plus est factæ fuerunt per non excessum, quæ (ut præfatum fuit) verificantur in qualibet summa; & pensionis solutio fieri potuit etiam ad effugiendas molestias, & lites, quæ, ut docet quotidiana praxis non brevi temporis spatio, nec sine magno labore, ac sumptu terminari solent adversus Pensionarium existentem in quasi possessione exigendi, neque demum affictus anno 1632. stipulatus pro libris 5120. liberis ab omni obligatione pensionum, & onerum, quia hic pluribus annis præcedit tempus reservationis, quod solum spectare debet ad effectum justificationis

10 valoris, ut tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 38. *n.* 69. plene Rota *in Pampilonen. beneficii* 12. *Januar.* 1685. §. *Minus obstat*, & §. *sed e contra*, cor. R. P. D. meo Caccia.

Quinimo hujusmodi tam Testes, quam adminicula prosternuntur ex Testibus vigore alterius remissoriæ Rotalis examinatis ad instantiam Georgii Titularis, ac ex aliis examinatis ad perpetuam rei memoriam deponentibus, fructus Canonicatus non excedere valorem librar. 7000. qui longe distat a valore ducatorum 3500. pro quo conflando juxta memoratam mercatorum fidem requiruntur lib. 1627. 10. & rursus ex contrariis adminiculis; primo nempe quod una ex quinque partibus Decimæ fructuum præfatorum Territoriorum spectans ad Ecclesias Parochiales ab anno 1637. usque ad 1654. semper locata fuit pro libris 1300. circiter, & solum anno 1651. pro libris 1450. ut patet ex serie locationum exhibitarum pro parte ejusdem Titularis, quæ utiquam continuatæ per spatium tot annorum bene probant valorem, ut pluribus adductis dictum fuit *in Salernitana pensionis* 4. *Maii* 1633. cor. bonæ memoriæ Ghislerio, *in Alarien. pensionis* 7. *Junii* 1632. §. *Inter alios*, cor. bonæ memoriæ Verospio, *& in Romana locationis* 23. *Martii* 1639. §. *& non poterat*, coram eodem; & altero quod cessis Pensionario fructibus Canonicatus per Georgium antecessorem, Pensionarius in redditione rationis administrationis eorum gestæ per plures annos remansit creditor Titularis in libris 2730. & in ducatis auri de Camera 4000. pro pensionibus decursis, prout ex calculo per eundem Pensionarium dato coram bonæ memoriæ Priolo, *& ex decisione super hoc puncto edita sub die* 7. *Januarii* 1676. cor. Reverendiss. Bourlemont.

Cessante igitur ex his Pensionario, in justificatione valoris sibi incumbente pensio, ut sub initio dictum fuit, non sustinetur neque etiam, quę postrema fuit Pensionarii prætensio,

11 ad mensuram deficientiæ valoris est reducibilis, quia scilicet pure reservata fuit sub narrativa certi valoris *per ascensum*, & cum clausula, *ut asseris*, in quibus terminis ex defectu illius justificationis corruit in totum, ut firmant Fagnan. *in cap. ad hoc n.* 29. *de solut.* Gatz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 427. Tond. *de pens. cap.* 15. *n.* 5. & 6. Add. ad Burart. *decis.* 369. *num.* 8. & semper tenuit nostrum Tribunal, ut *in dec.* 18. *n.* 1. & 2. *de rescript.* cor. Crescentio *dec.* 884. *num.* 1. & 2. cor. Manzanedo *dec.* 880. *per tot. & præsertim n.* 8. cor. Dunoz. jun. *dec.* 278. *n.* 2. penes Posth. *de manuten. decis.* 342. *n.* 12. *& seq. p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 187. *n.* 34. & 36. *p.* 11. *dec.* 41. *n.* 4. *dec.* 120. *n.* 2. & *dec.* 245. *n.* 32. *p.* 17. *recent.* & *in præcitata Majoricen. pensionis* 28. *Martii* 1686. §. *Quoniam*, coram me, ex duplici ratione; prima, quod ex falsa valoris expressione oritur vitium obreptionis, quod inficit totam gratiam, ut docet Felin. *in c. ad audientiam n.* 2. *de rescript.* & secunda, quod ex clausula, *ut asseris* inducitur conditio, ex qua grata fit individua, & ratione individuitatis in totum nulla, ut ratiocinatur Garz. *loco mox allegato n.* 425. & *seq.* Rota *dec.* 379. *n.* 9. *p.* 19. *recent.* non refragantibus auctoritatibus in contrarium laudatis, quæ procedunt in reservatione pensionis, facta cum clausula *dummodo* centum pro Rectore remaneant, vel *dummodo* tertiam partem fructuum non excedat, ex qua conjicitur Papam voluisse pensionem subsistere in eo, quod superesset, salvis reservatis, ut in specie illas declarando dixit Rot. *dec.* 75. *ex n.* 2. *usque ad* 15. & *dec.* 379. *n.* 4. & *seqq. p.* 19. *recent.* & *in dicta Romana pensionis* 25. *Junii* 1683. cor. bon. mem. Rondinino, *confirmata* 14. *Januar.* & 30. *Martii* 1684. cor. Reverendiss. Patre Domino meo Ursino.

Nec reductio peti valet ex eo, quod de tempore reservationis Pensionarius reperiretur puer undecim annorum, quodque in illius literis expressa fuerit ratio subveniendi 13
ipsi ad alimentis, quoniam puerilis ætas non est apta præservare gratiam a nullitate, de qua agitur; non enim in hac specie attenditur simplicitas supplicantis, sed voluntas, & intentio Papæ concedentis, ad literam Text. *in cap. super literis de rescript.* ubi Hostien. *n.* 10. *vers. vel per simplicitatem*, Abb. *n.* 4. & 6. Joan. Andr. *n.* 10. Decius *n.* 8. late Fagn. *n.* 62. Crav. *conf.* 68. *n.* 11. Masc. *de prob. concl.* 846. *n.* 4. & *seqq.* Rot. *dec.* 410. *n.* 10. cor. Bichio *decis.* 306. *n.* 24. & *seq. part.* 10. *dec.* 120. *n.* 18. & *seqq. part.* 17. & *decis.* 375. *n.* 19. *in fine p.* 19. *recent.* signanter in casu, quo, prout hic, post transactam puerilem, immo etiam minorem ætatem Pensionarius non modo narrativam non retractavit, & institit pro gratiæ correctione, sed ipsam gratiam in Judicio produxit, & narrativam totus viribus sustinere curavit, expediendo etiam ad hunc effectum remissoriam pro examine Testium. His enim stantibus, censetur narrativam ratificasse, & suam agnovisse, nec ex capite simplicitatis evitare valet nullitatem ex ejus falsitate, ut firmavit Rota *dec.* 181. *n.* 4. *lib.* 1. cor. Puteo, *dec.* 410. *n.* 18. cor. Bich. *dec.* 306. *n.* 25. *part.* 10. *dec.* 11. *n.* 15. & *seq. part.* 11. & *dec.* 120. *n.* 18. *in fine part.* 17. & *dec.* 375. *n.* 15. & *seqq. part.* 18. *recent.* ubi respondetur *decis.* 536. *part.* 14. *recent. tom.* 3. adductæ Pensionario de alimentis respicit effectum gratiæ, magis quam causam, quæ stat in narrativa valoris, ex qua Papa instruitur ad rectam rationem distributionis redituum Ecclesiasticorum, ad notata per Sarnen. *ad regul. Cancell. de valor. exprimen. quæst.* 1. *n.* 20. alioquin actum esset de conclusione tradita per Doctores, ac totics in nostro Auditorio canonizata, quod ex defectu justificationis valoris *per ascensum* narrati, pensio totaliter irritatur, cum vix una dari valeat reservatio, in qua hujusmodi expressio non legatur, ut inquit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 47. & patet ex ejus formulis relatis per Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *c.* 2. & 3. *n.* 1.

Et ita decisum fuit, utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Calatirana Pensionis.

Ven. 23. *Aprilis* 1695.

ARGUMENTUM.

Receditur a decisis in præcedenti Decisione.

SUMMARIUM.

1 *In materia probationum circumstantiæ, & adminicula insimul non seorsim sumi debent.*

2 *In probandis fructibus generalitatis prædiorum admittendi sunt testes etiam de propalationibus in loco fieri solitis, & de auditu a collectoribus.*

3 *Rigorosa probatio per decennium requiritur solum ubi titularis agit ad annullandam pensionem, non autem ubi Pensionarius agit ad illam sustinendam.*

4 *In valutatione monetarum stylus mercatorum discrepat a stylo Officialium Datariæ.*

5 *Solutiones per longum temporis spatium continuatæ, plurimum conferunt ad arguendam veritatem valoris.*

6 *Talis præsumitur Beneficii valor, qualis fuit expressus.*

7 *Locationes regulariter non probant valorem.*

DECISIO VI.

CUM ex defectu justificationis valoris Canonicatus in literis reservationis Pensionis per ascensum ad ducatos auri Cameræ 3500. & cum clausula, *ut asseris* narrati *die prima Decembris* 1692. decisum foret coram me infirmandam esse sententiam per bon. mem. Albergatum, prævios geminis Decisionibus editis cor. bon. mem. Priolo inter ejus impressas 351. & 368. pro validitate Pensionis in proxime præcedenti instantia prolatam, petiit & obtinuit Ambrosius Pensionarius Remissoriam ad supplendas, seu roborandas probationes valoris tunc usque per semetipsum adductas. Eaque expedita, ac ejus vigore compilato in partibus, & ad nos transmisso novo processu reproposui Causam sub *die* 28. *Junii* 1694. & dictum fuit *dilata ad Kalendas*, & rursus *die* 29. *Novembr.* subsequentis *iterum proponatur*, & *videant omnes*. Hodieque videntibus omnibus resolutio tandem prodiit *pro recessu a decisis*.

Licet enim dubium non fuerit apud Dominos, quin Pensionarius ad effectum sustinendi Pensionem in Judicio petitorio, in quo versamur, & adversus Titularem, qui reservationi Pensionis non consensit, teneatur plene, & concludenter

dentet probare valorem præfertim ftante claufula *ut afferis*, quæ efficit actum refervationis conditionalem fecundum Auctoritates pleno calamo relatas in præterita Decifione §. *Sententia*; ejufmodi tamen probatio fatis refultare vifa fuit in præfenti ex depofitionibus Teftium ad inftantiam Penfionarii examinatorum anno 1668. ac ex pluribus cir-
1 cumftantiis, & adminiculis, de quibus infra, fumptis potiffimum non feorfim fingulis, fed infimul omnibus, ut fieri debet in materia probationum, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 43. *n.* 23. 28. *&* 29. Rota *decif.* 245. *n.* 2. *& feqq.* cor. Gregor. *decif.* 542. *n.* 6. *& feqq.* cor. Dunoz. jun. *decif.* 556. *n.* 7. cor. Bich. *& decif.* 183. *ex num.* 7. *ufque ad* 12. coram Card. Cerro.

Ex depofitionibus Teftium; quoniam ipfi dilucide affirmant, quod fructus Canonicatus confiftunt in tribus ex quinque partibus Decimarum fructuum Villarum Sor, & Sanlur, quod fructus earundem Villarum ab anno 1636. ufque ad 1642. & fic de tempore refervationis penfionis fecutæ anno 1637. fingulo quoque anno collecti, ac venditi fuerunt in quantitatibus, feu fummis per eos relatis, ex quibus computatis etiam juxta fenfum prioris Decifionis fummis minoribus, patet tres quintas partes Decimarum conftare libras 17658. iifque additis diftributionibus quotidianis in fumma annuatum librarum 464. de quibus conftat ex libris Capituli, ac vice verfa detractis expenfis tranfportationis, confervationibus, ac venditionis fructuum, nec non oneribus Canonicatui inhærentibus in annuis libris 2081. de quibus deponunt Teftes nuper in vim remifforiæ Rotalis examinati, valorem Canonicatus afcendere ad annuas libras 16041. & fic longe excedere ducatos auri Cameræ 3500. dum ad iftos conficiendos, requiruntur libræ duntaxat 12500.

Non obftant objecta contra Teftes adducta, nec enim officit, quod ipfi verfati non fuerint in recollectione fructuum Canonicatus; quod deponant de fimplici auditu; quodque fignanter interrogati de ejufdem Canonicatus valore refpondeant nefcire: Quoniam fufficiunt rationes alias per ipfos adductæ, quod a nemine informari vel fubornari dicere, ac teftificari poffunt, & fciunt ex certa fcientia, quia funt *Agricolæ, & oriundi culturam exercebant, & quolibet anno publicari confueverat in dicta Villa quantitas fructuum recollectorum, & quod fic audiverunt a Collectoribus Decimarum, quodque erat publica vox, & fama*, ut de Teftibus Agricolis Rota *decif.* 79. *alias* 10. *num.* 4. coram Cæfare de Graffis, & de auditu a Collectoribus fructuum, & Beneficiatis Ecclefiæ *decif.* 283. *n.* 6. *part.* 7. *recent.* Et de publica voce, & fama, Campanil. *diverf. Jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 193. §. *Similiter*, Rota *decif.* 273. *num.* 1. *& feqq. & dec.* 277. *fub n.* 3. *&* 4. coram Gregor. Ponderando, quod non agitur de probandis fructibus unius, vel alterius prædii, fed in univerfum omnium, & fingulorum prædiorum Villarum Sor, & San-
2 lur, in quibus terminis propter impoffibilitatem habendi Teftes de facto proprio, vel de vifu, admittendi funt Teftes etiam de propalationibus in loco fieri confuetis, & de auditu a Collectoribus, juxta Theoricam Abbatis *in cap. cum Caufam n.* 8. *de Teftibus* Cardinal. Zabarell. *in c. Præterea n.* 6. *eodem tit.* Bellamer. *in Can. Teftes* §. *De his* 3. *quæft.* 9. *n.* 1. *&* 2. & firmata per Rot. *dec.* 277. *fub n.* 2. cor. Greg. Hincque tollitur, quod Teftes dicant fe nefcire, quia intelligi debet, quoad valorem Canonicatus directum, & immediatum, & de præcifa quantitate fructuum ufque ad obulum, fuper qua fuerunt interrogati, non autem quoad indirectum, & mediatum, deducendum fcilicet, ut fupra ex quantitate fructuum, ac Decimarum præfatarum Villarum.

Prout nec relevat, quod Teftes non deponant conftanter, ac fixe de certa fructuum quantitate, quod de eifdem fructibus non deponant per decennium, videlicet quinque annos ante, & quinque poft refervationem, & quod in fpecie deponant de annis fertilioribus; nam quod de certa quantitate fructuum non deponant conftanter ac fixe, nihil detrahit eorum depofitionibus, dum ex præfatis accipiuntur fummæ minores. Rigorofa probatio per decennium requiritur folum ubi Titularis agit ad annullandam Penfionem, non
3 autem ubi, prout hic, agit Penfionarius ad illam fuftinendam, quo cafu fatis eft, quod concludat de tempore refervationis, vel per aliquot tantum annos eidem proximos, ut diftinguendo tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæft.* 43. *n.* 23. Rota *decif.* 213. *n.* 25. cor. Bich. *decif.* 53. *n.* 2. cor. Arguell. *decif.* 542. *n.* 9. *&* 10. cor. Dunozett. *Jun. & decif.* 82. *n.* 2. poft Tondut. *de Penfion.* Et quod depofitiones loquantur de annis fertilioribus, ceffat quoties ut diximus, fufficit quod percutiant tempus refervationis, vel aliquos ei proximos annos, maxime quia non tam particulariter refervari valent ad annatas, quam univerfaliter ad tempora fertiliora, quia fcilicet abinde circa fucceffit contagium in Regno Sardiniæ, quo bonorum reditus decreverunt.

Nec demum turbat, quod Teftes non deducant, nec expenfas pro fructibus neceffarias, nec onera Canonicatus, nec portiones exemptorum a præftatione Decimarum; quoniam hi defectus fupplentur aliunde, & prout bene fuppleri poffe notat Rot. *decif.* 293. *n.* 3. *& dec.* 335. *fub n.* 1. *part.* 1. *diverf. dec.* 1831. *n.* 19. cor. Coccin. *decif.* 245. *n.* 10. cor. Gregor. *& dec.* 227. *fub n.* 9. cor. Dunozet. fen. Nam quoad expenfas ex depofitionibus noviffimorum Teftium de iis conftat in fumma duntaxat librarum 1315. pro tranfportationibus fructuum, & in fumma librarum vix 300. pro penfionibus horreorum, & cuftodia eorundem fructuum, licet iftæ ad abundantiam ex parte Penfionarii admittantur in fumma librarum 550. per ipfum articulata: Quoad onera teftantur iidem met Teftes, & liquet ex libris Capituli confiftere folum in fubfidio pro triremibus, & donativo afcendentibus ad lib. 216. Quoad portiones exemptorum, eæ, ut Teftes iidem referunt, vel nullæ adfunt, vel fatis modicæ, adeout iis etiam deductis ex libris 16041. in quibus valor probatus fuit, femper remaneant plufquam libr. 12500. quæ, ut præfertur, conficiunt ducatos auri Cameræ 3500. non attenta depofitione unius ajentis, *che le migliori are fono degl'efenti*, quia illa, ultra quod ad Villam Sor, cujus Teftis erat incola, refertur, confunditur ex aliis concorditer ajentibus, vel nefcire fe fe, quoad adfint, vel certe paucos adeffe exemptos.

Minus obftant objecta contra valutationem monetæ, nam quod ad conficiendos 3500. ducatos, auri Cameræ fufficiant libræ 12500. monetæ Sardiniæ, probatur ex mandato Procuræ per Dominicum primum Titularem expleto ad confentiendum Penfioni ducatorum mille monetæ Sardiniæ cum expreffione etiam valoris Canonicatus in ducat. 5000. fimilibus, nam quilibet ducatus conftat ex libris duabus cum dimidia, & fic ducat. 5000. conftituunt lib. 12500. Eoque fortius ftringit ejufmodi mandatum, quia relative ad ipfum facta fuit, imo fieri debuit expreffio valoris in literis refervationis, in quibus fpecifice narratus legitur confenfus Titularis, & probatur id ipfum ex eo, quod Penfio, licet in origine refervata in ducatis auri Cameræ 625. fuit nihilominus deinceps femper pro tempore foluta in ducatis mil. monetæ Sardiniæ conficientibus lib. 2500. Et denique probatur ex eo, quod confimilis valutatio, feu converfio monetæ Sardiniæ in ducatos auri Cameræ fervata dignofcitur in aliis caufis ejufdem Regni, ut in *Ampurien. Decimarum* cor. Merlin. *inter ejus impreffas* 662. *& in Turritana Congrua* cor. bon. mem. Card. Taya *inter impreffas in recentioribus decif.* 287. *& dec.* 500. *p.* 14. per regulam arithmeticam, quam ad hunc effectum ponderant informantes.

Nec in contrarium allegari meretur atteftatio Mercatorum afferentium, quod ducati auri Cameræ 3500. conficiant libras circiter 17000. quoniam ipfi monetas calculant feu valutant juxta valorem earum intrinfecum, non autem juxta valorem extrinfecum, cum quo hac in re procedi valuit per Officiales Datariæ; nec novum eft, quod in materia valutationis monetarum ftylus Mercatorum difcrepet a fty- 4
lo Officialium Datariæ, ut fignanter animadvertere licet in *dec.* 186. *n.* 23. *&* 24. *& dec.* 213. *n.* 26. *&* 28. *part.* 6. *rec.* in quibus ducati Regni Neapolitani valutantur in ducatis auri Cameræ 75. pro quolibet centenario, & in dictis *dec.* 287. *&* 500. *par.* 14. *rec.* in quibus libræ centum monetæ Sardiniæ calculantur in ducatis auri Cameræ 33. cum dimidio, quando attento intrinfeco earum valore conftituerent ducatos auri Cameræ duntaxat 20. Nec pariter calculus per Placidum Levantem exaratus occafione adminiftrationis fructuum Canonicatus fufceptæ per Penfionarium, quia confectus, & ordinatus fuit ad finem diverfum, & femper recurrit, quod cum agatur de re tranfacta per Datariam, non Mercatorum ftylus, fed Datariæ fpectari debet.

Et ex pluribus circumftantiis, & adminiculis, quorum primum eft, quod Penfio per omnes Titulares foluta fuit, videlicet ab anno 1637. ufque ad annum 1658. per Dominicum, ab anno 1658. ufque ad annum 1689. per Georgium, & ab anno 1689. ufque in præfens per Joannem Paulum moder- 5
num collitigantem; hujufmodi enim folutiones per tantum temporis fpatium continuatæ, plurimum conferunt ad arguendam veritatem narrati valoris, ut in fpecie advertit Rota *decif.* 686. *n.* 16. *& dec.* 213. *n.* 23. *part.* 6. *recent. decif.* 245. *n.* 6. ibique Adden. *num.* 14. cor. Gregor. *dec.* 867. *num.* 5.

n. 5. coram Merlin. *decis.* 542. *num.* 8. coram Dunoz. jun. & *decis.* 183. *num.* 16. coram Cerro. Non obstantibus, quod dicantur non fuisse pacificæ, quia ab anno 1637. usque ad annum 1658. de lite, seu alias interruptione solutionum non constat, & ab anno 1658. licet aliqualis intercesserit usque ad annum 1679. ea tamen potius in oppositum retorquetur, & auget præsumptionem præfatam, animadvertendo, quod tunc Titularis assumpsit sibi onus justificandi deficientiam valoris, & tamen nihil unquam deinceps justificare valuit, & Pensionem persolvit usque ad obitum, licet reditus ab anno 1653. supervenienti contagii diminuti fuissent. Secundum, quod concurrunt aliæ narrativæ valoris in ducatis auri Cameræ 3500. in provisionibus tam Titularium antecessorum, quam etiam moderni, quæ etsi factæ per non excessum deserviunt tamen ad comprobationem narrativæ valoris etiam per ascensum, cum talis præsumatur Beneficii valor, qualis fuit expressus, ut dixit Rota *decis.* 62. *n.* 18. & 19. *part.* 10. *recent.* & in proximis terminis nuper *in Ferrarien. Capellaniæ* 10. *Maii* 1693. §. *mirifice*, coram R. P. D. meo Ursino. Tertium denique fundatum in depositionibus Testium ultimo loco, servatis servandis, examinatorum testantium de communi voce, & publica fama Canonicatum esse pinguiorem omnibus aliis Ecclesiæ Cathedralis, ac etiam de auditu a Dominico primo Titulari ejus reditum circa tempus reservationis pensionis ascendisse ad libras 18000. qui quidem Testes de auditu a Titulari, ejusque confessione multum ad hunc effectum sunt attendendi, ut notat Rota *dec.* 293. *num.* 1. *vers. tum etiam part.* 1. *divers. dec.* 294. *num.* 19. *part.* 7. & *decis.* 62. *n.* 15. *part.* 10. *rec.*

Nec urgent circumstantiæ, & adminicula in contrarium ponderata; nam ex duobus Testibus ad instantiam Georgii secundi Titularis examinatis deponentibus de valore Canonicatus in libris 9000. Primus tanquam profitens se natum in Villa Sanlur, & in eadem versatum, ejusque Curatum, ac Decimarum Collectorem, ibi, *E ciò dice il Testimonio saperlo di vera scienza, per esser informato della quantità delle suddette Decime, e del valore de frutti per essere della medesima Villa di Sanluri, e perche è stato Curato in essa per haver collettato dette Decime, e per essere cosa publica, e notoria &c.* vel videtur intelligendus de quantitate Decimarum ejusdem Villæ, prout etiam redditur verisimile perspectis depositionibus aliorum Testium, quorum mox meminimus; de valore Canonicatus in libris 18000. vel certe nihil concludit quoad Decimas alterius Villæ Sor, super quibus nullam reddit causam scientiæ: Et Secundus dignoscitur aperte mendax in eo, quod dicit se ratiocinatorem Capituli pro quintis Decimarum ad ipsum spectantibus, & rursus distributiones quotidianas ab anno 1637. reddidisse libras 335. singulis annis &c. quoniam satis constat nullum ex quintis Decimarum, de quibus agitur, spectare ad Capitulum, & distributiones quotidianas ascendisse, ut præmisimus ad annuas libras 464. Et ambo tolluntur ex eo, quod iis non attentis Georgius postmodum acquievit, & in solutione Pensionis continuavit usque ad obitum; Locationes regulariter non probant valorem, eoque minus ubi (prout hic) non afferuntur Instrumenta desuper stipulata, ex quibus percipi valeat cum quibus pactis initæ fuerint, & an comprehendant omnes fructus, vel potius certas eorum species, sed simplex diminuta fides Notarii super eorum existentia, quæ nec facit adminiculum, Rota *dec.* 116. *num.* 2. *part.* 2. *divers. dec.* 22. *num.* 10. *part.* 7. & *dec.* 263. *num.* 4. *part.* 19. *recent.* Et demum, quod Pensionarius ex administratione fructuum Canonicatus per ipsum assumpta creditor superextiterit, non meretur animadversionem, sive quia non probatur omnes fructus fuisse Pensionario cessos, vel per ipsum exactos; sive quia fructus diminui valuerunt, prout in effectu diminuti dicuntur ex causa contagii; sive tandem quia de tempore susceptæ administrationis Pensionarius creditor remanebat pro terminis decursis.

Et in universum facilius hæc omnia recipienda visa sunt Dominis, quoniam anno demum 1668. Pensionarius assumpsit onus probandi valorem, & sic non solum post triginta annos, & ultra a die reservationis Pensionis, verum etiam post intermedium contagium in Regno Sardiniæ, quo verisimiliter perierunt homines, & scripturæ, quibus manifestior fieri posset probatio valoris; in his quippe terminis mitius agendum cum Pensionario benigniusque tractandæ, ac discutiendæ sunt ejus probationes, ad tradita per Cyriac. *contr.* 462. *n.* 33. & 34. Aot. *dec.* 277. *n.* 5. cor. Gregor. & *dec.* 695. *n.* 4. coram Merlin.

Et ita decisum fuit utraque &c.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ, Ad Librum Decimumquartum THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ CARDINALIS DE LUCA, Qui est DE REGULARIBUS, MATRIMONIO, DECIMIS, &c.

ARGUMENTA DECISIONUM DE REGULARIBUS, MATRIMONIO, &c.

DECISIO I. *Romana Legati.*

An Religiosus ingrediens ob culpam in aliam Religionem faciat cessare legata intuitu primæ Religionis relicta, & Jus acquirendi patrimonialia, ut hæc omnia in secunda Religione in exclusionem primæ transferantur, habetur in *disc.* 39. Card. de Luca *de Regular.* qui licet quoad patrimonialia favore secundæ Religionis annuat, adhuc contrarium verius esse in præsenti decisione notatur. Patres Theatini esse bonorum capacesquoque firmatur.

DEC. II. *Mediolanen. nullitatis Professionis.*

Dubitabatur inter Doctores, an Monachus nulliter professionem emittens per continuationem in illa conferetur emisisse novam tacitam professionem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, licet nullitatem præcedentis professionis expressæ ignoraverit; negativam tamen sententiam probavit Cardin. de Luca *de Regular. discurs.* 40. cum aliis sequentibus, & illam tanquam veriorem hæc decisio sequitur.

DEC. III. *Tarentina Fabricæ.*

Agitur in hac decisione de articulo, an Regulares possint impedire fabricam Monialibus, quæ ipsis sit præjudicialis, pluraque notabilia traduntur concernentia firmata in *discurs.* 68. *de Regular.* Cardin. de Luca.

DEC. IV. *Toletana Nivis.*

Privilegiis, & ordinationibus Principum laicorum quod Regulares aliæque Personæ Ecclesiasticæ non ligentur, pluribus in locis probat Cardin. de Luca *de Regular.* & licet hujusmodi conclusio limitetur quando ordinatio emanata fuit ratione publici boni; attamen intelligitur illud quod alias absque subjectione clericorum obtineri non possit. Negotiationes Regularibus prohibitæ sunt, ea tamen quæ superfuerunt vendere possunt, dummodo sint res, quæ cum dispendio ad eorum manus perventæ fuerunt.

DEC. V. *Romana Matrimonii.*

Magistralis est decisio super articulo quinam Testes exigantur ad probationem matrimonii, an pro eliciendo consensu mulieris sufficiant nutus, vel certa, & præcisa forma sit præscripta, & demum an matrimonium sit validum, si Parochus verba non audiverit, ut quia aufugit a sponsorum præsentia, ad ornatum *disc.* 2. Card. de Luca *de Matrim. & disc.* 26. *in Adnot. ad Concil.*

DEC. VI. *Lunen. Sarzanen. Sponsalium.*

Plures traduntur limitationes in hac decisione adversus regulam notatam per Card. de Luca *de Matrimonii disc.* 7. quod scilicet ex sponsalibus oriatur impedimentum publicæ honestatis subsequens dirimens matrimonium; traditur inquam, quod hæc regula non procedat, si de sponsalibus clare & indubitanter non constet, si mulier sponsum semel in libertate posuerit, & demum si possit de odio inter sponsos dubitari.

DEC. VII. *Monasterien. Matrimonii.*

Quod promissio matrimonii adimplenda sit habetur apud Card. de Luca *de Matrim. disc.* 18. & in præsenti decisione notatur. Promissio matrimonii præsumitur in defloratione mulieris nobilis.

DEC. VIII. *Monasterien. Matrimonii.*

Decisa in decisione superius notata laudantur.

DEC. IX. *Perusina Matrimonii.*

An verba *volo, spno contenta* juncta infinitivo, & prolata ad interrogationem Parochi probent matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti, seu potius de futuro, optime in hac decisione deciditur.

DEC. X. *Romana Dissolutionis Matrimonii.*

Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: probatio impotentiæ potest dari triplici modo, ex signis evidentibus, ex verisimilibus, & ex dubiis; primo casu statim dissolvitur matrimonium; secundo casu fit pariter statim dissolutio, sed exigitur juramentum conjugum septima manu propinquorum, in tertio vero casu requiritur ulterius triennalis cohabitatio, quando autem hæc incipiat, & quando triennalis præscribenda non sit, in his duabus Decisionibus firmatur, ad ornatum *disc.* 9. Cardin. de Luca *de Matrimon.*

DEC. XI. *Romana Dissolutionis Matrimonii.*

Hujus magistralis, & commeodandæ decisionis argumentum in præcedenti reperitur.

DEC. XII. *Romana Separationis Tori.*

Approbat hæc Decisio theoricam Card. de Luca *de Matr. disc.* 11. *& disc.* 17. quod nempe pendente judicio super separatione tori ob sævitias non sit manutenendus vir in possessione obsequiorum conjugalium adversus uxorem, si ista in Judicio paraverit probationes, licet ineptæ dignoscantur, pro tori separatione. Multi actus qui in decisione enucleantur, insufficientes declarantur ad probandam sævitiam in viro.

DEC. XIII. *Romana Separationis Tori.*
Est Decisio præcedentis confirmatoria.
DEC. XIV. *Calaguritana Decimarum.*
Quoties in Diœcesi Parochiæ non sunt distinctæ, Parochus universalis est Episcopus qui habet jus decimandi, juxta tradita per Card. de Luca *de Decim. disc.* 1. & decimarum quota ipsi debita debet ab omni onere esse immunis; exercentes actualem curam animarum adversus Episcopum Parochum universalem non possunt allegare præscriptionem, cum ipsi pro Episcopo possideant.
DEC. XV. *Calaguritana Decimarum de Quintana, & Pascunnana.*
Est decisio antecedentis confirmatoria.
DEC. XVI. *Calaguritana Decimarum de Aguillar.*
Agitur de eadem materia quæ tractatur in decisione superius expensa, & ulterius habetur quod Jus decimandi, quod habet Episcopus, competit etiam super bonis assignatis pro opere pio.
DEC. XVII. *Calaguritana Decimarum de Nalda.*
Nil firmatur, quod traditum non sit in præcedenti decisione.
DEC. XVIII. *Calaguritana Decimarum de Inestrillas.*
Quæ in antecedentibus decisionibus firmata fuerunt, hic quoque firmantur.
DEC. XIX. *Nullius Tudella seu Tirasonan. Decimarum.*
Laudatur distinctio quam enucleat Card. de Luca *de Decim. disc.* 17. quod scilicet si prætendatur præscribi Jus decimandi in substantia immemorabilis requiratur, si vero prætendatur allegari præscriptio super modo & quantitate decimandi, sufficiat quadragenaria.
DEC. XX. *Tarraconen. Præpositura.*
Enucleatur methodus præscripta a Sacro Concilio Tridentino, & adnotata a Card. de Luca in illius *disc.* 12. ad Annotat. ad S. Concil. Trident. ut Parochus non ob residentiam privari possit Parochiali Præbenda, & firmatur quod *conciliaris dispositio in cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* servanda sit in Parochialibus, quodque tempus licentiæ obtentæ a non residendo incipiat a die illius præsentationis, non autem a die concessionis.
DEC. XXI. *Calaguritana Fructuum.*
Canonicus habens cum dispensatione Apostolica dignitatem, si recedat cum licentia a servitio ex causa litis promotæ super dignitate, lucratur nedum fructus ipsius dignitatis, sed etiam Canonicatus, ad ornatum *disc.* 15. Card. de Luca *in Annot. ad Sac. Concil. Trid.*
DEC. XXII. *Calaguritana Fructuum.*
Approbantur superius decisa.
DEC. XXIII. *Calaguritana Fructuum.*
Laudantur ea, quæ in duabus præcedentibus decisionibus notantur.
DEC. XXIV. *Calaguritana Fructuum.*
Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.
DEC. XXV. *Calaguritana Fructuum.*
Pro Argumento est recurrendum ad *dec.* 21. cum in hac decis. eadem quæ ibi firmantur tradita sint.
DEC. XXVI. *Calaguritana Fructuum.*
Pertractatur de eadem materia aliarum decisionum superius adnotatarum.

INDEX DECISIONUM

Super Materia

DE JURE PATRONATUS, &c.

C

Calaguritana Decimarum, 23. *Januarii* 1694. *Molines*, Dec. XIV.
Eadem, 17. *Februarii* 1697. *eodem*, Dec. XV.
Calaguritana Decimarum de Aguillar, 16. *Januarii* 1697. *Molines*, Dec. XVI.
Calaguritana Decimarum de Nalda, 30. *Januarii* 1697. *Molines*, Dec. XVII.
Calaguritana Decimarum de Inestrillas, 12. *Martii* 1697. *Molines*, Dec. XVIII.
Calaguritana Fructuum, 5. *Decembris* 1691. *Benincasa*, Dec. XXI.
Eadem, 20. *Junii* 1692. *eodem*, Dec. XXII.
Eadem, 1. *Junii* 1693. *Priolo*, Dec. XXIII.
Eadem, 8. *Febr.* 1699. *eodem*, Dec. XXIV.
Eadem, 21. *Februarii.* 1695. *Muto*, Dec. XXV.
Eadem, 27. *Februarii* 1696. *eodem*, Dec. XXVI.

L

Lunen. seu Sarzanen. Sponsalium, 28. *Junii* 1694. *Ilio*, Dec. VI.

M

Mediolanen. nullitatis Professionis, 30. *Martii* 1690. *Emerix*, Dec. II.
Monasterien. Matrimonii, 27. *Junii* 1696. *Caprara*, Dec. VII.
Eadem, 5. *Decembris* 1696. *eodem* Dec. VIII.

N

Nullius seu Tirasonen. Decimarum, 1. *Julii* 1697. *Caprara*, Dec. XIX.

P

Perusina Matrimonii, 15. *Martii* 1698. *Hervault*, Dec. IX.

R

Romana Legati, 1. *Julii* 1695. *Caprara*, Dec. I.
Romana Dissolutionis matrimonii, 25. *Junii* 1685. *Paulutio*, Dec. X.
Eadem, 23. *Januarii* 1686. *Ursino*, Dec. XI.
Romana Matrimonii, 4. *Februarii* 1696. *Ursino*, Dec. V.
Romana separationis tori, 9. *Septembris* 1697. *Olmo*, Dec. XII.
Eadem, 5. *Martii* 1698. *eodem*, Dec. XIII.

T

Tarentina Fabricæ 25. *Junii* 1694. *Pio*, Dec. III.
Tarraconen. Præpositura, 27. *Januarii* 1698. *Muto* Dec. XX.
Toletana Nivis, 27. *Junii* 1696. *Priolo*, Dec. IV.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Legatis.

Veneris 1. *Julii* 1695.

ARGUMENTUM:

An Religiosus ingrediens ob culpam in aliam Religionem faciat cessare legata intuitu primæ Religionis relicta, & jus acquirendi patrimonialia, ut hæc omnia in secunda Religione in exclusionem primæ transferantur, habetur in *disc.* 39. Card. de Luca *de Regular.* qui licet quoad patrimonialia favore secundæ Religionis annuat, adhuc contrarium verius esse in præsenti decisione notatur. Patres Theatinos esse bonorum capaces quoque firmatur.

SUMMARIUM.

1 *Absque læsione non datur restitutio in integrum.*
2 *Regulares, exceptis Capuccinis, & Minoritis, sunt bonorum capaces.*
3 *Theatini ex Constitutione Clementis Decimi declarantur bonorum capaces, & eadem Constitutio comprehendit dispositiones, & legata precedenter facta cum procedat per viam declarationis.*

4 Lega-

4 *Legatum relictum non intuitu Religionis, sed Professi per istius discessum a Religione ipsi Religioni minime debetur.*
5 *Secus tamen, si extiterit contemplata Religio.*
6 *Et eo casu, si voluntas sit clara non attenduntur conjecturæ, & inductiones in contrarium.*
7 *Legatum relictum Professo intuitu Religionis, si Professus ex propria culpa transitum fecerit ad aliam Religionem datur primo Monasterio, quod per d. transitum non remanet de legato privatum.*
8 *Et procedit conclusio etiam quoad bona patrimonialia Professi.*

DECISIO I.

Ixerunt DD. constare de re judicata, quia validitas sententiarum controvertitur, & Justitia liquet ex decisionibus in secunda, & tertia instantia emanatis 12. Junii 1690. & 4. Julii, & 24. Novembris 1692. coram R.P.D. meo Priolo, & 27. Novembris 1593. coram R.P.D. meo Ursino, in quibus cum clare appareat deberi controversum legatum PP. Theatinis S. Silvestri, cessat læsio, quæ aditum præbeat in integrum restitutioni, ut alias dixit Rot. *dec.* 151. *n.* 1. *p.* 5. *& dec.* 90. *n.* 3 *p.* 10. *dec.* 53. *n.* 4. *p.* 17. *rec.*

1 Non obstant tria, quæ iterum hodie repetuntur ab informantibus pro sororibus de Ceulis. Non inquam primum desumptum ab affecta incapacitate PP. Theatinorum acquirendi legatum. Quoniam illa excluditur, nedum ex eo, quod exceptis Capuccinis, & Minoritis, omnes Regulares
2 declarantur bonorum capaces, per Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de regular. cap.* 3. verum etiam ex speciali Constitutione Clem. X. quoad PP. Theatinos Actores, quæ uti procedens per viam declarationis comprehendit etiam legata, & dispositiones præcedenter factas, Felin. *in cap. fin.*
3 *n.* 4. *de Constit.* & ibi Dec. *n.* 13. Menoch. *cons.* 792. *n.* 8. Cyriac. *contr.* 220. *n.* 7. *& seqq.* Fridetic. de Sen. *cons.* 112. *n.* 2. Rota coram Dunoz. Sen. *dec.* 137. *n.* 3. & coram Dunoz. jun. *dec.* 830. *n.* 13. *& seqq. & in rec. dec.* 216. *n.* 5. *par.* 8.

Minus advefsatur alterum, quod scilicet legatum relictum fuerit PP. non intuitu Religionis, sed intuitu Francisci Mariæ in ea professi, per cujus discessum amplius non debeatur, quia contrarium resultat ex dispositione Testatricis dum voluit legatum esse *onninamente di dd. PP. di S. Silve-*
4 *stro*; ejusque dispositionem contulit per mortem Francisci Mariæ, eoque ante Matris obitum præmoriente adhuc legatum solvi jusserit in summa scutor. 1000. in quibus profecto casibus contemplata dici nequit persona filii, sed PP. & Re-
5 ligionis, ut respondit Innoc. III. *in cap. requisisti*, ibi, *Secus, si exprimat, quod velit esse illud tantum Ecclesiæ, de Test.*

Hinc parum relevant conjecturæ in oppositum cumulatæ, & signanter desumptæ ex eo, quod disponens fecerit legatum PP. *per ragione d'Institutione, & in ogn'altro miglior modo, che di ragione puole, e deve, lascia alli PP.* quasi dicatur contemplasse personam filii, cui soli relictum titulo Institutionis conveniebat. Etenim cum Testator expresse declaraverit legatum omnino debere esse eorundem PP. non est quærendum, quibus verbis illud conceperit, nec recurrendum ad conjecturas, sed ipsa expressa voluntas, & dispo-
6 sitio Testatricis attendi debet, & subdit Text. *in d. c. requisisti*, ibi: *In quo casu servanda est dispositio Testatoris, de Testam.* & plene exornat Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 2. & 3. & magis in specie *n.* 30. *vers. sed intelligendum est*, & latius respondent Decisiones Causæ.

Non relevat denique tertium, quod nempe in omnem casum legatum debeatur Religioni S. Spiritus, ad quam
7 Franciscus Masia filius transivit, quia cum transitus ad secundam Religionem, & professio in ea emissa evenit ex culpa ejusdem Francisci Mariæ ex delicto Apostasiæ per ipsum incurso, primum Monasterium privari non debet jure legati jam sibi quæsiti ue tempore translationis, Covar. *in c.* 1. *de Testam. sub n.* 19. 20. *& seq.* Fontan. *dec.* 227. *n.* 1. *& seq. & per tot.* Capon. *decis.* 22. *n.* 28. Gobb. *consult.* 12. *n.* 28. *& seq.* quidquid quoad patrimonialia dixerit Card. de Luca *disc.* 38. *de Regular.* cum contra ipsum stent resolutiones
8 Sacr. Congregation. Concilii, & Episcoporum, & Regularium cum approbatione Pontificia relatę per Modern. Salentin. *Consult. Canon.* 432. *n.* 8. *&* 11. *per tot. juxta impress. Venet.* quod multo magis admitten. in præsenti, ubi legatum debitum est ipsis PP. ex voluntate Testatricis.

Et ita remissive quod reliqua ad præteritas Decisiones resolutum fuit, utraque parte informante.

R. P. D. EMERIX DECANO.
Mediolanen. Nullitatis Professionis.
Ven. 3. *Martii* 1690.

ARGUMENTUM.

Dubitabatur inter Doctores, an Monachus nulliter professionem emittens per continuationem in illa censeretur emisisse novam tacitam professionem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, licet nullitatem præcedentis professionis expressæ ignoraverit; negativam tamen sententiam probavit Card. de Luc. *de Regul. Disc.* 40. cum aliis sequentibus, illamque tanquam veriorem hæc decisio sequitur.

SUMMARIUM.

1 *Professiones emissæ ante decimum sextum completum annum ex dispositione Sacri Concil. Tridentini irritantur.*
2 *Irritatio professionis conceditur, non obstante acquiescentia per quinquennium, quoties obtenta fuit restitutio in integrum.*
3 *Monachus, si per annum retinuerit habitum ac fecerit omnes alios actus ad Professos spectantes, censetur emisisse novam tacitam professionem seu ratificationem qua obligat permanere in Religione, licet ignoraverit nullitatem præcedentis professionis expressæ.*
4 *Contrarium est verius, quoties ex parte Monachi concurrit justa, & probabilis ignorantia nullitatis præcedentis ejus professionis, n.* 13. 14. *&* 15. *ac* 19.
5 *Declarantur resolutiones Sacr. Congregat. Concilii num.* 20.
6 *Ea, quæ lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
7 *Ad inducendum tacitam professionem seu ratificationem exigitur consensus Profitentis.*
8 *Et consensus debet esse omnino certus, & liber.*
9 *Voluntas non fertur ad incognitum.*
10 *Nil magis adversatur consensui, quam ignorantia, vel error.*
11 *Professus præsumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli, de quo constat.*
12 *Ubi requiritur expressum, frustra inducitur tacitum.*
16 *Ut professio ratificata censeatur, pernecesse requiritur voluntas.*
17 *Traditur diversitas inter actum credendi professionem validam, & tanquam talem exequendi, & actum profitendi, seu ratificandi de novo professionem nullam.*
18 *Ad inducendam tacitam professionem seu ratificationem exoptatur novus consensus, & nova voluntas, nec suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis.*
21 *Professio Religiosa præcipue consistit in susceptione sacrorum Ordinum.*
22 *Professio tacita excluditur ex quibuscunque actibus seu declarationibus editis in contrarium.*
23 *Ad evitandam singularitatem debent dicta Testium uniri & conciliari.*
24 *Testis unicus probat, si ejus dictum sit adminiculatum.*

DECISIO II.

PAter Joannes Thomas Foppa, Antonius Maximus in seculo nuncupatus, qui, licet natus die 7. Martii 1663. nihilominus in libro Baptismatum ex incuria Parochi descriptus fuit natus sub die 7. Martii 1662. & cum fide Baptismatis, desumpta ex hac erronea descriptione, tanquam existens supra decimum sextum suæ ætatis annum, sub die 13. Martii 1678. Professionem Regularem emisit in Congregatione Olivetana. Comperto, occasione perquirendi novam fidem Baptismatis ad effectum suscipiendi Ordines, anno 1684. hujusmodi errore, prævia licentia Patris Generalis instituit judicium super nullitate suę Professionis cor. Vicario Generali Eminentissimi tunc temporis Archiepiscopi Mediolanen. & Superiore Ordinis, obtinuitque sententiam favorabilem, in cujus sequelam discessit e Claustris, ac publice, & palam gestare cœpit habitum sæcularem. Verum delata causa in gradu appellationis, sive recursus ad Sacr. Congregationem Eminentissimorum Sacri Concilii Tridentini Interpretum, Eminentissimi PP. animadvertentes, quod ipse per spatium quinque annorum, & ultra post emissam expresse professionem in Religione permanserat, quodque per consequens ex Decreto ejusdem Concil. *sess.* 24. *de Regul. cap.* 19. admitti non potuerat ad reclamandum contra illam, non obtenta prius restitutione in integrum

2 *Cum in fundatione de dote est provisum, & in reservatione Pensionis nulla dotis mentio fit, debet præsumi non fuisse pro dote reservatam.*
3 *Oblivio non potest præsumi in Papa de factis recentibus, & insignibus.*
4 *Cassatio Pensionis correspectivè facta ad unionem, quæ majorem redditum confert, de vitio obreptionis, vel subreptionis accusari non debet.*
5 *In aperta diversitate unius casus ab altero, nulla potest fieri illatio.*
6 *In cassatione non est necessaria mentio derogatoriarum, ac decreti in literis reservatoriis appositi, cum ex illa non infertur præjudicium.*
7 *Derogatio regulæ* de jure quæsito non tollendo *non est necessaria, cum agitur de gratia de sui natura præjudiciali.*
8 *Regula* 45. de consensibus, *loquitur de reservationibus, ac proinde tanquam odiosa trahi nequit ad cassationem.*
9 *Consensus cassationi censetur præstitus ex acceptatione unionis.*
10 *Unusquisque præsumitur consensum præstare, & acceptare ea quæ in proprium commodum, & utilitatem redundant.*
11 *In materia Pensionis Papæ voluntas totum facit.*
12 *Solutiones ex ignorantia factæ, aptæ non sunt præjudicare.*

DECISIO III.

Sententiam Reverend. P. Dom. Sperelli de voto nostri Auditorii prolata canonizantem cessationem Pensio-
1 nis scuti 1000. auri reservatam super fructibus Abbatiæ Sanctæ Crucis Fontis Avellanæ, in actu unionis de eadem factæ Ven. Collegio Germanico de anno 1578. favore Collegii Græcorum exigendam tamen post cassationem alterius, ex duabus Pensionibus temporaneis, quibus illa reperiebatur gravata, per appellationem a Collegio Græco interpositam, & ad me devolutam tanquam validam, & justam, Domini in hodierna Audientia confirmandam esse censuerunt.

Validitas enim non fuit in dubium revocata inter ipsas Partes; Justitia vero ultra quod desumebatur ex duabus decisionibus dictum votum præcedentibus, altera nempe clar. mem. Cardin. Cerri 8. *Junii* 1663. *quæ est inter ejus impressas dec.* 816. & altera coram Reverendissimo Domino meo Decano, *sub die* 5. *Julii* 1694. quarum solida fundamenta, cum adhuc vigeant inconcussa, utique sufficiunt pro hujusmodi Sententiæ justificatione, Rota coram Gregor. *decis.* 524. *n.*4. *& dec.*97. coram san. mem. Alex. VIII. *nu.* 3. *& in Romana Testamenti* 15. *Februarii*
1694. §. *De validitate*, coram R. P. D. meo Muto; Ex eo insuper resultare visa fuit, quod cassatio, & extinctio hujusmodi Pensionis facta fuerit a Papa motu proprio, & de plenitudine potestatis, qua nihil fortius, & potentius allegari valet *cap.* 2. *de præbend. in* 6. Tondut. *de Pension. cap.*2. *n.*6. Rota coram Coccin. *dec.*995. *n.*4. cor. Cerr. *dec.* 549. *n.*6. *& in rec. dec.*292. *n.*8. *p.*6.

Et licet admissa potestate ad impediendum effectum d. cassationis insurgerent Scribentes pro Collegio Græco super defectu voluntatis ex quatuor capitibus, illa tamen nullatenus subsistere comperta fuerunt; Quoniam primum in quo præcipue insistebatur, deductum ex quo in cassatione prædicta non fuerit expressa qualitas dotalis hujusmodi Pensionis, ad validitatem cassationis omnino requisita, ad firmata in *Salamantina Beneficii* 7. *Maii*, *&* 5. *Junii* 1694. coram Reverendiss. P. Dom. meo Molines, visum fuit DD cessata non solum ex eo, quod in reservatione hujusmodi Pensionis prædicta qualitas adjecta non legitur, prout fuisset necessarium ad hoc, ut illa dici posset reservata pro dote, Garz. *de Benefic. p.* 5. *cap.* 9. *n.*60. Lambertin. *de Jurepatr. lib.*1. *par.*1. *quæst.*6. *art.*1. *num* 9. *& seqq.* Rota coram Duran. *decis.* 285. *num.* 31. *& dec.*568. *num.* 5. *part.* 4. *tom* 1. *recent.* Sed etiam quia cum Collegium Græcorum per biennium ante dictam reservationem fuisset erectum cum particulari annuo assignamento sub specifico titulo dotis, *Summario Collegii Germanici n.* 11. hinc cum in fundatione esset de dote provisum, & in reservatione Pensionis prædictæ nulla dotis mentio facta fuerit, debet
2 præsumi non fuisse pro dote reservata, sumpto argumento a discretivo loquendi modo, quo regulariter utimur, dum interpretamur Gratias Pontificias, ad Text. *in l. cum Prætor ff. de judic.* Rota coram Dunoz. Jun. *dec.*631. *n.*10. *& dec.* 599. *n.*9. *part.*18. *rec.*

Ulterius accedit, quod quatenus etiam hujusmodi Pensionis assignatio naturam dotis, sive illius augmenti assumpsisset, nihilominus non fuisset necessarium id Pontifici exprimere; etenim cum ipse Collegium Græcum tanta animi solicitudine motu proprio erexisset, & triennio duntaxat ante cassationem, hujusmodi Pensionem ad illius favorem reservasset, utique de facto tam recenti, & insigni in eodem oblivio præsumi non potest, ut gratia cassationis ejusdem Pensionis valeat de 3
defectu intentionis, ac proinde de subreptione redargui, Felin. *in cap. super literis sub n.* 8. *vers. tertia regula de rescript.* Menoch. *de arbitr. cap.* 201. *n.*124. Paris. *cons.* 5. *num.* 123. *& seqq. &* 128. *lib.* 4. Præcipue cum hujusmodi cassatio facta fuerit motu proprio *cap. si motu proprio de prebend. in* 6. Rot. coram Coccin. *decis.* 1001. *num.* 5. *&* 2252. *num.* 1. licet in aliis materiis levioris ponderis, & in quibus tales circumstantiæ non concurrunt, admitti possit contraria conclusio de præsumpta Papæ oblivione, etiam in rebus ab ipso gestis ob negotiorum multiplicitatem, *ut in cap. cum olim §.* 1. *in fin. de sent. & re judic.* Paris. *cons.*11. *n.*122. *lib.*1. Rot. coram Rembold. *dec.* 67. *n.* 23. *&* 24.

Eoque certius prædicta procedere visa fuerunt, quia Pontifex non devenit simpliciter ad hujusmodi Pensionis cassationem, sed quidem correspectivè ad unionem Abbatiæ Militen. majoris reditus factam eidem Collegio Græco; adeoque dici non potest eidem dotem substulisse, sed potius in aliam pinguiorem permutasse, quo 4
casu, sicuti non intrant termini simplicis cassationis, ita ex hoc titulo de vitio obreptionis, aut subreptionis dari non potest, Rota coram Duran. *dec.* 306. *n.* 5. & coram Coccin. *dec.* 2299. *n.* 9. Et expressio qualitatis dotalis utique Papam non retraxisset, quominus illam cassaret, & consequenter cooperari non poterit nullitatem prædictæ cassationis, Caputaquen. *decis.* 42. *part.* 2. & coram Buratt. *dec.* 638. *n.* 6.

Quæ quidem correspectivitas non solum resultat ex eo, quod cassatio Pensionis, & unio Abbatiæ Mileti, in una eademque gratia continentur, Rot. cor. Card. Cerro *dec.* 752. *n.*4. *& in rec. dec.* 122. *n.* 12. *&* 215. *n.* 2. *part.* 18. Sed insuper, quia in literis unionis, prædictæ Causæ unionis, expresse tribuitur cassationi Pensionis præfatæ, *Summ. Collegii Germanici n.* 4. quapropter inter utrunque ex prædictis actibus major correspectivitas desiderari non valet *l. si fundus*, §. *si duo*, ubi Bart. *ff. de pign.* cor. Card. Cerro *dec.* 264. *n.* 4.

Et hinc ex prædictis patet inapplicabilitas resolutionis captæ cor. R. P. D. meo Molines *in Salamantina Beneficii superius in objecto allegata*, cum non simus in terminis puræ, & simplicis cassationis dotis, cujus differentiam ulterius, ab hac præsenti controversia, considerabant DD. ex eo quod in illo casu, dotis constitutio erat clara, & collatio ejusdem Beneficii in dotem ab uno Pontifice dari, ab altero in favorem alterius erat facta, & quidem ad supplicationem Partis, & sine ulla mentione præcedentis gratiæ, & qualitatis dotalis; in præsenti autem, ut dictum est, neque constat de qualitate dotali, & actus cas- 5
sationis habetur gestus ab eodem Pontifice motu proprio, & quidem prævia abundanti recompensatione reditus; unde stante tam aperta diversitate unius casus ab altero, nulla illatio fieri potuit *l. Papinianus ff. de minor.* Coccin. *dec.* 2212. *n.*8. *& dec.* 90. *n.*5. *p.*18. *rec.*

Prout neque secundum caput nullitatis relevare visum 6
est, quod nempe in d. cassatione nulla fuerit habita mentio amplissimarum derogatoriarum, ac Decreti in literis reservationis appositi, quod illius exactio impediri non posset, *per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem*, de quibus si Papa recordatus fuisset, præsumendum sit, vel ad cassationem non devenisse, nisi servata forma hujusmodi Decreti, vel saltem difficilius devenisse, ex quorum propterea inobservantia nullitas cassationis resultat, ad Text. *in leg. si quis in princip. testamenti* 22. *ff. de leg.* 3. Rot. *in dicta Salamantina Beneficii* 7. *Maii* 1694. §. *Tertia*, *quia* coram d. R. P. D. meo Molines. Quoniam hujusmodi verba præservat duntaxat solutionem Pensionis favore Collegii Græcorum ab aliquo generali Privilegio, quod Collegium Germanicum reportare potuisset exemptivum a cujuscunque Pensionis solutione, per quod Papa noluit Collegio Græcorum præjudicari, adeoque Decretum prædictum tanquam ad hunc casum restrictum ulterius non est

opera-

operativum *l. cum pater §. Dulcissimis ff. de leg.* 2. Peregrin. *consil.* 36. *n.* 12. *lib.* 2. Rota coram Bich. *decis.* 241. *n.* 22. *& in recent. decis.* 83. *n.* 24. *& seqq. part.* 19.

Sed insuper quia posita scientia, & recordatione Papæ omnium qualitatum facti adeo insignis, & quod Pensionem non cassavit simpliciter in damnum Collegii Græcorum, sed illam in melius permutavit, cum ex his non fuerit Collegio illatum præjudicium, expressio prædictorum necessaria non erat, Rota 240. *num.* 26. *part.* 1. *divers. & dec.* 45. *num.* 4. cor. Millin.

Addito, quod Gregorius XIII. apponendo adeo amplas derogatorias in reservatione hujusmodi Pensionis, providere quidem voluit, ne alius Pontifex circumveniri posset, ad facilius præjudicandum Collegio Græco, in cassanda, seu reducenda simpliciter hujusmodi Pensione, per ipsum eidem reservata; non autem voluit sibi, aut aliis manus ligare, quin idem Collegium, ipse Gregorius, vel alii ejus successores possent de melioribus, & opulentioribus reditibus providere, quod cum facere non potuisset, ut in *cap. innotuit de elect. & in cap. fin. de rescript. in* 6. neque voluisse credendum est, Rota *decis.* 38. *n.* 5. *part.* 19. *recent.*

7 Tertia nullitas desumpta ex omissa derogatione regulæ, de Jure quæsito non tollendo facilius removeri visa fuit; Tum quia cum agatur de gratia de sui natura præjudiciali, derogatio hujusmodi regulæ non erat necessaria, Rota coram Merlin. *dec.* 243. *n.* 1. & coram Cerro *dec.* 685. *n.* 12. Tum etiam quia præjudicium, quod inferebatur per hujusmodi cassationem uberrime compensatum remanebat per unionem contemporaneam perpetuæ Abbatiæ Militen. Rota *in Militen. T ransact.* 28. *Febr.* 1684. §. *fin.* cor. Reverend. D. Florez. Tum demum, quia hujusmodi actus non poterat dici Jus perfecte quæsitum, dum pendebat ab eventualitate, exigi nanque non poterat hujusmodi Pensio, nisi post cassationem alterius ex duabus Pensionibus, quibus illa de tempore reservationis gravata reperiebatur, qui casus adhuc non evenerat de tempore cassationis ejusdem, adeoque minus præjudicium considerari valet in illius cassatione, dum fuit facta correspective ad certam, & majorem utilitatem, quam illico post unionem Collegium fuit consecutum, Lambertin. *de Jurepat. part.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 19. *in fin.* Rota coram Millin. *dec.* 45. *num.* 4. ex cor. Merlin. *dec.* 243. *n.* 10.

8 Demum neque quarta, quod deficiat consensus Collegii in cassatione prædicta. Quoniam ultra quod regula 45. de consensibus loquitur de reservationibus, ac proinde tanquam odiosa trahi nequeat ad cassationem, ut in *Clement.* 1. *de renunc.* Tondut. *de Pens. q.* 41. *n.* 28. cum cassatio prædicta secura fuerit motu proprio, & de plenitudine potestatis, nullus propterea requirebatur consensus, Mand. *ad Regul. Cancell. Regul.* 16. *q.* 7. *n.* 6. *in fin.* Monet. *de commut. ult. volunt c.* 7. *n.* 124. Et cum actus cessationis prævia recompensatione unionis Abbatiæ redundaret in utilitatem Collegii Græci, remanet inutilis prætensio consensus præstandi, cum in utilitatem propriam nemo dissentire præsumatur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 84. Adden. ad Greg. *decis.* 97. *n.* 8. *&* coram Cerro *decis.* 34. *num.* 28.

Cessat insuper hæc objecta nullitas, ex quo prædictæ regulæ expresse fuerit in cassatione derogatū prout firmatum fuit in utraque decisione nempe cor. Cerr. *n.* 4. *& illa* R. D. mei Decani 5. *Junii* 1694. §. *& quoad regulam*. Neque hujusmodi derogatio restringi potest ad Pensionem reservatam in eadem gratia favore Cardin. Mandrutii; quoniam cum fuerit in fine posita per dictionem additativam commode referibilem ad singula desuper in eadem gratia expressa, omnia præcedentia debet pariformiter qualificare, ad Text. *in l.* 1. *ubi DD. C. de lib. præter*. Rota cor. Coccin. *dec.* 116. *n.* 2. *& dec.* 267. *n.* 16. *& in rec. dec.* 345. *n.* 4. *p.* 16.

Præcipue autem cum in proposito adsit etiam positivus consensus Ministrorum Collegii Pensionarii, qui cassationem præfatam per Instrumentum publicum solemniter acceptarunt, *Summario Collegii Germanici n.* 5. qui consensus utique sufficiens reputari debuit, dum si illius reservatio concepta fuerat favore Rectoris, Administratoris, & Scholarium ejusdem, *Summar. Collegii Græci n.* 4. conveniens erat, ut eorundem consensus in illius cassatione requireretur & sufficeret. Auth. *contra si filii C. de repud. & l. nihil jam naturale ff. de reg. jur.*

9 Et reassumptis iis firmatis pro remotione hujus objecti *in d. decis.* cor. R. P. Decano §. *Neque consensus*, quæ iterum DD. placuerunt; accedit insuper tacitus consensus resultans ex acceptatione unionis, correspective ad dictam cassationem secutæ, & in eadem Bulla cassationis contentæ, qui pariter sufficiens reputatur, Cassador. *dec.* 1. *n.* 3. Put. *dec.* 100. *num.* 2. *lib.* 2. Caval. *dec.* 26. *n.* 4. recipiens nanque scripturam, eaque utens omnia in eadem contenta approbasse censetur ad Text. *in l. cum Tabernam §. Idemque quæsivit in fin. ff. de pignor.*

Nec obstat, quod hujusmodi consensus debuisset antecedenter ad cassationem intervenire ex *dec.* 328. *p.* 2. *rec.*

10 Quoniam cum gratia cassationis emanaverit motu proprio Papæ, utique nullus consensus eam antecedere potuisset, tanquam inopinatam; neque etiam contemporanee interesse, dum tanquam correspectiva ad utiliorem unionem statim fuit effectuata, cum unusquisque præsumatur, ut dictum est, consensum præstare, & acceptare ea, quæ in proprium commodum, & utilitatem redundant, Roland. *cons.* 19. *n.* 34. *lib.* 1. Bursatt. *cons.* 304. *num.* 5. Riminal. Jun. *cons.* 108. *n.* 13. Menoch. *cons.* 371. *n.* 19. Surd. *dec.* 111. *n.* 13.

Quo vero ad ineffectuationem cessationis, vel Pensionis reconvalidationem, sive præscriptionem deductas ex longæva ejusdem Pensionis exactione facta per Collegium Græcum, post secutam illius cassationem, cum idem Collegium in Judicio allegaverit, & produxerit titulum reservationis atque in eo suam intentionem fundaverit, *Summ. Germanici n.* 7. Reservatio autem præfata appareat sublata per Pontificiam ejusdem Pensionis extinctionem, alterius tituli præsumptivi allegatio, ex præfatis solutionibus per longissimum tempus continuatis, deducti, minime attendi meretur, tam ad effectum rejiciendi prætensam reconvalidationem, quam adductam præscriptionem, cum allegato titulo omnino incompatibilem *c. pervenit de cens.* de Luca *de Pens. disc.* 22. *n.* 7. Paris. *consil.* 27. *n.* 119. *& cons.* 114. *n.* 11. *lib.* 1. Rota coram Bich. *dec.* 50. *n.* 10. *& in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis* 21. *Jan.* 1695. §. *aut enim, & seq.* cor. R. P. D. meo Pio. Potissimum in hac materia Pen-
11 sionis, in qua Papæ voluntas totum facit, nec ad ipsius inductionem, seu reconvalidationem quidquam operatur Partium consensus, sed unice venit attendenda authoritas Papæ, dum sumus in tali genere rerum, quæ in commercio non cadunt, ex firmatis in *dec.* 816. *num.* 7. *in hac eadem Causa* cor. Cerro, & ejusdem confirmatoria cor. Reverendissimo Decano 5. *Junii* 1694. §. *Cessat quoque*.

Inacceptatio vero ejusdem cassationis minus potest adduci, dum concludenter non probatur in Germanico talis cassationis notitia, ut esset necessarium, ad hoc ut ex subsecutis solutionibus talis voluntas in eodem convinci posset *l. fin. C. plus valor. quod agit.* Menoch. *cons.* 309. *n.* 22. Rota cor. Coccino *dec.* 656. *n.* 7. Imo ex mutatione Rectorum per 12
lapsum 17. annor. qui effluxerunt a tempore cassationis ad illud primævæ exactionis dictæ Pensionis factæ per Ministros Collegii Græcorum redditur ad modum verisimile, quod hujusmodi solutiones ex ignorantia processerint, quæ propterea aptæ non sunt præjudicare Germanico, Menoch. *dict. consil.* 389. *n.* 22. Rota cor. Cerro, *dec.* 435. *n.* 19.

Et ita utraque &c.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pensionis super Manutentione.

Veneris 9. *Decembris* 1695.

Argumentum idem est ac præcedentium.

SUMMARIUM.

1 *Supposita tituli invaliditate locum habet Regula, quod* Petitorium absorbet Possessorium.

2 *Rota in maxima consideratione habere solet fundamenta Decisionum comprobatarum super bono jure, pro concedenda, vel deneganda manutentione.*

DECISIO IV.

Sicuti ad dubium super bono Jure responsum fuit, Sententiam latam de Voto Rotæ esse confirmandam, eo quia pensio tanquam cassata amplius non deberetur Collegio Græcorum, ut ex altera decisione hodie coram me edita; ita etiam quoad præsens dubium super manutentione insimul per me propositum resolutum fuit, illam esse denegandam Collegio Græcorum.

Etenim, cum de cassatione, & extinctione hujusmodi Pensionis clare cōstet per literas Apostolicas motu proprio, & de plenitudine potestatis emanatas, utique attendi non meretur longæva possessio ejusdem Collegii, præsupposita 13
nanque prædicti Tituli invaliditate sibi locum vindicat regula, quod Petitorium absorbeat Possessorium, & consequenter, quod manutentio sit deneganda Collegio Græcorum, ex traditis per Abbat. *in c. consultationib. n.* 9. *de Jurep.* Rota *dec.* 167. *n.* 9. *&* 10. *p.* 2. *divers.* cor. Dunoz. jun. *dec.*

798. *n.*6. cor. Bich. *dec.* 396. *n.*29. & cor. san. me. Alex. VIII. *dec.* 234. *n.*32. & 33.

Hinc propterea adversari non videbantur ea, quæ circa turbiditatem prædictæ cassationis denuo repetebantur pro parte dicti Collegii Græci. Quoniam cum exceptiones omnes exadverso oppositæ sint omnino extrinsecæ ipsimet cassationi, quæ nullo vitio apparenti potest notari, ejusque legalitas, & relevantia, prout insubsistentia extrinsecarum exceptionum fuerint plene cognitæ per duas decisiones ante sententiam emanatas, & hodie iterum coram me respective comprobatæ in decisione super bono Jure, quarum fundamenta pro concedenda, vel deneganda manutentione semper solet nostrum Tribunal in maxima consideratione habere, ut videre est in *dec.*623. *n.*25. *p.*18. & *dec.*277. *n.* 12. *par.*19. *recent.* his positis, exceptiones prædictæ dici non possunt aptæ ad inducendam turbiditatem in dicta cassatione undique clara, per quam infecta remansit possessio Collegii, Post. *de manut. observ.*42. *n.*137. & *seq.* & *n.*142. Rot. *dec.*105. *n.*6. post Zacch. *de oblig. Cam.* & cor. Cerro *decis.* 757. *n.*10. Et ita utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Calaritana Pensionis.

Luna 1. Decembris 1692.

A R G U M E N T U M.

Agitur in hac Decisione de Pensione, & an Concordia super hac inita observari debeat per successorem Titularis concordantis, ad ornatum Causæ *disc.*36. *de Pensionibus* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *Pensionarius in judicio petitorio contra Titularem, qui pensioni non consensit, tenetur plene, & concludenter justificare valorem Beneficii* per ascensum, *alias pensio non sustinetur.*

2 *Præsertim stante clausula*, ut asseris, *quæ præsefert Papam fuisse de Beneficii valore dubium, deque eo voluisse a Pensionario doceri.*

3 *Onus justificandi valorem æque incumbit in pensione conditionali ac in pura.*

4 *Consensus Titularis solutioni pensionis non afficit successores.*

5 *Spatium triginta annorum requiritur ad inducendam præsumptionem justificationis.*

6 *Narrativa valoris monetæ, facta cum solemni protestatione non consentiendi valori, non inducit consensum.*

7 *Narrativa valoris* per non excessum, & ascensum *longe differunt.*

8 *Expressio pensionis non dicit ejus approbationem, sed nudum factum reservationis.*

9 *Ad hoc, ut testes justificent valorem, debent deponere per quinque annos ante, & quinque annos post reservationem.*

10 *Locationes continuatæ per spatium plurium annorum probant valorem rei locatæ.*

11 *Pensio reservata sub narrativa certi valoris* per ascensum & *cum clausula*, ut asseris, *in totum corruit ex defectu justificationis.*

12 *Ex falsa valoris expressione oritur vitium obreptionis, quod totam gratiam inficit.*

13 *Puerilis ætas non est apta præservare gratiam a nullitate.*

D E C I S I O V.

SAnctæ memoriæ Urbanus Octavus super Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ Calaritanæ vacante per obitum Antonii Angeli Santucchii, & pensionibus ducatorum 1200. auri de Camera gravato, quem per literas datas nonis Decembris 1637. ab Archiepiscopo conferri, & assignari mandaverat Dominico Martin, reservavit eodem die, & anno de consensu ipsius Dominici, & sub narrativa valoris *per ascensum* ad 3500. ducatos similes, cum clausula, *ut asseris*, aliam pensionem similium ducatorum 625. favore Ambrosii Santucchii Machim, qui illam exegit usque ad annum 1655. quo Dominicus supervixit; sed post hujus obitum, detrectante Georgio Martin, qui vigore gratiæ Coadjutoriæ cum futura successione Canonicatum adeptus fuerat in illius solutione continuare, egit, & obtinuit adversus ipsum anno 1658. a Vicario Generali Calaritano Judice in literis servationis pensionis deputato, mandatum de manutenendo, quod devoluta Causa ad A. C. Bulgarinum, revocatum fuit per sententiam absolventem Georgium ab impetitis, & ulterius declarantem pensionem esse nullam; Appellante autem Ambrosio, & commissa Causa clar. me. Cardinali Certo, fuit in possessorio, prævia *decisione* 629. *inter ejus impressas*, relaxatum mandatum de manutenendo favore Ambrosii, & in petitorio, præviis duabus decisionibus, prima nempe coram eodem Certo *inter ejus impressas* 899. & altera cor. Eminentissimo Vicecomite illi suffecto 6. *inter impressas part.*17. *recentior.* lata fuit per ipsummet Eminentissimum Vicecomitem sententia priori A. C. Bulgarini conformis pro nullitate pensionis, contra quam interjecta rursus appellatione pro parte Ambrosiii, & Causa commissa bonæ memoriæ Priolo, præviis geminis decisionibus *inter illius impressas* 351. & 369. pronunciatum fuit per bon. mem. Albergatum, per ejus obitum in Causa substitutum, *infirmandam esse sententiam Eminentissimi Vicecomitis, & pensionem sustinere*; sed ab hac sententia commissa ad provocationem Georgii Causa appellationis R. P. D. Rondinino, & post varios actus coram ipso gestos, utroque tam scilicet Georgio, quam Rondinino ab humanis ereptis, ac in Georgii locum de Canonicatu proviso Joanne Paulo Nurra, & in locum Rondinini suffecto R. P. D. meo Cavalerino tunc ad Christianissimum Regem Nuncio Apostolico, proposito ter per ipsum consueto dubio, *an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, nec ulla capta resolutione, excepto ordine dato sub die 3. Julii 1690. quod *stricte scriberetur super reducibilitate pensionis*, tandem hodie coram me illius vice Causam reproponente, conclusum fuit pro infirmatione sententiæ Rotalis.

Sententia enim (ut liquet ex decisionibus bonæ memoriæ Prioli, quarum ad formam illa emanavit) unice fundata fuit in eo, quod ob consensum per Georgium tunc temporis Titularem pensionis præstitam in assecutione gratiæ Coadjutoriæ relevaretur Ambrosius Pensionarius ab onere justificandi valorem *per ascensum* ad 3500. ducatos auri de Camera narratum in literis reservationis, tam in possessorio, quam petitorio; sed corruit hujusmodi fundamentum tum in hodierna instantia, quæ non amplius agitur cum Georgio, sed cum Joanne Paulo per ejus obitum proviso, qui non modo nullum præbuit pensioni consensum, verum immo (ut inferius apparebit) adversus illam positive dissensit, & reclamavit, ac resurgit aliud amplexum per decisiones bonæ memoriæ Cerri, & Eminentissimi Vicecomitis, quod videlicet Pensionarius in judicio petitorio, 1
& contra Titularem, qui pensioni non consensit, tenetur plene, & concludenter justificare valorem præfatum, alias pensio non sustinetur, ut tradit Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 467. & *seq.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 72. Adden. ad Gregor. *decis.* 57. *n.* 11. Rota *decis.* 306. *num.* 1. *part.*10. *decis.* 41. *n.* 1. *part.* 17. *recent. decis.* 236. *num.* 9. coram Bichio *decis.* 830. *num.* 5. coram clar. mem. Cardinali Cerro *in Viterbien. pensionis* 26. *Junii* 1683. §. *Cum enim*, coram Reverendissimo Patre Domino meo Ursino *in Albanen. pensionis* 2. *Aprilis* 1683. §. *secundo quia*, coram bonæ memoriæ Rondinino, & *in Romana pensionis* 25. *Junii ejusdem anni* §. *Nitebantur*, coram eodem, *confirmata* 20. *Martii* 1684. coram D. meo Ursino. Præsertim stante clausula, *ut asseris*, quæ facit conditionem 2
& præsefert Papam fuisse de Beneficii valore dubium, deque eo voluisse a Pensionario doceri, ut advertit Rota *d. decis.* 306. *n.* 3. & 4. *part.* 10. *decis.* 265. *n.* 3. *part.* 15. *decis.* 230. *n.* 3. & *seqq. part.* 18. *recentior. in dicta Viterbien. pensionis* §. *Eoque fortius*, coram Domino meo Ursino, & in decisione, sive discursu edito pro concordia *in Majoricen. pensionis* 28. *Martii* 1689. §. *Quoniam cum sequenti*, coram me.

Neque ad relevandum ab hoc onere Pensionarium quicquam facit, quod pensio reservata non fuerit sub aliqua explicita conditione, sed pure, quodque in illius reservatione facta occasione provisionis per obitum nulla, nec de jure, nec ex regulis Cancellariæ requireretur expressio valoris; nam quod pensio reservata non fuerit sub aliqua explicita conditione (præter quod confunditur ex prædicta clausula, ut *asseris*, quæ vel importat expressam conditionem, vel saltem virtualem, ac tacitam, quæ ad hunc effectum æquipollet expressæ, ut constat ex notatis per Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 460. Rota *decis.* 880. *num.* 2. coram Dunoz. Juniore, & *decis.* 130. *num.* 3. & 4. *part.* 18. *recentior.*) nihil pertinet ad punctum oneris justificandi valorem, quod æque incumbit Pensionario in pensione conditionali, ac pura, cum hac solum differentia, quod quando agitur de pensione conditionali, justificatio fieri debet etiam adversus eum, qui pensioni consensit, cum consensisse dicatur sub eadem conditione, quod secus est, quando agitur de pensione pura, ut explicant Marescott. *var. resolut.*

lat. lib. 1. cap. 1. num. 74. & 75. Adden. ad Gregor. *dec. 75. n. 12.* Et quod nec de jure, nec ex regulis Cancellariæ requireretur expressio valoris in reservatione pensionis occasione provisionis per obitum (quidquid sit an subsistat) non urget in casu, quo, prout hic, ejus expressio, licet forsan alias non necessaria, legitur in actu reservationis peractæ ad Pensionarii supplicationem, & cum sæpe dicta clausula, *ut asseris*. In his enim terminis necessaria fit illius verificatio ex facto, seu voluntate, tam Pensionarii, qui hanc sibi viam elegit ad obtinendum, ut ponderant Gutt. *Can. quæst. lib. 2. c. 15. sub n. 76.* Cochier. *ad regul. Cancell. 61. n. 22. & seqq.* Tondut. *de pens. quæst. 61. n. 3. & 4.* quam etiam Papæ, qui sub hac conditione sine lege detulit reservationi, ad tradita per Lotter. *de re ben. lib. 1. q. 41. n. 33.* Rota *dec. 144. n. 12. & tribus seqq. p. recent. tom. 2.*

Minus subsistit, quod Dominicus primus Titularis auctorizante Papa pensioni consenserit pro se, & suis successoribus ibi, *Pensionem annuam &c. per d. Dominicum, cujus ad hoc expressus accedit assensus, & successores suos Canonicatum, & Præbendam prædictam pro tempore, quomodolibet obtinentes &c. integre persolvendam &c.* quoniam (ut ex hismet ipsis verbis satis constat) successores fuerunt particulariter comprehensi in obligatione solvendi pensionem qui nihil influit in consensum, qui in objecta materia non tangit substantiam debiti, sed potius modum debendi, & dicit solum approbationem, seu confessionem, quod beneficium sit capax tali pensiones; Consensus autem personaliter relatus fuit ad ipsum Dominicum, neque per conse-
4 quens afficit successores, qui non veniunt dependenter ab ipso, sed jus metiuntur a Papa, ex provisione per obitum, ut tradit Rota *decis. 144. num. 16. & seq. p. 4. tom. 2. dec. 306. n. 6. part. 10. decis. 187. n. 13. & 14. part. 11. decis. 27. n. 2. & decis. 265. n. 4 part. 15. recent. decis. 1122. n. 1. vers. tam ex eo*, cor. Card. Seraphino, & *decis. 343. num. 1. vers. nec ab onere cum seqq.* coram Merlino.

Prout nec refert, quod ab anno 1637. usque in præsens pensio semper exacta fuerit, ita ut ex tam longi temporis exactione oriatur justificationis præsumptio, siquidem exa-
5 ctiones, quæ præcesserunt litem instructam coram Vicario Calaritano, non complectuntur spatium 30. annor. prout omnino requiritur ad inducendam hujusmodi præsumptionem, ut firmat Add. ad Burait. *decis. 296. n. 12. vers. minus autem tempus*, Rota penes Marchesan. *de commiss. part. 1. fol. 523. n. 2. decis. 596. num. 4.* coram Penia, & *dec. 41. n. 17. & 18. part. 27. recent.* aliæ autem subsecutæ non fuerunt pacificæ, quia lis, ut præmissum est, a Vicario Calaritano delata fuit ad A. C. Bulgarinum, & ab A. C. Bulgarino ad nostrum Tribunal, in quo deinceps perpetuo viguit, & adhuc viget, & facta fuerunt calore mandati de manutenendo Pensionario concessi, & a Signatura Justitiæ canonizati cum clausula præservativa executionis, & sic sive ex uno, sive ex altero capite non suffragantur, ut de primo tradit Rota *decis. 294. n. 13. & seqq.* coram Royas, & de secundo *decis. 273. per tot. lib. 2.* coram Puteo, & *decis. 291. n. 32.* coram Dunozett. Juniore, non attenta conjunctione temporum pro complendo 30. annorum spatio, prætensa sub obtentu, quod post directam Causæ commissionem bonæ memoriæ Rondinino, Titularis tunc temporis litem deseruerit, & pensionem persolverit usque ad obitum, quoniam litis desertio cessat in facto: quia scilicet anno 1678. fuit ex parte ejusdem Titularis productus coram bonæ memoriæ Rondinino processus remissorialis, & anno subsequenti 1679. ad ejus instantiam propositum ac disputatum hodiernum dubium, prout ex Causæ positione tunc distributa.

Nec demum turbat, quod etiam Joannes Paulus modernus Titularis saltem tacite pensioni consenserit per hoc, quod in supplicatione Papæ porrecta pro consecutione Canonicatus narraverit eundem valorem ducator. 3500. narratum in literis reservationis, expresserit hanc ipsam pensionem ducatorum 625. de cujus validitate agitur; & ulterius consenserit reservationi novæ ducator. 100. quoniam narrativa valoris ducatorum 3500. facta fuit ad parendum
6 officialibus Datariæ, qui pro eorum interesse recusarunt admittere supplicationem cum minori expressione, & facta fuit cum præambula solemni protestatione, non consentiendi valori, ac ex defectu illius justificationis impugnandi pensionem immediate etiam deinceps actualiter impugnatam, prout in specie respondendo huic objecto animadvertit Rota *decis. 306. n. 8. part. 10. recent.* & denique facta fuit per modum negativum, videlicet, *per non excessum*; neque proinde trahi valet in approbationem alterius
7 in literis reservationis conceptæ per modum affirmativum, scilicet, *per ascensum*, quæ est longe diversa, cum prior verificetur in qualibet summa, hæc autem præcise verificari debeat in summa narrata, ut dixit Rota *decis. 120. n. 15. p. 17. recent. decis. 237. n. 4. & seqq.* cor. Millino *dec. 169. n. 11. & seq.* coram Royas *decis. 880. n. 7. & seq.* cor. Dunozetto juniore, & *in Compostellana Parochialis 2. Maii proxime preteriti §. non obstat*, cor. R. P. D. meo Caprara. Expressio etiam controversæ pensionis, ultra quod facta fuit cum protestatione mox allegata, & fieri potuit, ac debuit 8
ad differendam pro ejus rata solutionem annatæ, & ne illa rejecta posteriori corrueret tanquam subreptitia, ut observat Rota *decis. 3. & 4. de Pension.* cor. Cassador. *dec. 111. n. 3.* cor. Mantica, & *dec. 279. n. 4.* coram Millino, non dicit approbationem pensionis, sed nudum factum reservationis, quod etiam invalide expleri potuit ex defectu intentionis Papæ, seu verificationis narratorum, ut retractando contrariam sententiam amplexam in decisionibus in objecto allegatis firmavit Rota *dec. 278. num. 3. & 4.* penes Posth. *de manut. dec. 306. n. 7. & plurib. seqq. part. 10. rec. decis. 343. num. 4. & 5.* coram Merlino, & *in Ariminen. Pensionis 10. Maii 1662. §. Quia cum pensio*, coram bon. memoriæ Avunculo meo; & demum consensus reservationi novæ pensionis considerabilis esset adversus novum Pensionarium, non autem adversus antiquum, qui hujusmodi consensum non habet, maxime quia ille præsumi potest novæ pensioni præstitus sub justa credulitate, seu suppositione, quod antiqua esset nulla.

Non justificavit autem prætecensitum valorem ducatorum auri de Camera 3500. (quemadmodum ex huc usque firmatis tenetur) Ambrosius pensionarius; nam Testes ad hunc effectum adducti, qui ad ejus instantiam examinati fuerunt vigore remissoriæ expeditæ coram claræ memoriæ Cardinali Cerro, patiuntur plures notabiles exceptiones late recensitas in *decis. Eminentissimi Vicecomitis*, quod nempe interrogati de valore Canonicatus respondent se nescire, omnes loquuntur de auditu, non deducunt expensas in recollectione fructuum necessarias, neque onera Canonicatus, & denique se restringunt ad annos quinque, eosque (ut ipsi clare asserunt) fertiliores; non autem testantur de quinque annis ante, & quinque post reservationem, juxta notoriam praxim in hac materia receptam, ac per consequens nihil probant, ut de Testibus non informatis Lotter.
de re benef. lib. 1. q. 43. n. 12. & lib. 3. q. 20. num. 85. ac de te- 9
stibus deponentibus de auditu, idem Lotter. *d. lib. 3. q. 20. n. 84.* Tondut. *de pens. cap. 14. n. 11. & 12.* & aliis non deducentibus expensas, & onera, Felin. *in cap. ad aures n. 14. de rescript.* Rot. *dec. 40. n. 7.* cor. Pamphilio, & *in Burgen. Præstimonii 9. Junii 1684. §. neque visum*, coram me, ac de non deponentibus quinque annos ante, & quinque post reservationem, Rota *decis. 213. n. 7.* cor. Bichio, & distinguendo inter valorem narratum *per non excessum*, & alterum narratum *per ascensum*, in quo gratia Papæ fundatur *decis. 62. n. 13. part. 10. recent. & in dicta Burgen. Præstimonii, dicto paragrapho neque visum*, coram me.

Non obstat discursus, qui fit super eisdem Testibus, quod scilicet ipsi deponant de omnibus, & singulis fructibus Territoriorum Villasor, & Sanlur ab anno 1637. usque 1642. quod fructus Canonicatus consistant in tribus ex quinque partibus decimæ horum fructuum, quodque initio eorum calculo juxta pretia tunc currentia tres quintæ partes ascendant ad annuas libr. 19950. quæ junctæ cum aliis libris 464 quotannis percipi solitis ex distributionibus quotidianis, & aliis Canonicatus emolumentis, de quibus supponitur apparere ex libris Capituli, conficiant annuas libras 20414. constituentes ad rationem juliorum quatuor pro qualibet libra ducatos auri de Camera 5103. quoniam (præter quod ille fundatur in Testibus patientibus exceptiones supracitatas, quæ non sinunt eis haberi fidem) non est etiam in semetipso perfecte concludens; primum, quia Testes non deponunt constanter, ac fixe de ea fructuum, eorumque pretiorum, quæ ex parte Pensionarii calculata fuit, sed de una summa, vel altera, ex quibus sumpta (prout fieri debet) summa minori, ut monet Tondut. *de pens. c. 14. n. 15.* patet valde decrescere præmissum valorem ducator. 5103. ac deinde, quia nec detrahunt portiones eorum, qui exempti sunt a Decimæ solutione, quibus non detractis nulla habetur certitudo quantitatis Decimæ, neque per consequens fructuum Canonicatus, qui ex ejus tribus quintis partibus cōstant, accedente præterea, quod libra Sardiniæ non constituit julios quatuor monetæ Romanæ, sed solum julios tres, & bononenos quatuor, ut ex fide Mercatorum data per Titularem.

Neque depositiones eorundem Testium supplentur, seu roborantur ex adminiculis; non enim relevant dicta Testium nuper ad perpetuam rei memoriam examinatorum, quia isti non faciunt adminiculum, ut dixit Rot. *in Civitatis Castellana bonorum* 4. *Junii* 1681. *paragrapho ex praedictis*, coram bon. memoriae Paulutio, nec pariter similes narrativae valoris emissae in binis provisionibus Dominici, & Georgii una cum solutione pensionis facta per spatium fere 20. annorum; etenim narrativae leguntur etiam in praecedentibus provisionibus remissiores, videlicet anno 1608. in ducatis 1250. & anno 1624. in ducatis 2000. & quod plus est factae fuerunt per non excessum, quae (ut praefatum fuit) verificantur in qualibet summa; & pensionis solutio fieri potuit etiam ad effugiendas molestias, & lites, quae, ut docet quotidiana praxis non brevi temporis spatio, nec sine magno labore, ac sumptu terminari solent adversus Pensionarium existentem in quasi possessione exigendi, neque demum affictus anno 1632. stipulatus pro libris 5120. liberis ab omni obligatione pensionum, & onerum, quia hic pluribus annis praecedit tempus reservationis, quod solum spectare debet ad effectum justificationis

10 valoris, ut tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaest.* 38. *n.*69. plene Rota *in Pampilonen. beneficii* 12. *Januar.* 1685. §. *Minus obstat*, *&* §. *sed e contra*, cor. R. P. D. meo Caccia.

Quinimo hujusmodi tam Testes, quam adminicula prosternuntur ex Testibus vigore alterius remissoriae Rotalis examinatis ad instantiam Georgii Titularis, ac ex aliis examinatis ad perpetuam rei memoriam deponentibus, fructus Canonicatus non excedere valorem librar. 7000. qui longe distat a valore ducatorum 3500. pro quo constando juxta memoratam mercatorum fidem requiruntur lib. 1627. 10. & rursus ex contrariis adminiculis; primo nempe quod una ex quinque partibus Decimae fructuum praefatorum Territoriorum spectans ad Ecclesias Parochiales ab anno 1637. usque ad 1654. semper locata fuit pro libris 1300. circiter, & solum anno 1651. pro libris 1450. ut patet ex serie locationum exhibitarum pro parte ejusdem Titularis, quae tanquam continuatae per spatium tot annorum bene probant valorem, ut pluribus adductis dictum fuit *in Salernitana pensionis* 4. *Maii* 1633. cor. bonae memoriae Ghislerio, *in Alarien. pensionis* 7. *Junii* 1632. §. *Inter alios*, cor. bonae memoriae Verospio, *& in Romana locationis* 23. *Martii* 1639. §. *& non poterat*, coram eodem; & altero quod cessis Pensionario fructibus Canonicatus per Georgium antecessorem, Pensionarius in redditione rationis administrationis eorum gestae per plures annos remansit creditor Titularis in libris 2730. & in ducatis auri de Camera 4000. pro pensionibus decursis, prout ex calculo per eundem Pensionarium dato coram bonae memoriae Priolo, *& ex decisione super hoc puncto edita sub die* 7. *Januarii* 1676. cor. Reverendiss. Bourlemont.

Cessante igitur ex his Pensionario, in justificatione valoris sibi incumbente pensio, ut sub initio dictum fuit, non sustinetur neque etiam, quae postrema fuit Pensionarii praetensio,

11 ad mensuram deficientiae valoris est reducibilis, quia scilicet pure reservata fuit sub narrativa certi valoris *per ascensum*, & cum clausula, *ut asseris*, in quibus terminis ex defectu illius justificationis corruit in totum, ut firmant Fagnan. *in cap. ad hoc n.*29. *de solut.* Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 427. Tond. *de pensi. cap.* 15. *n.* 5. *&* 6. Add. ad Buratt. *decis.* 369. *num.* 8. & semper tenuit nostrum Tribunal, ut *in dec.* 18. *n.* 1. *&* 2. *de rescript.* cor. Crescentio *dec.* 884. *num.* 1. *&* 2. cor. Manzanedo *dec.* 880. *per tot. & praesertim n.*8. cor. Dunoz. jun. *dec.* 278. *n.* 2. penes Posth. *de manuten. decis.* 342. *n.* 12. *& seq. p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 187. *n.* 34. *&* 36. *p.* 11. *dec.* 41. *n.* 4. *dec.* 120. *n.* 2. *& dec.* 245. *n.* 32. *p.* 17. *recent. & in praecitata Majoricen. pensionis* 28. *Martii* 1686. §. *Quoniam*, coram me, ex duplici ratione; prima, quod ex falsa valoris expressione oritur vitium obreptionis, quod inficit totam gratiam, ut docet Felin. *in c. ad audientiam n.* 2. *de rescript.* & secunda, quod ex clausula, *ut asseris* inducitur conditio, ex qua grata fit individua, & ratione individuitatis in totum nulla, ut ratiocinatur Garz. *loco mox allegato n.* 425. *& seq.* Rota *dec.* 379. *n.* 9. *p.* 19. *recent.* non refragantibus auctoritatibus in contrarium laudatis, quae procedunt in reservatione pensionis, facta cum clausula *dummodo* centum pro Rectore remaneant, vel *dummodo* tertiam partem fructuum non excedat, ex qua conjicitur Papam voluisse pensionem subsistere in eo, quod superesset, salvis reservatis, ut in specie illas declarando dixit Rot. *dec.* 75. *ex n.* 2. *usque ad* 15. *& dec.* 379. *n.* 4. *& seqq. p.* 19. *recent. & in dicta Romana pensionis* 25. *Junii* 1683. cor. bon. mem. Rondinino, *confirmata* 14. *Januar. &* 30. *Martii* 1684. cor. Reverendiss. Patre Domino meo Ursino.

Nec reductio peti valet ex eo, quod de tempore reservationis Pensionarius reperiretur puer undecim annorum, quodque in illius literis expressa fuerit ratio subveniendi 12 ipsi ad alimentis, quoniam puerilis aetas non est apta praeservare gratiam a nullitate, de qua agitur; non enim in hac specie attenditur simplicitas supplicantis, sed voluntas, & intentio Papae concedentis, ad literam Text. *in cap. super literis de rescript.* ubi Hostien. *n.* 10. *vers. vel per simplicitatem*, Abb. *n.* 4. *&* 6. Joan. Andr. *n.* 10. Decius *n.* 8. late Fagn. *n.* 62. Crav. *cons.* 68. *n.* 11. Masc. *de prob. concl.* 846. *n.* 4. *& seqq.* Rot. *dec.* 410. *n.* 10. cor. Bichio *decis.* 306. *n.* 24. *& seq. part.* 10. *dec.* 120. *n.* 18. *& seqq. part.* 17. *& decis.* 375. *n.* 19. *in fine p.* 19. *recens.* signanter in casu, quo, prout hic, post transactam puerilem, immo etiam minorem aetatem Pensionarius non modo narrativam non retractavit, & institit pro gratiae correctione, sed ipsam gratiam in Judicio produxit, & narrativam totus viribus sustinere curavit, expediendo etiam ad hunc effectum remissoriam pro examine Testium. His enim stantibus, censetur narrativam ratificasse, & suam agnovisse, nec ex capite simplicitatis evitare valet nullitatem ex ejus falsitate, ut firmavit Rota *dec.* 181. *n.* 4. *lib.* 1. cor. Puteo, *dec.* 410. *n.* 18. cor. Bich. *dec.* 306. *n.* 25. *part.* 10. *dec.* 11. *n.* 15. *& seq. part.* 11. *& dec.* 120. *n.* 18. *in fine part.* 17. *& dec.* 375. *n.* 15. *& seqq. part.* 18. *recent.* ubi respondetur *decis.* 536. *part.* 14. *recent. tom.* 3. adductae Pensionario de alimentis respicit effectum gratiae, magis quam causam, quae stat in narrativa valoris, ex qua Papa instruitur ad rectam rationem distributionis redituum Ecclesiasticorum, ad notata per Sarnen. *ad regul. Cancell. de valor. exprimen. quaest.* 1. *n.* 20. alioquin actum esset de conclusione tradita per Doctores, ac toties in nostro Auditorio canonizata, quod ex defectu justificationis valoris *per ascensum* narrati, pensio totaliter irritatur, cum vix una dari valeat reservatio, in qua hujusmodi expressio non legatur, ut inquit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 47. & patet ex ejus formulis relatis per Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *c.* 2. *&* 3. *n.* 1.

Et ita decisum fuit, utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Calatitana Pensionis.

Ven. 22. *Aprilis* 1695.

ARGUMENTUM.

Receditur a decisis in praecedenti Decisione.

SUMMARIUM.

1 *In materia probationum circumstantiae, & adminicula insimul non seorsim sumi debent.*

2 *In probandis fructibus generalitatis praediorum admittendi sunt testes etiam de propalationibus in loco fieri solitis, & de auditu a collectoribus.*

3 *Rigorosa probatio per decennium requiritur solum ubi titularis agit ad annullandam pensionem, non autem ubi Pensionarius agit ad illam sustinendam.*

4 *In valutatione monetarum stylus mercatorum discrepat a stylo Officialium Datariae.*

5 *Solutiones per longum temporis spatium continuatae, plurimum conferunt ad arguendam veritatem valoris.*

6 *Talis praesumitur Beneficii valor, qualis fuit expressus.*

7 *Locationes regulariter non probant valorem.*

DECISIO VI.

CUM ex defectu justificationis valoris Canonicatus in literis reservationis Pensionis per ascensum ad ducatos auri Camerae 3500. & cum clausula, *ut asseris* narrati *die prima Decembris* 1692. decisum foret coram me infirmandam esse sententiam per bon. mem. Albergatum, praeviis geminis Decisionibus editis cor. bon. mem. Priolo inter ejus impressas 351. & 368. pro validitate Pensionis in proxime praecedenti instantia prolatam, petiit & obtinuit Ambrosius Pensionarius Remissoriam ad supplendas, seu roborandas probationes valoris tunc usque per semetipsum adductas. Eaque expedita, ac ejus vigore compilato in partibus, & ad nos transmisso novo processu repropsui Causam sub *die* 28. *Junii* 1694. & dictum fuit *dilata ad Kalendas*, & rursus *die* 29. *Novembr.* subsequentis *iterum proponatur*, *& videant omnes*. Hodieque videntibus omnibus resolutio tandem prodiit *pro recessu a decisis*.

Licet enim dubium non fuerit apud Dominos, quin Pensionarius ad effectum sustinendi Pensionem in Judicio petitorio, in quo versamur, & adversus Titularem, qui reservationi Pensionis non consensit, teneatur plene, & concludenter

denter probare valorem præsertim stante clausula *ut asseris*, quæ efficit actum reservationis conditionalem secundum Auctoritates pleno calamo relatas in præterita Decisione §. *Sententia*; ejusmodi tamen probatio satis resultare visa fuit in præsenti ex depositionibus Testium ad instantiam Pensionarii examinatorum anno 1668. ac ex pluribus cir-
1 cumstantiis, & adminiculis, de quibus infra, sumptis potissimum non seorsim singulis, sed insimul omnibus, ut fieri debet in materia probationum, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 43. *n.* 23. 28. *&* 29. Rota *decis.* 245. *n.* 2. *& seqq.* cor. Gregor. *decis.* 542. *n.* 6. *& seqq.* cor. Dunoz. jun. *decis.* 556. *n.* 7. cor. Bich. *& decis.* 183. *ex num.* 7. *usque ad* 12. coram Card. Cerro.

Ex depositionibus Testium; quoniam ipsi dilucide affirmant, quod fructus Canonicatus consistunt in tribus ex quinque partibus Decimarum fructuum Villarum Sor, & Sanlur, quod fructus earundem Villarum ab anno 1636. usque ad 1642. & sic de tempore reservationis pensionis secutæ anno 1637. singulo quoque anno collecti, ac venditi fuerunt in quantitatibus, seu summis per eos relatis, ex quibus computatis etiam juxta sensum prioris Decisionis summis minoribus, patet tres quintas partes Decimarum constare libras 17658. iisque additis distributionibus quotidianis in summa annuarum librarum 464. de quibus constat ex libris Capituli, ac vice versa detractis expensis transportationis, conservationibus, ac venditionis fructuum, nec non oneribus Canonicatui inhærentibus in annuis libris 2081. de quibus deponunt Testes nuper in vim remissoriæ Rotalis examinati, valorem Canonicatus ascendere ad annuas libras 16041. & sic longe excedere ducatos auri Cameræ 3500. dum ad istos conficiendos, requiruntur libræ duntaxat 12500.

Non obstant objecta contra Testes adducta, nec enim officit, quod ipsi versati non fuerint in recollectione fructuum Canonicatus; quod deponant de simplici auditu; quodque signanter interrogati de ejusdem Canonicatus valore respondeant nescire: Quoniam sufficiunt rationes alias per ipsos adductæ, quod a nemine informati vel subornati dicere, ac testificari possunt, & sciunt ex certa scientia, quia sunt *Agricolæ, & oriundi culturam exercebant, & quolibet anno publicari consueverat in dicta Villa quantitas fructuum recollectorum, & quod sic audiverunt a Collectoribus Decimarum, quodque erat publica vox, & fama*, ut de Testibus Agricolis Rota *decis.* 79. *alias* 10. *num.* 4. coram Cæsare de Grassis, & de auditu a Collectoribus fructuum, & Beneficiariis Ecclesiæ *decis.* 283. *n.* 6. *part.* 7. *recent.* Et de publica voce, & fama, Campanil. *divers. Jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 193. §. *Similiter*, Rota *decis.* 273. *num.* 1. *& seqq. & dec.* 277. *sub n.* 3. *&* 4. coram Gregor. Ponderando, quod non agitur de probandis fructibus unius, vel alterius prædii, sed in universum omnium, & singulorum prædiorum Villarum Sor, & San-
2 lur, in quibus terminis propter impossibilitatem habendi Testes de facto proprio, vel de visu, admittendi sunt Testes etiam de propalationibus in loco fieri consuetis, & de auditu a Collectoribus, juxta Theoricam Abbatis *in cap. cum Causam n.* 8. *de Testibus* Cardinal. Zabarell. *in c. Præterea n.* 6. *eodem tit.* Bellamer. *in Can. Testes* §. *De his* 3. *quæst.* 9. *n.* 1. *&* 2. & firmata per Rot. *dec.* 277. *sub n.* 2. cor. Greg. Hincque tollitur, quod Testes dicant se nescire, quia intelligi debet, quoad valorem Canonicatus directum, & immediatum, & de præcisa quantitate fructuum usque ad obulum, super qua fuerunt interrogati, non autem quoad indirectum, & mediatum, deducendum scilicet, ut supra ex quantitate fructuum, ac Decimarum præfatarum Villarum.

Prout nec relevat, quod Testes non deponant constanter, ac fixe de certa fructuum quantitate, quod de eisdem fructibus non deponant per decennium, videlicet quinque annos ante, & quinque post reservationem, & quod in specie deponant de annis fertilioribus; nam quod de certa quantitate fructuum non deponant constanter ac fixe, nihil detrahit eorum depositionibus, dum ex præfatis accipiuntur summæ minores. Rigorosa probatio per decennium requiritur solum ubi Titularis agit ad annullandam Pensionem, non
3 autem ubi, prout hic, agit Pensionarius ad illam sustinendam, quo casu satis est, quod concludat de tempore reservationis, vel per aliquot tantum annos eidem proximos, ut distinguendo tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 43. *n.* 23. Rota *decis.* 213. *n.* 25. cor. Bich. *decis.* 53. *n.* 2. cor. Arguell. *decis.* 542. *n.* 9. *&* 10. cor. Dunozett. *Jun. & decis.* 82. *n.* 2. post Tondut. *de Pension.* Et quod depositiones loquantur de annis fertilioribus, cessat quoties ut diximus, sufficit quod percutiant tempus reservationis, vel aliquos ei proximos annos, maxime quia non tam particulariter reservari valent ad annatas, quam universaliter ad tempora fertiliora, quia scilicet abinde citra successit contagium in Regno Sardiniæ, quo bonorum reditus decreverunt.

Nec demum turbat, quod Testes non deducant, nec expensas pro fructibus necessarias, nec onera Canonicatus, nec portiones exemptorum a præstatione Decimarum; quoniam hi defectus supplentur aliunde, & prout bene suppleri posse notat Rot. *decis.* 293. *n.* 3. *& dec.* 335. *sub n.* 1. *part.* 1. *divers. dec.* 1831. *n.* 19. cor. Coccin. *decis.* 245. *n.* 10. cor. Gregor. *& dec.* 227. *sub n.* 9. cor. Dunozet. sen. Nam quoad expensas ex depositionibus novissimorum Testium de iis constat in summa duntaxat librarum 1315. pro transportationibus fructuum, & in summa librarum vix 300. pro pensionibus horreorum, & custodia eorundem fructuum, licet istæ ad abundantiam ex parte Pensionarii admittantur in summa librarum 550. per ipsum articulata: Quoad onera testantur iidemmet Testes, & liquet ex libris Capituli consistere solum in subsidio pro triremibus, & donativo ascendentibus ad lib. 216. Quoad portiones exemptorum, eæ, ut Testes iidem referunt, vel nullæ adsunt, vel satis modicæ, adeout iis etiam deductis ex libris 16041. in quibus valor probatus fuit, semper remaneant plusquam libr. 12500. quæ, ut præfertur, conficiunt ducatos auri Cameræ 3500. non attenta depositione unius ajentis, *che le migliori are sono degl'esenti*, quia illa, ultra quod ad Villam Sor, cujus Testis erat incola, refertur, confunditur ex aliis concorditer ajentibus, vel nescire se se, quoad adsint, vel certe paucos adesse exemptos.

Minus obstant objecta contra valutationem monetæ, nam quod ad conficiendos 3500. ducatos, auri Cameræ sufficiant libræ 12500. monetæ Sardiniæ, probatur ex mandato Procuræ per Dominicum primum Titularem expleto ad consentiendum Pensioni ducatorum mille monetæ Sardiniæ cum expressione etiam valoris Canonicatus in ducat. 5000. similibus, nam quilibet ducatus constat ex libris duabus cum dimidia, & sic ducat. 5000. constituunt lib. 12500. Eoque fortius stringit ejusmodi mandatum, quia relative ad ipsum facta fuit, imo fieri debuit expressio valoris in literis reservationis, in quibus specifice narratus legitur consensus Titularis, & probatur id ipsum ex eo, quod Pensio, licet in origine reservata in ducatis auri Cameræ 625. fuit nihilominus deinceps semper pro tempore soluta in ducatis mil. monetæ Sardiniæ conficientibus lib. 2500. Et denique probatur ex eo, quod consimilis valutatio, seu conversio monetæ Sardiniæ in ducatos auri Cameræ servata dignoscitur in aliis causis ejusdem Regni, ut in *Ampurien. Decimarum* cor. Merlin. *inter ejus impressas* 662. *& in Turritana Congruæ* cor. bon. mem. Card. Taya *inter impressas in recentioribus decis.* 287. *& dec.* 500. *p.* 14. per regulam arithmeticam, quam ad hunc effectum ponderant informantes.

Nec in contrarium allegari meretur attestatio Mercatorum asserentium, quod ducati auri Cameræ 3500. conficiant libras circiter 17000. quoniam ipsi monetas calculant seu valutant juxta valorem earum intrinsecum, non autem juxta valorem extrinsecum, cum quo hac in re procedi valuit per Officiales Datariæ; nec novum est, quod in materia valutationis monetarum stylus Mercatorum discrepet a stylo Officialium Datariæ, ut signanter animadvertere licet in 4
dec. 186. *n.* 23. *&* 24. *& dec.* 213. *n.* 26. *&* 28. *part.* 6. *rec.* in quibus ducati Regni Neapolitani valutantur in ducatis auri Cameræ 75. pro quolibet centenario, & in dictis *dec.* 287. *&* 500. *par.* 14. *rec.* in quibus libræ centum monetæ Sardiniæ calculantur in ducatis auri Cameræ 33. cum dimidio, quando attento intrinseco earum valore constituerent ducatos auri Cameræ duntaxat 20. Nec pariter calculus per Placidum Levantem exaratus occasione administrationis fructuum Canonicatus susceptæ per Pensionarium, quia confectus, & ordinatus fuit ad finem diversum, & semper recurrit, quod cum agatur de re transacta per Datariam, non Mercatorum stylus, sed Datariæ spectari debet.

Et ex pluribus circumstantiis, & adminiculis, quorum primum est, quod Pensio per omnes Titulares soluta fuit, videlicet ab anno 1637. usque ad annum 1658. per Dominicum, ab anno 1658. usque ad annum 1689. per Georgium, & ab anno 1689. usque in præsens per Joannem Paulum moder- 5
num collitigantem; hujusmodi enim solutiones per tantum temporis spatium continuatæ, plurimum conferunt ad arguendam veritatem narrati valoris, ut in specie advertit Rota *decis.* 686. *n.* 16. *& dec.* 213. *n.* 23. *part.* 6. *recent. decis.* 245. *n.* 6. ibique Adden. *num.* 14. cor. Gregor. *dec.* 867. *num.* 5.

n. 5. coram Merlin. *decis.* 542. *num.* 8. coram Dunoz. jun. & *decis.* 183. *num.* 16. coram Cerro. Non obstantibus, quod dicantur non fuisse pacificæ, quia ab anno 1637. usque ad annum 1658. de lite, seu aliàs interruptione solutionum non constat, & ab anno 1658. licet aliqualis intercesserit usque ad annum 1679. ea tamen potius in oppositum retorquetur, & auget præsumptionem præfatam, animadvertendo, quod tunc Titularis assumpsit sibi onus justificandi deficientiam valoris, & tamen nihil unquam deinceps justificare valuit, & Pensionem persolvit usque ad obitum, licet reditus ab anno 1653. superventi contagii diminuti fuissent. Secundum, quod concurrunt aliæ narrativæ valoris in ducatis auri Cameræ 3500. in provisionibus tam Titularium antecessorum, quam etiam moderni, quæ etsi factæ per non excessum deserviunt tamen ad comprobationem narrativæ valoris etiam per ascensum, cum talis præsumatur Beneficii valor, qualis fuit expressus, ut dixit Rota *decis.* 62. *n.* 18. & 19. *part.* 10. *recent.* & in proximis terminis nuper *in Ferrarien. Capellaniæ* 10. *Maii* 1693. §. *mirifice*, coram R. P. D. meo Ursino. Tertium denique fundatum in depositionibus Testium ultimo loco, servatis servandis, examinatorum testantium de communi voce, & publica fama Canonicatum esse pinguiorem omnibus aliis Ecclesiæ Cathedralis, ac etiam de auditu a Dominico primo Titulari ejus reditum circa tempus reservationis pensionis ascendisse ad libras 18000. qui quidem Testes de auditu a Titulari, ejusque confessione multum ad hunc effectum sunt attendendi, ut notat Rota *dec.* 293. *num.* 1. *vers. tum etiam part.* 1. *diversf. dec.* 294. *num.* 19. *part.* 7. & *decis.* 62. *n.* 15. *part.* 10. *rec.*

Nec urgent circumstantiæ, & adminicula in contrarium ponderata; nam ex duobus Testibus ad instantiam Georgii secundi Titularis examinatis deponentibus de valore Canonicatus in libris 9000. Primus tanquam profitens se natum in Villa Sanlur, & in eadem versatum, ejusque Curatum, ac Decimarum Collectorem, ibi, *E ciò dice il Testimonio saperlo di vera scienza, per esser informato della quantità delle suddette Decime, e del valore de frutti per essere della medesima Villa di Sanluri, e perche è stato Curato in essa per haver collettato dette Decime, e per essere cosa publica, e notoria &c.* vel videtur intelligendus de quantitate Decimarum ejusdem Villæ, prout etiam redditur verisimile perspectis depositionibus aliorum Testium, quorum mox meminimus; de valore Canonicatus in libris 18000. vel certe nihil concludit quoad Decimas alterius Villæ Sor, super quibus nullam reddit causam scientiæ: Et Secundus dignoscitur aperte mendax in eo, quod dicit se ratiocinatorem Capituli pro quintis Decimarum ad ipsum spectantibus, & rursus distributiones quotidianas ab anno 1637. reddidisse libras 335. singulis annis &c. quoniam satis constat nullum ex quintis Decimarum, de quibus agitur, spectare ad Capitulum, & distributiones quotidianas ascendisse, ut præmisimus ad annuas libras 464. Et ambo tolluntur ex eo, quod iis non attentis Georgius postmodum acquievit, & in solutione Pensionis continuavit usque ad obitum; Locationes regulariter non probant valorem, eoque minus ubi (prout hic) non afferuntur Instrumenta desuper stipulata, ex quibus percipi valeat cum quibus pactis initæ fuerint, & an comprehendant omnes fructus, vel potius certas eorum species, sed simplex diminuta fides Notarii super eorum existentia, quæ nec facit adminiculum, Rota *dec.* 116. *num.* 2. *part.* 2. *diversf. dec.* 22. *num.* 10. *part.* 7. & *dec.* 263. *num.* 4. *part.* 19. *recent.* Et demum, quod Pensionarius ex administratione fructuum Canonicatus per ipsum assumpta creditor superextiterit, non meretur animadversionem, sive quia non probatur omnes fructus fuisse Pensionario cessos, vel per ipsum exactos; sive quia fructus diminui valuerunt, prout in effectu diminuti dicuntur ex causa contagii; sive tandem quia de tempore susceptæ administrationis Pensionarius creditor remanebat pro terminis decursis.

Et in universum facilius hæc omnia recipienda visa sunt Dominis, quoniam anno demum 1668. Pensionarius assumpsit onus probandi valorem, & sic non solum post triginta annos, & ultra a die reservationis Pensionis, verum etiam post intermedium contagium in Regno Sardiniæ, quo verisimiliter perierunt homines, & scripturæ, quibus manifestior fieri posset probatio valoris; in his quippe terminis mitius agendum cum Pensionario benigniusque tractandæ, ac discutiendæ sunt ejus probationes, ad tradita per Cyriac. *contr.* 462. *n.* 33. & 34. Aor. *dec.* 277. *n.* 5. cor. Gregor. & *det.* 695. *n.* 4. coram Merlin.

Et ita decisum fuit utraque &c.



SACRA

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
Ad Librum Decimumquartum
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA,
Qui est
DE REGULARIBUS, MATRIMONIO, DECIMIS, &c.

ARGUMENTA DECISIONUM
DE REGULARIBUS, MATRIMONIO, &c.

DECISIO I. *Romana Legati.*

AN Religiosus ingrediens ob culpam in aliam Religionem faciat cessare legata intuitu primæ Religionis relicta, & Jus acquirendi patrimonialia, ut hæc omnia in secunda Religione in exclusionem primæ transferantur, habetur in *disc.* 39. Card. de Luca *de Regular.* qui licet quoad patrimonialia favore secundæ Religionis annuat, adhuc contrarium verius esse in præsenti decisione notatur. Patres Theatini esse bonorum capacesquoque firmatur.

DEC. II. *Mediolanen. nullitatis Professionis.*

Dubitabatur inter Doctores, an Monachus nulliter professionem emittens per continuationem in illa censeretur emisisse novam tacitam professionem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, licet nullitatem præcedentis professionis expressæ ignoraverit; negativam tamen sententiam probavit Cardin. de Luca *de Regular. discorf.* 40. cum aliis sequentibus, & illam tanquam veriorem hæc decisio sequitur.

DEC. III. *Tarentina Fabricæ.*

Agitur in hac decisione de articulo, an Regulares possint impedire fabricam Monialibus, quæ ipsis sit præjudicialis, plutaque notabilia traduntur concernentia firmata in *discurs.* 68. *de Regular.* Cardin. de Luca.

DEC. IV. *Toletana Nivis.*

Privilegiis, & ordinationibus Principum laicorum quod Regulares aliæque Personæ Ecclesiasticæ non ligentur, pluribus in locis probat Cardin. de Luca *de Regular.* & licet hujusmodi conclusio limitetur quando ordinatio emanata fuit ratione publici boni; attamen intelligitur illud quod alias absque subjectione clericorum obtineri non possit. Negotiationes Regularibus probibitæ sunt, ea tamen quæ supersunt vendere possunt, dummodo sint res, quæ cum dispendio ad eorum manus perventæ fuerunt.

DEC. V. *Romana Matrimonii.*

Magistralis est decisio super articulo quinam Testes exigantur ad probationem matrimonii, an pro eliciendo consensu mulieris sufficiant nutus, vel certa, & præcisa forma sit præscripta, & demum an matrimonium sit validum, si Parochus verba non audiverit, ut quia aufugit a sponsorum præsentia, ad ornatum *disc.* 2. Card. de Luca *de Matrim.* & *disc.* 26. *in Adnot. ad Concil.*

DEC. VI. *Lunen. Sarzanen. Sponsalium.*

Plures traduntur limitationes in hac decisione adversus regulam notatam per Card. de Luca *de Matrimonii disc.* 7. quod scilicet ex sponsalibus oriatur impedimentum publicæ honestatis subsequens dirimens matrimonium; traditur inquam, quod hæc regula non procedat, si de sponsalibus clare & indubitanter non constet, si mulier sponsum semel in libertate posuerit, & demum si possit de odio inter sponsos dubitari.

DEC. VII. *Monasterien. Matrimonii.*

Quod promissio matrimonii adimplenda sit habetur apud Card. de Luca *de Matrim. disc.* 18. & in præsenti decisione notatur. Promissio matrimonii præsumitur in defloratione mulieris nobilis.

DEC. VIII. *Monasterien. Matrimonii.*

Decisa in decisione superius notata laudantur.

DEC. IX. *Perusina Matrimonii.*

An verba *volo*, *sono contenta* juncta infinitivo, & prolata ad interrogationem Parochi probent matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti, seu potius de futuro, optime in hac decisione deciditur.

DEC. X. *Romana Dissolutionis Matrimonii.*

Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: probatio impotentiæ potest dari triplici modo, ex signis evidentibus, ex verisimilibus, & ex dubiis; primo casu statim dissolvitur matrimonium; secundo casu fit pariter statim dissolutio, sed exigitur juramentum conjugum septima manu propinquorum, in tertio vero casu requiritur ulterius triennalis cohabitatio, quando autem hæc incipiat, & quando triennalis præscribenda non sit, in his duabus Decisionibus firmatur, ad ornatum *disc.* 9. Cardin. de Luca *de Matrimon.*

DEC. XI. *Romana Dissolutionis Matrimonii.*

Hujus magistralis, & commendandæ decisionis argumentum in præcedenti reperitur.

DEC. XII. *Romana Separationis Tori.*

Approbat hæc Decisio theoricam Card. de Luca *de Matr. disc.* 11. & *disc.* 17. quod nempe pendente judicio super separatione tori ob sævitias non sit manutenendus vir in possessione obsequiorum conjugalium adversus uxorem, si ista in Judicio paraverit probationes, licet ineptæ dignoscantur, pro tori separatione. Multi actus qui in decisione enucleantur, insufficientes declarantur ad probandam sævitiam in viro.

DEC. XIII. *Romana Separationis Tori.*
Est Decisio præcedentis confirmatoria.
DEC. XIV. *Calaguritana Decimarum.*
Quoties in Diœcesi Parochiæ non sunt distinctæ, Parochus universalis est Episcopus qui habet jus decimandi, juxta tradita per Card. de Luca *de Decim. disc.* 1. & decimarum quota ipsi debita debet ab omni onere esse immunis; exercentes actualem curam animarum adversus Episcopum Parochum universalem non possunt allegare præscriptionem, cum ipsi pro Episcopo possideant.
DEC. XV. *Calaguritana Decimarum de Quintana, & Pascunnana.*
Est decisio antecedentis confirmatoria.
DEC. XVI. *Calaguritana Decimarum de Aguillar.*
Agitur de eadem materia quæ tractatur in decisione superius expensa, & ulterius habetur quod Jus decimandi, quod habet Episcopus, competit etiam super bonis assignatis pro opere pio.
DEC. XVII. *Calaguritana Decimarum de Nalda.*
Nil firmatur, quod traditum nonsit in præcedenti decisione.
DEC. XVIII. *Calaguritana Decimarum de Inestrillas.*
Quæ in antecedentibus decisionibus firmata fuerunt, hic quoque firmantur.
DEC. XIX. *Nullius Tudella seu Tirasonan. Decimarum.*
Laudatur distinctio quam enucleat Card. de Luca, *de Decim. disc.* 17. quod scilicet si prætendatur præscribi Jus decimandi in substantia immemorabilis requiratur, si vero prætendatur allegari præscriptio super modo & quantitate decimandi, sufficiat quadragenaria.
DEC. XX. *Tarraconen. Præpositure.*
Enucleatur methodus præscripta a Sacro Concilio Tridentino, & adnotata a Card. de Luca in illius *disc.* 12. ad Annotat. ad S. Concil. Trident. ut Parochus non ob residentiam privari possit Parochiali Præbenda, & firmatur quod *conciliaris dispositio in cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* servanda sit in Parochialibus, quodque tempus licentiæ obtentæ a non residendo incipiat a die illius præsentationis, non autem a die concessionis.
DEC. XXI. *Calaguritana Fructuum.*
Canonicus habens cum dispensatione Apostolica dignitatem, si recedat cum licentia a servitio ex causa litis promotæ super dignitate, lucratur nedum fructus ipsius dignitatis, sed etiam Canonicatus, ad ornatum *disc.* 15. Card. de Luca *in Annot. ad Sac. Concil. Trid.*
DEC. XXII. *Calaguritana Fructuum.*
Approbantur superius decisa.
DEC. XXIII. *Calaguritana Fructuum.*
Laudantur ea, quæ in duabus præcedentibus decisionibus notantur.
DEC. XXIV. *Calaguritana Fructuum.*
Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.
DEC. XXV. *Calaguritana Fructuum.*
Pro Argumento est recurrendum ad *dec.* 21. cum in hac decis. eadem quæ ibi firmantur tradita sint.
DEC. XXVI. *Calaguritana Fructuum.*
Pertractatur de eadem materia aliarum decisionum superius adnotatarum.

INDEX DECISIONUM

Super Materia

DE JURE PATRONATUS, &c.

C

Calaguritana Decimarum, 23. *Januarii* 1694. *Molines*, Dec. XIV.
Eadem, 17. *Februarii* 1697. *eodem*, Dec. XV.
Calaguritana Decimarum de Aguillar, 16. *Januarii* 1697. *Molines*, Dec. XVI.
Calaguritana Decimarum de Nalda, 30. *Januarii* 1697. *Molines*, Dec. XVII.
Calaguritana Decimarum de Inestrillas, 12. *Martii* 1697. *Molines*, Dec. XVIII.
Calaguritana Fructuum, 5. *Decembris* 1691. *Benincasa*, Dec. XXI.
Eadem, 20. *Junii* 1692. *eodem*, Dec. XXII.
Eadem, 1. *Junii* 1693. *Priolo*, Dec. XXIII.
Eadem, 8. *Febr.* 1699. *eodem*, Dec. XXIV.
Eadem, 21. *Februarii.* 1695. *Muto*, Dec. XXV.
Eadem, 27. *Februarii* 1696. *eodem*, Dec. XXVI.

L

Lunen. seu Sarzanen. Sponsalium, 28. *Junii* 1694. *lio*, Dec. VI.

M

Mediolanen. nullitatis Professionis, 30. *Martii* 1690. *Emerix*, Dec. II.
Monasterien. Matrimonii, 27. *Junii* 1696. *Caprara*, Dec. VII.
Eadem, 5. *Decembris* 1696. *eodem* Dec. VIII.

N

Nullius seu Tirasonen. Decimarum, 1. *Julii* 1697. *Caprara*, Dec. XIX.

P

Perusina Matrimonii, 15. *Martii* 1698. *Hervault*, Dec. IX.

R

Romana Legati, 1. *Julii* 1695. *Caprara*, Dec. I.
Romana Dissolutionis matrimonii, 25. *Junii* 1685. *Paulutio*, Dec. X.
Eadem, 23. *Januarii* 1686. *Ursino*, Dec. XI.
Romana Matrimonii, 4. *Februarii* 1696. *Ursino*, Dec. V.
Romana separationis tori, 9. *Septembris* 1697. *Olmo*, Dec. XII.
Eadem, 5. *Martii* 1698. *eodem*, Dec. XIII.

T

Tarentina Fabricæ 25. *Junii* 1694. *Pio*, Dec. III.
Tarraconen. Præpositure, 27. *Januarii* 1698. *Muto* Dec. XX.
Toletana Nivis, 27. *Junii* 1696. *Priolo*, Dec. IV.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Legatis.

Veneris 1. *Julii* 1695.

ARGUMENTUM:

An Religiosus ingrediens ob culpam in aliam Religionem faciat cessare legata intuitu primæ Religionis relicta, & jus acquirendi patrimonialia, ut hæc omnia in secunda Religione in exclusionem primæ transferantur, habetur in *disc.* 39. Card. de Luca *de Regular.* qui licet quoad patrimonialia favore secundæ Religionis annuat, adhuc contrarium verius esse in præsenti decisione notatur. Patres Theatinos esse bonorum capaces quoque firmatur.

SUMMARIUM.

1 *Absque læsione non datur restitutio in integrum.*
2 *Regulares, exceptis Capuccinis, & Minoritis, sunt bonorum capaces.*
3 *Theatini ex Constitutione Clementis Decimi declarantur bonorum capaces, & eadem Constitutio comprehendit dispositiones, & legata præcedenter facta cum procedat per viam declarationis.*

4 Lega-

4 *Legatum relictum non intuitu Religionis, sed Professi per istius discessum a Religione ipsi Religioni minime debetur.*

5 *Secus tamen, si extiterit contemplata Religio.*

6 *Et eo casu, si voluntas sit clara non attenduntur conjecturæ, & inductiones in contrarium.*

7 *Legatum relictum Professo intuitu Religionis, si Professus ex propria culpa transitum fecerit ad aliam Religionem datur primo Monasterio, quod per d. transitum non remanet de legato privatum.*

8 *Et procedit conclusio etiam quoad bona patrimonialia Professi.*

DECISIO I.

Ixerunt DD. constare de re judicata, quia validitas sententiarum controvertitur, & Justitia liquet ex decisionibus in secunda, & tertia instantia emanatis 12. Junii 1690. & 4. Julii, & 24. Novembris 1692. coram R.P.D. meo Priolo, & 27. Novembris 1593. coram R.P.D. meo Ursino, in quibus cum clare appareat deberi controversum legatum PP. Theatinis S. Silvestri, cessat læsio, quæ aditum præbeat in integrum restitutioni, ut alias dixit Rot. *dec.151.n.1.p.5.& dec.90.n.3 p.10.dec.53.n.4.p.17.rec.*

1 Non obstant tria, quæ iterum hodie repetuntur ab informantibus pro sororibus de Ceulis. Non inquam primum desumptum ab asserta incapacitate PP. Theatinorum acquirendi legatum. Quoniam illa excluditur, nedum ex eo, quod exceptis Capuccinis, & Minoritis, omnes Regulares
2 declarantur bonorum capaces, per Sacrum Concilium Tridentinum *sess 25. de regular. cap.3.* verum etiam ex speciali Constitutione Clem. X. quoad PP. Theatinos Actores, quæ uti procedens per viam declarationis comprehendit etiam legata, & dispositiones præcedenter factas, Felin. *in cap. fin.*
3 *n.4. de Constit.* & ibi Dec. *n.13.* Menoch. *cons.792. n.8.* Cyriac. *contr.220. n.7. & seqq.* Frideric. de Sen. *cons.112. n. 2.* Rota coram Dunoz. Sen. *dec.137.n.3.* & coram Dunoz. jun. *dec.830. n.13. & seqq. & in rec. dec.216. n.5. par.8.*

Minus adversatur alterum, quod scilicet legatum relictum fuerit PP. non intuitu Religionis, sed intuitu Francisci Mariæ in ea professi, per cujus discessum amplius non debeatur, quia contrarium resultat ex dispositione Testatricis dum voluit legatum esse *omninamente ai dd. PP. di S. Silve-*
4 *stro*; ejusque dispositionem contulit per mortem Francisci Mariæ, eoque ante Matris obitum præmoriente adhuc legatum solvi jusserit in summa scutor. 1000. in quibus profecto casibus contemplata dici nequit persona filii, sed PP. & Re-
5 ligionis, ut respondit Innoc. III. *in cap. requisisti*, ibi, *Secus, si exprimat, quod velit esse illud tantum Ecclesiæ, de Test.*

Hinc parum relevant conjecturæ in oppositum cumulatæ, & signanter desumptæ ex eo, quod disponens fecerit legatum PP. *per ragione d'Institutione, & in ogn'altro miglior modo, che di ragione puole, e deve, lascia alli PP.* quasi dicatur contemplasse personam filii, cui soli relictum titulo Institutionis conveniebat. Etenim cum Testator expresse declaraverit legatum omnino debere esse eorundem PP. non est quærendum, quibus verbis illud conceperit, nec recurrendum ad conjecturas, sed ipsa expressa voluntas, & dispo-
6 sitio Testatricis attendi debet, & subdit Text. *in d. c. requisisti*, ibi: *In quo casu servanda est dispositio Testatoris, de Testam.* & plene exornat Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.12. tit.17. n.2. & 3.* & magis in specie *n.30. vers. sed intelligendum est*, & latius respondent Decisiones Causæ.

Non relevat denique tertium, quod nempe in omnem casum legatum debeatur Religioni S. Spiritus, ad quam
7 Franciscus Maria filius transivit, quia cum transitus ad secundam Religionem, & professio in ea emissa evenit ex culpa ejusdem Francisci Mariæ ex delicto Apostasiæ per ipsum incurso, primum Monasterium privari non debet jure legati jam sibi quæsiti de tempore translationis, Covar. *in c.1. de Testam. sub n.19.20. & seq.* Fontan. *dec.227. n.1. & seq. & per tot.* Capon. *decis.22. n.28.* Gobb. *consult.12. n.28. & seq.* quidquid quoad patrimonialia dixerit Card. de Luca *disc.38. de Regular.* cum contra ipsum stent resolutiones
8 Sacr. Congregation. Concilii, & Episcoporum, & Regularium cum approbatione Pontificia relatæ per Modern. Salentin. *Consult. Canon.432. n.8. & 11. per tot. juxta impress. Venet.* quod multo magis admitten. in præsenti, ubi legatum debitum est ipsis PP. ex voluntate Testatricis.

Et ita remissive quod reliqua ad præteritas Decisiones resolutum fuit, utraque parte informante.

R.P.D. EMERIX DECANO.

Mediolanen. Nullitatis Professionis.

Ven, 3. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Dubitabatur inter Doctores, an Monachus nulliter professionem emittens per continuationem in illa censeretur emisisse novam tacitam professionem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, licet nullitatem præcedentis professionis expressæ ignoraverit; negativam tamen sententiam probavit Card. de Luc. *de Regul. Disc. 40.* cum aliis sequentibus, illamque tanquam veriorem hæc decisio sequitur.

SUMMARIUM.

1 *PRofessiones emissæ ante decimum sextum completum annum ex dispositione Sacri Concil. Tridentini irritantur.*

2 *Irritatio professionis conceditur, non obstante acquiescentia per quinquennium, quoties obtenta fuit restitutio in integrum.*

3 *Monachus, si per annum retinuerit habitum ac fecerit omnes alios actus ad Professos spectantes, censetur emisisse novam tacitam professionem seu ratificationem quæ obligat permanere in Religione, licet ignoraverit nullitatem præcedentis professionis expressæ.*

4 *Contrarium est verius, quoties ex parte Monachi concurrit justa, & probabilis ignorantia nullitatis præcedentis ejus professionis, n.13. 14. & 15. ac 19.*

5 *Declarantur resolutiones Sacr. Congregat. Concilii num. 20.*

6 *Ea, quæ lex non dicit, nec nos dicere debemus.*

7 *Ad inducendum tacitam professionem seu ratificationem exigitur consensus Profitentis.*

8 *Et consensus debet esse omnino certus, & liber.*

9 *Voluntas non fertur ad incognitum.*

10 *Nil magis adversatur consensui, quam ignorantia, vel error.*

11 *Professus præsumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli, de quo constat.*

12 *Ubi requiritur expressum, frustra inducitur tacitum.*

16 *Ut professio ratificata censeatur, pernecesse requiritur voluntas.*

17 *Traditur diversitas inter actum credendi professionem validam, & tanquam talem exequendi, & actum profitendi, seu ratificandi de novo professionem nullam.*

18 *Ad inducendam tacitam professionem seu ratificationem exoptatur novus consensus, & nova voluntas, nec suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis.*

21 *Professio Religiosa præcipue consistit in susceptione sacrorum Ordinum.*

22 *Professio tacita excluditur ex quibuscunque actibus seu declarationibus editis in contrarium.*

23 *Ad evitandam singularitatem debent dicta Testium uniri & conciliari.*

24 *Testis unicus probat, si ejus dictum sit adminiculatum.*

DECISIO II.

PAter Joannes Thomas Foppa, Antonius Maximus in seculo nuncupatus, qui, licet natus die 7. Martii 1663. nihilominus in libro Baptismatum ex incuria Parochi descriptus fuit natus sub die 7. Martii 1662. & cum fide Baptismatis, desumpta ex hac erronea descriptione, tanquam existens supra decimum sextum suæ ætatis annum; sub die 13. Martii 1678. Professionem Regularem emisit in Congregatione Olivetana. Comperto, occasione perquirendi novam fidem Baptismatis ad effectum suscipiendi Ordines, anno 1684. hujusmodi errore, prævia licentia Patris Generalis instituit judicium super nullitate suæ Professionis cor. Vicario Generali Eminentissimi tunc temporis Archiepiscopi Mediolanen. & Superiore Ordinis, obtinuitque sententiam favorabilem, in cujus sequelam discessit e Claustris, ac publice, & palam gestare cœpit habitum sæcularem. Verum delata causa in gradu appellationis, sive recursus ad Sacr. Congregationem Eminentissimorum Sacri Concilii Tridentini Interpretum, Eminentissimi PP. animadvertentes, quod ipse per spatium quinque annorum, & ultra post emissam expresse professionem in Religione permanserat, quodque per consequens ex Decreto ejusdem Concil. *sess.24. de Regul. cap.19.* admitti non poterat ad reclamandum contra illam, non obtenta prius restitutione in integrum

tegrum adversus lapsum quinquennii, circumscripserunt præfatam sententiam, ulteriusque injunxerunt Ordinario, ut eum Juris remediis cogeret ad redeundum ad Monasterium, ac reassumendum habitum Regularem. Reassumpto itaque per ipsum, ea qua decuit promptitudine, habitu monastico, proposita fuit in eadem Sacra Congregatione Causa super restitutione in integrum, & sub die 10. Maii 1687. recedendo a geminis contrariis resolutionibus rescriptum decernendam illi restitutionem], deinde per speciale Breve sa. mem. Innocentii XI. confirmatam, hac tamen lege, quod Causa super nullitate Professionis discuti deberet in ipsamet Sacra Congregatione. Cum autem assumpta per Eminentissimos Patres hujusmodi discussione sub die 10. Aprilis 1688. responsum fuerit, *constare de nullitate, & referendum Sanctissimo*, ac relatione facta Sanctissimo, deque illius præcepto reproposita Causa sub die 30. Aprilis 1689. sigillatim vocatis omnibus ejusdem Sacræ Congregationis Cardinalibus, nulla ob scissuram votorum capi potuerit resolutio, in hoc rerum statu placuit Sanctissimo D.Nostro Papæ Alexandro VIII. ob gravitatem simul, & exemplaritatem materiæ, mandare Eminentissimo ipsius Sacræ Congregationis Præfecto, ut desuper exquireret votum totius Rotæ; Unde communicato mihi de motu mandato Sanctissimi, proposuit hodie dubium, *An constet de nullitate Professionis?* Et Domini mature discussis fundamentis, hinc inde deductis, affirmative responderunt.

Nullitas enim Professionis resultat ex serie facti superius recensiti, juxta quam constat, quod Joannes Thomas natus die 7. Martii 1663. cum erronea fide Baptismatis, putans se natum die 7. Martii 1662. Professionem emisit sub die 13. Martii 1678. & sic in ætate quindecim annorum, & paucorum dierum contra Decretum Sacr.Concilii Tridentini *sess.* 25. *de Regul. cap.* 15. disponens, quod nemo admittatur ad Regularem Professionem faciendam, non completo decimo sexto ætatis anno, ac declarans nullas,
1 & irritas quascunque Professiones antea peractas, ut plene notat Barbos. *ibidem num.*1. *& de potest. Episc. allegat.* 100. *n.* 3. *& seqq.* Navarr. *cons.* 23. *num.* 1. *de Regular. lib.*3. Adden. ad Pamphil. *dec.* 552. *num.* 8. Nec hodie amplius agendum de quinquennali perseverantia, seu acquiescentia Monachi in Religione, stante præfata restitutione in integrum, per quam ipse positus fuit in eo statu, in quo futurus fuisset, si quinquennium non fuisset elapsum, ut tradit Adden. ad Bellarm. *in not. ad Concil.Trident.sess.*25. *de Regul.cap.*16. Rot. *dec.* 705. *n.* 6. *in fin. par.*2. *recent. & dec.*25. *n.*23. cor. Arguelles.

2 Non obstat igitur unicum objectum, in quo versatur tota vis hodiernæ disputationis, quod videlicet Monachus per annalem gestationem habitus indistincti, & exercitium actuum ad Professos spectantium, censeatur emisisse novam tacitam Professionem, seu ratificationem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, tametsi alias ignoraverit nullitatem præcedentis Professionis expressæ, ut latissime tradit Fagnanus *in cap. significatum ex num.* 19. *usque ad finem ac Regul.* & tenent Spad. *cons.* 94. *lib.*3. Barbos. *de offic. & potest. Episc.par.*3. *allegat.* 104. *n.*19. Ventrigl. *tom.* 1. *annotat.* 47. §. *unico*,
3 *num.*30. Antonell. *de temp. legal. lib.*2. *cap.* 63. *n.* 3. Dian. *resolut. moral. part.*6. *tract.* 7. *resol.* 56. *in fine*, Hurtad. *de resid. tom.* 2. *lib.* 2. *resol.* 8. *sub resol.* 5. *num.* 43. Pignatel. *consult. Canon.* 88. *num.* 5. *consult.* 146. *num.* 53. *lib.*1. Panimoll. *dec.* 29. *adnotat.* 3. *num.* 3. Adden. ad Rot. *dec.* 179. *n.* 8. *par.* 4. *recent.* Rot. *decis.* 39. *num.* 15. *& decis.* 178. *num.* 24. coram Carillo, ac pluries resolvisse videtur Sacra Congregatio Concilii, *ut in Romana, seu Sorana* 28. *Maii* 1578. *in Nullius* 13. *Januarii* 1583. *in Romana* 13. *Jan.* 1618. *in Neapolitana* 3. *Aprilis* 1621. *& in Carinen.* 14. *Decembris* 1624. cujus Sacr. Congregationis resolutiones vivæ vocis oraculo laudavit, & approbavit san. memoriæ Urbanus VIII. ut testatur bon. me. Cardinalis Paulutius tunc ipsius Sacræ Congregationis a secretis in ejus voto, recensito in libercula particulariter dato.

Siquidem quoties ex parte Monachi concurrit justa, & probabilis ignorantia Nullitatis præcedentis ejus Professionis, & signanter, ut hic, orta ex erroneitate fidei Baptismatis, quæ quoscunque etiam sagaces viros decipere valuisset, verior omnino visa est Dominis contraria sententia, nempe non dari hanc tacitam Professionem, seu ratificationem], prout etiam magis communiter firmant Doctores tam Theologi, quam Juristæ, & inter primos Cajetan. *in Divum Thomam* 2. 2. *quæst.* 189. *articul.* 5. Rodriquez *part.* 2. *summ. cap.* 8. *num.* 5. Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 16. *num.* 7. *lib.* 2. *disput.* 36. *num.* 3. *lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 59. Bonaccin. *quæst.* 2. *de claus. par.* 10. *difficult.* 1. *num.* 3. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 3. Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 9. Less. *de Justit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 7. *num.* 60. Castropal. *tom.* 3. *tract.* 16. *disput.* 2. *punct.* 5. *num.* 3. Portell. *dub. Regul. verb. Professio n.*5. Mirand. *in manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 30. *artic.* 3. *conclus. unic.* Coton. *controv. lib.* 4. *controv.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. a S. Faust. *lib.* 5. *quæst.* 251. *num.* 1. Peyrin. *de Prælat. quæst.* 3. *capit.* 1. *numer.* 144. Bordon. *controv.* 32. *de ratific. Profess. num.* 19. Sanctarell. *var. resolut.* 48. *num.* 40. Scrof. *resol. moral. quæst.* 8. Casaing. *de privil. Regul. tract.* 4. *capit.* 6. *proposit.* 7. §. *Reclamatio*. Pistach. *de voto tom.*1. *tract.* 5. *capitul.* 4. *num.* 6. Donat. *rer. regular. tom.* 2. *tract.* 8. *quæst.* 5. *num.* 2.

Ex secundis Navar. *cons.* 23. *num.* 2. *cons.* 31. *num.* 4. *cons.* 89. *num.* 5. *vers.* 7. *professio de Regular. lib.* 3. *& in comment.* 4. *cap. statuimus de Regul. lib.* 3. *& in manual. cap.* 12. *num.* 7. Zoes. *lib.* 3. *Decretal. titul.* 31. *num.* 39. Zipæus *in Analytic. Jur. Pontific. lib.* 3. *de Regular. num.* 23. Piringh. *in Decretal. lib.* 3. *titul.* 31. *section.* §. 9. *num.* 149. Spad. *consil.* 93. *num.* 13. *lib.* 3. Vermigliol. *cons.* 484. *num.* 14. Altograd. 63. *n.*67. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 440. *num.* 22. Ciarlin. *controv.* 108. *num.* 61. Cyriac. *contr.* 371. *num.* 23. *& seqq.* Pasqualig. *quæst. moral. Juridic.* 22. *n.* 6. *& quæst.* 36. *n.* 6. Delph. *controv.* 138. *num.* 3. *& seqq.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 17. *num.* 5. *& quæst.* 23. *n.* 4. Capon. *contr.* 14. *num.* 22. & ibi Episc. Brun. *in suo vot. ex num.* 28. *& in addit. num.* 20. Avendan. *de mer. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 40. Graff. *decis. aur. par.* 1. *lib.* 3. *de Regul. cap.* 5. *num.* 22. Sperell. *decis.* 8. *num.* 30. *tom.* 1. Camerat. *respons. decis.* 1. *num.* 107. Tondut. *resol. benef. lib.* 1. *cap.* 78. *num.* 10. Passer. *de stat. homin. tom.* 3. *quæst.* 189. *artic.* 10. *inspect.* 8. *num.* 375. *& seqq.* Card. de Luca *de regul. disc.* 48. *sub num.* 19. *discurs.* 42. *num.* 4. *& discurs.* 43. *num.*14. ac sæpius probavit Rota, *ut in dec.* 370. *num.* 7. *& 8. par.* 14. *recent. dec.* 421. *num.* 8. coram Royas *dec.* 277. *num.* 13. coram Ubald. *decis.* 227. *num.* 23. coram Priol. Et ingenue fassus fuit ipse Fagnanus alias acerrimus vindex contrariæ opinionis, illam suis temporibus fuisse auctoritatibus fere destitutam, *ut in dicto capitulo significatum num.*42. *versic. atque ex his omnibus*.

Prævaluit autem apud Dominos hæc sententia ex tribus 4
potissimum fundamentis; Primo scilicet quia omnes Textus de materia professionis agentes, in casu præexistentis Professionis expressæ nullæ, loquuntur de illius ratihabitione seu ratificatione, non autem de nova tacita Professione, seu ratificatione independenti a professione expressa, ut videre est in *cap. significatum* 11. *de Regular.*
ibi *post decimum quartum professionem a se prius factam ra-* 5
tam habuerit in cap. cum Virum 12. *eodem tit.* ibi *præsertim, si ratihabitione secuta*, quod ante gestum fuerat roboratur *in cap. sicut tenor.* 15. *eodem tit. in argum.* ibi *furiosus profitendo non obligatur, nisi factus sanæ mentis ratum habuerit, in cap.* 1. *in fin. de his, quæ vi met. Causa*, ibi, *si probatum fuerit non timore mortis præfatam mulierem Religionem intrasse, aut quod fecit, postmodum ratum habuisse*, & plene, ac magistraliter *in cap.* 1. *de Regul. in* 6. in quo Summus Pontifex recenset quinque modos profitendi; primum scilicet per viam expressæ professionis, ibi *nisi eo completo professionem faciat in sequenti*; secundum per viam susceptionis habitus Professorum, ibi *vel habitum Religionis suscipiat, qui dari profitentibus consuevit*; tertium per viam expressæ ratificationis antecedentis Professionis nullæ, ibi *seu Professionem a se prius factam ratam expresse habeat*; quartum per viam delationis annalis habitus indistincti, ibi, *Quod si per totum sequentem annum in Monasterio permanserit, ubi Professorum, & Novitiorum sunt habitus indistincti, Professionem per hoc fecisse*; quintum denique, qui pertinet ad rem nostram per viam tacitæ ratificationis expressæ Professionis nullæ, ibi. *Vel si quam prius fecerat ratam habuisse videtur*. Unde nostrum non est asserere, seu superaddere novam tacitam Professionem, seu ratificationem fundatam in solis actibus Professorum, gestis absque sci-
entia Nullitatis prioris Professionis expressæ, juxta illud 6
quod lex non dicit, neque nos dicere debemus, ad Text.

in

in cap. is, qui, ibi Cum id non sit expressum in Jure, & in leg. aissentientis C. de repud. ibi Nulla præcessit Juris Constitut.

Secundo, quia ad inducendam hujusmodi tacitam professionem, seu ratificationem requiritur consensus profi-
7 tentis cap. significatum, cap. sicut tenor. & cap. consulti de regul. isque debet esse omnino certus, & liber, nam agitur de subjiciendo Professum novæ obligationi, contra quam
8 in dubio fieri semper debet interpretatio, l. Arrianus ff. de oblig. et act. l. quidquid astrigendæ ff. de verb. oblig. Unde cum Professus ignoret nullitatem suæ professionis, nullo pacto
9 dici potest præbere consensum alteri professioni tacitæ, nam voluntas non fertur in incognitum, ut inquit Arigotel. lib. 3. de anim. comment. 38. nec quidquam magis contrarium est consensu, quam ignorantia, vel error l. si per
10 errorem ff. de jurisdict. omn. jud. l. non idcirco C. de Jur. & Fact. ignor. Tantoque certius, quia de Jure Professus præsumitur in Religione persistere vigore tituli preambuli, de quo constat, ac per consequens tanquam semel valide professus, non tanquam iterum professurus, & ad implendam
11 obligationem jam contractam, non autem ad novam côtrahendam, ut communiter advertunt Doctores supra allegati.

Tertio, quia si præcedens expressa professio sustineretur de Jure, nemo plane diceret, gestationem habitus professorum, & alios hujusmodi subseqnentes actus fuisse ex parte Professi directos, & ordinatos ad effectum emittendi novam tacitam professionem, seu ratificationem, siquidem frustra inducitur tacitum, ubi reperitur expressum, ut tradit Bald. in l. cum multæ C. de donat. ante nupt.
12 Aretin. in l. 3 ff. de legat. 1. in his terminis Navar. consil. 89. num. 4. de Regul. Unde eodem modo dicendum in casu, quo, prout hic, præcedens expressa professio non sustinetur de Jure, neque iste Juris defectus devenit ad notitiam Professi; nam eadem semper, & ubique mens est, & intentio profitentis, quæ proinde neutro casu, diverso jure censeri debet, ad Text. in l. jam hoc jure ff. de vulg. &
13 pupil. Rota in Viterb. seu Balneoreg. successionis 4. Martii 1689. §. secunda, coram me. Imo quemadmodum post peractam professionem expressam licet irritam, & nullam, dari non potest casus, quod amittatur nova professio expressa saltem juxta sensum, & opinionem Professi, qui divinare non potuit nullitatem præcedentis ejus professionis; simili modo, nec dari potest casus tacitæ professionis, seu ratificationis, nec contingat, plus per tacitam
14 mentis operationem fieri, quam potest fieri per expressam, contra regulam Text. in cap. scienti. de regul. jure in 6. de quo per Barbos. axiom. 89. n. 2.

Nec admodum visa sunt urgere fundamenta contrarium sentientium; non enim relevat, quod duo reperiantur in
15 Jure distincti modi profitendi, expresse scilicet, & tacite, quodque Professus in actu suæ oblationis, seu promissionis factæ coram Deo, censeatur utrique sese alligasse, juxta regulam præsumptæ conformationis agentis cum Juribus loquentibus de eo, quod agit. Quoniam id locum habet in suis terminis habilibus, nempe in casu, quo non præcessit expressa professio nulla, aut si præcessit, Professus novit ejus nullitatem; secus autem in casu, quo prout hic, Monachus fuit expresse professus, & ignarus nullitatis suæ professionis; nam cum ex præfatis nullo Jure cautum sit, quod in his terminis detur tacita professio, seu ratificatio, quodque plus est, illa ex defectu voluntatis, sive consensus dari non possit, nihil desuper operari valet præsumptio conformationis, quæ non procedit ultra terminos, sive casus, de quibus Jura loquuntur, ut in terminis Statuti tradit Andreol. controvers. 248. n. 8. Rota dec. 1553. n. 9. cor. Pen. & in Æsina Immissionis, & divisionis 26. Junii 1682. §. Statutum Æsii cor. bon. mem. Paulutio.

Minus officit, quod non omnis ignorantia facit involuntarium, sed duntaxat ignorantia illius rei, quam homo nollet, si sciret, quæ a Theologis dicitur ignorantia antecedens, non autem ignorantia ejus rei, quam quis vellet, etiamsi sciret, quæ dicitur ignorantia concomitans, quasi, quod Monachus postquam per actum professionis explicavit propositum inserviendi Deo in Religione, censeatur in illo perseverare, cum voluntatis mutatio non præsumatur, præsertim quoties, ut hic, agitur de meliori bono profitentis. Quoniam ad effectum hujusmodi tacitæ professionis, seu ratificationis non sufficit tollere involuntarium, sed necesse est ponere volun-
16 tarium, ut inquit Passerin. de statu hom. tom. 3. quæstion. 189. articul. 10. inspect. 8. numero 375. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 21. aliud est enim credere professionem validam, & illam exequi tanquam talem, aliud vero ipsam emittere, seu ratificare de novo; nam actus credendi pertinet ad intellectum, & actus exequendi licet admixtam habeat voluntatem, hæc tamen non respicit professionem, sed ejus sequelam; actus autem profitendi, seu ratificandi de novo omnimodo pertinet ad voluntatem, & dicit novum propositum, sive consensum, quo quis nunc ex integro vult,
vel denuo vult, quod olim voluit, ut egregie distinguit 17
Cajetan. in Div. Thom. 2. 2. q. 89. art. 5. Unde cum pro hac tacita professione, seu ratificatione requiratur novus consensus, & nova voluntas, in nihilo suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis, ut tradit Suar.
loco supracit. n. 3. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. 18
quæst. 17. n. 1. Præterea nec absolute videtur deferendum hujusmodi præsumptioni ad effectum, de quo agitur, imponendi Professo perpetuum jugum Religiosæ servitutis, cum in rei veritate sciri non possit, quid tractu tem-
poris accideret Professo, quod ipsi suadere voluisset egres- 19
sum a Religione, si nullitatem ejus professionis scivisset, ut bene observat Passer. ubi supra n. 383.

Denique non refragantur resolutiones, ac Decreta Sacræ Congregationis Concilii, ut præfertur, Apostolico oraculo roborata. Quia omnia loquuntur in terminis restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, & signanter in casu, quo vel ignorantia versabatur in facto proprio, contra quam militat Juris præsumptio, ut
in Romana 13. Januarii 1618. in qua Nullitas professio- 20
nis petebatur ex capite interrupti anni probationis, & in Catinen. 14. Decembris 1624. in qua petebatur ex capite anni probationis non completi, vel agebatur de ignorantia Juris, quæ nemini suffragatur, ut in Nullius 13. Januarii 1583. in qua mulier ajebat ignorasse Decretum Sacri Concilii Tridentini irritantis quascunque professiones emissas ante completum decimum sextum ætatis annum: Vel demum simpliciter allegabatur ignorantia facti, nullis autem rerum circumstantiis, sive adminiculis fulciebatur, ut in Romana, seu Sorana 28. Maii 1578. & in Neapolitana 3. Aprilis 1621. in quibus Regularis narrabat se professum ante decimum sextum ætatis annum, & ex sola legali præsumptione ignorantiæ Nullitatis professionis contendebat refundere onus probandi scientiam in Religionem. Et in his, vel similibus terminis videtur intelligendum oraculum sa. me. Urbani VIII. tanquam simpliciter confirmatorium hujusmodi resolutionum, ac Decretorum Sacræ Congregationis.

Cæterum quatenus etiam per modum discursus hæc tacita professio subsisteret in Jure, adhuc illa cessat in hypothesi casus nostri. Constat enim, quod Joannes Thomas pro tempore, quo permansit in Religione, semper ostendit animum aversum statui Religioso, itaut sæpius de hoc ipso conquereretur apud amicos, & familiares, ac pervagante quondam fama suppressionis ejus Religionis dederit magna signa lætitiæ, quasi tunc ei spes aliqua affulgeret evadendi Religiosam disciplinam, ut deponunt plures Testes, & melius docuit successivus eventus, quod scilicet per tot annos nunquam induci potuit ad accipiendos Ordines, imo nec ipsammet primam Clericalem Tonsuram, in quibus Ordinibus præcipue consistit perfectio Religiosa, c. insinuante, qui Cleric. vel voven. &c. Ibique Hostien. num. 3. Butr. num. 10. Præpos. num. 4. Calderin. con. 11.
de Regul. Rota decision. 211. num. 12. parc. 13. recentior. 21
Posita siquidem hujusmodi animi aversione a statu Religioso, neutiquam allegari valet professio tacita, quæ fundatur in simplici præsumptione Juris, & per consequens eliditur ex quibuscunque actibus seu declarationi-
bus editis in contrarium, ut tradit Gloss. in cap. tuarum 22
V. signatos, & ibi Abbat. num. 6. Dec. n. 33. de Privileg. Innocent. in cap. relatum num. 3. ibique Hostien. num. 12. Imol. num. 12. Joann. Andr. num. 9. & Butr. num. 25. de his, quæ vi met. caus. Silvester. in verb. Religio num. 19. Cyriac. controv. 371. num. 36. Suarez de Religion. tom. 3. quæstion. 17. articul. 15. in princip. Adden. ad Gregor. decis. 385. sub num. 6. vers. excluditur Rot. decis. 94. num. 4. part. 9. tom. 1. recent. decis. 3. n. 8. post Tamburin. de Jure Abbat. decis. 229. num. 3. coram Catill. dec. 552. n. 18. & 19. & coram Ubald. & dec. 9. n. 34. dec. 25. n. 10. coram Arguelles.

Nec quicquam movet, quod unus duntaxat ex præfatis Testibus præcise deponat de animi aversione intra tempus tacitæ professionis, videlicet intra annum immediate defluxum a die editæ professionis expressæ, quoniam alii Testes non contrariantur ejus dispositioni, sed duntaxat indefi-

indefinite loquuntur de quæstionibus, & reclamationibus
23 ac per consequens, vel dici debent absolute contestes, ex traditis per Hodiern. *contr.16.n.63.* Ofasch. *dec. Pedemont.* 28. Rot. *dec.191. num. 4. part.1. divers.* & *dec.1369. n.59.* cor. Coccin. vel saltem recipiendi sunt pro adminiculo, & conjectura, præsertim in casu, quo, prout hic, agitur de facto successivo, & certa est generalis recusatio, seu abnuentia quorumcunque Ordinum, stantibus enim tam fortibus adminiculis, & conjecturis, Testis etiam unicus
24 plene probat juxta Theoricam Bald. *in l. prima §.iidem Cornelio n.12.ff. quæst.* quam secuta est Rota *in Leodien. Nullitatis Ordinis Subdiaconatus* 10. *Januarii* 1689. §. *Non obstante*, coram me.

Et ita decisum fuit utraque Parte acriter informante &c.

Eadem coram eodem.

Lun. 26. Junii 1690.

NOn cutantibus hodie Petro, & fratribus de Foppa informate contra decisionem editam coram me die 3. Martii proxime elapsi, in qua plene firmatum fuit, constate de nullitate Professionis emissæ per P. Joannem Thomam Foppam in Congregatione Olivetana, Domini de plano steterunt in decisis. Nullitas enim Professionis est patens, quia nempe Joannes Thomas natus die 7. Martii 1663. sub erronea fide Baptismatis, præseferentis ipsum natum sub die 7. Martii 1662. Professionem fecit sub die 13. Martii 1678. & sic paulo post completam ætatem quindecim annorum, contra Decretum Sacri Concilii Tridentini, disponens, quod nemo admittatur ad regularem Professionem ante completum decimum sextum ætatis annum, *ut in session. 25. de regular. c.15.*

Nec rursus visus fuit subsistere, quod Monachus post emissam Professionem expressam nullam, per delationem annualem habitus indistincti, ac exercitium actuum ad Professos spectantium, videatur emisisse novam Professionem tacitam, per quam præcludatur illi aditus exeundi de Religione, non obstante ignorantia nullitatis præcedentis Professionis expressæ; quia quando (prout hic) ignorantia Monachi nititur justa, & probabili circumstantia, deducta ex erroneitate fidei Baptismatis, quæ quoscunque etiam sagaces Viros decipere voluisset, verius omnino visum fuit per præmissa non induci hujusmodi novam tacitam Professionem ex defectu consensus; qui præcise requiritur ad hunc effectum, nec datur in ignorante, ut pluribus tum auctoritatibus, tum rationibus firmatum fuit in præterita decisione, quam Domini in omnibus, & per omnia confirmarunt &c.

Eadem coram eodem.

Merc. 5. Julii 1690.

CUm Sacra Congregatio Eminentissimorum Interpretum Sac. Concilii Tridentini exquisierit de Ordine Sanctissimi Votum hujus nostri Auditorii, nedum super nullitate Professionis P. Jo: Thom. Foppæ, sed etiam quoad expensas factas, & faciendas; Ideo Domini in eadem hodierna relatione Causarum, in qua ordinarunt, ut traderem Votum super nullitate ad formam duarum decisionum desuper emanatarum, demandarunt pariter, ut extenderem hanc aliam Brevem quo ad expensas illi a Fratre occupatore omnium bonorum Paternorum, & Maternorum subministrandas; Quod enim illæ sint ab isto debitæ, nulla cadit difficultas, quia bonum Jus P. Joannes Thomæ abunde liquet ex Sententia Ordinarii, resolutione Sacr. Congregationis, & ex decisionibus Rotalibus. Et paupertas, quæ est alterum ex requisitis, quibus concurrentibus, Rota passim jubet illa subministrari a colligitante, juxta Text. *in l. si instituta §. de inoff. ff. de inoffic. T est am.* & tradita per Surd. *de alimentis tit.1. quæst.127. n.11. cum aliis allegatis dec.402. par.18. recent.* est notoria, attento statu Regulari, in quo de præsenti reperitur.

Solum Domini æqualiter hæserunt circa liquidan. quantitatem, quam interim, quo maturiori suo, seu quorum de jure, examini reservarunt, pro nunc subministranda censuerunt scuta tercenta in Causam declarandam, computatis in illis scutis quinquaginta ordinatis ante propositionem Causæ.

Et ita &c.

Rota post rationes deductas in duabus primis suprascriptis decisionibus, est in Voto constare de nullitate Professionis P. Joannes Foppæ, & per rationes deductas in tertia illi pro nunc subministranda esse scuta 300. in Causam declarandam pro expensis, reservata ulteriori illarum liquidatione sibi, seu quibus de Jure.

R. P. D. PIO.

Tarentina Fabricæ.

Ven. 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac decisione de articulo, an Regulares possint impedire fabricam Monialibus, quæ ipsis sit præjudicialis, pluraque notabilia traduntur concernentia firmata in *discurs. 68. de Regular.* Cardin. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *IN proprio solo unusquisque potest usque ad sidera ædificium extollere.*
2 *Etiam si vicino officiatur, & licet agatur de præjudicio Monasteriorum, & Ecclesiarum.*
3 *Dummodo tamen non concurrat æmulatio.*
4 *Æmulatio non præsumitur in constructione fabricæ ad majorem divini cultus augmentum.*
5 *Æmulatio excluditur, si adsit necessitas, vel utilitas ædificandi.*
6 *Nemini licet in loco publico ædificia extollere.*
7 *Via non dicitur publica, si solum sit alterius.*
8 *Ædiles possunt concedere licentiam fabricandi in loco qui non sit via publica, militaris & consularis.*
9 *Dummodo concessio fiat quoad usum, non quoad proprietatem.*
10 *Exceptio de Jure tertii allegari non potest.*
11 *Juxta Constitutionem Zenonis prohibita est ædificatio, quæ causet obumbrationem, insalubritatem aeris, & impediat aspectum.*
13 *Contrarium tamen servatur, si cesset æmulatio.*
14 *Prædicta Constitutio Zenonis tanquam apocrypha non est attendenda.*
15 *Forma tradita per Apostolicas Constitutiones in construendis Monasteriis non amplius, in magnis Civitatibus practicatur.*
16 *Et servari non debet in iis casibus, in quibus finalis ratio earundem minime concurrit.*
17 *Minusque in Monasteriis jam constructis.*
17 *Monasteria Monialium ædificari debent longius a Monasteriis Monachorum, vide n.20.*
19 *Sufficit tamen distantia etiam minor 70. palmorum.*

DECISIO III.

PAtres Conventus S. Petri Imperialis, Ordinis Prædicatorum Tarenti, ut impedimentum præstarent constitutioni Fabricæ, quam ad Ecclesiam in ampliorem, ac sublimiorem formam erigendam peragere intendunt Moniales S. Joannis Baptistæ Ordinis S. Benedicti ejusdem Civitatis appellarunt a Sententia contraria favore dd. Monialium in Partibus lata, Causamque interjectæ appellationis hic in Curia coram A.C. Thomato prosecuti fuere, ubi tamen denuo succubuerunt. At adhuc non acquiescentes in ulterioris appellationis decursu novam Commissionem 1
a Signatura Justitiæ mihi dirigi curarunt: Quapropter dato Patribus dubio, *An sit locus constructioni Fabricæ*, eoque in Rota sub die 16. Junii 1692. disceptato, dilata fuit resolutio, & rescriptum, *quod conficeretur mappa*, qua judicialiter expleta, deindeque ab Architecto elevata, atque ab altero Architecto diligenter revisa, tandem in hodierna audientia recensitum dubium reproposui, cui DD. placuit affirmative respondere.

Assistit siquidem Monialibus notissima sanctio Textus *in l. Altius §. Cod. de servit. & aq.* per quam unicuique in proprio solo usque ad sidera ædificium extollere permittitur, etiamsi vicino officiatur, quam in terminis ædificiorum 2
præjudicantium Monasteriis, & Ecclesiis exornant Carol. Marant. *contr. tom.2. resp.21. n.2. & seqq.* Capon. *discept. foren.281.n.5.tom.5.* Rot. cor. Cels. *dec.375.* & cor. Ubag. *dec. 62. utrob. n.1. & in rec. dec.272. pariter n.1. p.19.* confirmata 30. Januar. 1679. *illius enim validitas*, cor. bo. me. Rondinino, & contra eosdem Prædicatores Civitatis Gerunden. *dec.587.599.641. per tot. par.5. tom.2. rec.* dummodo tamen id non fiat ex causa æmulationis, quæ nedum non præsumitur in Monialibus fabricantibus ad majorem Divini cultus 3
augmentum, Rot. *d. dec.271. n.3. & 4.* Verum hæc prorsus cessat ex legitima causa utilitatis, atque necessitatis Monasterium nimis angustum ampliandi, atque Ecclesia sub decentiori forma construendi, ut habetur ex Testium depositionibus *Sum. præterito n.2. lit. C.* testantur Capitulum, & Magistratus *Sum. n.3.* & referunt periti *Sum. n. 4. lit. B.* 4
quo casu extra omne dubium ulteriori Fabricæ prosecutio impediri non potest, optime Rota coram Coccin. *dec.2209. n.16.*

n.16. & seq. & n.24. & seq. & late *in rec. dec.31.n.3. & seq.*
par.17. & d.dec.272.n.4. par.19. & in eorum confirmatoria
§.3. demum coram Rondinino.

Neque ad evertendam hanc Juris assistentiam Patres præ-
dicti objicere valent, quod hic agitur de loco publico, pro-
indeque limitationem recipiat regula tradita per Text. *in d.*
5 *l. Altius* ad præscriptum & censuram alterius Text. *in l.1.*
ff. ne quis in loc. publ. Cyriac. *contr.667.n.28.* Mans. *cons.228.*
num.8. nanque præmisso, quod situs, in quo Fabricam
construere nituntur Moniales, ad easdem spectet, ut de-
ponunt Testes *citato Summ. n. 2. lit. A.* ideoque etiamsi
6 si cæteris Civitatis inserviret, non tamen viæ publicæ no-
mine mereretur insigniri, sed haberi debet pro privata via,
Scipio Theodor. *alleg.38.n.1.& 9.* ruit exceptio ex eo, quod
Portularii Civitatis Tarentinæ, qui juxta Romanorum le-
ges Ædiles appellantur, facultatem fabricandi prævia ne-
cessitatis cognitione elargiri fuerunt *Sum. n.2. lit. B.* quod
7 Jure eis permittitur, dum non agitur de via publica milita-
ri, & consulari; in quibus terminis intelligendæ sunt con-
trariæ authoritates; sed de ignobili, & angustissimo vico
vicinali, vulgo *Cloaca* nuncupato, & concessio fit dunta-
xat quoad usum pro commodo non magis privato, quam
8 publico; non autem quoad proprietatem, cum tunc su-
premi Principis beneplacitum requireretur, Becc. *cons. 15.*
n.4. Surd. *dec. 42. n. 6.* & in omnem casum cum exceptio
9 ista sit de Jure tertii, ea certe juvari nequeunt Patres Præ-
dicatores, absque eo quod illam ad solam æmulationem
10 videantur promovere, ut regulariter Rota *dec. 669. n. 17.*
par.18. tom.1. & dec.389. n.3. par.13. recent.

Haud refragante, quod ex nova fabricæ constructione
obumbrabitur Ecclesia Patrum; unde provenire poterit in-
salubritas aeris ob carentiam ingressus, & egressus vento-
rum, atque ulterius maris aspectus impedietur, quibus con-
currentibus de Jure prohiberi potest novum ædificium *ad*
celebrem Constitutionem Zenonis in l. penultima Cod. de ædi-
11 *fic. privat.* Angel. *in l. Imperatores ff. de servit. urban. Præ-*
dior. Honded. *cons.81. n. 1. aliique adducti a Scribentibus*
pro Patribus. Tum quia hujusmodi exaggerata præjudicia
evitantur ex facto; cum Ecclesia fabricanda, quæ erit alti-
tudinis palm.57. depressior evadet per palm.5. Sphæra coro-
12 nali Ecclesiæ Patrum, cujus altitudo est palmorum 62.
prout bene constat ex planta elevata, *præsenti Summ. n.2.*
lit. I. & G. ex relationibus Peritorum, *eodem Summ. n. 1.*
ac demum ex depositionibus Testium *Summ. præteritæ*
Informationis n. 2. liter. D. & num. 5. liter. C. Tum etiam
quia ex illis nullo modo vetita censetur novi operis
ædificatio, præsertim in solo proprio, nec inde æmulatio
deduci valet, ut de prospectu maris, montium, & simi-
lium late docent Piggius *in add. ad Capyc. Latro observ.50.*
& ibi Mansell. *a n.5.* Card. de Luca *de servit. disc. 1.* Ca-
pon. *discept. for.168. per tot. tom. 3.* & late Aloys. Cassad. *in*
allegat. ibidem impress. num. 10. cum sequent. ubi quod d.
Constitutio Zenonis abiit in desuetudinem, Mont. *discep.*
13 *35. n.43.* Rot. cor. Celso *d. dec.375. a n.5.* ubi articulo ma-
ture discusso deciditur, Constitutionem Zenonis non es-
se attendendam tanquam apocrypham, & insertam in no-
va Codicis impressione facta Venetiis ab Aotonio Contio
Græcæ disciplinæ curioso, *& in rec. d. dec.272. n.10. p. 19.*
& de ingressu solis, & ventorum salubrium, Card. de
Luca *de servit. disc.2. n.5. & 6.* Capon. *discept. forens.382.*
n.41. to. Rub. *de valetud. leg. c.10. a n.36.* Ros. *in d. dec. 272.*
14 *a n.7. p.19. confirmata 26. Junii 1679.* cor. bo. me. Rondin.

Minusque refert, quod ex Constitutionibus Apostolicis
Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII. prohibeantur
novæ constructiones monasteriorum, non servata certa
distantia in eisdem præscripta. Quoniam quidquid sit, an
illæ in magnis Civitatibus hodiernis temporibus amplius
practicentur, quod constanter negant Sorb. *in adnot. ad*
Cassan. in compend. privileg. fratr. minor. & aliorum Men-
dicantium, & non Mendicantium ad verb. ædificare in
princ. de privil. Regul. tom.2. in adnot. ad Constit. 7. Julii II.
15 *§.1. folio 119. colum. 1.* Tamburin. *de Jur. Abbatiss. tom. 3.*
disp.5. quæst.3. num. 2. Card. de Luca *de Regular. disc.68.*
num.6.

Cessat nihilominus in præcedenti earundem Constitu-
tionum dispositio, vel quia non adaptatur ratio finalis,
ob quam emanarunt, nimirum obviandi præjudicio aliis
Regularibus, inserendo in quæstionibus, & administra-
tione Sacramentorum, quæ considerari non possunt in ere-
ctionibus Monasteriorum Monialium, ut in simili de ere-
ctione Hospitii, Cardinal. de Luca *de Regular. disc.1. n.67.*
Rot. cor. Dunozett. jun. *dec.982. num. 2. & in rec. dec. 12.*
n.77. par.12. dec. 275. n.5. par.13. & in famigerata Hispal.
fundationis Hospitii 25. Januarii 1683. §. non autem, cor.
Reverendissimo Hispaniarum Nuncio, *& 3. Aprilis 1648.*
§. Sacri, cor. bon. mem. Albergato, *& 9. Februarii 1689.*
§. siquidem, cor. bon. me. Benincasa, vel etiam quia me- 16
moratæ Constitutiones loquuntur de novis Monasteriis
prope alia erigendis, non autem de veteribus jam erectis;
qui sunt termini nostræ quæstionis, respectu quorum cer-
tum est, quod neque unquam prohibitum legitur novum
fabricæ augmentum, tametsi veteri contiguo Monasterio
adversetur, ut distinguunt Rodrig. *q. Regul. tom.2. q.50. art.9*
post med. Tambur. *de Jur. Abbatiss. tom.3. dis.5. quæst.1. n.9.*

Majorem denique animadversionem non promeruit alte- 17
rum objectum petitum ex confusione Sacræ Psalmodiæ, ac
scandalo, quod fortasse exoriri posset ex allocutionibus Mo-
nialium cum Patribus, ad quod evitandum Concilium Aga-
thense can.28. demandavit Monasteria Monialium longius
a Monasteriis Monachorum ædificari, aut propter insidias
Diaboli, aut propter hominum allocutiones, ut observat
Tamburin. *de Jure p. Abbatiss. disp.25. quæst.1. n.4.* Quando-
quidem confusio Psalmodiæ redditur impossibilis ob adeo
considerabilem distantiam 70. palmorum inter præsentem 18
Patrum Ecclesiam, & futuram Monialium intercessuram,
ut liquet ex sæpe citatis relationibus Peritorum; quando
etiam minor ad hunc effectum exuberet, Rot. *in dict. Nea-* 19
politana Fabricæ 12. Junii 1697. §. quod autem, cor. bonæ
memor. Rondinino.

Dispositio autem Concilii Agathen. obesse non poterit,
quia Canon ille adducitur per Gratianum, non ad effectum
statuendi, ut in universum vetitum esset ædificare Monia-
lium Cœnobia prope Monachorum Conventus; sed ad hoc,
ut imposterum prohiberentur Monasteriorum duplicium
Monachorum erectiones, nempe quod antiquitus ex re- 20
gula S. Basilii permittebatur, ut adnotant Gloss. Archid. &
Turrecremat. *ad cap. Defin. 21. ex 7. Synodo assumptum*
q.1. & diserte probant Jo: Diartis *in Comment. can. 18. q. 2.*
in fin. fol. mihi 22. *col.2.* Rodrig. *q. reg. tom.1. q.44. art.1. sub*
n.1. Basil. de Pont. *de impedim. matr. cap.6. §. hinc factum est*,
Suarez *de Relig. tom.4. tract.8. lib.1. c.10. sub n.1.* Theophil.
Dayna *in dissert. de sobr. freq. Mulier. per Sac. hom. oper.*
tom.12. miscellan. Sac. fol.303. col.1. in princ. Ultra quod
Ecclesia fabricanda non habet fenestras ad aspectum, ut ex
planta, & sic evanescit excogitatum inconveniens allocu-
tionum Patrum cum Monialibus.

Et ita bis Causa proposita, utraque Parte acriter in-
formante.

R. P. D. PRIOLO.

Toletana Nivis.

Merc. 27. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Privilegiis, & ordinationibus Principum laicorum quod Regulares aliæque Personæ Ecclesiasticæ non ligentur, pluribus in locis probat Cardin. de Luca *de Regular.* & licet hujusmodi conclusio limitetur quando ordinatio emanata fuit ratione publici boni; attamen intelligitur illud quod alias absque subjectione clericorum obtineri non possit. Negotiationes Regularibus prohibitæ sunt, ea tamen quæ supersunt vendere possunt, dummodo sint res, quæ cum dispendio ad eorum manus perventæ fuerunt.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiastici non ligantur ab ordinationibus & Privilegiis concessis a Principibus laicis.*

2 *Limitatur quoties accedat bonum publicum, cujus ratione Clerici remanent subjecti saltem directive Constitutionibus laicalibus.*

3 *Non sufficit tamen ad d. effectum quodcunque bonum publicum, sed exigitur illud quod obtineri non possit absque subjectione Clericorum.*

4 *Enarrantur plures casus, in quibus ordinationes laicorum etiam Clericos ligant.*

5 *Sub prohibitione ne quis audeat colligere seu vendere nivem non veniunt nec directive Clerici.*

6 *Clericis est interdicta negotiatio.*

7 *Et in specie illa vendendi nivem.*

8 *Clerici ea quæ supersunt possunt vendere, & talis venditio non dicitur negotiatio.*

9 *Exigitur tamen de hoc, ut non dicatur negotiatio, quod concurrat bona fides, quodque accessorie, & non lucri causa fiat venditio.*

10 *Et solet admitti in superfluis, quæ empta fuerunt cum dispendio, secus e contra.*

11 *Non*

11 *Non est permittendum, quod Appaltator nivis debeat gratis dare nivem Ecclesiasticis, previa tamen solutione expensarum sub praetextu reparandi fraude, cum talis provisio Ecclesiasticis sit damnosa.*

12 *Declarantur anthoritates, in quibus similis provisio admissa fuit.*

DECISIO IV.

Vigore privilegii concessi a glor. me. Philippo IV. Appaltatori nivis illam reponendi, ac vendendi privative quo ad omnes alias personas tam saeculares, quam Ecclesiasticas in totis Hispaniarnm regnis commorantes satagens Carolus modernus Appaltator impedire Patribus Trinitariis Discalceatis tam venditionem, quam etiam recollectionem nivis intra septa proprii Monasterii; instruxit Judicium coram Reverendiss. Nuncio, qui per decretum definitivum pronunciavit, licitum esse dd. Patribus colligere nives pro eorum usu tantum, non vero ad effectum vendendi, aut donandi.

Causa per appellationem commissa congruum disputationi dubium hodie proposui, *An scilicet, & ad quem effectum liceat Patribus recolligere nives*. Cui DD. rescripserunt licere pro usu proprio tantum.

Prima pars resolutionis nimirum, quod Patribus competat facultas colligendi, liquet ex eo, quod illi, uti personae Ecclesiasticae nullatenus dici valent ligatae a prohibitione regia resultante ex d. privilegio Appaltatori impartito,
1 obstante Sacror. Canonum dispositione *Cap. Ecclesia S. Mariae*, ibique *DD. de Constit*, *Sac. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. par.* 20. & passim DD. quos innumeros cumulat Grass. *de effect. Cleric. eff. 2. per tot.* & in his praecisis terminis firmant Card. de Luca *de Regul. disc. 46. num. 11. vers. prout*, & novissime Reverendissim. Verulan. *observ. ad Statut. Favent. lib. 4. observ. ad rubr. 46. n. 37*. Rota *in altera Toletana nivis* cor. Celso *dec.* 114. *n. 1. & 2.*

Nec dicatur ratione publici boni Clerici remanere subjectos saltem directive Constitutionibus Laicalibus, quia ad
2 illum effectum non sufficit quodcunque bonum publicum, sed in hoc proposito illud videtur esse duntaxat, quod alias obtinere non posset absque subjectione Clericorum, veluti in casu delationis armorum, ut post Fagnanum *in Cap.*
3 *Ecclesia Sancta Maria de Constit. n. 19.* aliosque plures advertit Pignatell. *Consult. num. 16. 17. & 18. volum. 9.*
4 vel quando inevitabilis urgeret necessitas, cui soli Laici, ipsorumque facultates sufficere non valerent, veluti in casu arcendi Hostium invasiones, vel reparationis Murorum, Viarum, vel Pontium, & similibus, juxta censuram Text. *in cap. non minus de Immunit.* Delben. *de Immunit. d. cap. 8. dub. 14. sect. 4. n. 11*. Castropal. *volum. 2. tract. 11. punct. 9. n. 4. & 5.*

5 Hoc posito extranei remanent termini publicae utilitatis in casu nostro, quia commodum Reipublicae resultare praetenditur ex praefata prohibitione, si comprehenderet Clericos, vel non est considerabile ad hunc effectum respectu conservationis totius corporis prohibiti, vel saltem haec utilitas cosequi potuerit ex prohibitione facta a solis laicis.

Altera pars resolutionis, nempe quod recensita facultas
6 colligendi nivem, sit restricta ad solum usum Patrum, patuit ex eo, quia venditio nivis est species negociationis, quae est a Sac. Canonibus Clericis interdicta, ut constat *ex cap. final. de vita & honest. Cleric. cap. 1. & cap. Secundum Instit. ne Cleric. vel Monac. Can. 1. seqq. dist. 28.* Natt. *cons. 53. num. 12. & 3.* Rodoan. *de spol. 1. num. 34. & 26.* Rot.
7 coram Buratt. *dec. 908. num. 7.* & in individualibus terminis nivis ab Ecclesiasticis venditae, quod sit negociatio eisdem interdicta per Sacr. Canones ultra allegatam *dec.* 114. cor. Cels. *num. 3.* firmat etiam Cottiad. *dec. 217. volum. 4. n. 10.*

Non relevante, quod vendere ea, quae supersunt, non
8 sit negociatio, quia tunc venditio acceptorie se habet, ad tradita per Passerin. *de stat. hom. volum. 2. quaest. 287. n. 179. pag. 337.* Dian. *p. 11. tract. 3. resolut. 10.* Rot. *in Barchinon. Aromataria 2. Junii 1690.* Eminentissimo Caccia.

Siquidem clara ex hismet auctoritatibus emergit respon-
9 sio, scilicet quod ad effectum vendendi superflua absque vitio negociationis requiritur bona fides, & quod acceptorie, & non lucri causa, fiat venditio. Hoc autem deficit in casu nostro, quia nix per Patres recollecta est ponderis 600. vulgo nuncupati *arrobas* quando solum 600. arrobas pro usu Conventus quolibet anno sufficiunt. Unde non consequitur, quod repositio nivis sit magis ex causa venditionis, quam ad usum proprium.

Praesertim, quia versamur in rebus ad usum Monasterii comparatis cum notabili impensa, puta si ageretur de lateri- 10
bus ex usu fornacis, vel de piscibus ex usu Camerae piscatoriae, quae sunt exempla allata per Pass. *loc. cit.* vel sermo habetur *in d. Barchinon.* in his nanque casibus fuit admissa venditio superflui, quia exuberabat bona fides, & aequum non erat, quod res praedictae comparatae cum pecuniis Monasterii illis damno perirent; ideoque venditio fuit potius permissa ad evitandum damnum, quam ad aliquod lucrum quamvis accidentale consequendum; in casu vero de quo agitur, nec est considerabile hujusmodi periculum, quia nix pecunia non comparatur, & expensae pro illa recolligenda optime cum usu compensantur, & ideo si aliqua pars venderetur, ageretur potius de lucro captando, quam de damno vitando.

Ad obviandum fraudi ac periculo venditionis nivium quae a Patribus clam, & occulte fortasse fiet in posterum in fraudem Appaltus, proponebat Carolus hujusmodi partitum, ut nuper ipse teneretur dare gatis omnem quantitatem nivis, qua PP. indigerent, refectis tamen econtra per Patres expensis recollectionis, & conservationis pro rata juxta consimilem provisionem, qua usa fuit Rota in *Barchinon. Exemptionis 1. Junii 1685.* coram bonae mem. Paulutio *impress. post Ramon. volum. 2. dec. 9. & Sac. Congregatio Immunit. in una Oscend. Confirmationis Concordiae anni 1694.*

Sed tale partitum non placuit DD. quia ultra quod usque adhuc non constat, nec constare potest de aliqua fraude, visum fuit gravandos non esse PP. ad petendum & expe- 11
ctandum nivem ab Appaltatoribus, neque ad contribuendum expensis longe majoribus per Appaltatoribus faciendis pro conservatione nivis recolligendae, ut plurimum, vel saltem in maxima portione in Regionibus longe remotis, quando ipsi in colligenda nive intra proprium Claustrum modicis subjiciuntur expensis, & maxima fruuntur commoditate pretio certe estimabili detinendi puteum nivis intra septa Monasterii.

Non obstantibus auctoritatibus nuper allegatis, quia in iis agebatur de simplici consecutione carnium absque solutione gabellae, quarum valor quocunque erant Ecclesiastici semper est idem, neque ullum ipsis infertur praejudicium si cogantur ire ad Macella Civitatis ad obviandum fraudibus; at in casu nostro damnum, & incommodum PP. esset nimis evidens, & per consequens non permittendum.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Romana Matrimonii.

Luna 4. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Magistralis est decisio super articulo quinam Testes exiganiur ad probationem matrimonii, an pro eliciendo consensu mulieris sufficiant nutus, vel certa, & praecisa forma sit praescripta, & demum an matrimonium sit validum, si Parochus verba non audiverit, ut quia aufugit a sponsorum praesentia, ad ornatum *disc. 2.* Card. de Luca *de Matrim. & disc. 26. in Adnot. ad Concil.*

SUMMARIUM.

1 *Constat de matrimonio, si Testes affirment sponsum dixisse accipere mulierem in sponsam, istam autem annuisse cum nutibus.*

2 *Adversus factum confessatum inutiles reputantur discursus & argumenta.*

3 *Pro probatione contractus matrimonii sufficiunt Testes qui sunt contestes in substantialibus, licet contrarii in aliis partibus, n. 5. et 10.*

4 *Exceptiones personales contra Testes deponentes de contractuum matrimonii non urgent.*

6 *Pro probatione matrimonii clandestini exiguuntur Testes omni exceptione majores.*

7 *Declara, ut non procedat quando matrimonium contractum fuit in presentia Parochi et Testium, quia tunc non dicitur clandestinum.*

8 *Declara 2. ut nec procedat, quando non concurrit praejudicium alterius matrimonii.*

9 *Testes*

9 *Testes eo magis in casu matrimoniali conciliari debent.*

11 *Impuberes adversus matrimonium testare non possunt.*

12 *Ex quibus excludatur probatio negativa, quæ prætenditur probari adversus probationem factam super contractu matrimonii, n. 42.*

13 *Sententia contra matrimonium nunquam transit in judicatum.*

14 *Sententia lata in criminali prejudicare non potest judicio civili spiritualis matrimonii.*

15 *Præsertim si per Principem distincta fuerit cognitio validitatis matrimonii a judicio criminali.*

16 *In Jure nulla apparet præscripta forma precisæ præstationis consensus ad essentiam matrimonii, sed requiritur tantummodo consensus explicatus, quoquomodo exprimatur.*

17 *Ideoque sive explicatus per verba, sive per nutus sufficit etiam in illis Personis, quæ loqui valent, n. 18. & 19.*

20 *Præsertim si nutus facti fuerint per mulierem post explicatum consensum per verba a sponso.*

21 *Etiam si matrimonium contractum non fuerit ad præsentiam Parentum.*

22 *Doctores tenentes quod consensus in matrimonio probari non possit per signa, & nutus, rejiciuntur.*

23 *Et eorum opinio esset admittenda vel in iis terminis, in quibus nulla data præordinatione matrimonii tentaretur matrimonialis contractus inter Personas incognitas, nullo præcedente tractatu vel amore.*

24 *Vel in terminis in quibus adsint signa & unius æquivoci, a quibus indubitanter contrahentium voluntas desumi non possit.*

25 *Ad effectum comprobandi veritatem consensus præstiti in actu matrimonii Judex debet combinare circumstantias antecedentes, & subsequentes.*

26 *Consensus pro matrimonio comprobatur ex amore præcedenti, colloquiis præliminaribus, aliisque, quæ describuntur, n. 27.*

28 *Consensus prædictus pariter comprobatur, si mulier post initam desponsationem licet esset in libertate non reclamaverit.*

29 *Ac etiam si fassa fuerit Testibus matrimonium absque ulla explicatione violentiæ.*

30 *Et eo magis si renuerit intrare in Conservatorio.*

31 *Præsumptiva deceptio elicita a tenera ætate nunquam admittitur contra positivas probationes consensus in matrimonii contractu determinatis actibus explicati.*

32 *Ex dispositione Sacri Concilii Tridentini in desponsatione requiritur Parochi præsentia.*

33 *Matrimonium est validum licet Parochus verba conjugum non audiverit, si ipse causa dederit quominus intelligeret, vel ex quo aures obturaverit, vel ex quo reclamaverit, vel ex quo fugam a præsentia conjugum arripuerit, vel similia egerit, n. 36. 37. 38. & 39.*

34 *Sac. Concilium Tridentinum vult in matrimonio, quod conjuges ad interrogationem Parochi consensum explicent, sed quando descendit ad matrimonii irritationem nequaquam repetit Parochi intelligentiam, sed tantum præsentiam.*

35 *Et propterea cum in irritatione Concilium non repetierit conditionem consensus per Parochum intellecti, non censetur volita sub pœna irritationis actus.*

40 *Rejiciuntur Doctores tenentes, quod si Parochus data opera noluerit verba conjugum consensum in matrimonio indicantia audire, adhuc matrimonium sit nullum.*

41 *Inter duas fides prima semper attenditur.*

DECISIO V.

Conviventibus in eadem domo Gregorii Pharmacopolæ Francisco, & Helenæ: ea ut inibi post Genitoris manes penes Aviam Gregorio jugatam educaretur; ille vero, ut pharmaceuticam addisceret, mutuo invicem amore accensi, postquam varia de Matrimonio ineundo per spatium mensis, & ultra colloquia habuerunt, rem tandem solidius terminare conventi, & composito indicta die 9. Novembris anni 1691. in qua tam Gregorius Provitricus, quam uxor Avia e domo diverterant, Franciscus paravit currum in atrio familiæ Burghesiorum, quod mulieris mansionibus contiguum erat; & Helena, sumpta veste oloserica, eaque subtus brachium gestata, subtrahens se callide oculis Proaviæ, in veste familiari, vulgo *Ovata*, descendit in atrium: ibique ambo currum conscensi, transvecti fuerunt ad Ecclesiam S. Ivonis utriusque Parochialem; in qua mulier induta veste oloserica, prope Confessionarium petiexit, & Franciscus ad Sacristiam, ut accerseret Parochum, prætextu audiendi Confessionem Sacramentalem; quo pervento, cum Helena sponte surrexerit, & Franciscus se illi obviam fecerit una cum puella, ac in duorum Testium præsentia, verba hæc protulerit. *Siate per Testimonii che io piglio per legitima sposa la Sig. Elena Lucretia Antonini*, Parochus indignatus, elataque voce exclamans, absque mora terga vertit, non expectato, seu non audito Helenæ responso; Licet illa, ad dictum unius ex Testibus Matrimonialibus, capite annuens, consensum explicaverit per verbum *Io ancora*, Et juxta alterius, verba protulerit, quæ ob clamorem Parochi distinguere nequiverit, concomitata tamen signo capitis annuitivo, *Che la detta Giovane inchinò la testa con il segno di sì*: cumque subinde Franciscus, ad dictamen alterius ex Testibus Matrimonialibus, in chartula Parocho exhibuerit notata nomina Francisci, & Helenæ cum qualitate Sponsorum, his peractis ambo ad currum reversi, se contulerunt ad Ecclesiam S. Nicolai de Tolentino ad Capita Domorum, ibique rheda dimissa Franciscus Helenam reliquit in Ecclesia per horam, & ultra, ut domum perquireret ad habitandum, quæ expectato Sponsi reditu, concorditer cum eo se recepit in quandam domum a Sponso paratam, ubi Matrimonii muneribus spatio dierum quindecim solutis; tandem, quia in hoc temporis intervallo rei gestæ notitia per Parochum delata extiterat ad Curiam Ecclesiasticam, fueratque ulterius porrecta a Provitrico in eodem Tribunali querela criminalis contra Sponsum, uti prætensum raptorem, provido consilio, puella collocata fuit in quodam Conservatorio, ubi post tres menses circiter, explorata ejus voluntate, cum firmiter asseruerit se subductam, doloque deceptam a Francisco, nec unquam prætenso Matrimonio contracto assensum præbuisse, hujus depositionis fomento in Tribunali Eminentissimi Vicarii, Franciscus in contumaciam damnatus fuit ad Triremes per quinquennium, juxta Documenta hodie allata in *Sum.* Sponsi *a n. 2. ad 7.* a quibus præmissa facti series verificatur omnino conformis facto ipso disputato in S. Congregat. Concilii, quod in nostro Auditorio exhibitum fuit a Defensoribus Sponsi cum memoriali porrecto sub die 7. Januarii præteriti destinatione Rotæ.

Quia vero, non obstante sententia Criminali, Sponsus obtinuit per tria uniformia Decreta R.P.D. Auditoris Sanctissimi data in ejus *Sum. n. 4. firma remanente pœna cognitionem validitatis Matrimonii eum remitti ad Sacram Congregationem Concilii*; hinc instaurata apud eam controversia, & ad normam Rescripti proditi sub die 24. Aprilis 1694. coadjutis probationibus, Causa cum illis repropofita diebus 2. Junii, & 28. Julii anni 1696. Franciscus bina obtinuit favorabilia Rescripta, *Constare de validitate Matrimonii*; quibus, cum non acquiesceret puella, & novam audientiam petierit, ac obtinuerit, reintegrato iterum Causæ examine sub die 22. Septembris ejusdem Anni, quia ob votorum paritatem resolutio dilata fuit, & Pars succumbens tunc enixe postulabat a supremo illo Senatu, ut dignaretur votum nostri Auditorii exquirere, quia subinde etiam Franciscus, licet favorabilibus Decretis suffultus, eandem instantiam proposuit in Congregatione habita die 27. Novembr. 1696. Eminentissimi PP. ad complacendum utriusque Partis concordi petitioni, benigne rescribere decreverunt, *Exquirendum esse votum Rotæ*. Quapropter mihi de more commissione delegata, ac subscripto proportionato dubio, *An constet de validitate Matrimonii*, ejusque proportione pro hodierna Audientia destinata cum rescripto edito sub die 7. Januarii præteriti, etiam cum ordine præventivæ communicationis, & distributionis Informationum, & Responsionum, ut controversia maturius pertractari valeret; omnibus juxta præcepta adimpletis, hodie DD. consului super prænotato dubio; qui cum sedulo pensatis documentis, quæ utrinque proponebantur, concurrere crediderunt ad validitatem Matrimonii, tam consensum utriusque contrahentis, quam Parochi præsentiam ad tramites requisitos a Sacrosancta Tridentina Synodo *in c. r. sess. 24. de Reform. matr.* convenerunt responso, *Constare de validitate Matrimonii*.

De

De consensu siquidem Francisci sponsi, cum nulla occurreret dubitatio, totum quæstionis pondus versabatur in puncto consensus Helenæ, quam tamen modo sufficienti præstitum fuisse liquebat ex contextuali depositione testium Matrimonialium concordium in signo affirmativo, quod Helena explevit respondendo consensui explicato a Francisco per ea satis signativa verba: *Siate per Testimonii, come io piglio per moglie questa Signora*. Dum Petrus Rotundus primus ex illis refert incontrovertibile signum consensus verbis concomitatum: *La medesima con fare un cenno con la testa di sì, disse: & Io ancora*, & Dominicus Brogius secundus testis, referendo in confuso verba, quæ ob clamorem a Parocho excitatum, distinctè intelligere nequivit, contestatur capitis annuitionem, & signum affirmativum consensus, ibi: *La detta Giovane disse non sò che parole, che io non le potei sentire, perche il Parocho cominciò à strepitare, ed uscire dal Confessionario; vidi bensì, che la detta Giovane inchinò la testa con il segno di sì*. Unde quidquid sit, an testes isti in contractu adhibiti sufficienter concordent in verbis explicativis consensus, hoc unum certum est, ipsos contestes esse, quoad nutum succedentem verbis Matrimonialibus a viro prolatis, & elicitum pro responsione ad verba præcedentia sponsi, quod sufficit, ut ab eorum depositio-
1 ne emergat perfectio contractus in forma de jure requisita, ut fere in terminis firmavit Rota cor. Cæsare de Graff. *dec. 5. sub n. 25. §. Non obstat il 2. de Sponsal.* & consimili contestualitate testium, quoad signum affirmativum ad sustinendam factionem testamenti dictum fuit *in Roman. testamenti 20. Febr. 1693. §. In præsenti*, cor. bo. me. Emerix, *& 15. Febr. 1694. §. Nec controverti valuit*, cor. R.P.D. meo Muto.

Nec ad adimendam fidem testium juvit allegare, vel Rotundum propter nimiam situationis distantiam intelligere minime potuisse verba consensus, & advertere ad illius signa, vel esse suspectum de mendacio, ex quo afferat se in Ecclesia fortuito advenisse, cum tamen aliunde probari contendatur ipsum ex proposito ad interessendū contractui fuisse requisitum; Nam quoad præsentiam Rotundi in actu explicativo consensus vana est concertatio, dum, ultra ipsius, & Dominici Brogi depositionem, concurrit in hoc puncto ipsamet attestatio Parochi, *Sum. Francisci n. 6. lit. E*, & quod fortius stringit, idem fassa fuit ipsamet Helena in sua depositione in Criminalibus, ibi: *Detto Francesco Iozzi alla presenza del Parochiano, e di due Huomini, che stavano in Chiesa da me non conosciuti, disse: Siate Testimonii;*
2 *che Io piglio Elena ec.* quamobrem, cum mulier ipsa fateatur testes fuisse actui præsentes, in cassum proponuntur argumenta contraria veritati ab ipsamet judicialiter confessatæ, contra quam eam amplius disputare non posse, vulgata juris est propositio deprompta a noto textu, quod semel placuit, *De regulis Jur. in 6.* exornato per Rot. *in dec. 417. n. 15. & seqq. par. 19. recent.*

Suspicio vero mendacii, quam depositioni Rotundi impingere conabantur defensores Helenæ, etiamsi subsisteret in facto, cum tamen versetur circa accidentalia, cum nihil conferat ad contractus formalitatem, vel perfectionem,
3 an studiose, vel fortuito in Ecclesia permanserit, substantiam ejus depositionis non vitiat, ut optime ad propositum tenuit Rot. coram Cæsare de Graff. *dec. 6. n. ult. De Testibus in recent. dec. 475. n. 9. part. 13.* Hæc enim est favorabilitas Matrimonii, ut ad assumptum illud probandi admittantur testes qualescunque sint adversative ad intentum impugnationis illius, ut consuluerunt Marzar. *Conc. 17. n. 16.* & Torniol. *Cons. 54. n. 46.* Unde adversus testes pro matrimonio deponentes, exceptiones personales minus urgent, nec eis fidem minuunt, ad notata per Mascard. *de probat.*
4 *Concl. 1023. n. 15.* Sanch. *de Matr. lib. 3. disc. 41. n. 5.* Gutt. *eod. tract. cap. 44. n. 68.* Barbos. *ad Conc. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. num. 121.* & Panimoll. *dec. 19. adnot. 2. num. 40. & 44.* minusque eis obsistit, quod in formalitate verborum discrepent, dummodo conveniant in substantia,
5 ut firmat Palma senior *Conc. 85. num. 35.* quia pro illorum concordia omnis favorabilior sumitur interpretatio per ea, quæ tradit Rot. cor. Gregor. 230. & cor. Coccin. *dec. 1727. num. 9.*

6 Regulæ autem præfatæ evitari non possunt sub prætextu, quod agatur de Matrimonio clandestino, in quo ad probationem requiruntur testes omni exceptione majores; siquidem nullibi verificari potest in nostra controversia
7 qualitas clandestinitatis, quæ solum urget in iis, quæ contrahuntur sine præsentia Parochi, & testium, non autem in celebratis coram Parocho, & testibus in propria Ecclesia Parochiali, ut egregie ex oraculo Pontificio, & ex mente Sacr. Congregationis sibi explicato per Cardinalem Lancellotum tunc temporis Præfectum, refert Card. Bellar. *Epist. 136.* quam registrat Pignatell. *tom. 4. Consult. 145. n. 12.* Ultra quod qualitas clandestinitatis stringit solum quando concurrit præjudicium alterius Matrimonii; Sed 8
quoties agitur de probando ipso Matrimonio, etiamsi clandestino, non requiruntur testes omni exceptione majores, nec probatio plenissima, sed sufficit ordinaria, juxta individualem *dec. 173. n. 15. par. 4. divers.*

Et ex ejusdem rationis efficacia minus obesse videbatur, quod Borgius in depositione Criminali videretur sibi ipsi contrarium, dum absolute negavit: *Io non sentii, che la sudetta Giovane, nè avanti al Parocchiano, nè avanti noi altri dicesse cosa alcuna*, quando in processu Civili firmiter asseruit: *La Giovane disse non sò che parole, che io non le potei sentire, perche il Parocho cominciò à strepitare*, quia nulla contrarietas inter duas dispositiones considerari valuit, dum in ambabus affirmavit non audivisse verba. Licet autem in Civili distinctius rem explicando, dixerit, puellam quædam verba protulisse ab ipso non audita, quod forsan in Criminali non deposuit, quia in hoc puncto interrogatus non fuit; non proinde tamen contradictoria deponere dicitur, quinimo una depositio alteram supplet, eis convenientibus in subjecto non auditorum verborum a teste; quæ conciliatio, sicuti in qualibet materia indif- 9
ferentia plectenda foret, ita fortius sumi debet in Causa Matrimoniali, in qua peculiare est, testes conciliari inter se, & in se ipsis, ad sensum Rotæ, coram Caputaq. *dec. 270. n. 7. & 8. par. 3.* quia sufficit testes, & depositiones in substantia, concordare super consensu, & Matrimonio inito, non attenta discrepantia in formalitate, seu cortice verborum, & aliis accidentalibus, Dec. *Cons. 163.* 10
n. 11. vers. 15. Ferrett. *86. n. 8.* & Rot. *in rec. dec. 375. n. 5. par. 11. & dec. 40. n. 2. par. 16.*

Minusque ad exclusionem consensus præstiti, & de quo testes Matrimoniales deponunt, suffragari visæ sunt depositiones duorum puerorum, qui in Ecclesia Parochiali inserviebant, excludere satagentes consensum Helenæ verbis, & nutu; Nam præter defectum ætatis, cum de tempore rei gestæ impuberes essent, qui ipsos arcet a potestate testificandi contra Matrimonium, ad firmata per Ven- 11
trig. *in praxi sub titulo de Testibus in Causa Matrimoniali par. 2. adnot. 3. §. Tertio num. 31.* Seraphin. *de Jurament. privileg. 83. n. 38. vers. Dum tamen sit major. 14. annis*, & dixerat Soccin. junior. *Consil. 29. num. 14. vers. cum respectu ætatis lib. 2.* Summopere stringebat responsio elicita ab eorum depositionibus, quia neuter illorum coarctat negativam, itaut removeat sensum ab actu, sub ea præcisa necessaria forma, ut mulier loqui, vel annuere potuisset, quin uterque actum consensus vi- 12
disset, adeoque non probant negativam adversus testes positive de Matrimoniali consensu deponentes, ut in proposito animadvertit Surd. *cons. 414. n. 48. & 49.* & confert optimum consilium Farinac. *97. num. 2. & 3. lib. 1.* & idem Farinac. *de Testibus q. 63. num. 228.* & Rot. coram Coccin. *dec. 1167. n. 21. & dec. 2226. n. 14.* & utrobique concordantes.

Demum minoris relevantiæ agnita fuit ad destruendam probationem consensus ex testibus sententia Criminalis in Tribunali Eminentiss. Vicarii lata, ex eo præcipue fundamento, quod non constaret de Helenæ consensu, quæ cum in Judicatum transiverit, præferebatur, ut faciens de hoc puncto in albo nigrum, & probationem in contrarium non admittens, donec revocetur, vel saltem a Principe facultas obtenta fuerit super illius revisione; quoniam ad objecti remotionem occurrebat illud firmissimum principium Canonicum, quod sententia contra Matrimonium nunquam transire dicitur in Judica- 13
tum, ad Textum expressum in *cap. locator. de sentent. & re Judicata*, ubi Canonistæ omnes communiter fuse relati per Sanchez, *de Matrim. lib. 7. disput. 100. num. 1.* Idque potissimum, quia sententia, de qua res est, lata fuit in contumaciam, & in Judicio Criminali; unde præjudicare non potest Judicio Civili Spirituali Matrimonii, Rota *decision. 175. numer. 1. & decision. 145. num. 1. impress. post secundum volumen Consiliorum Farinacii* & coram Cer. *decision. 58. num. 3. & decision. 250. num. 13. & 18. part. 16. recentior.* eo maxime, quia in præsenti hypothesi Sanctissimus distinxit Judicium Criminale a Judicio validitatis Matrimonii, dum, firma manente pœna, mandavit cognitionem validitatis Matrimonii dispungi a Sacra Congregatione

gatione Concilii. Sicque in necessariam sit consequen-
tiam, prætensam rem judicatam, ac præsumptam confes-
14 sionem resultantem ab annali contumacia, operari qui-
dem posse ad effectum criminalem; non vero quoad sepa-
ratum Judicium Civile, & in puncto validitatis matri-
monii, ut bene prosequitur *citata Decisio* 250. *num.* 13. *&*
18. *part.* 16 *rec.*

Stabilita ex præmissis probatione facti circa notum con-
15 sensus explicativum, methodice procedendo ad punctum
illius relevantiæ, ille pro sufficienti habitus fuit ad desi-
gnandum consensum in contractu matrimoniali necessa-
rium: quia, cum in Jure nulla sit, præsertim ex parte
mulierum, præscripta forma præcisa, & signata præstatio-
nis consensus ad essentiam matrimonii, sed requiratur tan-
tummodo consensus explicatus quoquo modo exprimatur,
ut ex Textu *in cap. cum locum c, cum adhuc, &c. Tuæ de spon-
sal.* probat Romaguer. *ad Synodum Gerundensem lib.* 4. *tit.*
1. *n.*4. *&* 5. Rot. *in rec. dec.*74. *n* 2. *vers. Nulla enim part* 4.
*dec.*30. *num.*2. *part.*11. ista explicatio, sive fiat medianti-
bus verbis, sive per alia media consensum denotantia, æ-
qualiter proficit; ideoque in Schola Canonistarum, &
16 Theologorum communi calculo receptum est, consensum
matrimonialem æque præstari posse per verba explicativa,
ac per signa, & nutus consensum significantia, etiam in
illis personis, quæ alias loqui valent, ut pluribus cumu-
latis Testibus, atque explicata ad hunc germanum sensum
litera *cap. Tuæ de sponsalib.* relatisque Hostiens. *ibid. n.* 3.
Burr. *num.*8. Abbat. *num secundo*, & aliis antiquioribus ex
professo sustinet Fagnan. *in eodem cap. Tuæ num.* 22. *usque
ad finem de sponsalib.* idemque tenet Barbos. *in eodem cap.
num.* 2. ac plenissime Lap. *allegat.* 58. *a num. decimo*, Bar-
bat. *cons.* 6. *a num.*26. *lib.*1. Geminian. *consil.* 61. *in princip.*
Aretin. *consil.* 13. *ubi de communi*, Soccin. Junior. *cons.*29.
17 *num.*2. *&* 3. *lib.*2. & post Concil. Tridentin. Covarruvias,
qui ipsi Concilio interfuit, *in Epitome a* 14. *decret. par.*2.
*cap.*4. *num.*1. *& seqq.* & egregie Zabarella *in capit. Tuæ fra-
ternitati* circa finem *de sponsal. & matrim. vers. Ex quo
enim*, Sanchez *de matrim lib.* 2. *disp.*31. *num.*5. ubi refert
hanc esse sententiam Divi Thomæ, & omnium Thologo-
rum, quos in maximo numero allegat Guttier. *eod. tract.
cap.*46. *num.*8. Ponc. *lib.* 2. *cap.*6. Boss. *cap.*3. §. 14. *num.*36.
& 44. Cevall. *q.*304. *num.*25. Pilaja *decis. Canon. lib.*2. *n.*4.
de Angel. *de confession. lib.*2. *qu.* 6. *num.*9. Card. de Luca *in
annot. ad Concil. disc.*26. *numer.*28. §. *Minus & de matrim.*
18 *disc.* 2. *numer.* 14. *& ex Theologis ex professo sustinent* P.
Maurus *tom.*3. *quæst.*52. *&* 55. *utrobique num.*5. Clar mem.
Card. Capizucch. *controv.* 1. § 29. *vers. Urgeri potest*, Lean-
der. *in moralibus tom.*3. *tract.*9. *qu.*21. *&* 22. Francisc. Mo-
lin. *de Ritu nuptiar. lib.*1. *comparat.*3. *num.*64. *& seqq.* ubi,
quod omnes fere Theologi ita tenent.

Et omnem sustulit in articulo difficultatem spectabilis
authoritas Anastasii Germonii, qui ex mente Sacr. Conci-
lii Tridentini in tractatu de Sacror. Immunit. *lib.*3. *cap.*21.
*n.*48. singulariter ad propositum concludit his verbis: *Qua-
re Sancti Patres in Catechismo ad Parochos ex Tridentini
praecepto edito dixerunt verborum loco, tum nutus, tum si-
gna, quæ intimum consensum aperte indicant, satis ad ma-
trimonium esse posse, quinimo, & ipsam taciturnitatem,
cum puella propter verecundiam non responderet*; & de fa-
cto habemus legem expressam in ipso Catechismo Roma-
no de ordine ejusdem Concilii edito sub titulo de Sacra-
mento matrimonii num.7. ubi quod nutus, sive alia signa
consensus explicativa sufficiant ex parte mulieris ad desi-
gnandum consensum, ut ibidem disertis verbis recognosci
potest.

19 Quo quidem fundamento retento, haud mirum est,
quod nostrum Tribunal semper, & inconcusse tenuerit,
opinionem nutibus favorabilem, firmando, quod in ma-
teria matrimoniali, licet inter instrumenta explicativa
consensus, verba principem locum teneant, excludi ta-
men non debent signa, quæ æque eundem assensum ex-
plicare valent, ut, omissis Antiquioribus, videre est co-
ram Royas *dec.*431. *n.*1. *& inter recentiores decis* 259. *n.*1.
*p.*3. *decis.* 74. *n* 2. *ante medium part.* 4. *dec.*264. *n.*5. *part.*5.
*dec.*124. *num pariter* 5. *&* 13. *p.*7. *dec.*189. *n.*4 *p.*8. *dec.*301.
*n.*2. *part.* 11. *& dec.*312. *n.*3. *p.*13.

Quæ, si ex parte mulieris semper vera sunt, etiam in ca-
su simplici; multo fortius legalem applicationem sortiun-
tur in themate, in qua unus ex contrahentibus jam expli-
caverat suum consensum per verba; tunc enim signa affir-
mativa connotant verba prolata, & per viam affirmati-
væ responsionis eis inhærere dicuntur, maxime in mu-
lieribus, quæ ex verecundia in eo actu magis approbant
præcedentem viri consensum nutibus, quam consentiant
verbis; ideoque in eis signa affirmativa uti consecutive se
habentia ad explicitam viri promissionem, citra contro- 20
versiam sufficiunt ad contrahendum matrimonium de præ-
senti, ut de constanti in theorica, & praxi opinione testa-
tur Fagnan. versatissimus in materia Conciliari, in qua
prius sub Avunculo Secretario educatus, eidemque in mu-
nere subrogatus, in *cap. Tuæ Fraternitatis de sponsalib.
& matrimon. num.* 15. *vers. Declaratur tertio*, Sanch. *de
matrimon. lib.*2. *disp* 31. *num.* 5. Pont. *eodem tractat. lib.*
2. *cap.* 7. *numer.* 5. *& seqq.* Castropal. *Oper. Moral. part.*5.
disp. 2. *punct.* 8. *numer.* 6. & de mente Sac. Congregationis
refert Card. Bellarm. *in notis ad Sacr. Concil. Trident sess.*
24. *cap.*4. *de reform. matr. verbo Mutuo consensu*, & alter
Card. de Luca *de matrim disc.* 2. *numer.* 12. & concordant 21
Lapus *d. allegat.* 56. *num.*17. *vers. sed quando*, Barbat. *cons.*
6. *num.* 27. *lib.* 1. Tusch. *verbo matrimonium conclus.* 121.
*num.*11. *&* 13. ubi in fortioribus terminis, & Rot. *decis.*
154. *num.*5. *&* 13. *part.* 7.

Nec attendenda est limitatio, præfatas theoricas locum
sibi vindicare solum, quando contrahitur matrimonium
in Parentum præsentia, in quorum conspectu virgines
rubore suffusæ eo facilius verecundantur, eisque verbis
impeditur explicare consensum, id inferendo ex *gloss. in c.
Si inter.* 31. *de sponsal.* & ex text. *in cap. Honorantur q.*32.
in fine; Etenim positio dictæ glossæ non restringit thema
quæstionis ad præsentiam limitatam Parentum, sed amplia- 22
tive tantum de illis loquitur per ea verba; *nam multa pro-
pter verecundiam annuunt potius, quam loquantur, maxi-
me præsentibus Parentibus*, & cum iisdem terminis loqui-
tur Avendan. *de Jure connubial. lib.* 1. *tit.*6. *possit* 4. *num.*1.
& Fagnan. *in cap. Tuæ Fraternitatis vers. Nam muliere*;
ideoque a casu ampliativo non excluditur positivus, qui
extra præsentiam Parentum ex aliis rationalibus caussis eve-
nire possit, pro sua in casu, satis considerabilis est indi-
gnatio, & exclamatio Parochi, a qua puella perterrita,
verba consensus forsan exprimere non valuit; sicque ra-
tionabilis, & justa subest causa verecundiæ, quæ ad fo-
mentum nutus a Doct. consideratur, ut bene observat
Marcant. *allegatus a defensoribus Helena in Theatro Sa-
cramentali post tomum* 3. *casu* 3. *in summa totius responsio-
nis fol.* 33. *vers. nec credo*; ubi verecundiam validitativam
nutus admittit in casu necessitatis, angustiæ, vel causæ
multum rationalis, qualem profecto esse puellæ perhor-
rescentiam de Parocho indignato, & exclamante rei ipsius
natura, & proprietas demonstrat.

Licet autem non desint Authores, qui in terminis rigo-
rosis contra sensum Catechismi, & universalem Ecclesiæ
consuetudinem, & Sacr. Congregationis Concilii mentem
firmare satagant, nutus etiam ex parte mulieris sufficienter
non explicare consensum (inter quos tamen immerito al-
legatur Divus Thomas, prout ipsum vindicando, adver-
tit Covarruvias *ad quartum Decretalium part.*2. *cap.*4. *n.*1.
vers. Nec Thomas contrarium asserit) tamen eorum opi-
nio, vel parvi pendenda est in concursu tot insignium Ca-
nonistarum, de quibus supra satis longum retexuimus Ca-
thalogum, vel explicanda venit quoad modum aptiorem,
& magis securum, certo certius consistentem in verbis, non
tamen exclusive ad minus aptum residentem in signis, pro-
ut in hoc sensu Covarruvias nuper citatus firmat tenuisse
Divum Thom & clare ita se ipsum explica, Ledesma *de
matrim. in Addit. ad* 3. *part. quæsit.* 45. *artic.* 2. *lit. A.* §. 23
His non obstantibus versic. Secunda Conclusio; aut intelli-
genda est in iis terminis, in quibus, nulla data præordina-
tione matrimonii, ex abrupto tentaretur matrimonialis
contractus inter personas incognitas, nullo præcedente
tractatu, vel amore; vel demum quæstionem solum faciunt
in signis, & nutibus æquivocis, a quibus indubitate, &
præcise contrahentium voluntas desumi non valeat, ad-
missa tamen opinione nuptibus favorabili in signis certis,
& univocis, sub quo themate loquitur Abb. *in cap. illud
quoque num.*3. *de præsumpt.* ubi de signis æquivocis famige-
ratus Bartholomæus Cameratius *in cons matrim. impresso
post Consilia Zabarellæ nu.* 41. nostram distinctionem fir-
mat: & de iisdem signis æquivocis loquitur Marcant. *in
Tribunal. Sacram. post tom.* 3. *casu* 4. *de Sacram. matrim.
vers. signa æquivoca*; & assumpto nostro favet *in casu* 3.
vers. 2. & in his terminis loquuntur quotquot in proposi-
to allegabantur: & hac retenta distinctione, discrepantes
opiniones conciliat Tambur. *Oper. Moral. lib.*8. *tit.*4. *cap.*
3. *n.*6. & Card. de Luca *ad Concil. disc.* 26. *n.*28. 24

In nostris autem circumstantiis, praeordinatio tractatus matrimonialis, & certitudinalis nutus, & signi affirmativi univocatio mirabiliter depromitur ex toto contextu rei gestae, tam summatim considerato, quam in peculiaribus suis partibus animadverso per combinationem antecedentium, concomitantium, & subsequentium, quae solent potissimum considerari ad effectum comprobandi veritatem consensus praestiti in actum matrimonii, ad tradita per Card. de Luca *de matrim. disc.2. sub num.13. §.Clavius vero, & disc. 6.n.4. & dixit* Rot. coram Millino *dec. 75. ante n.2.* coram Cerro *decis.* 845. *n.11, & plene in rec. dec.* 40. *sub n.3. & 6.p.16.*

Praeordinatio siquidem, & univocatio quoad antecedentia, insurgit ex amore praecedenti, colloquiis praeliminaribus, de sumptione vestis olosericae subtus brachium gestatae, quam postea induit antequam Ecclesiam ingrederetur, spontaneo discessu a domo, etiam callide se subtrahendo ab oculis Proaviae, quae adverterat discessum puellae a 25 mansionibus domesticis, ascensu ad currum, descensu in Ecclesiam, expectatione Parochi, spontanea surrectione, ut accederet confessionatium, ac caeteris actibus permissivis coram Parocho, & Testibus gestis absque ulla, vel minima contradictione, seu dissensu, quam cum de facili ostendere potuisset, dum Parochus ipse dissentiebat, ut advertit Torniol. *cons.* 54. *n.*18. Rot. *post 2. volum. consil.* Farinac. *dec.266.n.2. & 3. & dec.* 893. *& num.3. & seqq. et in rec. superius citat. dec.* 40. *n.15.p.16.* Haec quidem mulieris permissiva voluntas tot actibus explicata, propositum enixum, & voluntatem determinatam super contrahendo matrimonio indicant, ut cum concordantibus prosequitur laudata *Decisio* 40. *n.4.p.16.*

Quamvis autem haec omnia antecedentia solum respicere videantur animum contrahendi de futuro, a quo in hac materia rite non arguitur actus de praesenti; tamen, data continuatione ejusdem propositae voluntatis in actibus concomitantibus, & subsequentibus, mirifice urget, non solum considerato ipso contextu rei gestae, a quo elicitur simultanea reversio ad currum cum viro, accessus ad domum paratam, matrimonii consummatio, & diuturna permanentia cum viro absque ulla reclamatione, seu dissensu; verum etiam specialiter perpensis tribus actibus aliorum complexivis gestis a muliere in statu plenae, & plenissimae libertatis ad oculum demonstrantibus, non solum univocationem nutus, & volitam contractus praeor-
26 dinationem, sed ulterius positivum ipsum assensum a puella matrimonio contracto praestitum.

Primus contigit illico post matrimonii contractum; nam discessi ab Ecclesia S. Ivonis cum eodem curru perrexerunt ad illam S. Nicolai Tolentinatis, ibique, rheda dimissa, Franciscus, ut perquireret domum, Helenam solam in dicta Ecclesia reliquit, qui expectans viri reditum, sine alicujus assistentia, per horam, & ultra permansit, ut liquet ex illius depositione in criminalibus *Summar. Francisci num.7. lit.S.* & ex responsione ad positiones, *posit. 8.* Si autem mulier matrimonio dissensisset, certo certius a tam longa expectatione in statu plenae libertatis, fomentum desumere valuisset, vel se conquerendi alicui ex Religiosis in dicta Ecclesia commorantibus, vel aufugiendi a praetenso seductore apud aliquem ex commorantibus in vicinia, quod de facili, imo facillime facere poterat; unde, cum his omnibus omissis patienter tulerit viri reditum, & cum eo pacifice ad domum paratam accesserit, inficiari non valet libertas praecedentis consensus ab actibus tam se-
27 riis, & proportionatis indicata juxta notata in punctualibus a Vermigliol. *consil.* 396. *n.9.* Sanch. *de matrim. lib.4. disp.1. n.25.* Rot. coram Seraph. *dec.* 753. *n.4.* Et in longe debilioribus terminis ponderat Rota coram Merlin. *decis.* 75. *n.4. vers.6.* & coram Buratto *dec.* 713. *n.* 3.

Secundus, non solum univocationis, sed pleni consensus actus, elicitur ex geminatis confessionibus coram DD.
28 Pichio, & Benedellio emissis, in quibus Helena *etiam seorsim* a viro totam facti seriem narrando, de indubitato ejus consensu in actu matrimonii testata fuit, ut diffusius legere est cum circumstantiis valde notabilibus in utriusque dictorum Testium depositione data per extensum in *Summ.* Francisci *num. 2. per tot.* Quae confessiones a duobus Testibus omni exceptione majoribus comprobatae, & coram eis emissae, etiam absente viro, ut circa Benedellium probat totus contextus depositionis, tam in principio, quam in fine, & circa Pichium elicitur ex verbis in fine depositione exaratis: *E questo e quanto posso dire sopra*
29 *la scienza di questo matrimonio sentito più volte narrare sì dal detto Jozzi, sì anche dalla detta Signora Elena.* Consensum praedictum in actu matrimonii per verba, & signa expressum, satis evidenter convincunt ex *gloss. in cap. super eam, verbo: Confessionem, de eo qui cognovit consang. uxor. suae* Decius *cons.*163. *numer.* 1. *cum pluribus seqq.* de Angel. *de confessionibus lib.2. q 6. n.*30. & Rot. *decis.* 301. *num.11. part.11. rec.* debebat nanque puella, si seducta fuisset, & decepta, loco emittendi tam amplas confessiones discretis illis viris pandere secretum violentiae sibi illatae, quos certo certius auxiliatores sperare poterat in re tam aequa, justa, & rationabili.

Tertius demum pro Coronide succedit alter patentissimus actus consensus in statu plenae libertatis explicatus 30
cum Pichio, tam quando eam suadebat, ut Conservatorium ingrederetur, quam in actu ipsiusmet ingressus, & paulo ante ingressum, dum semper separationi a viro potentissime renuit, non ex alia ratione: *E che essa haveva preso marito per star seco, e non per andar ne' Monasteri, e che la promessa fattagli da Francesco Jozzi era stata di sposarla, e condurla a Terni, e non di metterla in Monastero; che però non ci voleva andare, ma, che voleva stare con suo marito.* Et quia Pichius ei spopondit intra breve temporis spatium ipsam ad torum maritalem redituram, cum erat in via versus Conservatorium, iterum suam voluntatem per haec verba explicavit: *Chi mi fossi ricordato della promessa fattali, che non sarebbe stata in detto Conservatorio più di quindici giorni, e che poi sarebbe ritornata con suo marito:* Si autem in terminis simplicibus sola renuentia eundi ad Conservatorium reputatur pro forti conjectura 31
consensus jam praestiti, ad notabile consilium Paris. *cons.* 17. *n.25. lib.* 4. & sensum Rot. *dec.40. post num.5. p.16. rec.* quanto magis in hypothesi tam qualificata.

Adversus vero tot indubitata signa consensus, allegari non merebatur, quod Dominicus Brogius circa nutum affirmativum deponat solum de propria credulitate, & per quandam speciem dubitationis; nam tota perlecta depositione, patet illum duos actus distinguere: exteriorem elicitum, & interiorem non prolatum; & cum circa primum constanter deponat de annuitione in signum consensus, circa secundum sistentem in interiori voluntatis actu, constanter deponere non poterat, cum actus voluntatis non cadat sub sensu, & sola signa exteriora volitiva oculis sint subjecta fidelibus.

Minusque profuit exaggerata tenera aetas puellae, illius infantiles lusus, ac puerilis animus de facili subjectus machinationibus Francisci, a quibus forsan provenire potuerint tot replicati actus consensus in recensitis casibus explicati; nam DD. visa fuit puella satis doli capax, & perspicacis mentis, ac fervidi intellectus; dum tam accurate deposuit in constituto criminali, & cum tot circumstantiis retexuit historiam Pichio, & Benedellio, demonstrando se machinationem capacem, & extra deceptionem, dum fecellisse profitebatur Franciscum ex causa zelotypiae, quam de illo conceperat, callide se subtraxisse ob oculis Proaviae, aliaque gessisse, quae ipsam satis sagacem indicabant, ut legere est in saepe dictis depositionibus Pichii, & Benedelli *Summ.* Francisci *num.* 2. In his autem terminis, in quibus 32
puella dignoscitur prudentes responsiones dedisse, & satis scientem esse de vi, & importantia obligationis matrimonialis, praesumptiva deceptionis oppositio, elicita a tenera aetate nunquam admittitur contra positivas probationes consensus in determinatis actibus explicati, ut in longe debilioribus terminis censuit Rota *in Viterbien. matrimonii 19. Januar. 1629. §. Non obstat, & seqq.* Pirovino.

Demonstrato consensu Helenae, DD. descendentes ad examen alterius nullitatis oppositae matrimonio, de quo contenditur, circa debitam Parochi praesentiam a Concilio Tridentino requisitam *sub cap.1. sess.24. de reform. matrim.* illa DD. cessare visa est ex genuina intelligentia ipsius Textus Conciliaris.

Etenim, quamvis Parochus, post auditum Francisci consensum, dixerit in criminalibus *Summ.* Francisci *nu. 6. Io ciò sentendo, senza darli tempo, gli ho voltato la schiena, dicendo, che non li conoscevo per niente:* Et respectu Helenae subdat: *E non ho inteso, se la Giovane mi habbia detto cosa alcuna*; attamen exinde resultat ejus non intelligen- 33
tiam, ab ipsius Parochi positivo facto processisse; proindeque, dum ipse causam dedit, quominus intelligeret, de Jure habendus est pro intelligente, dum nesciens, ex quo noluit scire, vel affectavit nescire, habendus est pro sciente *cap. Cum inhibitio, §. Si quis vero, de Clandest. despons.* & in puncto de Parocho non intelligente, ex quo aures obtura-

turavit, ne audiret, firmat Doctissimus Fagnan. *in cap. Quasitum de pænit. & remiss. n.*8. & post eum, de Parocho fugiente, & per alios actus improprios non audiente, Ricc. *in prax. for. Eccles. resol.*213. *n.*3. Pont. *de matrim. lib.*1. *c.* 15. *sub n.*12. Bossius *eod. tr. c.*3. §.12. *n.*22. Leand. *to.*2. *tr.*9. *disp.*7. *q.*40. Barbos. *de potest. Episc. par.*2. *alleg.*32. *n.*83. *et* 85. *et de offic. Paroch. p.*2. *cap.*21. *n.*47. *&* 49. *& ad Concil. sess.*24. *de reform. matr. cap.*1. *n.*73. *&* 65. Card. de Luca *in annot. ad Conc. disc.*26. *n.*4. *& seq.* & sequitur Natal. Alex. *in Theol. Dogmat. tom.*6. *regula* 10. *in fin. fol.* 494.

Ac per hujusmodi Parochi adhibitionem ex tali causa non intelligentis, satisfactum est dispositioni Concilii ad effectum sustinendi validitatem matrimonii, & irritationem ab eodem Concilio indictam evitandi. Si quidem verum

34 est sapientissimos Concilii Patres pro matrimonio rite, & recte celebrando, ultra solemnitates, præscripsisse per illa verba: *Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat &c.* Sed tamen, ubi transeunt ad inducendam irritationem, nequaquam repetunt Parochi intelligentiam, sed tantum præsentiam, ibi: *Qui aliter, præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, et duobus, vel tribus Testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sacrosancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujusmodi contractus irritos, et nullos esse decernit.*

Cum itaque conditio illa mutui consensus per Parochum intellecti, quæ fuerat apposita in prima parte dispositionis, non legatur in hac secunda super irritatione; utique non censetur volita sub pœna irritationis actus, ut bene distinguendo dispositionem Conciliatem in duas partes observat

35 Card. de Luc. *d. disc.* 26. *sub n.*4. *et* 47. ubi firmat: valere matrimonium Parocho expresse dissentiente, aut fugiente, vel per vim detento, seu aures claudente, ut non audiret: & in casibus hujusmodi sufficere illius præsentiam, seu interventum materialem; idemque dixerat in *disc.*2. *de matr. n.*9. ubi distinguit inter Parochum ex vi naturalis, vel accidentalis impotentiæ non audientem, & inter nolentem, seu affectantem non audire, idemque concludunt Riccius, & alii supra laudati.

36 Neque sapientissimi PP. ejusdem Concilii, qui hanc solemnitatem præsentiæ Parochi uti publicæ personæ, ad tollendam potissimum clandestinitatem actus exquisiverunt, censendi sunt ita voluisse matrimonium libertatem coangustate, ut esset in cujusque Parochi potestate illorum celebrationem impedire, illaque irrita reddere per ipsorum voluntatem, & affectatam non intelligentiam, cum cæteroqui matrimonii libertas judicata fuerit semper necessaria, etiam post Concilium Tridentinum, prout ex Oraculo Summi Pontificis rescriptum fuit anno 1616. ad Archiepiscopum Mechliniensem, & ex Cardin. Bellarmino

37 transcripsit Pignatell. *tom.*4. *consult.* 145. *n.*12.

Et multo minus irritatio inducenda est ex illo defectu, de quo Concilium non disponit expresse, stante Theorica Textus *in l. præcipimus C. de appell.* quod quidquid in nova lege non apparet specialiter expressum, id sub veterum legum, Constitutionumque regulis, relictum intelligitur, nec per subauditos intellectus inducendum est, quod expresse non legitur, ac proinde, cum in ea parte Concilii, in qua matrimonia irritantur, non legatur expresse reperita Parochi intelligentia, sed tantum præsentia: nequaquam inducenda est irritatio ultra terminos ipsos a Concilio expressos:

38 ideoque dum loquitur Concilium solummodo de præsentia, illius tantum defectus ex mente Concilii irritare debet matrimonium, non autem defectus intelligentiæ.

Eoque magis inclinarunt DD. in hanc sententiam, ex quo ipsamet Sac. Congreg. Conc. Trid. Interpres, tam antiquis, quam modernis temporibus eidem sententiæ adhæsisse visa est, & signanter in una Genuen. 26. Julii 1582. in qua super dubio his verbis concepto: *Quod si Sacerdos nihil eorum, quæ agebantur, vidit, neque audivit?* Congregatio declaravit, *Non valere matrimonium, si non intellexit, nisi affectasset non intelligere*; in cujus sequelam paucis post

39 annis in una Ulyssiponen. etiam consimile Decretum prodiit, ibi: *Congregatio censuit, si vera sunt, quæ narrantur, et Parochus affectaverit non intelligere, matrimonium valere*: Et in terminis thematis, de quo disputatur, proximioribus in una Sarzanen. 16. Februarii 1684. ubi omissæ fuerint denunciationes, Parochus contradicebat, & audivit tantummodo verba consensus præstiti per sponsum, dum sponsam habebat præ manibus, Congregatio censuit, *matrimonium sustineri, etiamsi Parochus non intellexeris verba sponsæ, dum tamen de illius consensu ex aliis signis juxta Juris communis dispositionem legitime constet.* Prout etiam in Patavina 16. Maii 1669. in Tolentinaten. 28. Novembris 1671. & in Venetiarum, seu Vicentina 11. Martii 1673. in quibus omnibus juxta tenorem Decretorum, quæ hodie in foliis authenticis circumferebantur, resolutum legebatur, Matrimonium valere, etiamsi Parochus verba alterutrius ex contrahentibus non audiverit, vel quia affectaverit non intelligere, vel quia ex quo terga vertit, non auscultavit, quia propter iram, aut rumorem, seu quid simile audire non potuit: Et allegata præmissa resolutione *Giennen. firmat* Fagnanus *tum in dicto cap. quasitum, de pœnit. et remiss. n.*6. 7. *et* 8. *tum in cap. Quoniam nu.* 25. 40
de Constit. una cum aliis supra allegatis.

Hinc rejiciendos, DD. censuerunt, quosdam Moralistas, & signanter Sanch. *de matr. lib.*3. *disp.*39. *n.*6. Tancr. *eod. tr. lib.*3. *disp.*39. *n.* 2. Hentiq. *in Theol. Scolasticomor. tr.*5. *desponf. et matr. disp.* 5. *q.*2. *n.*24. aliosque nonnullos ejusdem generis, qui resolutionem Sac. Congregationis in causa Giennen. dicunt interpretandam de Parocho, qui affectavit non intelligere, sed nihilominus revera intellexerit, quia agnita fuit contraria contextui ipsius declarationis, in quo supponitur Parochum non intelligere, dum si revera intelligeret, casu dubitationis non emergeret, cum nullus unquam dubitaverit de matrimonii validitate Parocho revera intelligente; Ideoque quæstio in propriis terminis agitabatur, si Sacerdos nihil eorum, quæ agebantur, vidit, neque audivit, ut sunt verba præcisa dubii disputari in Sacr. Congregatione, quæ citra violationem literæ prædicari non valent de Parocho revera intelligente, ac propterea rationem a Sanchez allatam, merito fuisse frigidam 41
appellatam a Pontio cum aliis supra relatis, proindeque valuit matrimonium, de quo agitur, dum intervenit præsentia Parochi, non obstante, quod non audiverit, num Helena aliquid dixerit, sive ex quo terga vertit, sive ex quo terga vertendo, affectavit non audire.

Neque ad excludendam Parochi affectionem quicquam profuit secunda illius attestatio, in qua declarando primum dictum, deponit pro exoneratione suæ conscientiæ *di haver fatta detta voltatura di spalle, non per non sentire, o vedere quella, che si diceva, e faceva da detti pretesi contrahenti, ma sempre stetti attentissimo a quanto si diceva, e faceva, e non puol essere, che, se la detta Elena havesse parlato, ò fatto segno veruno, io non l'havessi sentito, e veduto, non ostante detta instantanea voltatura di spalle;* Tum quia hæc secunda depositio tanquam prodita die 19. Junii 1696. postquam edita jam erat prima resolutio Sacr. Congregationis Concilii super validitate matrimonii, censetur affectate facta, nec quicquam operatur in præjudicium Juris interim Francisco quæsiti, ut advertit 42
Rot. *decis.* 269. *num.* 14. *& dec.* 109. *eod. num. part.*16. *rec.* Tum quia valde inverisimilis detegitur, non solum, dum profitetur se attentissimum contractui gesto, quando in prima delatione dixit se valde abstractum ob facti novitatem, sed etiam admittat se terga vertisse, impossibile est, quod coarctet negativam circa nutum, & verba, quia ista in illa instantanea versione poterant fieri, & respective proferri, absque eo quod illa videret, vel intelligeret, juxta proprietatem actuum, qui in momento perficiuntur, de quibus ad præcisum effectum excludendi negativam coarctatam egregie Surd. *cons.* 414. *num.*49. *cum aliis concordantibus.*

Et ita, partibus in acerrima disputatione concertantibus, conclusum fuit &c.

R. P. D. P I O.

Lunen. Sarzanen. Sponsalium.

Lun. 28. *Junii* 1694.

A R G U M E N T U M.

Plures traduntur limitationes in hac decisione adversus regulam notatam per Card. de Luca *de Matrimonii disc.* 7. quod scilicet ex sponsalibus oriatur impedimentum publicæ honestatis subsequens dirimens matrimonium; traditur inquam, quod hæc regula non procedat, si de sponsalibus clare & indubitanter non constet, si mulier sponsum semel in libertate posuerit, & demum si possit de odio inter sponsos dubitari.

S U M M A R I U M.

1 *Ut ex sponsalibus publicæ honestatis impedimentum dicatur exortum, requiritur, quod de illis constet concludenter, & quidem cum mutua utriusque partis repromissione.*

2 *Ad hoc ut sponsalia dicantur contracta, clara, non dubia exiguntur verba.*

3 *Et non sufficit consensus de contrahendo sponsalia in futurum.*
4 *Sponsalia obligatoria minime contracta dicuntur, si uterque conjux præsens non sit.*
5 *Sponsalia non dicuntur ratificata per actus, qui attribui possunt causæ amatoriæ servitutis juxta consuetudinem regionis inter Amasios permissæ.*
6 *Si post sponsalia sponsa dixerit, quod matrimonium contrahere nolebat, censetur remissa sponso libertas nubendi cuicunque maluerit.*
7 *Nec a dissensu prædicto in præjudicium sponsi datur.*
8 *Si potest dubitari de odio inter sponsos non obstantibus datur libertas.*

DECISIO VI.

MArchinus Nicodemus prætendens prius legitime contraxisse sponsalia cum Margarita Pasquinella, ut impedimento esset matrimonio contrahendo inter d. Margaritam, & Marcum Lombardinum; Judicium instruxit coram Ordinario Loci, qui sententiam super nullitate oppositionis proferre placuit, quæ postea in Curia a R. P. D. Severolo confirmata fuit. Unde delata ad nostrum Tribunal Causa appellationis, eaque mihi commissa, subscripsi dubium, *An constet de nullitate sponsalium, aut liceat Margaritæ nubere cuicunque maluerit*, quod hodie affirmative fuit resolutum ex defectu sufficientis probationis assertorum sponsalium, de quibus ad hunc effectum concludenter constare debuisset, & quidem cum mutua utriusque Partis promissione, ad hoc ut ex illis publicæ honestatis impedimentum dici
1 posset exortum ad literalem censuram Text. *in cap. unic. §. Porro ibique gloss. de sponsal. impub. in 6.* Sanchez *de matr. lib. 1. disp. 5. n. 1.* Vamesc. *cons. canon. cons. 526. n. 11. tom. 2.* Sperell. *decis. 95. n. 9.* Panimoll. *dec. 23. n. 4. et adnot. 1. num. 1.* Rot. *dec. 267. num. 7. part. 18. rec. cum aliis in Cadicen. Sponsalium 21. Aprilis proxime præteriti, §. Sponsalia*, coram R. P. D. meo Ursino.

In proposita autem facti specie mutuum istum Partium consensum desiderati satis in aperto est. Testes siquidem adducti ad justificandum, inter præfatos sponsalia intercessisse, nil aliud in substantia deponunt, quam quod Capitaneus Toninus Avunculus, & tutor Margaritæ, præsentibus Matre, ac sorore exploraverat ipsius Margaritæ animum, quæ ad se obedientem, ut par erat, majorum voluntati ostendendam respondit. *Che sarebbe stata a quel tanto, che il Zio, e la Madre avrebbero fatto, e trattato*, ex quibus sane dubiis atque generalibus puellæ verbis, vel non deprehenditur præcisa sponsalium
2 conclusio integram contractus perfectionem præseferens, Giurb. *observ. 35. n. 1.* Rota cor. Bich. *dec. 638. n. 20.* vel ad summum concluditur dumtaxat consensus de contrahendo sponsalia in futurum, qui sufficiens non reputatur ad inducendam obligationem de illis ineundis, ita ut inter coactio per Sacros Canones præfinita, sicuti
3 advertunt Spad. *cons. 152. n. 1. lib. 2.* Sanch. *ubi supra lib. 1. disp. 18. n. 13.* Rota *dicta dec. 267. n. 5. p. 18. rec.* vel denique, etiamsi dicta verba operarentur veram promissionem sponsalium de præsenti, ad nihilum tamen essent profutura, cessante simultanea absentis Nicodemi repromissione, *Summ. Margaritæ n. 3.* ut præter auctoritates supra allegatas docent Matescot. *var. resol. lib. 1. cap. 28. num. 3.* Card. de Luca *de matrim. disc. 8. n. 4. et seqq.* Rot. coram Buratt. *dec. 303. n. 4.* & coram Zarat. *dec. 208. n. 21.*

Neque sufficientia visa sunt ea, quæ deducebantur ad arguendum saltem successivum consensum Marchioni, etenim præmisso, quod non versamur in casu, quo subsequens alterius ex partibus approbatio admitti debeat ad ratificationem sponsalium per antea solemniter a Procuratoribus celebratorum, dum hucusque ex prænotatis liquet, non nisi simplicem tractatum de sponsalibus habitum fuisse; non bene tamen ex actibus a Testibus recensitis, videlicet quod Marchinus frequenter ad Margaritam ventitaret, & cum ea conversaretur, illamque publice concomitaretur, hujusmodi successivus consensus elici potest; quoniam cum iis-
4 dem attribui queant causæ amatoriæ servitutis juxta consuetudinem regionis inter Amasios permissæ, non inferunt certitudinaliter ad manifestam sponsalium ratificationem, præsertim quia hæc signa de eo tempore aliis Juvenibus erant communia, qui Margaritæ palam quoque obsequebantur, ut in puncto Rota *dicta dec. 267. n. 16. et 17. p. 18. rec.*

Sed ad quid ex nimis vagis, atque æqui vocis signis, quænam fuerit Marchini voluntas post pertractata sponsalia conamur eruere, quando illius positivum dissensum habe-
5 mus? Is enim, ut juvenilis animi mos esse solet, frigescente amore, nedum per triennium pro prætensorum sponsalium effectuatione nunquam institit, verum pluries apertissimam declarationem emisit a Testibus comprobatam, *citato Summ. n. 8.* quod cum Margarita matrimonium contrahere nolebat, quo fit, quod data etiam veritate sponsalium, præcedentem illorum promissionem censeatur Margaritæ remisisse, ut propterea eadem imposterum cuicunque maluerit nubere valeat, per ea quæ tradunt Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 52. n. 4.* Pont. *eod. tr. lib. 12. cap. 9. et 14. utrobique n. 1.* Rot. cor. Zarat. *dec. 208. n. 22. et in rec. dec.* 6
185. *n. 7. et 8. p. 14.* Cui claro dissensui non adversatur vertentis litis sustentatio; tum quia (ut inquiunt dd. Testes *Summ. n. 8.*) lis non fit a Marchino, sed a Matre Margaritæ erga illum propensa; tum & quia post factam ab illo prædictam animi declarationem, eamque a Margarita acceptatam, res non est amplius integra, sed semel volitam dissolutionem omnino pati compellitur, ut notabiliter 7
Surd. *cons. 364. n. 27. et seqq.*

Cæterum, si ulla etiam superesset difficultas, cum inter Margaritam, & Marchinum supervenerint animi turbationes, & dissidia, non quidem illius generis, quæ juxta vulgatum illud Terentii in Andria, amoris reintegrationem promittunt; Sed quæ diuturni temporis oblivione obrui nequeunt in muliere, in qua scissa semel concordia amplius non coalescit; dum Marchinus Margaritam conviciis vehementer lacessivit illiusque crines divellere, & ventilia e capite, ac corallia e collo ausus fuit per vim eripere, atque per contemptum humi dejicere, *dict. Sum. n. 10.* ex his contumeliosissimis actibus publice, & violenter initis adeo exacerbatum Virginis odium in Marchinum suscitatum fuisse existimandum est, ut æquissimo jure, ne ex connubiali societate mali exitus sequantur, sit locus libertati, quam hisce, vel similibus concurrentibus circumstantiis etiam in casu, quo revera sponsalia intercesserint zelo bono, 8
Ecclesia Mater benigne concedere solet, ut testatur Rot. cor. Coccin. *dec. 437. n. 4. et 7. et dec. 889. n. 5.* cor. Cels. *dec. 374. et in rec. dec. 19. p. 10. et dec. 185. et 242. n. 13. part. 14.* cum aliis per Adden. ad Pamphil. *dec. 96. n. 10. et in dicta Gadicen. sponsalium*, coram R. P. D. meo Ursino, *§. final.*

Et ita utraque parte informante responsum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA.

Monasterien. Matrimonii.

Mercurii 27. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Quod promissio matrimonii adimplenda sit habetur apud Card. de Luca *de Matrim. disc.* 18. & in præsenti decisione notatur. Promissio matrimonii præsumitur in defloratione mulieris nobilis.

SUMMARIUM.

1 *DEflorans mulierem sub fide matrimonii tenetur eam in uxorem ducere.*
2 *Etiam si ficte promisisset.*
3 *Copula ex adminiculis, & conjecturis probatur.*
4 *Copula probatio resultat ex concubitu in eodem lecto.*
5 *Responsiones ambiguæ contra respondentem interpretantur.*
6 *Defloratio remanet probata ex juramento mulieris adminiculato.*
7 *Promissio matrimonii in defloratione præsumitur, si mulier sit nobilis.*
8 *Testes etiam singulares favore matrimonii probant.*
9 *Promissio matrimonii in defloratione probatur per verisimilitudines, & conjecturas arbitrio discreti Judicis considerare debentis qualitatem personarum, & facti circumstantias.*

DECISIO VII.

BAronem Vvernerum Lambertum de Merode invasit amor erga nobilem Domicellam Joannam Petronillam de Droste, quæ reciproca benevolentia amorem ita excepit, ut mutua crescente flamma in dies excrevit, & occasione rusticationis in Oppido communis consangui- 1
nei deventum fuerit ad promissionem, ac repromissionem matrimonii, qua stabilita, ac repetita, sponsi concubuerunt insimul tanquam conjuges, & elapso congruo tempore

pore fructus connubialis inde in lucem editus est. Cum autem Vir pluries requisitus in longum protraheret promissi matrimonii adimplementum in facie Ecclesiæ, mulier ad
2 consulendum proprio honori, prævio libello, in judicium vocavit Lambertum coram Celsissimo Episcopo Monasterien. qui causa discussa, & desuper habito etiam consilio Universitatis Erfordiensis sententiam protulit favore Actricis, declarando Lambertum teneri factam promissionem, mediante opera Parochi, & juxta ritum Ecclesiæ adimplere, alias remediis opportunis compellendum. Appellavit ab hujusmodi judicato Lambertus, & causa denuo discussa, cor. Rever. Nuntio Coloniæ, cui fuerat delata, emanavit sententia prioris confirmatoria; Provocavit ad S. Sedem, & impetrata commissione Rotali mihique directa dedi dubium, *An D. Baro teneatur desponsare Domicellam Joannam*, & fuit per DD. *affirmative resolutum*.

Cum enim ipse sub fide, & promissione futuri matrimonii eandem Domicellam defloraverit, tenetur deinde eam in uxorem ducere, sive attendatur Jus Divinum, *Exod. & Deuteronom. utrobique c. 22.* sive Pontificium *c. 1. de adult. & stupr. cap. ex literis de sponsalibus* cum aliis relatis per Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 4. n. 1.* Ciarlin. *contr. 174. n. 58.* Panimol. *dec. 23. n. 24.* Rub. *ad dec. 431. n. 89. p. 4. to. 2. rec.*
3 Rot. cor. Buratt. *dec. 498. n. 8.* Greg. *decis 300. n. 6.* Cavaler. *dec. 421. n. 1.* Rota *divers. dec. 497. n. 2. p. 2. in rec. decis. 163. n. 1. p. 9. & dec. 767. n. 2. p. 19. & in Avenionen. Dotationis 19. Junii 1682. §. Qua quidem*, cor. bon. mem. Albergato, *& 2. Maii 1687. §. fin.* cor. bon. mem. Benincasa, *ambæ impressæ penes* Raynald. *in suis observ. crim. recenter edit. lib. 2. fol. 411. & seq. & in Melevitana matrimonii 14. Aprilis 1690. §. Relevantia*, cor. Rever. Decano, etiamsi ficte promisisset; quia dum mulier adimplevit ex parte sua, patiendo se deflorari, ita & alter tenetur adimplere, etiamsi ficte contraxisset, dum de jure contrahere tenebatur; Et sic fictus promissor tenetur eam desponsare, ut docet Div. Thom. *4. distinct. 28. qu. unica art. 2. artic. 4.* Riccard. *ibi art. 1. q. 3. in fin.* Scott. *4. dist. 30. qu. 2. vers. respondeo stante illo dolo*, Adrian. *4. qu. 2. de matr. a. 2.* Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 10. n. 3. vers. 2. quia, & disp. 11. n. 4.* Rot. *decis. 163. n. 20. & seqq. p. 9. & d. dec. 767. n. 1. p. 18.*

Defloratio in præsenti visa est non posse in dubium re-
4 vocari; tum attenta depositione quinque Testium sub formali examine, inter quos duæ Nobiles Matronæ, altera Domina Oppidi, & utriusque collitigantis consanguinea, in cujus ædibus hospitabatur; altera vero uxor Locumtenentis, & altera mulier familiaris ejusdem Joannæ servitiis continuo addicta; tum ex positionibus medio juramento datis ab eadem Joanna, & respective responsionibus Lamberti ad illas; tum demum ex juramento per eandem Joannam præstito, ita mandante Judice super expositis in libello, hoc est super defloratione, & fide matrimonii.

Ex testibus enim habetur frequens accessus Lamberti ad cubile Joannæ tam de die, quam noctis tempore, necnon repetitus concubitus in eodem lecto etiam integra nocte cum pluribus circumstantiis, & actibus, qui copulam convincunt, quod signanter enarrat illa mulier familiaris, & cubicularia, quæ est prima Testis *in Summ. n. 9.* cum qua aliquibus concordat tertius Testis famulus ejusdem Lamberti, ut in eodem *Summ.* quibus accedunt depositiones d. Baronissæ de Raisfeld Dominæ Oppidi, & consanguineæ
5 amborum hospitum, & dictæ uxoris Locumtenentis, quæ ambæ aliquid suspicantes de nimia consuetudine inter eosdem juvenes, accesserunt ex improviso ad cubile D. Joannæ, & Lambertum cum ea in lecto jacentem in actibus maritalibus copulatos invenerunt, & rubore suffusæ recedentes, narrant circumstantias in eorum depositionibus relatas, ut *dicto Summ. n. 9.* Ex his enim omnibus actibus, & circumstantiis resultat probatio copulæ, & signanter ex concubitu in eodem lecto, cum copula non fit de actibus, qui palam fiant, ideoque ex adminiculis, & conjecturis probatur, Spad. *cons. 82. n. 3. lib. 1.* Soccin. Jun. *cons. 32. n. 20. lib. 2.* Panimol. *dec. 93. adnot. 1. n. 18. & 19.* Veral. *dec. 288. p. 1.* Othobon. *dec. 262. n. 4. & 5.* Lapp. *alleg. 93.* Natt. *cons. 105. n. 3.* Ciarlin. *contr. 174.* & signanter de concubitu dixit Rot. *d. decis. 163. n. 16. & seq. p. 9.* ubi, quod est idem dicere talis fuit in lecto cum muliere; ergo eam cognovit, prout inquit Alex. *cons. 77. n. 2. lib. 7.* Rot. cor. Arguell. *dec. 8. n. 50.* & concurrit indubium testimonium, quod est Petrus subsequens, de quo iidem Testes, nempe quarta, & prima, & reliqui omnes *d. Summ. n. 9.*

6 Probata etiam remanet defloratio ex responsionibus ejusdem Lamberti ad positiones datas a D. Joanna, & signanter ad quartam positionem, ubi ponitur, quod Lambertus ad Cameram Joannæ accesserit, quod ipse non negavit, sed respondit, posse esse. Et ad decimam, quod Baro se posuerit in lectum, & Joannam supra se transjecerit, respondit, posse esse, quod ex joco id factum fuerit, & rursus se recordari, quod una vice ipse sub seram accesserit: quæ responsiones ambiguæ, amphibologicæ patefaciunt rei veritatem, & contra ipsum respondentem interpretantur, Butr. *in cap. ex liter. de spons.* Rot. cor. Verall. *dec. 189 p. 1.*

Justificata insuper remanet ex juramento præstito ab eadem D. Joanna super ejus defloratione auctoritate Judicis emisso, cui judiciali constituto accedentibus tot probationum modis multum esse deferendum, dixit Rota *in decis. 7*
621. n. 12. p. 18. tom. 2. rec. & d. decis. 163. n. 6. p. 9. & in d. Avenion. Dotationis 19. Junii 1684. §. Nec aliter, cor. bon. me. Albergato, & recentius in *Novarien. sponsalium 1. Julii 1693. §. Et omnia*, cor. R. P. D. meo Muto.

Promissio autem, & spes data futuri matrimonii facile fuit eam posse præsumi, cum agatur de muliere nobili, quæ dicendum non est se aliter passam deflorari, quam sub fide matrimonii, ut dixit Rot. coram Coccin. *decis. 1834. num. 4.* Buratt. *decis. 143. num. 29. & in alia Avenion. Dotationis 3. Martii 1692. §. Quoad factum sponsalium*, coram me.

Nec desunt etiam Testes id ipsum comprobantes, nempe illa mulier familiaris, & cubicularia juxta 38. & quintus Testis juxta 56. & 57. per ea verba a Lamberto prolata ibi: *Ego te tamen volo ducere in uxorem*, & juxta 60. & 65. ibi: *Apporto matrimonii promissionem, &c. & D. de Merode afferre fecit vinum adustum in firmitatem datæ parolæ ducendi in conjugem Domicellam de Droste, & vinum exhauriendo Domicellæ osculum fecit, dicendo in parola, & fide data constanter velle perseverare*, ut latius in *Summ. d. n. 9.* Quibus conferri etiam depositio dictæ Baronissæ quintæ Testis utrique juveni sanguine conjunctæ juxta 19. ibi, *sive du- 8*
cat, sive non, parum interest; recordatur tamen ipsa, quod de eo tempore, quo Exercitus Monasterien. stetit ante Bonnam, Dominus de Merode Testi dixit, quod ipsa interrogaret Domicellam de Droste super matrimonio secum contrahendo; qui quidem Testes quamvis singulares, concurrentibus aliis adminiculis, de quibus supra favore matrimonii plene probant Guttierez *de sponsal. cap. 44 n. 52. vers. tertia singularitas* Rot. cor. Pamphil. *decis. 145. a n. 6.* Buratt. *dec. 182. n. 4. & in d. Avenion. Dotationis 9. Junii 1684. §. Nec obesse*, cor. bon. mem. Albergato; & *in dicta alia Avenion. Dotationis 3. Martii 1692. §. Nec veritati*, coram me, *& in dicta Novarien. sponsalium 1. Julii 1693. § Demum*, coram R. P. D. Muto; cum ad hunc effectum sufficiant etiam inverisimilitudines, & conjecturæ arbitrio discreti Judicis considerantis qualitatem personarum, & facti circumstantias, Ciarlin. *d. controv. 174. n. 64. & 65.* Rota coram Buratt. *dec. 143. n. 15. & dec. 182. n. 4.* & coram Arguell. *dec. 8. n. 56. & in dicta Avenion. Dotationis*, coram
me, *§. Nec veritati, & in dicta Novarien. sponsalium 1693. §. Verum cum seq.* coram R. P. D. Muto. 9

Et ita, altera tantum parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CAPRARA.

Monasterien. Matrimonii.

Lunæ 5. Decembris 1696.

ARGUMENTUM.

Decisa in decisione superius notata laudantur.

SUMMARIUM.

1 *Promissio contrahendi matrimonium cum deflorata est adimplenda ad reparandam injuriam mulieri, & familiæ illatam.*
2 *Præsertim, si deflorans, & deflorata sint æqualis conditionis, & nobilitatis.*
3 *Ad probandum concubitum præsumptiones, et probationes uniuntur.*
4 *Et sufficit unius testimonium alterius depositione adjuvatum.*
5 *Defloratio inter personas nobiles non præsumitur facta nisi sub fide, et promissione matrimonii.*
6 *Testium singularitas adminiculatur, et suppletur ex aliis.*

7 *Singularitas non obstat, si Testes deducantur ad effectum adminiculandi probationem.*

8 *Repromissio matrimonii satis in muliere elicitur, si sub fide, & promissione illius passa fuerit suum corpus tradi.*

9 *Permittitur matrimonium Hæreticis cum Catholicis in Regionibus, in quibus Catholici permixtim cum Hæreticis vivunt.*

10 *Ad contrahendum matrimonium requiritur sola paritas Baptismatis, non fidei.*

11 *Declaratur* dec. 374. Card. Celsi.

DECISIO VIII.

DEfensores Baronis Vverneri Lamberti de Merode revolutis, & excussis Testium depositionibus, in quibus fundatur decisio sub die 27. Junii præteriti, quæ mandat Baroni, ut desponsdeat Domicellam Joannam Petronillam de Droste ab eo defloratam, hodie instetetunt pro recessu a decisis. Sed DD. mature reassumentes integram totius negotii massam, singulis rerum circumstantiis perpensis, steterunt in decisis.

Absolutum enim est in Jure, quod deflorans Virginem
1 sub fide, & promissione matrimonii, teneatur illam in uxorem ducere ad reparandam injuriam ipsi, & familiæ illatam, sive promissio fuerit serio emissa, seu simulata, aut ficta, cum etiam fictus promissor ratione contractus initi cum Virgine deflorata, quæ sub spe futuri matrimonii passa est carnaliter cognosci, teneatur serio adimplere, ac fidem servare, ut præter relatos in decisione præcedenti firmant Jul. Clar. §. *stuprum n.*3. Tholosan. *Syntagm. Jur. lib.* 36. *c.*9. *per tot.* Tursin. *oper. moral. tom.*2. *lib.*7. *cap.*9. *dubit.* 3. *n.* 20. Card. de Lug. *de Justit. & Jur. disp.* 12. *n.*20. The-
2 saur. *dec.*3. Trivis. *decis.*19. *&* 20. Rota *in Melevitana matrimonii* 4. Aprilis 1690. §. *Relevantiam*, cor. bon. mem. Emerix, quæ fortius procedunt ubi deflorans, & deflorata sunt æqualis conditionis, & nobilitatis, quia injuria deflorationis, & nobilis familiæ prægnantia ventris inde subsecuta non potuit aliter reparari, neque alia justa mensura æqualibrari.

Hujusmodi autem defloratio justificatur ex multiplici conjecturarum, & præsumptionum cumulatarum genere, quæ totum faciunt in hac materia difficillimæ probationis, ubi admittuntur Testes domestici, & familiares, ut est Anna Margarita Rollier Cubicularia Domicellæ prima Testis; quæ in *Summ. Domicellæ n.*8. & signanter *juxta* 6. refert, quod D. de Merode in vestitu nocturno venerit in Cameram Domicellæ a principio reclamantis, & in lectum consederit, in eoque se reposuerit, ubi ridens, & jocans usque ad matutinam remansit, cum actibus lascivientibus decumbentium in lecto, & suppositivis copulæ conjugalis. Idem Testis, & signanter juxta 15. & 17. ac 33. Alter vero Testis Guilielmus Spech familiaris Baronis, & summe fidelis, licet non potuerit de copula deponere, tamen dictum primæ Testis notabiliter coadjuvat in hac materia,
3 ubi præsumptiones, & probationes uniuntur, ex traditis a Soccin. Jun. *cons.*32. *n.*12. *& seqq. lib.*2. Honded. *cons.* 15. *n.*26. *& seqq. lib.* 1. Rota coram Arguell *decis.* 8. *n.*32. & san. mem. Alexandro VIII. *in decis* 202. *num.* 2. & sufficit unius Testimonium alterius depositione adjuvatum *c. parvulos*, *& c. cum itaque* 112. *de consecr. dist.*4 Rota *dec.*454. *part.* 4. *rec.* Arguell. *dicta dec.*10. *n.*37.

Congressum nocturnum Amasiorum habitum sub die 10. Julii 1690. subsequitur alter die 3. Augusti in Oppido de Oistendorff, ubi Baronissa, & Loci Satrapissa utriusque affinis ad preces Domini de Merode Joannam Petronillam accivit, & de hoc post prandium secuto testantur Baronissa, seu Satrapissa quinta Testis, & Ursula Catharina uxor Locumtenentis secunda Testis, quæ Baronissam secuta est; Suspicantes enim mulieres de mutua benevolentia, ac consuetudine, & geniali amore, quo Juvenes insimul versabantur, taciturne & suspenso pede ad cubile Joannæ Petronillæ sunt progressæ, ad hoc ut inopinato Juvenes ex improviso adorirentur, visuræ quid clam moliri curarent, & ibi primo aspectu uno, & eodem lecto decumbentes, & lascivientes deprehendunt; quod factum ingressus etiam contestatur ipsa prima Testis ad custodiam cubiculi destinata *di-*
4 *cto Summario Domicellæ n.* 9. juxta 32. & quod Amasii insimul luderent, & de lusibus lascivientium supponentibus copulam actualem, ad quæ relative. Pœnituit Baronissam Juvenem affinem accessisse, & habuisse sub oculis talem occursum, & illico se subtraxit ab aspectu, interrogans Comit mibi: *Caro mea quid exinde fiet*? cui eadem secunda Testis respondit, *exinde proditurum unum Infantulum* *D. de Merode*, ut in *dicto Summario numer.* 9. juxta 45.

Lambertus ex post conventus in Judicio, & coactus respondere positionibus per Domicellam medio juramento datis, & signanter quartæ, ubi positum fuerat, quod ille ad Cameram Domicellæ accesserat, quod in ejus lecto se posuerat diu ibi permanens, & supra corpus Domicellæ resupinæ se transiecerat, hoc factum non est ausus absolute negare, licet responsionem directam evitare curaverit per iteratas moras, & subterfugia; tandem respondit, hæc vera fuisse, sed per jocum facta, quasi ludicra essent, unde pro ludricis ex jocoso concubitu serio partus in lucem prodiit, ex qua contumacia, & affectata tarditate in respondendo per æquivoca, & amphibologica verba emicat clara veritas concubitus, & ipsius Lamberti confessio, ut observatum fuit in nostra *dec.* §. *Probata*, præsertim dum Lambertus non affert procos, & alios, quibus pateret accessus ad Cameram Domicellæ, & quibus partus natus esset imputandus, imo Nobilitas, & qualitas Domicellæ elidit omnem suspicionem, quam etiam excludit prima Testis juxta 11. & 13. referendo, quod Domicella ab omni affectu erat abdicata, & uni de Merode Amantissimo, ejusque sponsalibus inhians, qui pluries egerat de matrimonio cum illa ineundo, ut deposuit quinta Testis Baronissa a D. Merode requisita, ut interrogaret Domicellam de matrimonio secum ineundo, ibi juxta 19.

Nec Merodes de alia promissione intellexerat in Arce de Merford, ubi amplexus amanter Domicellam, & simulans per jocum illam præcipitem e fenestra deturbare, nisi promitteret totum quod vellet; illa his auditis non retraxit ab amplexu, sed Amasio obvia, eundem interrogavit, quid ab ea promissum vellet, cui Merodes alacrius replicavit, ut illa prius ei promitteret, quæ vellet, ut ex prima Teste juxta 65. ad quæ Domicella subrisit, gestiens in amplexus ubi connubiales intelligit ignes, quos natura Viri probat, & nutrit, ac blandienti ocello satis loquaci Amasio responsa rependit: sic Cytherea novas artes, & pronuba Juno edocuit; & si ibi Testis nihil aliud dixerit, hoc fuit, quia reliquit hanc speciem promissionis interpretandam prudentiæ, & religiositati Judicis, & ea quæ clam inter Amasios contrahuntur, nec unquam præsumi poterit, Amasium cogitasse de illicita violatione Virginis Nobilis affinis Satrapissæ Oppidi de Oistendorff, a qua fuerat uterque in Hospitium receptus, eoque minus cogitari, Domicellam, passam fuisse, se deflorari, nisi fuisset certa de sponsalibus, ut servat Ciarlin. *contr.* 174. *n.*67. Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 22. *n.*6. *in fine*, & fuit dictum in *Avenionen. Dotationis* 19. *Junii* 1684. §. *Nec obesse*, coram bon. mem. Albergato, cum alias Domicella sagax semper apparuerit vigilantissima proprii decoris, consanguineorum, quorum dignitatem respexit, & memorata est, exclamando, ut vidit D. de Merode in ejus cubili ibi: *Jesus*, *Domine de Merode*, *si mei Cognati scirent*, *quod de nocte mecum esses*, *quid ipsi dicerent*? ut specifice refert ipsa Testis prima juxta 6. 5

Nec dubitarunt Domini, quod prædictæ promissiones essent ad matrimonium ordinatæ ex diversimode cumulatis; Agnes enim de Beveten quarta Testis juxta 57. deponit, D. de Merode dixisse Joannæ Petronillæ: *Ego te tamen volo ducere in uxorem*, & quod Vicarius Pastoris referendo, se deferre Matrimonii promissionem subdit: *Dominus de Merode vult contrahere matrimonium cum ista Domicella* scilicet *de Droste*, ut ex dicta quarta Teste juxta 60. quæ recenset de se, quod dum volebat impedire diuturniores cantilenas, & sonitus, quod de Merode amore Domicellæ ebrius agebat, ad eandem conversus dixit; *Ego hanc Domicellam du-* 6
cam in conjugem, *& quidem sub parola mea Nobili*, *ex proc. fol.* 17. *& Summ. d. n.*9. juxta 65. In quorum confirmationem, & promissionis stabilimentum eadem quarta Testis Matrona sagacissima propinavit D. Merode, qui eidem respondit, non uno tantum poculo, sed tripliciter exhausto, ad solemniorem propinationem, & consulto, ac animo deliberato subdens, *quod in parola*, *& fide data constanter* 7
volebat perseverare, quæ omnia osculo in os Domicellæ Jo. Petronillæ solemniter subsignavit; Et quis deferre negabit his signis sponsalium? Quæ usus, & communis Regionis consuetudo ob ingenuos Nationis mores admittit in tractatibus sponsalium concludendis, ut consideratum fuit in *Navarien. Sponsalium* 1. *Julii* 1693. cor. R. P. D. Muto, & admiserunt Universitas Hoxfordiensis de ejus Voto consulta ab Episcopo Monasterien. & ipsemet Episcopus Monasterien. & Nuncius Coloniensis, qui requisito in supplementum probationis Domicellæ juramento, protulerunt sententias pro coactione matrimonii.

Neque

Neque legitimitati probationum detrahit singularitas Testibus opposita, si quæ irrepserit, dum Testes conveniunt, & ob numerum sufficientem probationem constituunt, Rota *dec.262. n.11. & seqq.* cor. sa. mem. Alex. VIII. & in omnem casum singularitas non est obstativa, sed adminiculativa, per quam dicta Testium uniuntur ad probationem perficiendam, Arguell. *dec. 8. n.32. & in Avenio-*
7 *nen. Donationis 3. Martii 1692. §. Nec veritati*, cor. me.

Nec refragatur sponsalium validitati, quod non exhibeatur repromissio Domicellæ per verba explicita, quia satis est, quod ipsa promissioni D. Merode innixa, postea passa sit suum corpus tradi, & sic facto efficaciori, quam verbis repromiserit *cap. 1. de adult. & in cap. ex literis de sponsal.* Sanchez *de matrim. lib. 1. de sponsal. disp. 10. nu. 3. & disput. 11.* Rota *dec. 163. n.20. p.9. rec. & in Avenionen.*
8 *Dotationis 19. Junii* 1682. cor. bo. mem. Albergato, & 2. Maii 1687. cor. bo. me. Benincasa *impressi apud* Raynald. *in observ. crim. lib. 1. cap. 23. §. 4.*

Nec ex eo, quod Lambertus hæresim profiteatur liberatur a coactione ad matrimonium cum Catholica, quam sub hac spe deflorayit, quia quidquid sit in genere, & in abstracto, hodie agitur de matrimonio in regionibus, in quibus Catholici permixtim cum hæreticis vivunt, sibique invicem non infestantur, sed familiariter agunt, & pacifice, conjugaliterque cohabitare consueverunt; ideo hæc matrimonia ad instar aliorum contractuum civilium ob amicitiæ leges, & communem pacem, & tranquillitatem conservandam tolerantur ab Ecclesia Jure consuetudinario, quod moribus utentium communiter receptum, habet vim legis, & Canonum rigorem temperat, Gloss. *in cap. non oportet vers. hæreticis 27. part. 1.* Navar. *cons. 1. de constit. num. 59. vers. 24. & 61.* Azor. *institut. moral. lib. 8. cap. 11. fol. mihi* 958. P. de Benefic. *de offic. Sacr. Inquisit. tract. 1. dubit. 153. sectio 5. col. 1. num. 6.* Divus Thomas *in 4. distinct. 39. quæst. unica*, Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 72. numer. 5.* Pont. *in appendic. ad tract. de matrim. cap. 1. num. 1.* Card. de Lugo *de virtut. fid. divin. disp. 2. sect. 2. num. 13.* Card. de Lau-
9 rea *in 4. lib. sentent. tom. 8. disput. 22. art. 30. num. 60.* Quia ad contrahendum matrimonium uti elevatum in Sacramentum requiritur solum paritas Baptismi, non Fidei, per Text. *in cap. non oport. vers. hæretici num. 28. quæst. 1. ibique Archid. num. 4.* Bellarm. *num. 1.* Joan. Andr. *in cap. finali de condit. apposit.* Pont. *de matrim. in append. cap. 1.* Filliuc. *tom. 1. Summa tract. 10. de Sacram. matrim. part. 2. cap. 6. quæst. 2. num. 229.* Reginal. 2 *tom. praxis lib. 31. num. 146.* quod, ut diximus, agnovit Episcopus Monasterien. qui condemnavit D. de Merode ad contrahendum
10 matrimonium de voto Universitatis Hoxfordien. quæ pie, fidet Catholicorum negotiis.

Neque in præsenti applicatur *decis.* 374. cor. Card. Cels. quia ibi matrimonium erat in perniciem Catholici: dum mulier, cum qua contrahi debebat matrimonium, erat su-
11 specta de Magia, & Veneficiis inquisita, atque ibi non constabat de sponsalibus, atque aliæ Causæ particulares concurrebant, quæ retrahere debuerunt Dominos a coactione. Eta ita utraque &c.

R. P. D. HERVAULT.

Perusina Matrimonii.

Lunæ 15. Martii 1688.

ARGUMENTUM.

An verba *volo*, *sono contenta* juncta infinitivo, & prolata ad interrogationem Parochi probent matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti, seu potius de futuro, optime in hac decisione deciditur.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium per verba de præsenti contractum dicitur, si verba fuerint expressiva simultanei consensus.*

2 *Maxime, si præcesserint tractatus, & capitula matrimonialia.*

3 *Eoque magis prolata fuerint ad interrogationem Parochi.*

4 *Matrimonium fuisse contractum possunt demonstrare actus, qui subsequuntur.*

5 *Verba* volo, *seu* sono contenta *juncta infinitivo, non probant matrimonium fuisse contractum de præsenti, sed tantum per verba de futuro.*

6 *Ad dignoscendum, an matrimonium contractum sit per verba de præsenti, vel potius de futuro, sunt investigandæ singulæ facti circumstantiæ.*

7 *Proœm. regulariter præsefert causam finalem actus gerendi.*

8 *A causa finali in proœmio expressa regulam, & intelligentiam recipere debent verba immediate replicata.*

9 *Ad percipiendum, an verba referri debeant ad matrimonium de præsenti, vel de futuro, ad præcedentem tractatum recurri debet.*

10 *Verba in uno eodemque sermone diverso sensu explicari non debent.*

11 *Instantanea mutatio non præsumitur.*

12 *Ritus Ecclesiæ, qui solent servari ante matrimonium, non sine gravi peccato possunt omitti.*

13 *Non præsumitur, quod Parochus voluerit præstare consensum in matrimonio per verba de præsenti ante servatos ritus Ecclesiæ.*

14 *Matrimonia non solent contrahi ad crates Monasteriorum.*

15 *Denunciationes ante consummationem matrimonii ex officio fieri debent.*

16 *Non dicitur fuisse consensum præstitum matrimonio ubi metus, vel coactio intercedit.*

17 *Si clare constet, quod non fuerit præstitus consensus matrimonio per verba de præsenti, non urget tractatus, & quod verba prolata fuerint ad interrogationem Parochi.*

18 *Matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti minime probat actus subsequentes, si illi emanaverint, antequam mulier esset in libertate.*

DECISIO IX.

Domini censerunt non constare de matrimonio per verba de præsenti contracto inter Nicolaum, & Elisabetham, quia licet hæc interrogata a Parocho ad crates Monasterii, in quo educabatur *s'era contenta pigliare il Signor Nicolò li presente per suo sposo* annuerit, similique interrogatione requisitus sponsus pariter consenserit; ideoque hujusmodi verbis tanquam prima fronte expressivis simultanei consensus matrimonium de præsenti celebratum videri docuerit Rot. *dec. 74. & dec. 259. part. 4.* 1
tom. 1. rec. & dec. 40. p. 16.

Id præcipue comprobantibus tam de præcedenti tractatu de actuali matrimonio incundo usque ad capitulorum matrimonialium extensionem, & sponsalium celebrationem perducto, ut tradunt Sanch. *de matrim. lib. 1. disp.* 18. *n. 26. & 27.* Guttier. *qu. Canon. lib. 1. cap. 21. recent. 24.* 2
Barbos. *vot. decis. 94. n. 22. & seqq. & n. 29. tom. 2.* notantes insuper potiori Jure similia verba referri debere ad actum de præsenti, cum ad alterius contrahentis seu Parochi interrogationem proferuntur.

Quam etiam subsecuta approbatione Elisabethæ nuptialia munera, & propinquorum congratulationes læto, hilarique vultu excipientis, Rot. *dec. 40. n. 7. part. 16.* cui per consequens non liceat amplius pœnitere.

Nihilominus tamen ex mox relatis verbis, neque juxta legalem eorum significationem in vigore, & in abstracto sumptam, neque juxta intentionem Elisabethæ proferentis matrimonium de præsenti ipsam contrahere voluisse dici potest.

Non quidem ex legali, & rigorosa significatione, quia verba *volo*, seu *sum* contenta, juncta infinitivo potius denotant initium, quam executionem actus, cum versamur in iis, quæ pendet a sola voluntate loquentis; ideoque in nostra hypothesi absolute verificari poterant, quamvis Elisabetha nollet tunc, sed futuro tamen tempore Nicolaum esse suum Maritum juxta opinionem, quam ex communiori DD. traditione secuta 3
est Rota *dec. 121. p. 1. divers.* rationes, & auctoritates late cumulans, & coram Peuting. *dec. 179.* & docuerunt Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 18. n. 25.* Guttier. *eodem tract. cap. 3. n. 9.*

Minus autem longe ex intentione proferentis, quia si hanc investigemus, expendendo rei gestæ seriem, singulasque facti circumstantias, ut monet Rota *d. dec. 121. n. 13. & 23. part. 1. divers.* & alibi sæpius apparebit, multo plures urgentioresque conjecturas concurrere pro exclusione matrimonii de præsenti, ideoque præfata verba nonnisi ad futuri præparationem ordinata fuisse.

Constat enim ex lectura attestationis factæ a Parocho *summ. n.* 1. ex qua illa desumpta sunt, & quam produxit Nicolaus ad fundandam propriam intentionem ipsum accessisse ad Monasterium, in quo Elisabetha, ut præfertur, morabatur *per pigliare il consenso della medema di poter far le dinunzie solite per il matrimonio da contraersi tra detta Signora dall'una, & Signor Nicolò dell'altra*, atque hanc sui adventus causam aperuisse puellæ ad crates vocatæ, nec de aliis rebus, quam de faciendis denunciationibus cum eadem egisse ibi, & *fattala chiamare venne alla grata, & ivi restata sola le dissi, che ero il suo Parocho, e che ero venuto per domandargli se essa era contenta di pigliare per suo le-*
5 *gitimo sposo il Signor Nicolò, e se si contentava che ne facessi le dinunzie publiche, e solite à farsi in Chiesa; ella mi rispose, sono contentissima di pigliare il Signor Nicolò predetto per mio sposo, e che ella come Parocho ne faccia le solite dinunzie.*

Ut ergo sensui manifeste patet, prooemium seu prima attestationis pars regulariter præseferens causam fi-
6 nalem actus gerendi, *ad Text. in lib. fin. ff. de heredit. instit.* demonstrat primarium opus, & finem, ad quem ordinabatur consensus a Parocho petitus, & a puella præstitus, ex mente utriusque non fuisse matrimonium de præsenti contrahendum, sed denunciationes faciendas, & juxta præscriptum Sacrosancti Concilii Tridentini, servatis prius solemnitatibus, & ritibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, illud deinde celebrari posset.

A causa finali in prooemio expressa regulam, & intelligentiam recipere debent eadem verba immediate replicata ex Angelo *consult.* 248. *num.* 3. cum superveniente Nicolao, aliisque personis Parochus rursus interrogavit puellam, *s'era contenta pigliare il Signor Nicolò li pre-*
7 *sente per suo sposo, e rispostomi di sì, feci la medema interrogazione al Signor Nicolò, se voleva la Signora Elisabetta per consorte, e risposto di sì, soggiunsi che averei fatte le dinunzie.*

Et Jure quidem merito, quia versamus in una eademque oratione per eadem præcisa verba in omnibus suis partibus concepta; ideoque dum certum est in prima parte ex intentione Elisabethæ proferenti illa fuisse relata ad denunciationes, & matrimonium de futuro, de quibus tractabatur eodem retento proposito in secunda parte replicata censeri debent, cum nulla alia ratione melius dignosci possit, an verba referri debeant ad matrimonium de præsenti, vel de futuro, quam ex præcedenti tractatu, ad alterutrum ordinato, San-
8 chez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 18. *num.* 4. Guttier. *eod. tract. cap.* 13. *num.* 14.

Alioquin contingeret eadem verba in uno eodemque sermone diverso sensu explicari contra regulam Text. *in l. si servus pluribus* 50. §. *fin. ff. de legat.* 1. & quod longe absurdius esset, puella, quæ prius expresse declaraverat contrahere solum velle matrimonium de futuro,
9 solisque denunciationibus assensum præstiterat, nulla nova suadente ratione, nullaque urgente causa mutato consilio matrimonium actuale præcipitanter contraxisset.

Quæ instantanea mutatio, aliqua non interjecta mora figurata, nec aliquo præcedenti signo expressa de ju-
10 re præsumi nequit, Berous *quæst. famil. quæst.* 6. *num.* 50. *vers. est præsumendum*, omnino inverisimilis redditur in nostra hypothesi, tum quia nullo pacto suaderi potest puellam, quæ in capitulis matrimonialibus, & in con-
11 gressu cum Parocho firme proposuerat antequam iniretur actuale matrimonium religiose servare ritus omnes Ecclesiæ, eosdem deinde neglexisse contrahendo absque denunciationibus, quæ sine gravi peccato omitti non poterant, Guttier. *de matrim. cap.* 56. *num.* 4. *& capit.* 57. *num.* 1. Barbos. *ad Concil. sess.* 24. *cap.* 1. *n.* 29. *de reformat.* Laym. *quæst. moral. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 15.
12 & Parochum non coactum huic delicto ansam dedisse assistendo tali conjugio, nec conjuges monendo juxta sui muneris debitum, ut caverent ne dum Sacramenti foedere jungebantur peccati laqueis animas irretirent, ob quod graviter ab Ordinario puniri potuisset, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *num.* 15. *in fin.* & Barbos. *ubi supra.*

Cum etiam quia insolitus iste modus contrahendi ma-
13 trimonium ad crates Monasterii omnino abs re erat, si intercedebat reciprocus consensus, nulla enim timeri poterant impedimenta, quæ illud turbarent, dum non aderant consanguinei Elisabethæ, nec competitores, qui contradicerent, quinimo ipsa reperiebatur sub tutela, & cura Hieronymi, qui Nicolai fratris matrimonium promovere poterat, eo ferme modo, quo cum altera ejusdem sorore similes nuptias, ac æque insignem dotem proprio filio paravit.

Quæ demum omnia clarius elucescunt, inspectis finalibus verbis attestationis, quibus Parochus retento eodem themate in prooemio expresso post reciprocum con- 14
sensum utrinque præstitum conversus ad sponsam immediate subdit, *che haverei fatte le denunzie, al che mi diede il consenso, e disse che le facessi ogni volta che fusse arrivato in Perugia il Padre Francesco Maria suo Zio, e ciò per mostrare di farne caso*, quæ porro verba aperte demonstrant consensum sponsæ, & tractatus omnes ab ipso congressus primordio usque ad finem ordinatos ad denunciationes faciendas, non ad matrimonium de præsenti contrahendum, cujus superveniente sponso, si exarsisset tanto desiderio, ut longioris moræ impatiens contra ritus Ecclesiæ, & contra id quod paulo ante unanimi sententia, & consensu cum Parocho statuerat, statim contrahere voluisset, cur novam sponsæ objiciendo remoram mandasset ex quadam honestate, & reverentia denunciationes differri usque ad Patrui adventum, si matrimonio jam perfecto faciendæ erant; & cur Parochus, si fuisset assistens matrimonio actuali novum petiisset consensum pro illis publicandis, cum id non pendebat amplius a conjugum arbitrio, sed ante consummationem matrimonii ex officio easdem præmittere tenebatur, ut sancitur a sacrosancto Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.*

Literali sensui attestationis præfatæ, validisque rationibus ex sola lectura resultantibus, alia accedunt æque efficacia argumenta, & extrinsecæ conjecturæ manifeste 15
excludentes Elisabethæ consensum, desumptæ ex quamplurimis documentis ex parte ejusdem exhibitis, & late recensitæ in relationibus Illustrissimi Episcopi Assisien. qui cum ex rescripto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium puellæ voluntatem explorassent, retulerunt eam præfatum matrimonium semper aversatam fuisse, licet ab Abbatissa Monasterii ubi educabatur sorore d. Nicolai juncta etiam opera aliorum huic adhærentium minis, blanditiis, suggestionibus, omnique demum arte ad easdem urgeretur, a quibus, ut se eximeret recursum habuisse ad S. Congregationem: sed quia non nisi post plura iterata ejusdem præcepta, quibus præfata Abbatissa, Nicolaus, & Hieronymus Tutor audacter obniti ausi fuerunt, traduci valuit ad aliud Monasterium, in quo plenæ libertati restitueretur, eludere curasse exosas nuptias exadverso festinatas, antequam pervenirent nova S. Congregationis rescripta, consentiendo, seu permittendo denunciationes fieri, ut supra post adventum Patrui, quia interim opportunas provisiones superventuras sperabat, ut re ipsa supervenerunt, eorumque virtute in alio Monasterio, & in plena libertate mox constitutam retractasse actus omnes præcedenter gestos, qui videbantur extorti metu, & artibus, quibus puellæ ætas, sexusque circumveniri facile poterat, ut pluries eadem conquesta fuerat, & medio etiam juramento declaraverat, ideoque excludere consensum matrimonio, *qui locum non habet ubi metus, vel coactio intercedit*, ut sunt verba, Text. *in cap. cum locum* 14. *de sponsal.* & late materiam exornat Rota coram Ludovis. *dec.* 326. *per tot.* 16

Ex quibus cum manifeste appareat, ex legali interpretatione verborum, magisque ex intentione Elisabethæ exclusus contractus matrimonii per verba de præsenti, non bene applicantur decisiones sub initio in contrarium allegatæ tanquam loquentes in hypothesi, in qua ex verbis expressis, nullamque involventibus ambiguitatem, atque ex aliis conjecturis constabat, contrahentes matrimonium de præsenti mutuo, & correspectivo consensu facere voluisse, ut cuique illas legenti patebit.

Nec validiora visa sunt argumenta desumpta ex præcedenti tractatu, & subsecutis actibus, quia quod attinet ad tractatum respondebatur. Primo illud declarare posse actus dubios, non autem claros, & aperte excludentes consensum matrimonio de præsenti; quo casu nil referre, an verba illa proferantur ad interrogationem Parochi ex 17
rationibus deductis per Corn. *cons.* 91. *n. fin. lib.* 3. Secundo circumscriptum remansisse per recursus habitos ad S. Congregationem antequam post gestum coram Parocho super

super denunciationibus faciendis, & ex cæteris contrariis actibus; & tertio demum Instrumentum personalium expresse loqui de matrimonio faciendis præviis denunciationibus, ideoque bene consonare præparationi matrimonii de futuro, & denunciationibus, de quibus loquitur Parochi attestatio.

Reliqui vero actus subsecuti minus aliquid conclu-
18 dunt, nedum quia commode referri possunt ad futuras
nuptias, verum etiam quia nullus ex eis actus doceret postquam Elisabetha constituta fuit in plena libertate, ut ostendunt scribentes pro ipsa.

Et ita causa his proposita, & mature discussa responsum fuit, utraque &c.

R. P. D. PAULUTIO.

Romana dissolutionis Matrimonii.

Luna 25. Junii 1685.

ARGUMENTUM.

Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: probatio impotentiæ potest dari triplici modo, ex signis evidentibus, ex verisimilibus, & ex dubiis; primo casu statim dissolvitur matrimonium; secundo casu fit pariter statim dissolutio, sed exigitur juramentum conjugum septima manu propinquotum, in tertio vero casu requiritur ulterius triennalis cohabitatio, quando autem hæc incipiat, & quando triennalis præscribenda non sit, in his duabus Decisionibus firmatur, ad ornatum *disc. 9.* Cardin. de Luca *de Matrimon.*

SUMMARIUM.

1 *EX facto jus oritur.*
2 *Matrimonium omnino est dissolvendum, si vir impotens sit.*
3 *Et si impotentia perpetua, & certa sit, statim fieri debet dissolutio ad evitanda peccata, nec expectatur triennii cursus.*
4 *Triennalis cohabitatio incipit a die decreti Judicis, quando impedimentum est accidentale, secus si naturale, & perpetuum, quia tunc triennalis non requiritur, & remittitur arbitrio Judicis aliquem brevem terminum denuo assignare.*
5 *Impotentia probatur ex confessione viri.*
6 *Quæ si sit adminiculata plene probat.*
7 *Testes etiam domestici admittuntur ad probandam impotentiam in Judicio dissolutionis matrimonii.*
8 *Impotentia concludi potest ex relatione peritorum, quibus est standum.*
9 *Impotentia coeundi probatur ex virginitate mulieris, non obstantibus actibus initis pro consummatione matrimonii.*
10 *Ut mulier virgo sit affirmanda, sufficit quod duæ obstetrices illam recognoverint.*
11 *Juramentum propinquorum non exigitur pro dissolvendo matrimonio, si ex recognitione constet, mulierem virginem esse.*
12 *Minusque requiritur, quando de impotentia constat ad evidentiam.*
13 *Impotentia probata dicitur, si de illa deponant periti, licet isti minime referant de ariditate vel defectu membri virilis.*
15 *Impotentia dicitur perpetua, si periti affirment, quod arte humana tolli non possit.*
16 *An impotentia arte humana possit removeri, statur judiciio peritorum.*
16 *Periti in affirmanda impotentia coeundi nisi per probabile deponere possunt.*
17 *Matrimonium absque triennali cohabitatione est dissolvendum, si impotentia sit perpetua.*

DECISIO X.

QUia sæpe sæpius in veritum nititur, votis non respondent eventus, & proprio periculo cogimur experiri divini responsi veritatem, scilicet, quod petimus, nescivisse.

Illam recenti confirmarunt exemplo Comes Philippus, & Maria de Melchioris, quia adinstar animorum unire corpora satagentes; licet strictissimo duplicis secundi gradus vinculo consanguinitatis detinerentur, dispensatione Apostolica obtenta, matrimonium contraxerunt, sed infecto opere: quia conjunctione nunquam secuta disjuncti per annos quatuordecim remanserunt; unde Comitissa Maria conscientiæ stimulis excitata, nudum matrimonii nomen abhorrens, ac ægre ferens, quod propter viri frigidam stupiditatem onus grave, absque levamine fructuum matrimonii sufferre cogeretur; post lapsum annorum septem reclamavit, & cor. R. P. D. V. Gerente, eo quia Comes Philippus frustra esset maritus, de matrimonii nullitate dixit: sed cœlestibus, ac humanis fidens auxiliis feliciorum contractuum, spe dicta, ineptam instantiam valde protraxit, quam tandem prosequens invalidum matrimonium declarari obtinuit; quapropter in gradu appellationis causa mihi commissa dixi, *An sit locus dissolutioni matrimonii?* post dilatam resolutionem, hodie affirmative, responsum fuit.

Et quia ex facto jus oritur, ut inquit Jason. *in l. petens C.*
de pact. DD. ad illius devenerant examen, & Comitis impo- 1
tentiam concludenter ex probatis resultare repugnarunt,
qua stante, dissolvendum esse matrimonium certi juris est,
Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 97. n. 2. & seq.* Sperell. *dec.* 2
131. *n.* 3. Rot. cor. Coccin. *dec.* 702. *n.* 6. quæ impotentia
cum non sit accidentalis, & dubia, sed naturalis, & perpe-
tua, dissolutionem statim inducit, non protrahendam post
triennalem cohabitationem cum magno scandalo, & pecca-
ti periculo, ut firmat Barbos. *in c. laudabile n. 1. & 2. de fri-*
gid. & malef. Rot. cor. Cocc. *dec. 702. n. 6. & dec. 2291. n.*
11. ultra quod dicta triennalis cohabitatio non semel, sed 3
quinquies fere intercessit, habito respectu ad tempus con-
tracti matrimonii, non ad diem interpositi Decreti, qui so-
lum attenditur ad prædictum effectum triennalis cohabita-
tionis, quando impedimentum est accidentale, secus si natu-
rale & perpetuum; tunc enim triennalis nullo modo requi-
ritur, & remittitur arbitrio Judicis, aliquem brevem termi- 4
num de novo assignare, Abb. *in c. fin. de frigid. & malef. n.* 12.
Laderch. *cons. 81. per tot. cas. 519. n. 74.* Card. de Luca *de ma-*
trim. disc. 9. n. 2. & tamen R. P. D. V. Gerens ad abundatiorem cautelam terminum assignavit Comiti Philippo, ut decantatam potentiam superventam experiretur: sed ipse licet pluries per Comitissam provocatus, conjugale recusavit certamen, & impropria amplectens arma ad Signaturam confugit, quæ nec auxilio locum esse duxit, & si quid juris Comes haberet, a Judice Decreti, illud exigere, rescripsit.

Impotentia deducitur a pluribus, & primo loco ponderatur confessio Comitis judicialiter asserentis nunquam coire
potuisse, quæ probatio est optima, & concludens, Rota
post Zacch. *q. medic. legal. dec. 6. n. 2. dec. 101. n. 4.* junctis 5
maxime aliis probationibus, ut infra, quæ, etiamsi de per
se non sufficerent, unitæ juvant, ut in terminis confessio-
nis dixit Rota *dec. 347. n. 23. p. 19. rec.* 6

Cum dicta confessione secundo loco concurrunt testes formiter examinati, deponentes de impotentia Comitis, cohabitatione, reciproco affectu, & quampluribus frustratoriis conatibus ejusdem, ac Comitissæ blanditiis, ad matrimonii consummationem tendentibus equidem profuturis, nisi impotentiæ obstitisset impedimentum, qui testes licet
domestici in hac difficili materia sunt admittendi, & pro-
bant *cap. videtur, qui matrim. accus.* post Guttier. *de matr.*
cap. 44. n. 78. & seq. Rota *dec. 289. n. 3. p. 1. divers. &* cor. 7
Gregor. *dec. 351. n. 7. & seq.*

Tertio loco adducitur duplex conformis relatio Chirurgorum, & Medicorum constantissime asserentium, Comitem manifeste frigidum, & inhabilem ad matrimonium, non ex maleficio, vel accidenti, sed ob naturale vitium insuperabile, ac nullis medicabile remediis, quorum dictis
standum esse concludit Eminentiss. de Luca *de matrim. disc.*
9. *n.* 13. Rota penes Zacch. *q. medic. legal. dec. 7. n. 5.* & 8
cor. Coccin. *dec. 702. n. 1. & dec. 2291. n. 4.*

His omnibus quarto loco accedit Comitissæ virginitas per triplicem visionem obstetricum, etiam cum balneo aquæ calidæ intacta reperta, quæ per annos quatuordecim patientiam præstitit, imo multoties Comitem ad conjugalem copulam excitavit, cui D. Comes tantum animo satisfecit; unde ponitur in claro ejusdem controversa impotentia, ad tra-
dita per Rot. cor. Pen. *dec. 1224. n. 9.* & cor. Dunoz. Jun. *dec.*
320. *n.* 4. licet inspectio per septem obstetrices facta non 9
fuerit, cum duæ tantum, vel tres ad summum sufficiant, Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 113. n. 16.* Castropal. *oper. mo-*
ral. tract. 28. de spons. & matr. disp. 4. punct. 14. §. 10. n. 7.
& Rota *dec. 362. n. 5. & fere per tot. 3. tom. 2. rec.* quæ re- 10
cognitio septimæ manus, ac juramenti necessitatem exclu-
dit, Vermigl. *cons. 443. n. 9.* Guttierez *de matrim. cap. 120.* 11
n. 21.

n. 21. *& seq.* multo minus requisitam, quando de inhabilitate ad evidentiam constat, Sperell. *dec.* 141. *sub n.* 35. *vers. at apparet* Rot. cor. Coccin. *dec.* 935. *n.* 3. *&* 4.

Neque veritas valet impugnari, eo quia confessio Comitis, relatio peritorum, examen Testium tempus respiciant, quodque una obstetricum non sit eadem a R. P. D. V. Gerente deputata, quia ad removendum omne dubitationis scrupulum S. Rota suspensa resolutione die prima currentis, qua causa proposita fuit, novam inspectionem tam Comitis, quam Comitissæ, demandavit aliam obstetricem addendo, unde constitit ex novis relationibus de falsa assertione superventæ potentiæ quoad illum, & continuata virginitate quoad istam.

Tandem licet periti non concludant super defectu, vel aridítate membri virili, non est ambigendum de impotentia naturali, & perpetua: Sufficiunt ad prædictum effectum frigiditas, & inhabilitas coeundi, de quibus periti bene testantur, Castrop. *oper. moral. tract.*
13 28. *de sponf. & matrim. disp.* 4. *punct.* 14. §. 9. *n.* 2. *vers. signa evidentia sunt*, Pont. *de matr. lib.* 7. *cap.* 60. Zacch. *q. medic. legal. lib.* 9. *tit.* 3. *q.* 2. *&* 3. de Luca *de matr. disc.* 9. *n.* 12. Eminen. Laurea *in Epitome Canon. verb. frigiditas, vers.* 1. *fol.* 243. *& verbo matrimonia ratione impotentiæ invalida vers.* 4. *fol.* 319. maxime cum dicta frigiditas, & inhabilitas, ut asserunt iidem periti, arte humana tolli non valeant, quo casu impotentia dicitur perpetua *cap. fraternit de frigid. & malef.* Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 60. *n.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 93. *n.* 7. *& disp.* 94. *n.*
14 9. *& seqq.* quo textu DD. communiter colligunt etiam impotentiam censeri perpetuam, quæ nulla arte humana removeri potest, circa quod standum est peritis secundum eorum notitiam, & practicam deponentibus,
15 Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 113. *n.* 15. qui non alias quam per probabilia in similibus materiis deponere possunt, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 115. impotentiam perpetuam sufficere ad statim dissolvendum matrimo-
16 nium absque triennali dilatione tenet Castropal. *tract.* 28. *de sponf. & matrim. disp.* 4. *punct.* 14. §. 9. *n.* 4. Et ita utraque &c.

R.P.D. U R S I N O.

Romana dissolutionis Matrimonii.

Merc. 23. *Januarii* 1686.

Hujus magistralis, & commendandæ decisionis argumentum in præcedenti reperitur.

S U M M A R I U M.

1 *Impotentia ad coeundum nedum impedit matrimonium contrahendum, sed etiam jam contractum dissolvit.*
2 *Ad probandam impotentiam evidentem exiguntur signa necessaria, & evidenter eam concludentia.*
3 *In casu probationis impotentiæ verisimilis sufficit pro matrimonii dissolutione jurata confessio conjugum asserentium se coire non posse, ac septima manus propinquorum se credere eos verum fateri.*
4 *In casu impotentiæ dubiæ requiritur pro dissolutione inspectio utriusque conjugis, & triennalis desuper condormitio in eodem lecto.*
5 *Pro habenda probatione vel certa, vel verisimilis, vel dubia super impotentia ad coeundum est recurrendum ad Medicorum judicium, quod in hac materia attenditur.*
6 *Impotentia dicitur probata per signa certa, & evidentia, si virile membrum dignoscatur siccum.*
7 *Vel turgidum.*
8 *Vel instantaneam habens erectionem illico flaccescentem.*
9 *Vel flaccidum.*
10 *Vel si erigatur tortuose.*
11 *Impotentia certa, & evidens non excluditur ex aliquali, & inepta erectione.*
12 *Probabiliter dicitur convinci, quod juste, & rationabiliter convincitur.*
13 *Medici in affirmanda impotentia non tenentur cum omnimoda certitudine physica testificari, sed tantum secundum probabilitatem.*
14 *Impotentia quæ ex peritorum judicio humanis remediis tolli non valet, dicitur evidens, & perpetua.*
15 *Matrimonium statim absque alia solemnitate dissolvitur, si impotentia probata sit ex signis, quæ sint omnino evidentia.*
16 *Impotentia verisimiliter evidens eruitur ex juramento conjugum, & propinquorum.*
17 *Et si hæc accedat probatio, statim matrimonium dissolvitur.*
18 *Impotentia coeundi de tempore præterito præstat argumentum, quod illa eo magis de præsenti perduret.*
19 *Impotentia præsumitur perpetua post triennalem experientiam.*
20 *Potentia superventa minime dicitur, si mulier intacta dignoscatur.*
21 *Juramentum propinquorum super credulitate, quod conjuges verum fateantur in judicio dissolutionis matrimonii potest cum Testium depositione suppleri.*
22 *Non est propinquorum juramentum requirendum pro matrimonii dissolutione ex causa impotentiæ, si propinqui conjugis agenti sint suspecti.*
23 *Pro probatione impotentiæ coeundi admittuntur Testes familiares, & viles, qui alias essent ad testificandum inhabiles.*
24 *Omnis est facienda benigna interpretatio, ut contrarietas in Testibus evitetur.*
25 *Dicta Testium, si in substantialibus contraria, & varia non sint, nulla argui potest contrarietas vel falsitas, si in cæteris partibus non concordent.*
26 *Exceptiones contra dicta Testium non attenduntur; si magnus sit illorum numerus, & aliæ quoque concurrant probationes.*
27 *In causis matrimonialibus arbitrio Judicis remissum est quinam sint Testes omni exceptione majores.*
28 *Impotentia dubia probatur, si vir voluerit se commiscere cum uxore quæ se non subtraxit, & tamen ex post mulier intacta reperitur, & virgo.*
29 *Impotentia est indubia, si non obstante continua habitatione matrimonium minime extiterit consummatum.*
30 *Ex recusatione viri accedendi ad mulierem pro facienda experientia intra terminum a Judice præscriptum oritur præsumptio impotentiæ illius.*
31 *Triennium experientiæ, quod exigitur ante dissolutionem matrimonii in casu impotentiæ dubiæ, incipit a die decreti Judicis non a die celebrati conjugii.*
32 *Hæc conclusio admittitur in casu impotentiæ provenientis ex maleficio, non autem in casu impotentiæ provenientis a mala partium constructione, vel frigiditate.*
33 *Tutius tamen est conclusionem recipere etiam in casu frigiditatis ex sententia, quam sequitur Rota.*
34 *Hæc tamen sententia non indistincte, sed juxta facti circumstantias admittitur.*
35 *Hinc, si conjuges longeve simul habitaverint, & concurrant ulterius aliæ probationes super impotentia viri, triennium computatur a die matrimonii.*
36 *Oculus, & manus obstetricum sæpe falluntur.*
37 *Ubi agitur de dissolvendo matrimonio ex capite impotentiæ ad dignoscendum an matrimonium sit consummatum, solet demandari recognitio mulieris, mediantibus obstetricibus.*
38 *Et probatio quæ promanat ex illarum relatione superat omne genus probationis.*
39 *Et dicitur valida, & certa, quoties obstetrices fuerint peritæ, & expertæ, & de mandato Judicis demandata extiterit recognitio in Balneo.*
40 *Et ad d. effectum duæ tantum, aut tres obstetrices alternative sufficiunt.*
41 *Peritus electus de partium consensu non potest amplius sine causa suspicionis suspectus allegari.*
42 *Mulier si tacuerit per annum, & ultra, non auditur in Judicio dissolutionis matrimonii contra virum se potentem asserentem.*
43 *Limitatur, si ex signis probetur impotentia viri.*
44 *Limitatur quoque, si mulier probetur se esse virginem.*

D E C I S I O XI.

Gravissima hæc controversia Forensis, quæ inter D. Co: Philippum de Melchioris ex una, & D. Comitissam Mariam pariter de Melchioris ex altera super dissolutione matrimonii alias inter eos initi, exagitatur ad Judicium Sac. Rotæ delata sub die 25. Junii anni præteriti cor. bon. mem. Paulutio pro nullitate d. conjugii, ad favorem D. Comitissæ decisa remansit; nunc autem per concessionem novæ audientiæ iterato examini rursus subjecta cor. me in demortui Collegæ locum suffecto, non dissimilem Judicii censuram experta est;

Cum

Cùm enim D. Co: Maria per justum Judicium probaverit naturalem viri impotentiam ad coeundum, hæc utique non solum impedit matrimonium contrahendum, sed jam contractum dissolvit, juxta dispositionem Text. *in c. 2. & c. literis & c. Fraternitatis §. non autem de frigid. & malefic.*

1 Impotentia autem D. Co: ad coeundum sive revera sit evidens, & perpetua, ad cujus probationem requiruntur signa necessaria, & evidenter eam concludentia, ad tradita per Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 113. n. 3. & seqq.* Panimol. *dec. 51. n. 5. & seq.* Sperell. *dec. 141. n. 2.* & Rot. *dec. 695.*
2 *n. 1. & 2. p. 1 rec.* sive sit verisimiliter evidens, ad quam probandam exigitur jurata confessio conjugum asserentium se coire non posse, & septima manus propinquorum jurantium se credere eos verum fateri, ex notatis per Præposit *in c. laudabilem n. 8.* ibique Butr. *n. 4.* Alex. de Nevo *n. 17.* Barbos.
3 *n. 2. de frigid. & malef.* Sanch. *de matrim. d. l. 7. disp. 107. n. 4. & disp. 109. n. 5.* Pont. *eod. tract. cap. 66. n. 2.* Castrop. *oper. moral. tom. 5. tit. de Sponsal. disp. 4. punct. 9. n. 4.* Gutier. *de matrim. cap. 110. n. 4.* Vermigl. *cons. 453. n. 3. vers. ex prædictis*, & Rot. *dec. 40. n. 3. & 4.* post Zach. *q. Medic. legal.* sive demum sit dubia, & accidentalis, pro cujus justificatione necessaria est inspectio utriusque conjugis, & triennalis desuper condormitio in eodem lecto secundum literalem Text. *in cap. laudabilem de frigid. & malefic.* Hostien.
4 *in summa de frigid. & malefic. §. generaliter, & pro modo n. 10. & 13.* Vermigl. *d. cons. 453. n. 4.* & Sanch. *de matrim. d. disp. 107. n. 9.* semper & indistincte Dominis visum fuit ex documentis in dictis exhibitis concludenter probata: Quia non alterutrum, sed omne genus probationis, quod in qualibet ex supra positis speciebus impotentiæ de jure præscribitur, hic plane concurrit, & sane probatur hic impotentia evidens, & perpetua: quia signa, quæ necessario, & evidenter illam concludunt, justificantur ex duplici medicorum, & peritorum relatione, quorum judicium in hac materia omnino attenditur, & approbatur, Jo: Andr. *in d. cap. laudabilem n. 5.* ibique Card. *num. 2.* Abb. *Antiq. & demum* Alex. de Novo *n. 15.* Gonzal. *n. 6. de frigid. & malefic.* Zac-
5 ch. *q. Medic. legal. tom. 2. lib. 9. tit. 3. q. 3. n. 6.* & Rot. *dec. 80. n. 6.* post eundem.

Illi quippe post iteratam inspectionem corporis D. Co: retulerunt in prima peritia, *Genitale membrum ejusdem esse in radice paulo gracilius, & cum torpida siccitate durum, & sine erectione stupidum.* In secunda autem *idem genitale esse aliquatenus durius, siccius, ac torpidum, omnino incapax ad erectionem, cujus umbram instantaneam tantummodo demonstrat illico flaccescens in totum, neque erigi adæquate, sed debiliter, flaccide, & in arcus formam.* Hæc autem signa sunt omnino certa, & evidenter concludunt omnimodam impotentiam, ut exemplificando, quando membrum
6 est siccum, & aridum, firmarunt Glos. *in cap. laudabilem in verb. ipsius in fin. de frigid. & malefic.* cum qua concordat Innoc. *ibidem n. 1.* quem sequitur Jo: And. *in comment. d. Text. n. 5. & 9.* Ancharan. *n. 7.* Abb. *Antiq. n. 2.* Alex. de Nevo *eodem n.* Præpos. *n. 6.* Gonzal. *eodem n.* Boich. *in cap. fraternitatis n. 4. eadem titulo de frigid. & malefic.* Hieron. Manger *in Arbor Consanguinitatis §. sed quæro vers. sed dicitur n. 203. inter tract. magn. tom. 9. fol. 171.* Stephan. de Gaet. *in repet. Canon. ad limina n. 522. vers. vel habet membrum sicum 30. q. 1.* Pont. *de matrim. lib. 7. cap. 64. num. 1.* Sanch. *eodem tract. lib. 7. disp. 97. n. 6.* Castropal. *oper. moral. p. 5. disp. 4. punct. 13. §. 9. n. 2. vers. si omnino sicca, ita ut erigi ad coitum nequeant*, Rot. *dec. 14. n. 2.* post Zacch. *q. Medic. legal.*

Et quando est torpidum, vel ineptum, firmarunt Joan: Andr. *in d. cap. laudabilem n. 5.* Abb. *antiq. n. 2. de frigid.*
7 *& malefic.* Præposit. *in cap. 1.* ibique Boich. *sub n. 2. vers. vel habet penitus inutile eod. tit.*

Item, quando habet solam instantaneam erectionem in totum flaccescentem, Præpos. *in cap. fin. n. 5. de frigid. &*
8 *malefic.* Speculat. *eod. tit. n. 3. vers. vel habet*, & Zacch. *n. me ic. legal. tom. 1. l. 3. tit. 1. q. 5. n. 22.*

Rursus, quando est flaccidum, Gonzal. *in d. cap. lauda-*
9 *bilem* & Zacch. *ubi supra, & in q. 3. n. 1. ejusdem tit. & lib.*
10 Et denique, quando *erigitur tortuose, vel in arcus formam, aut erigitur sive instantanee, & inutiliter*, notarunt Præpos. *in d. cap. fin. n. 5.* Zacch. *q. med. legal. tom. 1. leg. 3. tit. n. q. 1. sub n. 22. & tom. 2. l. 9. tit. 3. q. 9. n. 5.* & Mascard. *de probat. conclus. 311. n. 4.*

Hoc autem posito, frustra ex adverso opponitur, quòd ex hujusmodi peritorum relatione nō resultet impotentia certa, & perpetua, sed dubia, & conjecturalis, dum in ea præfati periti nedum affirmant, Comitem habere aliqualem erectionem, sed ulterius dubitative deponunt de impotentia ejusdem per dictionem *si*, & per verbum illud *probabile*, ibi, *si perfectiorem erectionem illa, quam inspeximus non exercet, & ex prædictis est probabile, convincitur d. erectionem in eo esse omnino insufficientem.* Etenim aliqualis umbra erectionis, de qua periti deponunt, non excludit perpetuitatem, neque evidentiam impedimenti, dum talis erectio non est sufficiens, & permanens, sed instantanea, languida, & 11
in totum flaccescens; hæc autem cum a sensu visus, & tactus non judicetur talis qualis videtur, & tangitur, absque ratione intellectus, quod cogat inspicientes ratione dubii flectere sensus contrarios, & diversos ab illis, quos tactus, & visus jam tales quales agnoverat judicavit, dicitur utique evidens, & ex oculis corporeis conspicua, ut probant Doctores modo relati *in §. superiori*, & præcise Gonz. *in d. c. laudabilem n. 7. de frigid. & malefic.* & Zacch. *q. medic. le-* 12
gal. tom. 1. tit. 1. q. 5. n. 33.

Neque certitudinem d. impotentiæ excludunt verba peritorum superius relata, quæ stare videntur dubitative: quia ad hoc ut illa respondeant cæteris partibus d. peritiæ, in quibus omnimoda impotentia fuit in judicio sensus, & certitudinaliter firmata, utique instantanea correctio, & contrarietas videtur, subsequens intellectus judicium expressum cum qualitate probabilitatis intelligendum est de probabilitate justa, & rationabili, cum in recto etiam significatur verborum aliquid dicatur probabiliter convinci, & quod juste, & rationabiliter convincitur juxta dictum Innoc. *in cap.* bon. mem. *51.* ibique Panormit. *num. 22. de appellat.* & Hostien. *ibidem citatus.*

Idque clarius, si ponderetur, quod artis periti non tenentur cum omnimoda certitudine physica testificare, sed tantum secundum probabilitatem, seu rationabilitatem, quam ex artis peritia assecuti sunt, ut huic objecto præcise 13
occurrendo firmat Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 113. n. 13. & 15.*

Et omnis removetur dubietas ex eo, quod iidem periti in eadem relatione postquam asseruerunt causam d. impotentiæ provenire a duobus indubitatis principiis; altero scilicet sub peritia artis cadente, nimirum a frigiditate naturalis temperamenti, & a mala constitutione partium principalium insita; altero autem sub aspectu oculorum, & sensuum evidentia, videlicet ex vitio partium, quæ ad Veneris usum sunt destinatæ, infallibilem, & indubitatam deducunt consequentiam, quod impotentia exinde proveniens, sit arte humana incurabilis, adeoque cum hæc juxta eorundem judicium humanis remediis tolli non valeat, negari non potest quin sit evidens, & perpetua, ad Tex. *in cap. fraternitatis de* 14
frigid. & malef. Abb. *ibidem n. 6.* & Barbos. *n. 5.* Navar. *in manual. cap. 22. n. 59. vers. illud autem est perpetuum*, Laym. *Theol. moral. l. 5. tract. 10. p. 4. cap. 11. n. 1. vers. nota autem*, Martin. del Rio *disquisit. magic. l. 3. p. 1. q. 4. sect. vers. auxi* 2. Rebell. *de oblig. instit. l. 3. q. 6. sect. 1. n. 3. cum aliis relatis in dec. quæ confirmatur §. fin.* cor. bon. mem. Paulutio.

Constito igitur ex his de impotentia perpetua per primam speciem probationis, nihil ulterius esset quærendum; quia ubi, prout hic, tale impedimentum probatur ex signis, quæ sunt omnino evidentia, matrimonium statim dirimitur absque ulteriori probatione, & solemnitate, ex Text. *in cap. laudabilem, de frigid. & malefic.* Glos. *in cap. fraterni-* 15
tatis in verb. justum judicium, Hostien. *ibidem vers. si frigiditas potius*, Jo: And. *n. 9.* Abb. *n. 11.* Alex. de Nevo 8. Butr. *n. 3.* Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 97. n. 3.* & Rot. *dec. 14. n. 2. & dec. 40. n. eodem* post Zacch. *q. medic. legal.*

Et nihilominus ad abundantiorem cautelam descendentes ad secundam speciem impotentiæ verisimiliter evidentis, quæ, ut superius præmissum est, erui de jure debet ex jurata confessione utriusque conjugis, & ex juramento septimæ manus propinquorum, subdebant hanc in casu proposito non deesse, dum hic exhibetur confessio jurata, nedum D. Co: sed etiam D. Co: qui etsi in Judicio isto stet pro validitate matrimonii; nihilominus in responsione ad positiones, ingenue fassus fuit, quod licet dederit operam rei nuptiali spatio circiter quatuor annorum continuato, nunquam tamen potuit una caro effici cum D. Co: propter impotentiam coeundi ex defectu erectionis; Hæc autem confessio utriusque conjugis, & præsertim D. Comitis, qui alias cupit matrimonium valere juncta cum juramento undecim Testium domesticorum loco septimæ manus subrogatorum, reddit verisimiliter evidentē impotentiam ejusdem ad coeundum, & sufficiens de jure, ad dissolutionem matrimonii, juxta Tex. *literalem in d. c. laudabilem vers. si autem*, ibique glos. *in verb. frigiditas de frigid. et malefic.* Innoc. *in cap. 1. num. 1. eod.*

1. eod. tit. & ibidem Hostien. *eodem n. in verb. per mensem* Jo: Andr. *n. 2. et 5.* Abb. *Antiq. n. 3.* Alex. de Nevo *n. 8. de frigid. et malefic.* Præpos. *in d. cap. laudabilem num. 4.* Mascard. *de probat. concl. 888. n. 1. cum aliis adductis per* Sanch.
17 *de matrim. d. lib. 7. disp. 108. n. 5.* Spad. *cons. 146. n. 5. tom. 2.* & Menoch. *de arbitr. cent. 2. cap. 104. n 8. et 10. cum aliis per* Rota *in dec. quæ confirmatur §. impotentia*, coram bon. mem. Paulutio.

Neque hujusmodi species probationis excluditur, ex quo confessio D. Comitis utpote emissa septennio jam effluxo, de anno scilicet 1678. respiciat tempus præteritum, non futurum, sicque probet impotentiam de tempore præterito, nullo autem modo de præsenti, in quo potentia coeundi potuit supervenire, siquidem cum illa emanaverit post longam, & continuatam experientiam integri septennii de tempore, quo ipse D. Comes erat in ætate magis viridi, & robusta, validissima intrat juris præsumptio suadens, quod eadem inhabilitas, quæ ei inhæsit de tempore præterito, inhæret nunc de præsenti, & magis augebitur de futuro in ætate invalidiori, in qua potentia generandi paulatim languet, & notabiliter in dies decrescerit, juxta vulgatum adagium in hac materia receptum, quod *Qui non est hodie, cras minus aptus erit*, de quo in his terminis meminit Annæus Robert. *rer. jud. leg. 4. cap. 10. vers. absurdum est dilationis quærere fol. 803.* & Narb. *de ætat. ann. 50. q. 5. per tot.*

Et propterea talis impotentia a D. Comite confessata dici
18 non debet temporalis, sed perpetua, qualis de jure præsumitur ex lapsu minoris temporis, ex triennali scilicet cohabitatione, & hæc præsumptiva probatio inde resultans est vera, & propria probatio impotentiæ perpetuæ, juxta tradita per Glos. *in cap. laudabilem in verb. frigiditas* & ibidem Jo: And. *n. 1.* Aretin. *in rubr. de probat. n. 7. vers. de secunda specie*, Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 36. n. 3.* & Panimol. *dec. 31. n. 28.*

19 Maxime, cum possibilitas superventę potentię exadverso considerata, hic prorsus tollatur ex supradicta relatione peritorum de ordine Rotæ deputatorum attestantium de omnimoda, & præsentata Domini Comitis inhabilitate, nec non etiam ex evidentia facti, ex quo scilicet D. Comitissa a Matronis expertis fuit iterum inspecta, & Virgo reperta, ad Text. *in cap. fin. de frigid. et malefic. et in cap. proposuisti de*
20 *probat. glos. in d. cap. fin. in verb. in fraudem* Innoc. *ibidem n. 2.* Alex. de Nevo *ibidem n. 15.* Anchar. *in cap. 1. n. 4. eod. tit.* & Abb. *in d. cap. proposuisti in princ. de probat.*

Multoque minus relevat, quod in hac specie probationis adhibiti non fuerint propinqui loco septimæ manus, sed Testes domestici, quoniam longe exuberantior probatio resultat ex undecim Testibus domesticis examinatis, & Medico deponentibus de veritate omnium confessatorum per utrosque conjuges, ac de impotentia perpetua coeundi, quam illam, quæ irregulariter educitur ex depositione propinquo-
21 rum, qui de ea solum debent jurare, quod scilicet credant conjuges vera dixisse, adeoque juramentum hoc propinquorum remanet per Testes abunde suppletum, Abb. *in c. Fraternitatis n. 11. de frigid. et malefic.* ibique Barb. *n. 14.* Mascard. *de probat. conclus. 816. n. 8. et 16.* Sanch. *de matrim. leg. 7. disp. 107. n. 3. et 7.* Gutierez. *eod. tract. c. 120. n. 10* Spad. *cons. 146. n. 1. et seqq.* & Sperell. *dec. 142. sub num. 35.*

Eoque magis, quia in casu proposito legitima assignari potest causa, cur propinqui D. Co: vocati non fuerit ad jurandum, ex eo scilicet, quod D. Co: est de eadem familia, ejusque propinqui sunt quoque consanguinei viri impotentiam negantis; hoc enim casu cum sint illi suspecti propter peculiare interesse, quod habent in causa, eorum juramentum non est requirendum, Innoc. *in c. laudabilem in princ.* ibique, Hostien. *n. 3.* Jo: And. & Ancharan. *de frigid. et malefic.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 109. n. 13.*

Neque plus demum merentur attendi exceptiones adductæ pro destruendis dispositionibus duorum testium, qui magis præcise concludunt impotentiam perpetuam D. Comitis, ex eo nempe desumptæ, quod ii sint familiares, & viles in dictis mendaces, & a relationibus peritorum discordantes; etenim, cum in præsenti tractetur de materia difficillimæ probationis, utpote de iis, quæ clam, & abdite fiunt, & in quibus adhiberi non solent personæ nobiles, & integræ famæ, jure admittuntur etiam in testes personæ fa-
23 miliares, & viles, quæ alias essent ad testificandum inhabiles, ad Text. *in l. consensu §. super C. de repud.* Ciarlin. *controv. 234. num. 72. vers. nisi factum esset clandestinum*, & optime Rota *in dec. 351. num. 36. et fere per tot* cor. Greg. *et in dec. 115. n. 7. cum tribus seq. part. 18. et in dec. quæ confirmatur in §. cum dicta confessione*, ubi alii concordantes.

Neque verum est, quod eorum dicta sint varia, & a peritis discordantia; nam si ea non subtiliter criticentur, & enervantur, prout fit a scribentibus pro D. Comite, sed benigne concilientur, & coadjuventur etiam per suppletionem, & interpretationem prout fieri debet de jure ad hoc, ut contrarietates vitentur, juxta *Text. in cap. cum hic 16. et cap. cum tu de Testibus*, incontinenti apparebit, prout modo 24
Dominis visum fuit, quod dicta eorundem testium non sunt in substantialibus varia, neque contraria, quodque in omnibus, & per omnia bene conveniant cum relationibus Medicorum, & Chirurgorum, & si quid ultra continent, non per hoc tamen possunt de contrarietate, seu de falsitate notari, Butr. *in cap. 1. in 2. opposit. de offic. l.* & Greg. *in d.* 25
dec. 351. n. 21. et seqq.

26 Sed cessat penitus difficultas attento numero, & qualitate testium, inter quos adsunt nonnulli omni exceptione majores, necnon attentis tot aliis probationum speciebus hic concurrentibus, si qui adest in eorum personis, vel dictis, Glos. *in leg. testium 3. §. ideoque verb. numerus ff. de Testibus* Alexand. *cons. 5. n. 7. lib. 1.* & Rota *d. dec. 351. n. 4. et 5.* cor. Greg. *et in dec. 638. n. 16. p. 18. rec.*

Et faciunt, ut non obstantibus objectis exceptionibus dd. testes habeantur ac si essent omni exceptione majores apud prudentem Judicem, cujus arbitrio in causis matrimonialibus a jure remissum est, quinam sint testes omni exceptione
27 majores, ut monet Boss. *matrim. cap. 5. n. 63. et 102.* Covar. *eod. tract. p. 2. cap. 8. §. 10. n. 8. in fin.* & Rot. *d. dec. 351. n. 3.* cor. Greg. *et in d. dec. 538. n. 17. et 18. p. 18. to. 2. rec.*

Concurrit hic denique tertia species probationis, quæ de jure desideratur ad justificandam impotentiam accidentalem, & dubiam; nam sepositis etiam his signis, & Medicorum relationibus, quę concludunt ad probationem impotentiæ evidentis, vel verisimilis, adhuc impotentia D. Comitis, quatenus sit accidentalis, & dubia, remanet in præsenti plusquam sufficienter probata ex cohabitatione, quæ inter hos conjuges secuta fuit, nedum per integrum triennium, sed per tria fere lustra necnon successiva inspectione D. Comitissæ non semel, sed bis, & iterum facta, tam ad partis instantiam, quam ex officio, & ordine Sac. Rot. per obstetrices peritas ad hoc deputatas, quæ eam diligenter inspecta, adhibito etiam periculoso Balnei experimento, mandato retulerunt reperiisse virginem, & prorsus intactam; hęc autem virginitatis probatio ex aspectu oculorum arguit absque dubio viri impotentiam; nam si inter signa, cum quibus impotentia dubia, & accidentalis probatur, illud præcipuum est, quod vir voluerit se commiscere cum uxore, quæ se non subtraxit, & tamen ex post mulier intacta reperitur, & virgo, ut optime rem firmat Mascard. *de probat. concl. 888. n. 11.* multo magis talis impotentia probata dici
28 potest in casu præsenti, in quo D. Comes longe ultra triennium cohabitavit, & obdormiit cum D. Comitissa, & cum ea convixit in eadem mensa, & paropside, & pluries conatus est, sed frustra, ad matrimonii consummationem devenire, ut fassi sunt ipsimet conjuges, & deposuerunt nonnulli domestici testes, qui eidem de tempore cohabitationis inserviebant; hoc enim casu viri impotentia indubia redditur, 29
& incontrovertibilis, ut pluribus allegatis firmat *decis. hujus causæ in §. his omnibus*, cor. bon. mem. Paulutio.

Maxime cum his adstipuletur alia præsumptiva probatio resultans ex recusatione congressus nuptialis in termino per Rev. P. D. Vicesgerentem ad congrediendum præfixo: Et hac quippe recusatione magnum adduci impotentiæ argumentum firmat in specie Annæus Robert. *rei judicat. lib. 4. cap. 10. mihi 103.* ibi: *Cur ille congressum retractat, nisi quia in congressu neque verba dare licet, neque fallacia aut frandibus locus est, cum aperto marte, fortique ac valida* 30
colluctione contentio omnis dirimitur.

Nec adversus hanc speciem probationis valet objectum, quod triennium cohabitationis attendi non debeat, cum hoc non incœperit a die decreti Judicis, sed connumeretur a die celebrati conjugii, contra ea, quæ tradunt per Hostien. 31
in cap. fin. de frigid. et malefic. et in summ. eodem tit. §. qualem, et quando n. 12. vers. verum dicit, & per Rut. *dec. 74. n. 7, et in dec. 1194. n. 4.* cor. Coccin. *et in dec. 192. num. 5. post 2. vol. cons.* Farinac.

Etenim triennalis cohabitatio a die decreti de jure semper exigitur in impedimento accidentali proveniente ex maleficio; in quibus terminis intelligendæ sunt, & proce- 32
dunt authoritates superius relatæ at in impedimento naturali proveniente ex frigiditate, vel defectuosa genitalium constitutione, prout in præsenti, provenire probatur ex rela-

tio-

tionibus Medicorum, & Chirurgorum, triennium incepit a die celebrati matrimonii, a qua simul cohabitando dedetunt operam rei nuptiali, Text. *est literalis in d. cap. laudabilem de frigid. & malefic.* ibi? *requisivit quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis; nos vero in præsenti consultatione sentimus, ut a tempore celebrati conjugii, si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium*, & ibi, Glos. *in verbo celebrati, in can. in summa verb. quod autem* 17. q. 1. cum qua concordant Innoc. & Hostien. *in d. c. laudabilem in princip.* ibique etiam Jo. Andr. *n.* 1. *Præpos. in princ.* Alex. de Nevo, & Butr. *uterque n.* 10. Abb. *n.* 1. *vers. quærit his* Abb. *Antiq. in cap. fin. in fin. eodem tit.* Laderch. *cons.* 81. *n.* 21. Hieron. Mongiat. *in Arbor. Consanguin. §. quæro n.* 209. *inter tract. magn. tom.* 9. *fol.* 171. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 6. *cas.* 519. *n.* 14. & Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 110. *n.* 1. & 4. *& per tot.*

33 Et quamvis juxta sententiam, quam Rota sequitur tutius sit expectare triennium post decretum, nihilominus hæc sententia indistincte non habet locum, sed secundum facti circumstantias arbitrium Judicis expectandum, ut ipsamet Rota declarat *in dec.* 1223. *n.* 2. cor. Pen. *in d. dec.* 2291. *n.* 10. cor. Coccin. & testatur, Adden. *ad dec.* 392. *n.* 23. *part.* 3. *tom.* 2. Quare cum in hoc casu tot species pro-
34 bationum concurrant, & præsertim, cohabitatio longæva, nedum per spatium trium annorum, sed quatuordecim, Domini arbitrati sunt hujusmodi novum experimentum a die decreti Judicis numerandum prorsus inutile, &
35 sufficiens fuisse omnino triennalem cohabitationem a die celebrati conjugii inceptam.

Minus autem subsistit, quod alia probatio deducta ex reiteratis inspectionibus D. Comitissæ, & subsecutis relationibus obstetricum, illibatam virginitatem ejusdem D. Comitissæ probantibus, non sit certa, & indubitata, ex quo ocu-
36 lus, & manus sæpe falluntur, ut ait Canon. *nec aliqua* 27. *q.* 1. & tradunt relati per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 91. *n.* 8. Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 63. *n.* 4. & Rot. post Zacch. *q. Medic. legal. dec.* 13 *n.* 10. & Sperell. *dec.* 136. *n.* 1. *& dec.* 935. *n.* 7. *et* 8. cor. Coccin.

37 Quoniam hujusmodi species probationis nedum demandatur a Sac. Canonibus in his casibus, in quibus ex capite impotentiæ agitur ad dissolutionem matrimonii, ut videre est *in c. laudabilem, in c. fraternitatis, et in c. fin. de frigid. et malef* sed etiam omnes alias vin-
38 cit probationes, neque hac ulla major jure in Canonico reperitur, Teste Innoc. *in c. proposuisti de prob.* Bald. *ibidem n.* 4. & secutus est *in l. Deo nobis n.* 7. *C. de Episcop. et Cleric.* Panormit. *in d. c. proposuisti n.* 1. Barbat. *n.* 7. Imol. *n.* 2. *et* 3. Castropal. *oper. moral. p.* 5. *tract.* 28. *de sponsal. et matrim. disp.* 4. *punct.* 14. §. 10. *n.* 6.

Fortius, ubi, prout hic, mulier fuit pluries visitata per matronas expertas, & obstetrices peritas, & de mandato Judicis fuit adhibitum balneum; hoc enim casu cum cessat quælibet fraudis suspicio, quæ alias potuerit ad simulandam virginitatem adhiberi, cessat etiam suspicio a textu considerata, quod oculi, & manus sæpe
39 falluntur, & probatio inde promanans est valida, & certa, uti talis admittitur *in c. causam, quæ probat.* ubi respondetur Canoni, *nec aliqua* 27. q. 1. & docen Hostien. *in d. cap. causam n.* 14. Abb. *in c. fraternitatis de frigid. cum aliis relatis*, per Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 113. *n.* 11.

Postremo non obstat, quod talis inspectio facta fuerit per duas tantum obstetrices, quodque in ultima illarum deputatione demandata per Sac. Rot. fuerit ex parte viri tanquam suspecta allegata Margarita vulgo dicta la Sermoneta, quia quoad numerum omnes Doctores in hoc quidem con-
40 veniunt, quod duæ tantum, aut tres alternative sufficiant, ex firmatis per Rot. *in prioris hujus Causæ dec. §. his omnibus* cor. bon. mem. Paulutio; Quo vero ad personam Sermonetæ animadversum fuit, quod dum illa in priori peritia jam fuerat a partibus hinc inde approbata, non potuit amplius sine causa suspicionis post d. priorem peritiam superventa a
41 Comitissa subjecta allegari, argumento Text. *in cap. insinuante ..... de potest. Judic. delegat.*

Et ulterius cessat objectum ex facto, dum allegatio suspicionis facta dignoscitur re non integra, postquam D. Comitissa fuerat ab eadem visitata, & relatio visitationis in actis Causæ producta.

Probata itaque ex his naturali impotentia D. Comitis per omnes probationum species a jure approbatas, frustra exadverso opponitur acquiescentia D. Comitissæ per longum tempus, ex qua deducitur, quod cum ipsa non reclamaverit post annum; non possit amplius
audiri super impotentia viri asserentis se potentem ad 42
copulam, Tex. *in c.* 1. *de frigid. et malefic.* etenim cum D. Comitissa per certa signa demonstraverit viri impotentiam, audienda est, non obstante cujusvis temporis lapsu, cum eo casu per aliam fortiorem elidatur præsumptio consummationis matrimonii resultans ex diuturna uxoris taciturnitate, cui innititur dispositio, Tex. *in d. c.* 1. ut declarant. Innoc. *ibidem n. ult.* quem sequuntur, Hostien. *in d. c. ult. in fin.* Jo: Andr. *n.* 4. *et* 7. Abb. *n.* 5. Præpos. *n.* 8. Anecharan. *n.* 7. Alex. de Nevo *n.* 7. *et* 13. cum aliis cumulatis per Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 109. *num.* 5.

Præterquam quod præsumptio ista ex acquiescentia uxoris elicita, locum sibi vindicat; ubi casus est dubius; non autem quando, prout hic, mulier aspectum probat se virginem, & intactam; hoc enim casu potius credendum est uxori neganti, quam viro copulam 43
affirmanti *c. proposuisti de probat. cap.... eodem tit.* Innoc. *ibidem in verb. credendum*, & Jo: Andr. *n.* 7. *et* 8. Anecharan. *n.* 8. Alex. de Nevo *n.* 8. *et* 12. Hostien. *in summa §. generaliter, et quando n.* 10. *tit. de frigid. et malefic.* Guttier. *de matrim. d. cap.* 120. *n.* 21. Vermigl. *cons.* 553. *n.* 7. & Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 109. *n.* 5. *et* 14.

Et ita Partibus hinc inde informantibus pro dissolutione matrimonii fuit resolutum.

R.P.D. DELL'OLMO.

Romana separationis Tori.

Lunæ 9. Decembr. 1697.

ARGUMENTUM.

Approbat hæc Decisio theoricam Card. de Luca *de Matr. disc.* 11. *& disc.* 17. quod nempe pendente judicio super separatione tori ob sævitias non sit manutenendus vir in possessione obsequiorum conjugalium adversus uxorem, si ista in Judicio paraverit probationes, licet ineptæ dignoscantur, pro tori separatione. Multi actus qui in decisione enucleantur, insufficientes declarantur ad probandam sævitiam in viro.

SUMMARIUM.

1 *Pendente judicio super separatione tori mulier tenetur præstare viro matrimonialia obsequia.*
2 *Limitatur quoties ex causa sævitiæ viri separatio a muliere postuletur, ac probationes super ea fuerint in promptu coram Judice exhibitæ.*
3 *Hujusmodi autem limitatio etiam procedit, licet Judex dignoscat, quod probationes pro separatione tori sint inefficaces.*
4 *Mulier non est vero restituenda, si inter ipsum, & mulierem adhuc considerabiles pendent lites.*
5 *Exponitur ratio hujus conclusionis.*
6 *Declaratur* Text. in cap. ex transmissa, in cap. literas de test. spoliat.
7 *Relevantia probationum in causis separationis tori in arbitrio Judicantis est reposita.*
8 *Sævitia ut causare possit tori separationem debet esse intolerabilis, & gravis.*
8 *Et tales exiguntur actus, ex quibus implacabile odium viri sevientis metusque rationabilis in muliere reclamante promanet.*
10. *Juste tantum quis dicitur timere, si actus etiam constantes faciant timere.*
11 *Mulieres pauperes, & ancillæ uxoris non probant in causa separationis tori, in qua concludentes exoptantur probationes.*
12 *Animi alienatio quæ potest referri, vel ad ætatis disparitatem, vel ad aliquod leve sæpe inter conjuges contingibile jurgium non præstat argumentum sævitiæ pro obtinenda separatione tori.*
13 *Ad tuendam pudicitiam matronæ quæ natalibus, honestate, & præclaribus præfulget moribus, non exposcitur viri solicitudo.*
14 *Actus provenientes ex zelotypia non demonstrant virum esse sævientem.*
15 *Non dedecet viris ad evitandam suspicionem uxores domi custodire.*
16 *Non decet mulieribus vagari.*

17 *Sunt commendandæ mulieres; si domi se detineant; reique familiari sedulo incumbant.*
18 *Actuum frequentia, & consuetudo in non se bene agendo cum mulier valent tori repertare separationem, non autem unicus actus.*
19 *Aggressio cum ense est considerabilis in judicio separationis tori, ubi in aggressore probetur animus occidendi, vel feriendi uxorem.*
20 *Secus si cesset talis animus.*
21 *Testes de auditu non probant.*
22 *Sævitia non probatur ex minis; si non justificetur, quod vir sit naturæ terribilis, vel quod illas aliquando exequi consueverit.*
23 *Præsertim, si emanaverint a viro discreto, & qualificato.*
24 *Excessus inopinatus sævitiam non probat.*
25 *Reconciliatio præteritas animi amaritudines abluit.*
26 *Præcipue, si illæ processerint ex levibus causis.*
27 *Lites civiles inter virum, & uxorem præbere non possunt causam separationi tori, si ex illis orta non sit irreconciliabilis inimicitia, & capitale odium.*

DECISIO XII.

MArchionissa Pettonilla, quæ post diuturnam cum viro cohabitationem de ipsius consensu, Summoque Pontifice authore de anno 1690. ab eo divertetat ingressura Monasterium Monialium Spiritus Sancti, sub prætextu, ut genitrici ibidem ægrotanti filiali obsequio subveniret, controversiam super alimentis sibi a Marchione Francisco viro in eodem monasterio præstandis nuper judicialiter excitavit cor. Eminentiss. D. Cardinali Urbis Vicatio, hujusque litigii forsan occasione gravior emersit inter hos conjuges contentio super separatione tori, cui locum esse ob sævitiam viri aliisque de causis in processu desuper compilato adductis ex parte mulieris proponebatur; verum cum Eminentiss. Vicarius suam tulerit sententiam, in qua absoluto Marchione ab experita per uxorem perpetua toti separatione, eandem tamen cogendam minime declaravit ad redeundum cum viro, quousque vigerent aliæ lites, quæ inter eosdem conjuges effetbuerant: Hinc devoluta per appellationem ab utroque collitigante interpositam causa ad nostrum Tribunal, illiusque commissione mihi delegata, cum non eo minus instaret Marchio, ut sibi decerneretur manutentio in exigendis ab ejus uxore matrimonialibus obsequiis, quo acrior erat contentio super articulo separationis in petitorio, datum propterea fuit dubium utriusque articuli complexivum, *An scilicet danda sit manutentio, vel potius sit locus separationi tori*, super quo re mature discussa, non esse dandam manutentionem, nec esse locum separationi tori in hodierna audientia rescripserunt.

Quod enim attinet ad manutentionem, quamvis pendente Judicio super tori separatione, videatur hoc interim cogenda mulier ad matrimonialia obsequia viro
1 præstanda, juxta Text. *expressum in cap. ex transmissa, & cap. literas de rest. spoliat.* ibi Abbas *n.1. cap. 2. ut lit. pendent.* Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 2. sub n. 15.* Campanil. *diverf. jur. canon. rubr. 9. cap. 3. sub n. 44. vers. subsistit igitur* Add. ad Buratt. *dec. 815. in fin.* Castald. *consult. 266. n. 6.* Rot *post eun.dem consult. in Venetiana matrim. 5. Maii 1653.* cor. Verospio *per tot.* cor. Bich. *dec. 412. n. 13. & in Romana Separationis tori 3. Maii 1694. §. multum quippe* cor. Rev. P. D. meo Priolo, si tamen separatio ex causa sævitiæ viri a muliere postuletur, ac probationes super ea fuerint in promptum cor. Judice exhibitæ, communior in Tribunalibus inolevit praxis reponendi mulierem in loco tuto, quousque Judicium ipsum separationis definitive fuerit terminatum, Zabarell. *cons. 9. n....* Valenzuel. Velasquez. *cons. 144. sub n. 5a.* Guttier. *q. canon.*
2 *lib. 1. c. 24. n. 6. & 7.* Campanil. *divers. jur. canon. rubr. 6. cap. 3. sub n. 44.* Gonzal. *in cap. 6. sub n. 12. de divort.* Sanchez *de matr. lib. 10. disp. 18. n. 30.* Card. de Luca *eodem tract. disc. 11. n. 2. & 13. & disc. 17. sub n. 3. & seq.* Rota cor. Merlin. *dec. 67. n. 1.* ubi de praxi nostri Tribunalis, *& in Colonen. separationis tori 18. Maii proxime præteriti principii* coram R. P. D. meo Caprara.

Quod & in hypothesi servandum esse DD. arbitrati sunt, & si probationes super sævitia a Marchionissa inductæ alioqui ex inferius subnectendis inefficaces apparuerint ad eum finem admittendæ separationis in perpetuum, nedum quia ubi agitur de illa concedenda ad tempus, levior etiam ac summaria informatio passim attendi solet, ut arguit Text. *in leg. æquissimum ff. de ususfr.* *observ.* Navar. *cons. 5. n.... de divort. lib. 4.* Campanil. *divers. jur. canon. d. cap. 3. sub eodem n. 44.* Sanch. *de matr.*
disp. 18. sub n. 30. verum, & eo potissimum quod inter 3
hos conjuges ultra pendentiam Judicii super perpetua tori separatione, aliæ insuper insurrexerunt Judiciales controversiæ, quæ civiliter coram diversis Judicibus agitantur; Tum videlicet super confectione inventarii copiosi patrimonii, quod merito in dotem a Marchionissa collatum fuit; Tum rursus super prætensa per Marchionem repetitione expensarum, quas pro vindicandis bonis dotalibus a molestiis in Tribunalibus Regni Neapolis illatis effudisse contendit; Tum etiam super allegata per Marchionissam distractione plurium locorum montium dotalium nullo penitus, vel minus valido subsecuto illorum pretii reinvestimento; Tum demum super prætensa redditione rationis nominum debitorum in genere assignatorum in dotem, prout ex pluribus monitoriis expeditis, & in actis reproductis cor. R. P. D. Vicesgerente; non enim par esse videtur, quod uxor viro restitui oporteat donec, & quousque non fuerint terminatæ omnes, & singulæ præfatæ lites, quocum lites intercedunt, non parvi momenti, quæve statum integrum ejus dotis percutiunt, Cravett. *cons. 31. n.... & seq.* Sanch. *de matrim. lib. 10. sub n. 33. & seq.* Sperell. *dec. 139. n. 55.* ea plane ratione, quod si fieret restitutio ante hujusmodi causarum terminationem vir forsan
sæviret in uxorem secum litigantem, vel violenter induce- 4
ret eam ad desistendum a lite, ut notabiliter ait Abb. *in d. c. ex transmissa n. 2. in fine de restit. Spoliat.* & concordat ibidem Gloss. *fin. in verb. violentiam.*

Parum relevante dispositione citatorum textium *in capi-*
te ex transmissa, & capite literas de restit. Spoliat. in illis 5
enim contrarium determinatur duntaxat in casibus, in qui-
bus mulier propria authoritate, & absque Judicio Ecclesiæ 6
a marito divertit, multoque propterea probationum genere adhuc fulcitæ sint causæ ad impediendam petitam restitutionem per mulierem præpositæ, ut relatis antiquioribus explicat Cappon. *cent. forens. 61. n. 9.* Ideoque eorum dispositio obstare non potest Marchionissæ quæ annuntiante viro, & authoritate Summi Pontificis in Monasterium profecta successive integrum suarum probationum processum coram Judice exhibuit; cum cæteroquin, ubi ex restitutione uxoris facienda marito, aliquod illi irreparabile damnum, sive in persona, sive in bonis timeri contingat ipsis mulieris custodiam probæ, ac honestæ matronæ usque ad causæ decisionem committendam esse in utroque ex laudatis textibus præcipiatur, ut ibidem animadvertunt Gloss. & DD. Sanch. *de matrim. lib. 10. d. disp. 10. sub n. 2. cum aliis in principio allegatis.*

Hæc autem, quæ exuberare videbantur, ad effectum denegandæ manutentionis in materia in qua probationum relevantia in arbitrio Judicis plurimum reposita est, Abbas *in d. cap. ex transmissa n. 7.* Bald. *cons. 116. sub n. 2. vol. 1.*
Roland. *cons. 27. n. 4. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cen-* 7
tur. secunda cas. 135. Pont. *de matrim. lib. 9. cap. 23. sub n. 5.* Card. de Luca *de matrim. disc. 11. in fine, & disc. 15. n. 3. & seq.* Rota coram Seraph. *dec. 326. n. 1.* nequaquam sufficere DD. existimarunt pro decernenda tori separatione in perpetuum, prout ex parte mulieris postulabatur.

Assumendo siquidem examen probationum super sæ- 8
vitia D. Marchionis, ex qua causas suæ separationis præcipue D. Marchionissa deducere conabatur, cum regula sit, ut sævitiæ ad hunc effectum debeant esse intollerabiles, & magnæ, Abb. *in d. c. ex transmissa in princ. & n. 4. & 5. lib. 2.* Sanch. *de matrim. d. disp. 18. n. 12.* Cappon. *contr. forens. 61. sub n. 3.* Buratt. *dec. 815. n. 3.* Coccin. *dec. 2011. sub n. 2.* Rota *in rec. dec. 270. n. 1. p. 13.* ex quibus deducitur, tales sint, ut ex illis implacabile odium viri sævientis, metum rationabilem in muliere reclamante Judex conjicere valeat, Adden. ad Buratt. *dec. 815. n. vigesimo primo*, Castald. *controv. 266. n. septimo*, Rota cor. Coccin. *dict. dec. 2013. n. 2.* & cor. Bichio *dec. 425. n. 1. & in rec. dec. vigesima quinta, numero undecimo part. undecima*, nam varii timoris nulla habetur consideratio *leg. 3. ff. ex quibus causis*, cum juste duntaxat timere dicatur, qui timet, quod etiam constantes timere solent,
Bald. *cons. 176. numero secundo, vol. primo*, Rota di- 9
vers. dec. 278. num. decimo, & undecimo, parte quarta, Priol. *dec. 170. numero vigesimo.*

Profecto genus hoc probationis non præstant quatuor testes a Marchionissa inducti; omisso enim, quod eorum tres sunt pauperes mulieres, & ancillæ D. Marchionissæ, quarum testimonio non ita facile deferendum vide-

videbatur in hac causa separationis, quæ tanquam gravis, & ardua, necessarias omnino, & concludentes exigit probationes, Farinac. *de delict. carnal. quæst.*134.*n.*203. Sanchez *matrimonio in dicta quæst.*18. *sub num.*10. Pont. *eodem*
11 *tract. dicta quæst.* 23. *n. sexto*, Adden. ad Pamphil. *decis.* 476. *la* 2. *n.*5. Sperell. *decis.*239. *num. nonagesimo secundo*, Rota coram Buratt. *decis.*711. *numero primo*, & *decis.*815. *numero secundo*, & *in recent. decisione trigesima quinta numero nono parte undecima*, & coram Bich. *decis.*425. *num.* 2. coram Priol. *dec.*452. *num.* 2. Adhuc eorum depositionibus diligenter rimatis nil prorsus ad probationem allegatæ sævitiæ confert, quod ab anno 1681. Marchio Franciscus nunquam torum, & raro mensam uxori communicaverit, verbisque contumeliosis illam quandoque impetiverit, utrunque enim exinde argui possit, aliqua animi alienatio, quam peperisse potuit, vel ætatis disparitas, vel aliquod leve sæpe inter conjuges contingibile jurgium, hæc certe nullum argumentum præstat sævitiæ,
12 qualis requiritur in dissolutionem mutuæ cohabitationis ex superius allegatis, & late probat Gonzalez *in cap.*1. *sub n.* 12. *de divor.*

Prout nec magis sævitiam indicant clausura fenestrarum, prohibitio discessus in diebus festivis ab Arce S. Angeli, ubi Dom. Marchio Præfecturam exercet nimiaque ejusdem viri solicitudo, ne uxor, vel recreandi animi causa frequenter alio diverteret; nam etsi hujus nobilis matronæ insignis honestas ejusque candidi mores pro illius pudicitia tuenda,
13 tantam viri sollicitudinem non exposceret, juxta tradita per Tiraquell. *de legib. connub. libr. sexto gloss. prima parte* 16. *sub n.* 9. non ideo tamen damnandi de sævitia actus hujusmodi, quia virum potius zelotypum, propriæque
14 uxoris nimium vigilem asservatorem, non autem immoderate sævientem ostendunt, viris siquidem evitandæ suspicionis gratia uxores domi custodire non dedecet *leg.*
15 *consensu §. Vir quoque ff. de repud.* Speculator *titul. qui filii sint legitim. §. primo si viro absente*, & quemadmo-
16 dum mulieribus vagati non decet, ut inquit Text. *in leg.* 1. *Cod. de offic. divers. Judic. capite mulieres in princip. de Judic. in* 6. Ita summopere commendandæ sit domi se detineant, reique familiari sedulo incumbant, ut mo-
17 net Tiraquell. *in leg. connub. gloss. prima part.* to. *n.* 12. & 37. Cassaneus *in catal. glor. mund. part.* 2. *considerat.* 25. Mastrill. *de magistrat. lib.* 2. *capite* 7. *num.* 27. Grat. *discept. forens. cap.* 215. *n.* 47. & 48. Gonzalez *in cap.* 6. *de sent. excom.*

Potissimum vero, quia neque hanc custodiæ severitatem probant testes inducti, cum imo ex eorum depositionibus colligatur, quod Marchionissa in diebus feriatis ad diversa Monasteria, & singulis diebus venetis ad Ecclesiam S. Mariæ in Vallicella accederet, & aliquando etiam cum filiis ad opus Scenicum fuerit traducta.

Ex quibus cum de irrelevantia prænarratorum actuum aperte constet, frustra etiam a defensoribus Marchionissæ allegabatur, quod vir illam semel alapa percusserit, iterum denudato ense fuerit aggressus, ac demum minas de verberando adversus illam protulerit, ultra quod enim alapæ inflictio, ubi etiam probaretur tanquam unicus actus, attendi non deberet ad inducendam sæviriam, pro cujus proba-
18 tione actuum frequentia, & consuetudo inspici debet, Rolan. *cons.*27. *n.*12. *lib.*3. Riminald. *cons.*71. *n.*8. & *seq.* Sanc. *de matrim. d. disp.*18. *sub n.*16. Capon. *contr. for.* 61. *sub n.*3. Cassald. *contr. forens.* 266. *n.*88. Bich. *dec.* 421. *n.*5. Rot. *in rec. decis.* 35. *n.* 12. *p.* 11. Buratt. *dec.* 815. *n.* 9. Quemadmodum, & aggressio cum ense tunc esset considerabilis, ubi in aggressore probaretur animus occidendi, vel feriendi uxorem *l. metum ff. quod metus caus.* Gloss. *in cap. dilectus*
19 *de his, quæ vi*; secus autem cessante hoc animo, & ad alium effectum, ut exemplificat Ponc. *de matrim. lib.* 9. *cap.* 23. *n.*5. Rota *post* 2. *volum. cons.* Farinac. *decis.* 371. *n.* 11. deficit
20 præterea utriusque actus probatio, cum de his deponant duo soli testes de auditu, alter a famulis, & alter ab ipsa Marchionissa, quos, si regulare est, nullum constituere gradum probationis, Paris. *consil.* 54. *num.* 17. & 24. *lib.* 4. Farinac. *cons.* 157. *n.* 6. *libr.* 2. Capon. *d. contr. forens.* 61. *n.* 5. Rota *dec.* 324. *n.* 18. *p.* 6. *rec.* & cor. Priolo *dec.* 170. *n.* 4. eo magis ita censendum est, cum eorum fidem destruant
21 alii ab eadem Marchionissa inducti, qui vel coarctant negativam cujuslibet generis percussionum, vel de his nec verbum quidem proferunt, tametsi minutatim retulerint quamplures ineptias, parum tamen, vel nihil ad objectam sævitiam conducentes.

Minæ vero, cum non probetur, quod Dom. Marchio sit naturæ terribilis, istasque aliquando exequi consueverit, nec servitiam de præterito, minusque periculum in futurum probare sunt aptæ, Paris. *dict. cons.* 54. *n.* 3. *lib.* 2.
Rolend. *d. cons.* 27. *n.* 21. *lib.* 3. Ponc. *de matrim. dict. cap.* 22
23. *sub n.* 5. Sanchez *eodem tract. d. disp.* 18. *num.* 13. & 16. Castald. *d. consult.* 226. *n.* 20. Sperell. *decis.* 139. *num.* 17. & *seq.* & *n.* 45. Bich. *decis.* 412. *num.* 9. Priol. *dec.* 270. *n.* 18. cum possint elusoriæ minæ fieri, ut inquit *J.C. in leg. hæc autem ff. si quis pius*, ubi Glos. *in verbo minæ*, Præsertim cum emanaverint a viro discreto, ac emendatæ vitæ, cujus probitatis argumentum est illius apud plures Summos Pontifices probata fides, qua toties meritus fuit in Præfectum 23
Castri Sancti Angeli confirmari; nam ubi, attenta viri consuetudine ejusque facili a natura indito ingenio, excessus fuerit inopinatus, sævitiam non probat, nec est causa justa petendæ separationis, Sanch. *d. disp.* 18. *n.* 16. Buratt. 24
dec. 815. *n.* 10.

Et in universum addebant DD. quod cum omnes prædictos actus subsecuta fuerit non modica inter ipsos conjuges conversatio, hæc utique probat eorum reconciliationem, quæ sicuti animi amaritudines, si quæ intercesserint, ab- 25
luit, Riminald. *Jur. cons.* 174. *num.* 18. Buratt. *dict. dec.* 815. *n.* 12. Bich. *dict. dec.* 412. *num.* 8. & *dec.* 425. *num.* 6. Priol. *decis.* 170. *num.* 11. & 12. ita eo facilius præsumitur, ubi ut in hypothesi dissidia ex levibus causis, & sic ex animi levitate processerunt, ut observat Bald. *cons.* 176. *sub n.* 3. *volum.* 1.

Semoto ex prædictis titulo sævitiæ, in vanum recurre- 26
batur ad lites civiles, quæ postea inter eosdem conjuges successerunt. Quia, cum istæ eo non pervenerint, ut ex illis capitale odium, & irreconciliabilis inimicitia inter illos oriri potuerit, prout ad perpetuam tori separationem 27
oporteret, ad notata per Cravett. *consil.* 31. *n.* 4. plene, Rota *dec.* 2011. *num.* 38. & *seqq.* coram Coccin. satis propterea mulieris indemnitati prospectum DD. existimarunt eidem impartiendo temporaneam a viri separationem usque quo lites ipsæ duraverint, juxta priorem partem resolutionis.

Et ita conclusum fuit, utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Romana Separationis Tori.

Merc. 5. *Martii* 1698.

Est Decisio præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Pendente judicio super separatione tori inter virum, & uxorem, postquam mulier probationes exhibuerit, debet, vel pene honestam matronam, vel in Monasterio collocari.*

2 *Pendentibus litigiis inter virum, & uxorem, Judex non debet permittere, quod redeat ad domum viri.*

3 *Etiam si viri favorabiles reportaverit sententias, si adhuc pendeat appellatio.*

4 *Appellatio ponit rem in statu, quo erat ante sententiam.*

5 *Ut ex causa sævitiarum locus sit separatione tori, exigitur atrox, & immoderata sævitia de præterito, quodque concurrat metus, quod vir atrociter sæviet in futurum.*

6 *Levis, & moderata uxorum castigatio viris licita est.*

DECISIO XIII.

Audito hodie Marchione Francisco super resolutione capta die 9. Decembris proxime præteriti DD. eandem sententiam amplexi, iterum censuerunt illi denegandam esse manutentionem, in exigendis matrimonialibus obsequiis a Marchionissa ejus uxore, non tamen fore decernendam perpetuam tori separationem, quæ ex parte mulieris postulabatur.

Ratio primæ partis denuo desumpta fuit tum ex communiori Tribunalium praxi, ut pendente Judicio super tori separatione editisque a muliere probationibus pro fundamento propriæ intentionis, ista vel penes honestam matronam, vel in Sac. Monialium Cœnobio custodienda reponatur, do-

nec

nec Judicium ipsum per rem judicatam terminetur sicuti testatur Card. de Luca *de matrim. disc.* 11. *n.* 2. *&* 3. Ventrigl. *in prax. rerum notab. annot.* 19. *n.* 35. §. 1. Capon. *discept. forens.* 29. *n.* 51. Peguer. *dec.* 20. *p.* 1. Rota cor. Merl. *dec.* 67. *n.* 1. *cum cæteris adductis in præterita decisione* §. *quo enim* tunc etiam ex quo pendentibus adhuc inter eos conjuges pluribus judicialibus controversiis recensitis *in dicta præterita decisione* §. *quod*, *& in hypothesi*, quorum etiam aliquæ tendunt ad stabiliendum integrum fere statum dotis ejus nobilis mulieris, non videbatur interim arctanda ad redeundum animo hospitandi cum viro, ne forte timore futuræ sævitiæ a promovendis propriis juribus arceatur, Glos. *in l.* 1. §. *honorandæ verb. metu ff. quorum rerum act. non datur*, Abb. *in c. ex transmissa*, *sub n.* 4. *in fine de restit. spoliat.* & luctuosior evadat reditus, quam fuerit discessus, cui occurrendum esse eleganter monet Bald. *cons.* 240. *in princip. vol.* 3.

Haud relevante, quod in principali controversia, vertente super confessione inventarii bonorum dotalium Marchionissæ, ita in priori instantia succubuerit. Quoniam, cum ab hujusmodi judicato pendeat appellatio Judicis, ulterior progressus est expectandus; appellatio enim sententiæ vires infringit, illius effectum suspen-
3 dit, remque ponit in statu, quo erat ante ipsam sententiam *leg.* 1. § *propter ff. nihil innovandum appellat. interque leg. appellat. Cod. de appellat.* Scacc. *de appellat. c.* 2. *q.* 3. *n.* 84. Rota coram Bich. *dec.* 585. *n.* 8. *&* 9. & coram Cerro *dec.* 370. *n.* 8. *&* 9.

Nec minus validiora visa sunt fundamenta secundæ resolutionis, sævitia nanque Marchionis, potissima causa petendæ separationis tori nequaquam resultat ex pluribus ex actibus a Marchionissa in præterita causæ dispositione cumulatis, quippe qui vel nullo modo probantur a testibus singularibus, pluresque patientibus exceptionibus in eorum dictis, ac personis, ut animadvertit *d. præterita dec.* §. *Profecto*, vel certe ejusmodi non sunt, ut exinde argui potuerit atrox, & immoderata sævitia de præterito, metusque probabilis, quod D. Marchio atrociter sæviet in futurum; cum tamen hæc duo copulative necessario concurrere debeant, ut ex capite
4 sævitiæ ferenda sit sententia super perpetua tori separatione, *c. literas*, *& c. ex transmissa*, ubi Abb. *n.* 2. *de rest.*
5 *spoliat.* Hostiens. *in summa de restit. spoliat.* §. *in casibus n.* 4. Barb. *in rubr. ff. solut. matrim. p.* 2. *n.* 22. Conutar. *de sponsal. p.* 1. *cap.* 6. §. 5. *n.* 1. *& seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *n.* 16. Campanill. *divers. jur. Canon. rubr.* 6. *c.* 3. *sub n.* 46. Jul. Capon. *discept. forens.* 29. *n.* 38. Rota *dec.* 155. *n.* 1 *& dec.* 324. *n.* 31. *& seq. p.* 6. *rec.* & cor. Bich. *dec.* 425. *n.* 1. levis siquidem, & modetata uxorum castigatio vitis licita est, ut illas in obedientiam confoveant, & ad
6 matrimonialium obsequiorum debitum revocari compellant, *l. si A. ulterium* §. *Imperator* §. *ad leg. Juliam de adulter. leg. unica Cod. de emendat. propinquior gloss. fin. in c. placuit* 33. *p.* 2. Valens. Valasq. *cons.* 144. *n.* 43. *& seq.* Tiraquell. *in primam leg. connub. gloss.* 1. *p.* 1. *n.* 22. *&* 23. Rosignol. *de effect. matrim. contract.* 15. *adnot.* 14. *sub n.* 4. Ducan. *dec.* 72. *n.* 6. Priol. *dec.* 170. *n.* 8. *cum aliis*, *quos refert* Jul. Capon. *discept. forens.* 29. *n.* 37. *& seqq.*

Et ita conclusum est in contumaciam Marchionissæ diu expectatæ, & informare recusantis, &c.

R. P. D. MOLINES.

Calaguritana Decimarum.

Sab. 23. Jan. 1694.

ARGUMENTUM.

Quoties in Diœcesi Parochiæ non sunt distinctæ, Parochus universalis est Episcopus qui habet jus decimandi, juxta tradita per Card. de Luca *de Decim. disc.* 1. & decimarum quota ipsi debita debet ab omni onere esse immunis; exercentes actualem curam animarum adversus Episcopum Parochum universalem non possunt allegare præscriptionem, cum ipsi pro Episcopo possideant.

SUMMARIUM.

1 *Jus decimandi Ordinarius acquirit ex simplici decennali præscriptione.*
2 *Statutum factum a Beneficiatis super jure decimandi Episcopo non præjudicat, si ejus non intervenerit consensus.*
3 *Confirmatio obtenta cum erroneo supposito, illo corruente, nihil operatur.*
4 *Confirmatio Statuti facta ab Episcopo cum clausula, dummodo non sit præjudiciale Juribus Episcopatus, non est allegabilis ad irrogandum præjudicium Episcopali Ecclesiæ.*
5 *Episcopus est Parochus universalis, si Parochiæ non sint distinctæ.*
6 *Et eo casu habet jus percipiendi decimas ex quibuscunque bonis decimalibus sitis in sua Diœcesi.*
7 *Constitutio Synodalis edita de consensu Cleri est tanquam jus particulare ab omnibus in Diœcesi servanda.*
8 *Concordia super decimis servari debet.*
9 *Quoties Episcopus sit Parochus universalis contra ipsum Ministri subalterni nequeunt super jure decimandi allegare præscriptionem.*
10 *Contra Episcopum non datur præscriptio in jure decimandi, nisi probetur ejus scientia, & patientia.*
11 *Ad probandam immemorabilem requiritur, ut nihil unquam dictum, visum, aut auditum fuerit in contrarium.*
12 *Decimæ debentur ex omnibus fructibus, nulla facti distinctione.*
13 *Decima debetur ex novalibus.*
14 *Locatio effectum sortita probat.*
15 *Consuetudo & præscriptio juris decimandi, ut suffragari possint, exigitur probatio, quod decimæ petitæ fuerint, quod extiterint recusata, & rejectioni acquietum sit.*
16 *Decimæ sunt ducendæ ad horreum.*
17 *Decimæ debitæ Ordinario debent esse immunes a quacunque deductione.*
18 *Constitutio Synodalis approbata a Papa attendi debet.*
19 *Sententia emanata contra legitimum contradictorem afficit etiam non citatos.*
20 *Decimæ sunt absque onere in horreis Episcopi, & ministrorum transportandæ absque ulla deductione.*
21 *Antiquitus Episcopus recipiebat omnes decimas, ut juste aliis Clericis distribueret.*
22 *Si Episcopis sit Parochus universalis; Ministri subalterni debent reddere rationem de decimis administratis.*
23 *Et ad hunc effectum tenentur libros rationis conficere, aliaque peragere quæ notantur.*

DECISIO XIV.

ADvertens modernus Reverendissimus Episcopus Calaguritanus maximam pati diminutionem in reditibus sui Episcopatus ob plures usurpationes Decimarum, quas faciunt quamplurimæ Communitates Beneficiatorum Ecclesiarum Parochialium suæ Diœcesis, tam respectu quotæ, quam speciei bonorum fructuum, & deductionum ad reintegrandam Mensam Episcopalem in Juribus negligentia antecessorum amissis, Judicium fere universale coram Provisore Generali contra dictas Communitates instruxit *Summario Episcopi n.* 1. Quarum aliquæ agnoscentes justam petitionem Episcopi, cum ipso concordarunt, *dicto Summario n.* 2. Aliæ ad favorem ejusdem Episcopi liti renunciarunt. Aliæ usurpationem Decimarum defendentes contrariam sententiam passæ sunt in petitorio, & aliæ etiam in possessorio cor. D. Provisore, *Summario n.* 4. A qua appellantes Rei ad Sanctam Sedem, & hac de causa ad hoc Supremum Tribunal controversia devoluta, mihique commissa. Primo eam proposui die 27. Novembr. 1693. sub duplici dubio, *An, & quæ Decima debeantur Episcopo, & Communitatibus Beneficiatorum Ecclesiarum Parochialium respective*; *Et an, & quæ deductiones ex communi acervo esset permittendæ ante divisionem, & quomodo sit reddenda ratio Decimarum per Beneficiatos Administratores*. Cumque tunc fuit dilata resolutio; iterum in hodierna audientia exquisito e DD. voto super iisdem dubiis in omnibus favorabile dederunt responsum pro Episcopo.

Siquidem primi dubii discussionem ingredientes tres in eo considerarunt inspectiones. Primam circa quotam Decimarum Episcopo debitam. Secundam quoad species bonorum,

norum, ex quibus est solvenda; Tertiam quoad species fructuum, ex quibus præstanda veniat.

Quo enim ad primam respectu quotæ controversia solum est cum Beneficiatis Ecclesiæ de Aguilar, & annexis ipsi, cum Beneficiati cæterarum Ecclesiarum solitam quotam in medietate, tertia, seu quarta parte consistentem Episcopo non denegent; Prætendunt enim dicti Beneficiati Ecclesiæ de Aguilar solvere Episcopo Decimam ex frumento, & hordeo in sola tertia parte; De aliis autem fructibus in medietate vigore Statuti per Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ facti de anno 1681. Verum quia Episcopus justificat ipsi, suæque dignitati Episcopali assistere antiquam, & immemorabilem consuetudinem per dictum Statutum non derogatam, nec aliunde interruptam recipiendi quotam decimarum in medietate consistentem tam frumenti, & hordei, quam aliorum omnium fructuum, qui in dicta Parochia de Aguilar, & ejus annexis percipiuntur; ideo in hac Medietate Episcopo solvendam esse Decimam ex omnibus dictæ Parochiæ, & aliarum Ecclesiarum ei annexatum fructibus indistinctè visum fuit; Quia cum ex ipsismet textibus ex adverso adductis constet, quod dicti Beneficiati antiquitus, & ab immemorabili tempore semper consueverunt tradere Episcopo medietatem dicti frumenti, & hordei, aliorumque fructuum decimalium, utique dicta consuetudo tam vetusta superlative sufficit ad fundandam intentionem Episcopi pro perceptione ejusdem medietatis, non solum super aliis fructibus, sed etiam super frumento, & hordeo, ex regula, quod favore ordinarii Juris resistentiam non habentis, nedum quadragenaria, sed
1 etiam decennalis præscriptio superabundat, ad tradita per Monet. *de Decim. cap.5. q.40. n.102.* Barb. *de jure Eccl. univers. lib. 3. cap.26. n.35.* Rot. cor. Peuting. *dec. 62. n. 1.*

In nihilo relevante Statuto a Beneficiatis ejusdem Ecclesiæ de Aguilar condito de anno 1681. quo cautum fuit, ut non deberetur Episcopo, nisi tertia pars frumenti, & hordei; quia cum non appareat de expresso consensu, & speciali approbatione Episcopi in factione ejusdem Statuti, nihil operari potest in præjudicium mensæ Episcopalis, ad Text. *in cap. cum consuetudinis de consuetudine*, ibique scri-
2 bentes Gloss. *in cap. 2. verbo Statutum de verbor. signif. in 6.* Abbas *in cap. cum accessissent n.4. de Constit.* late Valenzuel. *consf. 122. a n.25. ad 31.* Tondut. *qu. Benef. cap. 115. n.8. & 9.* Rot. cor. Celso *dec. 12. n. 2.*

Nec ad inducendum consensum Ordinarii, ut supra requisitum, potest suffragari asserta subsequens confirmatio dicti Statuti facta ab Episcopo antecessore de anno 1682. Tum quia in actu confirmationis Beneficiati asseruerunt prædictum Statutum esse conforme antiquæ consuetudini, & proinde concurrente supposito, corruit in sequelam con-
3 firmatio, uti subreptitia, per Textum *notabilem in l.2C.de his, qui ven. atat. impetr.* & dixit Rot. coram Seraphino, *dec.1432. sub n. 1. & in rec. dec. 239. n. 24. par. 17.* Tum fortius quia Episcopus confirmavit dictum Statutum, cum expressa præservativa, & conditione, *dummodo non esset*
4 *præjudiciale juribus sui Episcopatus*, ex quo magis elicitur defectus voluntatis, qua cessante, nequit sustineri in præjudicium successorum, ut in terminis firmavit Rota coram Peuting. *dec. 62. n. 11.*

Detecta igitur ex prædictis insubsistentia respectu quotæ denegatæ a Beneficiatis Ecclesiæ de Aguilas, & aliis ei annexis in medietata frumenti, & hordei. Quatenus attinet ad secundam inspectionem respicientem species bonorum, ex quibus Episcopo solvendæ veniunt Decimæ censuerunt Domini Episcopo deberi quotam decimarum, quas vocant annexas, eo quia solvi debet ex bonis annexis, hoc est ex fructibus, quos percipiunt Beneficiati ex prædiis, super quibus fundata existunt Anniversaria, Capellaniæ, & alia legata Pia; sicuti etiam Episcopo esse solvendam Decimam ex cæteris bonis, quæ possidentur per Confraternitates Ecclesiasticas, & Hospitalia, ac etiam per ipsosmet Beneficiatos in titulum Patrimonii: ea ratione, quia cum Episcopus Calaguritanus, non distinctis Parochiis, sit in tota ejus Diœcesi Parochus universali, exerceatque curam animarum per subalternos Rectores ab
5 ipso deputatos, ad tradita per Rotam cor. Seraph. *dec.492. in princ.* & postremo firmavi *in Calaguritana Decimarum de Ocon. sub die 4. Maii 1683. §. Cum enim*, cor. bo. me. Guaxardo, *confirmata sub die 16. Martii 1685.* cor. bon. me. Paulutio, *& denuo sub die 10. Decembris 1687.* cor. bo. me. Benincasa utique fundatam habet intentionem in jure
6 percipiendi decimas ex quibuscunque bonis decimalibus sitis in sua Diœcesi, juxta Theoricam Abbatis *in cap. cum contingat nu. 7. de Decimis* Barbos. *de Offic. Parochi par. 3. cap. 28. §. 2. n. 15.* Monet. *de Decimis, cap. 7. q.2. n.10.* Rota cor. Priolo *dec.444. n. 8.* & cor. Ninot. *dec. 1. n. 1. & dec. 663. n. 7. part. 8. recent.*

Et specialiter clarior patet Justitia Episcopi, qui ad perceptionem Decimarum, quas vocant annexas, in quarum solutione magis consistit repugnantia omnium Communitatum Beneficiatorum collitigantium, quia favore ejusdem Episcopi militant plures Constitutiones Synodales, quibus cautum fuit, dictas Decimas annexorum reponi debere in horreo communi; quæ quidem Constitutiones tanquam conditæ, & publicatæ de communi placito totius Cleri faciunt jus particulare in Diœcesi, & ab omnibus veniunt ad unguem servandæ, ut, omissis generalibus, dixit Rota cor. Zarata *dicta dec. 74. n. 20.* & magis præcise *in dicta Calaguritana Decimarum de Ocon. §. Sed enim* cor. Guaxardo. Concurrente potissimum observantia aliarum Communitatum Beneficiatorum Ecclesiarum ejusdem Diœcesis, quæ solvunt Episcopo Decimas provenientes ex bonis annexis *Summ. Actoris n. 13.* junctis etiam pluribus sententiis latis ad favorem Episcopi, quæ faciunt statum, & efficiunt omnes alios Beneficiatos, etiam non citatos, modo contendentes solutionem dd. Decimarum annexarum, ad vulgat. Text. *in l. Ingenuum ff. de statum homin.* & fortius etiam, quia adversus Communitates Beneficiatorum Ecclesiarum *Villæ Sancti Petri*, & eis annexatum urget Concordia inita cum bo. mem. Petro Gonzales *del Castillo* Calaguritanæ Diœcesis Antistite Prædecessore super Decimis provenientibus duntaxat ex bonis Capellaniarum, & Anniversariorum fundatorum usque ad annum 1593. quæ venit omnino servanda circa ea, quæ in ea disposita fuerunt, 8
ut in terminis alias dixit Rota *dec. 397. n. 19. par. 19. rec.*

Nec ad evitandam solutionem dd. Decimarum annexarum visum fuit DD. posse suffragari Communitatibus Beneficiatorum litigantibus præsidium allegatæ præscriptionis, seu immemorabilis consuetudinis. Tum quia ex superius allegatis Episcopus dicatur universalis Parochus in tota Diœcesi, certum est, quod Beneficiati exercentes curam animarum nomine Episcopi, & tanquam Ministri ab ipso substituti, & destinati pro eo Decimas percipiunt, & possident; Proindeque uti non nomine proprio, sed alieno possidentes Decimas controversas, eas nunquam 9
valuerunt præscribere, ut firmavit Rota coram Seraph. *dec. 707. n. 6.* & coram Zarat. *dec. 74 n. 34. & in dicta Calaguritana Decimarum de Ocon §. Nec Capitulo*, coram bon. mem. Guaxardo, *& in eadem* coram bon. mem. Paulutio *§. Sed dato*. Tum quia deficit probatio scientiæ, & patientiæ Episcopi ad effectum inducendi præscriptionem; ut prosequitur *dicta dec. 74.* coram Zarat. *n. 35.*

Tum demum, quia Testes examinati ad probandam immemorabilem consuetudinem, ultra quod patiuntur plures exceptiones, singillatim relatas ab informantibus pro Episcopo, non deponunt cum necessariis requisitis præscriptis a Gloss. *in cap. 1. in verbo memor. de præscript. in 6.* ut animadversum fuit *in dicta Calaguritana Decimarum*, cor. Guaxardo *§. Probatio*.

Potissimum attenta Constitutione Synodali emanata de anno 1620. super controversis Decimis annexis, quæ sustulit omnem immemorabilem, ad cujus substantiam requiritur, ut nihil unquam dictum, visum, aut auditum fuerit 11
in contrarium, ut in terminis firmavit Rota coram Zarata *dicta dec. 74. n. 1. par. 18.*

Firmatis itaque ex jure prædictis favore Episcopi super perceptione Decimarum ex quibuscunque bonis etiam *annexis*, devenientes DD. ad examen tertiæ inspectionis respectu speciei fructuum pariter concorditer censuerunt Episcopo deberi quotam Decimarum ex omnibus fructibus cujuscunque sint speciei tam grossis, quam minutis, & foraneis, quemadmodum etiam de pullis, suibus, avibus, lino, cannabe, olivis, tam plantatis, quam plantandis, vino, lacrima, & ut ibi dicunt *Excorreduras, piè, transpiè, vinazza y delas mismas vinazzas*, & omni alio genere fructuum, qui hodie decimantur, & imposterum decima- 12
buntur, ad Text. *in cap. Nuncius, cap. ex parte il secondo, cap. Tua nobis de Decimis*, ex præcipua ratione, quia Jus decimandi, uti inhærens ipsis bonis decimalibus, nullam admitti distinctionem inter unam, vel alteram speciem fructuum, ad tradita per Rotam *decis. 231. num. 1. usque ad 4. par. 17. recent.* & in specie de minutis firmat Rota *decis. 53. num. 2.* post Tondut. *de Pension. & in decis. 79. num. 11. & 12. par. 7. & decis. 242. nu. 7. par. 11.* Sicuti etiam Episcopo debetur quota Decimæ Novalium eodem modo, quo ipsi

13 ipsi tanquam Parocho universali totius dioecesis pars decimarum debetur de aliis fructibus, ut probatur *in cap. ex par. 27. cap. cum contingat 29. cap. cum in sua 30. de Decimis cap. 2. §. Statuimus, §. Finali eodem tit. in 6. cap. Quid per Novale 21. de verb. signif.* late Rebuff. *de Decimis q.* 14. Fagnan. *in d. cap. cum contingat a nu.* 15. *ad.* 25. Gonzal. *in cap.* 4. *de Decimis n.* 9.

Quibus adstipulatur observantia nonnullorum Communitatum Beneficiatorum Ecclesiarum ejusdem dioecesis Calaguritanae, quae ultro solvunt proprio Antistiti suam *quotam ex omnibus fructibus etiam minutis*: Concurrentibus etiam aliis probationibus elicitis ex libro antiquissimo redituum Episcopatus Calaguritani, in quo descriptae leguntur dictae Decimae minutae; Et ex locationibus earundem decimarum factis ab Episcopis antecessoribus, etiam in locis, in quibus hodie controvertuntur, quae omnia uti effectum sortita, probant, Reverendissimo Episcopo deberi
14 suam quotam etiam ex fructibus minutis, ut dixit Rota cor. Ninot. *dec.* 1. *n.* 3.

Absque eo, quod possint excusari Communitates Beneficiatorum Ecclesiarum litigantium a solutione dd. decimarum minutarum sub praetextu contrariae consuetudinis, & praescriptionis: quia sicuti non fuit probata respectu decimarum annexarum, ita DD. visa fuit excludi quaevis immemorabilis in hac parte decimarum minutarum, cum singuli testes ad hunc effectum examinati patiantur exceptiones supra relatas in §. *Nec ad evitandam*: Et ulterius per DD. animadversum fuit, dictos testes minime coarctare negativam solutionis cum solitis requisitis, quod nempe Episcopus volens exigere dd. Decimas minutas fuerit a Beneficiatis rejectus, & rejectioni successive acquieverit, ex
15 firmatis per Rot. cor. Seraph. *dec.* 102. *nu.* 8. & cor. Botaio, *dec.* 572. *n.* 12. cor. Peuting. *dec.* 194. *n.* 10. cor. Cert. *dec.* 176. *& in d. Calaguritana Decimarum de Ocon.* cor. Guaxardo, §. *Praeterea*.

Enucleato jam dubio primo, & vindicata assistentia juris favore Episcopi ab omnibus exceptionibus *Beneficiorum adversariorum* tam super quota, & Decimis solvendis ex omnibus bonis alias annexis, quam ex omni specie fructuum, quos omnes adhorreum commune deferendos, & proportionabiliter cum assistentia administratoris Episcopalis dividendos esse visum fuit; tum ex antiquissima consuetudine dioecesis; tum attentis Constitutionibus Syn-
16 odalibus, quibus adstipulantur verba *Malachiae Prophetae cap.* 3. *vers.* 10. ibi: *Inferte omnem Decimam in horreum, & sit cibus in domo mea*, ut ponderatur *in cap. Decimas* 2. *can.* 16. *q.* 1. & a S. Th. *secunda secundae q.* 87. *art.* 1. *in corpore*.

Transeuntes DD. ad censuram secundi dubii, quod duas complectitur partes; Quo ad primam resolverunt nihil posse per dd. Beneficiatos deduci ex fructibus repositis in horreo communi, nisi expensas necessarias factas, scilicet pro recollectione, seu solutas ministris electis pro communi servitio in dicta recollectione; Proindeque minime deducendas esse alias expensas deservientes per eleemosynis, *Cayzexo*, Jentaculis, Mondida, nec pro salariis Parochi, Sacristae, Archipresbyteri, Organistae, & aliorum officialium, quas deductiones, & ministrorum salaria ex quota spectare ad Beneficiatos & solvenda esse dixerunt, & moti sunt ex eo, quod cum agatur de quota decimarum debita Ordinario habente fundatam intentionem a jure, illa eidem tradi debet integra, & immunis a quibuscunque
17 deductionibus, juxta Text. *in cap. tua nobis* 26. *& cap. Pastoralis* 20. *extra de Decimis*, & late firmat Monet. *de Decimis cap.* 6. *q.* 4. *n.* 28. & optime firmat Rota *d. dec.* 231. *n.* 16. *& seq. par.* 17. *rec.*

Hoc ipsum comprobante Constitutione Synodali Episcopatus Calaguritani, cui adstipulantur etiam decreta visitationis, quibus sancitum fuit, quod detracta integra quota pro dignitate Episcopali, dicta salaria solvi deberent ex alia quota assignata Beneficiatis, quae Constitutio cum fue-
18 rit approbata a fan. mem. Julio II. *Summ. Episcopis n.* 59. 60. 61. multum attendenda venit, ad tradita per Coi. *dec.* 160. *par.* 1. cor. Caputaq. & cor. Dunoz. Jun. *dec.* 61. *n.* 7. Potissimum, quia concurrit observantia aliarum Ecclesiarum, quae solvunt integram quotam dignitati, absque ulla deductione dictarum expensarum, quam faciunt ex portione ipsis Ecclesiis tangente, ut advertit in proposito Rota *d. dec.* 232. *n.* 7. *part.* 17. *rec.* Nec deficiunt nonnulla judicata adversus Beneficiatos, qui recusabant solvere dicta salaria ex quotis sibi assignatis: Quae cum emanaverint cum legitimis contradictoribus, nulli dubium est, quod afficiant omnes alios non citatos, ad dictum vulgatum Text. *in l. Ingenuum ff. de statu hominum*, & in terminis dixit Rot. coram Ninot. *d. dec.* 1. *n.* 7.

Minusque ad offuscandum bonum jus Episcopi meruit 19
iterum attendi objectum praetensae contrariae consuetudinis, in quo unice se fundant Communitates Beneficiatorum colligitantes: quia dominis visae fuerunt recurrere animadversiones supra adductae, nempe contrarietas testium, interruptio praescriptionis deducta ex Constitutionibus Synodalibus, & demum deficientia requisitorum praescriptionis a Gloss. *in d. cap.* 1. *de praescript. in* 6.

Quibus ita absolutis DD. ex iisdem rationibus visum etiam fuit esse vertenda horrea communia, neque licere Beneficiatis pro se ipsis salaria retinere, aut sub praetextu salariorum portionem frumenti, aliorumque fructuum deducere, sed ex omnibus dare tenentur quotam Episcopo; adhoc enim fructus omnes in praefata dioecesi Calaguritana deferuntur ad horrea communia, ne fraus aliqua fiat Episcopo, & aliis interesse habentibus in decimarum participatione ex dictis a simili *in l.* 1. *&* 3. *Cod. de conditis in* 20
publicis horreis lib. 10.

Tandem quod attinet ad aliam partem secundi dubii respicientis redditionem rationis faciendam per adversarios Beneficiatos, pariter Domini responderunt favore Episcopi ex eo, quod sive dd. Beneficiati considerentur uti administratores decimarum soli Episcopo tanquam Parocho universali debitarum, sive uti consocii, & comparticipes ex permissione ipsius Episcopi, sub cujus dispositione erant 21
antiquitus omnes Decimae, ut aliis Clericis juste distribueret, ut dicitur *in cap. Decimas* 1. *Canon.* 16. *q.* 1. semper in utroque casu tenentur reddere rationem de bonis, & Deci- 22
mis administratis, ut probant Berous *cons.* 191. *nu.* 13. Roland. *cons.* 49. *n.* 11. Antonin. *variar. resol. lib.* 2. *q.* 49.

Proindeque in sequelam rectae administrationis tenentur 23
libros pro rationibus conficere, eosque legaliter retinere cum distincta adnotatione omnium decimarum, & a quibus illas percipiunt cum contrapositione expensarum factarum in recollectione, caeteraque omnia adamussim adimplere, quae pertinent ad rectam, & legalem administrationem, dictorumque librorum transumptum authenticum administratoribus Episcopi tradere, aliaque peragere, quae in sententia Provisoris Calaguritani recensentur, ut liquide appareat de omnibus fideliter gestis, ad tradita per Escobar. *de ratiocin. cap.* 10. *n.* 2. Rot. cor. Ludov. *dec.* 152. *n.* 1. *& dec.* 455. *n.* 2. *par.* 14. & confirmatur ex Text. *in l.* 1. *C. de conditis in publicis horreis lib.* 10. ibi: *Ad istud autem negotium arbitratu, ac judicio tuo nobilis, prudens*, fidelis optime custos, ac mansor, qui vel frumenta modio metiatur, vel justis aestimationibus colligat quanta habeantur in condito.

Et ita dictum fuit Episcopo tantum informante.

R. P. D. MOLINES.

Calaguritana decimarum de Quintanar, & Pascunnana.

Veneris 17. Februarii 1696.

ARGUMENTUM.

Est decisio antecedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus est Parochus universalis, ubi non adsint Parochiae distinctae, & habet Juris assistentiam percipiendi quartam decimalem, relicta aliqua fructuum portione pro Beneficiatis ratione actualis, & subalterni ministerii cura animarum.*

2 *Episcopus habet Juris assistentiam etiam consequendi decimas ex fructibus bonorum spectantium ad mensam communem Beneficiatorum, licet illa propriis sumptibus colant.*

3 *Etsi praetendatur eorundem bonorum exemptio, deberetur illa concludenter probari.*

4 *Quota decimarum debita Episcopo debet esse integra, & immunis a quibuscunque deductionibus.*

5 *Sententia lata cum legitimo Contradictore afficit etiam non citatum.*

6 *Constitutio Synodalis publicata de consensu totius Cleri constituit Jus particulare in Dioecesi ab omnibus indistincte servandum.*

DECISIO XV.

Devoluta per appellationem ad hoc Sacrum Tribunal, mihique commissa Causa coram Provisore Generali per modernum Reverendissimum Episcopum Calaguritanum

num introducta contra Beneficiaros Ecclesiarum Parochialium ferè totius diœcesis super reintegrationem decimarum ad ipsius mensam Episcopalem spectantium, ac sub diversis titulis a reis conventis usurpatarum audientia habita die 23. Januarii 1694. ob Beneficiatorum contumaciam per contradictas discutiendas proposui duo dubia scilicet; *An, & quæ Decimæ debeantur Episcopo, & communitatibus Beneficiatorum Ecclesiarum Parochialium respective, & an, & quæ deductiones ex communi acervo sint permittendæ ante divisionem, & quomodo sit reddenda ratio decimarum per Beneficiatos administratores*. Et in omnibus Episcopo favorabilis prodiit resolutio ex rationibus susdeductis in decisione desuper extensa.

Cum autem in præfata disputatione non fuerit habita ratio *Ecclesiarum de Quintanar, & Pascunnana*, attento quod deficiebat processus particulariter contra earundem Beneficiatos instructus; Hinc hodie transportatis actis proposui quoad istos Beneficiatos *de Quintanar, & Pascunnana* eadem duo dubia, eaque pariter favore Episcopi solum informatis fuerunt resoluta.

Etenim quod attinet ad primum dubium solutionis Decimarum dixerunt DD. deberi Episcopo quartam ex omnibus, & singulis fructibus decimalibus, ea moti decidendi ratione: quia cum in ista diœcesi non adsint Parochiæ distinctæ; sed illius Rector, & Parochus universalis sit Episcopus, suasque vices exerceant Beneficiati, uti ab ipso substituti pro cura animarum, & administratione Sacramentorum, sequitur exinde, quod idem Episcopo faveat juris assistentia ad percipiendam quartam decimalem, neque Beneficiatis competit, nisi ea fructuum portio, quam pro ratione actualis, & subalterni ministerii curæ animarum ab initio iidem Antistites designarunt, ex traditis per
1 Card. de Luca *de Decimis disc*. 1. *num*. 4. Rot. *dec*. 22. *num*. 1. *dec*. 180. *n*. 9. *par*. 7. & in terminis hujus Ecclesiæ respondit Rota *in Calaguritana Decimarum de Ocon. die* 5. *Maii* 1683. cor. Paulutio, *& die* 10. *Decembris* 1687. cor. Bencasa, ac uberrime percussis singillatim cunctis decimarum speciebus firmavit in citata decisione 23. Januarii 1694. sub §. *Detecta*.

Et quamvis adversus hujusmodi inconcussam juris assistentiam Episcopum confoventem exceperint coram provisore Generali utriusque Ecclesiæ Beneficiati particularem contrariam consuetudinem quoad plures Decimarum species, prætendendo potissime, Episcopos non consuevisse detrahere quotam ex mediis Agnis, Hœdis, Porciculis, & Pullis, aliisque minutis.

Nulla tamen allegati usus, & consuetudinis adducta fuit legitima probatio, tametsi fuerit Beneficiatis assignatus congruus terminus ad illam justificandam coram Ordinario, ac prævia restitutione in integrum adversus lapsum temporis, & non factas probatione alius de novo concessus, ut liquet ex *Summ. n*. 3. 4. *&* 5. Quinimo ex abundanti Episcopus exhibuit plura documenta radicitus cujuscunque con-
2 suetudini exclusiva; docuit enim quod ab anno 1670. usque ad ann. 1676. soluta fuerit suis antecessoribus Decima etiam ex relatis animalibus dimidiatis, *Sum. n*. 6. *&* 7. sicuti ad comprobandum, quod antiquis quoque temporibus Episcopi exigebant quotam ex Decimis minutis, productum fuit instrumentum arrendationis initum anno 1576. ex quo constitit de locatione Decimarum minutarum, quæ colligebantur ex loco nuncupato Villa de Pum, & la Cosmonte, qui supponitur esse de pertinentiis dictarum Ecclesiarum, *Summ. n*. 8. Ex quibus juribus redditur improbabilis quælibet prætensa consuetudo ex probatis in alia decisione 24. Januarii 1694. §. *Quibus adstipulatur*.

Minusque ullo probationis genere justificata fuit per Beneficiatos dd. Ecclesiarum observantia præscriptiva non solvendi Decimas ex fructibus bonorum spectantium ad mensam communem Beneficiatorum, quoties illa propriis sumptibus colunt; Nam cum Reverendissimus Episcopus etiam quoad Decimas istorum bonorum habet juris assistentiam, ut probat Rota cor. Zarata *dec*. 73. *per tot*. & coram Cerro *dec*. 544. utique Beneficiati prætendentes exemptionem ab earum solutione, deberent illam concludenter
3 probare, Rota cor. Zarat. *d. dec*. 73. *n*. 19. dictaque Prædia esse decimatoria DD. deducebant ex, eo quod si contingit ea locari, conductores Decimam solvunt, eamque deferunt ad horreum commune, & Episcopus suam quotam consequitur, ut ipsimet Beneficiati loci de Quintanar fassi sunt, *Cumm. n*. 2. *lit. D*.

Quemadmodum visa fuit clara usurpatio utriusque Ecclesiæ Beneficiatorum prætensa non vertendi horrea communia in actu divisionis, sed in eorum pavimentis certam fructuum quantitatem relinquere, quam post factam divisionem cum Episcopo, idem Beneficiati inter sese tantum repartiuntur; Quoniam cum ad superius tradita de jure spectat ad Episcopum Decima ex omnibus, & singulis fructibus in horreo communi delatis, competatque Beneficiatis ea tantummodo pars, quam ipsis ad mensuram liborum Episcopi assignarunt; de plano sequitur ad eundem etiam spectare quotam ex dictis fructibus remanentibus in solario quando horrea vertuntur, ut pariter dictam fuit in citata decisione 23. Februarii §. *Quibus ita absolutis, &c*.

Progredientes Domini ad decisionem secundi dubii, quoad primam illius partem censuerunt ex acervo fructuum decimalium esse duntaxat deducenda salaria ministrorum, qui pro communi servitio in Decimis colligendis operam impendunt, ideoque detrahendas non esse expensas deservientes pro salariis Curati, Sacristæ, & Archipresbyteri, nedum quia, attenta juris censura, Episcopalis quota debet esse integra, & immunis a quibuscunque deductionibus, ad Text. *in c. Pastoralis* 20. *& in c. tua nobis extra de Decim. cum aliis Collectis in dec*. 23. *Januarii* 1694. §. *Enucleato*. 4

Sed etiam quia in Constitutione Synodali, ac in pluribus decretis visitationum, de quibus *Sum. n*. 11. 12. *&* 13. & aliis sequentibus expresse cavetur, quod præfata salaria persolvi debeant post detractionem quotæ Episcopalis ex portionibus Beneficiatorum, quibus adstipulatur sententia relata in *Sum. n*. 14. ab Episcopo reportata contra nonnullos alios Beneficiatos reluctantes solvere controversa salaria ex portionibus decimalibus eis tangentibus, quæ utpote lata cum legitimis contradictoribus afficit omnes Beneficiatos, 5 ut in puncto notavit Rot. *dec*. 1. *n*. 7. cor. Ninot. & latius dixit *in d. dec*. 23. *Januarii* 1694. §. *Hoc ipsum in fine*.

Pariter improbandam esse censuerunt deductionem certæ partis fructuum, quam ex acervo communi ante divisionem faciunt Beneficiati utriusque Ecclesiæ sub prætextu annexorum, pro quibus Synodalem constitutionem, quam edidit anno 1620. Dominus Petrus Gonzales *del Castillo* servandam esse dixerunt; Nam cum illa publicat fuerit de consensu communi totius Cleri, utique constituit jus particulare in diœcesi ab omnibus indistincte servandum, Rota cor. Zarat. *d. dec*. 74. *n*. 20. ac cor. Cerro *dec*. 544. *n*. 12. & in 6 puncto hujus Constitutionis Rota *in Calaguritana Decimarum die* 23. *Januarii* 1694. §. *Et specialiter*, cor. me. In illa enim Reverendissimus Episcopus ad refrænandas fraudes, quæ per Beneficiatos in administratione decimarum committebantur, ordinavit, ut omnes fructus, qui decimarentur, deferri deberent ad horreum commune, quoque non possent sub prætextu annexorum tributorum anniversariorum, & Capellaniarum ad alium locum, quam ad dictum horreum commune deferri. Mandavit insuper, ut solvi deberetur Decima ex illis prædiis, quæ per quadraginta annos citra deferant esse decimatoria; Quapropter aut Beneficiati contendunt possidere prædia, quæ quadraginta annis ante editam Constitutionem deferant esse decimatoria, & admittebant ex illis, Decimam neque esse solvendam, neque ad horreum commune deferendam, aut possident ratione annexorum prædia, quæ nunquam desierunt esse decimatoria, & cum ex istis Decima solvatur, & ad horreum commune deferatur, utique ex illa Episcopus quotam suam habere debet; Constitutio enim ideo declaravit ex hujusmodi prædiis Decimam deberi; eamque ad horreum commune deferri voluit, ne dignitas Episcopalis in sua quota fraudaretur, ut constat ex principio dictæ Constitutionis; unde cum Beneficiati utriusque Ecclesiæ ad formam dictæ Constitutionis Decimas ex bonis annexis ad horreum commune deferant, ut ipsi fassi sunt *Sum. n*. 1. *&* 3. non possunt postea ante divisionem sub prætextu annexorum certam fructuum partem detrahere, & ab eorum participatione Episcopum excludere, sed præcise debent ex illis suam quotam Episcopo solvere.

Postremo quoad aliam partem secundi dubii responderunt domini, quod cum Beneficiati sint administratores, seu verius collectores decimarum, per eosque communibus impensis reputetur minister, qui earum custodiam gerat; Hinc propterea tenentur esse soliciti, ut electus minister librum rationis conficiat, in eoque describat omnes decimalium fructuum species, quæ singulis temporibus colliguntur, una cum donatione deductionum, quæ præscripto tempore fiunt, dictique libri copiam authenticam, seu fidem facientem administratori mensæ Episcopalis tradant, aliaque deinum opportuna peragere, quæ in sententia provisoris in hac parte exacte recensentur.

Et ita

Et ita Episcopo tantum informante, & per contradictas decisum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Calaguritana Decimarum de Aguilar.

Merc. 16. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem materia, quæ tractatur in decisione superius extensa, & ulterius habetur quod Jus decimandi, quod habet Episcopus, competit etiam super bonis assignatis pro opere pio.

SUMMARIUM.

1 *IN diœcesi in qua Parochiæ non sunt distincta, Parochus universalis est Episcopus, cui consequenter spectat jus decimandi.*
2 *Testes contra inducentem plene probant.*
3 *De natura societatis est ut lucra, & damna promiscuo sociorum commodo, vel incommodo cedant.*
4 *Statutum conditum absque consensu Episcopi illi non præjudicat.*
5 *Confirmatio Statuti obtenta cum erroneo supposito non est allegabilis.*
6 *Confirmatio Statuti concessa cum declaratione, quod non intelligantur præjudicata jura confirmantis contra ipsum, & successores in præjudicialibus, non est deducibilis.*
7 *Decima debita Episcopo detrahitur ex quacunque fructuum specie.*
8 *Ac etiam ex bonis affectis Beneficiis.*
9 *Synodalis constitutio publicata de consensu cleri facit jus in tota diœcesi.*
10 *Possidens alieno nomine, & uti administrator non sibi, sed domino possidet, & contra dominum non præscribit.*
11 *Quota decimarum debita Episcopo debet esse immunis a quocunque onere, & deductione.*
12 *Sententia lata in causa universali facit jus quoad omnes etiam non citatos.*
13 *Minister subalternus exercens pro Episcopo curam animarum tenetur eidem Episcopo reddere rationem de Decimis.*
14 *Administrator nedum tenetur reddere rationem, sed debet esse prudens, & fidelis.*

DECISIO XVI.

QUamvis antiquitus Episcopi Calaguritani pro tempore soliti fuissent pro sua quota percipere medietatem omnium decimarum, quæ colliguntur in Parochiali Ecclesia de Aguilar, & suis annexis Navaxum, & Valdemadera; Beneficiati tamen ejusdem Ecclesiæ vetustam consuetudinem dividendi Decimas sub aliis diversis motivis intervertere satagerunt in præjudicium quotæ Episcopalis; Quamobrem modernus Reverendissimus Præsul cupiens jura suæ dignitatis in pristinum reducere, simulque coercere fraudulentam usurpationem a dictis Beneficiatis indebite introductam, eos in judicium vocavit coram Provisore Calaguritano, qui absoluto de consensu Episcopi Judicio possessorio favore Beneficiatorum, in petitorio suam protulit sententiam continentem commodum, & gravamen tam ipsi Episcopo, quam dictis Beneficiatis; & proinde interposita ab utraque parte appellatione, eaque delata ad nostrum sacrum Auditorium per commissionem mihi directam, dubium hodie proposui; plures continens inspectiones, utpote sub his verbis conceptum, *An, & quæ pars decimarum debeatur Episcopo, & communitati Beneficiatorum Ecclesiæ Parochialis de Aguilar respective, & quæ deductiones ex acervo communi sint permittendæ ante divisionem, & quomodo sit reddenda ratio per Beneficiatos administratores in casu &c.* quod Domini, prout infra, favore Episcopi tantum informantis resolverunt.

Assumentes enim primam dubii inspectionem dixerunt pertinere ad Episcopum medietatem omnium decimarum, quæ indistincte colliguntur in præfata Ecclesia de Aguilar, & suis annexis, hac ratione moti, quod cum in diœcesi Calaguritana Parochiæ non sint distinctæ, sed Episcopus tanquam Parochus universalis exerceat curam animarum per subalternos ministros, certa quota per Episcopum eisdem assignata, utique illa dicitur habere intentionem fundatam in assistentia juris super perceptione decimarum, 1
quæ colliguntur in tota diœcesi, ac per consequens etiam in Ecclesia de Aguilar, de qua agitur, per Text. *in cap. cum contingat de Decim. ibique* Abb. *n.7.* Monet. *cod. tract. c. 7. q. 2. n.10.* & pluries dictum fuit *in Calaguritana Decimarum de Ocon. 5. Maii* 1683. cor. bo. me. Guaxardo, *& in eadem de Anguiano 17. Februarii 1696. §. Habet, & in eadem de Castildelgado Mercurii 4. Julii ejusdem anni §. Præmisso nanque*, coram me.

Ita ut Beneficiati hujus Ecclesiæ de Aguilar nequeant prætendere ex dictis Decimis nisi medietatem, tanquam quotam eis ab Episcopo assignatam pro exercitio curæ animarum, ac pro servitio, & cultu Ecclesiarum, cum altera medietas censeatur reservata ipsi Episcopo, qui illam ab antiquo tempore semper pacifice percepit, ut doctum fuit nedum ex libris vetustis dictæ Ecclesiæ de Aguilar, in quibus adnotatæ leguntur divisiones decimarum, seu etiam ex depositionibus testium ab ipsius Beneficiatis examinatorum 2
usque de an. 1585. qui contra inducentes plenissimam fecerunt probationem, Add. ad Burat. *dec. 298. lit. B.* & in terminis decimarum dixit Rot. *dec. 35. n.4. par. 19. rec.*

Nec obstat, quod eatenus priscis temporibus Episcopus exigebat suam quotam in medietate, quatenus antequam fieret divisio decimarum, detrahebatur ex acervo communi undecima pars tritici, & hordei pro salario præfecti domus, quodque remanebant in horreis communibus reliquiæ, vulgo *salaria* ad solum commodum ipsorum Beneficiatorum; Unde cum per Statuta ab ipsis Beneficiatis condita in annis 1647. & 1681. fuerit diminutum dictum salarium, & loco undecimæ partis dicto præfecto domus hodie assignentur 20. fanegæ tritici, & hordei dimidiatæ, & ulterius ordinatum extitit, quod dictæ reliquiæ remanentes in horreis dividantur etiam cum Episcopo, hinc sequitur, quod modus dividendi Decimas per dicta Statuta noviter introductus a dictis Beneficiatis potius dicatur proficuus eidem Episcopo, quam damnosus.

Quoniam quidquid sit an hujusmodi Statuta condita de annis 1647. & 1681. præseferant utilitatem, vel potius damnum dignitati Episcopalis certum est, quod dato etiam commodo resultante ex diminutione dicti salarii, illud non debet cedere duntaxat favore eorundem Beneficiatorum; nam sive ipsi considerentur uti simplices administratores decimarum nomine Episcopi, sive illius consocii, utilitas communis esse debet, cum de natura societatis sit, ut lucra, & damna promiscuo sociorum commodo, vel incommodo cedant, per Text. *in l. si non fuerit in princ. ff. pro socio*, Surd. 3
cons. 189. n.7. Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 5. in princ.* Actolin. *resol. 98. n.15.* Giurb. *dec. 15. n. 3. vers. cum ea sit societatis natura.*

Cæterum quatenus dicta Statuta præseferant in aliqua parte damnum Episcopo, prout ex pluribus demonstrabant scribentes pro eodem Episcopo, utique non sunt attendenda: quia hujusmodi Statuta condita a Communitatibus Beneficiatorum quoties tendunt in præjudicium mensæ Episcopalis, vel aliquo modo tangant interesse Episcopi, sine ejus consensu, ac speciali approbatione non valent, nec ullum possunt operari effectum, Gloss. *in cap. 2. verbo* 4
Statutum de verb. signif. in 6. Abbas *in cap. cum accessissent n.4. de constit.* late Valenz. *cons. 122. a num. 25. usque ad 31. in tr. de Can. & dignit. cap. 42. n. 15. & seq.* Tondut. *de Benef. 105. n.8. & 9.* Rot. cor. Celf. *dec. 12. n. 2.*

Absque eo quod relevat subsecuta confirmatio Episcopi tunc temporis pro inducendo illius consensu; quoniam cum in actu confirmationis Beneficiati asseruerint, dictum Statutum anni 1681. esse conforme antiquæ consuetudini circa divisionem decimarum, exinde sequitur, quod corruente tali supposito evanescit quoque ipsa confirmatio tanquam subreptitia, & erroneis suggestionibus extorta, ut 5
omissis generalibus in specie dixit Rot. *dec. 1432. sub n.1. &* 2. cor. Card. Seraph. *& in rec. dec. 239. n. 24. par. 17. rec.*

Potissimum quia Episcopus tunc temporis devenit ad confirmationem d. Statuti expressa præservatione, dummodo illud non esset præjudiciale juribus sui Episcopatus ibi: *senza pregiudizio delle ragioni, e jussi della dignità Vescovale.* Unde constituto de præjudicio mensæ Episcopalis confirmatio sustineri nequit ex defectu voluntatis, nedum in proprium ipsius Episcopi confirmantis, sed neque in successorum præjudicium, ad tradita per Rot. cor. Peutinger. *dec. 62. n. 11.*

Insu-

Insuper DD. arbitrati sunt quotam debitam Episcopo in dicta medietate intelligendam esse de omnibus Decimis cujuscunque speciei fructuum, & animalium, tam grossorum, quam minutorum, necnon ex Decimis quotumcunque bonorum spectantium ad Beneficia dictæ Ecclesiæ, Fabricam, & Curatum, cum assistentia juris indiscriminatim omnes Decimas comprehendat, ut ultra doctrinas superius adductas in specie de fructibus minutis, & de ani-
7 malibus distincte enumeratis firmatum fuit *in d. Calaguritana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Firmata*, coram me, ultra quod fuit in facto justificatum pro parte Episcopi ex divisione Decimarum facta anno 1523. extracta ex libris Beneficiatorum, & ex depositionibus testium pro parte eorundem examinatorum datam fuisse Episcopo suam partem ex Decimis minutis, ut patet ex *Summ. Episcopi num.1. & 2.* quæ deinde assignatæ fuerint per salario domus Præfecti, *eodem Summar. Episcopi num.4.* quæ facti documenta ostendunt Episcopo ex minutis quotam deberi; Quo vero ad Decimas bonorum affectorum Beneficiis, & Curato
8 dictum fuit formiter discusso articulo *in Calaguritana Decimarum de Ocon. 5. Maii 1683. §. Quæ juris assistentia*, coram Bon. me. Guaxardo, *& in eadem de Anguiano 17. Februarii 1696. §. Habet, & in altera de Castildelgado 4. Julii ejusdem anni §. Nec a præstatione*, coram me.

Quæ omnia eo facilius amplexa fuerunt, quia ultra memoratam juris assistentiam Episcopus habet etiam ad sui favorem constitutionem editam de anno 1620. qua cautum fuit, quod omnia bona deberent esse decimatorum in horreo communi, itaut sub prætextu annexorum, seu alio quocunque titulo nequeant eximi a solutione decimarum, exceptis duntaxat illis bonis, quæ quadraginta annis ante publicatam dictam constitutionem desierant esset decimatoria, *Summ. Episc. n.3.* quæ constitutio uti condita, & publicata de totius Cleri, ac Beneficiatorum communi consen-
9 su tanquam jus particulare diœcesis Calaguritanæ, omnino servari debet, ut tradunt Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss. 9. §.1. n.18.* Massob. *de Synod. cap.4. dub.41.* & in specie dictam constitutionem latius expendendo firmavit Rota *in dicta Calaguritana Decimarum de Lucrunio 4. Julii 1696. §. Adstipulante*, coram me, *ibique concordantes*.

Nec Beneficiatis opitulari potest prætensa contraria consuetudo non solvendi Decimas tam ex certa specie fructuum, quam ex dictis bonis annexis Beneficiis, fabricæ, & Curato, quia ultra quod non visa est probari per Testes ad hunc effectum inductos cum pluribus notentur defectibus late recensitis per scribentes pro Episcopo, nec deponant cum solitis requisitis præscriptis a Gloss. *in cap.1. in verb. memoria de præscript. in 6.* Dominis iterum placuit inter alias rationes responsio, quod cum ex supra firmatis Episcopus sit Parochus universalis totius diœcesis, & dicti Episcopi nomine, non autem proprio Beneficiati Decimas percipiant; hinc sequitur, quod ipsi nullam possunt allegare præscriptionem elicitam ex contraria consuetudine, attenta juris regula, quod possidens alieno nomine, & uti
10 administrator, non sibi, sed Domino possidet, per Text. *in l. fin. C. de acquirenda possess.* Alex. *in l. qui universo §. Quod per Colonum n.2. ff. eodem tit.* Rot. post Merlin. *de pign. dec. 11. n.1.* & in nostris terminis dixit Rot. cor. Seraph. *dec. 607. n.6.* cor. Zarat. *dec.74. n.34. & in Calaguritana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Nec ad evitandam, & altera de Castildelgado 4. Julii 1696. §. Absque eo quod*, coram me, *cum concordantibus*.

Firmatis his, quæ respiciunt primam dubii partem, descendentes modo Domini ad inspectionem secundæ pariter dixerunt non alias deductiones esse faciendas ex acervo communi ante divisionem decimarum, quam illas simpliciter necessarias pro expensis in colligendis Decimis, & pro mercede ministrorum decimarum, & proinde non esse deducenda ex dicto acervo communi salaria Curati, Sacristæ, Organistæ, & Secretarii Communitatis Beneficiatorum; quoniam cum ex supradictis portio decimarum ab Episcopo, uti Parocho universali assignata fuerit Beneficiatis nedum pro exercitio curæ animarum, sed etiam pro cultu, & servitio Ecclesiarum Parochialium; Hinc sequitur, quod omnes expensæ concernentes, vel cultum, & servitium Ecclesiæ de Aguilar, & annexarum, vel commodum particulare Beneficiatorum deducendæ sunt per eosdem Beneficiatos ex ipsorum quota post factam divisionem, non autem solvendæ sunt per Episcopum ex sua quota, quæ immunis esset debet a quocunque onere, & dedu-
11 ctione, ut firmatum fuit ex pluribus rationibus *in Calaguritana Decimarum de Quintanar, & Pascunnana 17. Februarii 1696. §. Progredientes, & in alia de Lucrunio 4. Julii dicti anni §. Nec quoad t.p. & in alia de Castildelgado eodem die ejusdem anni §. Hactenus*, coram me.

Maxime quia favore Episcopi concurrit observantia fere universalis totius diœcesis, & aliarum Communitatem Beneficiatorum, qui ex propriis quotis solvunt prædicta salaria, quotam autem Episcopo debitam absque ulla deductione eidem integram tradunt, ut liquet ex datis *in Summario ejusdem n.16.* & dictæ observantiæ adstipulantur quoque plura judicata, & decreta visitationum executione demandata contra Beneficiatos, in quibus sancitum fuit, ut salaria prædicta deducerentur ex quotis ad ipsos Beneficiatos spectantibus, *d. Summ. n.17. & 18.* quæ Judicata cum emanaverint in causa universali favore habentis Juris assistentiam, & cum legitimis contradictoribus, nequit in dubium revocari, quin faciant jus quoad omnes, & afficiant etiam non citatos, ut per notissimum Text. *in l. ingenuum* 12
ff. de stat. homin. plenius animadversum fuit *in dicta Calaguritana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Hoc ipsum*, coram me. Non relevante contrario consuetudine, etiamsi in hac parte allegaretur ab ipsis Beneficiatis, quia recurrunt animadversiones superius factæ *§. Nec Beneficiatis*.

Tandem, quod attinet ad ultimam dubii inspectionem, visum quoque fuit valde consentaneum dispositioni Juris, quod dicti Beneficiati teneantur reddere rationem Episcopo de omnibus decimis, quas ipsi percipiunt in dicta Ecclesia de Aguilar, & suis annexis. Quoniam sive ipsi considerentur tanquam decimarum administratores, sive uti consocii, & comparticipes per Episcopum assumpti, utique 13
in utroque casu rationem reddere tenentur Episcopo, vel uti Domino, vel uti consocio, ut ponderatum fuit *in dicta Calaguritana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Tandem, & in aliis consimilibus decisionibus editis* cor. me. Et in sequelam dictæ administrationis obstricti dicuntur libros rationis conficere, eosque legaliter retinere cum adnotatione omnium specierum fructuum decimabilium, & a quibus illos percipiunt, aliaque peragere, quæ concernunt rectam, & legalem administrationem, ne aperiatur via fraudibus, & ne in futurum dubitari contingat, aut de quota spectante ad Episcopum, aut de fructibus cujusvis speciei, ex quibus debetur quota Episcopo; Cum de jure quilibet administrator nedum rationes reddere teneatur, sed etiam debeat 14
esse prudens, & fidelis, ut de pluribus ad similes administratores pertinentibus expendit Sabel. *in Summa §. Administrator n. 6. cum seq.*

Et ita Episcopo tantum informante resolutum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Calaguritana Decimarum de Nalda.

Merc. 30. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Nil firmatur, quod traditum non sit in præcedenti decisione.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus Calaguritanus est Parochus universalis ejus diœcesis, cum in illa non sit divisa cura Parochiarum penes Curatos collativos.*
2 *Episcopo qui habet qualitatem Parochi universalis debentur omnes Decimæ, quæ in tota diœcesi percipiuntur, & n.11.*
3 *Idem judicium determinare debet causam, & causatum.*
4 *Qui sentit incommodum debet etiam sentire commodum.*
5 *Minister qui possidet pro domino, adversus ipsum non præscribit.*
6 *Socius adversus consocium non præscribit.*
7 *Testis consanguineus non probat.*
8 *Testis non deponens de visu per 40. annos non probat immemorabilem.*
9 *Consuetudo præjudicialis Episcopo in jure decimandi non suffragatur, si non probetur ejus scientia, & patientia.*
10 *Testis falsus in uno est falsus in omnibus.*
12 *Quota decimarum debita Episcopo debet esse immunis a quocunque onere.*

13 *Sententia lata super statu facit jus etiam quoad non citatos.*

14 *Est reddenda ratio de Decimis Episcopo curam universalem habenti per ministros subalternos, qui tenentur conficere librum rationis.*

DECISIO XVII.

VIctoriam, quam Reverendissimus Præsul Calaguritanus reportavit contra Beneficiatos plurium Ecclesiarum suæ diœcesis super solutione Decimarum respectu suæ quotæ juxta diversa alia dubia per me proposita, majori cum fundamento hodie assecutus fuit adversus Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis loci de Nalda, & Ecclesiæ de Sorzano illi annexæ, quæ licet tradant Episcopo integram tertiam partem fructuum majorum, & minorum, attamen ex Decima uvarum, ex quibus vinum conficiunt, tradunt duntaxat Episcopo partem ex illo vino, quod ex vasibus egreditur cum violentia, itaut statim ac illud incipit egredi absque violentia, sive turbidum, claudunt orificia vasuum, & de vino, quod in illis remanet, non tradunt quotam Episcopo, prout etiam non tradunt quotam Episcopo de illo vino, quod ex dd. uvis egreditur mediante pedum pressione, & quod premitur in torculari, quas species vini ibi, vulgo nuncupant *Escoreduras Pie, Trafpie, & Vinazzas*.

Præterea ex acervo communi ante divisionem faciendam cum eodem Episcopo extrahere satagunt sextam partem omnium fructuum pro salario eorum, qui curam animarum exercent in præfata Ecclesia de Nalda, & de Sorzano illi annexa; Pariterque extrahunt duas fanenas tritici pro jentaculis, quæ per Beneficiatos fieri solent in processione Sancti Marci, & in alia Dominæ Nostræ *de la Almedanna*, & etiam aliam mediam fanegam tritici, quam consignant Sacristiæ dictæ Ecclesiæ de Nalda, & aliam dimidiam, quam tradunt Sacristiæ alterius Ecclesiæ de Sorzano annexæ ex causa conficiendi hostias pro celebrandis missis in his duabus Ecclesiis, & denique extrahunt quoque quotam pro Archipresbytero.

Cumque tam ex causa solutionis quotæ ex vino, quam prædd. deductionum grave, & manifestum præjudicium pateretur Episcopus in tertia parte ei integre debita ex omni genere fructuum movit judicium coram Provisore Episcopatus, qui per sententiam pronunciavit, Episcopo nedum deberi integram tertiam partem ex qualibet specie vini, sed etiam ex ipsismet vinaceis, condemnavitque Beneficiatos ad solvendum ex quotis sibi spectantibus salaria Curatorum, & Archipresbyteri, & pariter duas fanegas tritici pro processionibus, & aliam pro hostiis Missarum, nec non ad reddendam rationem de Decimis, quas colligunt, & administrant, dictosque Beneficiatos a refectione expensarum absolvit; A qua sententia cum utraque pars appellaverit ad Sanctam Sedem Apostolicam in parte, & partibus præjudicialibus, fuit ad instantiam Episcopi introductum appellationis Judicium in hoc Sacro Tribunali; Mihique a S. D. N. causa commissa dubium proposui sub his verbis conceptum, *An Episcopo debeatur tertia pars ex omni specie vini, & an, & quæ deductiones ex acervo communi sint permittendæ ante divisionem, & quomodo sit reddenda ratio per Beneficiatos administratores in casu &c.* quod in omnibus suis partibus favore ejusdem Episcopi, tantum informantis, DD. resolverunt.

Retento nanque eo principio in aliis meis decisionibus semper admisso, quod licet in diœcesi Calaguritana sint

1 multæ Ecclesiæ Parochiales, illarum tamen cura non est divisa penes Curatos collativos, & in dd. Ecclesiis intitulatos, sed tota residet penes Episcopum tanquam Parochum universalem totius diœcesis, qui solet ad sui libitum deputare Beneficiatos in dd. Ecclesiis existentes ad administrationem curæ animarum, certa quota eisdem assignata, ut olim decisum fuit per Rotam cor. Seraph. *dec. 942. in prin.* & proinde eidem Episcopo uti Parocho universali ob juris assistentiam debentur omnes Decimæ, quæ in tota diœcesi Calaguritana percipiuntur, ut juxta sanctionum

2 Text. *in cap. cum contingat, cap. cum tua de Decimis firmant alia decisiones edita in Calaguritana Decimarum de Ocon 5. Maii 1683. §. Cum enim* cor. bo. me. Guaxardo, *& in Calaguritana Decimarum 22. Januarii 1694. §. Detecta & in eadem de Quintanar, & Pascunnana 17. Februarii §. Habet, & in alia de Lucrunio §. Siquidem 4. Julii 1696.* cor. me.

Quare licet Episcopus pro servitio, & cultu Ecclesiæ Parochialis de Nalda, & Sorzano illi annexæ, assignaverit duas ex tribus partibus Decimarum, reservavit tamen sibi integram tertiam partem super specie fructuum, semper pacifice perceptam ex datis *in Sum. n. 2.* Ideoque quemadmodum ipse gaudet integra tertia parte aliorum fructuum, ita etiam frui debet integra tertia parte ex qualibet specie vini, sive clari, sive turbidi, & ex vinaceis, ex optima ratione, quod cum Decima non solvatur a Parochianis in vino, sed in uva, est certum, quod sicuti ad eundem Episcopum pertineret integra tertia pars totius uvæ, ita quoque eidem dari debet integra tertia pars totius vini, quod ex dd. uvis decimatis conficitur in communi, ex regula quod idem judicium determinare solet causam, ac causatum per Text. *in l. quominus ff. de flumin.* Surd. *cons. 454. n. 3.* cum aliis cumulatis per Barb. *in tract. variar. axiomat.* 3
40. *n. 26.* eoque certius, quia Episcopus solvit ratione suæ quotæ tertiam partem expensarum, quæ fiunt in omni specie vini conficiendi ex dd. uvis decimatis, ac etiam pro pensione cellæ vinariæ, & pro salario administratorum *d. Sum. n. 1. lit. B. & n. 2. lit. A.* ac proinde adaptari potest vulgatum juris adagium, quod qui sentit incommodum debet etiam sentire commodum, ex regula Textus *in l. 10. ff. de regul. jur.*

Absque eo quod Beneficiati istius Ecclesiæ, & illi anne- 4
xæ tueri possint præsidio contrariæ consuetudinis, per quam conati sunt probare, quod ex supradicta specie vini turbidi, & ex vinaceis solitum non sit dare partem Episcopo; Quandoquidem recurrit legalis responsio in aliis decisionibus semper data, quod dd. Beneficiati tanquam simplices ministri Episcopi Parochi universalis, nequeunt ullam allegare præscriptionem, ex regula, quod cum mini- 5
ster possideat pro Domino, non potest contra ipsum præscribere; quæ conclusio vindicat sibi locum etiamsi Beneficiati probarent non esse simplices ministros, sed consocios, quia adhuc ex capite societatis præscriptio, licet immemo- 6
rabilis, nullum operatur effectum contra consocium, ut in terminis Decimarum dixit Rota cor. Zarat. *d. dec. 84. n. 32. & seq.* dictasque consuetudines semper ex hisce rationibus importavit Rota *in d. Calaguricana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Nec ad evitandam*, & in alio *de Lucrunio 4. Julii 1696. §. Neque sub obtentu*, & in alia *de Castildelgado pariter 4. Julii ejusdem anni §. Absque eo, quod*, cor. me.

Præterquam quod prætensa consuetudo immemorabilis non probatur per testes inductos a Beneficiatis dictæ Ecclesiæ de Nalda, & alterius annexæ de Sorzano; Tum quia duo ex illis sunt consanguinei eorundem Beneficiatorum, 7
adeoque non merentur fidem, ad tradita per Farin. *de testib. q. 54. n. 1. & 2.* Rota *dec. 54. nu. 12. part. 17. rec.* Tum quia omnes deficiunt in necessariis requisitis ad probandam immemorabilem consuetudinem, cum non deponant, pro- 8
ut requiritur, de visu per quadraginta annos juxta famigeratam gloss. *in cap. 1. verb. memoria de præscrip. in 6.* Rota *dec. 234. n. 13. par. 19. rec.* Tum fortius, quia nullus ex dd. testibus deponit de scientia, & patientia Episcopi, sine qua 9
frustra allegatur contraria consuetudo in præjudicium Episcopi, Bene Rot. cor. Zarat. *d. dec. 74. n. 41.*

Quinimo depositio eorundem testium asserentium non fuisse traditam Episcopo partem de vino turbido detegitur manifeste erronea, seu falsa, quia nonnulli Beneficiati dictæ Villæ de Nalda in positionibus eis datis pro parte Episcopi fassi sunt totum contrarium, ibi: *Che alla dignità Episcopale gli davano la sua terza parte delle scolature di dd. Bigonzi, e Tinazze sino all' ultima goccia, di Summ. n. 2. lit. B. & E.* qua stante falsitate, assequimur depositionem talium testium esse etiam parvi faciendam circa alios articulos ex nota juris regula; quod testis mendax, & falsus in uno censeatur falsus in omnibus propter individuitatem juramenti, ut in puncto respondit Rot. *dec. 269. n. 7. par. 16. rec.* ac proinde exclusa ex prædictis contraria consuetudine remanet in suo robore assistentia juris militans favore 10
Episcopi, uti Parochi universalis in diœcesi, ut in proposito expendit Rota *dec. 234. n. 7. rec.* ultra Doctrinas supra 11
allegatas.

Quod vero attinet ad secundam dubii partem, Domini moti ex eadem juris assistentia pariter dixerunt, exceptis expensis necessariis in colligendis Decimis, neutiquam esse deducenda salaria Curati, & Archipresbyteri, multoque minus fanegas tritici pro jentaculo, & hostiis missarum. Quoniam cum D. Episcopus, uti Parochus universalis assignaverit eisdem Beneficiatis tanquam subalternis ministris certas quotas pro omni cultu, & servitio Ecclesiarum; hinc sequitur, quod omnes expensæ deservientes pro tali effectu sunt deducendæ ex quotis pertinentibus ad ipsos Beneficiatos post factam divisionem

nem cum Episcopo; cujus tertia pars integra, & immunis esse debet a quocunque extrinseco onere, seu deductio-
12 ne, ut alias responsum fuit *in d. Calaguritana Decimarum de Quintanar, & Pascunnana 17. Januarii 1696. §. Progredientes, cum aliis supracit. dec. editis*, cor. me.

Potissimum quia ad exclusionem deductorum pro dd. salariis ex acervo communi ultra Constitutionem Synodalem publicatam de consensu totius Cleri, & confirmatam Apostolica authoritate; quæ uti lex particularis, ab omnibus fideliter est observanda, ut alias firmatum fuit in dd. meis præteritis decisionibus, militant favore Episcopi consuetudines aliarum Ecclesiarum tradendi quotam Episcopo liberam ab omni onere, nec non plura judicata lata tam in partibus, quam in nostro Auditorio, quæ uti tangentia
13 causam universalem faciunt jus etiam contra non citatos in judicio per notissimum Textum *in l. Ingenuum ff. de statu hominum*.

Denique circa ultimam dubii partem, quæ respicit redditionem rationis, Domini censuerunt Beneficiatos teneri ad illam reddendam Episcopo legalem, & strictam, sive ipsi considerentur uti administratores Decimarum nomine Episcopi, sive uti consocii, & comparticipes ex permissione ipsius, in sequelam d. administrationis debere libros rationis conficere, eosque legaliter retinere, dictorumque librorum authenticum transumptum tradere Episcopo, vel
15 suis ministris, juxta rationes, & auctoritates adductas *in alia Calaguritana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Tandem & seq.* coram me.

Et ita Episcopo tantum informante &c.

R. P. D. MOLINES.

Calaguritana Decimarum de Inestrillas.

Lunæ 12. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Quæ in antecedentibus decisionibus firmata fuerunt, hic quoque firmantur.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habens universalem curam animarum retinet jus percipiendi Decimas.*
2 *Ex dd. tamen Decimis tenetur Episcopus in quatuor dividere partibus, unam nempe reservando pro se, aliam applicando fabricæ Ecclesiæ, aliam pauperibus, & aliam Clericis pro ipsorum sustentatione.*
3 *Quando Parochiæ non sunt distinctæ tenetur Episcopus ex Decimis quas percipit dispensare partem inter Clericos secundum qualitatem meriti, & laboris.*
4 *Assistentia juris ad exigendum Decimas ex omnibus bonis fructiferis diœcesis est solum stabilita in favorem Episcopi, qui juxta ejus arbitrium tenetur quotam assignari Clericis juxta eorum labores, merita, & servitia.*
5 *Assignatio autem d. quotæ tenentur probare Clerici, vel mediante titulo, vel mediante quadragenaria possessione cum titulo colorato, vel mediante immemorabili.*
6 *Alias Episcopo omnium Decimarum exactio impediri non valet.*
7 *Et quidem ab omnibus fructibus etiam bonorum, super quibus fuerunt fundata opera pia.*
8 *Jus decimandi inhæret ipsis bonis, & sic nullam distinctionem inter unam, vel alteram speciem fructuum admittit.*
9 *Nulla que bona eximit.*
10 *Causa, & causatum pariformiter dijudicatur.*
11 *Liber antiquus mensæ Episcopalis probat.*
12 *Multum confert observantia generalis Decimarum ad præscribendam solutionem quoad locum particularem.*
13 *Constitutio Synodalis servari debet.*
14 *Judicatum emanatum super statu facit jus quoad omnes.*
15 *Traditur regula ad probandam immemorabilem.*
16 *Minister seu socius nunquam contra proprium dominum, seu consocium potest præscribere.*
17 *Quid ex Decimis Episcopo debitis sit detrahendum enucleatur.*
18 *Quota Decimarum debita Episcopo debet esse immunis ab omnibus oneribus.*
19 *Consuetudo non operatur, si adsit mala fides.*
20 *Beneficiati tenentur conficere librum, in quo debent describere singulas Decimas quas exigunt, de quibus compelluntur reddere rationem Episcopo, si iste Parochus sit universalis.*

DECISIO XVIII.

Quemadmodum Reverend. Episcopus Calaguritanus obtinuit decidi ad sui favorem plura alia dubia consimilia huic inferius recensendo contra diversas communitates Beneficiatorum suæ diœcesis eidem contendentium, vel quoram Decimarum, vel species fructum, in quibus illa detrahenda foret; ita etiam in hodierna legali colluctatione habita cum Communitate Beneficiorum de Inestrillas dubium mutuo consensu tam Episcopi, quam dd. Beneficiatorum concordatorum, & sub his verbis conceptum, *An, & quæ Decimæ debeantur Episcopo, & quæ Communitati Beneficiatorum respective in Ecclesia Parochiali de Inestrillas, & quæ deductiones sint permittenda ex acervo communi ante divisionem, & quomodo sit reddenda ratio per Beneficiatos administratores.* Domini hoc modo resolvendum esse censuerunt, nempe, *Decimas deberi Episcopo pro medietate ex omnibus fructibus, & deductiones esse faciendas juxta modum inferius in decisione exprimendum, & Beneficiatos teneri ad reddendam rationem.*

Verum ut singulis hujus resolutionis partibus adaptentur jura, quibus rationabiliter DD. moti fuerunt ad sic decidendum; propterea operæ pretium me facturum existimavi illas seorsim enucleare; Et inchoando a prima licet scribentes pro Beneficiatis non controverterent in Episcopo qualitatem Parochi universalis in tota ejus Diœcesi, qua attenta nulli dubium est, quin eidem Episcopo, habenti curam animarum ejus nomine exercitam per unum, vel plures Beneficiatos ad hunc effectum per illum deputatos assi- 1
stat jus percipiendi omnes Decimas, per Text. *in cap. finali*, ubi gloss. *de Parocho cap. cum contingat*, ubi Abbas *num. 7. de Decimis*, Rot. cor. Cerro *Dec. 544. n. 4. & 5.* & dictum fuit *in Calaguritana Decimarum 23. Januarii 1694. §. Detecta*, coram me.

Dicebant tamen, quod Episcopus non potest omnes dd. Decimas sibi retinere, sed tenetur eas distribuere, & dividere in quatuor partes; unam nempe reservando pro se, 2
aliam applicando Fabricæ Ecclesiæ, aliam pauperibus, & aliam Clericis pro ipsorum sustentatione, juxta dispositionem antiquorum Canonum, & signanter *in Canon. vobis, Canon. concesso, Canon. quatuor, Canon. de reditibus 12. q. 2.* & dicit *gl. in cap. cum contingat 29. verbo de jure communi, vers. quid ergo respondebis de Decimis.*

Pariterque ponderabant, quod quando Parochiæ non sunt distinctæ, tenetur Episcopus ex Decimis, quas percipit in tota diœcesi dispensare partem inter Clericos secun- 3
dum qualitatem laboris, & meriti ipsorum, per Text. *in Canon. 1. vers. Has vero Decimarum 16. q. 1.* & docent Panormitan. *in cap. cum contingit 29. n. 6. de Decimis circa finem*, Fagnan. *ibid. n. 26.* Castrop. *in oper. moral. tom. 2. tract. de Decim. disp. unic. punct. 10. n. 1.* Gonzal. *de regul. 8. Cancellariæ gl. 6. n. 80.* Grat. *disc. forens. 864. n. 39.* Puteus *dec. 361. num. 5. lib. 1.*

Ex quibus inferebant, quod cum Beneficiati non habeant assistentiam juris circa participationem Decimarum, eis proinde suffragari debeat consuetudo existens in Ecclesia de Inestrillas non solvendi Episcopo, sed retinendi pro se ipsis Decimas ex fructibus minutis, & bonis nuncupatis annexis, aliisque possessis a nobilibus vulgo *Hydalgos*: Imo juxta 4
hanc consuetudinem retinendi pro se ipsis has decimas, præsumendum sit fuisse ab initio assignatam ab Episcopo medietatem aliorum fructuum eisdem Beneficiatis pro ipsorum sustentatione, exercitio curæ, & aliis necessariis pro servitio, & cultu Ecclesiæ de Inestrillas.

Verum hujusmodi Theoricæ visæ fuerunt non obstare in præsenti casu, eo quia animadverterunt Domini esse indubitatum in jure Canonico, & multoties dixisse hoc supremum Tribunal, assistentiam juris ad exigendum Decimas ex omnibus bonis fructiferis diœcesis esse solum stabilitam in favorem Episcopi, & nullo modo in favorem Beneficiatorum, qui solum possunt de Decimis participare juxta quotam eis assignatam ab ipso Episcopo, a cujus arbitrio dependet talis assignatio secundum qualitatem laboris, & meriti Clericorum, etiam servitii, ac cultus Ecclesiæ *Can. statui-*

mus 55. *Can. In Sacris* 56. 16. *qu.* 1. *Can. Decimar.* 1. *vers. has vero* 16. *qu.* 17. *cap. Quoniam* 13. *de Decimis*.

Quamobrem Beneficiati tenentur concludenter probare, qualis quota eis spectet pro labore curæ & pro servitio Ecclesiæ ostendendo vel plenum titulum assignationis sibi ipsis factæ ab Episcopo, vel quadragenariam possessionem cum titulo colorato, & cum scientia, & patientia Episcopi, vel immemorabilem sine titulo, ut dictum fuit *in dec.* 74. *a n.* 19. coram Zarat. *et in Calaguritana Decimarum de Ocon.* 5. *Maii* 1683. cor. Guaxardo, *et in aliis pluribus decisionibus*, coram me *in hac materia editis*.

Itaut deficientibus his probationibus, resistat jus Benefi-
6 ciatis ad sibi retinendum, & non solvendum Episcopo Decimas ex fructibus minutis, & aliis speciebus bonorum fructiferorum, cum illi curam non exerceant nomine proprio, sed nomine Episcopi, uti Parochi universalis, cui ex hac causa de jure omnes Decimæ diœcesis debentur ex quibuscunque fructibus, & bonis inibi existentibus, ut præter generales doctrinas superius allegatas, magis præcise de fructibus minutis firmavit Rota *dec.* 53. *n.* 2. post Tondut. *de pens. et d.* 179. *n.* 11. *et seq. part.* 17. *rec. et dec.* 242. *num.* 7. *part.* 11. *rec. et in Calaguritana Decimarum* 23. *Januarii* 1694. §. *Firmato*, coram me, & de bonis nuncupatis annexis, super quibus fundata fuerunt anniversaria, Capellaniæ, aliaque opera pia, formiter discusso articulo dixit Rota *in Calaguritana Decimarum de Ocon.* 5. *Maii* 1683. coram Guaxardo *confirmata* 16. *Martii* 1685. coram Paulutio, *et* 10. *Decembris*, cor. Benincasa, & novissime *in alia de Lucrunio* 4. *Julii* 1696. coram me.

Idque procedit ex optima quidem ratione, quia jus de-
7 cimandi inhærens ipsis bonis, non solum non admittit distinctionem inter unam, vel alteram speciem fructuum per ea, quæ late tradunt Bolognett. *cons.* 29. *n.* 6. Castrens. *cons.* 17. *n.* 1. *lib.* 2. Rota cor. Catillo *dec.* 44. *n.* 16. *et* 17. *et dec.* 232. *n.* 4. *part.* 17. verum etiam nulla bona eximit, sive possideantur per Hydalgos, sive pertineant ad ipsos Beneficiatos, & Curarum; Nam sicuti per antea præfata bona erant decimatoria in horreo communi cum Episcopo, ita dicuntur transiisse in quemcunque possessorem cum onere
8 suo, ut bene ponderavit Rot. cor. Cerro *dec.* 544. *n.* 16. & dictum fuit in toties laudata *Calaguritana Decimarum de Ocon.* 4. *Maii* 1683. §. *Quemadmodum* cor. Guaxardo, *& in alia de Lucrunio* 4. *Julii* 1696. §. *Adstipulante*, cor. me.

Prout etiam Domini dixerunt tradendam esse Episcopo suam partem ex illa specie vini, quod vulgariter nuncupatur *Escoroduras*, *Pie*, *Trapie*, *& Vinazzas*: Nam cum
9 ex superius firmatis de jure ad Episcopum pertineant Decimæ ex omnibus, & singulis fructibus reponendis, & vinum istud conficiatur de uvis recollectis pro Decima, exinde sequitur, quod sicuti Episcopo competeret integra sua quota uvarum, ita etiam eidem dari debet integra pars totius vini, quod communiter conficitur de uvis decimatis nulla habita distinctione di vino claro, vulgo lagrima, seu turbido vulgo *Escoroduras*, *Pie*, *Trapie*, *& Vinazzas*; ex optima ratione, quo causa, & causatum pariformiter dijudicari debet, Barb. *in tr. var. axiom.* 40. *n.* 26. & dictum
10 fuit individualiter *in Calaguritana Decimarum de Nalda* 30. *Januarii currentis anni* §. *Quare*, cor. me.

Quæ omnia clariora redduntur, quia ex parte Episcopi ultra assistentiam juris pro eo militantem doctum etiam fuit ex antiquissimo libro legaliter custodito in Archivio Episcopali, & dato in *Summ. n.* 2. fuisse usque de anno 1567. arrendatas per Episcopos antecessores controversas Deci-
11 mas minutas Mensæ Episcopali spectantes pro medietate, qui quidem liber in antiquis plene probat, ut alias dixit Rot. *dec.* 44. *n.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *rec. & in Hispal. Decimarum* 15. *Januarii* 1663. *sub princip.* cor. Card. Taya, *& in Calaguritana Decimarum* 23. *Januarii* 1694. §. *Quibus adstipulatur*, cor. me.

Potissimum concurrente observantia generali fere totius diœcesis, juxta quam Episcopus ab aliis Communitatibus Beneficiatorum percipit suam quotam etiam ex Decimis
12 minutis: quæ observantia, seu consuetudo aliarum Ecclesiarum multum confert adversus hanc Ecclesiam de Inestrillas, cum agatur de titulo universali, Spad. *cons.* 7. *n.* 18. *& cons.* 134. *n.* 15. *lib.* 1. Rot. *dec.* 17. *n.* 1. *dec.* 139. *n.* 12. *par.* 2. *divers.* & in puncto *in Calaguritana Decimarum* 23. *Januarii* 1694. §. *Hoc ipsum*, cor. me.

Insuper prædictis adstipulatur Constitutio Synodalis edita de anno 1629. qua cautum fuit, quod omnia bona esse
13 deberent decimatoria in horreo communi, itaut sub prætextu annexorum, aut ex alio quovis titulo nequeant esse excepta; quæ Constitutio tanquam promulgata de communi placito totius Cleri in Synodo congregati, dicitur jus particulare diœcesis ab omnibus indifferenter observandum, ut in specie aliis cumulatis respondit Rota *in dicta Calaguritana Decimarum de Lucrunio* 4. *Julii* 1696. §. *Adstipulante*, *& in alia de Castildelgado sub eadem die*, *& anno* §. *Nec a præstatione*, cor. me, & demum non deficiunt plurima judicata promulgata favore Episcopi tam in partibus a Provisore Episcopatus Calaguritani, quam ab hoc nostro Tribunali, ut patet ex supracitatis decisionibus,
quæ cum editæ fuerint in Causa status universalis faciunt 14
jus quoad omnes ex vulgato Text. *in l. ingenuum ff. de statu hom.*

Quibus sic positis, non suffragatur Beneficiatis prætensa contraria consuetudo, seu immemorabilis præscriptio; Tum quia testes ad hunc effectum inducti pro majori parte deponunt de auditu, & omnes sunt inhabiles ad constituendam probationem immemorabilis, quæ probari debet per testes deponentes de visu per 40. annos cum aliis requisitis
notissimæ Glossæ *in cap.* 1. *verb. memoria de præscript. in* 6. 15
ut dictum fuit in aliis decisionibus coram me, ut supra, promulgatis.

Tum demum, quia ultra alias rationes adductas per informantes pro Episcopo, & elicitas tam ex defectu scientiæ,
& patientiæ illius, quam ex d. Synodali Constitutione, sa- 16
tis urgere visa est animadversio, quod cum Beneficiati controversas Decimas non percipiant ex titulo, & jure proprio, sed uti exercentes curam animarum vice, & nomine Episcopi; hinc necessario sequitur, quod sive considerentur tanquam simplices ministri subalterni ipsiusmet Episcopi, sed tanquam ejus consocii, nunquam potuerunt præscribere recensitas Decimas etiam per immemorabile tempus: cum minister, seu socius nunquam contra proprium Dominum consocium præscribere possit, ut in puncto firmat Rot. cor. Seraph. *dec.* 707. *n.* 6. & cor Zarat. *d.* 74. *n.* 32. *& in Calaguritana Decim. de Ocon.* 5. *Maii* 1683. §. *Nec Capitulo*, coram Guaxardo, & in aliis meis decisionibus, ut supra editis.

Quod vero attinet ad secundam dubii partem respicientes, 17
deductiones Domini existimarunt esse faciendas hoc modo, quod nempe possit detrahi ex acervo communi undecima pars pro administratore, & expensis, quæ per ipsum fieri debent in recollectione Decimarum, ad terminos Textus *in Canon. vobis* 12. *q.* 2. ulterius pensio justa, & rationabilis secundum temporis congruitatem pro horreo, in quo dd. Decimæ sunt reponendæ, denique salarium ministri, qui illas metitur, & dividit: quæ deductiones pro expensis sunt faciendæ non ex fructibus melioribus, sed ex toto acervo communi conflato, ex omnibus fructibus tam melioribus, quam mediocribus, & infimis, quibus duntaxat deductis visum fuit non posse deveniri ad deductionem salariorum Curati, & Sacristæ: Nam cum integræ Decimæ, ut supra dictum est, pertineant ad solum Episcopum uti Parochum universalem toties Diœcesis, itaut censeatur ab ipso fuisse ab initio assignatam Beneficiatis duntaxat medietatem dd. Decimarum ratione exercitii curæ animarum, & pro cultu, & servitio Ecclesiæ Parochialis, utique omnes expensæ, quæ fieri debent in hac causa, ut sunt salaria ministrorum Ecclesiæ persolvi quoque debent a Beneficiatis de eorum portione post factam divisionem cum Episcopo, cujus quota immunis esse debet a quibuscunque oneribus, per Text. *in capit. tua nobis*, *& capit. Pastoralis de Decimis*,
& alias responsum fuit *in Calaguritana Decimarum de* 18
Pascunnana 17. *Januarii* 1696. §. *pregredientes*, *& in alia de Nalda* §. *Quo vero*, coram me.

Eoque fortius, quia concurrunt etiam in hac parte tam specialis constitutio Synodalis disponens salarium Curati solvi debere ex quota Beneficiatorum, quam observantia fere totius diœcesis non deducendi salaria Curati, & Sacristæ ex acervo communi, & denique res judicatæ, juxta superius ponderatas authoritates.

Quinimo removetur omnis difficultatis umbra respectu hujus Ecclesiæ de Inestrillas inspecto quodam libro antiquissimo Decimarum incipien. ab anno 1642. usque ad annum 1690. quo constat, Beneficiatos usque ad an. 1653. nunquam deduxisse salarium Curati ex acervo communi ante divisionem Decimarum, sed illud solvisse ex propria eorum portione, solumque a dicto anno 1653. introductam fuisse parvam consuetudinem deducendi salaria dd. Curati, & Sacristæ ex acervo communi, *dicto Sum. n.* 6. Quæ qui-
dem moderna contraria consuetudo ab inde citra introdu- 19
cta nil suffragari potest dictis Beneficiatis, obstante dicta Syno-

Synodali Constitutione, ex qua dicitur in eisdem Beneficiatis inducta mala fides, quæ operatur, ut non sit allegabilis posterior consuetudo illi contraria, ut dixit Rota cor. Zarata *dict. d.* 74. *num.* 36. & coram Cerro *d.* 469. *num.* 14. *& in dicta Calaguritana Decimarum de Ocon.* §. *Tum quia*; coram Guaxardo.

Denique circa ultimam dubii partem, quæ respicit redditionem rationis, juremerito Domini autumarunt, Beneficiatos teneri ad illam reddendam Episcopo mediante legali confectione, & retentione librorum, ubi fideliter adnotari debent omnes Decimæ, quas colligunt, & administrant; Quia hoc est proprium Administratorum, quales citra controversiam sunt dd. Beneficiati, ut plene firmatum fuit *in Calaguritana Decimarum 23. Januarii* §. *Tandem, & seqq.* coram me, cui remissive se habuerunt.

Et ita utraque Parte &c.

R. P. D. CAPRARA

Nullius Tudellæ seu Tirasonen. Decimarum,

Lun. 1. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Laudatur distinctio quam enucleat Card. de Luca *de Decim. disc.* 17. quod scilicet si prætendatur præscribi Jus decimandi in substantia immemorabilis, requiratur, si vero prætendatur allegari præscriptio super modo & quantitate decimandi, sufficiat quadragenaria.

SUMMARIUM.

1 *Super modo decimas persolvendi, & super illarum quota potest de Jure fieri concordia.*

2 *Et ab ea recedi non licet.*

3 *Concordia super decimis, si sit confirmata a Papa, omnimodam recipit efficaciam.*

4 *Et ligat etiam successores.*

5 *In causa decimarum defertur testimonio Testium licet sint de Universitate, cujus favore eorum dispositio tendat.*

6 *Communitas non remanet prejudicata ex facto particularium.*

7 *Ad præscribendam substantiam decimarum exigitur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*

8 *Hæc tamen conclusio non admittitur, si tractetur vel de alteratione quotæ, vel de ea reducenda ad certam speciem fructuum, cum in his casibus sufficiat simplex quadragenaria.*

9 *Concordia super decimis eo magis est observanda, si illa fuerit utilis Ecclesiæ.*

DECISIO XIX.

PRævia lite introducta in Rota inter Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Collegialis Sanctæ Mariæ Civitatis de Tudella Episcopatus Tirasonen. ex una, atque Cives ejusdem Oppidi de Tudella ex altera partibus, super præstatione Decimarum, inita est de anno 1566. inter eosdem concordia, in qua conventum fuit, solvendam esse in posterum integram Decimam ex avellanis, atque loco Decimarum quorumcunque aliorum fructuum, præstandas esse tres liberas olei pro quolibet pede quatuor corbitum olivarum, statuto certo modo in conventione expresso circa earundem solutionem ex moris, atque cardonibus; sed nunc jactantibus Canonicis, se velle inposterum exigere Decimam ex quocunque fructuum genere, quamvis in concordia excepto, Causaque mihi commissa, utpote jam ante concordiam hoc eodem Tribunali agitata, hodie dedi dubium, *An sit concedendum mandatum pro observatione concordiæ in casu &c.* & DD. *affirmative* responderunt.

De Jure enim concordia fieri poterat super quota Decimarum, & super modo easdem persolvendi, juxta tradita per Canonistas in *cap. statuimus*, ubi signanter Abbas *n.* 1. Gonz. *n.* 7. *de Transact.* & postquam ea semel inita est, sic attendi meretur, ut in posterum Decimæ debeantur ad formam a Partibus conventam, non juxta dispositionem Juris
1 *cap. ex multiplici, cap. nuper de Decim.* Rota cor. Card. Celso *dec.* 261. *n.* 1. *& dec.* 718. *n.* 1. *&* 2. *p.* 8. *Recentiorum.*

2 Accedente confirmatione Sanctæ Sedis Apostolicæ per insertionem substantiæ ejusdem concordiæ, per quam concordia omnimodam recipit efficaciam per Text. *in cap. venerabilis*, ubi *licet sit per nos confirmanda & ad majorem rei evidentiam literis confirmatoriis tenor compositionis insertus, de confirmat. util. vel inutil.* itaut non modo transigentes, sed quoslibet eorum successores astringat ad observantiam, ad quam de jure tenebantur tantum illi, qui concordiam fecerunt, *cap. veniens, vers. nisi prædicti Monaci*, ibique Gloss. *in verbo confirmatam Hostien. n.* 3. *in fin.*
4 Barb. *n.* 2. *de Transact.* Abbas *in cap. ex multiplici nu.* 2. *de Decimis*, Moneta *eodem tract. cap.* 5. *quæst.* 6. *num.* 126. 3
Bellet. *disquis. Clerical. part.* 1. *tit. de Cleric. debitore* §. 5. *n.* 31. Rota *d.* 218. *n.* 6. *part.* 7. *recent.*

Juncta observantia comprobata per Testes, qui testantur se nunquam solvisse Decimas de fructibus in concordia reservatis, quibus favore Universitatis in Causa Decimarum deferri voluit originaliter Joan. Andr. *in cap. sine possessione de regulis Juris nu.* 6. cui adhærent Felin. *in cap. insuper num.* 17. *de testib.* Farinacc. *eodem tract. quæst.* 60. *n.* 49. & Cutrius *eodem tract. conclus.* 4. *num.* 14. *in fine inter Tractatus magnos tom.* 4. *fol.* 115. Mascard. *de probat. tom.* 3. *conclus.* 1358. *num.* 60. 4

In nihilum refragantibus quibusdam actibus nonnullorum ex dicto Oppido de Tudella, qui se obligarunt 5
erga Capitulum ad persolvendas quascunque Decimas de quibuscunque fructibus, qui in eorum prædiis nascentur; quia prætermissis cæteris responsionibus, ea placuit; quod etiamsi actuales solutiones pluries factæ fuissent ab iisdem particularibus, per eas tamen neutiquam præjudicatum dici potest Communitati, *l. sicut, ff. cujusque univer. sit. nomin.* Beto *cons.* 19. *n.* 31. *lib.* 1. Cravett. *cons.* 21. *nu.* 8. Fontan. *dec.* 546. *n.* 7. Rota *dec.* 774. *in fin. part.* 3. *Recent.* & cor. Mantic. *dec.* 256. *n.* 6. & cor. Buratt. *dec.* 286. *nu.* 4. ibique Adden. *lit. A*, ubi quod ad hoc, ut inde præjudica- 6
tum fuisset Universitati, requireretur, quod ipsa collegialiter congregata, actus eos particularium approbasset.

De utilitate Capituli, & Canonicorum dubitari non potest, quia vigore concordiæ aucta est Decima olivarum, atque de moris, atque cardonibus percipiunt Decimas, a quarum solutione Cives erant antecedenter exempti ex titulo enunciatio tam in Instrumento concordiæ, qua in Confirmatione Papali postmodum super- 7
venia, immemorabilis scilicet consuetudinis non solvendi Decimas, nisi ex olivis, & avellanis, quæ de Jure plusquam sufficiens erat ad eorum exemptionem astruendam, secundum receptissimam Doctorum sententiam quod 8
quamvis necessaria sit immemorabilis, vel saltem quadragenaria cum titulo, quando agitur de præscribenda substantia Decimarum in toto, per Textum *in cap. Episcopum de præscription. in* 6. tamen quando tractatur vel de alteratione quotæ, vel de ea reducenda ad certam speciem fructuum, suffragatur sola, & simplex quadragenaria, ad Textum *in cap. cum tanto, ibique* Gloss. *in verbo legitime sit præscripta de Consuetud.* Paris. *cons.* 25. *num.* 8
17. *lib.* 4. Covarr. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 17. *sub nu.* 8. *ad* §. *Decimo his omnibus*, Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *c.* 12. *n.* 46. Cardinalis de Luca *de Decimis discurs.* 18. *nu.* 8. Rota *decis.* 33. *nu.* 1. *& sequentibus part.* 6. & cor. Cardinali Seraphino *dec.* 1102. *n.* 7. & cor. Royas *dec.* 391. *nu.* 5. & cor. Bich. *dec.* 653. *n.* 1. qua supposita Ecclesiasticorum utilitate, eo magis concordia debet observari, *ut in cap. statuimus*, 9
notant Abbas *n.* 3. Anton. a Butrio *num.* 4. Barbos. *n.* 5. *de Transaction.* Moneta *de Decimis cap.* 5. *quæst.* 7. *n.* 124. Rota *decis.* 582. *num.* 2. *part.* 18. *Recent.*

Et ita decisum est, Universitate tantum informante, Capitulo autem dilationem petente.

R. P. D. MUTO.

Tarracon. Præpositur.

Luna 27. Januarii 1694.

ARGUMENTUM.

Enucleatur methodus præscripta a Sacro Concilio Tridentino, & adnotata a Card. de Luca in illius *disc.* 12. ad Annotat. ad S. Concil. Trident. ut Parochus ob non residentiam privari possit Parochiali Præbenda, & firmatur quod *conciliaris dispositio in cap.* 1. *sess.* 22. *de reform.* servanda sit in Parochialibus, quodque tempus licentiæ obtentæ a non residendo incipiat a die illius præsentationis, non autem a die concessionis.

SUMMARIUM.

1 *Possessione quis non privatur in vim sententiæ nullæ, & injustæ.*

2 *Manutentio competit adversus factum Judicis nullum, & injustum.*

3 *Vicarius Episcopi privationis sententiam proferre non potest absque speciali mandato ejusdem Episcopi.*

4 *Sententia est nulla, si non adsit citatio ad Sententiam.*

5 *Stylus præcise probari debet de illa Curia, in qua fuit judicatum, si ex stylo evitari prætendatur nullitas ob defectum alicujus requisiti a Jure exoptari.*

6 *Conclusio in causa circumducta dicitur per Jurium productionem.*

7 *Sententia privationis Parochi ob non residentiam ferri non*

non potest absque trina citatione facta per publica edicta.

7 *Methodus præscripta* a Sacr. Concil. Trid. cap. 1. sess. de reformat. *servari debet etiam in privatione Parochi non residentis.*

9 *Medicis standum est circa probationem infirmitatis.*

10 *Ex causa non residentiæ decerni non potest privatio Beneficii, si justa cum causa renuatur rediri.*

Præcipue si exerceatur Beneficium per idoneum Vicarium.

11 *Licentia obtenta a non residendo incipit a die presentationis.*

12 *Arbitrium concessum in Indulto regulari debet a jure, & exerceri non potest ab officiali Episcopi, si Episcopo directum fuerit.*

13 *Recursus ad judices laicos non deperit, si habitus fuerit a Procuratore procura mandato destituto.*

14 *Præsertim si habita notitia de illo principalis uti nolle declaraverit.*

DECISIO XX.

CUM Officialis Curiæ Archepiscopalis Tarraconen. de mense Octobris 1696. Urbanum Sanchez ex capite absentiæ a residentia per sententiam privasset a Præpositura Parochialis Ecclesiæ Insulę Ebutii seu Juvissæ ac super ipsius provisione concursum indixisset, in quo duntaxat comparuit Joseph Celada, qui institutionem reportavit, & possessionem successive fuit adeptus, semel & iterum appella-
1 vit Urbanus ad Sanctam Sedem, directaque mihi commissione contigit hodie disputari dubium, *An sit danda manutentio aut reintegratio*, quod affirmative pro manutentione resolutum remansit, ex quo cum relata privationis sententia nullitatis, & injustitiæ vitio laboret, neutiquam Urbanus
2 potuit sua possessione privari, ut inquit Rot. *inter diver. d.* 802. *n.7. p..* cor. Dun. Jun. *dec.* 878. *in rec. dec.* 163. *n.* 13. *p.* 4. *tom.* 2. ad quam propterea conservandam competit manutentio, ut in terminis firmavit eadem Rota cor. Se-
3 raph. *decis.* 1346. *numer.* 1. coram Dunozett. Jun. 9. *decis.* 878. *num.* 4. *in rec. citata decis.* 163. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 117. *num.* 1. *part.* 15.

Nullitas equidem sententię de qua agitur suaderi visa fuit, tum ex defectu Jurisdictionis utpote latæ per officialem Archiepiscopi, quia absque speciali mandato id ipsi permissum
4 non erat *cap.* 2. *de offic. Vic. in* 6. Rota *in rec. dec.* 137. *n.* 1. *part.* 3. *& dec.* 117. *num.* 13. *part.* 15. Tum ex altero insanabili defectu citationis ad sententiam omnino requisitæ, per Text. *in clem. sæpe vers. Sententiam de verb. signif.* Rota *in recent. dec.* 311. *n.* 10. *p.* 15. non subsistente quod ea necessa-
5 tia non erat post conclusum in causa ex allegato stylo Tribunalium Hispaniæ, cum iste non probetur in specie de Curia Tarraconensi, prout ab allegante concludendum esse in his terminis advertit Adden. ad Pamphil. *dec.* 67. *nu.* 10. Rota cor. Greg. *decis.* 140. *& ibi* Addend. *nu.* 12. magisque in hac facti specie, cum per intermediam jurium produ-
6 ctionem ipsa conclusio in causa circumducta remansisset, quo enim casu stylus præfatus non afficit, ut etiam considerat Adden. ad Pamph. *ubi supra nu.* 9. *vers. limitatur* 3. *cum seq.* & Rota cor. Coccin. *decis.* 1484. *nu.* 2. Tum insuper ex quo sententia privationis lata fuit absque trina citatione facta per publica edicta & contra methodum seu or-
7 dinem præscriptum per Sacrum Concilium Tridentinum *in cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* quem etiam servandum esse in Parochialibus ad postulationem Divi Caroli Borromei, declaravit *Sac. Congreg. Concilii diebus* 21. *Octobris & 6. Decembris* 1566. prout referunt Pignat. *consult.* 75. *nu.* 8. *tom.* 6. Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 8. *& de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 5. ubi contrariis respondetur, Barb.
8 *de offic. & potest. Episc. alleg.* 53. *num.* 105. Panimol. *decis.* 80. *num.* 10. *cum duob. seqq.* & in hac opinione uti veriori & æquiori discussa materia sistit Rota *dec.* 131. *& dec.* 163. *per tot. part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 360. *n.* 1. *part.* 12.

De injustitia pariter sententię constat, eo quia cum Urbanus qui gravi detentus morbo in Insula Eburii se transtulerat in civitatem Valentiæ ejus Patriam approbante Ordinario & relicto idoneo Vicario, ut habetur ex articulis ejus nomine exhibitis, & pro probatis admissis de tempore quo fuit monitus, ut ad residentiam se conferret, adeo graviter ægrotaret cum frequenti accidentium complicatione, ut redditus fuisset inhabilis ad longum iter arripiendum sine evidenti vitæ periculo juxta attestationem Medicorum, quibus in hac materia defertur *l.* 7. *mense ff. de Stat. hom.* Rota *d.* 117. *num.* 15. *& dec.* 312. *nu.* 16. *part.* 15. *rec.* contra ipsum deveniri non poterat ad pœnam privationis, cum stante hujusmodi impedimento justam, & rationabilem causam haberet se excusandi a residentia, ad text. *in cap. inter quatuor & capit. fin. de Cleric. non resid.* Rota *in sæpe d. dec.* 117. *& decis.* 312. *utrobique num.* 15. *& 16. part.* 15.

Indubitanter, quia de hoc tempore absentiæ ex causa infirmitatis exercebatur cura per Vicarium idoneum & ap- 9
probatum, nullumque damnum imminebat Gregi sibi commisso ob ejus absentiam; & quod removet omne dubium Urbanus impetraverat a Sacr. Congregatione Concilii Indultum abessendi per sex menses, quibus pendentibus non poterat officialis ad privationem devenire non adversante quod a tempore concessionis hujusmodi licentiæ terminus sex mensium prolapsus fuisset; nam satis est quod ille duraffet a die præsentationis, ut dictum fuit *in Calaguritana fructuum* 27. *Februarii* 1696. §. *quo vero* coram me, minusque obstante quod idem Indultum remissum fuerit arbitrio & conscientiæ Ordinarii, quia hujusmodi arbitrium exerceri non poterat ab officiali, quia regulari debet a Jure de quo ex præmissis ob causam infirmitatis Urbanus abesse poterat, & etiam quia illud non fuit admissum cum præsupposito illius expirationis ob lapsum sex mensium a die 11
concessionis, & ideo deventum fuit ad privationem.

Nec ad repellendum Urbanum a Judicii limine objici valuit recursum ad judices laicos, nam constat talem recursum ab ipso non fuisse habitum, sed a Procuratore, de cujus speciali mandato non docetur, prout ad hunc effectum requiritur ex Rota *dec.* 436. *n.* 35. *part.* 2. *rec.* quod- 12
que magis est, Urbanus statim ac talis recursus notitiam habuit, ei solemniter renunciavit expresse protestando se velle Sacr. Rotæ judicium assequi, ut ad rem advertitur *in* 13
d. decis. 436. *num.* 31. *part.* 4. *tom.* 2.

Et ita conclusum &c.

R. P. D. BENINCASA.

Calaguritana Fructuum.

Merc. 5. *Decembr.* 1691.

ARGUMENTUM.

Canonicus habens cum dispensatione Apostolica dignitatem si recedat cum licentia a servitio ex causa litis promotæ super dignitate, lucratur nedum fructus ipsius dignitatis, sed etiam Canonicatus, ad ornatum *disc.* 15. Card. de Luca *in annot. ad Sacr. Conc. Trid.*

SUMMARIUM.

1 *SEntentia injusta non transit in judicatum, sed adversus illam datur restitutio in integrum.*

2 *Retinens duas dignitates incompatibiles ex dispensatione Apostolica vel consuetudine residendo in exercitio unius satisfacit utrique.*

3 *Et propterea si sit absens ex causa unius dignitatis, lucratur fructus etiam alterius.*

4 *Canonicus absens cum licentia superiorum & permanens in bona fide consequitur fructus Canonicatus.*

5 *Rota solet reverenter amplecti resolutionis Sacra Congregationis Concilii.*

6 *Lis super spolio non dicitur terminata, donec non subsequatur restitutio fructuum.*

7 *Ad effectum lucrandi fructus Canonicatus tempore absentia sufficit licentia Ordinarii cum causa.*

8 *Non dicitur justa causa absentia ob litem qua gravis non sit, & neque statum persona vel Beneficii tangat.*

9 *Limitatur quoties lis agatur cum Capitulo.*

10 *Capellani Regis Catholici licet sint absentes lucrantur ex indulto Apostolico fructus Canonicatuum.*

11 *Privilegium non residendi a Pontifice concessum idem operatur ac si Canonicus actu resideret.*

12 *Adversus Privilegium Apostolicum clausula sublata munitum, & decreto irritanti dari non potest exceptio de non usu, vel de observantia in contrarium.*

13 *Statuta qua demandant renunciationem privilegiorum non residendi intelliguntur de privilegiis gratuitis, non onerosis.*

DECI-

DECISIO XXI.

NON constare de re judicata, sed potius de causis restitutionis in integrum, Rota hodie respondit coram me ob injustitiam sententiarum, quæ sicut impedit ne illæ
1 unquam transeant in judicatum, sic etiam viam aperit succumbenti, ut ipse in integrum restitutionem obtineat; ad Text. *in cap. inter cæteras 15. ibique* Felin. *de re judic.* Rota coram Arguell. *d.* 43. *num.* 15. & cor. bon. mem. Card. Cerro *dec.* 97. *num.* 33.

Injustitia autem sententiarum, de quibus agitur, clare deprehenditur, nam procedendo juxta methodum præcedentis rei judicatæ, & cum distinctione fructuum, tam Archidiaconatus, quam Canonicatus, ad quorum recuperationem Hieronymus agit adversus Capitulum collitigans, in-
2 justitiæ quidem videbantur *in ea parte, in qua non denegatur illa restitutio fructuum Canonicatus*, quem simul cum Archidiaconatu ex dispensatione Apostolica retinebat *eo cum supposito, quod discesserit a residentia ex causa duntaxat prosequendi Judicium pro reintegratione ad possessionem Archidiaconatus*; ideoque lis ad ejus titulum restricta præbere minime potuerit justam causam lucrandi etiam fructus Canon. super quo nulla cadebat controversia.

Quoniam præmisso indubitato juris principio Dignitatem, & Canonicatum, sive duo Beneficia alias incompatibilia ex dispensatione, vel consuetudine, cum naturaliter
3 in utraque Sede residere non possit, virtualiter, & civiliter in una residendo satisfacit utrique, Germin. *in cap. non potest §. Illud n.* 11. & Franch. *n.* 5. *de Præbend. in* 6. Felin. *in cap. At si Clerici §. de Adulteriis sub nu.* 16. *de Jud.* Rota *dec.* 703. *n.* 2. *p.* 4. *rec. tom.* 3. cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 58. *n.* 22. *&* 23. Profecto sequitur, dum Hieronymus justa ex causa recessit a Sede Archidiaconali, in qua tanquam digniori residere tenebatur, ei minime opponi posse, quod exinde non residens in Canonicali ejus fructus lucratus non fuerit. Impossibile namque erat, quod propter assistentiam litis, alioquin præstandam in remotis Partibus legitime adesset uti Archidiaconus, & adhuc deberet adesse pro servitio Ecclesiæ tanquam Canonicus, ut in
4 puncto consuluit Navar. *cons.* 14. *per tot. de Cler. non residen.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 25. *n.* 35. Barbos. *de Offic. & potest. Episc. alleg.* 53. *n.* 127. *& de Canon. cap.* 21. *sub nu.* 19. *vers. Et quod si ex dispensatione*, Rota *dec.* 703. *ex n.* 3. *part.* 4. *rec. tom.* 3. & cor. Merlin. *dec.* 1220. *n.* 3. *&* 4.

Accedente potissimum ad hunc effectum non solum una, sed multiplici licentia per eundem, primo loco a Capitulo impetrata, deinde vero a Sacra Congregatione Concilii per biennium duratura, & tandem a proprio Episcopo pro tempore indefinito, ex quibus omnibus potuit credere se fuisse legitime dispensatum etiam ratione tituli Canonicatus. In his enim circumstantiis plurimum attendi debet bona fides, non residentis, quando non deficit, ut in præsenti Superioris Indultum, vel dispensatio, quia ejusdem intuitu similis licentia requiritur tanquam radicata super bono obedientiæ, & ne dicatur Canonicum abesse in spretum, & contemptum illius, ut notat Glos. *in d. cap. Inter quatuor verba verb. sine justa causa, ibique* Hostien. *sub n.* 2. *de Cleric. non residen.* prosequitur Navarr. *d. cons.* 14. *eod. tit. circa fin.*

Quod optime agnoscens Sacra Congregatio Concilii, dum ejus Oraculum exquisitum fuit Partibus utrinque Informantibus, individuale hoc dubium resolvit affirmative, quod nimirum *Hieronymo debetur fructus, tam Archi-*
5 *diaconatus, quam Canonicatus pro tempore absentiæ causa litis super solo Archidiaconatu*. Hujusmodi autem resolutiones Rota reverenter amplecti solet, & cum eis se conformando propriam mutare sententiam, juxta firmata *in Rom. Capellaniæ* apud Marches. *de commiss. f.* 140. *sub nu.* 1. *& rec. dec.* 210. *n.* 2. *part.* 15. *& dec.* 516. *n.* 24. *& seqq. part.* 18. *& dec.* 335. *n.* 12. *part.* 19. *rec.*

Injustæ quoque apparuerunt sententiæ præfatæ in ea parte, in qua neglectis supra citatis Indultis, Capitulum absolvit a restitutione perceptorum fructuum, postquam Hieron. recuperata actuali possessione Archidiacon. & residentia reassumpta iterum abesse coactus fuit pro defensione, seu prosecutione litis super fructibus, de quibus agitur; non enim deneganda ipsi erat restitutio illorum, dum ex Superioris permissu denuo abesse poterat; ex proxime allegatis.

Nec quidquam afficit, quod Sacra Congregatio Concilii limitate indultum concesserit usque ad terminationem litis, & ea jam diu terminata fuerit per relaxationem executorialium Rotalium, paritionem Capituli, possessionem desuper acquisitam Archidiaconatus, & residentiam successive factam; Quia revera dici nequit finita lis agendo ma-
xime in Judicio Spolii per simplicem adeptionem recupe- 6
ratæ possessionis, quousque ulterius non subsequatur restitutio fructuum, qui veniunt in sequelam, & sunt effectus ejusdem reintegrationis, *cap. gravis de rest. spoliat.* Menoch. *in præl. de recuper. poss. nu.* 6. Rota apud Posth. *de manut. decis.* 17. *nu.* 2. *&* 3. & coram Dunoz. jun. *dec.* 924. *nu.* 1. *& seqq.* fortius quia idem Hieronymus ad cautelam, & juta juribus addendo impetravit quoque licentiam ab Ordinario, ut dictum est pro tempore indefinito, quæ sola sufficit juncta causa, Gloss. *in d. cap. relatum verb. Prælato-*
rum de Cleric. non residen. & ibi Abb. *n.* 4. Ciarlin. *controv.* 7
226. *n.* 3. *& seqq.* Rota *decis.* 1. *num.* 3. *part.* 4. *recent. tom.* 2. & coram Ubald. sen. *dec.* 288. *n.* 1.

Parum relevante, quod absentiæ causa non esset justa, cum ageretur de lite gravi, quæ tangeret statum Personæ, vel Beneficii, ad tradita per Archid. *in cap. licet causam sub n.* 7. *de elect.* & advertit Rot. *d. dec.* 288. *nu.* 2. cor. Ubald. sen. quia specialis est in his terminis, quod lis cum Capitulo a residentia excuset, quamvis non sit super titulo Beneficii, sed super consecutione fructuum, ea ratione, quod alias illud ex propria contumacia posset lucrum captare,
ut limitando contrarias authoritates probat de Marin. *re-* 8
solut. 40. *n.* 13. *lib.* 1. Rota coram Seraphin. *dec.* 594. *nu.* 11.

Cæterum, hæc omnia videbantur DD. non seorsim, & de per se, sed simul juncta consideranda, advertentes insuper, quod favore Hieronymi, tanquam unius ex Capellanis honoris Catholicæ Majestatis militant etiam duo Privilegia, seu Indulta a fel. record. Gregorio XV. a san. mem. Innocentio XI. Regi Hispaniarum concessa, quod nimirum præfati ejus Capellani possint quoque in absentia lucrari fructus Canonicorum, & similium Beneficiorum re-
sidentiam requirentium. Privilegium enim non residendi 9
a Pontifice concessum idem operatur, ac si Canonicus actu resideret, Potter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 27. *n.* 198. de Marin. *de resolut.* 40. *n.* 13. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 24. *n.* 13. Rota coram Durano *dec.* 44. *fere per tot.*

Nullatenus refragante, quod adversus Breve Gregorii
XV. supplicaverint mediante Primate Toletana omnes His- 10
paniarum Cathedrales, earumque supplicatio per Regem admissa fuerit. Nam quidquid sit de hoc, non exinde concludi valet illius inobservantia, cum imo per ejusdem usum dentur quamplures actus convincentes omnimodam irrelevantiam objecti, quia non solum ab antiquo, nempe de anno 1645. Fiscalis Regiæ Capellæ de ordine Regio cor. Nuncio institit, ac decretum obtinuit pro illius executio-
ne; sed recenti ejusdem vigore Supremum Consilium Ita- 11
liæ mandavit expediri provisionem pro simili Capellano ut ipsi responderetur de fructibus Canonicatus Ecclesiæ Messanen. Cumque ex post supervenerit Breve san. mem. Innocentii XI. quod primum nedum confirmat, verum etiam extendit ad triginta Capellanos honoris Reginæ Matris, & utrunque munitum sit clausula *sublata*, & decreto *irritanti*; id utique superabundat: ne dari unquam possit de non usu illorum, vel de observantia in contrarium, Gratian.
discept. 559. *n.* 35. Cyriac. *controv.* 202. Rota *dec.* 16. *n.* 17. 12
& dec. 311. *n.* 2. *part.* 7. & cor. Card. Cels. *dec.* 200. *n.* 6.

Nec magis afficit, quod Hieronymus in actu adeptæ possessionis Archidiaconatus, & Canonicatus juramentum emiserit de observando particulare Statutum Ecclesiæ Calaguritanæ, in quo similium Privilegiorum renunciatio explicite demandatur; Tum quia in præfatis Indultis literaliter derogatur hujusmodi etiam Statutis, vel consuetudinibus, quantumvis *juramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet alia firmitate roboratis*; Tum quia similia Statuta intelligenda sunt de Privilegiis mere gratiosis; non de
onerosis, & mixtis, qualia sunt controversa, uti elargita 13
intuitu personalis servitii Majestatis Regiæ præstandi a prænominatis Capellanis, ideoque ad illorum abrogationem, seu renunciationem omnino opus erat, quod de eisdem fieret mentio specifica, & individualis, quæ prorsus deficit in hoc casu, prout in simili probat Card. *cons.* 147. *n.* 3. *& per tot.* Matescott. *var. resolut. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 26. Rota coram Rembold. *dec.* 365. *sub num.* 9. *&* 9.

Et ita utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Calaguritana Fructuum.

Vener. 20. *Junii* 1692.

Approbantur superius decisa.

SUMMARIUM.

1 *CAnonicus ex justa causa dicitur absens, si ob litem discesserit a residentia.*

2 *Et lucratur fructus Canonicatus tempore absentiæ,*

3 *Et*

3 *Et quatenus aliam quoque haberet dignitatem, licet super ista lis non sit, adhuc etiam fructus illius quoque consequitur.*

4 *Rota solet sequi resolutiones Sacræ Congregationis Concilii, licet opus esset a propria sententia recedere.*

5 *Canonicus absens ex causa litis habet fructus Canonicatus, licet lis non tangeret statum personæ vel Beneficii, sed tamen ageretur eadem lis contra Capitulum.*

6 *Pro excusanda absentia Canonici sufficit bona fides.*

7 *Lis super spolio terminata non dicitur per solam recuperationem possessionis.*

DECISIO XXII.

JUxta Decisionem alias editam coram me sub die 5. Decembris præteriti resolutum iterum fuit, Hieronymum restituendum esse in integrum, adversus sententias contra illum prolatas, cum non potuerit privari fructibus Canonicatus, & Archidiaconatus, quos possidebat pro tempo-
1 re, quo absens fuit a servitio Ecclesiæ, dum lis quandiu sustineret justam causam ei præbuit absentiæ, Ancharan. *cons.* 17. *num.* 2. *& sequen.* Ciarlin. *controv.* 227. *num.* 13. *& seq.* Rota coram Ubald. *dec.* 288. *num.* 1. Buratt. *decis.* 692. *num.* 5. *ibique* Ann. *num.* 11.

Et quamvis super solo Archidiaconatu lis agitata fuerit, non exinde inferri tamen potest, quod utriusque Beneficii fructus debiti illi non sint, quia cum ex dispensatione Apo-
2 stolica Hieronymus Archidiaconatum simul, & Canonicarum retineret, sicut residendo in Archidiaconatu Canonicatus fructus lucrari poterat, Franc. *in cap. non pot. §. Illud enim t. de præbend. in* 6. Rota *decis.* 703. *nu.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *recentior.* & cor. Merlin. *decis.* 132. *d.* 2. sic dispensatus a residentia occasione litis super altero illorum ab utriusque servitio dispensatus intelligitur, itaut omnium fructus legitime consequi debeat, cum dari non possit, quando tan. quam Archidiaconus abesse potuerit, & præsentiam præstare debuit tanquam Canonicus, juxta cons. Navar. 14. *per tot. de Cleric. non residen.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 57. *nu.* 45. Rota coram san. mem. Alex. VIII. *dec.* 58.
3 *n.* 22. *cum aliis allegatis in dec. quæ revidetur §. Quoniam.*

Quam opinionem facilius DD. amplexi sunt, quia consonat etiam resolutioni Sacræ Congregationis Concilii, quæ super hoc dubio Consulta respondit, Hieronymo tanquam legitime absenti debitos esse fructus utriusque Beneficii, cujus rescripta a nostro Tribunali reverenter ample-
4 cti solent, etiam ubi a propria sententia opus esset recedere, ut apud Marches. *in una Romana Capellaniæ fol.* 140. *& alibi passim.*

Multo minus denegandi erant Hieronymo fructus pro tempore quo terminata lite super Archidiaconatu iterum a residenda abfuit ad effectum illam prosequendi pro consecutione fructuum controversorum: quia licet non ageretur tunc de lite tangente statum personæ, vel Beneficii,
5 adhuc tamen satis erat ad excludendum illum a residentia, dum agebatur contra Capitulum, quod alias ex propria contumacia cum jactura alterius ditari posset, ut in his terminis tenuit Rota coram Put. *dec.* 373. *in fine num.* 1. & coram Coccin. *decis.* 21. *in fine cum aliis relatis per* Adden. ad Buratt. *decision.* 694. *num.* 11.

Et omnia, & singula super deducta, eo fortius procedere visa sunt, quia Hieronymus pro sui absentia licentiam impetravit, non solum a proprio Ordinario, sed etiam a Sacra
6 Congregatione Concilii, ex quibus saltem constitutus fuit in bona fide, quæ suffragari ei semper debet ad excusandam propriam absentiam, ut tradit Hostien. *cap. inter quatuor vers. sine justa causa nu.* 2. *de Cleric. non residen.* Non relevante, quod licentia a Sacra Congregatione obtenta restricta solum fuerit ad tempus duraturæ litis, unde expresse videatur statim, ac possessio Archidiaconatus recuperata
7 est, quia revera, dum agitur judicio spolii, lis terminata dici non potest per solam recuperationem possessionis, Menoch, *in prælud. de recuper. possess. n.* 6. Rota coram Dunoz. *dec.* 924. *num.* 1. & apud Posth. *de manut. dec.* 17. *num.* 2.

Et ita altera tantum Parte &c.

R. P. D. PRIOLO.

Calaguritana Fructuum.

Merc. 1. *Julii* 1639.

ARGUMENTUM.

Laudantur ea, quæ in duabus præcedentibus decisionibus notantur.

SUMMARIUM.

1 *LIs quæ respicit titulum Beneficii, præbet justam causam percipiendi fructus, licet provisus non resideat.*

2 *Habens Canonicatum & Archidiaconatum præstans servitium pro uno, pro altero quoque satisfacere censetur.*

3 *Et si pro uno habuerit justam causam non residendi, pro utraque dicendum est legitime abfuisse.*

4 *Redditur ratio.*

5 *Judices & Partes debent sensui Sacræ Congregationis Concilii se uniformare.*

6 *Quis non dicitur plenarie reintegratus, nisi ei fructus fuerint restituti.*

7 *Absens ob culpam Capituli lucratur fructus ne Capitulum ex propria culpa lucrum consequitur, & n.* 8.

9 *Canonicus si recedat a residentia cum licentia Ordinarii licet minus legitimam habuerit causam lucratur fructus Canonicatus.*

10 *Absens cum privilegio Apostolico habetur ac si actualiter resideret.*

11 *Omnes leges, ordinationes, & declarationes debent inservire pro casibus futuris, non pro præteritis.*

DECISIO XXIII.

SEntentiam R. P. D. mei Benincasæ concedentem restitutionem in integrum Archidiacono Urvitigoito adversus tres conformes hodie DD. confirmaverunt pro illius justitia, quæ tantum ex adverso impugnabatur fundamento decisionum, quæ de more præcesserant, quibus firmatum fuerat, non minus fructus Archidiaconatus, quam Canonicatus, quos insimul Urvitigoitus ex dispensatione Apostolica in eadem Ecclesia retinebat esse eidem restituendos, quia cum lis, propter quam se absentavit, respiceret titulum 1
ipsius Archidiaconatus, justam præbuit causam percipiendi fructus etiam non residenti, per Text. *in cap. relat. ibique Gloss. verb. Prælatorum*, & Abb. *in* 4. *notab. de Cleric. non residen.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 53. *n.* 153. Ciarlin. *controv.* 227. *n.* 3. Rota coram Pamphil. *decis.* 726. *nu.* 1. *cum seqq.* ibique Adden. *num.* 7. Ubald. *dec.* 288. *n.* 1. *& in rec. dec.* 1. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2.

Nec tales fructus scindi possunt, ut scilicet percipiendi essent tantum illi provenientes ex Archidiaconatu, non vero ex Canonicatu, cum lis solummodo respiceret titulum Archidiaconatus, & consequenter Urvitigoitus ad illius 2
commodum duntaxat haberi poterat pro præsente tanquam legitime impeditus.

Huic enim objecto plene satisfaciunt decisione. R. P. D. mei Benincasæ, in quibus consideratur, quod sicuti obtinens ex dispensatione Apostolica, vel consuetudine, duo Beneficia alias incompatibilia, cum dari non possit ubicativa reduplicatio personarum, præstando personale servitium pro uno, pro altero quoque satisfacere censetur, ad notata per Gemin. *in cap. non potest § Illud num.* 11. *ibique* Franch. *n.* 6. *de præbend.* & dixit Rota coram Merlin. *dec.* 122. *n.* 3. *cum seqq.* & Alexand. *decis.* 58. *n.* 22. *& seqq. in recent. decis.* 203. *n.* 1. *&* 2. *part.* 4. *tom.* 3. itaut si pro uno habuit justam causam abessendi, pro utroque dicendum est legitime abfuisse, ut notat Navarr. *quæst.* 14. *de Cleric. non residen. cum aliis cumulatis in præcedentibus decisionibus hujus Causæ*, cum nemo naturaliter possit unico con. 3
textu duobus locis interesse, & eodem tempore in eadem Ecclesia adesse, & abesse, ut ponderat Rota *dec.* 64. *nu.* 4. *part.* 2. *& dicta dec.* 703. *n. part.* 4. *tom.* 3. *recent.* quæ ratio æquior videtur; ideoque si Ecclesia cum ei benigne dispensat, & contentatur unico servitio pro duobus beneficiis personalem residentiam requirentibus; ita Capitulum non debet modo prætendere, quod duo præstentur, & quidem impossibilia, unum scilicet abessendo propter utilitatem Archidiaconatus, alterum vero interessendo propter Canonicatum, quod certe sequi non potest sine maximo alterutrius præjudicio, quia pro uno nunquam Archidiaconus recedere potest, si ab eo detineri deberet.

Et hanc veritatem agnovit etiam Sacra Congregatio 4
Concilii, quando præcedenter prorogata ad biennium licentia a Capitulo concessa, Partibus hinc inde informantibus, successive decrevit Archidiacono deberi fructus utriusque Beneficii; & cum illius resolutiones ab omnibus reverenter suscipiendæ sint, non est amplius dubitandum, quin Archidiacono debeantur fructus tam pro una, quam pro altera dignitate, cum Capitulum, & Judex debeant sensui Sac. Congregationis se uniformare, Rota coram Merlin. *dec.* 825. *num. & in Calaguritana Præminentiarum* 1. *Martii* 1668. coram R. P. D. Ottalora.

Neque ab his Capitulum dissentire videbatur, dum se offerebat paratum restituere omnes fructus, sed solummodo illos restringebat ad tempus, quo lis duravit super titulo Archi-

5 Archidiaconali, hoc est, durantibus licentiis ab eodem Capitulo, & a Sacra Congregatione concessis; ideoque prætendebat pro residuo temporis, quo lis versata fuit super fructibus Archidiaconatus, licentiam ab Ordinario obtentam Urvitigoito suffragari non posse, cum hæc lis non posset præbere justam causam lucrandi fructus de tempore absentiæ.

Hoc objectum fuit inefficax, quia lis usque ab initio fuit super titulo Archidiaconatus, & talis controversia præbuit justam causam abessendi, prout etiam ex adverso admittitur; si vero ex contumacia non solum alterius collitigantis, sed magis urget ex facto ipsius Capituli, quod recusavit tradere illos fructus, ad quorum restitutionem condemnatum fuit, prout in decisionibus, & cum alias fructus hoc medio tempore perceperit Archidiaconus, coactus fuit implorare Judicis authoritatem ad effectum illos consequendi, cum isti veniant ad sequelam principalis Judicii, dicendum est, quod una, & eadem sit causa, quodque ita sit præcedens continuatio, cum dici nequeat Archidiaco-
6 nus plenarie reintegratus ad titulum Beneficii, nisi etiam illius fructus fuerint restituti, Rota apud Posth. *de manut. dec. 17. dec. 44. n. 3. p. 4. tom. 1.* & *dec. 69. n. 7. & in rec. dec. 44. num. 3. cum seqq.* & coram Cerro *& in recent. part. 4. & decis. 524. numer. 5. part. 4. tom. 1. & dec. 324. num. 5. part. 16. comprobat prima decisio* R. P. D. mei Benincasa, §. *Nec quisquam*, & tanto magis nec Capitulum, quod impedimentum præstitit ex propria culpa lucrum consequatur, de Matin. *quotid. resol. lib. 1. resol. 4. num.* 13. Pignatell.
7 *consult. 36. sub num. 6. vers. etiamsi tom.* 3. Rota coram Seraphin. *dec. 1098. n. 5. & 8. dec. 1131. n. 7.* & proinde Archidiaconus impeditus recedere ex facto Capituli debet fructus
8 lucrari, ex tradit. *per* Gratian. *cap. 191. num.* 41. Adden. ad Gregor. *dec. 154. n. 9. sub n. 19. in fine, & dec. 726. n. 7.* Rota coram Coccin. *decis. 21. n. 1. & seqq.* & Reinbold. *decis. 132. n. 5. & 6. & dec. 117. n. 19. part. 15.*

Demum pro lucrandis controversis fructibus suffragari potuit bona fides Archidiaconi, quia si illos legitime percipere potuit, durante licentia Capituli, & Sacr. Congregat. ita credidit illos juste percipi posse ex licentia Ordinarii in contradictorio Judicio confirmato a Metropolitano, & successive a Nuncio Hispaniarum; quia sive hæc esset nova concessio, sive potius præcedentium prorogatio, cum adhuc dicatur, etiam quoad fructus continuata eadem causa, in isto casu censeri non potest Archidiaconum abfuisse in spretum, & contemptum superioris, & sic illius bona fides sufficiens fuit ad illum excusandum, etiamsi adfuisset causa minus legitima, juxta doctrinam Hostien. *in c. inter quatuor, versic. sine justa causa n. 2. de Cleric. non residen. & firmat* Navarr. *d. consi. 54. eodem tit. circa finem.*
9 Verum quod omnem ex animo DD. sustulit difficultatem, fuit Indultum a fel. record. Gregorio XV. concessum Capellanis honoris Catholicæ Majestatis, & deinde a sanctem. Innocentio XI. renovatum, quo illis non residentibus impartitur facultas percipiedi fructus ex illis Beneficiis, quæ personale servitium exigerent; quapropter dictum fuit
10 Archidiacono tales fructus pertinere debere, vel ex licentia abessendi, vel ex privilegio, quod competit tanquam uni ex dd. Capellanis, cum illius vigore habeatur, ac si actualiter resedisset, ex traditis per Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 23. num.* 258. & Rot. *in Barbastren. Canonicatus* cor. Duran. *impressa apud* de Merin. *d. resol. 4. nu.* 16. *cum seqq.*

Neque vim hujus Indulti adimere potuit Epistola modo exhibita ipsiusmet Regis Catholici declarantis ad preces omnium Cathedralium Regni Hispaniarum nolle uti amplius dicto privilegio, ne illæ spoliatæ remanerent divino suorum Beneficiorum servitio; quia si pietas voluit consulere Ecclesiarum indemnitati, dicendum tamen non est
11 voluisse præjudicare illis Capellanis, qui freti tali privilegio, & bona fide inserviendo fecerunt fructus suos, atque ideo secundum communem intellectum omnium legum ista quoque venit interpretanda, ut scilicet solummodo deservire debeat imposterum, & pro casibus futuris, ad Text. *in cap. final. de constit.* Menoch. *cons. 498. n.* 18. Rota coram Seraph. *dec.* 101. *num. 2. & in rec. decis.* 10. *num.* 1. *cum seqq. part. 13.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Calaguritana Fructuum.

Lun. 8. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Dispensatus a residentia propter causam litis motæ super dignitate retenta censetur quoque dispensatus a residentia alterius Præbendæ, si hanc quoque detineat, & num. 3.*

2 *Habens dignitatem cum Canonicatu residendo in Sede digniori satisfacere videtur utriusque obligationi, & consequitur fructus tam dignitatis, quam Canonicatus.*

3 *Legitime dispensatus, & justo impedimento detentus etiam in absentia residere dicitur.*

4 *Canonicus absens propter litem motam super dignitate, quam una cum Canonicatu detinet, percipit fructus nedum ipsius dignitatis, sed etiam Canonicatus.*

6 *Præsertim si lis acta fuerit cum Capitulo.*

7 *Contra Indultum munitum clausula sublata & decreto irritanti allegari non potest inobservantia.*

8 *Canonicus absens in vim privilegii consequitur fructus Canonicatus ac si resideret.*

9 *Sola credulitas & bona fides est sufficiens, ut Canonicus ex causa absentiæ non amittat fructus Canonicatus.*

DECISIO XXIV.

Decisio edita coram me sub die prima Julii proxime præteriti ex geminis fundamentis, quibus illa innitebatur, hodie etiam apud DD. confirmationem obtinuit. Primum enim ex eo desumptum, quod Urvitigoitus accedente legitima dispensatione, & subsecuto justo impedi-
mento, potuerit lucrari fructus utriusque Præbendæ, adhuc sustineri visum fuit: 1
ille enim obtinens ex Indulto Apostolico duas Præbendas in eadem Ecclesia, prævia licentia Capituli prorogata etiam a Sacr. Congregatione Concilii, ad biennium fuerat a residentia legitime dispensatus, ob litem motam super titulo Archidiaconatus, & proinde sicut fuit habilitatus respectu alterius, redderetur impossibile, eodem contextu in duobus locis ubicative interesse, ut ultra authoritates in alia præcedenti decisione allegatas, notat Monet. *de distrib. part. 2. quæst... sub num.* 95.

Quod sane confirmari visum fuit ex eo, quod sicuti habens Dignitatem cum Canonicatu, residendo in Sede digniori, satisfacere videtur utriusque obligationi, & consequitur fructus tam Dignitatis, quam Canonicatus per Garz. *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 3. cum seq.* Tondut. *resol. benef. cap. 47. num.* 25. Barbos. *de Canon. cap. 18. num. 21. & seqq.* Amostaz. *de caus. piis lib. 5. sub nu.* 25. ita quoque Urvitigoitus dispensatus a residentia Canonicatus, cum eo-
dem tempore non posset in eadem Ecclesia adesse, & abes- 2
se, ut comprobant auctoritates in alia decisione allegatæ.

Nec dicatur, quod præmissa forsan urgere possent, si Archidiaconus actuale servitium præstando in Ecclesia saltem resedisset in sua Sede Archidiaconali, quia tunc videretur quodammodo virtualiter inservire etiam in altera Sede Canonicali: secus tamen dicendum sit in casu absentiæ in qua cum nullum servitium præstetur favore Ecclesiæ non
debet proinde fieri illatio a casu residentiæ, ad casum absen- 3
tiæ, quia pro remotione hujus objecti apud DD. prævaluit responsio, quod justa causa abessendi per Capitulum quoque comprobata in Archidiacono, operatur, ut ille ita legitime dispensatus, & justo impedimento detentus etiam in absentia residere, ad Text. *express. in cap. ex parte il 2. de*
Cleric. non resid. Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 27. n.* 130. 4
Rota cor. Seraph. *dec. 662. n.* 2. Ideoque sicuti respectu Archidiaconatus Urvitigoito præsentia inducta ex operatione & ministerio legis, ita hæc legalis præsentia inductæ suffragari debet quoad Præbendam Canonicatus, ut in similibus firmant Cecoper. *lucubr. Canon. liv. 2. nu.* 162. Capon. *discept. forens. cap. 124. n.* 128. Bonaccin. *de hor. Canon. disput. 2. quæst. 5. punct. 3. §. 5. n.* 4. Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 6. n.* 264. Monet. *de distribut. part. 2. quæst. 10. n.* 89.

Quæ profecto urgentiora videntur: quia Capitulum impugnavit Archidiacono, ne fructus sui Archidiaconatus consequeretur; ideo coactus in sequelam prioris judicii litem prosequi pro illorum recuperatione retentus fuit in
Curia, quousque controversiam terminaret, quo fit, ut il- 5
li legitime impedito debeantur fructus utriusque Præbendæ, ac si personaliter resedisset, ne Capitulum, quod absque justa causa impedimentum præstitit, illos lucretur in damnum, & præjudicium Archidiaconi ex facto ipsiusmet Capituli non residere valentis, Gonzal. *ad regul. Cancel. §. 7. proœm. sub n. 161. vers. & hac quinta* Gratian. *c. 591. n.* 42. Adden. ad Buratt. *dec. 694. n. 11. vers. hoc tamen fallit.* Rota cor. Put. *dec. 373. in fine lib. 1.* & Coccin. *dec. 21. n. fin.*

Majoris ponderis recognitum fuit alterum fundamentum,

rum, quod omnem removebat difficultatem, desumptum ex privilegio concesso per san. mem. Gregorium XV. Capellanis honoris Catholicæ Majestatis, qui illius vigore etiam absentes lucrari possunt fructus suorum Beneficiorum personalem residentiam requirentium, non obstante illius non usu, quia cum tale Indultum munitum fuerit clausula *sublata*, & decreto *irritanti*, & successive renovatum a rec. mem. Innocentio XI. Imo etiam ampliatum ad Capellanos honoris Reginæ Matris, allegari non potest illius inobservantia, Rota coram Celso *dec.* 200. *n.* 6.
7 *& recent. dec.* 31. *n.* 2. *part.* 7. Quo fit ut illud omnino opitulari debeat Urvitigoito talem qualitatem habenti, ut absens etiam lucrari possit fructus utriusque Præbendæ, ut in simili probant Tondut. *quæst. benefic. part.* 1. *cap.* 102. *num.* 25. Adden. ad Joann. de Silv. *de Benefic. part.* 4. *quæst.* 6. *num.* 1. & Boer. *decis.* 17. *num.* 13. *cum seq.* & in terminis de Luca ad Gratian. *cap.* 283. *num.* 11.

Neque privilegium hujus Indulti, quoad Urvitigoitum sublatum fuit ex subsecuta declaratione ipsius Regis: quia licet iste, ne Ecclesiæ defraudatæ remanerent diurno suo-
8 rum Beneficiorum servitio noluerit uti tali Indulto; hæc tamen declaratio censetur tantum voluisse occurrere casibus ex post supervenientibus, ideoque non præjudicat Archidiacono, qui cum ratione talis Privilegii tunc temporis non suspensi neque declarati probabiliter crederet posse lucrari fructus etiam non interessendo, ista probabilis credulitas, & bona fides sufficere videtur, ne ille debeat esse in damno amittendi fructus sui Beneficii, juxta notata per Hostien. *in cap. inter quatuor, vers. sine justa causa num.* 2. *de Cleric. non residen.* Navar. *d. cons.* 14. *eod. tit. circa finem*.

Et ita omisso reliquorum examine, ad quæ DD. approbative se retulerunt, decisum fuit, altera tantum Parte audita, Capitulo tamen, sed frustra, dilationem petente.

R. P. D. MUTO.

Calaguritana Fructuum.

Lun. 21. *Febr.* 1695.

Pro Argumento est recurrendum ad *dec.* 21. cum in hac decis. eadem quæ ibi firmantur, tradita sint.

SUMMARIUM.

1 *Sententia, quæ alia continet quæ non habentur in præcedenti, in quod concordat, dicitur conformis.*
2 *Canonicus absens cum licentia lucratur fructus.*
3 *Lis super reintegratione non dicitur terminata, nisi fructus quoque fuerint restituti.*
4 *Lis quæ pendet cum Capitulo, reputatur sufficiens, ut Canonicus recedat a residentia ad effectum se defendendi, & licet non sit super statu personæ vel Canonicatus, adhuc lucratur fructus.*
5 *Absens cum privilegio habetur ac si resideret.*
6 *Statuta quæ mandant renunciationem Privilegiorum non residendi, non comprehendunt Privilegia ex causa onerosa obtenta.*
7 *Canonicus habens dignitatem residendo in loco digniori consequitur fructus etiam Canonicus.*
8 *Et sic dispensatus a residentia ex causa litis super dignitate lucratur fructus utriusque Præbendæ.*

DECISIO XXV.

Permutavit de anno 1662. Hieronymus Urvitigoitus dignitatem Archidiaconalem de Barbariego nuncupatam, quam in Cathedrali Ecclesia possidebat cum quatuor beneficiis simplicibus detentis per Francisum ejus fratrem: sed comperto, quod unum ex illis erat litigiosum, & aliud alteri spectans, obtinuit Hieronymus, præviis favorabilibus sententiis, ac executorialibus Rotalibus, reintegrationem ad possessionem suæ dignitatis, & retinente Capitulo eidem restituere fructus Archidiaconatus & Canonicatus, quæ insimul, ex dispensatione Apostolica retinebat hoc medio tempore perceptos pro illorum restitutione, sententiam ab Hispaniarum Nuncio, ac geminas in Tribunali nostro coram bon. mem. Benincasa, & R. P. D. meo Priolo, præviis pluribus decisionibus, latas reportavit, a quibus iterum provocante Capitulo, & delegata mihi contentione per Signaturam Justitiæ cum clausula *constito de tribus conformibus*, dedi hodie consuetum dubium, & DD. constare de tribus conformibus, juxta modum, ut infra subnectendum, responderunt.

Conformitas enim cæteroquin resultans ex dd. sententiarum lectura, perperam oppugnata fuit ex eo, quod geminæ sententiæ Tribunalis nostri discordant a prima Nuncii; nam licet ista fructuum nuncupata, *di massagrossa*, mandet quoque restitui distributiones quotidianas, quam sententiæ partem judicata Rotalia non confirmant, non inde tamen conformitas excluditur, cum in reliquis bene conveniant, quod sufficit ad conformitatem inducendum, juxta Text. *in leg.* 1
diem proferre §. *Si plures ff. de receptis arbitris* Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *limit.* 1. *quæst.* 17. *n.* 32. Rota *inter divers. decis.* 241. *num.* 4. *part.* 1. *& post secundum vol. consil.* Farinacc. *decis.* 328. *num.* 1. *& in Bononien. Evictionis* 26. *Junii* 1683. §. *parum relevante*, cor. R. P. D. meo Priolo.

Signanter cum earundem sententiarum validitas non controvertatur, & justitia sit patens ex decisionibus Rotalibus dd. sententias bon. mem. Benincasæ, & R. P. D. mei Prioli præcedentibus. Procedendo itaque cum distinctione temporum in unoquoque ipsorum fructus Hieronymo debiti videntur; Porro quoad primum tempus inceptum ab anno 1661. præstiti consensus permutationi Archidiaconatus favore Francisci fratris usque ad annum 1665. captæ ab isto possessionis, cum duobus subsequentibus, qui vocantur de post mortem, nulla emergit inter partes controversia super Justitia Judicii Rotalis, cum illud a Capitulo explicite approbetur.

Respectu vero tam secundi temporis ab anno 1667. ad mensem Novembris 1671. readeptæ per Hieronymum possessionis Archidiaconatus post declaratam dictæ permutationis nullitatem, quam tertii ab anno 1672. impostetum quo prosecutus fuit hinc litem super fructibus, nec prærecensitarum sententiarum Justitia obumbrari valuit, tum ex 2
eo quod Hieronymus pro majoris temporis parte abfuit a residentia cum debita licentia primitus a Capitulo, deinde a Sac. Congregatione Concilii, & postremo ab Ordinario concessa; Quin urgeat, quod circa ultimum tempus licentia ad illud non se extendat, cum indulta legantur usque ad terminationem litis, quæ per relaxationem executorialium, & reacceptam Archidiaconatus possessionem terminaverit, aut saltem non concurrat legitima causa, cum lis non sit super titulo beneficii, sed super fructibus: quandoquidem per simplicem adeptionem possessionis lis finita non dicitur quousque non sequatur plenaria fructuum restitutio, qui veniunt in sequelam, atque sunt effectus reintegrationis, ut observant decisiones hujus Causæ coram bon. mem. Benincasa, & R. P. D. meo Priolo, 3
& lis etiam super fructibus contra Capitulum sufficiens reputatur pro concessione hujusmodi licentiæ, ut limitando contrarias auctoritates probat de Marinis *resolut.* 40. *n.* 13. *lib.* 1. Adden. ad Butatt. *dec.* 694. *nu.* 11. Rota coram Seraphin. *dec.* 594. *pariter n.* 11. & cor. Coccin. *dec.* 21. *n. fin.*

Tam ex quo Hieronymus erat Capellanus honoris Catholicæ Majestatis, ex qua de causa pro toto tempore, quo 4
Regiæ Capellæ inservivit, lucratus fuit fructus Archidiaconatus, & Canonicatus, etiam non residendo vigore privilegiorum fel. record. Gregorii XV. ac san. mem. Innocentii XI. Regi Hispaniarum concessorum, quæ idem operantur, ac si beneficiatus actu resideat, ex firmatis per Barbos. *de Canonic. & dignit. cap.* 24. *nu.* 13. Rota coram Dunan. *dec.* 44. *fere per tot.* Nullatenus obsistente præposita in- 5
observantia prioris Brevis san. mem. Gregorii XV. dum illa removetur ex subsecuto san. mem. Innocentii XI. ut plene advertitur in præcedentibus decisionibus, ut super rejecti fuerint articuli, in quibus contraria observantia probari instabatur tanquam prorsus irrelevantes, ut in decisione R. P. D. mei Prioli super articulis 10. Martii superioris anni; Prout nec urget, quod Hieronymus in actu adeptæ possessionis Archidiaconatus, & Canonicatus juramentum emiserit de observando particulare Statutum istius Ecclesiæ, in quo similium privilegiorum renunciatio demandatur; nam in memoratis Indultis fuit explicita derogatio omnibus, & singulis Statutis, & consequentibus quantumvis juramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet alia firmitate roboratis, & similia Statuta intelligi debent de privilegiis mere gratuitis, non autem, ut hic, onerosis, & mixtis, utpote elargitis intuitu personalis servitii Regiæ Majestati præstiti, pro quorum renunciatione non generica, ut hic, mentio satis fuit, sed specialis fieri debebat, ex 6
adductis per Rotam coram Rembold. *dec.* 365. *n.* 8. *&* 9.

Minus refragante repetita exceptione, quod licentia absen-

sen-

essendi suffragare non potuerit etiam pro Canonicatu a Præbenda Archidiaconali distincto, & super quo nulla cadebat lis, sed tantum super Archidiaconatu, animadvertebant siquidem DD. quod sicuti Hieronymus residendo in Archidiaconatu, fructus Canonicatus lucrari
7 potuisset, ad notata per Franchum *in cap. non potest* §. *Illud enim de prabend. in* 6. Rota *in recent. decis.* 703. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. coram Merlin. *decis.* 122. *nu.* 2. sic dispensatus a residentia occasione litis super altero illorum ab utriusque servitio dispensatus intelligitur, ut omnium fructus legitime consequi valeat, cum impossibile sit propter assistentiam liti alioquin præstanda in remotis partibus legitime absuerit uti Archidiaconus, & adhuc debuerit adesse pro servitio Ecclesiæ tanquam Canonicus, juxta opinionem originariam a Navarro *in conf.* 14.
8 *per tot. de Cleric. non residen.* quam sequuntur & exornant Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 45. *num.* 45. Rota *in recent. dec.* 703. *ex nu.* 3. *part.* 4. *tom.* 3. coram Merlin. *decis.* 1220. *n.* 3. *&* 4. & cor. san. mem. Alexandro VIII. *dec.* 58. *nu.* 22. *cum sequentibus*, & amplexa fuit Sacra Congregatio Concilii in hac eadem Causa, ut propterea contrariæ authoritates, & ratiocinia iterum repetita tanquam adversantia sententiæ Tribunalis nostri, & Sacræ Congregationis animadversionem non merentur.

Censuerunt tamen DD. non esse restituendos fructus pro eo tempore, quo defecit debita licentia, & Hieronymus actu non inservivit Regiæ Capellæ, dum eo tantum casu suffragari recensita indulta pro lucrandis absentiæ fructibus autumarunt.

Et ita in hunc modum omissis aliis levioris ponderis, ut in præteritis decisionibus sublatis, ad quas DD. se remissive habuerunt, responsum fuit partibus auditis &c.

R. P. D. MUTO.

Calaguritana Fructuum.

Ven. 27. *Februar.* 1696.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de eadem materia aliarum decisionum superius adnotatarum.

SUMMARIUM.

1 *Lis super reintegratione extincta non dicitur nisi prius fuerint quoque restituti fructus, & nu.* 8.
2 *Permutatio seu resignatio nulla, habetur ac si unquam facta fuisset.*
3 *Absens cum privilegio consequitur fructus Prabendæ ac si resideret.*
4 *Etiam si petierit licentiam cum ex simili petitione non censeatur præjudicatum Privilegio.*
5 *Tempus Indulti non residendi ex causa litis incipit a die discessus.*
6 *Tempus Indulti non residendi ex causa studii exordium sumit a die qua Beneficiatus studere incipiat.*
7 *Medico attestanti de infirmitate creditur.*
8 *Canonicus qui ex causa litis cum Capitulo petiit prorogationem licentiæ non residendi a dicto Capitulo licet denegata fuerit, attamen consequitur fructus.*
9 *Canonicus absens cum licentia ad hoc ut non lucretur fructus, sufficit credulitas, quod licentia suffragare deberet.*
10 *Canonicus habens etiam dignitatem si discesserit ex causa litis super dignitate consequitur fructus etiam Canonicatus.*
11 *Exceptio probari debet per allegantem.*

DECISIO XXVI.

IN Decisione edita cor. me sub die 12. Februarii superioris anni conclusum fuit favore Hieronymi sententiam de partibus Hispaniarum Nuncii, ac geminas in Tribunali nostro bon. mem. Benincasæ, & R. P. D. mei Prioli super restitutione per Capitulum illi facienda fructuum tam Archidiaconatus in Cathedrali Ecclesia Calaguritana de Barbariego nuncupati nulliter per memoratum Hieronymum ab anno 1662. permutati cum Francisco fratre, quam etiam Canonicatus in eadem Ecclesia cum dispensatione Apostolica retenti, sub eodem tamen modo, quod a Capitulo re-
1 stituendi nullatenus forent fructus pro eo tempore, quo deficere compertum fuissent debitæ licentiæ abessendi, præfatusque Hieronymus actu non inservisset Regiæ Capellæ, contra quam resolutionem concessa nova audientia, licentiarum prædictarum, ac Regii servitii temporibus coram me de ordine DD. in pluribus partium congressibus mature rimatis, in hodierno fundamentorum decisionis examine perstitum fuit in resolutis quoad conformitatem sententiarum satis resultantem ex firmatis in decisione, quæ revidetur §. *Conformitas etiam*.

Quin in alio aliquo turbet quoad earundem sententiarum justitiam cum de validitate quæstio non emergat, repetita exceptio, quod licentiæ abessendi pro aliquo, & considerabili tempore deficiant, postremaque ab Ordinario indefinite concessa nullius sit roboris. Etenim insequentes pariter hodie PP. distinctionem trium temporum alias factam, primi nimirum incepti a die 13. mensis Julii 1662. & terminati ad mensem Febr. 1667. secundi a d. mense Febr. 1667. usque ad diem 13. Novembr. 1691. qua Hieronymus possessionem Archidiaconatus reaccepit, tertii denique exorti a præfata die 13. Novemb. & finiti ad totum annum 1678. pro quibus tantum dictus Hieronymus pro nunc fructuum restitutionem expostulat, in comperto habuerunt, exceptis nonnullis, ut infra, diebus, vel actori licentias assistere; seu eundem excusare bonam fidem, & credulitatem, aut servitium præstitum Regiæ Capellæ.

Respectu siquidem prioris temporis, ut supra incepti die 13. Julii 1662. fructus Archidiaconatus ad mensem Februarii 1666. adeptæ possessionis per Franciscum permutatarium debiti videtur permutanti, cum iste per rem judicatam reintegrari obtinuerit ad Archidiaconatum, stante nullitate permutationis, & reintegratus dici non possit nisi recuperatis fructibus, & juxta Theoricam Bald. *in rubr. C. de fruct. & lit. expens.* quam sequuntur decisiones hujus causæ nempe coram bon. mem. Rondinino 6. Aprilis 1666. §. *Distinguentes etenim in fine*. cor. Reverend. Hervault 24. Junii 1688. §. primo, in quibus etiam respondetur particulari Statutos istius Ecclesiæ disponenti resignantem Beneficium etiam residentem reputari pro præsenti usque ad solum diem præstiti consensus, quasi quod per præstationem istius resignans amplius fructus lucrari non valeat; nam permutatio, seu signatio, de qua agitur, est nulla, & invalida, & pro 2
tali declarata, quæ habetur pro non facta.

Pro subsequenti insuper biennio fructus Archidiaconatus ex pari ratione sunt Actori restituendi, non attenta oppositione retentionis per Capitulum promota, quo vigore d. Statuti fructus primi, & secundi anni novi provisi post ejus mortem reserventur; nam hic non agitur de nova provisione, quia permutatio declarata fuit nulla, adeo ut ex antiqua provisione aliter permutans possessionem Archidiaconatus reacquisiverit, sicut advertunt supracitatæ decisiones hujus Causæ fructus Canonicatus, pro hoc primo tempore Hieronymus etiam consequi debet detractis ut infra triginta quinque diebus, dum ipse partim personaliter Ecclesiæ inservivit, partimque per medium coadjutoris nimirum a die 17. Martii 1665. ad diem 7. Februarii subsequentis anni, qua iste supervixit, demumque tanquam Capellanus honoris inservivit Capellæ Regis Catholici, ad quod servitium lucrari fructus Canonicatus etiam in absentia firmant decisiones bon. mem. Benincasæ 5. Decembris 1691. §. *cæterum hæc omnia*, R. P. D. mei Prioli 1. Julii 1683. §. 3
verum quod, & 8. Febr. 1694. §. *majoris ponderis*, & ultima quæ revidetur §. *tum ex quo*. Quamvis durante hoc tempore servitii Regiæ Capellæ petiisset Hieronymus licentiam a Capitulo ex causa litis abessendi, nam non exinde elicitur servitium non fuisse præstitum, neque probatum ex fide Secretarii ejusdem Regiæ Capellæ cum licentia ad abundantiorem cautelam peti potuerit, quæ obtinenti in aliquo non præjudicat, ad text. *in l. Testam. C. de testam.* Gabr. *conf.* 92. *num.* 7. *lib.* 1. Rota *in rec. decis.* 173. *num.* 2. 4
cum seq. par. 7. demptis tamen ab hoc primo tempore dd. triginta quinque diebus, quo quibus, ut concorditer admittitur, nec Hieronymus, nec coadjutor resedit, neque ille Regiæ Capellæ inservivit.

Quo vero ad secundum tempus ut supra distinctum sumens initium a mense Febr. 1667. terminatum que ad diem 13. Novembris 1681. qua Hieronymus possessionem Archidiaconatus readeptus fuit, non potest denegari restitutio fructuum Canonicatus ad ultimam diem anni 1697. cum de fructibus Archidiaconatus tanquam perceptis a Francisco permutatario non sit cum Capitulo contestatio quia perduravit antedictum servitium Regium, ut secundem partes admiserunt. Pro reliquis vero ann[...] di

di temporis, licet deficiat hoc servitium Regium, nihilominus Hieronymus tres habuit licentias abessendi ex causa litis, & lucrandi fructus in absentia, duas nempe obtentas a Capitulo, alteram die 10. Julii 1667. duraturam ad biennium, & duos menses ad formam Statuti Ecclesiæ, ac alteram ex causa infirmitatis hoc interim superventæ in Villa Soleti ad mensem Martii 1668. & tertiam a Sac. Congregatione Concilii per biennium incœptum a die 21. Februarii 1671. Absque eo quod ab utraque licentia Capituli ad dictam Sac. Congregationis Concilii considerabile tempus intercesserit, quoniam præmisso primam licentiam Capituli licet concessam sub die 10. Julii 1667. attamen non debere inchoare ab hoc tempore datæ, sed a die discessus secuti de mense Septembris ejusdem anni, ut exemplo similis licentiæ concessæ ex causa studii, quod exordium sumet a die qua Beneficiatus studere incipiat, ponderat Pax Jord. *tom. 2. ae re benef. lib.* 10. *tit.* 40. *de obligat. benefic. n.* 136. Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 64. *n.* 8. Quodque etiam cum statim, & de eodem mense discessus in Villa Soleti Hieronymus in infirmantem inciderit, eaque duraverit ad mensem Martii 1668. prout ex fide Medici eam plene probantis, ad Text. *in l.* 7. *mense in rec. dec.* 238. *nu.* 10.
6 *part.* 9. hoc tempus infirmitatis subducendum sit a dicto licentiæ termino, cum ex illius causa Hieronymus aliam licentiam a Capitulo impetraverit.

In necessarium consequens emergit, quod prior licentia Capituli ex causa litis pro biennio, & duobus mensibus tanquam inchoata de mense Septembris 1666. statimque suspensa ex causa relatæ infirmitatis per totum mensem Martii 1668. cum reincœperit a mense Aprilis subsequentis, terminavit de mense Maii 1670. a quo ad diem 21. Febr. 1671. concessæ licentiæ a Sac. Congregat. Concilii, licet deficiant octo circiter menses cum 20. diebus, nulla adest abessendi licentia, nihilominus debentur etiam pro hoc tempore Hieronymo fructus, cum petierit a Capitulo prorogationem præcedentis licentiæ, ut eandem denegando non possit illud ex propria contumacia lucrum reportare, juxta firmata per Rotam *in prima dec.* bon. mem. Benincasa §. *multo minus:*
7 *& in prima* R. P. D. mei Prioli §. *hoc objectum circa finem*.

Postremo, quod attinet ad tertium tempus incœptum a die 13. Novembris 1671. & expiratum in fine anni 1678. perperam Capitulum Hieronymo contendit restitutionem fructuum, eo quia ad totam diem 21. Februarii 1673. duravit d. licentia Sacr. Congregationis Concilii ad biennium præcedenter concessa die 21. Februarii 1671. non subsistente exceptione terminationis litis hoc interim secutæ, & in eadem licentia pariter pro termino apposito; nam licet Hieronymus declarari obtinuerit nullitatem permutationis sui Archidiaconatus, non tamen exinde cessavit lis, quousque restituti non fuerint fructus illius, ut objecto plene respondent decisiones hujus causæ, nempe cor. bon. mem. Benincasa 5. *Decemb.* 8
1691. §. *nec quidquam officit, &* 20. *Junii* 1692. §. *fin.* cor. R. P. D. meo Priolo 1. *Julii* 1693. §. *Hoc objectum, & illa* cor. me, *quæ revidetur* §. *respectu vero*. Pro annis subsequentibus hujus tertii temporis Hieronymus habet licentiam abessendi ex causa hujus litis sibi ab Ordinario indefinite concessam, contra cujus validitatem, & subsistentiam frustra in proposito se opponit Capitulum; nam satis fuit ex hac licentia inductam fuisse in Hieronymo bonam fidem, & credulitatem licentiam hujusmodi sibi suffragari ad hoc, ut fructus amittere non possit, juxta Gloss. *in cap. inter quatuor ver. sine justa causa*, ibique Hostien. *sub n.* 8. *de Cleric. non residen.* Hurtad. *de resident. l.* 1. *resolut.* 3. *nu.* 14. & ponderant decisiones hu- 9
jus Causæ, nempe prima bon. mem. Benincasa §. *accedente, & secunda* §. *final.* ac cor. R. P. D. meo Priolo *prima* §. *demum, & secunda* §. *neque privilegium*. Potissime quia sub exordio anni 1675. reassumptum fuit servitium Regiæ Capellæ, prout ex fide Secretarii illius, non urgente, quod multoties per breve tempus redierit ad Civitatem Calaguritanam, tunc suffragatur licentia Ordinarii, ut supra indefinite concessa.

Præmissis neque adversatur duplex generalis exceptio; non quidem prima, quod licentiæ præcitatæ abessendi Hieronymum non juvent pro Canonicatu a præbenda Archidiaconali, super qua duntaxat cadit lis prorsus distincta, eo quia sicuti Hieronymus residendo in Archidiaconatu Canonicatus fructus lucrari potuisset, ita dispensatus pariter dici debet pro Canonicatu, ob impossibilitatem alias prænotatam, quod quis propter assistentiam liti præstandam in longinquis partibus legitime possit abesse uti Archidiaconus, & adhuc debeat adesse pro servitio Ecclesiæ tanquam Canonicus, ut originaliter 10
docet Navarr. *in consf.* 14. *tot. de Cleric. non resid.* quem plures sequuntur allegati in add. decisionibus hujus Causæ, nempe in *prima a* §. *Quoniam præmisse, & in secunda a* §. *& quamvis*, cor. bon. mem. Benincasa, ac in *prima a* §. *Nec talis, & in secunda* §. *cum seqq.* coram R. P. D. meo Priolo, *& in dec. quæ confirmat.* §. *Minus refragante*, itaque fuit resolutum in hac eadem Causa per Sac. Congregationem Concilii, ut in relatis decisionibus.

Minusque altera, quod fructus, ad quorum ut supra restitutionem condemnatur Capitulum, dici debeant soluti; nam super hoc pendet particularis dispositio, & jam paratum fuit dubium, & tanquam exceptio per Capitulum proposita ad idem spectat probatio, ad Text. *in* 11
leg. qui accusare C. de addendo, cor. Coccin. *dec.* 400. *numer.* 4.

Et ita omissis aliis levioris ponderis conclusum fuit utraque &c.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
Ad Librum Decimumquintum
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA,
Qui est
DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS,
Et de Constitutionibus ad Relationem Curiæ Romanæ.

ARGUMENTA DECISIONUM ET CONSTITUTIONUM.

DECISIO I. *Romana Census.*

CUm Card. de Luca *in disc. 26. de Judiciis* agat de Instrumentorum, & documentorum publicorum substantia & qualitate, non incongruum erit hic apponere hanc decisionem, quæ ostendit mandatum A. C. licet excessivum non debere in totum retractari, sed solum reformari.

CONSTITUTIO I. *Innocentii XII.*

Moderatoria Indultorum testandi S. R. E. Cardinalibus Romani Pontificis consanguineis, & forsan aliis etiam non Cardinalibus, nec consanguineis in forma ampliori, & extraordinaria concessorum, & concedendorum, cum reductione hujusmodi Indultorum ad terminos, & formam illorum omnibus aliis Cardinalibus concedi solitorum, & respective confirmatoria motus proprii Clementis IX. super extensione hujusmodi Indultorum ad favorem omnium Cardinalium.

CONSTITUTIO II. *Innocentii XII.*

Super facultatibus majoris Pœnitentiarii.

CONSTITUTIO III. *Innocentii XII.*

Super suppressione, abolitione, & abrogatione, Tribunalium, & Judicum Urbis ex privilegiis constitutorum, & reductione privilegiorum, & Tribunalium ad Jus commune, & ad Judices ordinarios Romanæ Curiæ.

CONSTITUTIO IV. *Innocentii XII.*

Super sportulis Tribunalium, & Judicum Urbis.

CONSTITUTIO V. *Innocentii XII.*

Confirmatio, extensio, & moderatio respective Constitutionum Pii II. Sixti IV. Clementis VII. Pii IV. & S. Pii V. super probibitione quamcunque remissionem, compositionem vel gratiam homicidis, illorum fautoribus, auxiliatoribus, consultoribus, vel complicibus, necnon Ministrorum Justitiæ, querelantium, & testium offensoribus concedendi absque Romani Pontificis speciali mandato.

CONSTITUTIO VI. VII. *Clemen. VIII. Urban. VIII.*

Super congregatione Baronum.

CONSTITUTIO VIII. *Urbani VIII.*

Moderatio Constitutionis editæ a Clemente VIII. circa distractionem Castrorum, & bonorum, etiam fideicommissariorum, pro satisfactione creditorum Baronum, & Domicellorum Status Ecclesiastici, quod non habeat locum quoad debita contracta post sex menses a die archiviationis instrumentorum, ac vinculatione bonorum.

CONSTITUTIO IX. *Innocentii XII.*

Super electione Signaturæ Justitiæ, Votantium, & indulto eisdem concesso Rocchettum in Romana Curia, & Cappam magnam in ejusdem Signaturæ Collegiali congressu deferendi.

CONSTITUTIO X. *Innocentii XII.*

Suppressio venalitatis Officiorum causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, necnon ejusdem Cameræ Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Præsidentis.

CONSTITUTIO XI. *Innocentii XII.*

Super exemptione Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum Inferiorum Regni Neapolis a spoliis, & fructibus inconsumptis, & incommixtis suarum Ecclesiarum ad Cameram Apostolicam hactenus spectantibus, deinceps in beneficium Ecclesiarum applicandis, & erogandis.

CONSTITUTIO XII. *Innocentii XII.*

Confirmatio, Reformatio, & Concessio respective Jurisdictionum, & Facultatum Tribunalis, & Magistratus Viarum.

CONSTITUTIO XIII. *Innocentii XII.*

Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

CONSTITUTIO XIV. *Innocentii XII.*

Moderatoria Donationum, & Distributionis redituum Ecclesiasticorum in consanguineos, vel affines Romani Pontificis, seu eorum loco adlectos, ac præscribens cautelas servandas circa signaturas earum gratiarum, quæ aliquando ægrotante Romano Pontifice per concessum fieri dicuntur.

CONSTITUTIO XV. *Urbanii VIII.*

Institutio Archivii Generalis Urbani in Alma Urbe sub Protectione, & Superintendenti Illustrissimi, & Reverendissimi Francisci Barberini S. R. E. Card. Diac. Tit. S. Agathæ. Et erectio Officii Conservatoriæ dicti Archivii cum eorundem jurisdictionis, & privilegiorum assignatione.

INDEX DECISIONUM
ET
CONSTITUTIONUM
AD
RELATIONEM CURIÆ ROMANÆ

Clementis VIII. ac Urbani VIII. Constitutiones VI. & VII. 7. Junii 1569. & 30. Martii 1624.
Innocentii XII. Constitutio I. 3. Octobris 1693.
II. 3. Septembris 1692.
III. 15. Octobris 1692.
IV. 1. Decembris 1693.
V. 7. Maii 1692.
IX. 13. Augusti 1695.
X. 10. Novembris 1692.
XI. 3. Februarii 1693.
XII. 4. Decembris 1692.
XIII. 14. Martii 1693.
XIV. 10. Julii 1692.
Romana Census 4. Martii 1697. Molines Dec. I.
Urbani VIII. Constitutio VIII. 22. Septembris 1631.
XV. 11. Decembris 1695.

R.P.D. MOLINES.

Romana Census.

Lunæ 4. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Cum Cardinal de Luca *in disc. 26. de Judiciis* agat de Instrumentorum, & documentorum publicorum substantia & qualitate, non incongruum erit hic apponere hanc decisionem, quæ ostendit mandatum A.C. licet excessivum non debere in totum retractari, sed solum reformari.

SUMMARIUM.

1 *Ex rigore juris mandata executiva excessu laborantia debent in totum retractari.*
2 *Ex inveterato tamen stylo, A.C. mandata excessiva licet executioni mandata non retractantur in totum, sed subducto excessu reformantur.*
3 *Hocque non ex praxi tantum, sed & æquitate summa fulcitur.*
4 *Eoque magis cum executio cœpta tantum, sed non consumpta fuit.*
5 *Et quidem in re patiente commodam divisionem.*
6 *Judex appellationis in decernenda validitate vel invaliditate mandati attendere debet stylum Judicis* a quo.
7 *Rota Tribunal in casu appellationis a mandatis A.C. pro consecutione legatorum etiam cum illius facultatibus & cum clausula* si quid exequendum, *denegat viam executivam, & respondet solummodo mandata esse justa.*
8 *In hujusmodi mandatis relaxatis & successive executis, Rota, cui commissa est causa cum clausula* qui ad ulteriorem *non annullat executionem jam factam, sed rescribit pro processu* ad ulteriorem executionem.
9 *His in casibus Rota concedendo paratam executionem non facit contra stylum, cum illius partes sint tantummodo declarare, an sit locus necne ulteriori executioni, & n.* 10.
11 *Rota in terminis commissionis cum clausula* si quid exequendum *non infringit stylum, respondendo pro executione.*

DECISIO I.

IN geminis decisionibus emanatis coram me in hac causa sub die 27. Januarii, & 5. Junii anni præteriti resolutum fuerat, procedendum non esse ad ulteriora in executione mandati, alias per A. C. relaxati pro summa scut. 440. favore Joannis Antonii a S. Petro contra Dominum Principem Sabellum, successive executi super quibusdam locis Montium ob ipsius mandati excessivitatem ex publicis documentis justificatam; In præsenti tamen tertia causæ disputatione prævio recessu a decisis, Domini censuerunt procedendum esse ad ulteriora, quoad summam scutorum 1940. vere debitam.

Ratio resolutionis fuit, quia, etsi de juris rigore, quem amplectitur nostrum Tribunal, mandata executiva continentia clarum, & liquidum excessum, quantumvis satis modicum, remaneant in totum nulla, quoties, prout hic, processum fuerit ad actualem ipsorum executionem, adeout a Judice appellationis retractari nec pro summa vere debita sustineri debet, juxta thoricam Bartoli *in leg. si in forte §. certum ff. de condit. indebit.* & millies respondit Rota, & signanter coram Ludovis. *dec.* 198. *num.* 5. ibique Adden. & *dec.* 91. *num.* 2. & 3. coram. Buratt. ubi pariter Addens *n.* 4. & coram Cavalet. *d.* 84. *n.* 2. cor. Duran. *d.* 388. *n.* 3. Bich. *d.* 29. *n.* 24. & *dec.* 44. *n.* 1. cor. Cardinali 1

dinali Cerro, *dec.* 123. *n.* 1. *& seq. & dec.* 137. *n.* 3. coram eodem, *& d.* 889. *n.* 3. *&* 4. coram Ubago, *& in rec. d.* 359. *n.* 8. *p.* 1. *& d.* 412. *n.* 4. *p.* 5. *d.* 172. *n.* 13. *&* 15. *p.* 11. *d.* 207. *n.* 3. *&* 302. *n.* 9. *p.* 15. *d.* 81. *n.* 3. *p.* 15. *& d.* 601. *n.* 15. *p.* 18.

2 Attamen de inveterato stylo A. C. in casu præsenti ad inferius deducenda observando, mandata relaxata pro summa indebita quantumvis essent executioni demandata, adhuc non retractantur in totum, sed subducto excessu, reformantur pro summa vere debita, de quo stylo testantur Salust. Tyber. *in prax. judiciaria*, sive de modis procedendi in caussis, quæ cor. A. C. agitantur *lib.* 1. *cap.* 36. *n.* 1. & melius *n.* 4. *vers. mandatum*, Scacc. *de sententia, & re judicat. gloss.* 14. *q.* 13. *n.* 37. Scannarol. *de visitat. Carcerat. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 32. Rota *dec.* 86. *n.* 8. post Posth. *de manut.*

3 Nec porro ejusmodi praxis recipit solummodo fomentum ab inveterata observantia illius Tribunalis, quæ habet vim legis, secundum Cyn. & Bald. *in l.* 1. *in fine C. quæ sit longa consuetudo, & in leg. de quibus ff. de legatis* Roland. a Valle *cons.* 70. *n.* 13. *lib.* 1. Afflict. *d.* 135. *n.* 3. *&* 4. Salust. Tyber. *loco & numero superius citatis*, Rota *d.* 40. *n.* 10. *p.* 16. sed etiam fulcitur summa æquitate, secundum quam inutiles circuitus sunt resecandi, *l. cum fundus §.* 1. *ff. si certum petatur*, ne Partes super una, eademque re diversis litibus, & inutilibus expensis prægraventur, *leg. ne in plures ff. de exercit. action.* & pluribus exornat Giurb. *d.* 79. *n.* 12. & in specie observant Salust. Tyber. *ubi supra*, & melius aliis relatis, Rota *d. dec.* 87. *n.* 6. penes Posth. *de subhastat.*

Quæ eo magis procedunt in casu præsenti, attentis duabus specialibus circumstantiis, quarum altera est,
4 quod executio, de qua est sermo, fuit tantum cœpta, sed non consumpta, quo casu cum nullum damnum dici possit illatum, aut verum spolium causatum, sed res in eodem statu existat, adeout debitor absque juris sui detrimento solvendo summam debitam valeat ab executione se liberari, utique facilius intrat reformatio mandati quoad summam vere debitam, ut bene, ac punctualiter observat Posth. *de subhast. inspect.* 50. *n.* 504. R. P. D. Masserius *in legat. Avenion. & Æmilia lib* 1. *cap.* 2. *n.* 64. *&* 65. Rota *in preallegata d.* 86. *n.* 7. *cum seqq. & d.* 619. *n.* 9. *& seqq. p.* 18. *rec.* Altera vero, quod eadem executio facta fuit in re patiente commodam divisionem; unde nimis æquum, & rationabile est, illam in totum non retractare, sed quoad summam vere debitam sustinere, ut distinguendo casum executionis personalis in-
5 dividuæ a reali dividua, tradit Scannarol. *de visitat. Carcerat. lib.* 3. §. 10. *n.* 32. ubi testatur de stylo A. C. Rota Lucensis *d.* 265. *impressa* apud Balduec. *ad cons. Roman. n.* 20. *tom.* 4. Card. de Luca *de dote discurs.* 58. *n.* 9. *& de judiciis disc.* 29. *n.* 24. ubi quod præfatus stylus A. C. concurrentibus relatis duabus circumstantiis a moderno tempore cœpit etiam observari a Signatura Justitiæ.

6 Quod autem in hac hypotesi servandus veniat æquitativus stylus A. C. & non rigorosus nostri Tribunalis deducebant Domini; quia hic non agitur de reformando, vel infirmando mandato obtento ab eodem A. C. unde sequendus est stylus, quem ipse tenet, ut omissis generalibus, quod Judex appellationis in decernenda validitate, vel invaliditate mandati, attendere debeat stylum Judicis *a quo*, de quibus ad sacuritatem Tancred. *in consult.* 40. *n.* 14. Salgad. *de regia protectione p.* 1. *cap.* 2. §. 3. *n.* 21. Ita in specie dixit, & observavit Rota *d. dec.* 86. *n.* 8. penes Posth. cum qua Domini processerunt in præsenti resolutione, posthabitis aliis decisionibus adductis a defensoribus D. Principis, ex quibus apparet alias aliter per Rotam observatum fuisse reflectendo, quod in his decisionibus Rota pertransivit cum opinione juris rigorosa, nulla facto examine styli A. C. de cujus mandato agebatur, in illa autem penes Posth. setio, præviis tribus propositionibus, ut colligitur *ex n.* 2. discussus fuit stylus A. C. & tanquam æquitatis consonus approbatus pro casibus, in quibus ipsa procedit ad executionem ejusdem mandatorum, vel cum suis facultatibus, animadvertendo potissime ad laudabile nostri Tribunalis institutum; in quo præ cæteris inspicitur rei veritas.

Nec movit exemplum legatorum, pro quibus objiciebatur, quod licet A. C. tribuat viam executivam juxta opinionem Angeli, quia tamen Rota, sequitur contraria Ale-
7 xandri, ut neminem latet, idcirco in gradu appellationi a mandatis A. C. etiam cum illius facultatibus, & cum clausula, *Si quid exequendum* derogat viam executivam, respondet solummodo mandata esse justa, ut in *d.* 604. *n* 12. *p.* 4. *tom.* 3. *rec. & d.* 291. *n.* 24. *p.* 5. & cor. Manzanedo *d.* 613. *n.* 11. *&* 12. cum aliis, quos refert Ridolphin. *in prax. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 80. Adden. ad Pamphill. *dec.* 258. *n.* 12. *&* 13.

Quoniam ultra, quod ex hoc modo rescribendi non recte infertur, quod Rota reprobet prædictum stylum A. C. cum potius exinde pateat vel de illius tacita approbatione vel saltem de expressa viæ executivæ præservatione; nam alias mandata tanquam nulla simpliciter infringeret, ac per conseques exequenda non esse rescriberet, & quod revera Rota non redarguat in hac parte stylum A. C. expresse protestatur in *d.* 416. *n.* 5. *p.* 16. *rec.* adhuc tamen desuper ponderatum fuit, quod quoties agitur de mandatis relaxatis ab A. C. pro consecutione 8
legatorum, & successive executis, Rota, cui commissa est causa cum clausula, *qui ad ulteriorem*, non annullat executionem jam factam, utpote procedentem contra ipsius opinionem & stylum, sed imo illam expresse approbat, rescribitque pro processu ad ulteriorem executionem, ut tradit Zacch. *de oblig. cameral. q.* 18. *n.* 22. sequendo opinionem ejusdem, Rota *Romana legitimæ* 22. *Martii* 1643. cor. Peutingerio, *impress.* penes eundem *in* 9
ordine la 215. *n.* 6. *&* 7. ubi reddit rationem, quia in hoc casu concedendo paratam executionem legatis, non dicitur facere contra stylum, quia ejus partes sunt tantummodo declarare; An sit locus vel non ulteriori executioni, & comprobavit *d. dec.* 597. *p.* 16. *& d.* 416. *n.* 5. *ad* 8. cor. Dunoz. juniore, *& d.* 217. *n.* 1. *& seq.* & in confirmatoria *dec.* 402. *n.* 2. *p.* 12. *rec.*

Et quamvis in hujusmodi causis legatorum commissis cum clausula, *Si quid exequendum*, & cum facultatibus A. C. ante cœptam executionem, eadem Rota præscindendo a nullitate mandatorum ob incompeten-
tiam viæ executivæ, pluries canonizando eorum Justi- 10
tiam ordinarie processerit, ut patet ex decisionibus superius in objecto relatis, quibus additur *Urbevetana Pecuniaria* 21. *Aprilis* 1692. §. 1. cor. R. D. meo Decano, *& Carpentoraten. legitimæ* 5. *Maii* 1694. cor. R. P. D. meo Caprara: Attamen circa hunc stylum suppetunt opiniones, & plura exempla in contrarium. Præallegatus enim Zacch. *d. c.* 18. *n.* 22. *vers. Quotiescunque*, testatur, quod commissa causa ad Rotam cum facultatibus A. C. ipsa dare solet paratam executionem, & in terminis commissionis cum clausula, *Si quid exequendum*, fuit etiam opinio aliquorum ex nostri ordinis Auditorum in Romana legatorum seu dotium 16. *Jan.* 1692. cor. Emerix seniore, §. *nec refert*, ubi habetur, quod tunc nulli ex Dominis autumaverint, non infringit Rotæ stylum, quoties in his casibus procedi
deberet executive juxta clausulam, *Si quid exequendum*, 11
quæ præservat viam executivam, allegando plures authoritates, inter quas *d.* 1412. cor. Seraphino, in cujus hypothesi licet ageretur de indebito, pro quo de jure agendum est via ordinaria; nihilominus quia causa erat Rotæ delegata cum clausula, *Si quid exequendum*, responsum fuit pro illius executione; Atque ex hac ratione pluries a modernis temporibus Rota in hujusmodi causis legatorum eidem cum clausula, *Si quid exequendum* legatis respondit, pro mandatorum executione, & in specie in *Urbevetana dotis* 9. *Febr.* 1693. §. *etiamsi bona in fine* cor. bon. mem. Emerix juniore Decano, *& in Camerinen. pecuniaria* 8. *Junii* 1693. § *Minime vero, & in Rom. associationis ejusdem anni* §. *fin.* cor. R. P. D. meo Pio, *& in Camerinen. Primogenituræ* 10. *Junii* 1695. §. 1. cor. eod. Ex quibus colligitur, quod appositum exemplum legatorum potius quam adversetur, faveat opinioni, juxta quam modo tenet Rota, quod quotiescunque agitur de confirmandis, vel infirmandis relaxatis ab A. C. servandus venit stylus, qui in ipsius Tribunali passim, & sine ulla hæsitatione observatur: quia revera ex hoc non infringitur stylus nostri Tribunalis, cum sufficiat, quod observetur in mandatis, quæ ab eo relaxantur.

Quare ex prædictis omnibus resolutum fuit mandatum, de quo est quæstio, reformandum esse, & procedendum ad ulteriora pro dicta summa vere debita sc. 1490. quæ, facto calculo, remanet liquida subductis pensionibus domus originarii debitoris perceptis a Joanne Baptista a S. Petro Patre Joannis Antonii actoris, necnon scuta 404. vigore ordinis Sacri Montis Pietatis, de quibus late disseritur in prima decisione hujus causæ 27. Jan. 1696. §. ex Juribus.

Et ita utraque parte informante, &c.

SUMMORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONES AD RELAT. CURIÆ ROMANÆ CARDINALIS DE LUCA.

LIBER XV.

Ad Ornatum Disc. V.

S. S. D. N.

INNOCENTII PAPÆ XII.

CONSTITUTIO MODERATORIA.

Indultorum testandi S. R. E. Cardinalibus Romani Pontificis consanguineis, & forsan aliis etiam non Cardinalibus, nec consanguineis in forma ampliori, & extraordinaria concessorum, & concedendorum, cum reductione hujusmodi Indultorum ad terminos, & formam illorum omnibus aliis Cardinalis concedi solitorum, & respective confirmatoria motus proprii Clementis IX. super extensione hujusmodi Indultorum ad favorem omnium Cardinalium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

UT judicium nostrum de vultu Dei prodeat, & oculi ejus videant æquitates, acceptionem personarum, quæ apud eundem Deum non est, nullius humilitatis nostræ suffragantibus meritis, sed quantum Nobis ab Alto concessum est, arcere impense studuimus, illamque etiam a quibusdam Indultis, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa accepimus, seu quæ in posterum concedentur, congrua moderatione eliminare desideramus; Nam cum unum corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra, grave videri non debet, si qui in Ecclesia uni Domino famulantur, una eademque libertate congaudeant, & qui præsertim in eodem gradu sunt constituti, aliquando providis sanctionibus ad æqualitatem reducantur, ut sicut pari dignitate præfulgent, dispari nimis privilegio, seu indulto non distinguantur; Pondus enim, & pondus, mensura, & mensura utrumque abominabile est apud Deum.

Cum itaque præfati Prædecessores nostri S. R. E. Cardinalibus, qui pro ipsius Ecclesiæ statu salubriter dirigendo assidue laborare non cessant, facultatem de fructibus Ecclesiasticis, & de bonis exinde, seu alias quæsitis disponendi tam in ultima voluntate, quam alias, & respective eorum hæredibus ab intestato in præmissis succedendi, sub quadam tamen moderata, & congrua forma de benignitate Sedis Apostolicæ concedere consueverint; Vice autem versa nonnulli ex iisdem Prædecessoribus hujusmodi moderationem, seu formam ampliantes, suis sive veris, sive adscitis consanguineis, vel affinibus, & forsan etiam nonnullis aliis S. R. E. Cardinalibus longe majora Indulta, & cum amplioribus facultatibus, modis, circumstantiis, clausulis, cautelis, & derogationibus concesserint; Et propterea sicut aliis nostris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, decimo Kal. Junii expeditis literis modum circa donationes & redituum Ecclesiasticorum distributionem in consanguineos, vel affines Romani Pontificis pro tempore existentis inviolabiliter servandum salubri moderatione præscripsimus; ita etiam hujusmodi Indultorum ampliationibus, seu differentiis, ut præfertur, inter ejusdem S. R. E. Cardinales, hac nostra speciali Constitutione occurrere; & opportune providere cupientes; Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, quæcunque, & singula Indulta testandi, seu alias disponendi, & respective ab intestato succedendi, omnibus, & singulis Cardinalibus præfatorum Romanorum Pontificum Prædecessorum, qui illa concesserunt consanguineis, vel affinibus, seu illorum loco ad lectis, vel adscitis, & forsan etiam nonnullis aliis quomodocunque, qualitercunque, & quandocunque, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, modis, cautelis, circumstantiis, qualitatibus; & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, & ex quacunque causa, etiam meritorum, seu remunerationis laborum, & onerum, & alias quomodolibet insimul, vel ad partes, & semel pluries, & quantiscunque vicibus, & modis concessa, innovata, & confirmata; eorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserri essent, pro plene, & sufficienter expressis habentes, prorsus, omnino, & irrefragabiliter moderamur, & ad terminos, modum, tenorem, & formam ordinariam indultorum testandi, seu alias disponendi, & respective ab intestato succedendi, omnibus aliis ejusdem S. R. E. Cardinalibus concedi solitorum penitus, omnino, ac in omnibus, & per omnia reducimus; Revocantes, cassantes, ac irritum prorsus, & inane remanere, & fore mandantes, quidquid in Indultis ad favorem Cardinalium consanguineorum, seu affinium, & forsan nonnullorum aliorum, ut præfertur, contra, præter, vel ultra modum, & formam ordinaria cum omnibus aliis Cardinalibus, ut prædictis servari solitum fuerit quoquo modo concessum, indultum, seu elargitum, perinde ac si præfata Indulta ad favorem prædictorum Cardinalium consanguineorum, vel affinium, & forsan aliorum, ut præfertur, in hac parte; seu in his partibus non emanassent.

Ad hæc cupientes super præmissis, & circa ea similiter in posterum providere, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus statuimus, decernimus, & ordinamus, quod illud idem, quod superius circa concessa Indulta constituimus, & mandavimus, similiter in quibuscunque Indultis, & facultatibus hujusmodi, quæ deinceps singulis ejusdem S. R. E. Cardinalibus Romani Pontificis pro tempore viventis, ut præfertur, consanguineis, vel affinibus sive veris, sive adjectis, & adscitis, & forsan etiam nonnullis aliis etiam per Nos, & Romanos Pontifices Successores nostros dictamque Sedem Apostolicam pro tempore concedentur, omnino, & ad unguem debeat observari; Quodque hujusmodi Indulta, seu omnes literæ Apostolicæ desuper tam per Cancellariam, quam per Cameram Apostolicam, ac etiam per viam secretam, sive de Curia, vel sub Annulo Piscatoris, sive alias præter, vel contra formam, & tenorem præsentis Constitutionis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam cum præsentium speciali, & expressa derogatione, ac sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel

vel in specie pro tempore concedendæ, seu expediendæ, in ea parte, seu illis partibus, quæ erant contra, præter, vel ultra formam ordinariam cum omnibus aliis Cardinalibus in prædictis servari consuetam, nullius sint roboris, & momenti, nec cuiquam, ac si non emanassent, suffragentur.

Cæterum perpendentes, universum ejusdem S.R.E. Cardinalium Collegium tanquam Senatum universalis Ecclesiæ in excolenda Vinea Domini Nobiscum assiduę collaborare, ac propterea operæ pretium, & congruum fore, ut omni personarum acceptione sublata, eosdem omnes, & singulos Cardinales potius amplioribus privilegiis, & gratiis circa indulta hujusmodi pariformiter complectamur, & communiamus. Cum itaque fel. record. Clemens Papa IX. Prædecessor Noster privilegia, & facultates testandi præfatorum S R.E. Cardinalium ad illos etiam fructus extenderit, & ampliaverit, qui si naturales essent, & a solo, in quo sunt producti, legitime, & juxta rei naturam fuissent sublati, & a manibus Colonorum, vel aliorum quorumcunque debitorum percepti, licet in horreis Ecclesiarum, vel in quovis alio loco adhuc inconsumpti, vel nullo modo aliis ipsorum Cardinalium bonis imixit, aut eorum patrimonio incorporati reperirentur; si vero civiles essent, postquam dies solutionis advenisset, fuissent per quoscunque debitores quomodolibet persoluti, & ad manus Cardinalium, vel ad eorum Ministros pervenissent, seu in aliquo loco publico ad eorundem creditum fuissent depositi; Idque etiam idem Prædecessor servari voluisset in terminis quomodolibet debitis pro affictibus bonorum, & jurium quorumcunque, quos in dictis facultatibus comprehendi voluit & mandavit, si modo quo supra fructus tam civiles, quam naturales Conductoribus, & Affictuariis locati, & concessi, per illos fuissent percepti, quamvis termini solutionis affictuum per Locatores fuissent postcipate conventi, & alias, prout in ejusdem Clementis cedula Motus proprii sub Dat. pridie Kal. Martii, Pontificatus sui anno primo uberius continetur; Hinc est quod motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus præfatam cedulam Motus proprii cum omnibus, & singuli in ea contentis, nedum amplissime, & plenissime, & confirmamus, & approbamus; sed quia accepimus, eandem cedulam non fuisse pacifice observatam, seu illius executionem per varias interpretationes fuisse controversam, & retardatam, omnino volumus, & quibuscunque non obstantibus mandamus, illam inviolabiliter observari, & sublata quacunque contraria interpretatione omnimodæ executioni demandari, præsentibus, & pro tempore existentibus Cameræ nostræ Thesaurario generali, cæterisque dictæ Cameræ Officialibus, & Ministris, & quibuscunque aliis enixe prohibentes, ne in totum, vel in aliqua parte etiam minima effectum, & executionem memoratæ cedulæ Motus proprii, necnon præsentis nostræ Constitutionis in hac parte quoquo modo impediant, vel retardent, minusque ad supradictorum fructuum in præfata cedula Motus proprii, ut præfertur, contentorum in cameratione procedant, nec pro illis aliquam compositionem, ratam, portionem seu quantitatem etiam minima quomodolibet sub quovis prætextu, causa, quæsito colore, & contraria interpretatione consequi, seu prætendere valeant. Et nihilominus ad majorem cautelam omnia, & singula, quæ in eadem cedula continentur, hac in perpetuum valitura Constitut. iterum, & ex integro plenissime, & amplissime servari mandamus, decernimus, & sancimus, salva tamen, & firma in cæteris, quæ præfatæ cedulæ dicti Clementis Prædecessoris non adversantur, remanente Constitutione piæ mem. Urbani Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri quoad fructus beneficiorum inexactos sub Dat. quinta April. anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, & Pontificatus sui quinto, quam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus in omnibus, & per omnia plenissime, & amplissime præsentium tenore confirmamus, approbamus & innovamus.

Quod si forsan aliqui quæcunque etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia qualibet dignitate gradu, vel munere fungentes, seu functuri, hujusmodi, vel etiam in aliqua parte similia indulta, seu facultates quomodocunque, qualitercunque, & quandocunque, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu scientia, & plenitudine similibus, & ex quacunque causa etiam meritorum insimul, vel ad partes, & semel, vel pluries ab eadem Sede Apostolica antehac assecuti fuerint, seu in posterum assequerentur, convenire pariter existimamus, ne iidem majoribus favoribus, & gratiis, quam prædicti S. R. E. Cardin. potiantur, & gaudeant. Ideoque motu scientia, & potestatis plenitudine paribus, si quid in hujusmodi concessis, seu concedendis indultis, forsan contineretur, quod memoratis Cardinalibus concedi, ut præfertur, non consueverit, in omnibus, & singulis, illis partibus, in quibus aliquid ultra, seu contra tenorem, & formam ordinariam cum dd. Cardinalibus servari solitum fuerit, quomodolibet concessum, seu concedetur, iisdemmet modo, forma, & eum revocationibus, aliisque præmissis moderamus, & ad terminos, seu limites, & formam ordinariam dd. Indultorum omnibus Cardinalibus, ut præfertur, concedi solitorum, in omnibus, per omnia tenore præsentium reducimus.

Decernentes, easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo, quod omnes, & singuli supradicti, ac alii quicunque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis in præmissis quomodolibet ejus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacunque quantumvis pia, juridica, privilegiata, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, & occasione, colore, seu prætextu, titulo etiam oneroso, & capite etiam in corpore juris clauso ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetraro, seu etiam motu, scientia & potestatis plenitudine paribus concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse, sed ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcunque semper, & perpetuo firma, valida, efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Cameræ Præsidentes Clericos, & alios quoscunque quavis auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & quandocunque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiti debere; Irritum quoque, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostris & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & signanter illa, quod Cardinales in Constitutionibus, & Regulis per Nos edendis non comprehendantur, nisi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuerint, ac etiam alia de jure quæsito non tollendo, illiusq; omnibus quæ præfati Urbanus, & Clemens Prædecessores in memoratis Constitutione, & Cedula Motus proprii respective voluerunt non obstare, necnon recol. mem. Pii Papæ IV. pariter Prædecessoris Nostri de gratiis qualecunque interesse Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera, ejusque libris intra certum ibini expressum tempus præsentandis, insinuandis, & registrandis, itaut easdem præsentes literas ibidem præsentari, insinuari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dictæ Cameræ, aliisque quibuslibet decretis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, & indultis, & literis Apostolicis quibuscunque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & consistorialibus, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis,

sis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscunque vicibus innovatis; quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quælibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter, ac exactissime expressis, insertis, servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptio, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum moderationum, reductionum, revocationis, cassationis, mandatorum, Statuti, decretorum, ordinationis, confirmationum, approbationum, voluntatum, prohibitionis, sanctionis, innovationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Idibus Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

D. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, die vero decima sexta mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. Anno Tertio supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Jo: Baptistam de Comitibus ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Franciscus Antonius Simoncellus Curs. Magister.

Altera Constitutio Innocentii XII. quod de cætero officia & loca Montium vacabilia Romanæ Curiæ cujuscunque qualitatis sint, per assumptionem ad Cardinalatum minime vacent, habetur impressa post cap. 13. tractatus de officiis venalibus, & vacabilibus Romanæ Curiæ.

Ad Ornatum Disc. XII.

Sanctissimi D. Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio super Facultatibus Majoris Pœnitentiarii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex omnium Christi fidelium Pater, & Pastor, ejus, qui ut peccatores pretiosi sui sanguinis profusione redemptos salvos faceret, semetipsum exinanivit, vices gerens in terris, ad ea per quæ sibi cœlitus commissi gregis saluti uberius consulitur, præcipuis debet, & indefessis studiis incumbere sibique in Petro Apostolorum Principe attributam potestatem, qua infallibili Christi Domini testimonio, quidquid solverit super terram, erit solutum & in Cœlis, per se respective per alios provida dispensatione exercere.

Hujus considerationis intuitu Romani Pontifices Prædecessores Nostri Pœnitentiariæ Apostolicæ officio, & majori Pœnitentiario quamplures, & amplas facultates concesserunt, illasque aliquando, in iis præsertim, quæ forum internum non concernebant, reformarunt, & quandoque ampliarunt, & immutarunt, prout rerum, & temporum circumstantiis, opportunitatibus, & vicissitudinibus attente pensatis censuerunt in Domino salubriter expedire.

Alias siquidem post antiquiores officii hujusmodi status felic. record. Pius Papa IV. Prædecessor Noster Officiorum, & Tribunalium Romanæ Curiæ reformationi Pastorali sollicitudine intentus, ad ejusdem Pœnitentiariæ officium, in quo morum censura, & animarum salus præcipue vertitur, considerationis suæ oculos direxit; habitaque desuper cum tunc existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, ipsoque majore Pœnitentiario, ac ejus Officialibus auditis, ac omnibus mature consideratis, de eorundem Cardinalium consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore existens major Pœnitentiarius, Regens, Correctores, Scriptores, & Procuratores, ac alii quicunque ejus Officiales, & Ministri ad eorum omnium, quæ in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus continebantur, & forum internum, seu pœnitentialem plerumque non respiciebant, concessione penitus cessare, & abstinere deberent, per quasdam suas anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quinto nonas Maii, Pontificatus sui anno tertio expeditas literas auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit.

Successive recol. mem. S. Pius Papa V. etiam Prædecessor Noster tempus, & necessitatem, suique institutionem postulare perpendens, ut in multis Romanæ Curiæ rebus novam deinceps formam proponeret, ejusmodi vero curam ipsum impensius solicitare, ut ad ea in primis incumberet, quæ salutem, & periculum respiciebat animarum ac a præfato Pœnitentiariæ officio initium capere, novamque illi pro futuris facultatem statuere volens; de Apostolicæ potestatis plenitudine omnem, & quamcunque ejusdem officii, & Pœnitentiarii majoris auctoritatem, jurisdictionem, & potestatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcunque privilegia, facultates, & indulta illis, cæterisque omnibus dictæ Pœnitentiariæ, tunc existentibus Collegiis, & personis ab ipsius officii institutione per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores suos, ac seipsum, & Sedem Apostolicam etiam motu proprio, & ex ipsius certa scientia, deque prædictæ potestatis plenitudine tam in genere, quam in specie, ac de mandato speciali, & expresso etiam vivæ vocis oraculo emisso, & ex quibuscunque causis concessa, confirmata, ac etiam pridem a memorato Pio IV. Prædecessore, reformata, restricta, & modetata, quibuscunque concepta formulis, ac etiam restrictivis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus etiam vim contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis fulsulta, quorum omnium tenores haberi valuit pro expressis, quæcunque essent, (potestate minorum Pœnitentiariorum suorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu tunc pridem editis literis salvis, & integris remanentibus) revocavit, suppressit, & absolvit, & alias prout in ejusdem S. Pii V. Prædecessoris quarto Kal. Maii, Anno præfatæ Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Pontificatus sui quarto desuper expeditis literis uberius continetur.

Utque memoratus S. Pius Quintus Prædecessor habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & officiis ratione explicita, novam futuris formam de integro præscribere valeret, qua ipsum Pœnitentiariæ officium certis quibusdam facultatibus, quæ aliis officiis magis conveniebant, exoneratum, atque expeditum, deinde ea, quæ animarum salutem præcipue concernebant, anteriore studio prosequeretur, quinto decimo Kal. Julii ejusdem anni millesimi quingentesimi sexagesimi noni duas edidit Constitutiones, in quarum prima, quæ incipit, *In omnibus rebus,* Ministrorum qualitatem, numerum, functiones, & officia in posterum ordinavit, in alia vero, quæ incipit, *Ut bonus*

nus Paterfamilias, Pœnitentiariæ hujusmodi Officium nonnullis ibidem relatis facultatibus duntaxat, quas pœnitentialis muneris maxime proprias, ac egentium Christifidelium remedio accomodatas censuit, communivit.

Deinde nihilominus idem S.Pius V. Prædecessor, ejusque successores Romani Pontificis quamplutibus vivæ vocis oraculis, & piæ mem.Gregorius Papa XIV.pariter Prædecessor Noster etiam suis in forma Brevis die decima Aprilis, Anni millesimi quingentesimi nonagesimi primi expeditis literis, reformatas, ut præfertur, memorati Officii facultates multoties ampliarunt, & extenderunt.

Verum hujusmodi facultatibus valde, ut præfertur, multiplicatis, & adauctis, bon. memoriæ Urbanus Papa VIII. etiam Prędecessor Noster memoratorum Pii IV.S.Pii V.Prędecessorum vestigiis inhærens, per suas die 17. Septembris, anni 1634 Pontificatus sui duodecimi in forma Brevis pariter expeditas literas, prævia, quoad inibi descripta capita, quarumcunque facultatum, seu indultorum ac vivæ vocis oraculorum desuper concessorum, & aliter emanatorum, quæ iisdem literis adversarentur, revocatione, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine statuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus major Pœnitentiarius, & ejusdem Pœnitentiariæ Regens, cæterique ejus Officiales, & Ministri pro tempore existentes a particularum casuum, & negotiorum inibi expressorum concessione, commissione, & expeditione, quæ alias nullæ essent eo ipso penitus cessare, & abstinere deberent.

Adhuc tamen, & post hujusmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad hæc usque tempora vivæ vocis oracula facultates hujusmodi amplianria, & respective moderantia supervenerunt.

Hinc Nos animarum saluti, ac facultatum unicuique Officio, & Tribunali competentium ordini, & distinctioni, quantum Nobis ab Alto conceditur consulere volentes, ac propterea literarum Apostolicarum, & vivæ vocis oraculorum præfatorum multiplicitatem, veritatem, & immutationes sedula meditatione pensantes Nostræ Pęnitentiariæ, ac majoris Pœnitentiarii facultates seligere, & selectas, cæteris exclusis, compilare, & in unum redigere decrevimus, ut quousque facultates ejusmodi extendantur, ac quomodo, & in quibus casibus exerceri possint, & debeant, certe, prompte, & distincte sub unica, & omnibus comprehensiva sanctione innotescant.

Omnium itaque, & singularum literarum, & oraculorum hujusmodi, ac aliarum, & aliorum, quæcunque sint, etsi quæ sint, tenores pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ac salvis, & in suo robore, & statu permanentibus iis, quæ in altera ex præfatis ejusdem S. Pii V. Prædecessoris Constitutionibus incip. *In omnibus* super Ministrorum Pœnitentiariæ præfatæ qualitate, numero, functionibus, & Officiis ordinata fuerunt, ac etiam salva semper majoris Pœnitentiarii facultate Romanum Pontificem in quibuscunque particularibus casibus, tametsi per præsentes nostras literas non concessis, imo prohibitis, consulendi, itaut ipsi majori Pœnitentiario de Romani Pontificis speciali mandato desuper vivæ vocis oraculo sibi facto procedere asserenti, indubia fides debeat adhiberi; motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine infrascriptas tantum facultates eidem Pœnitentiariæ, & majori Pœnitentiario de cætero competere, ac in illa, & ab illo in hunc, qui sequitur modum, exerceri posse hac nostra perpetuo valitura Constitutione, statuimus, atque decernimus.

Nostro itaque, & pro tempore existenti majori Pęnitentiario concedimus, ut omnes, & singulos cujuscunque qualitatis, dignitatis, & gradus Ecclesiasticos sæculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti Regulares, necnon laicos quoscunque utriusque sexus tam præsentes, quam absentes ab omnibus, & quibuscunque culpis, criminibus, excessibus quantumcunque gravibus, & enormibus tam publicis, quam occultis quandocunque, & quomodocunque commissis, & perpetratis, necnon ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque censuris, & pœnis Ecclesiasticis præmissorum occasione latis, & per illos incursis, etiam in casibus nedum Superioribus Regularibus, & Ordinariis, sed etiam Nobis, & Sanctæ Sedi specialiter, ac etiam per literas, quæ die Cœnæ Domini quotannis promulgantur, reservatis, injuncta super iisdem pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis, quæ fuerint de jure injungenda absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat, Regulares nimirum a culpis, & censuris præmissis in utroque foro, & Ecclesiasticos sæculares, necnon laicos a prædictis culpis, & censuris in foro conscientiæ tantum; Eosdem vero Ecclesiasticos sæculares, necnon laicos tunc in utroque foro absolvere, & absolvi mandare possit, quando agitur de excommunicatis, & suspensis sententia generali, vel speciali delegatorum, seu aliorum Judicum, quorum jurisdictio expiravit, seu etiam de illis, quorum absolutio per eosdem Judices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remissa, seu pariter de iis, qui legitimo impedimento detenti præsentiam Judicum, vel illorum, qui eos excommunicarunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios adire non potuerint.

Ita tamen, ut prædicti a censuris ab homine latis, seu declaratis in utroque foro, ut præfertur, absolvendi in suis congruis casibus respective judicato paruerint, & parti satisfecerint, vel quamprimum potuerint, alioquin in easdem censuras reincidant, satisfaciant; Eadem vero parte oblatam convenientem satisfactionem, quæ tamen in sententiis, seu decretis individuata non sit, irrationabiliter recusante, possit major Pœnitentiarius Judicis, coram quo censuratum causa pendet, conscientiæ remittere, ut convenientem satisfactionem arbitretur, illaque per reum oblata, & per aliam partem irrationabiliter recusata, valeat, adhuc firma remanente hujusmodi oblatione, ad absolutionem procedere.

Romam quoque advenientes ab omnibus per quemcunque Judicem, vel alias quomodocunque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, seu alibi promulgatis, & in eadem Curia notoriis censuris, ad effectum duntaxat, ut indulgentias, Sacra Urbis loca pie, ac religiose invisentibus concessa, libere, & licite consequi valeant, itaut simul, ac indulgentias præfatas consecuti fuerint, iisdem, quibus antea censuris constricti teneantur, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat. Quod si censuris ab homine nominatim ligati pro absolutione Romam advenerint, sed pro illa obtinenda fuerint ad eorum Judices remissi, & probabile mortis periculum in itinere pertimescunt, poterit major Pœnitentiarius ad congruum tempus ab ipso pro hujusmodi itinere agendo arbitrandum, sub conditione, si hujusmodi periculum immineat, & cum reincidentia, si præfati idem periculum evenerint, in foro conscientiæ tantum absolvere, & absolvi mandare.

Neque tamen in ullis casibus publicis, qui in præfatis literis die Cœnæ Domini legi consuetis continentur, etiamsi Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consuli non posset, Principes, & alios jus Imperii etiam Vicarii nomine habentes, ac Dominia, & Respublicas, seu personas illorum, & illarum administrationem habentes, vel habere solitas, necnon Episcopos, & alios Superiores Prælatos absolvere, & absolvi mandare.

Minusque possit etiam in occultis etiam in foro conscientiæ tantum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & alios cujuscunque qualitatis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, qui, vivente Romano Pontifice, de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambitusve, aut pactiones fecerint, seu Sede Apostolica vacante in censuras, seu pœnas, in fel. rec. Gregorii Papæ XV. & præfati Urbani VIII. etiam Prædecessorum Nostrorum super electione Romani Pontificis pro tempore facienda, decimoseptimo Kal. Septembris, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimoprimo, & quinto Kal. Februarii, anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo vigesimoquinto respective emanatis literis contentas, quomodolibet inciderint, absolvere, & absolvi mandare.

Nec pariter possit etiam in occultis etiam in foro conscientiæ tantum eos cujuscunque qualitatis, status, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint, qui Astrologia judiciaria, vel alias per se, vel per alios de statu Reipublicæ Christianæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, inquirentes, ejusdem Urbani Prædecessoris pridie Kal. Aprilis anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo trigesimoprimo, contra illos editis literis contravenerint, absolvere, & absolvi mandare.

Nec similiter valeat in casibus publicis etiam in judicium non deductis violatæ immunitatis, seu libertatis ecclesiasticæ ullatenus absolvere, seu absolvi mandare.

Eos tantum hæreticos in foro conscientiæ duntaxat absque alia abjuratione cor. Ordinatio, aut Inquisitore facienda, absolvat, seu mandet absolvi, qui cum nemine de suis hæresibus locuti sunt, & omnino sunt occulti etiamsi aliquos extrinsecos actus fecerint, ex quibus argui potuissent hæretici, dummodo tamen ad eosdem actus, quamvis de sui natura noscibiles, seu ad notitiam deducibiles, quantum ipsi sciant, & prout credunt, nullus advertit; Apostatas quoque a fide Catholica, & hæreticos in eodem foro conscientiæ duntaxat absolvat, seu absolvi mandet in iis solum casibus, in quibus necesse non est complices denunciare, quando nimirum iidem complices mortui, seu ex regionibus palam infectis sunt, & in illis degunt, non tamen quando complices Itali, vel Hispani, seu ex illis regionibus essent, in quibus Inquisitionis Sancti Officii auctoritas viget, omni alia facultate ab hæresi, vel apostasia hujusmodi absolvendi in cæteris, præterquam in casibus S. Inquisitionis Officium ad majorem Pœnitentiarium absolvendos remittere, interdicta.

Munera a Regularibus contra recol. mem. Clementis Papæ VIII. pariter Prædecessoris Nostri Anno Incarnationis præfatæ 1594. tertiodecimo Kal. Julii editam Constitutionem ultra valorem decem scutorum monetæ, recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi; intra vero prædictum valorem nonnisi facta arbitrio ipsius majoris Pœnitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii eleemosyna, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure facienda esset restitutio, si caute fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

Moniales, & quascunque personas, quæ in casibus publicis clausuram earundem Monialium ad malum finem violaverint, & respective ausæ fuerint violare, non absolvat, nec mandet absolvi, nisi in casibus, in quibus ipsi Episcopi, seu Ordinarii pro ipsis delinquentibus supplicaverint, & casus ad Congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam deducti non fuerint.

Confessarios Monialibus nullatenus concedat, & Capuccinos in illis regionibus, in quibus iidem Confessionibus audiendis operam dare non solent, in Confessarios non deputet.

Ad hæc super quacunque irregularitate, & inhabilitate ex quocunque delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocunque defectu proveniente, in casibus tamen occultis & in foro conscientiæ tantum, prævia in gravioribus casibus matura discussione facienda in Pœnitentiariæ Signatura, dispensari mandare possit tam cum Ecclesiasticis sæcularibus, quam cum Laicis respective, cum quibus expediens videbitur, ut Ordinibus initiati, & in susceptis etiam sacris, & Presbyteratus Ordinibus ministrare, & ad superiores conscendere, ac dignitates etiam Cathedrales, & Metropolitanas, ac quæcunque beneficia Ecclesiastica quandocunque ante dispensationem alioquin canonice obtentas, vel obtenta, retinere, necnon hujusmodi beneficia, & dignitates (exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu, Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis) etiam post delictum assequi valeant.

Cum Hæreticis, & Apostatis a Fide Catholica, quando hæresis, & apostasia hujusmodi nullatenus est propalata, & casus gravitas non suadet Pœnitentes ad S. Inquisitionem remittendos esse, super quacunque irregularitate, inhabilitate, & infamia exinde contracta, tam ad Ordines sive susceptos, sive suscipiendos, quam ad beneficia dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

Cum male promotis occultis, non obstante ejusdem mem. Sixti Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri Anno Incarnationis prædictæ millesimo quingentesimo octogesimo nono, nonis Januarii edita Constitutione, & signanter cum promotis per saltum etiam prætextu licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis interstitiis, vel sine literis dimissorialibus proprii Ordinarii, non dispenset, nisi in foro conscientiæ quando periculum adesset gravium scandalorum; tunc enim possit in forma Pœnitentiariæ consueta dispensare, ut scilicet omissos Ordines secrete recipiant a quolibet Catholico Antistite gratiam, & communionem cum Sede Apostolica habente, & tunc, & extra tempora, & non servatis interstitiis, & absque præfatis dimissoriis.

Cum promotis ad Sacros Ordines, qui Simoniam cum Episcopis promoventibus commiserint, dispensare, & dispensari mandare possit in occultis duntaxat, & in foro conscientiæ tantum, cum clausula *monitis monendis*, & injuncta gravi pœnitentia, ac re præsertim discussa in Signatura.

A dispensationibus, seu convalidationibus titulorum etiam in foro conscientiæ tantum, etiam in occultis casibus abstineat, cum agitur de simonia reali scienter contracta, & de beneficiis, super quibus contracta est ipsa simonia. At si illa contracta fuisset ignoranter etiam ignorantia juris inculpata, possit major Pœnitentiarius in occultis, & in foro conscientiæ tantum dispensare, & beneficiorum post simoniam obtentorum titulos convalidare, modo orator de eadem simonia certior factus quamprimum commode potuerit, petierit dispensationem, omni alia facultate in cæteris simoniæ casibus, & præsertim publicis, interdicta.

Titulos beneficiorum in concursu obtentorum in foro conscientiæ tantum in occultis convalidare possit, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illa irretitus impetrans administravit.

A convalidatione titulorum, & condonatione fructuum abstineat quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi, infra præfinitum tempus munus consecrationis non susceperint.

A compositione pariter, & condonatione fructuum beneficialium, & Ecclesiarum Episcopalium, ac etiam distributionum, quarumcunque quovis modo male perceptorum in casibus non occultis, abstineat. In occultis vero possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, injuncta ejusdem Pœnitentibus erogatione eleemosynæ ipsius majoris Pœnitentiarii vel Confessarii ab ipso deputandi arbitrio, limitandæ. Cum reliquis autem videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum personis discrete compositionem concedere, & ea mediante fructus condonare, pecuniis exinde exactis receptori emolumentorum Datariæ nostræ integraliter consignatis: Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, injuncta eleemosyna modo supradicto, quæ nihilominus sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent, fiat, & censeantur ordinata.

Cum Regularibus autem super irregularitate quorumcunque criminum quandocunque perpetratorum, vel incursus in censuras occasione, vel quia iidem sic ligati suos Ordines, non tamen in contemptum clavium, exercuerunt, aut illis se immiscuerunt, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem irregularitate, & quibuscunque aliis defectibus non obstantibus, susceptis Ordinibus, & eorum privilegiis; uti, ac in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & Ordines non susceptos suscipere, & in iisdem similiter etiam in altaris ministerio, ministrare, necnon quæcunque, quotcunque, & qualiacunque suorum Ordinum, & Congregationum alioquin canonice obtenta officia, beneficia regularia, munia, præeminentias, dignitates, & prælaturas etiam majores, & principales, retinere, & exercere, necnon eadem, seu easdem (non tamen Generalatum) ad quæ, seu quas in futurum canonice, & juxta eorundem Ordinum, & Congregationum Regularia instituta, eligentur, vel aliter assumentur, recipere, assequi, gerere, & libere exercere etiam licite valeant, dispensare, eosque in pristinum, & ad eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum, & ad vocem activam, & passivam restituere, reponere, & plenarie reintegrare, & pœnas illis gratiose remittere, & condonare, necnon pro majori absolutionum, & dispensationum præfatarum firmitate, quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus, Statutis, & privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare, major Pœnitentiarius præfatus possit, & valeat.

Volumus tamen, ut in hujusmodi casibus occultis in foro conscientiæ tantum; in publicis vero casibus in utroque foro, auditis tamen, & supplicantibus Superioribus, bonumque testimonium de ipsis Regularibus ferentibus, gravata in iis eorundem Superiorum conscientia, matura circumspectione semper adhibita, cum iisdem Regularibus, ut præfertur, dispensare, & dispensari mandare valeat.

Cum homicidis, bannitis, aliisque delinquentibus, qui memorati Sixti Prædecessoris anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo octogesimo septimo, sexto Kalen. Decembris expeditis literis, Religionum ingredi, & in ea professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habilitare, & habilitari mandare, ac cum iis, qui homicidia voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam

quam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profiteri, in utroque foro, quando sic expedire videbatur, dispensare, & dispensari mandare valeat, ea tamen lege, ut sic habilitandi, seu dispensandi Fiscum, & Partem prius concordaverint professionem emittant, nec ante professionem hujusmodi in susceptis Ordinibus ministrare, nec ad superiores Ordines ascendere possint.

Quoad Apostatas, & transitum Regularium de una ad aliam Religionem, citra aliquam innovationem interim faciendam, an, & quales facultates majori Pœnitentiario remanere, reformari, seu concedi conveniant, de nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium desuper a Nobis deputatæ Congregationis consilio suis loco, & tempore decernemus.

In matrimoniis contrahendis possit idem major Pœnitentiarius in foro conscientiæ tantum super impedimentis occultis, quæ matrimonium non dirimunt, dispensare, vel dispensari mandare; At a dispensationibus super quocunque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spirituali proveniente, etiam in foro conscientiæ tantum, tametsi impedimentum sit occultum, & periculum scandalorum immineat, in iisdem matrimonii contrahendis abstineat.

In contractis vero matrimoniis a dispensatione, seu matrimonii revalidatione in gradibus primo, & secundo, seu secundo tantum consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita etiam in occultis pariter abstineat, præterquam si in hujusmodi secundo tantum gradu impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, & partes simul publice contraxerint, & convixerint, & uti conjuges legitimi reputati fuerint, In tertio autem, & quarto gradibus occultis possit dispensare, ac etiam in iisdem tertio, & quarto gradibus publicis revalidare matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis occulte literarum Apostolicarum, præterquam si falsitas consistat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen antea non intercesserat.

Quod si partes, quæ obtinuerint a nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito tam in primo, & secundo, quam in secundo tantum, ac etiam in tertio, vel quarto, tacita copula inter eos secuta, quam sine honoris detrimento detegere non valent, & ratione hujusmodi taciturnitatis petant dispensationem pro matrimonio contrahendo, seu revalidationem matrimonii contracti, possit idem major Pœnitentiarius, si copula sit adhuc secreta, in foro conscientiæ tantum concedere, facta quando agitur de primo, & secundo, vel secundo tantum gradu compositione quinquaginta scutorum auri de camera ad Datariam transmittendorum, ad effectum, ut inconcussi moris est, erogandi in eleemosynas, nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum: quo casu etiam hæc gratia absque ulla compositione similiter expediatur.

Si vero partes, quæ obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi, & secundi, sive secundi duntaxat gradus consanguinitatis, seu affinitatis cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita occulta, & maliliosa intentione in ipsa copula habita ad facilius habendum dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis recurrant ad dictam Pœnitentiariam, possit idem major Pœnitentiarius desuper dispensare cum miserabilibus personis explicite affirmantibus se uti tales, & sub illa expressa qualitate, & forma miserabilium dispensationes a Dataria obtinuisse; Cum iis vero qui non tanquam pauperes, sed uti ex honestis familiis, sive uti nobiles, sive uti illustres fuerint similiter ab eadem Dataria dispensati, idem major Pœnitentiarius non dispenset, nisi soluta prius in Dataria ad effectum pariter erogandi in eleemosynas taxa cum Datario pro tempore existente concordanda. Quod si supplicantes sint pauperes, itaut vere, & realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere nequeant, præfatus major Pœnitentiarius insimul cum eodem Datario opportune provideat.

Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario proveniente quotiescunque adsit rationabilis causa, licet periculum revelationis, seu scandalorum non immineret, vel non adesset, in matrimoniis tam contractis, quam contrahendis in foro conscientiæ tantum; quoties vero affinitas hujusmodi post contractum matrimonium supervenerit, ut debitum peti possit, in eodem conscientiæ foro dispensari mandare possit, & valeat.

Super occulto impedimento criminis adulterii, si fuerit cum fide data duntaxat neutro machinante commissum, possit tam in contrahendis, quam contractis matrimoniis dispensare: Si vero crimen hujusmodi fuisset utroque vel altero machinante patratum, possit dispensationem concedere, raro tamen, & quando necessitas postulaverit ratione alicujus gravis imminentis periculi, quod prudentia majoris Pœnitentiarii, re præsertim discussa in Congregatione, vel Signatura, arbitrandum erit.

Declaramus tamen, quod facultates præfatæ a Nobis majori Pœnitentiario, & ejusdem Pœnitentiarii officio concessæ circa dispensationes matrimoniales, locum habeant, etiam si gradus, & impedimenta hujusmodi multiplicia sint quacunque, & quantacunque multiplicitate; Volentes in literis hujusmodi dispensationum matrimonialium posse prolem, ubi opus erit sive susceptam, sive suscipiendam, non tamen in adulterio conceptam, in foro conscientiæ tantum legitimam decernere, nec non apponi clausulam *nullis &c.* prout in hujusmodi materiis hactenus ipsa Pœnitentiaria servare consuevit.

Vota simplicia quæcunque quomodolibet emissa, tametsi privato juramento confirmata, etiam castitatis, religionis, visitationis liminum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli de Urbe, S. Sepulchri Domini, & S. Jacobi de Compostella possit idem major Pœnitentiarius in alia pietatis opera commutare, votorum implementum differre, ab illorum transgressionibus absolvere; & cum iis, qui matrimonium contrahendo votum castitatis transgressi sunt, ad licite debitum conjugale petendum, dispensare, & respective commutari, differri, absolvi, & dispensari mandare semper in foro conscientiæ tantum possit, & valeat, consideratis causa commutationum, dilationum, absolutionum, & dispensationum hujusmodi, & adjectis clausulis, quas apponere, iisque injunctis, quæ injungere hactenus Pœnitentiaria laudabiliter consuevit.

Super recitatione divini Officii, seu horarum Canonicarum propter aliquam impossibilitatem, seu moralem difficultatem cum commutatione in alias preces, vel orationes, seu illarum injunctione facultatem habeat dispensandi.

Juramenta quæcunque, in quibus exploratum erit, nullum cujusquam agi præjudicium; facultatem habeat in foro conscientiæ duntaxat relaxandi.

Quoad male ablata, vel retenta, quando Domini sunt incerti, & casus sunt occulti, partem aliquam delinquentibus pauperibus, si eorum qualitate, & necessitate pensatis, ita videbitur, remittere, seu condonare, vel remitti, seu condonari mandare possit, residuum vero pauperibus, vel in pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa, ablata, extorta, seu usurpata sunt, distribui, seu converti mandet.

Cum puellis, quæ virgines non sunt, & dotes petunt, seu obtinuerunt a Confraternitatibus, aut aliis locis, vel dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illas virginibus tantum dent, seu distribuant, in occultis, & in foro conscientiæ tantum, quatenus illæ in posterum honeste vivant, facultatem habeat dispensandi.

Dubia in materia peccatorum, seu forum pœnitentiale alias quomodolibet concernentia cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum valeat declarare.

Commissiones majoris Pœnitentiarii, etiam si committens, illis nondum præsentatis, re integra desinat quomodocunque Pœnitentiarius existere, non expirent.

Sede Apostolica vacante, major Pœnitentiarius, ejusque Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent, In reliquis eorum officium conquiescat, & a quibuscunque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomolibet respicientibus, omnino abstineant.

Quotiescunque Procuratores, & Scriptores Pœnitentiariæ secretæ aliqua mala valetudine detinentur, vel ex aliqua legitima causa major Pœnitentiarius expediens judicaverit, possit alios in eorum locum, durante infirmitate, seu causa subrogare, seu substituere, præstito solito juramento, & cum iisdem obligationibus, quibus alii Procuratores, & Scriptores titulati adstringuntur.

Nullus minor Pœnitentiarius trium Basilicarum Urbis possit admitti, seu recipi ad Officium, nisi prius a majori Pœnitentiario, ac Pœnitentiariæ Congregatione, seu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & postquam admis-

admissus fuerit, nequeat sine ejusdem licentia discedere, seu dimitti, idemque servetur quoad minores Pœnitentiarios Lauretanos, quibus, & aliis supradictis major Pœnitentiarius possit facultatem ad libitum concedere, & restringere, & quorum examen possit in absentia etiam Episcopo in partibus sibi beneviso, committere.

Omnibus Christi fidelibus, qui ex veteri, & laudabili instituto Pœnitentiarium majorem munere suo statutis diebus in hebdomada majori solemni ritu fungentem pie, ac reverenter adierint, seseque Pœnitentiali virga tangendos submiserint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis Pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem majori Pœnitentiario confirmamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus.

Decernentes præsentes literas etiam ex eo, quod major Pœnitentiarius, ac præfatæ Pœnitentiariæ Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicunque in præmissis quomolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, & juridica de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exigere, & a majori Pœnitentiario, Regente, & Officialibus prædictis aliisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & in aliis quibuscunque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dictæ Pœnitentiariæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus quibuscunque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indultis, & literis Apostolicis ejusdem Pœnitentiariæ Officio, illiusque majori Pœnitentiario, ac Officialibus, & Ministris, & quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & alias quomodolibet per Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum compilationis, concessionum, prohibitionum, decretorum, Statuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, tertio nonas Septembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

B. Card. Prodatarius.

J. P. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione decima quinta, die vero decima nona Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ duodecimi anno secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Cannamelinum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Ad Ornatum Disc. XIII.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio super suppressione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicum Urbis ex privilegiis Constitutorum, & reductione privilegiorum, & Tribunalium ad Jus commune, & ad Judices ordinarios Romanæ Curiæ.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex curæ agri Dominici more diligentis patrisfamilias indesinenter vigilans, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, utilia vero plantet, & ædificet, ea etiam quæ alias rationabilibus, tunc suadentibus causis a Sede Apostolica concessa fuerunt, ex aliis validioribus, sed supervenientibus rationibus, quibus præsertim faciliori, ordinario, & juridico justitiæ cursui in Romana Curia cæterarum magistra uberius consulitur, ad viam juris reducere, moderari, immutare, & revocare non desinit, & in his solicitudinis suæ studium interponit, quando, & prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Hinc est, quod Nos sedula meditatione pensantes, privilegia privativarum, seu cumulativarum jurisdictionum, etiam cum facultate proprios, seu benevisos Notarios habendi, seu deputandi, quampluribus præfatæ Curiæ particulariter institutis Judicibus, seu Tribunalibus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris aliquorum sæculorum spatio concessa, ita paulatim quidem, sed in immensum excrevisse, ut Judicum, & Tribunalium ordinariorum jurisdictio magnopere decreverit, super hujusmodi jurisdictionum conflictu, & Judicum competentia frequentes contentiones, expeditam causarum terminationem cum Litigantium damno, & Causidicorum incommodo differentes, irrepserint; Ac propterea inter alia, quæ circa eandem Curiam emendanda, reformanda, & rectius ordinanda suscepimus, quantum Nobis ex Alto conceditur, hujusmodi absurdis occurrere, ac præfatæ Curiæ, ejusdem Judicum, & Tribunalium majori decori, & ordini, sicut justitiæ ratio, & publica utilitas postulant, hac nostra speciali Constitutione prospicere volentes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon de nonnullorum dilectorum filiorum ejusdem Curiæ Prælatorum, & virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium ad hunc effectum de mandato nostro plures congregatorum, consilio, omnia & singula hujusmodi particularia Tribunalia, & speciales Judices vigore privilegiorum præfatorum in eadem Curia hactenus constituta, seu constitutos, tenore præsentium penitus, & omnino supprimimus, abolemus, & abrogamus; & propterea ad viam Juris reducimus omnia, & singula indulta, facultates, & privilegia habendi, seu deputandi tam in prima, quam in ulterioribus instantiis omnes prædictos particulares Judices quocunque nomine nuncupatos, ac etiam Assessores, Congregationibus etiam S. R. E. Cardinalium, Ecclesiis, & Basilicis etiam Patriarchalibus, Monasteriis, Abbatiis, Collegiis etiam Nationalibus, etiam sub cura, & administratione Presbyterorum, seu Clericorum Regularium Societatis Jesu existentibus, Archihospitalibus, & Hospitalibus etiam S. Spiritus in Saxia, & Neophytorum, Archiconfraternitatibus, Confraternitatibus etiam Annunciationis B. M. V. Montibus etiam Pietatis, mulierum Pœnitentium, Ordinibus, Congregationibus, & Institutis etiam Societatis Jesu, Curiis, & Judicibus

etiam

etiam Burgi, & Arcis S. Angeli. Militiis etiam S. Joannis Hierosolymitani, quibuscunque Universitatibus, & Consulatibus etiam Artium, Conservatoriis, Domibus Piis, etiam Almæ Domui Lauretanæ, Capellis etiam ad Præsepe Jesu Christi, & Imaginis Beatæ Mariæ Virginis in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris, Altaribus, cæterisque aliis locis Piis quocunque pariter nomine nuncupatis, seu Cardinalibus eorum Protectoribus, Archipresbyteris, Abbatibus, Vicariis, aliisque administratoribus quibuscunque, ac præfectis etiam Palatii nostri Apostolici, in quibusvis causis civilibus, criminalibus, aut mixtis activis, & passivis dictarum Ecclesiarum, locorum Piorum, aliorumque, ut supra, necnon eorum Officialium, Dignitatum, Canonicorum, Beneficiatorum, Affictuariorum, Emphyteutarum, Colonorum, aliorumque quomodolibet inservientium iisdem locis Piis, illorumque bonis, & tenutis, etiam cum quibusvis facultatibus, & auctoritatibus eligendi Notarios sibi benevisos, ac procedendi summarie, de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura judicii, manu regia, ac quacunque appellatione, reclamatione, recursu, revisione, supplicatione, seu restitutione in integrum remotis, seu cum aliis similibus, aut majoribus facultatibus, etiam per Nos, & quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & Principum quorumlibet preces, & instantiam, seu eorum contemplatione, & intuitu, ac etiam in limine fundationis, seu ex quacunque causa, non tamen vere onerosa, videlicet congruæ, & effectivæ solutionis Cameræ Nostræ legitime factæ, & non alias, vel pro bono publico spirituali, aut temporali, etiam ex causa studii, Catholicæ Fidei, ac alias quomodolibet in contrarium præsentium concessa, confirmata, & approbata, ac pluries, & quantiscunque vicibus innovata; quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, & certa forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, servatis, & specificatis respective habentes, perinde ac si præfata indulta, facultates, & privilegia concessa, confirmata, & innovata non fuissent, ad effectum præsentium specialiter expresse, plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus.

Iisdem pariter modo, forma omnia, & quæcunque Indulta, facultates, & privilegia dilecto filio nostro, ac pro tempore existenti in Urbe ejusque districtu Vicario in spiritualibus Generali sub quibusvis formis, decretis, clausulis, aliisque supradictis per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & præsertim per fel. rec. Clementem Papam V. etiam Prædecessorem Nostrum quibusdam suis Prid. Idus Augusti, anno Incarn. Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo primo expeditis literis concessa ad statum, in quo erant ante literas piæ memoriæ Pauli Papæ V. pariter Prædecessoris Nostri Kal. Martii, anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undecimo super reformatione Tribunalium Urbis editas; & respective juxta easdem in judicialibus reducimus.

Liceat tamen Judicibus, ut supra suppressis, & abrogatis, qui vigore privilegiorum, ut præfertur, processerunt, causas coram iisdem hactenus jam instructas, seu alias legitime contestatas prædictis non obstantibus per totum mensem Decembris proxime venturi prout juris fuerit, expedire; itaut eo tempore elapso hujusmodi causæ ad Judices ordinarios, & competentes Romanæ Curiæ in statu, & terminis ipso facto devolvantur.

Quod si hujusmodi causis interim expeditis appellari, reclamari, supplicari, recurri, aut restitutio in integrum peti contigerit, appellationes hujusmodi, reclamationes, supplicationes, recursus, & restitutionis in integrum petitiones non amplius ad Tribunalia antiquorum privilegiatorum, sive ad Protectores, Archipresbyteros, aliosque ut supra, sed ad Signaturam Justitiæ, & respective ad suos Superiores, & Ordinarios, prout in cæteris causis per Judices ordinarios expeditis servatur, devolvantur, & devolutæ sint, & esse censeantur.

Similiter etiam in casu appellationum, reclamationum, supplicationum, recursuum, ac restitutionis in integrum, petitionum, a sententiis, & decretis Judicum per eosdem privilegiatos extra Curiam præfatam deputatorum, seu deputandorum, in posterum interponendorum, eædem appellationes, reclamationes, supplicationes, recursus, ac restitutionis in integrum petitiones non amplius ad supra nominatos cujuscunque dignitatis etiam Cardinalitiæ sint, qui etiam ratione Episcopatuum, Guberniorum, Abbatiarum, Commendarum, aut ex alio quovis titulo, vel privilegio hujusmodi jurisdictionem tum in committendo, tum in decernendo, vel in judicando usque ad præsens in Urbe per se, vel per alios exercuerunt; sed ad Judices ordinarios, & competentes ejusdem Romanæ Curiæ devolvantur indifferenter, & pari modo sicuti in cæteris causis per alios Judices de partibus expeditis servatur, nulla habita ratione privilegiorum, & antiquorum facultatum.

Habentes autem facultatem eligendi in partibus Judicem secundarum instantiarum, teneantur illum ibidem per unicam, & universalem deputationem ad omnes hujusmodi causas constituere; Et si vel super recusatione, vel super modo procedendi cor. d. Judice deputato emergat controversia, ad Signaturam Justitiæ, prout in cæteris causis, & negotiis fieri solet recurratur. In tertiis vero, seu ulterioribus instantiis eo modo, quo in causis appellationum a Judicibus partibus ad Romanam Curiam legitime devolutarum procedi solet, observetur.

Quoad Consulatus Artium, & Universitates etiam Medicorum, & Mercatorum, sublatis omnibus Assessoribus, & abrogata in judicialibus quacunque Consulum, & Universitatum jurisdictione, ita ut eorundem, & earundem jurisdictio ex nunc etiam quoad causas instructas, & legitime contestatas penitus, & omnino cessare debeat, & cessasse intelligatur, succedant, procedant competentes Judices ordinarii juxta eorum ordinarias facultates, nulla ut supra habita ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum, inter quos sit locus præventioni, adhibitis, quatenus Judicibus ipsis opus videatur, iisdem Consulibus solummodo tanquam peritis in rebus, & negotiis eorum artem concernentibus. Excipimus tamen, & sub præsenti nostra Constitutione comprehensos esse nolumus tum Consules Agriculturæ, illorumque Assessorem, tum Notarios Curiæ Burgi, Mercatorum, & Aromatariorum pro eorum Officii titulo oneroso acquisitis, seu administratis, donec aliter provideatur.

Ad hæc Basilicæ, Collegia, Hospitalia, cæteraque memorata loca Pia, quæ ex concessione Apostolica, vel inveterata consuetudine electionem, & usum proprii Notarii in primis, & ulterioribus instantiis habebant, in posterum in causis, in quibus agatur de vero, ac proprio interesse dd. Ecclesiarum, & locorum Piorum, non teneantur ad aliquam solutionem extractus, seu registri, sed Notarii quorumvis Tribunalium debeant in dictis causis, & in qualibet instantia conficere Instrumentum actorum prout jacent, nihilque ab eis ultra quartam partem ejus mercedis, quæ solvenda esset pro extractu, seu regestro, pro dicto Instrumento actorum sub quovis prætextu etiam excessivitatis scripturæ, petere vel exigere valeant.

Postremo declaramus, per præsentes nostras literas nullatenus ademptam esse Cardinalibus, Archipresbyteris, Titularibus, seu Protectoribus, eorumque Vicariis, aliisque deputatis facultatem, seu Jurisdictionem in iis, quæ servitium Ecclesiæ, seu loci Pii, circa tamen disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem duntaxat concernunt; Minusque sub iisdem præsentibus Tribunalia Cameræ Apostolicæ, Legatum Avenionensem, Judicem Fabricæ S. Petri, neque ipsas Congregationes in solito libercolo, seu elencho Congregationum, ac Tribunalium Urbis descriptas comprehendi.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod omnes, vel singuli supradicti, ac alii quicunque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite,

etiam

etiam in corpore juris clauso ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium inentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, præeminentia, aut potestate fungentes, & functuros etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, & pariter quatenus opus sit, recol. mem. Pii Papæ IV. similiter Prædecessoris Nostri de gratiis qualecunque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum ibi præscriptum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentes in ea præsentari, & registrari nullo unquam tempore, vel modo necesse sit, necnon aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Urbis nostræ, dictarumque Ecclesiarum, omniumque, & singulorum supradictorum quibusvis etiam juramento, vel alia quavis firmitate sub quibuscunque verborum tenoribus, formis, clausulis, decretis, aliisque supradictis in contrarium præmissorum roboratis, seu confirmatis, & innovatis statutis, ac usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, quibus pariter modo, forma, & tenore præmissis, ad effectum præsertim, illis alias in suo robore permansuris, amplissime, ut præfertur, derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum suppressionis, abolitionis, abrogationis, reductionum, derogationum, voluntatis, mandati, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, quintodecimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium;

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione decimaquinta, die vero decima octava Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. anno secundo supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joannem Græcum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

M. Aurelius Pelliccia Curs. Magister.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio super sportulis Tribunalium, & Judicum Urbis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

CIrcumspecta Romanis Pontificis providentia nihil relinquit incertum, nihil præterit inordinatum, sed omnia suo Pastorali commissa officio, quoties opus est, certa lege determinat, ac ne quis fines rebus provide, & accurate præscriptos transgrediatur, ordinationes desuper editas innovat, confirmat, declarat, & amplificat, prout rationabiles causæ persuadent, & in Domino conspicit salubriter expedire. Præsertim vero, ut lites in hac Alma Urbe, ad quam Christianus Orbis pro justitia jugiter confluit, moderatis, & minoribus, quibus par est, & fieri potest, expensis agantur, casus, in quibus illæ debentur, ordinate præscribit, ac etiam debitas limite congruæ moderationis concludit. Cum autem inter hujusmodi expensas sportulæ Judicum delegatorum connumerentur, earundem quoque determinationi, & moderationi particulariter prospicit, ac determinationem, & moderationem hujusmodi rerum, & temporum circumstantiis attente pensatis, Apostolicæ confirmationis, declarationis, & ampliationis, seu novæ provisionis munimine corroborat.

Alias siquidem felicis recordationis Pius IV. in suis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Kalend. Januarii super reformatione Causarum Palatii Apostolici Auditoris, alias Rotæ Romanæ, & Paulus V. Romani Pontifices Prædecessores nostri etiam in suis Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undecimo, Kal. Martii super Reformatione Tribunalium Urbis præfatæ sub titulo de Auditorio Rotæ respective expeditis literis statuerunt, & decreverunt eodem verborum tenore qui sequitur. Ut debitus modus sportulis imponatur, non possint Auditores a partibus per se, vel alium quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec a sponte dantibus ultra taxam infrascriptam accipere, videlicet. In Causis pecuniariis, seu prophanis aut quæ alias pretio quoquo modo æstimari possint, si æstimatio rei, de qua agetur, non excedat summam mille ducatorum, aureos decem; A mille vero usque ad decem millia, viginti quinque; A decem millibus usque ad viginti millia, quinquaginta; Ab inde supra usque ad quamcunque summam; centum. In beneficialibus vero si reditus annuus, de quo agetur non excedat summam centum ducatorum, similiter decem; A centum vero usque ad mille, viginti quinque; A mille usque ad tria millia, quinquaginta; Ab inde vero supra, centum aureos pro sportulis cujuscunque sententiæ diffinitivæ duntaxat, ut præfertur, accipere valeant. Si vero Causa æstimationem non facile accipiat, sportulæ moderatæ pro rerum, & personarum qualitate juxta taxas prædictas recipi possint. Nec aliquid ultra non solum ipsis Auditoribus, sed nec eorum familiaribus, vel consanguineis, aut aliis quibusvis personis directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio, exceptis esculentis, & poculentis, quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possit. Quas quidem sportulas juxta taxam prædictam apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & Notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori consignari volumus, quodque Notarius depositionem, & consignationem hujusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

Similiter idem Pius Prædecessor in aliis suis literis super reformatione Tribunalis Auditoris Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ sub Dat. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quarto Nonas Junii infrascriptis verbis, reassumptis in memoratis Pauli Prædecessoris literis sub titulo ab Auditore Cameræ, & ejus Tribunali, ita sancivit. In Causis ordi-

ordinariis Auditor prædictus, seu ejus in Civilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro notat. sententiæ, sed in causis commissariis, & declaratoriis contumacialibus tantum. Et ibi: In causis, quæ ordinarie secundum Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint, sive post cœptam causam superveniat commissio, sive ante impetrata sit, sive in prima, sive in ulteriori instantia, nulla in re augeat impensam: sed quoad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, itaut etiam ratione sententiæ, neque Notarii, neque Judices quicquam propterea accipiant, ultra id quod accipere potuissent, si commissio non adesset. Permittimus tamen ejus in Civilibus Locumtenenti in causis per commissionem ab initio introductis etiam sui natura ordinariis, ob magnam laborum assiduitatem, & emolumentorum tenuitatem sportulas moderatas juxta præsentem Constitutionem recipere. Declarantes nihilominus, in reliquis omnibus causis intelligi ordinarias, nec Notarios quicquam amplius exigere posse, aut debere, quam in aliis ordinariis permissum est.

Itidem memoratus Paulus Prædecessor in præfatis ejus literis super reformatione Tribunalium Urbis ad alias infrascriptas determinationes in materia sportularum devenit, sub titulo scilicet de Capitolio, & ejus Officialibus per hæc verba: Capitaneus appellationum pro revocatione, seu moderatione quorumcunque inhibitionum sportulas nullo pacto accipiat: Sub titulo vero de Judicibus Criminalibus Urbis, ut infra; Judices Criminales Urbis, seu Locumtenentes, & eorum Substituti, quibus certum a Nobis salarium est constitutum, illo contenti, nihil prorsus aut pecuniæ, aut alterius cujuscunque rei etiam minimæ quantitatis a quoquam etiam sponte dante accipiant, neque pro sportulis seu propinis sententiarum, vel pro decretis, absolutionibus aut relaxationibus quibuscunque in quibuscunque causis etiam delegatis, & commissariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine etiam muneris, vel regaliorum quamvis esculentum, vel poculentum, etiam in casibus alioquin de jure, vel quacunque Constitutione permissis sub privatione Officii, & inhabilitatis imposterum ad quodlibet judicandi munus, & aliis nostro & successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis. Camerarius, Thesaurarius & Præsides Cameræ, idem Hospitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, seu Collegiorum Rectores, & alii quicunque habentes in Urbe jurisdictionem criminalem, & facultatem Judicis deputandi, non deputent in criminalibus causis alios Judices, quam aliquem ex ordinariis sibi bene visum, qui nullas debeat recipere sportulas, ut supra sancitum est. Rursus sub titulo de Judicibus in causis civilibus mandata de manutenendo in possessorio summariissimo nullus Judicum det, nisi per viam decreti, non autem cedulæ, nec quidquam sportularum, aut propinæ pro eis etiam a sponte dantibus accipiatur. Denique sub titulo de sportulis, seu propinis nullus Judicum Ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ cujuscunque dignitatis etiam specialis nota dignus in causis civilibus ordinariis ratione sportularum, sive propinarum aliquid prorsus accipiat etiam a sponte dare volentibus. In commissariis autem pariter civilibus, ubi de summa scutorum viginti quinque agitur, & infra, nihil prorsus: A viginti quinque usque ad centum inclusive, scuta tria: A centum usque ad ducentum, scuta sex: A ducentum usque ad quamcunque summam, scuta decem, & non ultra. Pro quacunque sententia declaratoria ob non paritionem monitorii in contumaciam, non ultra julios septem cum dimidio. Pro declaratoria in vim literarum, aut alias habentes vim diffinitivæ, si summa sit certa, accipiant juxta taxam prædictam; si vero incerta, sed agatur ad ipsarum literarum executionem, accipiant juxta causæ, & personæ qualitatem, dummodo non ultra quinque aureos. Pro quacunque interlocutoria sive decreto ante sententiam diffinitivam, nihil omnino. Similiter & pro decreto mandati de manutenendo, item decreto moderationis inhibitionis, & multo magis pro decreto taxationis expensarum, nihil omnino recipiatur. Capitaneus autem appellationis Curiæ Capitolii recipiat sportulas juxta taxam ei constitutam ab Urbis Statutis, non tamen in casibus sub hac Constitutione interdictis. At prædictas sportulas, sive propinas, ut supra taxatas Judicibus non nisi de manibus Notarii causæ, & sententia prius ab ipsis subscripta accipere ullo modo liceat; Debeantque propterea Notarii librum habere, in quo dd. sportulas, seu propinas notent, cum pro Judicibus reponuntur, ubi cum postea lata sententia Judici persolvuntur, ipse Judex manu propria notato deposito subscribat, se illam recepisse, quæ sicut supra Judici data, deinceps inter expensas litis taxandas, ac reficiendas omnino ponatur, & victori reficiatur, usu quocunque contrario non obstante.

Postremo recol. mem. Innocentius Papa XI. etiam Prædecessor noster in suis super confirmatione Decretorum Congregationis Reformationis Tribunalium Urbis anno præfatę Incarnationis millesimo sexcentesimo octuagesimo nono, quarto Kalen. Junii expeditis literis, inter alia Decretum ejusdem Congregationis sub titulo sportulis, vel propinis, confirmavit & inviolabiliter servari mandavit; cujus Decreti tenor sequens est. Cum inter cætera quæ disponuntur per Constitutionem san. me. Pauli V. super Reformatione Tribunalium, illud præsertim enixe præcipiatur, ut nullus Judicum ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ cujuscunque dignitatis, etiam speciali nota dignus, in causis civilibus ratione sportularum, seu propinarū aliquid prorsus accipiat etiam a sponte date volentibus. In commissariis autem pariter civilibus ubi de summa scutorū viginti quinque agitur, & infra, nihil prorsus: A viginti quinque supra usque ad centum inclusive, scuta tria: A centum usque ad ducentum, scuta sex: A ducentum usque ad quamcunque summam, scuta decem, & non ultra. Aliquæ vero litigantiū querelæ ad aures Sanctissimi pervenerunt adversus ejusdem Constitutionis in hac parte inobservantiam: Idcirco de ejus mandato re mature, ac pluries examinata, decretum, & declaratum fuit, præfatam Constitutionem prohibentem sportulas Judicibus ordinariis, & omnibus Judicibus, qui non sint vere Commissarii, observari debere juxta universalitatem literæ, ac verborum, quacunque limitatione, vel interpretatione sive argumento, aut contraria consuetudine sublatis rejectis. Judices vero ordinarios esse omnes illos, qui sint deputati ad aliquam universitatem, vel aliquod genus causarum; adeo ut Commissarii sint solum illi, qui per commissionem specialem deputati sunt ad certas, & particulares causas, istosque teneri pariter observare dictam Constitutionem, ut summas propinarum per eam taxatas nullatenus excedere atque plus exigere valeant. Ut autem omnis dubitandi, vel contraveniendi occasio tollatur, censuit Congregatio exprimere, ac recensere, quinam sint Judices ordinarii Urbis, & Romanæ Curiæ, iique sunt infrascripti aliis non exclusis quatenus adsint: eis tamen nullatenus præjudicatum censeatur quoad illas sportulas, vel propinas, quæ expresse ac literaliter, non autē per argumenta, vel illationes, & interpretationes, aut per subauditos intellectus eis deferuntur, ac tribuuntur per eandem Constitutionem Pauli V. sive per privilegia, & concessiones Apostolicas particulares, non autem per consuetudinem, iisque sunt sequentes; cum declaratione, quod per descriptionem non censeatur statutus ordo aliquis, nec alicui præjudicatum, D. Cardinalis Camerarius, ejusque Auditor & Judices deputati etiam in criminalibus. D. Cardinalis Vicarius, ejusque Vicesgerens, & Locumtenentes aliique Judices ab eo deputati. DD. Cardinales Archipresbyteri trium Basilicarum Patriarchalium, eorumque Vicarii, & Auditores, aliique deputati. DD. Cardinales Titulares in eorum Titulis Urbis, & in sex Episcopatibus Cardinalitiis, eorumque Vicarii, Auditores, & alii deputati. DD. Cardinales Protectores Collegiorum, Monasteriorum, Hospitalium, & Locorum Piorum, eorumque Auditores, & alii Judices, & deputati. D. Gubernator Urbis, ejusque Locumtenentes, ac Judices civiles unus, vel plures &c. D. Auditor Cameræ, ejusque Locumtenentes, & Judices deputati. D. Senator Urbis, ejusque Collaterales, & Capitaneus Appellationum, & alii deputati. D. Thesaurarius Generalis, ejusque Auditor, aliique Judices ab eo deputati etiam in criminalibus. DD. Præsides, & Præfecti respective Viarum, Grasciæ, Zecchiæ Riparum, Annonæ, Archivii, & Carcerum, eorumque Auditores aliique deputati. D. Præfectus Sacri Palatii Apostolici, ejusque Auditor & Locumtenentes, ac alii deputati tam quoad Palatinos, quam quoad Tusculum, & Arcem Gandulphi, & Villas. D. Commissarius Armorum, ejusque Auditor, vel alii deputati. D. Judex, vel Auditor Confidentiarum. Judex Fabricæ Sancti Petri, Judex Militum. Judex Castri S. Angeli, Judex Triremium, seu Classis Maritimæ. Assessores Ædilium, seu Magistrorum Viarum, Consulum Agricultoræ, Camerarii Riparum, Protomedici, & Consulum Artium, vel Mercatorum & Dohanarum. Ea declaratione adjecta, quod hujusmodi dispositio locum habeat, etiam si dicti Judices, seu Deputati procedant in gradu recursus, seu in secundis, vel aliis instantiis, quæ præfatis

Tri-

Tribunalibus competerent. Omnesque præfatos, & alios Judices ordinarios ad normam ejusdem Constitutionis adhuc esse tales atque in præfata prohibitione comprehensos esse, quamvis eis commissio superveniat, vel quod eis injungatur, ut procedant, de vel cum Voto Rotæ, sive alterius Tribunalis, vel personæ, aut quod procedere profiteantur pro executione literarum Apostolicarum, sive in vim cujuscunque deputationis generalis, & quoties non sit expressa, & specialis deputatio ad certas, & particulares causas, unde dici valeant veri commissarii, ut supra, salva tamen quoad Auditorem Cameræ dispositione d. Constitutionis Pauli V. in titulo de Auditore Cameræ, §. *Permittimus tamen*. Atque alias quidquid etiam sponte solutum esset, illicitum censeri debeat; Ideoque tam Judices, quam Notarii recipientes incurrere censeantur pœnas inflictas per Constitutiones Apostolicas, neque ita solutum veniat sub condemnatione, & taxa expensarum, quinimo, ut eisdem qui solverunt competat repetitio tam a Judice, quam a Notario ad eorum electionem, absque eo quod aliqua consuetudo in contrarium ullo unquam tempore induci valeant, & quam irritam, cassam, & reprobatam esse decretum, & declaratum fuit. Quodque illi Judices tam ordinarii, quam commissarii, quibus per eandem Constitutionem Pauli V. vel per speciale indultum conceditur, posse exigere sportulas, ut supra, non possint in tota causa exigere nisi unicam propinam juxta taxam, ut supra, quamvis plures essent personæ in causa; adeo ut si victoria ambas, vel plures partes tangat omnes proportionabiliter, & pro rata concurrant ad dictam unicam propinam solvendam, neque divisio sententiarum, vel punctorum, eorumque reservatio in hoc quidquam suffragari valeat, adeo ut idem Judex in eadem causa unicam tantum propinam percipiat. Hactenus decretum in præfatis Innocentii Prædecessoris literis confirmatum.

Cupientes itaque tot litigantium ad Urbem præfatam confluentium indemnitati etiam in hac parte uberius consulere, ac controversias, & gravamina circa hujusmodi sportulas, quantum Nobis ab Alto conceditur, dirimere, & arcere, necnon totius Curiæ Romanæ decori, & dignitati plenius prospicere, ut illius Judices, Causidici, & litigantes ipsi, ea quæ a Nobis, & a supra dictis Prædecessoribus nostris desuper statuta, & declarata fuerunt, in unum redacta commodius, & facilius habere, ponderare, & executioni demandare valeant: Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon de nonnullorum dilectorum filiorum ejusdem Romanæ Curiæ Prælatorum, & virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium ad hunc effectum de mandato nostro congregatorum consilio præfatas Pii, Pauli, & Innocentii Prædecessorum literas hujusmodi, in iis, quæ cum infrascriptis nostris declarationibus, seu decretis compatibilia sunt, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, penitus & sub inibi contentis per contrafacientes incurrendis pœnis, & cum omnibus inibi desuper decretis, quorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum inserti essent, haberi volumus, observari statuimus atque decernimus.

Non intendimus tamen per relationem, seu enumerationem Judicum, & Tribunalium in præinsertis dictarum literarum Pauli, & Innocentii Prædecessorum particulis, ut præfertur, confirmatis, quoquo modo, seu in aliqua etiam minima parte recedere a suppressione, abolitione, & abrogatione nonnullorum ex iisdem Judicibus, & Tribunalibus, quas in aliis nostris, anno Incarnationis præfatæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, quintodecimo Kalen. Octobris expeditis literis statuimus, & ordinavimus: sed easdem suppressionem, abolitionem, & abrogationem cum omnibus inibi contentis salvas, illæsas, intactas, & illibatas remanere, ac in omnibus, & singulis earum partibus inviolabiliter, & inconcusse attendendas, observandas, & exequendas fore, & esse, omnino volumus, & mandamus.

Præterea ad dirimendas quotidianas controversias, quæ ex litigantium, & præcipue succumbentium importunitate emergere solent super interpretatione præinsertarum Pii, Pauli, & Innocentii prædecessorum literarum in taxandis sportulis, & honorariis Judicum delegatorum, & Tribunalium dictæ Urbis, in ea præsertim parte, in qua determinatur, quod ubi causa æstimationem non facile accipiat, sportulæ moderatæ pro rerum, & personarum qualitate juxta taxas in iisdem literis constitutas, recipi possint, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, nec non de simili dictorum Prælatorum, & virorum consilio ad infrascriptas declarationes, seu sanctiones religiose servandas in omnibus causis in posterum expediendis devenire decrevimus.

Et primo, in causis quarumcunque servitutum urbanorum & rusticorum prædiorum, tetractuum, seu juris congrui taxatio sportularum fiat ad mensuram ipsius servitutis, de juris in litem deducti, illiusque æstimatio desumatur tantum ab eo, quod ratione dictæ servitutis, aut juris minui, seu augeri de jure solet de valore rei controversæ.

Secundo, in causis adoptionum, arrogationum, legitimationum, filiationum, & similium sportulæ regulari debeant a valore rei pariter in judicium deductæ, nempe a valore hæreditatis, si petatur hæreditas; a valore alimentorum, si petantur alimenta, & sic de aliis.

Tertio, in causis præcedentiarum, aliarumque præeminentiarum, vel jurium inter privatas personas tam Ecclesiasticas, quam Sæculares taxatio sportularum excedere non possit aureos viginti quinque; inter Magnates vero, Collegia, Capitula, Universitates & similes, aureos quinquaginta, vel centum, inspecta tamen rerum, & personarum qualitate.

Quarto, in causis Jurispatronatus, si lis sit inter præsentatos, sportulæ nullum recipiant augmentum, etiam si Patroni sint in causa adhærendo, seu assistendo eorum præsentatis; Ubi vero patronus, seu patroni institerint apud acta pro canonizatione eorum juris in petitorio, tunc quoties in sententia sequatur petita canonizatio, valor sportularum commensuretur a valore beneficii; Idemque servetur in causis, in quibus agatur de jure instituendi, eligendi, nominandi seu conferendi unum, aut plura beneficia, vel alio jure simili.

Quinto, in causis alimentorum, pensionum Ecclesiasticarum, atque in aliis juribus vitalitiis, æstimatio sportularum fiat juxta mensuram *textus in l. hereditatum 68. ff. ad l. Falcid.*

Sexto, in causis, in quibus agatur de jure decimandi, quotizandi, aut perpetuo exigendi aliquam annuam præstationem, sive in re sive in pecunia non excedatur in exigendis sportulis taxa, seu æstimatio, quæ corresponderet capitali ipsius annuæ præstationis, nulla habita ratione ad annuas præstationes, seu fructus decursos lite pendente.

Septimo, ubi pendente judicio coram Judice ordinario supervenerit commissio, ut ille procedat de, seu cum Voto Rotæ, sive alterius Tribunalis, vel Congregationis, tunc idem Judex ordinarius in prolatione sententiæ aliquas sportulas accipere non possit; si vero fuerit Judex delegatus, sportulæ ab ipso accipiendæ non excedant aureos decem.

Octavo, eandemque mensuram scutorum decem auri excedere non valeat quilibet Prælatus, aut Judex ordinarius dictæ Romanæ Curiæ in causis vere delegatis, seu commissariis, etiamsi fuerit Sacræ Romanæ Ecclesiæ pro tempore Camerarius, in Urbe, ejusque Districtu Vicarius in Spiritualibus Generalis, præfatæ Urbis Gubernator, Causarum Curiæ Cameræ Apostol. Generalis Auditor, d. Urbis Senator, vel dictæ Cameræ Thesaurarius Generalis, sub prætextu, quod agatur de re magni valoris, aut quod ita in eorum Tribunalibus passim, vel pluries servatum fuerit.

Nono, hoc idem servetur in causis commissis Congregationi plurium Prælatorum, vel cum, seu de ejusdem, sive eorundem voto; nam licet causæ sint de majoribus, non possint tamen a singulis accipi majores sportulæ, quam scutorum decem auri.

Decimo, si fuerit inter partes concordatum, aut alio modo recessum a lite, etiam ab altera partium, per viam tamen puræ, & liberæ renunciationis in qualibet instantia, & in quacunque parte judicii ante sententiam diffinitivam, non possint litigantes ullo modo compelli ad expediendam sententiam, seu ad solvendas sportulas.

Undecimo, hujusmodi declarationes respective serventur, tam in Rota, quam in Camera, aliisque quibuscunque Tribunalibus, & Judicibus præfatæ Urbis, quibus ex Constitutionibus Apostolicis, aliisque ordinationibus non est prohibitum accipere posse sportulas, seu propinas.

Duodecimo, pro declaratione reformationum, seu literarum Pauli, & Innocentii præfatorum utrobique sub titulo de sportulis, seu propinis, volumus, & decernimus, quod nullus Judex ordinarius Urbis præfatæ in causis, & negotiis in qui-

in quibus agatur de executione, & verificatione decretorum Nostrarum Congregationum, quidquam prorsus accipere valeat ratione sportularum etiam a sponte dare volentibus, neque in causis, & negotiis prædictis liceat notariis conficere regestra, sed omnia tam a Judicibus, quam a notariis expleantur jure ordinario, prout in cæteris causis, & negotiis eorum Tribunalis.

Tertiodecimo postremo, ubicunque in hanc sportularum materiam quæstio aliqua emerserit super interpretatione, declaratione, aut executione præsentium, & præfatarum literarum, ut præfertur, confirmatarum, Pii, Pauli, & Innocentii prædecessorum standum esse sancimus judicio, & declarationi dicti Gubernatoris Urbis, & duorum digniorum in ordine succedentium ex Congregatione reformationis tribunalium dictæ Urbis, qui si ita videbitur, possint etiam votum ejusdem totius Congregationis exquirere, omni alio decursu, & appellatione sublatis.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis respective contenta quæcunque, etiam ex eo quod omnes, & singuli supradicti, ac alii quicunque in præmissis quomodolibet jus vel interesse habentes, seu habere prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictum S. R. E. Camerarium, aliosque Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Cameræ præfatæ Præsidentes Clericos, aliosque officiales, & ministros; cæterosque quoslibet quacunque auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, illisque omnibus, quæ præfati Pius, Paulus, & Innocentius prædecessores in memoratis eorum literis respective voluerunt non obstare, ac præmissis circa ea, quæ præsentibus adversantur, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibuscunque etiam præfatorum Tribunalium decretis, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis; privilegiis quoque, & indultis, & literis Apostolicis quibuscunque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis editis, ac etiam pluries, & quantiscunque vicibus confirmatis, innovatis, & approbatis; Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, mentio, seu quovis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma de hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, vel insererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis servatis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad promissorum effectum specialiter, & expresse plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatum, statutorum, decretorum, mandatorum, sanctionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Pridie nonas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B. Card. Prodatarius.

I. P. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione prima, die vero quinta Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. anno tertio, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Græcum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Thomas Orlandus Curs. Magister

Ad Ornatum Disc. XXXI.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Confirmatio, extensio, moderatio respective Constitutionum Pii II. Sixti IV. Clementis VII Pii IV. & S. Pii V. super prohibitione quamcunque remissionem, compositionem, vel gratiam homicidis, illorumque fautoribus, auxiliatoribus, consultoribus, vel complicibus, necnon Ministrorum Justitiæ, querelantium, & testium offensoribus concedendi absque Romani Pontifici speciali mandato.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

VIros sanguinum, & dolosos, qui inhumana sævitia, iræ, seu vindictæ furore succensi nedum corporibus, mortem dare, sed non raro etiam Salvatoris Nostri Jesu Christi pretiosissimo Sanguine redemptis animabus, si non sint armis spiritualibus, Divina præveniente gratia, præmunitæ, æternam perditionem procurare non perhorrescunt, cum Domino abominantes, nostrorumque, & Sanctæ Sedis etiam in temporalibus immediate, & mediate subditorum tranquillitati, & paci, ac eorundem, & ministrorum Justitiæ majori securitati, ejusdemque Justitiæ liberiori exercitio, quantum Nobis ex Alto conceditur, consulere cupientes, inter alias Apostolicæ solicitudinis curas, quibus incessanter urgemur, in illa præcipue incumbimus, ut perditos nequitiæ filios, qui a quorumcunque homicidiis, & a Rectorum, & Ministrorum Justitiæ, necnon querelantium, & testium offensionibus virtutis amore abstinere detractant, formidine saltem pœnæ, & quidem irremissibilis retrahamus. Cumque ex spe remissionis, compositionis, gratiosæ rebannitionis, cassationis processus, seu banni, aut alterius gratiæ assequendæ delictorum hujusmodi facilitatem, & frequentiam etiam procedere, experientia rerum magistra docuerit, ut hanc quoque detestabilem, & perniciosam spem magis, magisque adimamus, & recidamus, ac delicta hujusmodi, quantum fieri potest, arceamus, ea quæ a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus desuper

per statuta, & provide ordinata fuisse comperimus, ut eo majorem obtineant firmitatem, quod sæpius fuerint Apostolico præsidio communita, nostræ confirmationis patrocinio roboramus, eaque de novo statuimus, seu alias ampliamus, immutamus, & in honorem eximiæ S. R. E. Cardinalium de latere Legatorum dignitatis respective moderamur, prout rationabiles causæ persuadent, & in Domino conspicimus salubriter expedire.

Alias siquidem felic. recordationis Pius Papa II. Prædecessor Noster, ad cujus audientiam pervenerat, quod in Terris, locis, & Tenimentis tunc sibi, & Romanæ Ecclesiæ mediate, & immediate subjectis, & quamplurima etiam ex levibus causis commissa esse repetiebantur homicidia; idcirco tunc suos, & Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate, & immediate subjectos pacificos fore, & modestos, ac loca prædicta sicariis, homicidis, & malefactoribus expurgare desiderans, inter cætera statuit, & decrevit, quod omnes illi, qui pro delicto homicidii fuissent condemnati, seu alias de Civitate aliqua, & districtu illius banniti, non possent ad Civitatem, seu districtum hujusmodi quocunque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filiis ipsius occisi; nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tempore fuisset, vel quivis alius posset auctoritate Apostolica, seu ex officio suæ Legationis aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere, seu revocare ad Civitatem, seu districtum, aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel salvum conductum concedere redeundi, seu morandi in eis, vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum, sive magnum, nec etiam per diem unum, sive noctem. Quod si secus per quenquam ex prædictis factum fuisset, incideret in pœnam excommunicationis ipso facto sine ulteriori sententia declarationis, a qua per alium quam per Summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione, non posset absolvi; ac reductio, licentia, revocatio, salvus conductus, & cassatio processus, & banni hujusmodi essent ipso jure nulla, nulliusque roboris, & momenti, adjectis aliis pœnis, inhabilitationibus, censuris, & decretis, & alias, prout in ejusdem Pii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, quinto Kal. Februarii, Pontificatus sui anno quarto expeditis literis plenius continetur.

Et successive rec. mem. Sixtus Papa IV. similiter Prædecessor Noster accepto per eum, quod contenta in literis Pii Prędecessoris hujusmodi a certis tēporibus tunc elapsis non fuerant observata, & ex illorum non observantia subditi prędictę Ecclesiæ procliviores erant ad homicidia committenda, jamque fere passim homicidia quotidie perpetrabantur, & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores existebant, qua sperabant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse, ac detestabilem, & horrendam talium sicariorum nequitiam ad aliorum cautelam opportunis juris remediis prosequi studio cupiens indefesso, habita super his cum Fratribus suis prędictæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio per suas, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, Kalendis Aprilis, Pontificatus sui anno nono expeditas literas, Statuta, & Decreta Pii Prædecessoris hujusmodi, & prout illa concernebant omnia, & singula in dd. literis ejusdem Pii Prædecessoris contenta, Apostolica auctoritate approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevit, ac voluit; & præfata auctoritate de eorundem Fratrum consilio statuit, & ordinavit, quod condemnati eatenus, & quos in posterum condemnari contigisset ubilibet in Civitatibus, Terris, & locis Romanæ Ecclesiæ mediate, & immediate subjectis pro homicidio, sive ut principales, sive ut consilium, auxilium, & favorem præstantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illas salvū conductum, & licentiam secure in loco patrati criminis, vel ei infra quinquaginta milliaria, ut præfertur, propinquo, nullatenus obtinere possent ab alio, quam a Romano Pontifice, qui pro tempore esset, & alicujus alterius etiam Legati de latere remissio nemini suffragaretur. Et si forsan contingeret, eundem Romanum Pontificem ad remissionem, seu salvum conductum hujusmodi procedęre, talis remissio per præoccupationem processisse censeretur, & nemini prodesse posset, nisi in illa vere earundem literarum Sixti Prædecessoris hujusmodi tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, insertus foret, ac specifica, & determinata causa exprimeretur, quæ eundem Romanum Pontificem induceret ad derogandum iisdem literis Sixti Prædecessoris, quæ cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto Prædecessore emanaverant.

Deinde piæ mem. Clemens Papa VII. etiam Prædecessor Noster facti notorietate edoctus, plures Urbis, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Tenimentorum, partium, & locorum tunc sibi, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, & immediate subjectorum contra eorundem, & aliorum Prædecessorum literas elata cervice devenire, ac censuras, & pœnas illis contentas sensu reprobo parvipendere non vereri, sceleratorum insolentiis salubriter reprimendis intendens, & criminosorum temeritatem ultrice justitia cohibere, ne literæ prædictæ, quæ provida deliberatione ab ipsis Prædecessoribus emanaverant, contemptibiles redderentur, sed excessuum perpetratores animadversione punirentur, opportunis remediis providere volens, inter cætera motu proprio singulas præfatorum, & aliorum Prædecessorum inibi relatas literas cum omnibus, & singulis in eis contentis pari auctoritate approbavit, & innovavit, & per singulos, quos literæ ipsæ concernebant sub censuris, & pœnis in eis contentis, quas contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inviolabiliter observari decrevit; illasque etiam ad hoc, ut homicidæ, sicarii, exititii, criminosi, rebelles, aliique infames propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata excessus, crimina, & delicta in Civitatibus, Terris, Castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur, banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solum a locis circumvicinis usque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus, & singulis Civitatibus, Terris, Castris, locis, & partibus tunc sibi, & dictæ Romanæ Ecclesiæ quomodolibet mediate, vel immediate subjectis, banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam prætextu cujusvis licentiæ, salvi conductus, remissionis, reductionis, revocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ, moram trahere possent; & si in eis residissent, vel reperti fuissent, capi, detineri, & incarcerati, ac juxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pii Prædecessoris hujusmodi tenorem, sub pœnis in iisdem literis contentis, per Officiales Civitatis, Terræ, Castri, vel loci, in qua, vel in quo deprehensi fuissent, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum, seu Officiales, ad quos criminum & excessuum eorundem punitio de jure, vel consuetudine pertinebat, remitti deberent, extendit, & ampliavit. Et nihilominus omnia, & singula, prout per Pium, Sixtum, & alios Prædecessores prædictos statuta, ordinata, inhibita, & declarata fuerunt, itaut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Cives, Officiales, & personæ, ac alii, quos ipsius Clementis, & aliorum Prædecessorum præfatorum literæ concernerent, ac ipsorum singuli literas, & in eis contenta hujusmodi non observantes, & illis quomodolibet directe, vel indirecte contravenientes, & eis adhærentes eorumque fautores, & complices, singulas censuras, & pœnas prædictas eo ipso absque alia declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur de novo. Et ne facilitas veniæ incentivum præberet delinquendi quibusvis dictæ Sedis Legatis etiam de latere, ac Nuntiis, & Provinciarum Rectoribus, necnon tunc suis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis Communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum hujusmodi per eundem Clementem, ejusque Prædecessores Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innovatam auctoritatem, & facultatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit; & si quando similes absolutiones per eundem Clementem, ejusque successores Romanos Pontifices, ad Sedem præfatam concedi contigisset, illas per Judices, & Officiales, ad quos pertinerent, nisi trinæ literæ Apostolicæ sub intervallo unius mensis pro singulis hujusmodi cum expressa derogatione earundem ipsius Clementis Prædecessor. literarum desuper emanassent, nullatenus admitti, vel observari voluit, & alias prout in ejusdem Clementis literis, anno Incarn. Dominicæ 1594. Prid. Id. Junii, Pontificatus sui anno primo desuper expeditis uberius continetur.

Postmodum ejusdem memorię Pius Papa IV. pariter Prędecessor noster habita super his cum Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum unanimi consilio, & assensu, iisdem modis, & forma prædictis, quibus

bus idem Clemens Prædecessor literas suorum Prædecessorum confirmaverat, & extenderat, ipse pariter literas memoratas ejusdem Clementis, & aliorum Prædecessorum cum eadem expressione, & extensione, & cum simili, ut præfertur, revocatione, cassatione, irritatione, & annullatione omnis auctoritatis, & facultatis dictæ Sedis Legatis etiam de latere, aliisque prædictis super absolutionibus homicidiorum hujusmodi per eundem Pium Papam IV. ejusque Prædecessores Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum expressione concessæ, approbatæ, & innovatæ, necnon cum eadem, ut præfertur, voluntate, seu decreto, si & quando similes absolutiones per eundem Pium IV. ejusque Successores, & Sedem prædictam concedi contigisset, per quasdam Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, octavo Idus Januarii, Pontificatus sui Anno secundo expeditas literas approbavit, & innovavit.

Cumque idem Pius Prædecessor accepisset, nonnullos ex Gubernatoribus, & Officialibus per eum in diversis Civitatibus, Terris, & locis Status Ecclesiæ constitutis, & deputatis forsan suę voluntatis ignatos aut alias prętendere pœnarum remissionem inquisitis, bannitis, & condemnatis super homicidiis per eos pro tempore perpetratis per eos remitti, gratiamq; fieri, & exinde ab eis compositionem exigi posse; Idcirco ad tollen. omne dubium, quod exinde exoriri potuisset, & ne Gubernatores, & Officiales prædicti, ac quicunque alii ignorantiæ ejusdem suæ voluntatis, aut quovis alio prætextu in illis se intromittere præsumerent, veriores dictarum suarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum insertæ fuissent, pro expressis habens & decrevit, & declaravit gratias, seu remissiones, aut compositiones, quibusvis inquisitis, condemnatis, aut bannitis, ex causa, vel occasione homicidii animo deliberato, vel casu fortuito, aut in rixa, vel alio quovis modo pro tempore perpetrati, pro quo pœna ordinaria, vel extraordinaria imposita, vel imponenda fuisset, per quoscunque in Civitatibus, Terris, & locis prædictis Sedis Apostolicæ Legatos, Vicelegatos, Gubernatores vel alios Officiales deputatos, & deputandos, fieri in posterum nullatenus posse, & illas tantum compositiones, & gratias cum inquisitis, condemnatis, & bannitis hujusmodi ut supra, ab inde faciendas valere, illiusque suffragari, qui habuissent supplicationes desuper sua manu signatas, & per Datarium pro tempore existentem datas, prout in Cedula Motus ejus proprii, sub Datum sexto Kalen. Maii, Anno Pontificatus ipsius quinto, continetur.

Posthæc fel. mem. S. Pius Papa V. habita super his cum Venerabilibus Fratribus suis ejusdem S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum unanimi consilio, & assensu, inter cætera ibidem per ipsum decreta, & sancita, singulas prædictorum Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. & aliorum Prædecessorum literas, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, Apostolica auctoritate approbavit, confirmavit, & innovavit, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjecit, ac omnibus, & singulis, quos illæ concernebant penitus, ac sub ibi relatis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pęnis, observari voluit & decrevit, & alias prout in ipsius S. Pii V. Prædecessoris desuper Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertio Nonas Julii, Pontificatus sui Anno primo emanatis literis, quarum, & præfatarum eorundem Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. Prædecessorum literarum, & Cedulæ tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, ulterius continetur.

Nunc vero Nos nequitiis hujusmodi salubriter reprimendis, ne criminosorum invalescat præsumptio, illorumq; perversitas quoquo modo remaneat impunita, quin ultrice justitia perpetuo retundatur, sedulo intendentes, ac insimul quieti, & tranquillitati præfatorum nostrorum, & ejusdem Sedis in temporalibus subditorum, necnon majori justitiæ Officialium securitati, ac ejusdem justitiæ liberiori exercitio providere volentes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, singulas eorundem Pii II. Sixti, Clementis, Pii IV. & S. Pii V. Prædecessorum literas hujusmodi, cum omnibus, & singulis, quæ præmissa & infrascripta concernunt, & concernere possunt, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, penitus, & sub inibi contentis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis, & censuris, & cum omnibus inibi decretis, & sancitis observari volumus, atque decernimus, firmis & in suo robore, & statu remanentibus cæteris in eisdem literis, statutis sancitis, & decretis.

Et nihilominus hactenus inquisitos, processatos, condemnatos aut bannitos sive uti principales sive uti mandantes, vel mandatarios sive uti complices aut auxilium, vel consilium vel favorem præstantes ex causa vel occasione homicidii, pro quo pœna ordinaria vel extraordinaria imposita fuerit vel erit, seu imponenda foret, & quos quibuscunque futuris temporibus similiter inquiri processari, condemnari, seu banniri contigerit, ubilibet in quibuscunque Civitatibus, Terris, & locis Nobis, & S. Sedi mediate, & immediate subjectis, comprehensis etiam quatuor Legationibus & Civitatibus Bononien. Ferrarien. Beneventana, aliisque etiam specialem, & individuam expressionem, & nominationem requirentibus nullo unquam tempore, vel modo ex aliqua gratia seu compositione, vel per viam cassationis processus remitti seu quoquo modo gratiose rebanniri, habilitari, seu dispensari, minusque illis aliquem salvum conductum præterquam pro vero, reali, & necessario servitio justitiæ; & tunc pro eo dumtaxat tempore quod hujusmodi servitio congruat, concedi per quoscunque locorum, & Civitatum Gubernatores, & justitiæ Officiales, Provinciarum Rectores, dictæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus Vicarios, & quoscunque alios quantumvis speciali, & individua nota dignos, ac etiam ipsos de latere Legatos, salva tamen quoad eosdem Legatos infrascripta distinctione, seu moderatione, etiam pace ab hæredibus, vel consanguineis, aut filiis occisi habita, sine nostro, & Romanorum Pontificum pro tempore existentium speciali mandato, omnino prohibemus; Ita tamen, ut pro hujusmodi mandato certa, seu præcisa forma non requiratur, prout in superius relatis literis, quibus in hac parte opportune derogamus, & derogatum esse volumus, cavebatur, sed quocunque legitimo modo illud apparere, seu probari sufficiat.

Ad hoc omnes, & quaslibet facultates quibuscunque locorum, & Civitatum Gubernatoribus justitiæ Officialibus, Provinciarum Rectoribus, dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus, & quibuscunque aliis quantumvis speciali, & individua nota dignis, ac etiam ipsis de latere Legatis, salva tamen quoad eosdem Legatos infrascripta distinctione, seu moderatione, super hujusmodi gratiarum, compositionum, cassationum processuum, remissionum, habilitationum, dispensationum, & salvorum conductuum concessione, etiam per Nos, & Prædecessores Nostros, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum amplitudine concessas, innovatas, & approbatas, omnino revocamus, cassamus, irritamus & annullamus, & pro revocatis, cassatis, irritis, & nullis ac si concessæ non fuissent, haberi volumus, & decernimus, & quascunque facultates, si quas in posterum concedi contigerit, servata hujus nostræ Constitutionis forma, intelligi, & observari debere omnino volumus, & mandamus.

Verum quia in relatis Prædecessorum Nostrorum literis cæteris omnibus Officialibus, & personis præfatis æque, ac ipsis de latere Legatis hujusmodi gratiæ, & actus indistincte prohibentur, omniumque facultates pariformiter revocantur, sive de homicidiis animo deliberato, sive casu fortuito, vel in rixa, vel alio quovis modo patratis agatur, Nos eximiam Legatorum de latere S.R.E. Cardinalium dignitatem præ oculis habentes, eosque facultatibus ea qua decet circumspectione, usuros esse sperantes, præfatas Constitutiones moderari, illasque, & præsentem nostram sanctionem quoad præsentes, & pro tempore existentes de latere Legatos ejusdem R.E. Cardinales locum habere decernimus pro homicidiis, animo doloso, & præmeditato commissis, iisdemque de latere Legatis, ut sibi concessis, seu concedendis facultatibus quas Nos juxta præscriptum in iisdem præsentibus formam etiam harum serie opportune concedimus, quoad gratias, & actus prędictos uti possint, et valeant, quotiescunq; de homicidiis casu fortuito, vel in rixa, seu alias similiter sine dolo, & præmeditatione commissis agi contigerit, iisdemq; Constitutionibus in hac parte amplissime derogamus, & opportune derogatum esse volumus, & mandamus, firmis tamen, et in suo robore quoad quoscunq; alios remanentibus omnibus, et singulis, quæ in præfatis et præsenti nostra Constitutionibus, quoad omnia homicidia etiam in rixa, vel alias commissa, statuuntur, et decernuntur.

Volentes præterea delinquentibus, eorumque fautoribus occasione tum homicidiorum, tum aliorum delictorum ansam eo magis amputare, ne Curię et Fisco eosdem inquirendi, et processandi, condemnandi, banniendi, et quoscun-

que justitiæ actus explendi impedimentum præbeant, & e converso Nuncios, Birruarios, Notarios, Promotores, seu Procuratores Fiscales, Judices, cęterosque justitiæ officiales, & ministros ad eorum operam attentius navandam, ac querelantes ad opera justitiæ tutius imploranda, & testes ad veritatem liberius propalandam, spe, & præsidio majoris securitatis excitare, præfatas, & præsentem nostram Constitutionem sic extėdimus, & respective locum habere mandamus, ut omnes, & quicunque in pœnam ultimi supplicii, vel ad triremes perpetuo condemnati ex causa præfatorum justitiæ ministrorum, & officialium, seu partis querelantis, vel testium offensionis, a nemine ex prædictis Gubernatoribus, Officialibus, Rectoribus, Vicariis in temporalibus, & quibuscunque aliis speciali, & individua nota dignis, & nec ab ipsismet de latere Legatis S.R.E. Cardinalibus remitti, seu ullam ex gratiis & actibus superius expressis, minusque aliquem salvum conductum, præterquam pro vero, reali, & necessario servitio justitiæ, & tunc pro eo duntaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, sine expresso, ut præfertur, nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis mandato, obtinere ullatenus possint & valeant, omnesque, & quascunque facultates quoquo modo concessas, quæ præsentibus adversarentur penitus, & omnino, ut præfertur, revocamus, & annullamus, istoque casu, & ad hunc effectum, ut indiciis ad transmittendam inquisitionem sufficientibus ex processu resultantibus, judices, ad quos spectat, servatis solitis terminis ad condemnationem delinquentium hujusmodi expedite procedere teneantur, omnino volumus, & decernimus.

Mandantes hujusmodi nostram Constitutionem, ac omnia, & singula in eis contenta per quoscunque etiam speciali nota dignos, inviolabiliter observari sub omnibus censuris, & pœnis, quæ in superius relatis Prædecessorum nostrorum literis imponuntur, & continentur; sicque & non aliter in pręmissis per quoscunque judices tam Ordinarios, quam delegatos quavis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, quibuscunque consuetudinibus ac omnibus, & singulis illis, quæ dicti Prædecessores in pręfatis eorum literis voluerunt, non obstare; aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuscunque aliis privilegiis, facultatibus, indultis, & literis Apostolicis etiam motu proprio sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie & alias quomodolibet per Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, quod lapsis viginti diebus, postquam pręsentes Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex nostris Cursoribus affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quam in Statu præfatis existentes perinde obligent, & arctent, ac si unicuiq; eorum personaliter, & nominatim intimatæ fuissent; Quodque earum transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdemmet præsentibus, si exhibitę, vel ostensæ fuissent, adhiberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatis, decreti, prohibitionis, derogationis, revocationis, cassationis, irritationis, annullationis, mandati, concessionis, & extensionis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1692. 7. Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Ad Ornatum Disc. XXXVIII.

Sequentes Constitutiones, & facultates concessas a san. mem. Clemente VIII. ac Urbano VIII. Congregationi Baronum, hic adjungimus.

Sanctæ Memoriæ Clementis Papæ Octavi.

DEputatio Ill. & Rever. D.D. Bartholomæi S. Mariæ in Porticu Diaconi Card. Cesi nuncupati, & aliorum super executione mandatorum, ad instantiam creditorum, ex quavis occasione, vel causa, omniũ, & singulorum Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumq; Baronum, & Domicellorum quorumcunq; S.R.E. subditorum in urbe ejusq; districtu, necnon toto Statu Ecclesiastico, existentium, contra eos, seu illorũ bona, a quibusvis Judicibus relaxatorum, cum libera & ampla facultate, universas illorũ Civitates, Terras, Castra, & alia loca, & bona stabilia pro satisfactione dictorum creditorum, subhastandi & vendendi.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

JUstitię ratio, & publicę fidei causa postulat, ut eorum, qui pecunias nostris, & S.R.E. subditis crediderunt, seu quibus aliquid ab eisdem, quavis occasione, vel causa debetur, indemnitati pro munere nostro opportuno remedio consulamus. Cum igitur multorum querelis jamdiu ad nos perlatum sit, & quotidianis expostulationibus perferatur, nonnullos Barones, & Domicellos nostros, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditos tam in Urbe, ejusque districtu, quam in universo Statu nostro Ecclesiastico existentes, contracto variis de causis ære alieno, nullam prorsus inire rationem illud dissolvendi, imo nec annuas fructuum præstationes idcirco debitas, maximo creditorum incommodo persolvere, ipsosque adeo creditores, dum eorum credita a dictis Baronibus & Domicellis exigere conātur, magnos sumptus facere, & variis litibus implicari, & nihilominus credita ipsa nullo modo consequi posse: fidejussores etiam, qui pro eisdem Baronibus, & Domicellis sese, & bona sua quoquo modo obligarunt, ab eorum obligationibus minime posse liberari; præterea licet alias ad eorundem Baronum, & Domicellorum res aliquo pacto sublevandas, a nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ac etiam forsan a nobis ex speciali gratia concessa fuerit facultas, quosdam pecuniarum montes super eorum Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, & aliis bonis stabilibus, ad diversas summas ascendentes, erigendi cum obligatione etiam per ipsos Barones facta, fructus hoc nomine singulis annis cōventos solvendi, ac certis modo, & forma, montes erectos intra persecriptum tempus extinguendi; eos tamen, qui pecunias in dictis montibus posuerunt, hactenus annuas fructuum præstationes a nonnullis ex dictis Baronibus, & Domicellis consequi non potuisse, neque adhuc posse; ac præterea aliquos etiam Barones, & Domicellos eosdem montes vel eorum partem juxta eorum obligationem, statuto tempore non extinxisse, nec forsan ulterius de illorum extinctione cogitare; quo fit, ut iidem creditores sub fide publica hactenus magno detrimento affecti fuerint, & in dies magis, ac magis efficiantur. Nos hisce malis pro officii nostri munere occurrere, & debitæ supradictorum creditorum (inter quos plerique pauperes, complures etiam pupilli, & viduæ sunt) satisfactioni expedita aliqua ratione providere volentes; motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectum filium nostrum Bartholomęum S. Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem Cesium nuncupatum, necnon dilectos filios

lios Tiberium Cerasium Cameræ Apostolicæ Clericum, Paulum Coperchium fisci, & dictæ Cameræ Advocatum, Paulum Æmilium Zachium ejusdem Cameræ Commissarium Generalem, ac Rodulphum Bonnolum Senatorem Bononiensem ad infrascripta omnia, & singula facienda, Apostolica auctoritate tenore præsentium constituimus, assumimus, & deputamus, ac eisdem liberam, amplam, & plenam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur, ut conjunctim omnes, seu saltem idem Bartholomeus Cardinalis, & major ipsorum pars, omnibus, & singulis tam instrumentariis, sive hypothecariis, quam chirographariis, ac etiam legatariis, & ratione mercedis, cibariorum, & vestiarii, seu alias quovis modo privilegiatis, vel mercium, sive aliarum rerum occasione, aut etiam ex causa fidejussionum pro eisdem Baronibus, seu Domicellis, aut pro qualibet summa, & quantitate quorumcumque Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum, aliorumque Baronum, & Domicellorum nostrorum, & S.R.E. subditorum in urbe, ejusque districtu, & in universo Statu nostro Ecclesiastico existentium cujuscunque status, gradus, conditionis, & ordinis fuerint, etiamsi dignitate quacunque Ecclesiastica, etiam Cardinalatus honore præfulgeant, aut ipsorum parentum, seu antecessorum, vel auctorum quorumcunque creditoribus, etiam eorum vassalli, & subditi, aut alii quicunque fuerint, qui de ipsorum creditis ex quavis causa, & ad quamcunque summam, ut præfertur, ascendentibus per mandata executiva a quibusvis Judicibus Urbis, aut alterius loci Status prædicti decreta, & relaxata docuerint, ipsaque mandata exhibuerint quamprimum absq; ulla dilatione, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus, dilationibus, supersessoriis in forma non gravetur, aut alias quomodolibet ab iisdemmet, vel aliis judicibus, aut etiam forsan a nobis, sive de ordine, ac mandato nostro emanatis, & emendandis; quas omnes, & singulas ex nunc auctoritate præsentium revocamus, annullamus, & irritamus infrascriptis modis, & formis caveant, mandent, & cum effectu faciant, videlicet prædictorum Deputatorum Congregatio, exhibitis mandatis prædictis absque alia citatione, & tela judiciaria, & sine ulla causæ cognitione super veritate crediti, vel discussione justitiæ, aut nullitatis mandatorũ relaxatorũ tanquam meri, & puri executores, & propria auctoritate, & mandato, & sine vitio spolii, attentatorum, aut nullitatis omnium, & quarumcunq; Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, Palatiorum, & aliorum bonorum immobilium, tam in urbe, ejusque districtu, quam alibi ubicunque in nostro Statu Ecclesiastico existentium ad ipsos Principes, Duces, Marchiones, Comites, vel Barones, aut Domicellos quoscunque contra quos, vel eorum auctores, parentes, & quosvis antecessores, seu hæreditaria eorum bona quęcunque mandata hujusmodi, & quavis causa, ut supra dictum est, relaxata fuerint, vel eorum partem arbitrio ipsius Congregationis, pertinentium, & per eos quocũque titulo habitorum, & quovis modo tentorum & possessorum, realem, actualem, & corporalem possessionem nomine Cameræ Apostolicæ capi, & retineri ad commodum tamen, & utilitatem eorundem creditorum per mensem duntaxat immediate sequentem a die captę possessionis, a qua die omnis ipsorum Principum, Ducum, Marchionum, Baronum, seu Domicellorum, aliorum prędictorum jurisdictio, & illius exercitium, atque administratio penitus cesset, & cessare debeat, ita, quod ipsi non possint per se, vel alios in Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, Palatiis, & aliis locis, & bonis prædictis sese ingerere, aut aliquo pacto intromittere, sed illorum jurisdictio, & administratio penes dictam Congregationem, seu personas ab ea deputandas remaneat, omnino curent, & re ipsa præstent, quo mense elapso, Civitates, Terras, Castra, Casalia, Palatia, & alia bona hujusmodi subhastanda proponant, & plus offerenti, omissa penitus omni alia solemnitate, & sine solita etiam subhastatione, & deliberatione per manus Cursorum, seu alias fieri consueta, & absque aliarum expensis, prævia duntaxat unius edicti per dies quindecim in locis publicis, affixione ad deliberationem plus offerenti cum cedula bancaria idonei Mercatoris, servata tamen quoad personas, quæ Civitates, Terras, Castra, & alia bona hujusmodi emere voluerint, forma Constitutionis felicis recordationis Sixti Papæ V. Prædecessoris nostri super prohibitione alienandi Castra, & alia bona stabilia in Statu Ecclesiastico existentia, sine Sedis Apostolicæ licentia, aliis personis, quam vasallis ejusdem Status deveniant, illasque, & illa deliberent, & vendant, ac instrumentum, & instrumenta quæcunque, & alia desuper necessaria, & opportuna obliganda, etiam personas Principum, Ducum, Marchionum, Baronum, & Domicellorum prædictorum, & bona eorum pro evictione etiam in forma ejusdem Cameræ Apostolicæ celebrent, & celebrari faciant, ac pretium inde redigendum in satisfactionem dictorum creditorum, juxta eorum anterioritatem, & posterioritatem, recepta prius ab eis jurium cessione ad favorem emptoris, si eidem Congregationi visum fuerit, præstita etiam ab ipsis idonea cautione, seu facta obligatione de eodem pretio restituendo prioribus, & potioribus ad omne mandatum sui Judicis consignent, & consignari faciant; inter oblatores autem, Cameram Apostolicam, seu ejus Commissarium, si offerre voluerit, ad offerendum admittant; sed si intra dictos quindecim dies nullus oblator reperiatur, tunc Congregatio prædicta, Civitates, Terras, Castra, & alia bona prædicta, eidem Cameræ nostræ Apostolicæ adjudicet, deliberet, ac vendat, & ipsa Camera nostra Apostolica, prævia æstimatione per unum vel plures æstimatores ab ipsa Congregatione deputandos pro illo pretio, quod æstimatũ fuerit illas, & illa pro se accipere debeat, & de dicto pretio omnino supradictos eorum creditoribus satisfacere teneatur. Declaramus autem, si inter dictos creditores reperiantur aliqui, qui occasione quorumvis tam montium, quam censuum intuitu, & contemplatione ipsorum Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & Domicellorum, vel eorum auctorum, & prædecessorum erectorum, & impositorum respective creditores fuerint, & quibus de fructibus idcirco debitis hactenus integre satisfactum non erit, vel in futurum non satisfiet, in præmissis eum servari debere modum, & ordinem, ut capta summaria informatione etiam extrajudiciali per dictã Congregationem de lapsu temporis, & satisfactione non secuta, absque ulla, ut dictum est, causæ cognitione, ad subhastationem, deliberationem, venditionem, & adjudicationem supradictarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & bonorum pretio, ut supra æstimando modo, & forma prædictis; & ulterius ad extinctionem dictorum montium, & censuum, ac satisfactionem dictor. fructuum usq; ad diem dictæ extinctionis decursorum, ipsa Congregatio omnino deveniat; idemque servari volumus, & mandamus quoad illos Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domicellos, qui licet dictos fructus suo tempore quotannis solverint, supradicti tamen montes, ut præfertur, erectos, vel census impositos, & venditos intra tempora in erectione ipsorum montium, aut in impositione, & venditione censuum fidejussoribus promissa, vel alias conventa, non extinxerint, aut in futurum debitis temporibus non extinguent, seu etiam alia pacta in eisdem montium erectionibus, & censuum impositionibus, & venditionibus apposita, & alias conventa, seu in quibuscunque contractibus, in quibus, seu quorum vigore dicti Barones, & Domicelli, aut eorum auctores, seu antecessores debitores existunt, adjecto non adimpleverint, vel non observarint, aut in futurum non observabunt, sive adimplebunt in toto, vel in parte, ipsa Congregatio eos ad dictorum montium, & censuum integram extinctionem, debiti solutionem, ac creditorum satisfactionem, etiamsi dies totius montium, & censuum extinctionis, vel debiti solutionis non advenerint, cogat, & compellat. Volumus etiam, & pari motu, ac potestate decernimus, Principes, Duces, Marchiones, Barones, & Domicellos supradictos, seu illorum quoscunque pro tempore successores, subhastationem, deliberationem, venditionem, & adjudicationem, & alia prædicta impugnare, impedire, vel retardare non posse, nec adversus ea aliquo modo se tueri, aut pro illorum revocatione quorunque tempore instare, etiam ea ratione vel prætextu, quod ipsi in Castris, & bonis prædictis sint hæredes cum beneficio legis, & inventarii, vel non succedant illis, qui debita prædicta contraxerunt, sed quod loca, & bona supradicta ex antiquis investituris, concessionibus, fideicommissis, donationibus, vel ex contractibus, etiam ex causa dotium, vel quacunque alia de jure privilegia consecuti fuerint, vel ad ea vocati sint, mandatave a Judicibus fuerint, tantummodo decreta, seu relaxata contra bona hæreditaria illorum, qui debitum hujusmodi contraxerunt; sed satis sit, & sufficiat, quod ii, qui debitum contraxerunt, dicta bona quovis titulo, & modo tenuerint, & possederint, seu quod ipsi Barones, & Domicelli simili modo illa teneant, & possideant aut ex eo, quod creditores ex causa montium, & censuum restitutionem sortis principalis petere non possint; vel etiam ex eo, quod fidejussores non dicantur proprie creditores, & petere non possint se a fidejussione eximi, quibus, & aliis quibuscunque allegationibus, seu sub-

terfugiis non obstātibus, ad executionem nihilominus subhastationis, & liberationis, & aliorum præmissorum supradictarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum deveniri omnino debeat, illaque robur perpetuæ firmitatis sortiantur, & obtineant. Ut autem præmissa omnia, & singula ad favorem omnium creditorum prædictorum statuta, & disposita statim sine ulla mora, aut aliquo impedimento executioni demandari possint omnibus, & quibuscunque investituris, concessionibus, donationibus, fideicommissis, primogenituris, & alienandi prohibitionibus, necnon pactis de succedendo tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus purificatis, & purificandis super Civitatibus, Palatiis, & aliis bonis immobilibus hujusmodi per quoscunque ascendentes, seu collaterales, ac penitus extraneos, ac forsan ipsos etiam Romanos Pontifices prædecessores nostros etiam motu proprio, & consistorialiter emanatis, & sub quibusvis clausulis, vinculis, & cautelis quomodolibet factis, & confirmatis, quorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, ac etiam Regulæ nostræ de non tollendo jure quæsito, motu, scientia, & potestate similibus, plenissime, ac latissime derogamus, ac derogatum esse volumus; quod si forsan iidem Principes, Duces, Marchiones, Barones, & Domicelli aliqua alia bona stabilia nulli investituræ, concessioni, donationi, fideicommisso, primogenituræ vel alienandi, prohibitioni, aut pacto de succedendo, aliisque prædictis subjecta, vel alias immunia, exempta, & libera quomodolibet possederint; nos pari motu, & auctoritate, eadem bona investituræ, concessioni, donationi, fideicommisso, primogenituræ, prohibitioni, & pacto prædictis in locum bonorum venditorum prædictorum, in omnibus, & per omnia subjicimus, substituimus, & subrogamus, & per eandem Congregationem, secuta venditione prædicta subjici, substitui, & subrogare debere decernimus, & mandamus. Declarantes nihilominus Civitates, Castra, & bona sic, ut supra vendita, & assignata, semper, & quocunque tempore penes illorum emptores, & Cameram præfatam, ac successores eorundem ab omnibus fideicommissis, primogenituris, prohibitionibus, pactis, donationibus, necnon nexibus, oneribus, vinculis, hypothecis, obligationibus, ac aliis prædictis libera, & semper exempta remanere debere; itaut nullo unquam tempore, prætextu prædictorum fideicommissorum, primogenituratum, prohibitionum, pactorum, donationum, nexuum, onerum, circulorum, hypothecarum, obligationum, vel successionum tam ex Testamento, quam ab intestato, emptores, Camera, & successores prædicti molestari, seu inquietari quomodolibet possint, salvis tamen responsionibus, canonibus, censibus, ratione directi dominii, seu cujuslibet alterius superioritatis occasione dictorum bonorum eidem Cameræ debitis. Cæterum volumus, & eidem Congregationi pariter mandamus, ut si ex pretio bonorum vigore præsentium vendendorum, aliquid, solutis debitis, superterit, id quod superfuerit, si bona vendita alicui fideicommisso, prohibitioni, vel alteri cuicunque oneri, seu vinculo subjecta esse constiterit, in aliorum bonorum stabilium, vel locorum montium non vacabilium, quæ eidem fideicommisso, prohibitioni, oneri, & vinculo in locum bonorum venditorum omnino subjaceant, converti curent, & faciant, eorumque fructus singulis annis in aliorum similium bonorum, vel locorum montium emptionem investiri faciant, donec ad valorem, & summam bonorum venditorum ascenderint, quæ pariter omnia fideicommisso, prohibitioni, oneri, ac vinculo hujusmodi in omnibus, & per omnia, prout bona vendita eadem antea erāt subjecta existant. Si vero bona eadem vendita nulli fideicommisso, prohibitioni, seu oneri, & vinculo obnoxia fuerint, Congregatio ipsa partem, quæ superterit, ex pretio hujusmodi, solutis debitis, ut præfertur, ipsis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Baronibus, & Domicellis solvi, & consignari faciant. Civitates vero, Terras, Castra, & loca jurisdictionalia per Cameram Apostolicam in vim præsentium emenda, & acquirenda in Constitutione felicis recordationis S. Pii Papæ V. Prædecessoris nostri de Civitatibus, Terris, Castris, & locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non infeudandis, per triennium a die illarum venditionis computandum, minime comprehendi debere declaramus. Decernentes sic, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Cameræ prædictæ Præsidentes, Clericos, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarios, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibuscunque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus municipalibus Urbis, necnon Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum supradictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, ac investituris, etiam in remunerationem, aut ex quavis alia causa onerosa, aut ex contractu, erectionibus dignitatum, aliisque quibusvis concessionibus dictis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Domicellis sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, & irritantibus, ac aliis decretis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, nec non fideicommissis, ac ultimis voluntatibus, donationibus pactis quorumcunque, aliisque præmissis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toties tenoribus specialis, specifica, & expressa, individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, & forma illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentis, hac vice duntaxat, & ad effectum omnium, & singulorum præmissorum specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, cæterique contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, assumptionis, deputationis, concessionis, impartitionis, revocationis, annullationis, irritationis, subjectionis, substitutionis, subrogationis, declarationum, voluntatum, mandatorum, decretorum, & derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursuum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, septimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

B. Card. Prodatarius.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexiis.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Indictione nona, die vero ultima mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ VIII. Anno quinto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valvis Basilicarum Principis Apostolorum, S. Joannis Lateranensis, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Catarinum Menandi, & Petrum Aloysium Peregrinum Cursores.

Prosper Spada Magister Cursorum.

REverendissimo Cardinal Cesi: Acciò più facilmente si possino spedire li negotii della Congregatione de'Baroni, e de'creditori, che ad essa ricorrono; Però de nostro motu proprio, certa scienza, e pienezza di potestà con il presente nostro chirografo vi diamo piena autorità di potere in tutto quello a voi parerà per conto della Bolla de'Baroni da noi fatta sostituire uno delli Deputati nella predetta Bolla ogni volta, e quello, che vi piacerà con facoltà che insieme con gli altri Deputati, ò almeno con un altro di essi possa fare, & esseguire totalmente quanto si dispone, e contiene nella medesima Bolla, e sì come potria fare la sudetta Congregatione tutta insieme con la persona vostra congregata. Volendo, che le speditioni si debbano sottoscrivere da due di loro congregati, e sotto il vostro sigillo, non ostante detta Bolla, & ogn'altra cosa, che facesse in contrario

rio, à quali tutte per questa volta espressamente deroghiamo, havendo il tenore loro quì per espresso, & inserto etiam de verbo a verbum, & in ogni miglior modo. Dato dal nostro Palazzo Apostolico questo dì 31. Marzo 1599.

URBANUS PAPA VIII.

REverendissimo Cardinal Celsi: Havendo Noi agl'anni passati per li molti lamenti, e querele, che sentiamo di diversi creditori de'Baroni, & altri, che hanno giurisdittione, voluto provedere, che con facilità potessero conseguire i loro crediti, deputammo la Congregatione sopra ciò avanti di voi, con facoltà, che presentati li mandati ottenuti de'crediti, detta Congregatione procedesse sommariamente, & manu regia all'essecutione di essi, & altramente, siccome nella Bolla sopra di ciò spedita sotto il dì 25. di Giugno 1596. quale quì habbiamo per inserta; & essendo che dalla predetta Congregatione, ò da alcuni Deputati in essa per essecutione della detta Bolla si è proceduto in varie cause contro diversi Baroni, & altri sopradetti alla deputatione de'Commissarii, publicatione, & affissione degl'editti, subastatione, e deliberatione di molti Castelli, & altri loro beni, & ancora con l'occasione di esseguire la medesima Bolla si è proceduto alla cognitione delle cause, liquidatione di frutti, ò interessi, ò d'altre pretensioni, e ne sono succeduti senza processo, ne tale di giuditio, e senza servare termine alcuno etiam sostantiale, ma sommariamente manu regia diversi decreti, sentenze, ordini, mandati essecutivi, essecutioni, assegnamenti, e divisioni di quelli fa creditori, & anco si è venuto ad altri atti, istromenti, e scritture e molte volte senza citatione alcuna, ò non valida, havendo solo ascoltate le Parti, & Agenti di esse così estragiudicialmente, e siccome consta negli atti di Marc'Antonio Bruto Notaro deputato, le quali cose tutte, e tenor di esse etiam de verbo ad verbum vogliamo quì si habbino per espresse, & inserte. E perchè il tutto è stato fatto per facilitare l'essattioni, & essecutione di detta Bolla, e conforme all'ordine nostro più volte datovi à bocca; & havendo inteso adesso, che da alcuni per prolongare, & intrigare, ò altrimente si và opponendo della giurisdittione, e della invalidità delle cose predette. E volendo noi togliere via ogni dubio nato, e che potesse nascere sopra la validità di tutte le cose fatte così da voi in Congregatione, come da ciascheduno deputato etiam fuora di Congregatione solo, ò in compagnia d'altri. Però di nostro motu proprio, certa scienza, & plenitudine potestatis con il presente Chirografo, conformandoci con l'intentione nostra primeva sudetta tutti, e singoli atti, decreti, sentenze, processi, divisioni, repartitione, mandati essecutivi, essecutioni, & altre cose sopradette contro qualsivoglia Barone, e persona fatti da detta Congregatione, ò da alcuno di loro Deputati da essa, approviamo, e confermiamo, dandogli ogni vigore, e fermezza necessaria, & opportuna, supplendo ad ogni diffetto in ogni miglior modo &c. Et oltre di ciò con questo dichiarando più la mente nostra, diamo piena potestà à voi, e detta Congregatione, & à chiunque della Congregatione predetta, che sarà da voi deputato à vostro arbitrio, che per l'avvenire ancora oltre l'altre facoltà datevi possiate in tutte, singole, e sopradette cause con tutti incidenti, dependenti, emergenti, annessi, e connessi, così unitamente, come divisamente, e tanto mosse, quanto da moversi, attive, e passive, & in ogni modo frà ciascheduna persona de'predetti, ò per occasione delle cose sopradette contro qualsivoglia persona, e siccome meglio parerà a voi con potestà anco di avocarle da ciascun Tribunale, e Giudice, etiam dell'Auditor della Camera; possiate dico conoscere, sententiare, e far decreti, rilasciar mandati, & esseguirli, e far tutto quello, che in ciò sarà necessario, & opportuno, con facoltà di procederci sommariamente *manu regia sola facti veritate inspecta* senza processo, tale giudiciaria, ò termine alcuno etiam sostantiale ogni giorno, & ogni hora, eccetto le feriate in honor di Dio, non ostante le ferie forse indette, e da indirsi, *& omni, & quacunque appellatione remota*; volendo ancora che in tutte le cause, e differenze pendenti, e rimesse à voi, & al q. Card. Silvio Savello, nella Concordia frà Mario Colonna, & altri Creditori de Savelli fatta con detti Savelli, e Lucretia loro madre, & altri, possiate deputare uno, ò più delli Deputati di detta Congregatione, nel quale, ò quali si concordino avanti di voi le Parti; & in caso di discordia, ò che una delle Parti citata non eleggesse da deputarsi da voi per conoscere come di sopra, decidere, terminare, & esseguire quelle con tutti incidenti, dependenti, emergenti, annessi, e connessi con le medesime facoltà, che habbiamo date nelle altre sopradette. Non obstante le cose premesse, e le Constitutioni, Ordinationi Apostoliche, stile del Palazzo, e la regola *de jure quæsito non tollendo*, e che sia registrato, &c. & ogn'altra cosa in contrario, etiam che bisognasse esprimerla; à quali tutte per questa volta espressamente deroghiamo havendo il loro tenore qui per espresso, & inserto de verbo ad verbum, & in ogni miglior modo, &c.

Dato dal nostro Palazzo Apostolico questo dì 16. di Luglio 1599.

CLEMENS PAPA VIII.

Monsf. Tesoriere Generale della nostra Camera Apostolica, & altri Deputati dalla Congregatione sopra il pagamento de'debiti de'Baroni, acciò per l'indispositione del Card. Cesi, li negotii, e cause pendenti avanti detta Congregatione non restino indietro, mà si attéda alla speditione di quelli: però di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza di potestà di Noi e S. Sede Apostolica con il presente Chirografo ordiniamo à voi Deputati predetti, che per l'avvenire fin tanto che detto Card. Cesi non interverrà à detta Congregatione vi congreghiate insieme, ò in maggior parte, e procediate all'essecutione, e total speditione di detto negotio, e cause, e loro incidenti, e dependenti, publicatione di editti, subastatione, e deliberatione de'beni, facciate decreti, rilasciate mandati, e tutto quello, che sarà necessario, & opportuno secondo il tenore, e dispositione della Bolla sopra ciò fatta da Clemento Ottavo nostro Predecessore, e de'suoi motu proprii, e Chirografi sopra ciò spediti, con dichiaratione, che tutte le speditioni, che si faranno, si debbano sottoscrivere da due di voi Deputati, e con il sigillo del sudetto Cardinale. Volendo, che tutto quello farete tanto unitamente in Congregatione, quanto ciascheduno di voi separatamente già deputato, ò che si deputerà da detta Congregatione, habbia quella stessa forza, e vigore, come se il tutto fosse stato fatto in piena Congregatione con l'intervento di detto Cardinale, non ostante detta Bolla, & ogni altra cosa, che fosse in contrario, à quali tutti havendo quì il loro tenore de verbo ad verbum per expresso, & inserto per questa volta sola deroghiamo.

Data die 29. Martii 1606.

Paulus Papa V.

URBANUS PAPA VIII.

Motu proprio, &c. Ad supremæ nostræ Apostolicæ potestatis officium pertinet providere, ut ea, quæ auctoritate Romanorum Pontificum, & in illius conspectu publice gesta sunt, in dubitationes scrupulum circa illorum validitatem minime prolabantur. Alias siquidem fel. rec. Clemens Papæ VIII. Prædecessor noster volens eorum, qui Baronum, & Domicellorum Status Ecclesiastici creditores erant, debitæ satisfactioni prospicere, motu simili, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine bonæ memoriæ Bartholomæum Cardinalem Cesium, & nonnullos alios tunc expressos, & nominatos super executione mandatorum ad quorumvis creditorum instantiam contra eosdem Barones, Principes, Duces, Marchiones, & Domicellos Status Ecclesiastici, eorumque auctores, parentes, & quosvis antecessores, seu hæreditaria eorum bona per quosvis Judices, & pro quavis summa relaxatorum, ac solutione debitorum eorumque cum amplissimis facultatibus, ac investiturarum, primogeniturarum, alienãdi prohibitionum, fideicommissorum, & aliorum quorumcunque derogatione, aliisque clausulis, declarationibus, & decretis deputavit, prout in ejusdem Clementis Prædecessoris literis desuper expeditis sub datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, septimo Kalendas Julii, Pontificatus sui anno quinto latius continetur, & deinde deputatis prædictis impeditis, & respective vita functis Thesaurarii nostri Generalis pro tempore, necnon diversi Cameræ nostræ Clerici, Officiales, & Ministri, & alii in eorum locum tam ab eodem Clemente, quam aliis Romanis Pontificibus, qui ei successerunt Prædecessoribus nostris per diversa Chirographa, & etiam forsan solo verbo, & vivæ vocis oraculo, vel alias fuerint subrogati, & deputati, quibus etiam aliæ facultates, & forsan ampliores datæ, concessæque exti-

terunt, prout in singulis Chirographis, & scripturis desuper confectis etiam latius continetur; cum autem sicut accepimus pro tempore deputati prædicti, sive omnes insimul, sive pauciores congregati in eorum Congregationibus, primo coram prædicto Bartholomæo Cardinale, & deinde coram Thesaurariis generalibus habitis, seu etiam aliqui ex deputatis hujusmodi extra Congregationem vigore particularium deputationum ab ipsa Congregatione factarum in causis, & negotiis tam conjunctim, quam etiam divisim procedentes ad executionem mandatorum, necnon ad Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, Palatiorum, & immobilium eorundem Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & Domicellorum possessionis apprehensionem, necnon eorumdem Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, Palatiorum, & bonorum immobilium, ad subhastationem, deliberationem, venditionem, & alienationem, ac pretii, & pecuniarum consignationem, negotiorumq; litium, & causarum cognitionem; decisionem, & terminationem fructuum, & interesse liquidationem, instrumentorum confectionem, & celebrationem mandatorum, & aliorum provisionum, & literarum expeditione etiam sub parvo sigillo pro tempore existentis Thesaurarii, ac ad alios actus, sententias, inhibitiones, & decreta, prout in actis dilecti filii Notarii Congregationis pro tempore existentis, ac litium, & causarum hujusmodi etiam latius continetur, devenerit, a nonnullis tamen de validitate gestorum, necnon de Congregationis, & deputatorum hujusmodi jurisdictione, & facultatibus dubitari contingat. Nos omnem dubitationem e medio tollere, ac præmissis opportune consulere volentes, motu simili, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulas Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, Palatiorum, & bonorum quorumcunque possessiones, apprehensiones, & retentiones, necnon subhastationes, deliberationes, venditiones, alienationes, locationes, ac pretii, & pecuniarum deputationes, solutiones, consignationes, divisiones, repetitiones, liquidationes, ac decreta, sententias, mandata, executiones, inhibitiones, nec non derogationes, obligationes tam in forma Cameræ, hypotheeas, instrumenta, & alia per Congregationem prædictam, & illius quomodolibet deputatos tam conjunctim quam divisim, & eorum quemlibet acta, facta, gesta, & ordinata, & omnia inde secuta quæcunque, ac si singulorum tenores præsentibus, & expressi, & ad verbum inserti forent, ita approbamus, & confirmamus, ut ex quocunque vitio nullitatis ex defectu jurisdictionis, & ex quovis capite etiam non expresso, & quomodolibet resultante illa, seu eorum aliqua notari, impugnari, vel revocati non possint, seu debeant. Nos enim nullitatem, & defectum omnem, & quemcunque hujusmodi, si quis sit, ac intervenerit, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omnino supplemus, ac sanamus; præterea literis ejusdem Clementis Prædecessoris cum omnibus Chirographis desuper subsignatis, quarum, & quorum tenores etiam præsentibus haberi volumus pro expressis confirmantes, innovantes, & opportune extendentes Venerabili Fratri Ludovico Zacchiæ Montis Flaconen. & Cornetan. Episc. nostro, & Cameræ Apostolicæ Prothesaurario Generali, & ejus in Prothesaurariatus, seu Thesaurariatus hujusmodi officio pro tempore successori, necnon dilectis filiis Magistris Hieronymo Serlupio Decano, Lilio Biscia, Hieronymo Raymondo, Gregorio, Naro, Clericis Cameræ nostræ prædictæ, ac Antonio Lambardo ejusdem Cameræ Commissario, & dilectis etiam filiis Antonio Cerro Fisci, & dictæ Cameræ Advocatis, & Joanni Jacobo Bulgarino Juris utriusque Doctori Clerico Firman. Diœcesis deputatis ad præsens in dicta, singulos etiam de novo harum serie deputamus etiam aliis pro tempore per nos, & successores nostros Romanos Pontifices deputandis, & subrogandis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus conjunctim omnes, seu idem Prothesaurarius, vel Thesaurarius, & ii, quam Congregationibus coram Prothesaurario, seu Thesaurario prædicto habendis intervenerint, seu eorundem Deputatorum, sicut prædictorum Congregatorum major pars per se, vel per alium, seu alios ex eis ab ipsa Congregatione specialiter deputandos in quibuscunque negotiis, litibus, & causis tam motis, atque pendentibus, quam in futurum movendis contra, & adversus quoscunque Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domicellos nostri Status Ecclesiastici, cum omnibus, & singulis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis ad executionem quorumcunque mandatorum, executionum contra eosdem Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, eorumque auctores, patentes, & quosvis antecessores, seu eorum bona hæreditaria quæcunque per quoscunque Judices, & pro quavis summa relaxatorum, ac pro tempore relaxandorum executionem, ac ad Civitatum, Terrarum, Castrorum Casalium, Palatiorum, & bonorum stabilium possessionis apprehensionem, subhastationem, deliberationem, venditionem, & alienationem, ac ad creditorum omnium, & singulorum integram, & plenariam satisfactionem, ac alias in omnibus, & per omnia juxta formam literarum, & Chirographorum prædictorum, & cum eisdem omnibus, & singulis facultatibus, declarationibus, decretis, derogationibus, & clausulis in eis expressis atque contentis, quas hic pro repetitis haberi volumus, procedant, procedique mandent, & faciant, decernentes præsentem cedulam, cujus solam signaturam, etiam sufficere volumus, & declaramus de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu notari, aut impugnari non posse, neque debere; sicque, & non aliter in præmissis; omnibus, & singulis in quavis instantia per quoscunque Judices, &c. Etiam Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, & Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos sublata, &c. judicari, & definiri debere; irritumque, & inane quidquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibuscunque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac legibus municipalibus Urbis, ad Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum supradictorum, & juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, ac investituris etiam in remunerationem, aut ex quavis alia causa, onerosa, aut ex contractu, erectionibus dignitatum, aliisque quibusvis concessionibus dictis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis sub quibuscunque verborum formis, ac tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis etiam irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, approbatis, & innovatis: necnon fideicommissis, ac ultimis voluntatibus, donationibus, pactis, quorumcunque, necnon defectibus, aliisque præmissis, ac nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & præsertim de jure quæsito non tollendo; & omnibus, & singulis etiam, quæ idem Clemens Prædecessor in dictis ejus literis voluit, ac tam ipse, quam alii Prædecessores nostri Romani Pontifices in eorum Chirographis singulis supradictis voluerunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes hac vice duntaxat, & ad effectum omnium, & singulorum præmissorum specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1624. die vero 30. mensis Martii, Pontificatus nostri anno primo.

Placet motu proprio M.

Monsignor Durazzo Tesoriere Generale della nostra Reverenda Camera Apostolica, & altri Deputati della Congregatione sopra il pagamento de' debito de' Baroni dello Stato Ecclesiastico. Intendendo noi, che dall'Anno 1596. che fù eretta detta Congregatione da Clemente Ottavo nostro predecessore, si sia proceduto per l'essecutione di essa contro tutti li Baroni, e Domicelli del nostro Stato Ecclesiastico ad instanza delli loro creditori, senza che nissuno habbia mai havuto ardire di opporsi alli Commissarii mandati per pigliare il possesso, ò frutti delli Castelli, e Beni di detti Baroni, nè di dare alcuno impedimento à qualsivoglia ordine di essa Congregatione; e che solamente Giovanni Bernardino Scotti da Narni del mese di Agosto passato si sia non solo armata mano opposto al Commissario mandato da voi ad instanza de' suoi creditori, mentre era in atto di pigliare alcuni grani raccolti nelli suoi beni, de quali,

quali, e del Castello di Santo Vito posseduti da detto Giovanni Bernardino n'era già stato preso possesso d'ordine di detta Congregatione, & habbia impedito l'essecutione degl'ordini nostri, mà anco minacciato contro la vita di detto Commissario, e forsi commesso altri eccessi, e che però d'ordine vostro datovi dalla medesima Congregatione, ne sia stato formato processo informativo; e volendo noi, che verificandosi tal delitto, siccome il detto Giovanni Bernardino sarà stato il primo à presumer tanto, così con l'essempio del suo castigo s'ammonisca ogn'altro per l'avvenire; però di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della potestà nostra, approvando, e confermando quanto fin'hora d'ordine di essa Congregatione, ò d'alcuno delli Deputati da essa è stato fatto per tal conto, vi ordiniamo, che tanto contro detto Giovanni Bernardino, & altri complici per il sopradetto delitto, & altri, che havessero commessi, quanto anco per l'avvenire contro qualsivoglia persona, grado, conditione, e preeminenza per simili, ò altri delitti, & eccessi, che in qualsivoglia tempo commettessero, tanto in Roma, e suo distretto, quanto in qualsivoglia luogo contra Commissarii, Notari, ò altri Ministri di detta Congregatione, overo, che si commettessero dalli medesimi Commissarii, Notari, e Ministri contro li ordini di essa Congregatione, ò per causa di essi, ò da quelli dependenti, *etiam privative quoad omnes alios Judices Romanæ Curiæ, & extra*, possiate procedere per voi stessi deputati di detta Congregatione, ò per uno di voi, ò per altro, ancorchè fuori del numero di detta Congregatione deputato, ò da deputarsi da essa alla cognitione di detti delitti, & eccessi civilmente, e criminalmente, come parerà à detta Congregatione, e fabricando processi, facendo decreti, dando sentenze, & assolvendo, ò condannando nelle pene, che saranno di ragione contro tali delinquenti, e transgressori, rilassando essecutioni, e facendo altri atti, e termini necessarii, e con le medesime facoltà, che hanno l'Aud.Cam. & altri Giudici ordinarii di Roma, e con tutte l'altre concesse à detta Congregatione per le cause civili nella sudetta Bolla, & altri Chirografi, e motu proprii tanto da Clemente Ottavo, & altri nostri Predecessori, quanto da noi medesimo, dichiarando, che per la cognitione di dette cause, deputationi, & altri decreti, & atti tanto fatti fin'hora, quanto da farsi per l'avvenire in detta Congregatione, e fuori di Congregatione, non incorriate in alcuna censura Ecclesiastica, irregolarità, ò inabilità, ancorchè si trattasse di pena capitale, purchè in tal pena capitale non sententiate per voi stessi, non ostante le cose predette, l'Ordinationi, e Constitutioni Apostoliche, e stile di Palazzo, e regola *de jure quæsito non tollendo*, e che il presente Chirografo non sia registrato, &c. Et ogn'altra cosa, che facesse in contrario, e che da detto Clemente, & altri nostri Predecessori, e da noi medesimo è stato dichiarato, non ostar in detta Bolla, Chirografi, e motu proprii, à quali cose contrarie havendo il loro tenore qui per espresso, & inserto di parola in parola per questa volta, e per l'effetto sudetto, espressamente deroghiamo in ogni miglior modo.

Dato nel Palazzo di Monte Cavallo li 15. Decemb. 1630.

URBANUS PAPA VIII.

Monsignor Cesi nostro Tesoriere Generale, & altri Deputati della Congregatione de' Baroni essendo venuto à nostra notitia, che si siano fatte molte vendite dalla Congregatione sudetta di Città, Castelli, Terre, & altri beni giurisdittionali, & anco non giurisdittionali posseduti da Baroni di Roma, e nostro Stato Ecclesiastico per pagar debiti fatti tanto da loro, quanto dagl'antecessori; possessori, e detentori di dette Città, Terre, Castelli, e Beni non solo di consenso delli medesimi Baroni, mà anco essi contradicenti, e reluttanti, secondo le facoltà di detta Congregatione instituita da Clemente VIII. di felice memoria nostro Predecessore, e da noi confermata con nostro moto proprio, e che se bene si siano fatte dette vendite con licenza nostra, overo delli Pontefici nostri Predecessori data con particolari Chirografi, nelli quali amplissimamente, oltre le derogationi di detta Bolla, si sia anco derogato à tutti, e singoli fideicommissi, primogeniture, sostitutioni, e prohibitioni d'alienare dette Città, Terre, Castelli, e Beni, & à qualsivoglia vocatione, vincolo, & ostacolo, che si potesse da qualsivoglia persona pretendere per vigore di Testamenti, Codicili, donationi, & investiture, & ogn'altra dispositione, come apparisce dalla medesima Bolla, e Chirografi, alli quali vogliamo, che s'abbia relatione, come se di parola in parola tutti, e singoli fossero espressi, & inserti nel presente nostro Chirografo, nondimeno non ostante, che ò in tutti, ò in quella parte, che ostaue alle cose in essi ordinate, ancora si dubita, che dette vendite, ò alcune di esse non si pongano in controversia, per non essersi formalmente, ò almeno nelle cose sostantiali osservata pontualmente detta Bolla, & in particolare circa quello, che detta Bolla comanda, che tutto il residuo del prezzo, che avanzerà, pagati tutti li debiti, costando di detti fideicommissi, sostitutioni, & altri vincoli, come sopra, si debba investire, e tutto il frutto di detto investimento si debba sempre moltiplicare, finche reintegrato il valore de' beni venduti, il che non si è osservato in detti Chirografi, nelli quali non si è ordinato, che si moltiplicasse tutto detto residuo, mà ò niente, ò qualche parte anco minima, & in alcune vendite solamente, anzi oltre il prezzo servito per pagar debiti in alcuno di essi Chirografi, e vendite, quando si sono fatte con consenso de' Baroni s'è anco concessa qualche parte di detto prezzo avvanzato à libera dispositione delli medesimi Baroni per soccorrere alli loro bisogni, benchè di essi non constasse, se non per la loro assertione; al che desiderandosi di provedere dalla medesima Congregatione de' Baroni è venuta in parere, che si debba procurar d'ottenere da noi non solamente la confermatione delle vendite fatte per il passato, mà anco la facoltà di poterle fare per l'avvenire nel modo, che paresse à noi, considerando per le passate, che sia giusto, che li Compratori vengano assicurati, acciochè trà essi, e li successori de' Baroni, e poi trà li medesimi Baroni, e li Creditori non nascano liti con dispendio, e travagli di tutti, e che essendosi fatte le vendite da tanto tempo in quà con Chirografi ò nostri, ò de nostri Predecessori, e con l'autorità di detta Congregatione non convenga, che siano poste in controversia per detti capi, mà osservate in perpetuo, come s'fatto fin'hora, e che tal osservanza sia molto ragionevole, e però si debba mantenere non solo per il passato, mà anco per l'avvenire, per non rendere difficili le vendite da farsi delli beni de' Baroni; e perchè sarebbe anco molto duro il privare il Barone venditore di tutto il frutto, e prezzo de' suoi beni per investirlo, e moltiplicarlo, quando fossero debiti fatti da suoi antecessori in tutto, ò in parte, ò anco da lui medesimo per cause necessarie, overo allo stato suo convenienti, e massime quando non havessero altri beni, con li quali potessero sostentarsi secondo il grado loro, perche questo poi cedesse à commodo, & utile delli descendenti, ò agnati, forse remotissimi, ò anco estranei chiamati nelli fideicommissi, ò investiture; & essendosi fatta à noi relatione del parere di detta Congregatione per le sudette, & altre ragioni anco più diffusamente considerate per maggiormente assicurarsi, habbiamo anco deputata un'altra Congregatione particolare di Prelati, cioè Monsignor Panzirolo Auditor di Rota, Monsignor Meraldo Segretario de Brevi, Monsignor Contiloro Secretario della Consulta, Monsignor Cerri Avvocato Fiscale, Monsignor Ghini Commissario della Camera, & il Roncone Sottodatario, nella quale s'è risoluto, che sia giusto non solo il confermare le vendite fatte per il passato, non ostante li difetti sopra espressi, mà anco, che si debba provedere per l'avvenire nel modo, che si dirà; presodi nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza dell'autorità Apostolica confermiamo, & approviamo tutte, e singole vendite fatte con nostra licenza, ò de' nostri Predecessori, volendo, che non si possano, ne debbano in modo alcuno controvertere nè in giuditio, nè fuori non solo nella nostra Congregatione, ma nè anco in qualsivoglia altro Tribunale; ma esse si debbano osservare, & esseguire nel modo, e forma, che sopra di esse sono stati speditj li Chirografi da noi, e nostri antecessori, e conforme all'instrumenti di esse celebrati dalle Parti, ò da detta Congregatione, ò alcuno delli Deputati da essa, non ostante che la forma di detta Bolla in dette vendite, Chirografi, & istromenti, non si sia puntualmente osservata circa l'investimento, e moltiplico di tutto il prezzo, che pagati li debiti sarà avvanzato. Inoltre vogliamo, & ordiniamo, che nelle vendite da farsi per l'avvenire, ancorche consti, che le Città, Terre, e Castelli, & altri beni da vendersi per pagar li debiti de Baroni siano soggetti ad alcun fideicommisso, sostitutione, prohibitione, ò alienatione, ò altro vincolo, tanto per testamenti, e codicilli, & altre ultime volontà, quanto per donatione, investitura, e qualsivoglia contratto, ò dispositione inter vivos, sia in arbitrio vostro, ò della

maggior parte di voi, se non sarà data altra forma nelli Chirografi nostri, e de nostri Successori di far moltiplicare tutto, ò niente, ò parte solamente delli frutti dell'investimento, che si farà del residuo del prezzo, che avanzerà, pagati li debiti de'Baroni, & anco di assegnare parte di detto prezzo à detti Baroni per loro bisogni, secondo che, considerate le circostanze, le quali circa di questo concorreranno, stimarete giusto, & conveniente, anco con la sola informatione estragiudiciale, e senz' alcuna tale giudiciaria, ò citatione d'alcuno interessato; con questo però, che avanti d'esseguire quello sarà risoluto debbiate deputare uno, ò due della medesima Congregatione; quali facciano relatione in iscritto di detta relatione, à noi, ò successori nostri, la quale seguita, e speditone il Chirografo secondo la forma, che a noi, e successori nostri parerà, e piacerà di prescrivere, così si debba poi esseguire, rimossa ogni eccetione, appellatione, ricorso, e restitutione, e rimedio ordinario, e straordinario, e che contra di esso, e il presente Chirografo non si possa mai dire di nullità, obrettione, ò subrettione, difetto della nostra intentione, ò altro difetto anco sostantiale; mà così si debba giudicare da qualsivoglia Giudice ordinario, e delegato anco Auditor di Rota, e della Camera, e dalli Chierici di essa, & anco da Cardinali Camerlengo, e Legati di Latere, e da voi, e detta Congregatione, e qualsivoglia altro Tribunale con la clausula sublata, e decreto irritante, non ostanti le cose sudette, & in questa parte detta Bolla di Baroni, confirmata da noi, & ogni Legge, Statuto, Constitutione Apostolica, uso, stile, e consuetudine, & anco le Regole di Cancellaria, & in particolare quella *de jure quæsito non tollendo*, & ogn'altra cosa, che ostasse, alle quali tutte havendo il loro tenore per espresso di parola in parola espressamente per questa volta, & à quest'effetto solamente deroghiamo.

Dato nel nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo di 14. Agosto 1641.

URBANUS PAPA VIII.

Moderatio Constitutionis editæ à Clemente VIII. circa distractionem Castrorum, & bonorum, etiam fideicommissariorum, pro satisfactione creditorum Baronum, & Domicellorum Status Ecclesiastici, quod non habeat locum quoad debita contracta post sex menses a die archiviationis instrumentorum, ac vinculatione bonorum.

URBANUS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanum docet Pontificem ea, quæ a suis Prædecessoribus licet rationabiliter statuta, & ordinata esse reperiantur, cum justæ suadent causæ, moderari, & immutare, prout ipse rerum, & personarum ac temporum qualitatibus debite consideratis conspicit in Domino salubriter expedire.

Alias siquidem felic. recordat. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster, ut Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum ac Domicellorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditorum tam in Urbe, ejusque districtu, quam in universo Statu Ecclesiastico existentium creditoribus pro facili, & expedita pecuniarum eis debitarum consecutione, aliqua opportuna ratione consuleret, per quandam suam Constitutionem, Motu ejus proprio sub Datum videlicet 7. Kalend. Julii Pontificatus sui anno quinto editam, omnibus, & quibuscunque investituris, concessionibus, donationibus, fideicommissis, primogenituris, & alienandi prohibitionibus, necnon pactis de succeden. tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus purificatis, & purificandis super Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, Palatiis, & aliis bonis immobilibus per quoscunque accenden. seu Collaterales, ac penitus extraneos, & forsan ipsos Romanos Pontifices Prædecessores suos etiam motu simili, & Consistorialiter emanatis, & sub quibuscunque clausulis, vinculis, & cautelis quomodolibet factis, & confirmatis; quorum omnium, & singulorum tenores pro expressis haberi voluit, ad effectum, ut Civitates, Terræ, Castra, Casalia, Palatia, & alia bona hujusmodi, præviis eorum pro satisfacien. ex illorum pretio creditoribus prædictis sub certis modo, & forma tunc expressis, subhastatione, & deliberatione, semper, & perpetuo penes illorum emptores, & eorum successores libera, & exempta remanerent, ac etiam regulæ de non tollen. jure quæsito plenissime, & latissime Apostolica auctoritate derogavit, & successive mentem suam amplius declarando, Congregationi desuper institutæ, necnon cuilibet ex personis ipsius Congregationis, certo etiam tunc expresso modo deputato ultra facultates jam concessas, ut in omnibus, & singulis causis super præmissis active, & passive, ac alias quovis modo inter quascunque ex supradictis, vel eorundem præmissorum occasione, etiam alias personas motis, & movendis, etiam prævia pro tempore existente causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditore, & aliis quibuscunque Judicibus avocatione procedere, decreta facere, sententias ferre, mandata relaxare, eaque executioni demandare, aliaque circa præmissa necessaria, & opportuna facere summarie, manu regia, sola facti veritate inspecta, absque processu, ac tela judiciaria, nec non terminorum etiam substantialium observatione, singulis diebus, præterquam in honorem Dei feriatis, ac feriis indictis, & indicen. non obstan. ac omni, & quacunque appellatione remota, procedere libere, & licite posset, facultatem concessit, prout in uno, seu pluribus ejusdem Prædecessoris Chirographis, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus emanatis, necnon Constitutione prædicta plenius continetur.

Nos matura deliberatione præhabita providere pensantes, quam justum, & rationabile, ac legibus consentaneum sit, ut suprema Testatorum voluntas, contractus, investituræ, aliæque dispositiones quæcunque quantum fieri potest effectum sortiantur, & ut simplicitati, seu facilitati, qua dicti creditores bonam fidem Principum, & aliorum debitorum prædictorum secuti sunt, exemplo prædicti Clementis Prædecessoris salubri aliquo temperamento consulendum; ita rationem potissimum ad hoc opportunam jucundam esse censuimus, ut inter eos, qui fideicommissa, prohibitiones, pacta, primogenituras, aliaque præmissa, ac onera, & vincula prorsus ignorantes, & alios, qui illa scientes, sed fortasse nescire simulantes; nihilominus cum eisdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque successoribus supradictis remedio Constitutionis prædictæ freti contra hunc distinctio fiat: quandoquidem illi commiseratione digni, isti vero tanquam ultimas hominum voluntates eludere artificiose satagentes, dictæ Constitutionis beneficio, quo facilius ad pecunias, merces, & alia bona credendum inducuntur, indigni omnino censendi sunt. Proinde Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domicellos supradictos, qui debita quomodocunque contrahunt, ad fideicommissorum, prohibitionum, pactorum, primogeniturarum, aliorumque onerum, & vinculorum hujusmodi instrumentorum desuper forsan editorum, ac penes se forsan secrete, & ad effectum personas de illis ignaras in sua nomina alliciendi retentorum manifestationem inducere volentes, ac Constitutionis, & Chirographorum prædictorum totos, & integros tenores etiam veriores, perinde, ac si illi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes; Motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Constitutionem prædictam, cum inde secutis, ut præfertur, Chirographis de cætero indebitis, quæ ab eisdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque successoribus hujusmodi post sex menses a die, quod fideicommissorum, prohibitionum, pactorum, contractuum, investiturarum, primogeniturarum, aliorumque onerum, vinculorum, & dispositionum tamen hactenus institutorum, quam imposterum perpetuis futuris temporibus instituen. instrumenta, seu documenta in Archivio Nostro Urbano exhibita, necnon bona in eis obstricta, vel vinculata, indicata, & in eodem Archivio descripta fuerint, computandos quovis modo, & ex quacunque causa, seu occasione imposterum contrahentur, etiamsi creditores prædicti, Pupilli, Viduæ, Societates, Collegia, Confraternitates, & alia loca Pia quovis nomine nuncupata, & quantumvis exempta, ac etiam dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; aut alias quantumvis privilegiati, & speciali nota digni existant, & quacunque etiam Regali, Imperiali, seu alia præfulgeant dignitate, locum non habere debere, eadem Apostolica auctoritate tenore præsentium, decernimus, & de-

& declaramus, ac Constitutionem prædictam cum inde secutis Chirographis, in hac parte duntaxat, itaut pro debitis post sex menses a die factæ archiviationis fideicommissorum, prohibitionum, investituratum, contractuum, primogenituratum, & aliorum præmissorum, ac Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, & aliorum bonorum, fideicommissis, prohibitionibus, pactis, primogenituris, aliisque oneribus, & vinculis hujusmodi, ut præfertur, vel alias quomodolibet obnoxiorum, sed tanquam talia ab eisdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque successoribus, hujusmodi, venditionem, & pretii consignationem nullo modo deveniri possit, etiam perpetuo moderamur, corrigimus, & limitamus.

Et nihilominus, quod si novum debitum etiam elapsis dictis sex mensibus archiviationem, indicationem, & descriptionem hujusmodi subsequentem, ad effectum antiquum debitum extinguendi, reportata per novum creditorem jurium cessione creari contigerit; Constitutio prædicta, cum inde secutis Chirographis quoad novum debitum hujusmodi, prout etiam, ne publica fides eludatur, quoad loca Montium tam hactenus erecta, quam pro tempore erigenda, etiamsi illorum erectiones, quam impostetum, nisi sufficientibus assignatione, & pensata qualitate, & quantitate bonorum, quatenus opus sit, cautione, tam pro fructibus, quam pro sorte principali datis, & concurrentibus urgentissimis caussis, ac de consensu ad successiones, fideicommissa, & primogenituras vocatorum, & in eisdem, ac aliis præmissis quomodocunque interesse habentium consensu, ac illa pro tempore consequi, & obtinere debentium, evidenti utilitate concedere nullo modo intendimus, & alias a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, quos in eandem sententiam ituros arbitramur, per subreptionem, & obreptionem emanatas, & extortas nullas, & nullius roboris, ac momenti fore, esse, & censeri, nullique suffragari posse, & debere, ac si concessæ non essent, etiam decernimus, in dicto Archivio non annotatæ, neque præsentatæ fuerint, in omnibus, & per omnia locum habere, & servari debere, necnon quod pro omnibus, & singulis quomodocunque creatis, & undecunque provenientibus debitis, eorumque satisfactione super omnibus bonis cujuscunque generis non vinculatis, sed liberis, ac etiam super bonorum vinculatorum, etiam in Archivio descriptorum ad eos, qui contraxerunt debita, spectantibus fructibus eorum vita durante, juxta juris communis dispositionem: sed & pariter super ipsis bonis vinculatis, & ut præfertur descriptis, siquidem debita fuerint de Sedis Apostolicæ licentia, cum derogatione vinculorum hujusmodi contracta, in vim dictæ Constitutionis, & juxta illius formam procedi possit, & debeat; eandemque Constitutionem, & Chirographa, pupillos, & alias omnes personas quantumvis privilegiatas prædictas non solum active, sed etiam passive in prædictis Constitutione, & Chirographis comprehensas fuisse, & comprehendi debere, eisdem auctoritate, & tenore similiter declaramus, & decernimus.

Sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, aliosque Cardinales etiam de Latere Legatos, & Prolegatos, dictæque Sedis Nuncios, & causarum Curiæ Cameræ præfatæ generalem Auditorem ac Thesaurarium, & Præsidentes Clericos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane etiam decernimus.

Non obstantibus piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri de rebus interesse dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandi, & insinuandi, ac prædicta Clementis, cui quoad partem, ut præfertur, moderatam, correctam, & limitatam, necnon Chirographis prædictis illis alias semper, & perpetuo in suo robore permansuris specialiter, & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine hujusmodi harum serie derogamus, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædecessor in dicta ejus Constitutione voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque.

Ut autem in bonis vinculatis succedere debentium, & illorum quorumcunque indemnitati facilius consulatur; Volumus, & statuimus, unicuique etiam interesse non habenti, cuilibet videlicet de populo licere fideicommissa, & cujuscunque tenoris vincula, aliaque præmissa in Archivio prædicto exhibere, & bona vinculata indicare, ac describi facere; & talem exhibitionem, indicationem, & descriptionem pro debitis factis per sex menses exinde subsequentem etiam ab iis, qui exhibitionem, indicationem, & descriptionem facere non curaverint ad effectum præmissorum sufficere, Ita ut semel facta exhibitio, indicatio, & descriptio semper, & in futurum perpetuis futuris temporibus contra quoscunque interesse habentes suffragentur.

Nec non dilectum filium modernum, & pro tempore existentem dicti Archivii Conservatorem ab librum particularem, in cujus una nomina, & cognomina fideicommittentium, & alias disponentem; in altera vero partibus loca nominatim, & bona fideicommissis, & aliis vinculis supposita fideliter sub literis Alphabeti adnotata reperiantur palam, & publice habendum, ac tam illum, quam omnia, & singula instrumenta, testamenta, & alia præmissa concernentem in dicto Archivio nunc, & pro tempore insinuata seu ad custodiendum tradita, indicata, & descripta omnibus, & singulis de illis notitiam habere, eaque legere volentem, exhibendum, & illorum copiam petentibus concedendum, competenti mercede respective recepta omni mora, & dilatione postpositis teneri.

Utque præsentes, & in eis contenta ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit, mandamus, quod eædem præsentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in Acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt perinde afficiant, & arctent, ac si unicuique illorum personaliter intimata, & notificata fuissent.

Utque illarum transumptis etiam impressis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipsismet adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam decretorum, declarationum, moderationis, correctionis, limitationis, derogationis, voluntatis, statuti, & mandati nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 22. Septembris 1631.
Pontificatus nostri anno nono.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Indictione decima quarta, die vero vigesima secunda mensis Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini URBANI Divina Providentia Papæ VIII. anno ejus nono, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem per aliquod temporis spatium earundem literarum originalibus appensis, deinde amotis, illorumque postea exemplaribus ibidem relictis affixis, per me Joseph Masseum Romanum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Augustinus de Bolis pro Mag. Cursorum.

Ad Ornatum Disc. XXXI.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio super electione Signaturæ Justitiæ Votantium, & indulto eisdem concesso Roccbettum in Romana Curia, & Cappam magnam in ejusdem Signaturæ Collegiali congressu deferendi.

INNO-

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

INter gravissimas, & multiplices curas, quibus ex debito pastoralis officii humilitati nostræ divinitus crediti incessanter urgemur, in illam peculiaribus studiis intendimus, per quam administratio justitiæ nedum ab absurdis, quæ irrepserant, vindicetur, sed in meliorem formam redacta, exactiori ordini restituta, ac judicibus majori tum virtutis, tum honoris prærogativa decoratis commissa, in dies magis magisque refulgeat.

Hujus considerationis intuitu, cum alias particularem Congregationem nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super abusum præsentium judicialium reformatione deputaverimus, quamplura ab eadem Congregatione desuper edita, & impressa Decreta oretenus approbavimus, necnon de ejusdem Congregationis consilio nostris anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, quintodecimo Kalend. Octobris sub plumbo expeditis literis, particularia Almæ Urbis nostræ Tribunalia ex privilegio constituta suppressimus, & abrogavimus, eademque privilegia, & Tribunalia ad Jus commune, & Judices ordinarios memoratæ Curiæ reduximus. Et ulterius, ut Officia Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, necnon ejusdem Cameræ Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Præsidentis, quæ prius mediante pretio ad vitam concedi consueverant, in posterum ad nostrum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum Viris vitæ, & morum integritate præstantibus, literarum scientia præditis, rerumque humanarum experientia insignibus, ad majorem Dei gloriam ejusdem Romanæ Curiæ, & Prælaturæ decorem, necnon virtutis incitamentum, & præmium gratis, & nullo recepto pretio concederentur, per alias similes nostras eodem anno, decimo Kalend. Novembris expeditas literas, præfatorum Officiorum venalitatem suppressimus, extinximus, removimus, & abolevimus.

Et insuper ex tunc etiam ad nostrum Signaturæ Referendariorum Collegium, quod alias fel. record. Alexander PP. VIII. Prædecessor noster in suis similibus literis sub Dat. videlicet anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo quinquagesimo, non Idibus Junii inter cætera erexit, & instituit, ac ex duodecim Signaturæ Justitiæ Votantibus sub eorum Capite, & Moderatore ejusdem Signaturæ Justitiæ pro tempore existente Præfecto, repræsentari voluit, mentis nostræ aciem convertentes, & ut ad præfatum Collegium Viri similiter dignissimi quoad fieri posset semper admitterentur, cupientes, consideravimus, quod licet idem Alexander Prædecessor in præfatis suis literis hujusmodi Votantes de corpore, & numero dictorum Referendariorum eligendos esse statuisset, nulla facta mentione, an eligendi essent priores, seu antiquiores Referendarios, diuturnus tamen usus ante, & post easdem literas invaluerat, in Votantes præfatos assumendi, seu eligendi dictos priores, seu antiquiores Referendarios. Quocirca nos virtutis præstantiam non in sola muneris prioritate, seu antiquitate consistere, & aliquando posteriores in officio prioribus doctiores, & aptiores existere, perpendentes, & propterea antiquitatis rationem non nisi cæteris paribus habendam esse volentes, motu proprio ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ex tunc memoratum Collegium deinceps fore mere, simpliciter, & duntaxat electivum, nec in ejusmodi Votantium electione, seu assumptione muneris, vel officii Referendarii proprietatem fore amplius attendendam; sed Votantes hujusmodi ad nostram, & pro tempore existentis Romani Pontificis electionem, & providam deliberationem, habito ad virtutis prærogativam, & meritorum excellentiam respectu, eligendos, & assumendos esse statuimus, decrevimus, & declaravimus, & pro majori hujusmodi statuti, decreti, & declarationis firmitate, ac prompta, & opportuna executione antiquum, seu tunc existens Signaturæ Justitiæ Votantium Collegium penitus, & omnino suppressimus, ac extinximus, novumque partim ex antiquis, & partim ex tunc noviter assumptis Votantibus pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantioribus, Collegium hujusmodi, cum omnibus, & singulis eidem Collegio quomodolibet concessis, seu competentibus juribus, facultatibus, prærogativis, præeminentiis, & privilegiis ereximus, & constituimus.

Cum autem super præmissis literæ Apostolicæ adhuc confectæ non fuerint, & memoratam præfati Collegii renovationem, seu reformationem, cujus exactam rationem in vacationibus, & electionibus respective interim subsecutis habuimus, administrationi justitiæ valde proficuam, & decori ejusdem Collegii admodum consentaneam, trium pene annorum experientia edocti fuerimus; Hinc motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam tenore præsentium præmisso plenissime, & amplissime approbamus, confirmamus, & innovamus, illiusque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus; & nihilominus omnia, & singula præmissa iterum, & ex integro, etiam harum serie statuimus, decernimus, & declaramus, ac in omnibus, & per omnia perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcusse observari volumus, & mandamus.

Præterea ad præclarum hujusmodi Signaturæ Justitiæ Votantium Collegium, necnon ad laudabilia probitatis, & virtutum dilectorum Filiorum modernorum Votantium hujusmodi merita paterne dirigentes considerationis intuitum, ac benigne perpendentes, quantum decoris ex præfato Collegio Romanæ Curiæ, quantumque utilitatis ex sedulo illorum labore justitiæ administrationi proveniat, eosque proinde, ac illorum successores, ut alacrius fidem, operam, industriam, & sedulitatem in tanti muneris exercitio adhibere studeant, aliqua majoris honorificentiæ accessione decorare, ampliorisque favore gratiæ prosequi volentes, ac ipsorum modernorum Votantium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, præfatis modernis, & pro tempore perpetuo existentibus Signaturæ Justitiæ Votantibus, ut de cætero in omnibus, singulis, & quibuscunque congregationibus, sessionibus, processionibus, pompis, consiliis, & functionibus, negotiis, cæterisque actibus publicis, & privatis, etiam coram nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus successoribus nostris Rocchettum in præfata Romana Curia palam deferre, & gestare, illoque induti publice incedere, & comparere, necnon Cappas magnas, quibus iidem Votantes in Capella nostra utuntur, similiter quando Causarum commissionibus, aliisque resolutionibus in Signaturæ Justitiæ congressu collegialiter assistunt, etiam deferre, & gestare libere, & licite possint, & valeant, earundem tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Decernentes, easdem præsentes literas, etiam ex eo, quod antiqui, seu tunc existentes Votantes, veteris, seu ut præfertur, tunc suppressi Signaturæ Justitiæ Votantium Collegii, ac alii quicunque etiam speciali nota digni in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes iisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliave quavis de causa quantumvis legitima, & juridica, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quocunque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, minusque subsimilium, vel dissimilium gratiarum moderationibus, limitationibus, revocationibus, & quibuscunque aliis contrariis dispositionibus per quoscunque Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem prædictam, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & faciendis comprehendi: sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub posteriori Data quandocunque eligenda de novo concessas semperque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac dictis Signaturæ Justitiæ Votantibus suffragari, & omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit invio-

inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, præeminentia, aut potestate fugentes, & functuros, nunc, & pro tempore existentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, & aliis quibuscunque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, necnon prædicta, aliisque quibuscunque, quantumvis antiquissimis, & immemorabilibus consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis ad favorem utriusque, vel alterius Signaturæ nostræ Referendariorum, vel Votantium, seu eorum, & quorumcunque Collegiorum, vel Tribunalium, etiam speciali nota dignorum, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet per Prædecessores nostros Romanos Pontifices concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, vel insererentur, iidem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, invocationis, statuti, decretorum, declarationis, voluntatis, mandati, absolutionis, concessionum, indulti, & derogationis, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, tertiodecimo Kalendas Augusti. Pontificatus nostri Anno quinto.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione tertia, die vero vigesima Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ duodecimi anno ejus quinto, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Stagium ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Joannes Græcus Magister Cursorum.

Ad Ornatum Disc. XXXIII.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Suppressio venalitatis Officiorum causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, necnon ejusdem Cameræ Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Præsidentis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

AD hoc unxit nos Deus oleo lætiæ præ consortibus nostris, ut justitiam, quæ est præparatio sedis nostræ, incessantibus studiis diligamus, quod tunc laudabiliter, ut par est, nullo nostrorum meritorum suffragio, sed ineffabili Omnipotentis Dei bonitate, & providentia adimplemus, cum via regia incedentes, neque ad dexteram declinantes, neque ad sinistram aliqualiter deviantes, jus suum unicuique tribuere, eosque, quos præsertim juri, necdum in causis privatorum, sed Fisci nostri dicendo, necnon Sedis, & Cameræ Apostolicæ bonis juribus, & reditibus administrandis, & tuendis respective in partem sollicitudinis evocamus, personarum acceptione non facta, divitiarum sorte posthabita, ac meritorum, & virtutum collatione duntaxat librata, undequaque dignos, & præstantiores eligere satagimus.

At dum ad præcipua Romanæ Curiæ Prælatorum, nimirum causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, ac ejusdem Cameræ tum Thesaurarii Generalis, tum duodecim Clericorum Præsidentium, necnon alterius Præsidentis vacabilia, & interim fructifera Officia, quæ rationabilibus olim suadentibus causis, seu gravibus tunc urgentibus necessitatibus alias decuit recepto pretio concedi, & successive durantibus, & plerumque adauctis iisdem necessitatibus, vel causis, opus, seu opportunum visum fuit, similibus concessionibus instaurari, mentis nostræ oculos sedula meditatione convertimus; exinde viros alioquin dignos, solvendo tamen pretio hujusmodi impares, aliquando prætermitti, necesse esse, non sine gravi animi nostri mœrore perpendimus.

Hinc ut sola virtutum præstantia in hujusmodi Officialium circumspecta, & justa electione præponderet, atque contra præfatam Romanam Curiam obloquendi, & oblatrandi invidis, & infensis ejus detractoribus calumniosa hujusmodi tollatur occasio, quantum nobis ex alto conceditur providere volentes, justum Officiorum prædictorum, & cujuslibet illorum pretium, quin etiam quidquid pro expeditione in eorundem Officiorum acquisitione fuerat expensum, ascendens in totum ad summam decies centenorum, & viginti millium septingentorum sexdecim scutorum monetæ Romanæ, unicuique ex præfatis Officialibus pro sui Officii valore, & expensis prædictis, in primis & ante omnia, prout in nostro die undecima currentis mensis Octobris desuper confecto, & manu nostra subscripto Chirographo, cujus tenorem haberi volumus pro expresso, uberius continetur, restitui mandavimus.

In cujus executionem, dum pretii, & expensarum hujusmodi integra, & effectiva restitutio, iisdem Officialibus in id consentientibus, subsecuta fuerit, Officiorum prædictorum venalitati in posterum occurrere volentes; motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratorum Officiorum venalitatem tenore præsentium penitus, & omnino tollimus, supprimimus, extinguimus, removemus, & abolemus: Volentes, & mandantes, ut hujusmodi Officia ante hac in perpetuum, seu ad vitam concedi solita, in posterum ad nostrum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, & dictæ Sedis Apostolicæ beneplacitum, viris vitæ, & morum integritate præstantibus, literarum scientia præditis, rerumque humanarum experientia insignibus, ad majorem Dei gloriam, Romanæ Curiæ, & Prælaturæ decorem, necnon virtutis incitamentum, & præmium, gratis, & nullo recepto pretio concedantur.

Volumus tamen, & decernimus, omnia & singula emolumenta tam ordinaria, quam extraordinaria, jura, bona, fructus, reditus, & proventus certos, & incertos dicta Sede tam

iam plena, quam vacantes undecunque provenientes etiam ex annatis, quindenniis, minutis servitiis, mulctis, poenis, compositionibus, singulis expeditionibus, ac literis patentalibus; necnon jocalia, & regalias solvi solitas a quibusvis personis, & Communitatibus, & praesertim a Camera Apostolica, illisque Appaltatoribus, Thesaurariis, Censuariis, aut Feudatariis in quocunque anni tempore, & signanter in Vigilia, ac in Festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac in Nativitate Sanctissimi Domini Nostri Jesu Christi, & denique obventiones, & responsiones quascunque quocunque nomine nuncupatas, quae prius in compensationem pretii persoluti memoratis Officialibus respective debebantur, & solvebantur, penitus, & omnino cessare debere, illaque omnia, & singula pro indemnitate ejusdem Camerae Apostolicae urgentibus necessitatibus praefatae, & nuper etiam pretii, & expensarum restitutione praefatis Officialibus, ut praefertur, facta, magis gravatae, motu, scientes, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus restituimus, reunimus, incorporamus, & applicamus.

Decernentes easdem praesentes literas, etiam ex eo, quod praefati causarum Curiae Camerae Apostolicae Generalis Auditor, ac ejusdem Camerae Thesaurarius Generalis, duodecim Clerici Praesidentes, ac alter Praesidens, & alii quicunque in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, eisdem praemissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, vocari, seu audiri semel, vel plures quoquomodo debuissent, aut ex alia quacunque quantumvis juridica, & privilegiata causa, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quocunque etiam quantumvis magno formali, & substantiali defectu notati, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter observari; sicque & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, praeeminentia, aut potestate fungentes, & functuros, etiam praefatae Camerae Clericos Praesidentes, causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, de jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, & felicis recordationis Symmaci, Pauli Papae II. Pauli Papae IV. & aliorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, & alienatis recuperandis, ac recol. mem. Pii Papae IV. similiter Praedecessoris nostri de gratiis qualecunque interesse dictae Camerae concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis, & registrandis, itaut easdem praesentes literas ibidem exhiberi, & registrati nunquam necesse sit, aliisque quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Tribunalium, Officiorum, & Officialium praefatorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, & decretis etiam Cameralibus, & Consistorialibus, necnon quibuscunque eorundem Officiorum erectionibus, & concessionibus etiam praesentium Possessorum, tametsi alias factis ad vitam, seu in perpetuum, ac etiam ex causa onerosa, seu correspectiva, vel per viam contractus, seu vim contractus habente; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Tribunalibus, Officiis, seu Officialibus praefatis sub quibuscunque tenoribus, & formis cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, ut in genere, vel in specie, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, alias quomodolibet per nos, & Romanos Pontifices Praedecessores Nostros in contrarium eorundem praemissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, & approbatis: Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostratum suppressionis, extinctionis, remorionis, abolitionis, voluntatis, mandati, decretorum, restitutionis, reunionis, incorporationis, applicationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noviter incursurum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, decimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione decima quinta, die vero vigesima tertia Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papae XII. anno secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiae S. Joannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Sebastianum Vasellum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papae Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. Thomas Orlandus Apost. Curs.

Constitutio quod de caetero Officia, & loca Montium vacabilia Romanae Curiae, cujuscunque qualitatis sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium minime vacent, habetur impressa in tractatu de Officiis Venal. Vacab. Rom. Curiae, Cap. XIII. in fine.

Ad Ornatum Disc. XXXV.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPAE XII.

Constitutio super exemptione Archiepiscoporum, Episcoporum, & Praelatorum Inferiorum Regni Neapolis a spoliis, & fructibus inconsumptis, & incommixtis suarum Ecclesiarum ad Cameram Apostolicam hactenus spectantibus, & deinceps in beneficium Ecclesiarum applicandis, & erogandis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Aeternae Sapientiae arcano universi Orbis Ecclesiis, meritis licet imparibus, praesidentes, vigilis more Pastoris, in omnes agri Dominici partes mentis nostrae oculos circumferimus; ut quidquid earundem Ecclesiarum, illarumque Antistitum statui, decori, commodis, tranquillitati, & necessitati convenire censemur, ad majorem Dei gloriam, solicitis, & beneficis studiis, promoveamus, prout rerum, locorum, & temporum circun-

cumstantiis attente pensatis in Domino conspicimus salubriter expedire.

Hinc dum ad Regni Neapolis Metropolitanas, & alias Cathedrales Ecclesias, ut plurimum inopes, & exiguas, ut pote inter se valde propinquas, & ad magnum numerum centum trigintaquinque, comprehensis invicem unitis, ascendentes, quot in pluribus, ac etiam majoribus Regnis & Dominiis non existunt, convertimus nostræ considerationis intuitum, non sine gravi animi mœrore perpendimus, plerasque earum Archiepiscopales, & Episcopales, necnon aliquorum Præsulum Inferiorum, seu Dignitatum quasi Episcopalem jurisdictionem, seu Ordinariorum juta habentium Mensas, ob diœcesum angustias, incolarum, & agricolarum deficientiam, terræmotuum frequentiam, aliasque temporum injurias, dignitatis splendori necessariis, sed congruis carere reditibus, istosque respectu aliquarum Mensatum hujusmodi vix ad annuam summam scutorum.... vel aliam paulo majorem ascendere; Et propterea præfatas Metropolitanas, & alias Cathedrales, cæterasque dictorum Prælatorum Inferiorum Ecclesias illa, quam Dei Domus exposceret, majestati, & eleganti structura, necnon decenti supellectile sacra, necessariisque reparationibus indigere, Ministrorum quoque Ecclesiasticorum sufficientiam, & idoneitatem ob hujusmodi vel inopiam, vel non opulentiam desiderari, piaque opera inibi in dies decrescere, & alicubi defecisse. Unde etiam aures benignius, & attentius porreximus querimoniis nuper ad nos pro parte Venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum ejusdem Regni delatis de Spoliorum Subcollectoribus, quibus tametsi per opportunas Sedis Apostolicæ, ejusque Officialium provisiones satis mandatum fuisse noscatur, ut viventibus Præsulibus hujusmodi a bonorum ex reditibus suarum Ecclesiarum, & multo magis aliunde per eos acquisitorum sequestratione, possessione, & occupatione prorsus abstinerent; nihilominus aliqui ex iisdem Subcollectoribus, suis facultatibus abutentes, nec pœnas, quibus in transgressores, ut par est, justitia mediante, animadverti non fuit prætermissum, reformidantes, quinimo ubi magis commiseranda fuisset inopia, vel angustia, molestias, & rigorem lucri gratia multiplicantes, subsequestrationis, assecurationis, vel alio prætextu hujusmodi, Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos Inferiores ægritudine pressos, in extremis etiam laborantes commodo, usu, & possessione bonorum præfatorum, vel aliquorum ex illis privare, seu aliter ipsos, ipsisque inservientes perturbare præsumpserunt.

Cupientes propterea ejusmodi malis opportunum adhibere remedium, ac decori, commodis, indigentiis respective Ecclesiarum, & Antistitum hujusmodi, istorumque in extremis, & sic de summa rerum agentium, tremendumque Dei judicium mox subditorum, quantum fieri potest, quieti, & tranquillitati in hac parte consulere; motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ab omni, & quocunque jure, quod ad Cameram nostram Apostolicam ex antiquissima consuetudine, & Constitutionibus Apostolicis hactenus spectasse dignoscitur, percipiendi, exigendi, habendi, & assequendi omnes, singulas, & quascunque pecunias, res, effectus, jura, semoventia, & bona etiam stabilia, cujuscunque pretii, valoris, speciei, qualitatis, & quantitatis existant, per memoratos Archiepiscopos, & Prælatos Inferiores dicti Regni, etiam ex Ordinibus Regularibus assumptos, ex reditibus, fructibus, & proventibus suarum Ecclesiarum quomodocunque vere, & proprie acquisita, Spolia nuncupata, nec non fructus naturales a solo separatos, & civiles tempore mortis perceptos, seu exactos ex reditibus præfatarum Ecclesiarum etiam inconsumptos, & incommixtos, non tamen pendentes, seu inexactos, speciale dono gratiæ perpetuis futuris temporibus dictos Archiepiscopos, & Prælatos inferiores Regni præfati omnino eximimus, & liberamus, ac exemptos, & liberatos esse, fore, & censeri volumus, & mandamus; Ad effectum tamen, & non alias, aliter, nec alio modo, ut præmissa omnia, & singula ad præfatas Metropolitanas, aliasque Cathedrales, & reliquas, quibus memorati Archiepiscopi, & Episcopi, seu Prælati præsederint, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas spectare, ac ad earundem favorem, & in beneficium, seu utilitatem cedere, applicari, converti, seu erogari debeant. Præfatis tamen Archiepiscopis, & Prælatis, ut congruos usus, applicationes, & erogationes præmissorum in beneficium, & utilitatem hujusmodi Ecclesiarum, in quos, seu quas eadem præmissa applicanda, eroganda, seu expendenda esse censuerint, designare valeant, permittimus, indulgemus, & opportuna & facultatem desuper concedimus, & impartimur, ac super præmissis omnibus etiam conscentiam præfatorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum oneramus.

Quod si Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati ad hujusmodi designationem, seu dispositionem devenire noluerint, vel nequiverint, adhuc præmissa omnia, & singula ad dictas Ecclesias, ut præfertur, similiter spectare, & ad favorem, seu in beneficium, usum, & utilitatem earundem, Ecclesiarum, prudenti Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum hujusmodi successorum arbitrio, cum suorum Capitulorum scientia, & consilio convertenda, applicanda, & eroganda esse, & fore, omnino volumus, & mandamus.

Adhæc Capitulis, & Canonicis dictarum Ecclesiarum, & aliis quibuscumque inhibemus, ne viventes etiam ægrotantes, & in extremis constitutos Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos præfatos commodo, usu, & possessione omnium præmissorum, vel aliquorum ex illis sequestrationis, assecurationis, vel alio prætextu privare, seu illos, illisque inservientes quoquo modo perturbare, seu molestare præsumant; sed duntaxat postquam iidem Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati fuerint viam universæ carnis ingressi, memoratis Capitulis, eorumque Vicariis Capitularibus respective præmissorum Inventarium rite, & fideliter conscribendi, illaque interim assecurandi; Archiepiscopis vero, Episcopis, & Prælatis præfatis successoribus super præmissis, prout de jure inquirendi, procedendi, judicandi, & exequendi, ac cum scientia, & consilio suorum respective Capitulorum, ut præfertur, convertendi, applicandi, & erogandi, omnem, quamcunque facultatem, jurisdictionem, & auctoritatem necessariam, opportunam respective concedimus, & impartimur.

Propterea literas Apostolicas fel. rec. Pauli III. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, tertio nonas Januarii, & Pii IV. die vigesima sexta Maii, anno millesimo quingentesimo sexagesimo, aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, si quæ sunt, super præmissis editas, etiam speciali, & individua nota dignas, necnon omnes, & quascunque facultates, jurisdictiones, & auctoritates tam in genere, quam in specie, dilecto filio moderno, ac pro tempore existentibus in dicto Regno Sedis præfatæ Nunciis, & Collectoribus generalibus, illorumque Subcollectoribus concessas in omnibus, & singulis, quæ præmissis adversantur, moderamus, reformamus, & ad limites, ac formam præsentium reducimus, & pro moderatis, reformatis, & reductis haberi volumus, & decernimus, illis alias in suo robore permansuris; Sicque & non aliter facultates, jurisdictiones, & authoritates hujusmodi in posterum quomodocunque concedendas, observari, attendi, & exequi volumus, & singulis nunc, & pro tempore in dicto Regno existentibus Subcollectoribus, seu aliis Officialibus, & Ministris, ne sub indignationis nostræ, privationis Officiorum, aliisque gravibus arbitrariis pœnis audeant quoquomodo, seu in aliqua parte præsentibus contravenire.

Per præsentes tamen non intendimus recol. mem. Romanorum Pontificum pariter Prædecessorum nostrorum Pii V. super rebus sacris, vasibus, ornamentis, & paramentis Ecclesiasticis, ad Ecclesias, quibus defuncti præsederant, spectantibus, tertio Kal. Septembris, anno ejusdem Incarnationis millesimo quingentesimo septimo, Julii III. die 26. Junii, anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo quinquagesimo cum illius declarationibus, Sixti V. die prima Januarii, anni millesimi quingentesimi octuagesimi noni, & Urbani VIII. die 5. Aprilis, anni millesimi sexcentesimi vigesimi octavi super fructibus Ecclesiarum tempore mortis Archiepiscoporum, seu Episcoporum, vel aliorum pendentibus, vel inexactis, necnon præfatorum Pii IV. die 25. Aprilis, anni millesimi quingentesimi sexagesimi primi, & Sixti V. Kal. Februarii, anno prædictæ Incarnationis millesimo quingentesimo nonagesimo, super d. Ecclesiarum fructibus pro tempore, quo illarum Sedes vacaverint, aliasque, si quæ sint, super his editas literas Apostolicas, harum omnium, & singularum tenores circa præmissa pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, in aliquo immutare, infringere, seu revo-

revocare, sed easdem in suo robore, & statu quoad hæc salvas, illæsas, & illibatas adhuc permanere declaramus, volumus atque sancimus.

Decernentes, easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod omnes, & singuli supradicti, ac alii quicunque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, & præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias specifice, & individua mentione, & expressione digni existant iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed easdem præsentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, S. R. E. Camerarium, & Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Cameræ præfatæ Thesaurarium Generalem, & Præsidentes Clericos, præfatumque in dicto Regno Nuncium, & Collectorem, aliosque quoscunque qualibet auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & functos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, et definiri debere; irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, et Cancellariæ Apostolicæ regulis, et piæ me. Symmaci; Pauli II. IV. aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, recuperandis, ac præfati Pii IV. de gratiis qualecunque interesse dictæ Cameræ concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis, et registrandis, itaut easdem præsentes literas ibidem exhiberi, et registrari nonquam necesse sit, aliisque quibuscunque Apostolicis, et in Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus; necnon Ecclesiarum præfatarum, ac Nunciaturæ Neapolis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, decretis, usibus, stylis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, et indultis, ac literis Apostolicis sub quibusvis tenoribus, et formis, cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis; et irritantibus, aliisque decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam Consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, etiam pluries confirmatis, innovatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, exprimerentur, et insererentur, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, et expresse, plenissime, et amplissime derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud habeatur, quæ haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum exemptionis, liberationis, voluntatum, mandatorum, permissionis, indulti, concessionum, onerationis, moderationis, reformationis, reductionis, decreti, inhibitionis, declarationis, sanctionis, et derogationis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, tertio Kal. Februarii, Pontificatus nostri Anno tertio.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die vero ultima Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XII. anno tertio, supradicta Constitutio affixa, et publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Marcum Aurelium Peliciam ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Thomas Orlandus Curs. Magister.

Ad Ornatum Disc. XXXVIII.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Confirmatio, Reformatio, et Concessio respective Jurisdictionum, et Facultatum Tribunalis, et Magistratus Viarum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcerdotalis, et Regiæ Urbis Nostræ ad illud sublimatæ fastigium, ut per Beati Petri Sedem Caput Orbis effecta, latius præsideat Religione Divina, quam unquam imperaverit dominatione terrena, venustati, decori, commodis etiam temporalibus eo nos convenit ampliori cura prospicere, quo ipsam, ubi præcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, et quam in communem patriam Christianus populus universus agnoscit, singulari dilectione gerimus in paternæ visceribus Charitatis: Dum vero in eadem Sede, meritis licet imparibus, superna dispositione locati, Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum exemplo, ad Urbem præfatam considerationis nostræ oculos principaliter convertimus, cujus etiam districtus, aliorumque Nobis, et Romanæ Ecclesiæ etiam in temporalibus subjectorum locorum commodioribus viis, aliisque utilitatibus in Subditorum nostrorum, et quorumcunque Romipetarum beneficium respective consulere non prætermittimus.

Alias siquidem fel. recordationis Martinus Papæ V. Prædecessor Noster, cum rei evidentia edoctus fuisset, quod præfata Urbs, ejusque destrictus ex defectu officii Magistrorum, quod antiquitus pro viarum, stratarum, platearum, et locorum tam publicorum, quam privatorum, necnon ædificiorum lapideorum, et lineorum, parietum, lignorum, bancorum, tectorum, tabulatorum, mœnianorum, apothecarum, et pontium, portarum, transituum,

tuum, aquarum decursuum, canalium, & meatuum, nec non urbanorum, & rusticorum prædiorum, pratorum, hortorum, atque vinearum, finium, restaurationum, servitutum, & libertatum administratione institutum, & ordinatum fuerat, in præmissis grandem patiebatur deformitatem, necnon accepisset, nonnullos cives, & incolas res fœtidas, & corruptas in vias, stratas, plateas, & loca publica, & privata hujusmodi projicere, seu vias, stratas, plateas, & loca publica, & Ecclesiastica occupare, alienare, & in usus proprios deducere; & propterea hujusmodi deformitatibus, excessibus, & incommodis posse tenus occurrere cupiens, Officium Magistratus hujusmodi juxta illius institutionem auctoritate Apostolica suscitavit, reintegravit, & restituit; duos quoque Urbis, & districtus præfatorum Viarum Magistros ad suum beneplacitum deputavit, cum solitis ab antiquo jurisdictionibus, potestatibus, honoribus, privilegiis, libertatibus, atque oneribus, universis in præmissis, & circa ea concernentibus, dependentibus, & annexis, etiam cum facultate faciendi submagistros, necnon hujusmodi excessus reparandi, corrigendi, & emendandi absque cujusvis vocatione, seu citatione, sed juxta datam illis a Domino prudentiam, etiam per demolitionem quorumcunque ædificiorum, necnon præmissorum occasione gravatos absque lite, sed summarie, simpliciter, de plano, & quibuscunque tunc expressis non obstantibus relevandi, restituendi, & reponendi, contradictores quoque, & rebelles privandi, banniendi, arrestandi, incarcerandi, omniaque, & singula faciendi, & exercendi, quæ Magistri illorum Prædecessores facere, & exercere potuerunt, seu etiam debuerunt, & alias, prout in ejusdem Martini Prædecessoris secundo Kal. Aprilis, Pontificatus sui anno octavo expeditis literis plenius continetur.

Successive alii Romani Pontifices Prædecessores nostri, & præsertim similis recordationis Sixtus IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadrigentesimo octuagesimo, pridie Kal. Julii, Leo X. Anno ejusdem Incarnationis millesimo quingentesimo decimoseptimo, quarto Nonas Novembris, & Pius IV. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Decimo Kal. Septembris per suas respective editas literas S. R. E. Camerario, & præfatis Viarum Magistris, plerasque conjunctim, aliquas vero separatim exercendas jurisdictiones, facultates, & functiones confirmarunt, ampliarunt, & respective concesserunt. Quas, & alias hujusmodi literas cum decreto Cameræ Apostolicæ de Inquilinis in emptione domorum præferendis, tametsi recol. memoriæ S. Pius Papa V. etiam Prædecessor noster per quasdam suas motus proprii Cedulas sub Datum quarto Idus Aprilis, & quinto Nonas Junii, Pontificatus sui anno sexto, quo ad Jus congrui, & nova (non tamen Sacra, aut publica) construenda ædificia, ad terminos Juris communis reduxerit; nihilominus piæ mem. Gregorius Papa XIII. similiter Prædecessor noster per alias suas Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Kal. Octobris editas literas, prædictis memoratorum Sixti, Leonis, ac Pii IV. & S. Pii V. literis, quatenus ad aliquid eorum, quæ in iisdem suis literis continebantur, pertinebant, & de aliquo eorum statuebant, & disponebant, antiquatis, abrogatis, & penitus revocatis, & sublatis, plurima innovavit, statuit, decrevit, & ordinavit circa ædificia, & ornatum dictæ Urbis, ac coactas, seu voluntarias venditiones, & Jus congrui, seu retractus earundem venditionum occasione competentes, seu institutum, tum in eadem Urbe, tum intra tria, & respective duodecim præfata Urbe milliaria, cum multis facultatibus, & jurisdictionibus plerumque a præfatis Camerario, & Viarum Magistris conjunctim exercendis.

Aliæ quoque, & quidem multiplices jurisdictiones, facultates, curæ, & functiones in quampluribus sive prædictorum, sive aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Chirographis, literis in forma Brevis, ac motus proprii cedulis, necnon in ejusdem Urbis a Sede Apostolica confirmatis Statutis eidem S. R. E. Camerario, Præsidis, & Magistris Viarum præfatis, aliquando singulis separatim, aliquando aliquibus mixtim, & aliquando omnibus insimul concessæ, seu demandatæ fuerunt, exercitium tamen judicialis, & contentiosæ jurisdictionis in iis, quæ dictis Viarum Magistris injuncta fuerant, penes eorum Assessorem ab eadem Apostolica Sede deputatum existere consuevit.

Hinc nos abusibus, qui desuper irrepserant, occurrere, justitiæ administrationi in præmissis plenius consulere, ac præfatæ Urbis ornatui, necnon ejusdem, illiusque districtus, & Ditionis Ecclesiasticæ respective viarum, locorum, & aliorum quorumcunque in præfatis literis, & ordinationibus quoquo modo contentorum instructioni, conservationi, reparationi, restaurationi, & expurgationi, quantum Nobis ex Alto conceditur, uberius respective providere cupientes; Ac propterea omnium præfatarum, & aliarum, si quæ sint, literarum tam sub plumbo, quam in forma Brevis, motus proprii cedularum, chirographorum, ordinationum, & Statutorum quorumcunque circa præmissa existentium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plene, & sufficienter expressis habentes, de dilectorum filiorum nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, & Virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium specialiter ad id a Nobis deputatorum, qui rem mature examinarunt, consilio, ac etiam motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratas cedulas, chirographa, ordinationes, & statuta in iis, quæ præsentibus, & omnibus, & singulis hic contentis quoquo modo non adversantur, easundem tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, penitus, & omnino observari volumus; & mandamus.

Decernentes, omnes, & singulas hujusmodi literas, sanctiones, Statuta, & ordinationes tam speciales Tribunalis, seu Magistratus, quam generales, & in parte de eodem Tribunali, seu Magistratu tractantes, necnon omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, functiones, & administrationes hujusmodi quoquo modo concessas, non aliter, quam ad formam harum præsentium observari, exequi, & intelligi posse, & debere, perinde ac si ab initio institutæ, & respective concessæ, attributæ, directæ, & demandatæ fuissent personis in perpetuum valitura Constitutione contentis, quam; supplendo omnem, & quantuncunque alioquin necessariam, seu opportunam expressionem, ac sublatis omnibus, & quibuscunque contrariis, diversis, seu differentibus, omnibus, & inviolabiliter servari, adimpleri, & exequi volumus, & mandamus.

Reformationem verò Tribunalis, seu Magistratus hujusmodi a jurisdictionis norma, & distinctione incipientes, prævia pretii, ac impensæ expeditionis restitutione jam facta ei, qui Magistrorum Viarum Assessoris officium hactenus obtinuit, officium hujusmodi penitus, & omnino supprimimus, abolemus, & abrogamus.

Jurisdictionem in omnibus, & singulis, causis Juris congrui, seu retractus, cum omnibus, & singulis ab eo dependentibus, annexis, & connexis, in quibus ante hac memorati Camerarius, ac Magistrorum Viarum Assessor insimul procedebant, in posterum ad eundem Camerarium privative quoad alios spectare; Hujusmodi autem causa in gradu appellationis iisdemmet modis, & formis, quibus hactenus observatum fuit, ad Præsidem Viarum devolvendas esse, & ab illo ad Tribunal Cameræ supradictæ appellandum esse decernimus.

In reliquis omnibus causis, & negotiis, eorumque annexis, connexis, & dependentibus, omnem, et quamcunque necessariam, et opportunam jurisdictionem pro tempore existenti Viarum Præsuli, privative quoad alios, concedimus, et ad eundem, a quo ad Cameram præfatam pariter appelletur, spectare volumus, et mandamus.

Magistris tamen Viarum tam in Urbe, quam in ejus districtu præfatis occasione, seu in actu vias ejusdem districtus invisendi, facultatem coercendi contravenientes restitutionibus, bannimentis, Statutis, et ordinationibus Tribunalis, seu Magistratus, necnon ipsorum Magistrorum, vel alterius eorum præceptis, seu jussibus, usque ad eorundem contravenientium carcerationem, ac etiam excarcerationem, in forma tamen extrajudiciali, prout etiam procedendi in simili forma contra hujusmodi contravenientes ad pignorationem pro mulctis, et pœnis pecuniariis in præfatis bannimentis contentis, ac eorundem pignorum restitutionem, (reservatis semper prædicto Viarum Præsidi ulteriori cogni-

cognitione, & recursu,) præservamus, &, quatenus opus sit, etiam concedimus,

Iisdem quoque Viarum Magistris curam, superintendentiam, & administrationem instruendi, reficiendi vias, plateas, & loca Urbis, necnon confirmandi, eligendi, & amovendi Architectos, submagistros, operarios, & artifices prædictos Magistratui Viarum inservientes, salvo semper jure Præsidis eosdem ex justa causa removendi, prout etiam facultatem licentias hactenus ab iisdem dari solitas, & in posterum pro indemnitate Magistratus, & Officialium juxta modum præscribendum registrandas, & sigillo Præsidis præfatis gratis muniendas, concedendi, salvo ad memoratum Præsidem, auditis Magistris præfatis, ab hujusmodi licentiarum denegatione, seu indebita concessione recursus, similiter præservamus, & quatenus opus sit, concedimus.

Eidem Præsidi Procuratorem Fiscalem, Ratiocinatorem, & exactores quarumcunque taxarum, vel exactionum tam in Urbe, quam in ejus districtu supradictis, nec non Mandatarium, & Viarum Commissarium, cum Magistrorum præfatorum consilio, & Baroncellum ad ejus libitum deputandi, & amovendi facultatem concedimus; reservata tamen Venerabili Fratri nostro Palutio Episcopo Prænestino ejusdem S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario prædictos Procuratorem Fiscalem, Ratiocinatorem & Mandatarium, donec vixerit, deputandi, & amovendi.

Ad hæc omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, & emolumenta quæcunque pro tempore existentibus ejusdem S.R.E. Camerariis in platea Agonis competentes, & competentia, seu ab illis exerceri, & percipi hactenus consuetas, & consueta, ex nunc prout ex tunc, secuto obitu memorati Palutii Episcopi Cardinalis, & Camerarii, cui pariter, donec vixerit, nullum jus hujusmodi adimere volumus, & declaramus, ab eodem Camerariatus Officio penitus, & omnino dismembramus, & separamus, illasque, & illa Tribunali, & Magistratui Viarum sub cura, regimine, & jurisdictione solius pro tempore existentis Præsidis Viarum ad limites, & formam præsentium, absque ulla prorsus inter dictam Agonis, & alias plateas Urbis differentia, seu distinctione restituimus, seu unimus, annectimus, & incorporamus, & restitutas, seu unitas, annexas, & incorporatas esse volumus, & mandamus.

Ex nunc autem omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, & administrationes hujusmodi cuicunque personæ etiam præfatæ S. R. E. Cardinali, etiam ejusdem S. Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, Collegiis, Capitulis, Locis piis, Basilicis, & Ecclesiis etiam Patriarchalibus, & quibuscunque quavis dignitate, vel præeminentia tam Sæculari, quam Ecclesiastica fungentibus, etiam speciali, & individua mentione dignis, super plateis, viis, & locis Urbis præfatæ quoquo modo concesses, vel competentes, necnon emolumenta, de quorum percipiendorum valido, & subsistenti jure, quod respectu aliorum, quam Ecclesiarum, & Locorum piorum, ex titulo vere, & proportionate oneroso, & correspectivo esse debeat, legitime non constiterit, supprimimus, abolemus, & abrogamus, ac ab iisdem, seu eorum officiis, vel muneribus separamus, & dismembramus, illasque, & illa modo, & forma præmissis ex tunc Tribunali Viarum sub cura, regimine, & jurisdictione pro tempore existentis Præsidis Viarum hujusmodi restituimus, seu unimus, annectimus, incorporamus, &, quatenus opus sit, de novo concedimus.

Præterea inhærentes alias factis Chirographis, & ordinationibus Tribunalis, & Magistratus hujusmodi, quæcunque privilegia, & exemptiones, & quasvis literas patentes ibidem revocatas, & præsentibus adversantes, nullatenus suffragari declaramus, illaque, & illas iterum revocamus, cassamus, & annullamus, Volentes, & mandantes, omnes, & singulos, nemine prorsus excepto, in iisdem Chirographis specificatos, seu comprehensos etiam Palatii nostri Apostolici, & cujuscunque Judicis, & Tribunalis, tamersi speciali, & individua nota dignorum, necnon dictæ S. R. E. Cardinalium, Basilicarum, Ordinum, Congregationum, & Societatum etiam Jus ministros, & officiales quoscunque, & quibusvis literis patentibus munitos, ac Neophitos, & milites etiam auxiliatores Arcis S. Angeli, & Alabardarios nuncupatos Gubernatoris Urbis quoscunque, & quotcunque etiam in minori, & modico, seu minimo numero, ad solutionem, & contributionem quarumcunque taxarum, & impositionum, æque ac alios non privilegiatos, teneri, & obligatos esse, necnon jurisdictioni Tribunalis, & Magistratus hujusmodi, ac omnibus, & singulis illius constitutionibus, & ordinationibus quibuscunque pariter esse, & remanere subjectos. Prout etiam præfata Chirographa, & ordinationes innovantes, & ampliantes, a decretis, mandatis, & sententiis super solutione quarumcunque taxarum, seu contributionum a Tribunali, seu Magistratu præfatis impositarum, & imponendarum, & respective super affictuum, seu appaltuum ab Affictuariis, seu Appaltatoribus debitorum, seu debendorum solutione, necnon super rationibus per administratores, seu œconomos reddendis, ac super restitutione, vel solutione eorum, quæ per eosdem administratores, seu œconomos exacta fuerint, nullam admittendam esse appellationem, seu recursum in suspensivo, sed in devolutivo tantum; itaut quæcunque appellationes, & recursus, seu citationes, inhibitiones, supersessoriæ, & decreta in vim appellationum, seu recursuum hujusmodi faciendæ, seu facienda, absque ullo attentatorum, pœnarum, seu nullitatum incursu, possint impune sperni.

Solutione quorumcunque taxarum, pro quibus judicialiter, mediante contestatione litis vel saltem tentata aliqua executione mandatorum, actum non fuerit, triennio ex nunc quoad præteritas, & a die impositionis quoad futuras taxas computando, præscribantur.

Cæterum præses Viarum hujusmodi non amplius ad annum in Camera prædicta, ut moris erat, sorte extrahatur, sed a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, ad nostrum, & ejusdem pro tempore existentis Romani Pontificis, & dictæ Sedis beneplacitum, in posterum deponetur: Ex Magistris vero Viarum non amplius uterque insimul, sed alterutrer tantum, ut unus semper prudentibus Magistratus negotiis instructus remaneat, dimittatur.

Appaltus expurgationis Urbis, necnon unius julii, qui singulis trimestribus pro qualibet apotheca solvitur, iidemque curruum, seu rhedarum, ac cisiorum, vulgo *calessi*, locari solitorum, a præfato Palutio Episcopo Cardinale & Camerario pariter donec vixerit, insimul cum Præside, & Magistris Viarum hujusmodi, Alii vero appaltus, affictus, & contractus, ac post obitum memorati Palutii Episcopi Cardinalis etiam dicti appaltus expurgationis Urbis, & præfati Julii, necnon curruum, seu rhedarum, & cisiorum prænominatorum in Congregatione singulis hebdomadis pro negotiis dicti Tribunalis, seu Magistratus facienda, cui iidem Præses, Magistri Viarum, & alii Ministri de more intersint, apertis semper in supradictis congressibus cedulis oblationum, & facta deliberatione meliorem conditionem facienti, respective concludantur, & stipulentur.

Renovetur, seu fiat, facta imprimatur, & impressa in locis a Præside præfato præscribendis exponatur, & retineatur distincta, & moderata taxa omnium, & singulorum emolumentorum Tribunalis, sed Magistratus, quam singulorum ejus ministrorum, seu officialium, nihilque prorsus præter, vel contra eandem, sub pœnis arbitrio memorati Præsidis infligendis, percipiatur, vel exigatur.

Teneantur singuli exactores sub pœna falsi distincte, & diligenter annotare omnes, & singulas taxas, & quoscunque earundem debitores, prout etiam omnes, & singulas etiam minimas exactiones, ac personas, a quibus exegerint, intra quidecim dies post quamlibet, licet minimam exactionem, computandos, istaque omnia diligenter, fideliter, & distincte describere in libris in Officio Notarii Tribunalis retinendis, & cuicunque quodlibet interesse habenti prompte exhibendis.

Omnia, & singula emolumenta Tribunalis, seu Magistratus, etiam ex taxa curruum, & cisiorum præfatorum locari solitorum, necnon ex pretio situum publicorum, in beneficium Tribunalis, seu Magistratus, vel implementum ejus onerum, & præsertim in expurgationem viarum convertantur.

Magi-

Magiſtri Viarum nulla prorſus etiam minima, ac etiam ſponte oblata, tum in pecunia, tum in qualibet ſpecie, & tam ordinaria, quam extraordinaria, certa, & incerta emolumenta ratione eorum muneris, ſeu quarumcunque licentiarum, acceſſuum, & functionum poſthac amplius exigere, ſeu percipere quoquo modo valeant; ſed ſolo annuo ſtipendio ſcutorum quadringentorum monetæ Romanæ pro quolibet eorum, ex emolumentis Magiſtratus extrahendo, quod illis conſtituimus, & aſſignamus, omnino debeant eſſe contenti.

Viæ conſulares diſtrictus Urbis propriis ſumptibus, & expenſis perſonaliter revideantur, & recognoſcantur ſaltem ſemel in anno pro qualibet via per dictos Magiſtros Viarum; quo vero ad Præſidem præfatum ejus arbitrio, & ultra hujuſmodi acceſſus, in quibus neceſſitatibus, reparationibus, & commoditatibus hujuſmodi viarum debeant iidem reſpective conſulere, & providere, ſemper invigilent, ac certiorari ſatagant de omnibus earundem viarum neceſſitatibus, & incommodis etiam per literas circulares Gubernatoribus, & Communitatibus, ſeu Univerſitatibus Civitatum, Terrarum, Locorum, in quorum territoriis viæ præfatæ conſiſtunt, & reſponſiones, & aliæ informationes deſuper habitæ, in Congregatione præfata, ad effectum opportune de ſuper providendi, referantur, & examinentur.

Præſidis Viarum ſuperintendentia, & facultates vias conſulares ditionis Eccleſiaſticæ extra præfatum diſtrictum exiſtentes comprehendant, & ejuſdem ditionis Gubernatores ſubjecti ſunt ordinationibus memorati Præſidis, qui de viarum præfatæ ditionis inſtructione, refectione, reſtauratione, & manutentione, non tamen in judicialibus, debeat eſſe ſolicitus. In diſtrictu vero omnem ſuam juriſdictionem in viis tam conſularibus, quam non conſularibus reſpective valeat exercere.

Decernentes, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod omnes, & ſinguli ſupradicti, ac alii quicunque in præmiſſis quomodolibet jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, ſeu dignitatis, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni exiſtant iiſdem præſentibus non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, tametſi ſuorum indultorum, vel privilegiorum vigore conſentire, ſeu vocari, & audiri ſemel, vel pluries quoquo modo debuiſſent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſu, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus poſſe; ſed eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, præeminentia, aut poteſtate fungentes, & functuros, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & dictæ S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus omnibus, & ſingulis præmiſſis, &, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, necnon præfati Pii IV. Prædeceſſoris de gratiis qualecunque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernentibus, in dicta Camera intra certum inibi præſcriptum tempus præſentandis, & regiſtrandis, nec non aliis quibuſcunque Apoſtolicis, ac etiam in Generalibus Conciliis editis, & edendis Conſtitutionibus, Ordinationibus, ac Urbis, & Curiæ Romanæ, & Cameræ Apoſtolicæ, ejuſdem Curiæ Tribunalium, quarumcunque Eccleſiarum etiam Patriarchalium S. Joannis in Laterano, Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Locorum piorum, necnon Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam Jeſu, & quibuſvis aliis, etiam juramento, vel alia quavis firmitate roboratis, ſtatutis, uſibus, ſtylis, conſuetudinibus, & decretis, etiam novis reformationibus, quibuſcunque, legibus, & canonibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, vel ad quorumvis inſtantiam, ac etiam conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet per Nos, & Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in contrarium eorundem præmiſſorum conceſſis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenoris hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, iiſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, necnon omnibus illis, quæ iidem Prædeceſſores noſtri in præmiſſis quibuſcunque eorum literis, & chirographis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem, quod poſtquam præſentes valvis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex noſtris Curſoribus affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & ſingulos tam in Urbe, quam in diſtrictu, & ditione præfatis exiſtentes, perinde obligent, & arctent, ac ſi unicuique eorum perſonaliter, & nominatim intimatæ fuiſſent; Quodque earum tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ iiſdemmet præſentibus, ſi exhibitæ, vel oſtenſæ fuiſſent, adhiberetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatum, mandatorum, decretorum, ſuppreſſionum, abolitionum, abrogationum, præſervationum, conceſſionum, declarationum, diſmembrationum, ſeparationum, reſtitutionum, unionum, annexionum, incorporationum, revocationis, caſſationis, annullationis, conſtitutionis, aſſignationis, derogationis, aliorumque præmiſſorum infringere, ſeu ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, quarto Kalend. Decembris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Viſa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimoquinto, Indictione decimaquinta, die vero vigeſima octava Novembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. anno Secundo, ſupradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Eccleſiæ Sancti Joannis Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Antonium Canutum ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſorem.

Joannes Gratus Curſ. Magiſtr.

Ad Ornatum Disc. XXXIX.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

CHristi fidelium, qui spretis sæculi hujus illecebris sub suavi Religionis jugo Divini Numinis sese manciparunt obsequiis, salubriori regimini, & felicioribus in Domino progressibus, quantum Nobis ab Alto conceditur, prospicere satagentes, inter multiplices curas, quibus occurrentium rerum, negotiorumque varietatibus obsidemur, ad illam quoque nostræ considerationis aciem dirigimus, per quam hujusmodi Religiosorum Ordinis S. R. E. Cardinalium protectioni commissi, ita ejusdem protectionis perfruantur subsidio, ut claustralis disciplinæ vigor illibatus permaneat, Institutique observantia sartatecta servetur, ac propterea, quæ curæ hujusmodi Protectorum, & quæ censuræ Superiorum regularium respective, & magis aptè conveniunt, congrua distinctione ordinentur, seu potius, quæ respectu alicujus Ordinis, per Romanos Pontifices Prædecessores nostros provide desuper ordinata noscuntur, quo ad illum confirmationis nostræ munimine constabiliantur, & quo ad eundem, & alios Ordines præfatis Protectoribus, sive similiter, sive dissimiliter commendatos pro una, eademque regula, ad limites tamen præsentium, pariformiter constituantur.

Sane licet Sanctus Franciscus de Assisio in ejus Regula per Sedem Apostolicam confirmata, hisce verbis præceperit; Per obedientiam ad hoc injungo Ministris, ut petant a Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, protector, & corrector istius Fraternitatis, ut semper subditi, & subjecti pedibus ejusdem S. R. E. stabiles in Fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Evangelium Domini Nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, & observemus -- Nihilominus nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri Protectoris hujusmodi facultates declarandas, finesque, quibus illæ concludi deberent, præscribendos esse, in Domino existimarunt, suisque desuper editis literis decreverunt.

Cum enim aliqui eorundem Protectorum suam potestatem nimirum extendisse dicerentur in pluribus, ex quibus in Ordine Minorum graves perturbationes, & scandala fuissent exorta, fel. rec. Gregorius Papa XI. Prædecessor Noster suis sexto Kal. Junii, Pontificatus sui anno tertio expeditis literis, ut idem Ordo in sua primæva quiete permaneret, de virtute in virtutem iret assidue, & quibuslibet amotis præpedimentis, eradicatisque spinis, & tribulis fructum non solum consuetum, sed etiam uberiorem afferret, ad radicalem submotionem turbationum, & scandalorum ejusmodi jam exortorum, & ne orirentur in posterum, providere, ac ejusdem Ordinis pro tempore existentibus Protectoribus transgressionis suæ potestatis occasionem tollere efficaci remedio cupiens: Auctoritate Apostolica eisdem Protectoribus districtius inhibuit, ne præsumerent quæcunque ordinata, statuta, sive disposita, aut ordinanda, statuenda, seu disponenda per generalia, vel provincialia, aut custodialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, suspendere, aut dispensare super ipsis, seu contra ea, vel eorum aliquid quomodolibet immutare, nisi contra præmissos articulos in præfata regula, ut præfertur, positos, vel aliquem ipsorum existeret manifeste.

Aut quemcunque Prælatum, seu officialem dicti Ordinis, seu alicujus loci ejusdem quocunque nomine nuncuparetur, ponere, seu instituere, aut deponere, destituere, seu privare, aut a suo officio suspendere, seu impedire super ejus libero exercitio quovis modo.

Aut aliquem Fratrum Ordinis antedicti ad lectoratum, aut quamcunque lecturam, seu studium, vel gradum promovere, aut promotos, ab eis removere, vel revocare.

Aut de loco ad locum mittere, aut mutare, sive alicui Fratrum eorundem eundi ad quodcunque Monasterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam personam, licentiam impartiri.

Et ne insuper quemvis singularem Fratrem memorati Ordinis de quocunque crimine, vel delicto punire, vel a pœna, seu pœnitentia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare.

Aut etiam alicui Fratri locum, cameram, cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus usui deputare.

Aut quemcunque per Prælatos ejusdem Ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amovere.

Nec etiam de rebus, aut correctione Fratrum dicti Ordinis, nisi in casibus præmissis contentis in præfata regula, seu eorum aliquo se aliquatenus intromittere quovis modo, itaut dictus Ordo, seu Fratres ejusdem Ordinis in nullo subessent futuris Protectoribus, nisi in casu, in quo ipsorum Fratrum Communitas, vel generale Capitulum (quod abesset) a prædictis articulis, vel eorum aliquo deviassent; alioquin si secus fecissent, id decernit irritum, & inane.

Et nihilominus Fratres, qui contra ejusmodi inhibitionem quidquam impetrassent, seu post inhibitionem ejusmodi usi fuissent etiam per alios impetratis, punirentur illis pœnis, quibus fuissent pro gravibus culpis secundum Statuta dicti Ordinis puniendis, & nihilominus essent actibus privati legitimis, & a suis, si quæ habuissent, suspensi officiis ipso facto.

Cæterum memoratus Gregorius Prædecessor eosdem futuros Protectores hortatus fuit attentius, quod per facti efficaciam sic nominis sui officii procurarent effectum, ut Ordo ipse per eos non læderetur in aliquo, sed potius ab adversis, pro tempore forsan imminentibus, sub opportuno defensionis clypeo protegeretur, & a noxiis præservaretur; sic acturi provide, & æquitatis, ac modestiæ limites servaturi, ut non traheretur ad noxam, quod provisum fuerat ad salutem, sed ex charitatis gestis eorum Ordo præfatus quietem, & consolationem perciperet, & ipsi Protectores magnum apud Deum præmium sortirentur, & super contrario non oporteret dictæ Sedis providentiam aliud remedium adhibere.

Successive rec. mem. Sixtus Papa IV. etiam Prædecessor noster, qui cum sibi in minoribus constituto memorati Ordinis generalis cura, & administratio incubuisset, saluberrimum, opportunum, & necessarium dicto Ordini fuisse conspexerat, ut Protectores ultra præfixum, ab ejusdem Ordinis regula, auctoritatem non extenderent; nam expertus fuerat, & viderat, quanta pax, quies, utilitas, quantaque commoda præfato Ordini, & Fratribus ejusdem ex firma, & inconcussa præfatarum literarum dicti Gregorii pariter Prædecessoris observantia provenerant, quæ, & quantæ perturbationes, jacturæ, incommoda, damna, & gravia scandala in dicto Ordine suscitata fuerant; quoties illius Protectores suæ auctoritatis limites excedere attentantes, particularibus dicti Ordinis, & Fratrum ejusdem causis, & negotiis se intromittere, & usurpata sibi auctoritate ea videre, cognoscere, judicare, & decernere voluerant: Cupiens, ut Religio, & Ordo præfatus, quem affectuosissima charitate complectebatur, utpote qui in eo a teneris annis enutritus, & doctrina, ac regularibus disciplinis, & moribus institutus fuerat, quieto consistens statu, virtutibus, & meritis augeretur, & multiplicaretur, ut Fidei Catholicæ, Christianæ Reipublicæ augmentum, & multiplex, ac solidum fundamentum ex ejusdem Ordinis Fratrum operibus, & exemplis sapientia, & splendore, ac fructuosis studiis, & prædicationibus proveniret, promptissimo, & liberali animo uti dignum censuit, & debitum, ut ea, quæ pro ipsius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & prosperitate a Romanis Pontificibus Prædecessoribus provide statuta, & ordinata fuerant, illibata perdurarent, suæ approbationis munimine solidavit, interpretatus fuit, & declaravit, prout ipsius Ordinis tranquillitati conspexit salubriter expedire.

Præmissa igitur dictarum memorati Gregorii Prædecessoris literarum insertione, ac prævia hujusmodi narrativa, idem Sixtus Prædecessor, ut de cætero ipsius Ordinis professoribus omnis evagandi extra Religionem occasio tolleretur,

retur, & vera suis Prælatis obedientia, in qua Religionis verum, & solidum firmamentum, & robur consistit, exhiberetur, præfatique Ordinis, & Fratrum ejusdem negotia, & causæ non alibi, neque per alios, quam in ipso Ordine, & per ipsius Prælatos tractarentur, agitarentur, judicarentur, & determinarentur, tunc existentis Generalis dicti Ordinis Ministri, & totius generalis Capituli in hac parte supplicationibus inclinatus, inhibitionem, & literas præfatas memorati Gregorii Prædecessoris auctoritate Apostolica, suarum tenore literarum approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevit.

Et per eas Protectori præfato pro tempore existenti, nisi in illis casibus, & articulis in regula dictorum Fratrum expressis, & præfati Gregorii Prædecessoris literis declaratis, neque in illis, dum non universi, sed aliqui ipsius Ordinis professores in quovis numero a Fidei unitate, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientia deviarent, vel regulam præfatam non servarent; sed de eorundem deviantium, & non observantium regulam correctione, aut reductione, ac aliis quibuslibet causis, & negotiis dicti Ordinis se intromitteret, inhibitum fuisse, dicta auctoritate decrevit, & declaravit.

Hortatusque fuit illum, qui ad officium Protectionis hujusmodi, quod tunc per obitum bon. mem. Bessationis Episc. Sabinensis dicti Ordinis Protectoris vacabat, ac eis virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo inhibuit, ne extra prædictos articulos, & casus in regula præfata contentos, & expressos, nec etiam in illis, cum non universus Ordo, sed aliqua ipsius pars, vel speciales personæ errarent, ipsorum Fratrum querelas audire, seu de ipsorum causis, & negotiis contra literas, & declarationes hujusmodi intromittere se quoquo modo præsumerent, sed curarent, vigilarent, & intenderent, uti erat eorum officium, & prædicti Sancti Francisci, & præfatæ Sedis intentio fuerat, ipsum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico statu conservare, & augere, & ab impugnantibus, molestantibus, & perturbantibus protegere, defendere, & tueri, ne secus agendo Ordinem præfatum non solum non protegerent, conservarent, & exaltarent, ut tenebantur, sed in animarum suarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & scandalum perturbarent, destruerent, & confunderent, ut in ejusdem Sixti Prædecessoris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, quinto Kal. Februarii, Pontificatus sui anno secundo expeditis literis continetur.

Quas ac alias præfatas memorati Gregorii Prædecessoris literas piæ mem. Julius Papa II. etiam Prædecessor noster, qui in minoribus constitutus Cardinalatus honore fulgens, dicti Ordinis Protector viginti sex annis, & ultra fuerat, dictosque Fratres tanquam peculiares filios in visceribus charitatis gerens, etiam commoda, & tranquillitatem sinceris affectibus exoptabat, prævia ambarum præfatarum insertione, aliis suis literis sub Dat. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo octavo, Idibus Octobris, Pontificatus sui anno quarto, approbavit, ac earundem suarum literarum patrocinio communivit.

Cupientes itaque, ut pluries animo attente revolvimus, etiam in hac parte Apostolicæ solicitudinis studium apponere, ac nolentes salutaris provisionis remedium jamdiu a Nobis præmeditatum, ac etiam a quampluribus diversorum Ordinum Regularibus supplicitur petitum, diutius differre, dictorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum vestigiis inhærentes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nec non de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium ad hunc effectum de mandato nostro congregatorum consilio, præfatas memoratorum Gregorii, & Julii Prædecessorum literas tenore præsentium approbamus, confirmamus, innovamus, & ad primævum statum, pristinumque usum reducimus, & reintegramus; illisque in omnibus, & per omnia perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Insuper, ut in omnibus, & singulis quorumcunque Regularium Ordinibus memoratorum Protectorum curæ commissis, seu committi consuetis, una, eademque pariformis, hujusmodi Protectionum sit, & perpetuo esse debeat regula, & disciplina, omnia, & quæcunque tam in præfatorum Prædecessorum, ut præfertur, confirmatis, quam in præsentibus nostris literis contenta; in omnibus, & singulis, sive Sancti Francisci, sive cujuscunque alterius Regulæ, vel Instituti, ac quomodocunque erectis, reformatis, seu existentibus, ac erigendis, reformandis, seu futuris, & quomodolibet nuncupatis, seu nuncupandis, Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, vel Reformationibus, tam virorum, quam mulierum curæ Protectorum Ordinis, cujus illi, seu illæ existunt, generaliter commissorum, seu commissarum, observanda, attendenda, ac omnimodæ executioni demandanda esse, & fore, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, hac in perpetuum valitura Constitutione sancimus, & mandamus; Et nihilominus ne hujusmodi Protectores in aliquibus negotiis, causis, seu rebus, quæ universum Ordinem, seu totum corpus Religionis non concernunt, ex quacunque causa, occasione, titulo, prætextu sese quoquo modo intromittant, seu ingerant, etiam tenore præsentium penitus prohibemus, statuimus, atque decernimus.

Hinc cum retento præfatarum a Nobis confirmatarum, & ad omnes Ordines Regulares extensarum, ac præsentium nostrarum literarum themate, congruere, & in consequentiam venire videatur, ut memorati Protectores etiam a cognitione, & definitione causarum, seu litium, vel negotiorum dictos Regulares, vel eorum bona, jura, domos, aliaque, ut præfertur, particulariter concernentium pariter, seu magis abstinerent. Vice autem versa causæ, lites, instantiæ, petitiones, vel negotia hujusmodi, sive ex indultis, privilegiis, aut Constitutionibus Apostolicis, sive ex Regulis, vel Statutis, seu Ordinationibus aliquorum Ordinum, sive ex declarationibus, vel decretis dictæ S.R.E. Cardinalium aliquibus Congregationibus præpositorum, sive ex usu, vel quacunque consuetudine, in aliqua instantia, seu gradu cujuscunque appellationis, vel recursus a memoratis Protectoribus, seu eorum aliquibus hactenus cognita, examinata, seu judicata fuerint, vel cognosci, examinari, seu judicari potuisse, vel debuisse dignoscerentur, seu prætenderentur: Propterea ut modus, forma, & ordo in præfatis confirmatis, & extensis, ac præsentibus nostris literis constitutis, suum plenarium, & consimilem etiam in hac parte fortiantur effectum, omnibus, & singulis præfatis indultis, Privilegiis, Constitutionibus, Regulis, Statutis, Ordinationibus, Declarationibus, Decretis, usibus, & consuetudinibus, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plene, & sufficienter expressis habemus, plenissime, & amplissime motu, scientia & potestatis plenitudine similibus derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, illis alias in suo robore permansuris, ac quamcunque instantiam, sive gradum cujuscunque appellationis, vel recursus coram Protectoribus, seu ad Protectores hujusmodi, removentes, tollentes seu resecantes, quamcunque instantiam, prout de jure, & juxta ordinis instituta relinquimus, & cujuscunque appellationis seu recursus gradum, quem singulis Cardinalibus Protectoribus tenore præsentium omnino, & absolute adimimus, ipsis Cardinalibus, insimul tamen in Congregatione negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præposita convenientibus, earundem tenore præsentium restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur, seu verius utrunque, seu duplicem appellationis gradum, qui super præmissis prius ad Cardinales Protectores præfatos, & successive, vel respective, omisso medio, ad memoratam Congregationem devolvebantur, in eadem Congregatione consolidamus, annectimus, & unimus, & ad unum cognitionis, seu appellationis gradum reducimus.

Ad hæc cum pariter ex Indultis, Privilegiis, seu Constitutionibus Apostolicis, vel ex Regulis, Statutis, seu Ordinationibus, sive ex usibus, & consuetudinibus, vel alias quoquo modo, aliqua nonnullos Prælatos, Superiores, seu alios in quibus Ordinibus eligendi, seu deputandi, vel alia quæque facultas, seu auctoritas nonnulla quæcunque gerendi, committendi, mandandi, demandandi, seu ordinandi præfatis Protectoribus, seu aliquibus eorum quomodolibet attributa, commissa, commendata, seu demandata specialiter, vel generaliter contra formam præfatarum Gregorii, & Sixti Prædecessorum literarum exister: Hinc Nos hujusmodi electiones, seu deputationes ad limites Sacrorum Canonum, seu Regularum, & Instituti, vel ad modum & formam in Comitiis generalibus, seu per Nos auctoritate Apostolica statuendum, & statuendam reducimus, & reductas esse volumus, & mandamus; Quo vero ad cætera, facultatem, seu auctoritatem, quam iisdem singulis Cardinalibus Protectoribus in præmissis, & circa ea penitus, adimimus, eorundem Cardinalium Congregationibus, juxta cujusli-

bet Congregationis facultates, congrua congruis referendo, similiter restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur sub ea tamen moderatione, seu declaratione, ut præfatæ Congregationes in illis duntaxat, quæ ad Protectores hujusmodi ex Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, seu ex Statutis, Regulis, vel Constitutionibus cujuslibet respective Ordinis, non autem ex usu, consuetudine, vel alias spectarunt, loco eorundem Protectorum subrogentur, & subrogatæ sint, & esse intelligantur.

Quia vero sæpe sæpius contigit, ut in Causis, seu negotiis, quæ in memoratis dictorum Cardinalium Congregationibus proponuntur, exquiratur super expositis informatio, ac quandoque etiam votum, seu delegetur resolutorum executio, eandem proportionem, seu distinctionem, quam præmisimus, etiam in hac parte servari mandamus; ut nimirum in respicientibus totum ordinem Protectorum curæ, ut præfertur, commissis, seu relictis, iisdem Protectoris; In cæteris vero Causis, & Negotiis, Superiori generali, sive Procuratori generali, & in utroque, seu alterutro casu, etiam Congregat. sive Assistentium, sive Definitorum, sive Consultorum, sive aliter quomodocunque nuncupatæ hic in Urbe, vel in alio Italiæ loco existenti, in qua Ordinis negotia tractantur, seu tractari solent, vel debent, & quo ad illos Ordines, in quibus hujusmodi insimul, & continue conveniens Congregatio non existit, seu existit, sed extra Italiam, eidem Procuratori Generali vel soli, insimul etiam nonnullis aliis ejusmodi Ordinis Superioribus seu Prælatis, tametsi in diversis locis in Italia seu extra eam respective, ut præfertur, commorantibus, arbitrio semper cujuslibet ex præfatis Card. Congregationibus, juxta rerum, locorum, & personarum qualitates, & circumstantias respective, informatio, & votum, ut præfertur, necnon executio hujusmodi, congrua congruis referendo, & servata cæteroquin quoad singulos Ordines forma propriæ Regulæ, Statutorum, seu Instituti, remittatur, delegetur, seu committatur.

Perpendentes etiam Christianæ Reipublicæ præ cæteris expedire, ut Ordinibus Regularibus Prælati inculpatæ vitæ, morumque integritate, virtutibus, meritis, rerumque experientia præstantiores, & aptiores præficiantur, & ad hunc effectum omnimodam, & ab humanis respectibus undequaque immunem, & sacrosanctam libertatem in illorum electionibus, nedum mirabiliter conferre, sed requiri, memoratos Protectores in Domino hortamur, & enixe obsecramus, ac Electoribus pariter in Domino, & in virtute Sanctæ Obedientiæ districte præcipimus, seu hortationes, obsecrationes, & præcepta hujusmodi renovamus, ut in comitiis præsertim generalibus, quibus eosdem pro tempore præsidere, & respective interesse contigerit, nedum inter se, & aliis intra claustra degentibus, sed exteris ipsis quibuscunque etiam Laicis, quacunque majestate, præeminentia, gradu, & dignitate fulgentibus, propriæ indifferentiæ, ac unice in Dei gloriam, & Religionis bonum respectus, ita se præbeant singulare specimen, & exemplar, talemque hujus rectæ intentionis, & melioris operationis odorem diffundant; ut illi propterea vexationes, & importunas commendationes, ubi Spiritus Paraclitus spirat, & præsidet, inutiles, & incongruas esse, seu fore, certius agnoscentes, ab iisdem prorsus abstineant, seu desistant; indeque tam intrinsecus, quam extrinsecus, omnibus vexationibus, commendationibus, machinationibus, humanisque finibus eliminatis, & explosis, integra, illibata, & intacta Vocalibus remaneat eligendi facultas, & tam Superioris Generalis, quam aliorum respective Prælatorum, undequaque libera, optima, & canonica sequatur electio, ad quam cum Voto, si quod, & eo modo, quod Protectori juxta cujusque Ordinis Regulas, Statuta, vel alias competit, Deum, ejusque honorem, & gloriam duntaxat præ oculis habens, concurrat. Nolumus tamen absentium vota, nec Protectoris, nec cujuscunque alterius, nec etiam ipsarum Cardinalium Congregationum auctoritate suppleri, seu alios Vocales eorundem absentium loco, seu vice subrogari, deputari, seu eligi, sed jus eligendi in solis, juxta juris, & Instituti regulas ad hunc effectum assumptis, & in destinatis loco, & tempore convenientibus consolidari, seu alias, prout de jure, permanere omnino volumus, & mandamus.

Ut autem præmissa omnia, & singula eo magis debitum consequantur effectum, & executioni demandentur, ac ad majorem cautelam, seu declarationem, omnia, quæcunque, & singula, quæ in præmissis confirmatis, ac extensis, & præsentibus nostris literis sunt quoquo modo explicite, vel implicite memoratis Protectoribus, interdicta, in posterum annullamus, cassamus, & irritamus, sed potius nulla, cassa, inania, irrita, nulliusque roboris, & momenti ipso jure, & ipso facto omni meliori modo declaramus, atque decernimus. Mandantes iisdem nunc & pro tempore in futurum existentibus Protectoribus, ne cuncta, vel singula præmissa quoquo modo injungant, faciant, mandent, committant, permittant, sive tolerent; necnon quibuscunque Regularibus utriusque sexus, tum Superioribus etiam Generalibus, tum subditis, ne iisdem omnibus, & singulis, ut præfertur, præmissis pareant, obediant, morem gerant, adhæreant, seu illa tolerent, vel permittant, sive omnia, vel singula præmissa quæcunque fiant, seu attententur per sententias, vel decreta, sive in forma judiciali, sive extrajudiciali, tam per patentes, quam per privatas literas, seu epistolas, sive per seipsos, sive per quoscunque alios, nedum per viam præcepti, jussionis, mandati, vel commissionis, sed etiam commendationis, & sive palam, sive secrete, tum in quibuscunque scriptis, tum oretenus & tam directe, quam indirecte, mediate, vel immediate, ac aliis quibuscunque formis, & modis, nihil penitus omisso, præfatorum omnium conscientias desuper onerantes.

Propterea omnes, quascunque, & singulas facultates, auctoritates, & jurisdictiones quomodocunque, qualitercunque, & quandocunque, tam in genere, quam in specie omnibus, & singulis antehac, sive nunc existentibus Protectoribus hujusmodi, & tam eorum personis, quam gradui, muneri, vel Officio concessas, & attributas, vel communicatas, seu ab aliis quoquo modo exerceri consuetas, etiam speciali, & individua mentione, moderatione, seu revocatione dignas, earundem omnium, & singularum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plene, & sufficienter expressis habentes, in omnibus, & singulis, quæ præmissis adversantur, moderamur, reformamus, & ad limites, modum, formam, & tenorem præsentium reducimus, & pro sic moderatis, reformatis, & reductis haberi, censeri, & intelligi volumus, & decernimus. Sicque pariter, & non alias quam servata forma præsentium, & omnium, ac singulorum in illis contentorum facultates, jurisdictiones, & auctoritates hujusmodi, necnon deputationes eorundem Protectorum in posterum quomodocunque concedendas, attribuendas, seu communicandas, & respective faciendas, observari, attendi, intelligi, & exequi omnino volumus, & mandamus.

Quo circa præfatæ Congregationi memoratorum negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, Cardinalium, & dilecto filio Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus omnibus, & singulis præmissis semper salvis, & in suo robore permanentibus, Congregatio, vel Auditor præfati præsentes literas in ea parte, quæ prædictam moderationem, seu limitationem facultatem Protectorum hujusmodi, ac in contrarium desuper ab iisdem Protectoribus gerendorum, nullitatem, seu irritationem duntaxat concernunt, ubi, et quando opus fuerit, quoties pro parte, quorumcunque desuper interesse habentium Congregatio, vel Auditor præfati fuerint requisiti, solemniter publicantes eisque desuper efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentes in dicta parte duntaxat firmiter observari, et singulos, quos eædem literæ in dicta parte concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos quomodolibet indebite molestari, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.

Decernentes, easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod omnes, et singuli supradicti, ac alii quicunque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias specifica, et individua mentione, et expressione digni, in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, et audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent; aut ex alia quacunque juridica, privilegiata, et rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, et occasione, colore, prætextu, titulo etiam oneroso, et capite etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, sub-

substantiali, essentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas apetitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine patibus concesso, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse; sed easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque semper, & perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter & inconcusse observari; Sicque, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & quoscunque Nuncios, & Cardinales etiam de latere Legatos, necnon quascunque eorundem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios qualibet auctoritate præeminenti, & potestate fungentes, & quandocunque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, &, quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & signanter illa de jure quæsito non tollendo, & alia, quod Cardinales in Constitutionibus, & regulis per nos edendis non comprehendantur, nisi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuerint, aliisque quibuscunque etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, etiam Apostolicis, necnon quorumcunque, & singulorum Ordinum Regularium, Religionum, Congregationum, seu Reformationum Institutis, Regulis, Statutis, Decretis, & Ordinationibus quibuscunque etiam in limine erectionis fundationis, seu reformationis, etiam in Comitiis Generalibus quoquo modo factis, ac usibus, stylis, & consuetudinibus quibuscunque etiam centenariis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apostolicis quibuscunque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscunque vicibus innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, reductionum, reintegrationis, sanctionis, mandatorum, prohibitionis, statuti, decretorum, derogationum, voluntatum, ademptionum, restitutionum, concessionum, consolidationis, annexionis, unionis, hortationis, obsecrationis, præcepti, renovationis, annullationis, cassationis, irritationis, declarationis, onerationis, moderationis, & reformationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, quattordecimo Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione secunda, die vero decima septima Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. anno tertio, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, In Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joannem Baptistam de Comitibus ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Petrus Sannamellinus Curs. Magister.

Ad Ornatum Disc. XLIII.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio moderatoria Donationum, & Distributionis redituum Ecclesiasticorum in consanguineos, vel affines Romani Pontificis, seu eorum loco adlectos, ac præscribens cautelas servandas circa signaturas earum gratiarum, quæ aliquando ægrotante Romano Pontifice per concessum fieri dicuntur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanum decet Pontificem, tanquam fidelem servum, et prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam, Ecclesiæ Catholicæ conspectu actum suum ita ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Deo, et inveniatur justus, fiatque forma gregis ex animo, et bonus sit Christi odor in omni loco. Cæteri vero Antistites, et Ecclesiarum Prælati in partem solicitudinis, cujus ei commissa est plenitudo, vocati, aliique Christi fideles, quos curæ suæ divinitus creditos in visceribus Paternæ gerit charitatis, ejus exemplo, atque præceptis caduca Mundi hujus despicere, carnisque, et sanguinis laqueos effugere, ac de bonis, et rebus Ecclesiasticis juxta æquitatis et Justitiæ leges disponere, et spiritualium remigio alarum ad cælestia contendere, atque evolare auxiliante Domino condiscant. Hinc ad ea Sacrorum Canonum instituta, quæ Episcopis, ne bonis, et reditibus Ecclesiæ consanguineos suos augere studeant, interdicunt, considerationis nostræ aciem convertentes, eam Nobis in suprema Beati Petri Apostolorum Principis, cui caro, et sanguis non revelavit, Sede constitutis ab ipso Pontificatus Nostri primordio servandam proposuimus, et hactenus Deo adjuvante servare studuimus disciplinam, ut in bonorum, et redituum ad hanc Sanctam Sedem, et Cameram Nostram Apostolicam spectantium distributione Justitiæ, atque Prudentiæ leges, et regulas accurate custodientes, summam meritorum, nullam autem carnis, et sanguinis, aut cujuscunque humani effectus rationem haberemus. Et licet in Dei misericordia speremus, tales Nobis successuros Romanos Pontifices, qui non minus hac in parte, quam in reliquis munus suum impleant, et Ecclesiam Universam spiritalium aromatum odo-

odore perfundant: Nihilominus ea, quæ Nobis licere non patimur, aliis indicare, salubremque in Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum matre, & magistra circa præmissa normam, & legem constituere, atque stabilire decrevimus.

Habita igitur supra his cum Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum consilio pariter, & assensu ad Omnipotentis Dei gloriam, Apostolicæ Sedis honorem, Antistitum, Prælatorum, aliorumque Ecclesiasticorum ædificationem, & bonum exemplum, hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, atque decernimus, salutarem hanc de cætero in dicta S. R. E. servari rationem, atque disciplinam, ut nec a Nobis nec ab ullo Romanorum Pontificum Successorum nostrorum ad favorem nostrorum, sive suorum respective fratrum, nepotum, aliorumque quarumcunque consanguineorum, seu affinium, sive illorum, quos in locum nepotum, aliorumque consanguineorum cooptationem in familiam, aut aliter adlegi, seu adsci contigerit, de bonis, pecuniis, locis Montium vacabilium, & non vacabilium, Officiis venalibus illorumque pretio, creditis, redditibus, rebus, & juribus quibuscunque ad Sedem, & Cameram præfatas quovis modo spectantibus, vel quandocunque spectaturis, etiam ex emolumentis Datariæ, Cancellariæ Apostolicæ, Secretariæ Brevium, Spoliorum Ecclesiasticorum, & quarumcunque Palatii Apostolici portionum, seu distributionum proventibus, liberalitatis, & donationis, aliove quovis gratuito, seu lucrativo titulo directe, vel indirecte etiam servitiorum, & meritorum; quæ tamen talia non sint, ut ex lege justitiæ eam exigant remunerationem, aliove quolibet colore, seu prætextu, sive etiam supra veram ipsorum servitiorum, & meritorum rationem ullo modo in posterum disponatur.

Quod si fratres, nepotes, consanguinei, vel affines, seu illorum loco adlecti, sive adsciti præfati inopia laboraverint, poterit Romanus Pontifex pro tempore existens pro timorata sua conscientia illorum paupertatem eodem omnino modo sublevare, quo pauperum extraneorum inopiæ subvenire fas est.

Ne autem, quod directe prohibetur, indirecte permittatur magnorum stipendiorum, seu honorariorum nonnullis Sedis prædictæ Officiis, seu muneribus, quæ consanguineis, vel affinibus, seu adlectis, vel adscitis præfatis concedi, ut plurimum consueverunt assignatorum ratione, stipendia, provisiones, sive salaria, & honoraria, & alias quomodolibet nuncupari solita emolumenta quæcunque, quæ antehac per Cameram prædictam in Civitate Avenionensi, & Comitatu Venaysino Nostris in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac in illis, & vicinis quinque Provinciis ejusdem Sedis de latere Legato præstari, & solvi plerumque solita, & consueta fuerunt: Superintendentis vero Generalis Negotiorum Sedis Apostolicæ, necnon totius Militiæ, tam Equestris, quam Pedestris Status Nostri Ecclesiastici Gubernatoris, & Capitanei Generalis, itidemque Classis, & triremium Pontificiarum Præfecti, illiusque, & illarum Commissarii, & Locumtenentis Generalis, Arciumque, & Turrium ad littora Maris tam Adriatici, quam Tyrreni existentium Superintendentis Generalis; Præfecti quoque Generalis utriusque Custodiæ Corporis Romani Pontificis, ejusque Locumtenentis Generalis, item Castellani Arcis Sancti Angeli de Urbe; Gubernatoris, ut alias deputabatur, Civitatis Beneventanæ, cujus tamen Gubernium ad instar aliorum prædicti nostri Status, prout impræsentiarum servatur, remaneat, & Arcis Beneventanæ Præfecti. Item Gubernatoris Oppidi Nostri Civitatis Vetulæ, ac demum Perusinæ, Anconitanæ, & Novæ Asculanæ respective Arcium Præfecti seu Castellani, Officia, & munera ipsa cum omnibus, & singulis illorum, & cujuslibet eorum Juribus, prærogativis, stipendiis, salariis, & emolumentis quibuscunque perpetuo supprimimus, & abolemus; illaque deinceps, quomodocunque, & quandocunque renovari prohibemus, nec cuiquam de cætero assignari, & præstari, seu concedi, & conferri respective volumus, atque decernimus. Quod si pro rerum qualitate, temporumque contingentia, manifesta, urgensque necessitas munera, seu Officia Militaria hujusmodi, vel aliqua ex eis de novo institui exegerit, Viros ad illa assumi volumus, & mandamus, strenuos, & fideles, eximia virtute præstantes, reique Militaris apprime peritos, & in illa diuturno, approbato usu exercitatos, quibus Romanus Pontifex pro tempore existens secundum datam sibi a Domino Sapientiam pro ratione laboris, industriæ, atque periculi competentia, & congruentia stipendia assignabit.

Porro si Nostri, Successorumque Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium fratres, nepotes, & alii quicunque consanguinei, seu affines, sive veri, sive, ut præfertur, adlecti, & adsciti, vitam Ecclesiasticam elegerint, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, ac annuarum pensionum super eorum fructibus consecutionis capaces fuerint, eam in redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributione eis facienda servari volumus moderationem, ut nonnisi juxta eorum merita, & non ultra, congruam pro gradus, vel dignitatis, quem, vel quam in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem, affinitatem, seu adlectionem erga Romanum Pontificem habito respectu ad sustentationem, ejusmodi reditus, & proventus Ecclesiastici eis distribuantur; quo custodita in omnibus Ecclesiasticæ disciplinæ, atque Justitiæ distributivæ regula, nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio, sed Ecclesiastica stipendia ministrantibus in Ecclesia Dei æqua lance pro uniuscujusque merito assignentur.

Quoad illos autem ex fratribus, nepotibus, aliisque consanguineis, seu affinibus Roman. Pontificum pro tempore existentium præfatorum, sive veris, sive, ut præfertur, adlectis, & adscitis, quos eximiis eorum ita exigentibus meritis ad sublimem Cardinalatus dignitatem assumi contigerit, eam quoque de cætero servari volumus moderationem, ut Ecclesiæ, Monasteria, Commendæ aliave cujusvis generis beneficia, & Officia Ecclesiastica, ac pensiones annuæ super illorum fructibus unicuique eorundem respective conferenda, commendanda, & concedenda ac reservandæ & assignandæ, verum valorem annuum duodecim millium scutorum monetæ Romanæ computatis insimul beneficiorum, & Officiorum quibuscunque fructibus, & pensionum quantitatibus, in totum non excedant: In ea tamen taxatione non comprehenduntur emolumenta Officiorum ejusdem Apostolicæ Sedis, & Romanæ Curiæ S. R. E. Cardinalibus demandari, seu concedi solitorum, aliorumque munerum quæ ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad tempus, seu beneplacitum Romani Pontificis pro tempore existentis demandata, seu concessa fuerint. Declarantes, quod deinceps præfati qui vitam Ecclesiasticam elegerint, seu ad sublimem Cardinalatus dignitatem fuerint assumpti, quoscunque Titulos fructuum reservationibus gravatos, sive præventivas, vel eventitias pensiones ultra moderationem, ut supra respective, præscriptam nullatenus assequi valeant.

Quod si forsan (quod absit) modus circa præmissa sic congruenter, salubriterque præscriptus in posterum excedatur, curæ erit Romanis Pontificibus Successoribus, donationes gratuitas, seu lucrativas dispositiones, excessivas subventiones, munerum, & Officiorum, seu illorum stipendiorum, & emolumentorum concessiones, ac redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributiones, nec non collationes, Commendas, concessiones, reservationes, & assignationes, aliaque præmissa contra, vel ultra modum, ut præfertur, præscriptum factas, seu facta rescindere, revocare, & in nihilum redigere, ac ut præfertur, donata, elargita, concessa, collocata, commendata, reservata, & assignata a consanguineis, & affinibus sive veris, sive adlectis, & adscitis præfatis, eorumque hæredibus, & successoribus respective etiam manu Regia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine vindicare, & auferre, ac Cameræ Apostolicæ applicare, & incorporare, aliisque respective conferre, commendare, concedere, & assignare, ac alias desuper opportune providere, seu disponere.

Quia vero ægrotante Romano Pontifice nonnunquam contigit, ut Signaturæ gratiarum quæ per concessum fieri dicuntur, modum illum excederent, quem ipse Romanus Pontifex, dum bene valebat, servare consueverat; statuimus, atque decernimus, ut iis quibus ejusmodi Signaturas per concessum a Romano Pontifice ægrotante etiam per Chirographum speciale manu ipsius Romani Pontificis subscriptum, vel alias quomodocunque committi contigerit, cujuscunque status, gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, nullas hujusmodi gratias, signare, vel expedire valeant, nisi fuerint ad illas adhibiti duo ejusdem S. R. E. Cardinales, qui una cum Signatore præfato coram ipsomet Romano Pontifice eas concedente, ac expediri mandante, earundem Gratiarum suppli-

supplicationibus, sive minutis, aut Chirographis, aliisque concessionum scripturis subscribant; alioquin quidquid secus actum, signatum, gestumve fuerit, nullum, irritum, & invalidum, nullinsque sit roboris, vel momenti, & qui huic saluberrimæ sanctioni contravenerit, ab ipso Rom. Pont. sanitati restituto, vel ejus Successoribus condignis pœnis puniatur.

Ut autem præmissa omnia, & singula perpetuo & inviolabiliter observentur, Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ut sicuti ejusdem S. R. E. Cardinales in Romana Curia præsentes hanc Constitutionem, quantum eis erit, observare, illique non contravenire, nec ullis contrafacientibus etiam Romanis Pontificibus consentire, nec absolutionem a juramento præstito petere, nec oblatam, aut concessam acceptare promiserunt, & jurarunt; idem quoque per absentes ab eadem Curia dictæ S. R. E. Cardinales quandoque ad eam advenerint, ac per futuros Cardinales in assumptione Pilei promitti, & jurari debeat, promissioque, & juramentum hujusmodi in formula juramenti per eosdem Cardinales præstari soliti adjungatur, & adscribatur. Occurrente autem quandocunque ejusdem Apostolicæ Sedis vacatione, iidem Cardinales in Conclavi, quando de observandis felicis recordationis Prædecessorum nostrorum Julii Papæ Secundi super electione Romani Pontificis, Pii Papæ Quinti, ne Civitates, & loca S. R. E. infeudentur, & Sixti Papæ Quinti de pecuniis in Arce Sancti Angeli positis inde non amovendis, aliisque nonnullis Constitutionibus Apostolicis juramentum præstare solent, etiam de præsenti Constitutione per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, inviolabiliter observanda, & postmodum ipse ad supremi Apostolatus Officium assumptus post assumptionem hujusmodi hoc ipsum promittere, & jurare debeant, servatis etiam aliis omnibus, & singulis illis, quæ circa juramentum hujusmodi in præfata Sixti Prædecessoris Constitutione Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, undecimo Kalendis Maii, Pontificatus sui anno primo edita præscribuntur.

Has quoque nostras literas in libellum redigi, & post prædictas Julii, Pii, & Sixti, quæ in Conclavi legi solent, aliorumque Prædecessorum nostrorum Constitutiones adjungi, & in quinterno Cancellariæ nostræ Apostolicæ una cum aliis Constitutionibus Apostolicis adscribi, & ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, dictæque Cancellariæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari, ipsarumque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem, tam in judicio, quam extra illud ubique haberi volumus, quæ iisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Constitutionis, Suppressionis, Abolitionis, Taxationum, Statutorum, Decretorum, Voluntatum, & Mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, decimo Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus promitto, voveo, & juro.

✠ DOMINE

SANCTUS PETRUS — SANCTUS PAULUS

INNO- CENTIUS PP. XII.

AMO TE. — TU SCIS

VIAS

✠ Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo promitto, voveo, & juro.

✠

✠ Ego Jacobus Episcopus Tusculanus Cardin. Fransonus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego P. Episcopus Prænestinus Card. de Alteriis S. R. E. Camerarius promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠ Ego F. Tit. S. Praxedis Presbyter Cardin. Maidalchinus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Cardin. Barberinus promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠ Ego Nicolaus Tit. S. Calixti Presbyter Card. Acciajolus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Gaspar Tit. S. Mariæ Transtyberim Presb. Cardin. Carpineus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Cæsar Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Card. Destres promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠ Ego Franciscus Tit. S. Matthæi in Merulana Presb. Cardin. Nerlius promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri de Capite Presb. Card. Casanate promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Galeatius Tit. SS. Quirici, & Julittæ Presb. Card. Marescottus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Fabricius Tit. S. Chrysogoni Presb. Cardin. Spada promitto, voveo, & juro.

✠ Ego P. Thomas Hovardus Tit. S. M. super Minervam Presbyter Cardinal. de Norfolcia promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Jo: Baptista Tit. S. Cæciliæ Presb. Cardin. Spinula promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠ Ego F. Laurentius Basilicæ SS. XII. Apostolorum Presb. Card. de Laurea promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Jacobus Tit. S. Mariæ de Aracœli Presbyt. Card. de Angelis promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠ Ego M. Antonius Barbadicus Tit. S. Susannæ Presb. Card. S. Susannæ promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠ Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte auro Presb. Card. de Goessen promitto, voveo, & juro.

✠

✠ Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presb. Card. Petruccius promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠ Ego Joseph Saenz Tit. S. Balbinæ Presb. Card. de Aguirre promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Leander Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyt. Card. Colloredus Major Pœnitentiarius promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Fortunatus Tit. SS. Joannis, & Pauli Presb. Card. Caraffa promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Bandinus Tit. S. Pancratii Presb. Card. Panciaticus promitto, voveo, & juro.

✠

✠ Ego Ferdinandus Tit. S. Clementis Presb. Card. de Abdua promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Tussanus Tit. S. Agnetis extra mœnia Presbyter Cardinalis de Janson Forbin promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Joan. Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardin. Rubinus promitto, voveo, & juro.

✠

✠ Ego I. B. Tit. S. Anastasiæ Presb. Card. Costagutus promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ Ego Urb. S. Mariæ in Via Lata Diac. Card. Sacchettus promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠ Ego Fulvius SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. Astallius promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠ Ego Petrus Sancti Laurentii in Damaso Diaconus C. Othobonus S. R. E. Vice Cancellarius promitto, voveo, & juro.

✠ Ego C. S. Mariæ in Cosmedin. Diac. Card. Bichius promitto, voveo, & juro.

✠

✠ Ego Aloysius S. Mariæ in Porticu Diac. Card. Homodeus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Franciscus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Card. Barberinus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Laurentius S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. de Alteriis promitto, voveo, & juro.

Loco ✠ plumbi

B. Card. Prodatarius.

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione decimaquinta, die vero vigesima octava Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. anno Primo supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliislocis solitis, & consuetis Urbis, per me Andream Dominicum Simoncellum, ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Agapitus de Magistris Curs. Magister.

INSTITUTIO ARCHIVII GENERALIS

URBANI

In Alma Urbe sub Protectione, & Superintendentia, Illustrissimi, & Reverendissimi

FRANCISCI BARBARINI

S. R. E. Card. Diac. Tit. S. Agathæ.

Et erectio Officii Conservatoriæ dicti Archivii cum eorundem jurisdictionis, & privilegiorum assignatione.

SUMMARIUM.

Proœmium.

1 *Causa hujus Constitutionis.*
2 *Institutio dicti Archivii sub protectione, de qua in rubrica.*
3 *Dos ejusdem, & emolumenta Conservatoris.*
4 *Privilegia ejusdem Conservatoris.*
5 *Jussio deferendi ad illud scripturas, de quibus hic.*
6 *Deputatio Camilli Perini J. U. D. in Conservatorem dicti Archivii.*
7 *Jurisdictio Card. Barberini Superintendentis, & Gubernatoris dicti Archivii.*
8 *Clausulæ præservativæ.*
9 *Deputatio Executorum.*
10 *Derogatio contrariorum.*
11 *Forma publicationis, & fides Transumptorum.*
12 *Sanctio pœnalis.*

Dat. P. M. 3. Die 16. Novembris 1625. Publicatio.

URBANUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

PAstoralis officii Nobis, meritis licet imparibus, divina dispositione injuncti solicitudo assidue cor nostrum pulsat, & commovet, ut non solum ad ea quæ animarum salutem respiciunt, verum etiam quæ ad populorum præsertim Almæ Urbis nostræ, ac Nobis, & Sedi Apostolicæ temporali ditioni subditorum utilitatem, pacem, tranquillitatem, perpetuamque securitatem pertinere noscuntur, vigilantiæ nostræ aciem dirigamus, & præsertim noxiis illis, quæ ob non adhibitam satis exactam diligentiam in conservandis tam publicis, quam privatis Scripturis inter subditos nostros, gravi cum nostra, eorumque molestia, fortunarumque suarum jactura, frequenter exoriri, & vigere intelligimus, commoda aliqua ratione provideamus, & pro felici progressu eorum, quæ propterea a Nobis ordinantur, illorum curam egregiorum virorum prudentiæ demandemus, quorum opera, & studio feliciter gubernentur, ac lites facilius terminentur, prout pro justitiæ complemento, & subditorum eorundem quiete conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque ex multiplicitate, & diversitate Notariorum Urbis, & aliquorum etiam ex eis imperitia, & negligentia, ac Instrumentorum, & aliarum scripturarum confusiones, ac incuriosa custodia plurima damna, & incommoda subditis nostris, & aliis irrogari, maximum etiam detrimentum fidei publicæ in dies inferri, eandemque non parvo in discrimine falsitatem, & fraudem versari; vicissim vero ex diligenti eorundem Instrumentorum, & scripturarum cura falsitates, & fraudes omnes evitari, dominia rerum, ac jura unicuique conservari, aliaque non modica provenire bona satis exploratum, & abunde perspectum habentes, & in plerisque dominiis, & regionibus exteris, ac etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum auctoritate fere in omnibus Civitatibus, & locis Status nostri Ecclesiastici publica, & generalia, & in ipsamet Urbe nostra quædam particularia, Capitolinum videlicet, & Romanæ Curiæ, & forsan alia Archivia erecta, & instituta fuisse, ex eis tamen alia in desuetudinem abiisse, alia in multis deficere, neque per illa hujusmodi incommodis, damnis, & fraudibus, illarumque periculis sufficienter provideri animadvertentes, & ex Annalibus sacræ Historiæ Romanam Ecclesiam olim Archivium publicum sub nomine Cartophylacii habuisse, & Cartophylacii Officium magnæ dignitatis, & auctoritatis apud eandem Romanam Ecclesiam, & Sedem Apostolicam extitisse, memoria repetentes, & præmissis, quantum in nobis est, occurrere cupientes, nulla alia ratione satius prædictis nostris subditis, & aliis omnibus, quam per erectionem Archivii publici, & generalis in dicta Urbe, ad quod Instrumenta publica, & aliæ Scripturæ per ejusdem Urbis Notarios, & alios infrascriptos rogata pro tempore deferri, & in eo asservari debeant, consultum iri censeamus, pro earundem Urbis, & Romanæ Curiæ ornamento, & Instrumentorum, ac Scripturarum tuta, & perpetua conservatione nostrorum subditorum, & aliorum securitate, ac publica, & privata omnium utilitate ad erectionem hujusmodi devenire decrevimus.

§. 2. Motu igitur proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Archivium generale Urbanum nuncupandum sub Protectione, & suprema Superintendentia dilecti filii Francisci Sanctæ Agathæ Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis ejus vita durante, & post illius obitum unius ex ejusdem S. R. E. Cardina-

dinalibus per pro tempore existentem Romanum Pontificem ad id specialiter deputandi, in dicta Urbe, in loco prope Plateam, Principis Apostolorum de Urbe nuncupatam, per Nos designato, & pro ejusdem Archivii generalis bono regimine, & administratione unum Conservatoriæ ejusdem Archivii generalis officium pro uno Clerico, vel laico utriusque Juris Doctore, vitæ, ac morum probitate, & experientia prædito, ac alias sufficienti, & idoneo, Conservatore Archivii Generalis Urbani nuncupando, ad nostrum, & pro tempore existentis Romani Pontificis nutum ponendo, & amovendo, cum infrascriptis, & aliis omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, honoribus, præeminentiis, & oneribus in Capitulis per dilectum filium nostrum Antonium dictæ S.R.E. Presbyterum Cardinalem S. Onuphrii nuncupatum, de mandato nostro subscriptis expressis, & aliis etiam per pro tempore existentem Archivii generalis hujusmodi Superintendentem Cardinalem quandocunque ampliandis, moderandis, & declarandis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo erigimus, & instituimus.

§. 3. Illique sic erecto, & instituto pro ejus dote, ac illud pro tempore obtinentis sustentatione, salario, & emolumento summam in particulari Chirographo, etiam hodie manu nostra subscripto, ex taxis, ac omnibus Juribus obventionibus emolumentis, & aliis regalibus in dictis capitulis contentis, & specificatis designandam dictam auctoritate etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, ac ex nunc applicatam, & appropriatam fore, & esse volumus, & declaramus; itaut liceat eidem Conservatori pro tempore existenti per se, vel alium ad id ab eo deputatum summam sic applicatam, & appropriatam ab iis, ad quos pro tempore spectabit, exigere, recipere, & retinere, ac in suos usus, & utilitatem convertere, nostra, vel Romani Pontificis pro tempore existentis licentia desuper minime requisita.

§. 4. Ac ut prædictum Officium sic erectum, & institutum, illudque pro tempore obtinens amplioribus per Nos favoribus, & gratiis decoretur; Quod pro tempore existens Conservator dicti Archivii noster, ac pro tempore existentis Romani Pontificis verus, indubitatus, & non fictus familiaris, continuus Commensalis, aliorumque familiarium, & continuorum Commensalium numero, & consortio adscriptus, & aggregatus eo ipso existat, & vestes violacei coloris ad instar nostrorum Cubiculariorum, Honoris nuncupatorum, gestet, illisque arbitrio suo utatur; ac in signum veræ, & indubitatæ, ac non fictæ familiaritatis hujusmodi singulis diebus ex Palatio Apostolico panem ejusdem quantitatis, & qualitatis, prout dilectis filiis in utraque Signatura nostra Referendariis dari consuevit, habeat, decernimus, & panem hujusmodi dietim sibi ex dicto Palatio dari mandamus.

§. 5. Ad Archivium autem generale prædictum omnia testamenta, fideicommissa, legata, codicillos, donationes causa mortis, & alias ultimas voluntates a quibusvis Notariis publicis Urbis, etiam eorum officia titulo oneroso a Nobis, & Sede prædicta, ac Camera Apostolica habentibus; necnon Parochis ejusdem Urbis, tam in ipsa Urbe, quam extra eam quomodolibet recepta, & rogata; ac super venditionibus, & venditionum resolutionibus; & rescissionibus, cessionibus, renunciationibus, transactionibus, divisionibus, in solutum dationibus, permutationibus, de & super bonis, & rebus immobilibus factis; necnon censibus, & eorum extinctionibus, feudis, subfeudis ac in emphyteusim, livellum, aut sub annuo censu, canone, vel alia responsione concessionibus, inter vivos donationibus, insinuationibus, dotibus, & pactis dotalibus, hæreditatum aditionibus, repudiationibus, & inventariis, emancipationibus, adoptionibus, arrogationibus, Jurispatronatibus, irrevocationibus, & ad vendendum, & donandum procurationum mandatis, fidejussionibus perpetuis, ac alia instrumenta in capitulis prædictis latius descripta, & annotata, & per quosvis Notarios Urbis prædictos, tam in Urbe, quam extra eam quomodolibet, ut præfertur, recepta, & rogata sub modo, & forma in eisdem Capitulis præscriptis, & ordinatis deferri, & in eo respective recipi, annotari, ac diligenter, & perpetuo conservari, & custodiri debere volumus, præcipimus, & similiter mandamus.

§. 6. Postremo dilectum filium Camillum Perinum Clericum Florentinum utriusque Juris Doctorem apud Nos de literarum scientia, vitæ, ac morum honestate, aliisque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, specialis gratiæ favore prosequi volentes, eundem Camillum, de cujus fide, doctrina, prudentia, & in similibus experientia plurimum in Domino confidimus, in Conservatorem dicti Archivii generalis ad nostrum, & dictæ Sedis beneplacitum motu, & auctoritate paribus constituimus, & deputamus.

§. 7. Francisco vero Cardinali, ac aliis dicti Archivii generalis, ut præfertur, deputandis Superintendentibus, & Gubernatoribus, Edicta, Bannimenta, & proclamationes prædictum Archivium generale, vel illius negotia pro tempore quomodolibet concernentia, sub suo nomine, ac sub pœnis etiam corporalibus sibi benevisis, quoties opus fuerit, publicandi, ac pro tempore emanata declarandi, interpretandi, ampliandi, & innovandi, ac executioni demandari faciendi, prout eidem magis expedire visum fuerit; necnon omnes causas civiles, criminales, & mixtas super præmissis, & illorum occasione pro tempore motas, ac appellationum, reclamationum, recursuum, ac in integrum restitutionum a sententiis, decretis, & gravaminibus per prædictum Camillum & pro tempore existentem Conservatorem dicti Archivii generalis latis, & promulgatis, seu quomodolibet illatis, cum omnibus, & singulis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totisque negotiis principalibus, etiam privative quoad omnes alios, manu regia, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura judicii, ac tela judiciaria minime observata, ac omni, & quacunque appellatione, recursu, vel restitutione in integrum remotis per se, vel alium, aut alios a Francisco Cardinale, & pro tempore existente Superintendente, & Gubernatore dicti Archivii generalis deputandos audiendi, cognoscendi, finemque debito terminandi, & decidendi, aliaque omnia, & singula, quæ ad ipsius Archivii generalis directionem, ac rectam, & facilem administrationem, & gubernationem pertinent, & alias circa præmissa necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, ordinandi, mandandi, faciendi, gerendi, exercendi, disponendi, & exequendi plenam, & omnimodam potestatem, auctoritatem, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 8. Decernentes, easdem præsentes etiam, ex eo, quod Notarii, & eorum Collegia, quibus Officia & scripturæ titulo oneroso, vel alias per Nos, & Romanos Pontifices Prædecessores nostros dictamque Cameram Apostolicam concessa reperiuntur, vocati, & auditi non fuerint: vel ex eo, quod præmissa nulla causa subsistente, & etiam de facto processerint, aut ex alia quantumvis juridica, & legitima etiam necessario exprimenda causa, vel quocunque prætextu de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, & ad terminos Juris reduci, aut in jus, vel controversiam revocari, seu adversus quodcunque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut etiam, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concedi, vel sub quibusvis Constitutionibus, & Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, ac literis Apostolicis in contrarium etiam pari motu, & consistorialiter emanatis, aut quibusvis aliis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi nullo unquam tempore posse, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea erant, validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie integratas, gratas, ac de novo etiam sub quacunque posteriori data per pro tempore existentes Cardinalem Superintendentem & Conservatorem dicti Archivii generalis quandocunque eligenda concessas, validasque, & efficaces, etiam quod in dicta Camera Apostolica nullo unquam tempore præsentarentur, aut registrarentur fore, & esse. Sicque, et non alius per quoscunque Judices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, ac etiam ejusdem S. R. E. Camerarium, et alios Cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9 Quocirca dilectis filiis Urbis nostræ Gubernatori, et causarum Curiæ dictæ Cameræ generali Auditori, et dilecti filii nostri in eadem Urbe, ejusque districtu Vicarii in spiritualibus generalis, in Civilibus causis Locumtenenti motu pari per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsis, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præ-

sentes

sentes literas, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Francisci Cardinalis, & Camilli prædictorum, ac pro tempore existentium dicti Archivii Protectoris, & Conservatoris fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes faciant easdem præsentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quas spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari; ad Franciscum Cardinalem, & Camillum, ac pro tempore existentes Protectorem, & Conservatorem hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere; non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac sententias, censuras, & pœnas ipsas servata forma Conc. Tridentini etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 10. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostra de tollendo Jure quæsito, ac fel. record. Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri sub Datum, videlicet, octavo idus Augusti, Pontificatus sui anni sexto, edita, inter alia disponente, quod omnes gratiæ qualecunque interesse Cameræ concernentes infra certum inibi expressum tempus in eadem Camera præsentari, & registrari debeant, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Urbis, & aliarum quarumcunque Civitatum, Locorum, Oppidorum, Districtuum, necnon Collegiorum, Monasteriorum, Ecclesiarum, & aliorum piorum, & non piorum locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, reformationibus, decretis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis, exemptionibus, immunitatibus, & concessionibus Officiorum, & Notariatuum, etiam titulo oneroso, tam a Nobis, quam a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Camera prædicta, etiam per viam contractus, seu alias quomodolibet tam prædictis omnibus & singulis, quam etiam Judicibus, Officialibus, Scriptoribus, Notariis, eorumque Collegiis & Superioribus, dictæque Cameræ ejusque causarum Auditori generali, & Procuratori fiscali, aliisque etiam personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis etiam motu simili, etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, ac innovatis, & in futurum concedendis, approbandis, confirmandis, & innovandis; Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat etiam motu hujusmodi specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus contrariis quibuscunque: Aut si quibusvis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum indulto hujusmodi mentionem.

§. 11. Volumus autem, quod eædem præsentes una cum Capitulis, ut præfertur, faciendis, ut omnibus innotescant, ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de eadem Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ prædictæ, ac in Acie Campi Floræ publicentur, & affignantur, dimissis inibi earum copiis, quæ perinde omnes arctent, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent; Quodque earundem præsentium, & Capitulorum, ut præfertur, conficiendorum transumptis, & exemplatibus etiam impressis ac manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea prorsus fides adhibeatur, tam in judicio quam extra, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, præcepti, constitutionis, deputationis, concessionis, impetrationis, derogationis, mandatorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datam Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimoquinto, sextodecimo Kal. Decembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

E. Dat.

Visa de Curia A. Hurandus,

Jo. B. Bolognetus.

G. Montanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate D. Jesu Christi millesimo sexcentesimovigesimo sexto, indictione nona, die vero decima septima mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Divina Providentia Urbani Papæ Octavi, anno ejus tertio, supradictæ litera una cum Capitulis lecta, affixa & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ S. Petri Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus literis, & Capitulis per aliquantulum temporis spatium, ut moris est, affixis, & deinde amotis, postea affixis copiis earundem literarum cum eisdem Capitulis in eisdem locis per Nos Tarquinium Majonum Romanum, & Joann. Baptistam Spadam de Cesis Apostolicos Cursores.

Augustinus de Bolis pro Magistr. DD. Curs.

PROVISIONI, ET ORDINI SOPRA L'ARCHIVIO URBANO

Havendo la Santità di N. S. Papa Urbano VIII. considerato il disordine, che nasce per la poca cura delle scritture publiche, che è nella Città di Roma, e che sia utile universale, non solo la conservatione di esse, ma la facilità di poterle trovare in un solo Archivio, & anco rimediare a gl'errori, e trascuraggine d'alcuni Notari: e che se bene altre volte habbia fatto sopra di ciò la fel. mem. di Papa Giulio II. una sua Constitutione e publicata nell'anno 1500. confermata da altri Pontefici; nientedimeno che in quelle non si provedea alla totale sicurezza degl'Interessati, tanto più per esser'andate in desuetudine; E volendo la Santità sua provedere alla perfetta conservatione della fede publica, & alla perpetua memoria di tutte le cose, per commune utilità ha santamente stabilito d'erigere il presente Archivio confermando, & innovando la detta Constitutione di Giulio II. e tutte l'altre Constitutioni e provisioni circa le cose sopradette, in quanto però non siano contrarie, ne repugnino alli presenti ordini, provisioni, e tasse, & in quello, che forse repugnassero, o fossero contrarie, revocandole, & annullandole, e cassandole in tutto, e per tutto.

1. Essendo tra l'altre provisioni necessaria quella del Conservatore per il buon governo dell'Archivio, la Santità di N. S. deputa, & elegge a quest'Officio il Signor Camillo Perini Fiorentino, il qual'habbia piena, e totale giurisdittione, cognitione, & autorità nelle cose, che concernono solamente l'osservanza delle provisioni, & ordinationi, tanto fatte, quanto da farsi sopra detto Archivio, e con le facoltà necessarie, & opportune, e più ampliamente, si come nel Breve, che sua Santità spedirà nella persona di detto Sig. Camillo, con la sopraintendenza dell'Illustriss. e Reverendiss. Sig. Cardinal Barberino Protettore del presente Archivio.

2. Sia il principal carico del Segretario scrivere, e fare stendere ne'libri, che saranno ordinati, tutte le resolutioni, che giornalmente si faranno dal Conservatore circa li memoriali, assolutioni, e condannatione delli Notari transgressori, & ogn'altra cosa occorrente, con facoltà d'ordinare agl'altri Ministri dell'Archivio il far Repertorii, e tutto quello che potesse occorrere, e fosse ordinato dal Conservatore, procurando la continua assistenza di tutti i Ministri in quell'hore, che dal Conservatore saranno destinate per sodisfattione del Publico.

3. Saranno per servitio del detto Archivio più numero de Mi-

di Ministri, & in particolare uno delli Notari dell'A. C. uno di quelli di Camera, uno di quelli del Vicario, & un'altro di quelli di Campidoglio, cioè il Mensario di ciascun Collegio, quali durino tre mesi, & possino esercitare per se stessi, o suoi sostituti idonei, per li quali siano tenuti. E l'elettione de gl'altri Ministri s'aspetti all'Illustris. Sig. Card. Protettore, ma gl'Ajutanti, e Servitori necessarii siano provisti dal Conservatore.

4. Devino assister continuamente, in tutte quell'hore, che saranno determinate, & impiegarsi secondo l'occorrenze dell'Archivio, e prontamente senza tratteni mento soddisfate a chi vorrà confrontare, & archiviare Instrumenti, o scritture, e vedere repertorii.

5. Che le stanze dell'Archivio habbino cinque chiave, diverse una dall'altra, delle quali una per ciascuno stia appresso i Mensati, e l'altra appresso a chi ordinerà il Conservatore.

6. Si prohibisce alli detti Ministri, & ad ogn'altro, l'entrare in dette stanze dell'Archivio per leggere, pigliare instrumenti, o scritture, eccetto, che per riporvi gl'Instrumenti, e riscontrare, o dar copia, e lasciar vedere ne'casi permessi, e poi subito debbano rimetterli al lor luogo sotto pena di scudi ducento.

7. Che nelle stanze del detto Archivio, non si possa mai, per tempo alcuno portar lume, o accender fuoco sotto pena di scudi cinquecento.

8. Siano nelle stanze destinate luoghi, sedie, tempi, e Notari per ordine d'Alfabeto e di numeri, tanto dell'A. C. quanto de gl'altri Tribunali, acciochè con buono, e facile ordine si conservino le scritture, quali s'ordina, che tutte si leghino in libri distintamente Notaro per Notaro. Volendo Sua Santità ch'a tutti i libri vi sia rubricella, con indicatione delli Contratti, e del nome del Contratto, cioè Venditio, e simili come meglio parerà a detto Conservatore ad effetto, che possa con facilità ritrovarsi ciascuna scrittura.

9. Et in oltre si faccino repertorii, e rubricelle separate di tutti i nomi, e cognomi di quelli, ch'in avvenire faranno testamenti, e tutte l'altre dispositioni d'ultime volontà, tanto d'heredità pure, e libere, come di sottoposte a fideicommissi, primogeniture, & in qualsivoglia altro modo vincolate.

10. Parimente si faccianо libri particolari, che contenghino rubricelle separate di tutte le donationi inter vivos, tanto mere, e pure, come remuneratorie, di tutti gl'altri contratti, con specificar le cose necessarie, permettendo a ciascuno il poter leggere detti repertorii.

11. Et acciò si possa haver notitia delli mandati di procura fatti extra statum, a publica utilità, e specialmente de'litiganti, e negotianti, s'ordina, che tutti li mandati di procura, e revocationi di essi, rogati extra statum, e nella giurisdittione, e legatione di Avignone, e che doveranno le parti servirsene in Roma, si portino prima in Archivio, e da Ministri dell'Archivio si noti l'accettatione del mandato, il nome, e cognome del Constituto, e Constituente, con le qualità, e facoltà, il giorno, e Notaro rogato, facendosi da uno de Ministri il segno dell'Archivio in detti mandati, *N. N. Conservator vidit*: Et non essendo archiviati, non faccino fede alcuna in giudicio, e fuori, & atto fatto in virtù di detti mandati sia sempre nullo, e come se fatto non fosse, etiam parte non opponente, prohibendo a tutti Notarii, Segretarii de Monti, & altri, che non ammettino tali mandati non archiviati sotto pena di scudi cinque per mandato, oltre alle nullità sopradette, dichiarando non esser compresi in detto Capitolo li mandati ad resignandum, & altri supra materia beneficiali, che s'esibiscono in Dataria, o Camera Apostolica.

12. Che li Segretarii de'Monti, e Notari siano tenuti dar nota all'Archivio di tutti li sopradetti mandati extra statum, in termine di tre mesi sotto pena di scudi cinque per mandato, ordinando alli Notari, e Segretarii, che leghino tali mandati in libro separato sotto l'istessa pena.

13. I Notari, che non hanno Officio, non possino rogare in Roma, e suo distretto, se prima dal Conservatore, Segretario, e proprii Mensari de'Collegi, che saranno in Archivio, non saranno esaminati, & approvata la loro idoneità, dando in oltre sicurtà ad arbitrio del Conservatore, e non essendo idonei, si differisca la loro ammissione, fino a che non si saranno resi capaci; dovendosi descrivere in una publica tavoletta i nomi de detti Notari.

14. Dichiarando, che tutti quelli, che stanno attualmente al servitio d'altri, con esser spesati, o salariati per le dette spese, ancorchè fossero approvati, & esaminati, durante tal servitù, non possino rogare sotto pena di scudi ducento, eccettuati quelli, che sono soliti di servire luoghi Pii, Collegii, o Università.

15. Quelli, che rogheranno in nome, e con il consenso dei Padroni dell'Officio, mentre staranno negl'Officii, siano eccettuati, & esenti da tal esamine, & approvatione.

16. I Notati, che non hanno Officio, e che vorranno rogare in Roma, o nel suo Distretto, alcuno non eccettuato, sieno tenuti rimettere in Archivio fra giorni venti dal giorno, che saranno rogati, una copia autentica, de verbo ad verbum, di ciascun instrumento simile a quello, che resterà nel loro Protocollo, con lettera corretta intelligibile, e senza cassature, con loro sottoscrittione ponendo numerati gl'Instrumenti uno doppo l'altro in margine con nota della qualità del Contratto, e con le sottoscrittioni, lineando tutti i nomi delli Contrahenti; e le donationi debbano essere rimesse nell'Archivio fra giorni dieci, dal dì, che saranno rogate.

17. Ma le copie dell'ultima volontà fra giorni dieci siano mandate, o portate da essi Notari sigillate con coperta, al Segretario dell'Archivio, & in modo, che non si possa penetrare il nome, o cognome del disponente, & in vece del nome, il Notaro rogato scriva il numero & il segno, che dovrà haver contrasegno al suo Protocollo.

18. Et il simile s'osservi nell'ultime volontà sigillate, quali li disponenti doveranno lasciar dupplicate ad effetto, ch'una d'esse resti appresso il Notaro rogato, e l'altra possa rimettersi in Archivio; ma se il Testamento, o ultima volontà non sarà duplicato, perche il Testatore non haverà voluto, o potuto, resti appresso il Notaro rogato, il quale sia tenuto rimettere la copia in Archivio fra giorni dieci dal giorno, che haverà aperto, e publicato detto Testamento, o altra ultima volontà sigillata, e quelle, che non sono duplicate, il Notaro, Paroco, o altri, fra detti giorni dieci mandi nota di tali ultime volontà, scrivendo il numero, segno, & il giorno del rogito, senza scoprire il nome del disponente.

19. Siano dette ultime volontà conservate in Archivio, nè possino aprirsi, se non con la fede della morte del Testatore, & intervento del Notaro rogato, o schedula del Paroco, obligando perciò ancora i Parochi, fra giorni dieci a mandar le compie nell'istesso modo.

20. Ma li Notari, che hanno Officio con causa onerosa siano obligati a mettere in Archivio le copie autentiche sottoscritte da essi Notari rogati de verbo ad verbum, conforme a quelli, che haveranno nelli loro Protocolli, dell'Instrumenti, e Contratti perpetui, cioè li Notari dell'A. C. e di Campidoglio in termine di tre mesi, e gl'altri in termine di due mesi, sotto pena di scudi dieci per Instrumento non rimesso in tempo, quali instrumenti perpetui siano descritti in una publica tavoletta ne'loro Officii, e si dichiarano esser gl'infrascritti.

Ogni sorte di vendite, resolutioni di vendite, cessioni, renuncie, transattioni, divisioni, dationi in solutum, permutationi tutte di cose immobili, e stabili solamente.

Item censi, e loro estintioni, quando saranno fatte per istrumento separato, tanto delli passati, quanto in avvenire, feudi, enfiteusi, livelli, contratti censuali, donationi inter vivos, insinuationi, instrumenti dotali sopra scudi cento, aditioni, e repudiationi d'heredità con la copia dell'inventarii, che fanno gl'heredi, li fideicommissarii, e l'usufruttuarii, emancipationi, adottioni, & arrogationi, juspatronati, mandati di procura irrevocabili, & ad vendendum, & donandum solamente, fidejussioni perpetue per instrumento separato, quietanze d'obblighi perpetui, overo dependenti da stabili, & immobili solamente con tutti gl'altri, e singoli instrumenti dependenti da gl'instrumenti sopradetti.

Ordinando a detti Notari, che tenghino Protocolli separati nelli quali scrivino tutti li detti instrumēti perpetui, numerati, sommariati, lineando li nomi de'contrahenti.

Obligando nondimeno li sopradetti Notari, che hanno Officia in termine di tre mesi a mandar nota, e breve sommario di tutti gl'altri instrumenti, che in avvenire rogaranno con esprimere il nome, e cognome, e patria de'predetti contrahenti, la summa, & il nome del contratto, sotto pena di scudi cinque per contratto.

21. E circa le copie, tempo, e modo di rimettere l'ultima volontà, e donationi, siano tenuti nell'istesso modo in tutto, e per tutto, come gl'altri Notari, che non hanno Officio.

21. Che

22. Che l'ultime volontà, e le mere, e pure donationi solamente, che in avvenire saranno rogate, overo rogate per il passato, ma che saranno morti i disponenti doppo la detta publicatione, non possino eseguire, ammettere, o farne mentione ne' rogiti, o atti, ne faccino prova in giuditio, e fuori, se oltre l'essere rimesso in Archivio non saranno anco archiviate con il segno, e sottoscrittione del Ministro, che haverà confrontato, qual segno si debba fare nella copia publica datagli dal Notaro rogato, overo ne gl'originali de' loro Protocolli, ch'a quest'effetto s'ordina, che li Notari rogati siano tenuti a richiesta delle parti portare in Archivio, sotto pena di scudi dieci per ogni transgressione, e per tal'archiviatione si dia all'Archivio per una volta sola un grosso per cento, e da pagarsi da gli heredi, legatarii, o altri, che se ne voranno valere, con facoltà a quelli, che pagaranno, di poter repetere pro rata dall'interessati, e non essendoci somma espressa, si riserva all'arbitrio del Conservatore, eccettuate l'ultime volontà, e pure donationi, fatte tra li ascendenti, e descendenti, quali paghino un grosso per cento, ma non si passi scudi due. E se passuto l'anno non sarà stata pagata detta Tassa, siano obligati al doppio più, per il qual possino esser convenuti da Ministri dell'Archivio.

23. Et ad effetto di pigliar possesso de' beni hereditarii per tal'atto, & ogn'altro ad esso necessario, s'ordina, che non si ricerchi alcuna confrontatione, o archiviatione, con questo, che dette ultime volontà debbano fra quindeci giorni dopo il possesso, archiviarsi, sotto pena della nullità de' detti possessi, & ogn'altro atto seguito.

24. Ma perche può accadere, che alcuni instromenti d'ultime volontà, o contratti per trascuraggine non siano stati rimessi in tempore, e volendo provedere all'indennità delli disponenti, s'ordina, che rimessi poi in qualsivoglia tempo, & archiviati acquistino l'essecutione, e faccino prova in giuditio, e fuori, restando nondimeno ferme le pene contro li Notari, che avessero trasgredito.

25. Volendo però, che gl'instromenti fuor di tempo rimessi non s'archivino, senza espressa mano, e sigillo del Conservatore.

26. Et acciò i Notari non habbino da trascurare una tanto sicura, e san'opera, e che trascurandola, sappino di non havere a rimanere impuniti, s'ordina, che per ciascuno instromento, che non sarà in tempo rimesso, paghino scuti dieci, & siano tenuti in sussidio per li loro Sostituti, & in oltre per le contraventioni, & inosservanza degl'ordini presenti, siano tenuti ad altre pene, etiam corporali secondo la qualità delle contraventioni ad arbitrio del Conservatore.

27. Sia prohibito alli Mensarii dell'Archivio, o loro Sostituti il rogare instromenti di qualsivoglia sorte, & anco le recognitioni de' mandati di procura nel Palazzo dell'Archivio. Et a gl'altri Ministri, o Ajutanti in dett'Archivio indistintamente s'intenda prohibito il rogare, tanto in detto Palazzo, come in Roma sotto pena di scudi ducento, e di falsità.

28. S'intenda sempre espressamente, e perpetuamente prohibito il poter dar copie autentiche o semplici degl'instromenti, o contratti rimessi da Notari sotto pena di scudi cinquecento di moneta, e di falsità, salvo in caso di perdita, o perdita del Protocollo del Notaro rogato, nel qual caso la metà dell'utile s'aspetti all'Archivio, e l'altra metà al Notaro, o suo Successore, creandosi perciò libro particolare intitolato de' Nostri Creditori.

29. Ch'a tutte le copie d'instromento, e contratti, che saranno in Archivio portate, e sottoscritte, come sopra, si presti piena, & indubitata fede in giuditio, e fuori, e provino in tutto, e per tutto come se fossero il proprio Originale.

30. Sia lecito a ciascuno, che vorrà conservare qualsivoglia scrittura, tanto publica, quanto privata esibirla in detto Archivio, pagando nell'esibitione un giulio, e volendone transunto, o copia autentica giulii due per carta d'originale. Prohibendo a i Ministri dell'Archivio di dar copia, o transuntare li sopradetti instromenti, e scritture gl'originali de' quali si trovano appresso li Notari, che hanno Officio con causa onerosa, sotto pena di scudi cento per ciascuna volta, e pena di falso.

31. Le polize, o scritture private de' contratti perpetui, di sopra espressi fatti in Roma, non habbino essecutione alcuna, se non saranno archiviate, nell'qual atto paghino la Tassa, che si dichiara nel cap. 34. e le parti ne lascino copia nell'Archivio.

32. Ordinando a Mensarii, ch'a richiesta di qualsivoglia persona legghino prontamente le copie dell'instromenti, e contratti, respetivamente ciascuno del loro Collegio, e quel di Vicario supplisca per li Notari di Rota, eccettuate l'ultime volontà, ma le copie rimesse da Notari, che non hanno Officio, e con causa onerosa, siano lette dagl'altri Ministri, e leghino ancora le copie dell'ultime volontà, se però saranno state prima aperte, e publicate dal Notaro rogato.

33. Per archiviatura di ciascun mandato extra statum si paghi giulii uno.

E per lettura d'ogni Sommario delli sopradetti mandati si paghi mezzo giulio.

34. Che ogni Notaro per qualunque contratto, che rogarà, di quelli però, ch'è tenuto rimettere in Archivio (eccettuato l'ultime volontà, e pure donationi) si faccia pagare dalli contrahenti la metà per uno, o pro rata, oltre la sua mercede conforme l'infrascritte Tasse; e nel rimettere le copie degl'Instromenti in Archivio sian tenuti i Notari pagare dette Tasse riscosse, o non riscosse, volendo che sia obligata al pagamento di esse ogni persona di qualsivoglia stato, grado, e conditione, tanto Ecclesiastica, come secolare, luoghi Pii, & Università in qualsivoglia modo.

PEr le vendite di beni immobili, e censi perpetui, si paghi un grosso per scudi cento, ma non si passi per qualsivoglia somma scudi otto.

Per ciascuno instromento perpetuo si paghi un *grosso per cento* scudi, ma non si passi scudi due, per *qualsivoglia* somma scudi otto. E non essendo espressa *la somma*; nè costando della quantità, paghi la metà della Tassa.

Che le polize private, contenenti contratti perpetui, in avvenire se non saranno esibite in Archivio fra giorni 30. del giorno, che saranno fatte, sieno ipso jure nulle, e come se fatte non fossero, e si paghi un grosso per cento, ma non si passi scudi 8. se saranno vendite di stabili; ma se saranno d'altri contratti perpetui, non si passi scudi due, e per copia, come sopra.

Che li Notari approvati, e che non hanno Officio con causa onerosa, paghino in Archivio, oltre alla Tassa, un grosso per carta dell'instromenti perpetui solamente.

Che li mandati di procura che in avvenire saranno rogati da i Notari di Roma; quali se ne faranno instromenti publici (eccettuati, ad lites in Urbe tantum; ed avanti a qualsivoglia Tribunale di Roma, e quelli saranno fatti da i Prelati Camerali) si paghi un giulio per mandato, da riceversi dal Notaro rogato, sotto pena al Notaro di scudi cinque per mandato, e siano tenuti i Ministri archiviarii, senza altra spesa. E circa i mandati extra statum prodotti, e fatti avanti l'Archivio, e dopo, e da farsi, s'osservi gl'Ordini.

Che le note de contratti si faccino, e si conservino da Notari ne' loro Officii per mostrarle a ciascuno, e far quanto dal Conservatore sarà ordinato, e si notino subito le retrovendite de' Censi, le compagnie d'Officio, con le reproduttioni delle disdette, cassationi, e cessioni, in un libro particolare, scritto di proprio pugno delli Sostituti, che havranno rogato, con le loro sottoscrittioni, sotto pena di scudi 3. per instromento.

35. Che li Notari per le copie, quali rimetteranno in Archivio, si possino far pagare dalle parti un giulio per carta d'originale, quali sia almeno di righe 22. & sillabe 22. per facciata, permettendo, che a' Notari sia lecito fra di loro imporsi quella legge, che meglio gli parerà ad effetto, che uno non pregiudichi all'altro nell'esattione di dette copie, e si faccino pagare dagl'heredi in materia di ultime volontà, & habbino il medesimo privilegio, che gli ultimi medicamenti, e funerali.

36. Volendo, che a i Libri di Notari in quello solo solamente, che concerne le partite di dette Tasse, e mercedi delle dette copie rimesse in Archivio, si presti piena fede, & habbino essecutione parata, e dalla pronuntia del Conservatore fatta in contradittorio, overo servati i termini della giustitia sommaria, e si dia appellatione, o ricorso, ma passato l'Anno, se non sarà riscossa, perdino tal privilegio.

La Santità di N. Sig. ha comandato, che li sopradetti Capitoli sottoscritti da noi debbano essere da tutti quelli, a chi spetta, inviolabilmente osservati: da comminciarsi, & correre il termine dal giorno della publicatione.

Dat. nel Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 1. di Settembre 1625.

F. A.

F. A. CARD. S. ONOF.

Anno Domini 1625. Die vero prima Mensis Octobris, Supradictæ Provisiones, & Ordinationes affixæ, & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, ad valvas Cancellariæ, & per alia loca solita, & consueta per me Fabium Æmilianum S. D. N. Papæ Curs.
Octavius Spada Mag. Curs.

EDITTO

Che i Notari del distretto mandino in Archivio l'Infrascritti Instrumenti dove i contrahenti, o uno di essi habitino in Roma,

FRANCESCO di S. Agata Cardinale Barberino Protettore dell'Archivio Generale Urbano.

ESsendosi osservato, come alcuni, che habitano in Roma, sono iti a far rogar fuori a finche i loro Instrumenti non vadino in Archivio Urbano, e stieno occulti in pregiudicio del publico; Però ordiniamo, e comandiamo a tutti i Notari del distretto di Roma (alcuno non eccettuato) etiam di luoghi non immediate sottoposti, che in avvenire siano obligati in termine di giorni trenta dal giorno del rogito, portare, o mandare nel detto Archivio generale Urbano una copia autentica de verbo ad verbum di tutte l'ultime volontà, donationi inter vivos, renuntie, venditte di stabili, feudi, emfiteusi, livelli, contratti censuali, monti vincolati, censi, cassationi d'essi, che in avvenire saranno imposti con le procure ad donandum, renuntiandum, vendendum, ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem, ad vendendum, imponendum censum, & ad ratificandum, dove li contrahenti, o almeno uno di essi sia Incola, Cittadino, o solito habitare in Roma, sotto pena di scudi cinquanta per Instrumento, e della privatione dell'Officio al Notaro rogato. Prohibendo a tutti li Notari di Roma, che hanno Officio, che non accettino, ricevino, o appoggino atto alcuno all'Instrumenti sopradetti, se non saranno archiviati, sotto pena di scudi dieci ogni volta, che trasgrediranno, & altre a nostro arbitrio. Osservandosi la medesima Tassa, che delli contratti rogati da Notari di Roma, quali Notari di Roma dichiariamo sieno tenuti a rimettere tutti gl'Instrumenti, e mandarli sopra espressi, e tutti gl'altri perpetui, come s'ordina nelle Provisioni del detto Archivio,

La Santità di N. Sig. ha comandato, che il presente Editto da noi sottoscritto, deva essere inviolabilmente osservato, & affisso, e publicato ne'luoghi consueti della Città, habbia forza, come se fosse publicato per tutt'i luoghi del distretto, e presentato a ciascuno personalmente.

Dat. nel Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo di 30. di Giugno 1626.

F. A. CARD. S. ONOF.

Cam. Perini Confer. dell'Arch. gen. Urbano.

Die 30. mensis Junii 1626. Supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ nostræ, & in Acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Tarquinium Majonum Apostolicum Curs.

Augustinus de Bolis pro Magistro DD. Curs.

EDITTO

Disponente, che se alcuna persona in qualsivoglia negotio di mercatura, non vorrà esser tenuto ad altro, che alla perdita di quanto havrà messo, debba mandare in Archivio una copia della conventione fra giorni 30. & gl'assenti fra mesi 4.

FRANCESCO di S. Agata Cardinale Barberino, Protettore dell'Archivio Generale Urbano.

VOlendo la Santità di N. Sig. provedere a gl'inconvenienti, che nascono fra Mercanti per non sapere lo stato con chi negotiano, e renderli in qualche parte certi, ha commandato.

Che se alcuna persona in qualsivoglia negotio di mercatura, essercitio, traffico, o arte, non vorrà esser tenuto ad altro, che alla perdita di quanto havrà messo, in evento, che il negocio facesse male, ancorche così habbia convenuto, debba portare, o mandar nell'Archivio generale Urbano una copia autentica de verbo ad verbum della conventione, che havrà fatta in qualunque modo sia, per instrumento, per scrittura privata, o per ricordo a libri; E se sarà per publico instrumento, il Notaro rogato sia tenuto ad ogni richiesta delle parti, darne copia autentica, dicendo. Pro Archivio, ne possa sforzar le parti a pagare il publico, ma solamente il rogito, e la copia.

E perche spesse volte non intervengono chi dà, o chi riceve in accomandita, ma loro respettivamente Procuratori, siano tenuti a rimetter'in Archivio detti mandati, tanto publici, come per lettere, e possa altri, quando il mandato non sia sufficiente, promettere, & in tanto resterà obligato lui, finche ne segua di poi la ratificatione, o in altro modo apparisca, che così sia stata la volontà de'contrahenti, e tutto se ne debba dar nota al detto Archivio.

E se li contrahenti d'accordo, o alcun di essi per virtù di patti in quella apposti vorrà disdire, finire, o troncare alcuna tale accomandita, ne debbino, o qualunque di loro debba farne fare scrittura, la quale parimente si porti in detto Archivio.

E se tali conventioni d'accomandire si troveranno portate in detto Archivio, e non saranno amministrate, o governate da chi le dà, ma da chi le riceve, non sia tenuto chi l'havrà date, o darà in accomandita, se non a quella somma, e cosa, che vi havrà messa, & utili, e guadagni di quella, & ad altro non possa esser' astretto, o convenuto, restando nondimeno sempre obligati in solidum alli debiti contratti, quelli, uno, o più, che havranno il nome in detti negocii.

E quando fosse data facoltà, e complimento a qualche persona, la quale non havesse nome del negocio siano obligati tanto li nominati, quanto il Complimentario di portare in detto Archio la copia delle dette facoltà, e così quando fosse licentiato debbano farne atto, e portarlo in detto Archivio, altrimente sia obligato il Complimentario, come principale debitore insolidum, con quelli, che havranno il nome, e li detti nominati siano obligati per tutto quello, che il Complimentario facesse dopo l'essere stato licentiato.

Ma se fra giorni 30. dal giorno del celebrato contratto del negocio imposto; o accomandita, disdetta di essi, facoltà sopradette, o altro patto fatto per publico instrumento, overo per scrittura privata, o ricordo, non sarà stato rimessa la copia de verbo ad verbum in detto Archivio; tutti li partecipi siano tenuti, & obligati, come veri, e principali debitori insolidum a tutti li debiti, che facesse in negocio; ancorche per patto espresso fossero liberi, e respettivamente sottoposti a certa rata, o parte di danno, Dichiarando, che la presente legge comprenda, & obblighi in tutto, e per tutto, ancora tutti quelli, che già sono partecipi avanti la presente ordinatione in qual si voglia negocio, essercitio, traffico, o arte, nel qual caso gl'interessati, se sono assenti, habbino tempo mesi 4. a mandar in Archivio le copie, nel modo, e forma come sopra.

La Santità di N. Signore ha comandato, che il sopradetto Editto si deva osservare inviolabilmente, e che affisso, e publicato da un Cursore ne'luoghi soliti, e consueti di Roma habbia forza, come se fosse presentato a ciascuno personalmente etiam contro gl'assenti.

Dat. nel Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo di 9. di Giugno 1626.

F. A. CARD. ONOF.

Cam. Perini Confer. dell'Arch. gen. Urbano.

Die 30. mensis Junii 1626. Supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curiæ nostræ, & in Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Tarquinium Majonum Apostolicum Curs.

Augustinus de Bolis pro Magistro DD. Curs.

E D I T T O.

Concernente l'obligo a ciascuna persona di consegnare, mandare, e notificare a detto Archivio, e suoi Ministri i Pro-

i Protocolli, & altri instrumenti rogati da Notari morti, & obligo de' Notari, che in avvenire non voranno, o potranno rogare.

FRANCESCO di S. Agata Cardinale Barberino Protettore dell' Archivio Generale Urbano.

ESsendo stato referto alla Santità di Nostro Signor Papa Urbano Ottavo, il pregiudicio grande, che giornalmente succede in Roma, per occasione d'Instrumenti in essa rogati per il passato da Notari, che non havevano Officio, e che hora sono morti, overo assenti da Roma, li Protocolli de' quali Instrumenti sono restati appresso di loro heredi, o altre persone, e volendo Sua Santità rimediarci, e provedere, per quanto sarà possibile, all'indennità dell'interessati; Con il presente publico Editto d'ordine espresso di Nostro Signore, ordiniamo, e comandiamo a tutte, e singole persone di qualsivoglia stato, grado, sesso, dignità, e conditione si siano, ancorche in qualsivoglia modo privilegiati Monasterii, Collegii, Spedali, Università, & ogni sorte di luogo Pio (alcuno non eccettuato) appresso a i quali in qualsivoglia modo si trovassero li Protocolli di detti Instrumenti, o rogiti di essi non ligati, che in termine di quindici giorni doppo la publicatione del presente Editto, debbano portare tutti li detti Protocolli, che si trovano appresso di loro nell'Archivio generale Urbano, per conservarli in detto Archivio: dal quale si pagaranno a gl'heredi di detti Notari le rate degl'emolumenti, che si caveranno delli detti Instrumenti conforme al solito. Et in oltre comandiamo, che tutte le persone di qualsivoglia stato, grado, sesso, dignità, conditione (nessuno eccettuato) le quali havessero in qualunque modo notitia, di chi havesse, tenesse, o occupasse li sopradetti Protocolli, o rogiti non ligati, debbano nell'istesso termine darne nota in detto Archivio generale col nome, e cognome de' Notari, che se ne son rogati, e delle persone, appresso le quali si ritrovano. Prohibendo a tutti i Notari di Roma, come fuori il dare, o estraer copie dalli detti Instrumenti di Notari morti, o assenti. E circa alli Protocolli, e rogiti fatti da Notari publici di Roma, che non hanno Officio, e che in avvenire non vorranno, o non potranno rogare, s'ordina, che parimente in termine di quindici giorni come sopra, devano portare una semplice nota del numero delli Protocolli, o Instromenti, che hanno, acciò per beneficio universale si sappia appresso che persone si trovano, sotto pena di scudi 200. & altre a nostro arbitrio per ciascheduno, che contraverrà, de' quali un quarto si darà all'Accusatore, e sarà tenuto secreto, & il resto s'applicarà a beneficio di detto Archivio Urbano. Avvertendo ciascuno a non contravenire, perche si procederà all'asecutione delle sopradette pene, & altre più gravi a nostro arbitrio irremissibilmente, non ostante qualsivoglia cosa in contrario. Volendo, che il presente Editto affisso, e publicato da un Cursore ne luoghi soliti, e consueti di Roma, habbia forza, come se fosse publicato per tutt'i luoghi delle Provincie, e Stato Ecclesiastico, & a ciascuno presentato personalmente.

Dat. nel Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 30. di Giugno 1626.

F. A. CARD. S. ONOF.

Cam. Perini Conser. dell'Arch. gen. Urbano.

Die 30. mensis Junii 1626. Supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ nostræ, & in Acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Tarquinium Majonum Apostolicum Curs.

Augustinus de Bolis pro Magistr. DD. Curs.

EXCOMMUNICATIO

Contra Detentores Protocollorum, seu Instrumentorum, quæ fuerunt per Notarios defunctos, seu pro eis agentes acta, & rogata: Et contra eorum occultatores, ac illa scientes, & non revelantes.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus universis, & singulis Archiepiscopis, & Episcopis Status nostri Ecclesiastici, seu dilectis filiis eorum, ac nostro in Urbe, ejusque districtu Vicariis in spiritualibus generalibus, necnon SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias, Trium Fontium nuncupatorum, Cistercien. Ordinis, prope, & extra mœnia ejusdem Urbis, & S. Silvestri Terræ Nonantulæ Ordinis S. Benedicti nullius Diœcesis Monasteriorum Abbatibus, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

EXposuit Nobis nuper dilectus filius noster Franciscus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus, noster secundum carnem ex fratre germano nepos, Archivii Generalis Urbani nuncupati non dudum per Nos in Urbe electi Protector, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, Protocolla, ac Instrumenta per Notarios etiam in Protocollo præfata nondum redacta, tam in Urbe, quam in toto Statu nostro Ecclesiastico apud se quocunque hæreditario etiam nomine retinere, eorumque copias partibus sub data anteriori tradere, illaque contra ordinem nostrum malitiose occultare, & occulte retinere præsumpserunt, & præsumunt, ex quo præfato Archivio gravia damna nequiter intulerunt in animarum suarum periculum, dictique Archivii, ac etiam plurimorum non modicum detrimentum, super quo exponens præfatus Apostolicæ Sedis remedium imploravit. Quocirca fraternitati vestræ, fratres Archiepiscopi, & Episcopi, seu discretioni vestræ filii Vicarii, & Abbates per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos Archiepiscopi, & Episcopi, vos in vestris Civitatibus, & Diœcesibus, Tuque fili Vicari noster in Urbe præfata, vos vero filii Abbates cum particularia, & separata territoria habeatis, ac jurisdictionem, quasi Episcopalem in locis, & terris nullius Diœcesis vestræ jurisdictioni subjectis exerceatis, etiamsi de illis personis non sitis, quibus similes causæ per Sedem præfatam committi consueverunt in eisdem locis & terris dictæ nullius Diœcesis, vestræque jurisdictioni subjectis, si causa diligenter, & magna maturitate per Vos examinatas pro vestri loci, temporis, & personarum qualitatibus Vobis pro vestra conscientia videbitur expedire, & omnes hujusmodi Protocollorum, ac Instrumentorum detentores, & illorum celatores, ac alias scientiam habentes, ac damnorum illatores occultos ex parte nostra publice in Ecclesiis coram populo per vos, vel alium, seu alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeritis ea dicto Archivio detentores quidem, & occupatores consignent, & restituent, occulatores vero, ac illa scientes revelent; & si id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis peremptorie præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, eamque faciatis ubi, quando, & quoties videritis expedire usque ad satisfactionem condignam, & revelationem debitam solemniter publicari. Volumus autem quod ex revelatione hujusmodi, si eam fieri contingat, non possit nisi pro ei vili interesse, & civiliter tantum agi, & aliter revelatio ipsa neque in judicio, neque extra judicium fidem faciat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Idibus Julii, Pontificatus Nostri Anno tertio.

VISA I. BERNIER.

D. Poggius, N. Ponsardus.

N. Corrector. F. Beger.

SACRÆ

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ,
Ad Librum Decimumsextum THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ CARDINALIS DE LUCA,
Qui est
DE CONFLICTU LEGIS ET RATIONIS.

ARGUMENTA DECISIONUM DE CONFLICTU LEGIS, & RATIONIS.

DECISIO I. *Pisana Oeconomatus.*

IN hac quatuor sequentibus decisionibus agitur de Oeconomis deputandis, sede vacante, & ad quos jus illos deputandi pertineat, juxta tradita a Card. de Luca *disc.* 31. *Annot. ad Conc. Trid.* quas ad ornatum variarum Observationum *Conflictus Legis & Rationis* his referimus.

DECISIO II. *Pisana Oeconomatus.*

Agitur de eademmet causa, de qua in præcedenti decisione.

DECISIO III. *Pisana Oeconomatus.*

Repetendum est argumentum ex duabus antecedentibus Decisionibus.

DECISIO IV. *Pisana Oeconomatus.*

Confirmatur superius decisa.

DECISIO V. *Narnien. seu Hortana Alluvionis.*

Ad materiam Aquarum titulo de Servitutibus Tom. IV. pertinent duæ sequentes Decisiones de Alluvionibus, hic relatæ *ad Observationem* 249. *Conflictus legis, & rationis* Card. de Luca.

DECISIO VI. *Narnien. seu Hortana Alluvionis.*

Confirmatur præcedens Decisio.

INDEX DECISIONUM

N

NArnien. seu Hortana Alluvionis, 18. *Junii* 1696. Molines, Dec. V.

Seu Hortana Alluvionis, 8. *Martii* 1697. Pio, Dec. VI.

P

PIsana Oeconomatus, 1. *Julii* 1695. Emerix Dec. I.

Oeconomatus, 1. *Julii* 1695. Emerix, Dec. II.

Oeconomatus, 12. *Decembris* 1695. Emerix Dec. III.

Oeconomatus, 12. *Decembris* 1695. Emerix Dec. IV.

REVERENDISS. DOM. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus.

Super jure deputandi Oeconomos.

Veneris 1. *Julii* 1695.

ARGUMENTUM.

In hac & quatuor sequentibus decisionibus agitur de Oeconomis deputandis, sede vacante, & ad quos jus illos deputandi pertineat, juxta tradita a Card. de Luca *disc.* 31. *Annot. ad Conc. Trid.* quas ad ornatum Observationum Conflictus Legis & Rationis hic referimus.

SUMMARIUM.

1 *ARchiepiscopus habet intentionem deputandi Oeconomos in parochialibus suæ diœcesis fundatam in jure communi, & dispositione S.C.Trid.*
2 *Diploma sumptum de sumpto fidem non facit.*
3 *Stylus Curiæ Romanæ est scribere in pergameno Diplomata, iisque sigilla SS. Petri & Pauli appendere.*
4 *Observantia requiritur ad tribuendam fidem scripturis.*
5 *Testes de centenaria vel immemorabili debent assecutos esse* 54. *annum, & deponere de visu per* 40. *annos.*
6 *Decretum irritans tollit quamcunque contrariam possessionem & observantiam.*
7 *Beneplacitum Apostolicum requiritur ad effectum transigendi super juribus Ecclesiæ.*

DECISIO I.

OCcasione vacationis Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Euphrasiæ orta inter Reverendiss. Archiepiscopum, & Sac. Religionem Divi Stephani Papæ, & Martyris controversia super Jure deputandi Oeconomum, eaque per SS. D. N. commissa Sac. Congregationi Concilii definienda cum voto nostri Auditorii proposui dubium die 23. Junii 1692. ad quem spectet deputatio Oeconomi? Et cum tunc ex parte Religionis petita fuisset remissoria ad probandam immemorabilem, seu centenariam quasi possessionem deputandi Oeconomos, visum fuit Dominis, suspensa in meritis

ritis resolutione, respondere pro concessione remissoriæ, cujus vigore confecto deinceps voluminoso Processu, & in actis exhibito, ab indeque citra defensoribus Sac. Religionis pluries ad novam causæ disputationem monitis, eidemque subjici differentibus usque in præsens, repropofui, tandem hic ad instantiam Rev. Archiepiscopi præmissum dubium, & Domini responderunt, deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum.

1 Habet enim ipse intentionem deputandi Oeconomos Parochialibus vacantibus intra limites suę Diœcesis fundatam in dispositione juris communis, *c. cum vos de offic ordin.* ubi Osten. *sua n.2. vers. tamen juris est*, *& n.* 5. Butr. *n.* 7. Fagn. *n.1. & 9.* & magis specialiter in dispositione Sac. Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. cap.* 18. id Juris Episcopo tribuentis in Parochialibus etiam quomodolibet affectis, vel reservatis, nō obstantibus exemptionibus, Indultis, Privilegiis, & aliis impedimentis quibuscunque, ut illi inhærendo notat Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 2. §. 1. *n.* 127. Patif. *de resignat. lib.* 9. *n.* 77. Campanill. *diversf. jur. Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *sub n.* 116. Barb. *de Paroch. cap.* 22. *n.* 33. *& seq.* & nuper dictum fuit in Oveten. Parochialis 26. Junii 1693. §. *Ea potissimum*, cor. Rev. D. Manuel *nunc* Episcopo Zamoren.

2 Non obstat, quod Parochialis, de qua agitur, unita sit Religioni, quia scilicet in quodam Diplomate san. me. Alexandri III. sumpto alterius sumpti literarum san. mem. Joan. XXII. referatur inter membra, seu pertinentias Monasterii S. Savini per san. mem. Pium IV. eidem Religioni uniti, quia quidquid sit, An Concilium loco supra citato locum sibi vindicet in Parochialibus unitis, unio non probatur ex præfato Diplomate san. mem. Alex. III. tanquam sumpto de sumpto, quod fidem non facit, Grat. *discept.* 859. *n.* 35. Rot. *dec.* 728. *n.* 10. cor. Buratt. *& dec.* 560. *utrobique n.* 2. cor. san. mem. Greg. XV.

3 Non subsistente replicatione, quod literæ san. mem. Joan. XXII. sint originales, quia contrarium convincitur, tum ex eo, quod scriptæ non sunt antiquo charactere, sed moderno, nec rursus in pergameno, sed in charta papyracea contra stylum Romanæ Curiæ, de quo Gen. *descript. priv. lib.* 3. *tit. de lit. Apost. n.* 23. Tum etiam ex eo, quod carent consuetis subscriptionibus, ac signis tam in calce, quam a tergo, necnon sigillis SS. Petri, & Pauli in plumbo appensis cum cordulis rubei, & crocei coloris, ut per Rebuff. *in prax. benef. tit. formæ signand. simplic. provis. p.* 3. *tit. Bull. nov. n.* 10. *& seq.* Foller. *de cens. in verb. non vitiatas num.* 1. Rot. *dec.* 667. *in princ. & n.* 1. cor. Buratt. Tum demum, quia oculis subjectæ fidelibus speciem non præseferunt ejus antiquitatis, quam præseferre deberent a tempore Pontificatus ejusdem san. mem. Joan. XXII. citra, qui in Beati Petri Cathedra sedit anno 1318.

4 Eoque certius, quia pro iisdem literis non modo non adest favorabilis observantia, quæ requiritur ad effectum tribuendi fidem scripturis informibus, ut tradit Felin. *in c. si cut sub n.* 33. *vers. med. de sent. & rei judicat.* Grat. *discept.* 268. *n.* 55. Perez *de edit. Instrum. tit.* 1. *resol.* 3. §. 3. *n.* 56. *&* 130. Rot. *dec.* 224. *n.* 226. *rec.* verum imo observantia prorsus contraria, quia nimirum annis 1441. 1485. & 1495. Parochialis in lite versans ab Ordinario libere collata fuit, & ab anno 1502. usque in præsens ad præsentationem trium familiarum Malcondiæ, Griffæ, & Sancascianæ, cujusmodi collationes, & institutiones unioni repugnant, juxta consilium Frideric. de Sen. 200. Rot. *dec.* 406. *n.* 4. *p.* 16. *dec.* 31. *n.* 10. *p.* 18. *dec.* 634. *n.* 1. cor. Peuting. & in Pampilon. Beneficii 15. Januarii 1687. §. *Collationes*, cor. me.

Minus probata fuit immemorabilis, seu centenaria deputationum Oeconomi pro parte Religionis articulata ex viginti sex Testibus nuper in vim Remissoriæ Rotalis examinatis; nam ex iis tredecim videlicet 2. 3. 4. 7. 19. 20. 21.
5 22. 23. 24. 25. 26. nil omnino deponunt de immemorabili, seu centenaria; octo autem videlicet primus 5. 6. 7. 10. 13. 15. 17. & 18. vel absolute carent ætate 54. annorum adhunc effectum requisita, juxta vulgar. glos. *in cap. 1. verb. memoria de præscript. in* 6. Rot. *dec.* 186. *n.* 1. ibique Adden. *lit. A.* cor. san. me. Greg. XV. *& dec.* 370. *n.* 1. cor. Card. Celso, vel saltem carent, dempto (prout debet) tempore motæ litis, Rot. *dec.* 205. *n.* 4. *& 6. & dec.* 434. *n.* 12. coram san. me. Greg. XV. *& dec.* 248. *sub n.* 4. *p.* 2. *rec.* Et alii, etsi aliquid desuper asserant, deficiunt tamen in deponendo de visu per 40. annos ante motam litem, quod est unum de principalibus requisitis ad probandam immemorabilem, seu centenariam, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 100. *sub n.* 9. *&* 10. Rota *dec.* 431. *n.* 1. *p.* 3. *& dec.* 153. *n.* 14. *& seqq. p.* 11. *rec.* Et quod plus est, ex deductis pro parte Archiepiscopi immemorabilis, seu centenaria fit improbabilis, quia nempe constat de tribus Oeconomorum deputationibus Ecclesiæ, de qua agitur, infra centum annos peractis per Archiepiscopos de annis nimirum 1599. 1635.

Et hanc ipsam resolutionem amplexi sunt Domini etiam quoad aliam Parochialem Ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani, cujus vacatio contigit pendente lite; nam recurrit eadem assistentia juris communis, nec non specialis Sac. Conc. Trid. favore Archiepiscopi; Nec pariformiter ex adverso regeri valet immemorabilis, seu centenaria, quoniam Testibus fuit superius abunde responsum, & scripturæ peculiariter in hac parte Religioni faventes non sunt attendendæ, quia incipiunt ab anno 1625. & sic longe infra centum annos existunt; maxime stante Decreto irritante in literis confirmatoriis S. Conc. Trid. contento, quod inesse censetur cuilibet ejus Capitulo, Gonzal. *ad reg. Cancell. gloss.* 15. *n.* 37. Rot. *dec.* 206. *n.* 3. cor. Peutinger. tollitque quamcunque contrariam quasi possessionem, & observantiam, ad text. *in c. si eo tempore de elect. in* 6. Rot. *dec.* 238. *n.* 14. *&* 15. coram san. mem. Alexand. VIII. & in Colonien. Jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. *Nec suffragari*, & Martii 1680. §. *Cum enim Sacr. Conc.* coram bon. mem. Albergato.

Postremo non suffragatur scriptura quædam aff. concordiæ per Religionem initæ cum clar. mem. Card. de Ilcio Archiepiscopo antecessore, sive quia non est concordia, sed simplex tractatus, sive quia caret Beneplacito Apostolico, quod cum justa causa requiritur ad effectum transigendi super Juribus Ecclesiæ, Clem. 1. *de reb. Eccl. non alienan. Extravag. ambitiosæ eod. tit. can. sine exceptione* 12. *q.* 2. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.*... *n.* 2. Rot. *dec.* 250. *n.* 1. *& per tot.* 6
cor. Duran. & in terminis concordiæ super jurisdictione celebratæ inter Episcopum Herbipolen. & Abbatem Fuldæ, novissime dictum fuit in Herbipolen. rescissionis concordiæ 4. Februarii 1692. §. *Moti*, & 22. Junii proxime transacti, §. *Certum*, coram me.

Et ita decisum fuit altera tantum, &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus.

Super Attentatis, & Manutentione.

Veneris 1. Julii 1695.

ARGUMENTUM.

Agitur de eademmet causa, de qua in præcedenti Decisione.

SUMMARIUM.

1 *Qui continuat, non attentat.*
2 *Maxime si continuet per viam privatæ facultatis, non vero mediante aliquo facto Judicis.*
3 *A deputatione Oeconomi Ecclesiæ Parochiali vacanti ob periculum animarum non datur appellatio suspensiva.*
4 *Inhibitio se immiscendi manus ligat nedum inhibiti, verum etiam impetrantis.*

DECISIO II.

Laborante in extremis Dominico Nepetino Rectore Parochialis Ecclesiæ S. Euphrasiæ, Reverendiss. Archiepiscopus die 6. Martii 1691. deputavit illi quousque viveret, ac post ejus obitum, ipsius Ecclesiæ, & populo Oeconomum, seu Vicarium Alexandrum Tamburinum, qui eadem die possessionem Oeconomatus apprehendit, quoad ipsum Rectorem, præbendo illi Sacramentum extremæ Unctionis, explendoque Commendationem ipsius animæ, ac post ejus obitum eademmet die circa horam secundam noctis secutum die 10. & 12. ejusdem, quoad ipsam Ecclesiam, & populum, exhibendo nonnullis infirmis in Parochia commorantibus Sacramentum Pœnitentiæ. Contendens autem Sac. Religio Equitum Divi Stephani Papæ, & Martyris, deputationem Oeconomi præfatæ Parochiali Ecclesiæ pro tempore vacanti faciendam ad semetipsam spectare, ad id muneris nominavit Joan. de Balestris, qui cum ad ejus exercitium admissus non fuerit per Archiepiscopum, ab ejusmodi non admissione appellavit ad Reverendiss. Nuncium Apostolicum Florentiæ residentem, & ab eo obtinuit consuetas literas inhibitoriales vigore appellationis, tam Oeconomo per Archiepiscopum deputato, quam Promotori Fiscali Sedis Archiepiscopalis personaliter præsentatas, ac successive Decretum revocationis quorumcunque actuum post præsentationem hujusmodi gestorum per Oeconomum Archiepiscopi ex capite Attentatorum, una cum condemnatione in pœnis in eisdem Inhibitionibus contentis, & in expensis; A quo delata Causa ad Curiam, eaque per SS. D. N. commissa S. Congreg. Concilii definienda cum voto Rotæ, dedi inter cætera dubium die 23. Junii 1692. An constet de Attentatis; Super quo nulla tunc

tunc per Dominos capta fuit resolutio ob concessam Religioni remissoriam per ipsam super meritis petitam. Hinc cum ab humanis excesserit Jo. per religionem Oeconomus deputatus, & illius hæredes ob interesse pecuniarum versans in effectibus, seu sequelis revocationis attentatorum admitti petierint ad prosequendam instantiam desuper exptam per eorum auctorem, ac interim supervenerit vacatio alterius Parochialis Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani, visum fuit DD. dandum alterum dubium, An & cui sit, vel fuerit danda manutentio tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani: Quo una cum alio, de quo supra, unitim hodie per me proposito responsum fuit non constare de Attentatis, & esse, vel fuisse tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani manutentionem dandam Oeconomo deputato per Archiepiscopum.

1 Non constat siquidem de Attentatis, tum quia Oeconomus Archiepiscopi in possessione Oeconomatus reperiebatur, antequam ipsi præsentarentur Inhibitoriæ Nuncii, & sic potuit in ea continuare citra vitium Attentatorum, nam qui continuat non attentat, Glos. *in cap. non solum*, §. *Illa vero verb. reducendum de Appell. in* 6. Surd. *cons*. 160. Rot. *dec*. 365. *n*. 1. cor. Coccin. *& d*. 10. *nu*. 1. cor. Merlin. Maxime, quia continuavit per viam privatæ facultatis,
2 non autem mediante aliquo facto Judicis, Rot. *d*. 615. *sub n*. 3. *vers. ultra quod* cor. Cavaler. *d*. 23. *nu*. 5. cor. Priori *& dec*. 343. *n*. 5. *part*. 4. *rec*. Tum etiam quia ab ejusmodi deputatione Oeconomi Ecclesiæ Parochiali vacanti ob periculum salutis animarum, non datur appellatio suspensiva, Ricc. *in prax. for. Eccl. part*. 1. *tit. Praxis Episcoporum re.*
3 *sol*. 295. *num*. 3. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg*. 60. *n*. 1. *in fin. part*. 3. Castrop. *oper. moral. tom*. 2. *tr*. 13. *disp*. 3. *punct*. 2. §. 1. *n*. 5. Tum demum, quia in omnem casum attentavit etiam Oeconomus Religionis immiscendo sese actibus Oeconomatus Ecclesiæ post expeditas Inhibitorias Nuncii; Inhibitio enim manus ligat, nedum inhibiti, verum
4 etiam impetrantis, Rot. *dec*. 39. *n*. 3. cor. Anguel. *& dec*. 18. *sub n*. 4. cor. Bich. Unde petere nequit attentata revocari, in quæ & ipse incidit Rot. *d*. 91. *n*. 5. coram Merlin.

Danda quoque est, vel fuit manutentio Oeconomo Archiepiscopi tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani; nam quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ possessio Oeconomi Archiepiscopi est anterior, ac titulata, ut ex decisione super bono jure emanata, & sic ex utraque capite manutenenda, ut de possessione anteriori, Post. *de manut. observ*. 61. *n*. 1. *& seq*. Rot. *dec*. 223. *nu*. 19. *& dec*. 401. *nu*. 1. *p*. 19. *rec. & de possessione titulata*, idem Post. *de manut. obs*. 71. *n*. 105. *& plur. seq*. Et quoad aliam SS. Hippolyti, & Cassiani sufficit, quod constet de possessione; nam per Decretum irritans contentum in Bulla confirmatoria S. Conc. Trid. tribuentis Episcopis jus deputandi Vicarios, seu Oeconomos Parochialibus infecta, & irrita remansisset quæcunque forsan contraria possessio deduci posset per Oeconomum Religionis, juxta notam virtutem, & efficaciam Decreti irritantis, per Textr. *in cap. si eo tempore de elect. in* 6. Gabr. *de Claus. concl*. 3. *num*. 56. Rot. *dec*. 149. *nu*. 2. *part*. 2. *div. & dec*. 412. *num*. 59. *part*. 3. *rec*. & per consequens nullo pacto manutenibilis, Lother. *de re benef. lib*. 2. *quæst*. 46. *n*. 73. *&* 64. *&* 70. Vivian. *de jurepatr. part*. 2. *lib*. 13. *cap*. 8. *num*. 173. Rota post ipsum *dec*. 96. *num*. 41.

Et ita, &c. altera tantum, &c.

REVEREND. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus.

Super Jure, & Possessione deputandi Oeconomos:

Lun. 12. *Decemb*. 1695.

A R G U M E N T U M.

Repetendum est argumentum ex duabus antecedentibus Decisionibus.

S U M M A R I U M.

1 *Unio Ecclesiæ alieni Religioni debet esse subjectiva, & extinctiva tituli, ad hoc ut dicatur vera unio, non vero solum annexiva fructuum.*

2 *Præsentatio Rectorum per Patronos de directo repugnat cum unione extinctiva tituli, in qua nec Ecclesia providentur de Rectore nec datur vacatio.*

3 *Religiosi Ordinis Militaris compositi ex uxoratis, & bigamis improprie dicuntur Religiosi.*

4 *Factum, absente jus habente, ipsi non prejudicat præsertim non probata illius scientia, & acquiescentia explicita, & indubitata.*

5 *Repositio actus Archivio non dat robur scripturis informibus.*

6 *Possessorium absorbetur a petitorio.*

D E C I S I O III.

POstulante Sac. Religione Ordinis Militaris Divi Stephani Papæ, & Martyris, iterum audiri adversus Decisionem editam in petitorio coram me 1. Julii proxime præteriti, informante solum Reverendissimo Archiepiscopo, unaque cum dubio boni Juris disputari etiam alterum in summariissimo possessorio manutentionis super quasi possessione deputandi Oeconomos in Ecclesiis S. Euphrasiæ, ac SS. Hippolyti, & Cassiani, placuit Dominis ejus votis benigne annuere, subscriptoque a me novo dubio, utrumque complectente, responsum fuit hodie standum in decisis, & concedendam esse manutentionem Archiepiscopo.

Constitit enim de illius bono Jure, nedum ex clara dispositione Text. *in c. cum vos de offic. ordin*. ubi Ostien. *sub n*. 2. *vers. idem tamen juris*, *& n*. 5. Butr. *n*. 7. Fagnan. *nu*. 1. *&* 9. verum etiam ex dispositione S. Conc. Trid. *sess*. 24. *de reform. cap*. 18. literaliter loquente de Parochialibus etiam quomodolibet effectis, seu reservatis, non obstante quocunque privilegio, exemptione, vel indulto etiam ad favorem S. R. E. Cardinalium, sive Ecclesiæ vacent in mense Apostolico, sive sint de jurepatronatu laicorum, prout ultra relatos in præterita decisione late expendunt, Ventrigl. *in prax. fol. Eccl. part*. 1. *annot*. 20. §. 2. *sub n*. 15. Germon. *de indult. Car*. §. *Quibusvis sub n*. 15. *cum seqq*. Pignatel. *cons. canon. lib*. 7. *consult*. 8. *n*. 16.

Nec iterum obstare visa fuit unio Ecclesiarum, de quibus agitur facta Religioni uti justificari contenditur ex Bulla san. mem. Alex. III. contenta in altera san. mem. Jo. XXII. cujus sumptum nuper extractum fuit ex registro originali existente in Archivio Vaticano, quia quidquid sit de identitate Ecclesiarum enunciatarum in dd. Bullis, cum aliis modo controversis, ac signanter Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quæ dicitur extitisse de tempore fundationis Abbatiæ S. Savini erectæ sub Carolo Rege Longobardorum *Summ. Religionis n*. 1. *in princ*. quorum Imperium desiit in Italia circa tempora Adriani I. Summi Pontificis, & Caroli Magni Imperatoris anno salutis 770. ut refert Anonymus *in Fasciculo temporum fol*. 47. & habetur *in Epitome Regum Galliæ impress. Lugdun*. 1546. *in vita Caroli Magni fol*. 68. Cum altera sub titulo pariter S. Euphrasiæ fundata anno 1124. per Card. Chrysogonum de Malcondinis, ut inquit Troncius *in Hist. Pis. fol*. 58. *verb. Chrysogono Malcondini*, & adnotatum legitur in libris Ecclesiæ compulsatis per Religionem, & an dispositio S. Conc. locum sibi vindicet etiam quoad Parochiales unitas, prout de mente S. Congregationis Eminentissimorum Dominorum ipsius Interpretum tuetur Aldan. *in Compend. can. resol. lib*. 2. *tit*. 5. *nu*. 5. ubi de Ecclesiis unitis Religioni Hierosolymitanæ.

Domini animadverterunt non urgere objectum ex eo, 1
quod si quæ forsan ex dd. Bullis probata diei posset unio Religioni, ea non probatur subjectiva, & extinctiva tituli, cujus natura est omnino tollere tam essentiam, quam nomen, & titulum Ecclesiæ unitæ, eamque reddere membrum, & prædium alterius, cui facta fuit unio, ad notata per Gonzal. *ad regul*. 8. *glos*. 5. §. 7. *nu*. 2. Garz. *de benef. p*. 12. *c*. 2. *& seqq*. Adden. ad Greg. *dec*. 112. *n*. 5. dixit Rota in Tarraconen. Prioratus 16. Februarii 1674. §. *Nec in contrarium*, cor. me, sed solum annexiva fructuum, retento themate antiqui Jurispatronatus, ut plene constat ex provisionibus in titulum de Rectoribus perpetuis, atque ex collationibus annorum 1441. 1485. & 1494. per Ordinarium expletis jure devoluto, totidemque præsentationibus factis per illos de Malcondinis hæredes fundatoris, & successive per Griffos, & Sancascianos eorum Donatarios; nihil enim magis repugnat unioni extinctivæ, quam collatio, ad firmata per Rot. *dec*. 77. *n*. 4. *& dec*. 112. *n*. 1. coram Gregorio *d*. 179. *n*. 4. coram Alexan. VIII. & in dicta Tarraconen. Prioratus 16. Februarii 1671. §. *Nec in contrarium*, cor. me.

Nec subsistit replicatio, quod restitutiones peractæ fuerint ab Ordinario ex falso supposito pertinentiæ jurispatronatus ad Griffos, & Sancascianos, qui postquam Griffi solemniter renunciarunt in transactione inita anno 1658. addita ratione, quod Ecclesia S. Euphrasiæ spectabat ad Monasterium S. Savini unitum Religioni, *Summ. ejusdem n*. 5. quoniam ex narrativa ipsius transactionis destruitur prætensa unio extinctiva tituli, aliaque adstruitur annexiva solorum fructuum ex eo, quod exprimitur, Monasterium fuisse Patronum dictarum Ecclesiarum, iisque vacantibus

consuevisse præsentare Rectores, quod de directo pugnat cum unione extinctiva tituli, in qua nec Ecclesiæ providentur de Rectore, nec datur vacatio, ad notata per Rota *dicta dec.* 77. *num.* 4. coram san. mem. Greg. XV.

Minus etiam urget immemorabilis, seu centenaria qua-
2 si possessio juris deputandi Oeconomos adducta per Informantes pro Religione, quia ex viginti sex Testibus ad eam probandam examinatis, eorum aliqui nihil omnino de illa deponunt, alii vero carent ætate 45. annorum requisita per Gloss. *in cap.* 1. *verb. memor. de præscript. in* 6. subducto præsertim tempore motæ litis, ut fieri debet, ad tradita per Rot. *dec.* 205. *nu.* 4. *&* *dec.* 434. *nu.* 12. cor. san. mem. Greg. XV. nec referunt quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ ullos actus particularium deputationum factarum a Religione per integrum spatium 42. annorum; Et quod plus est convincuntur mendaces ex tribus deputationibus annor. 1599. 1633. & 1635. allegatis pro Archiepiscopo, ex quibus ea redditur improbabilis pro Religione, ad cujus exclusionem, unicus etiam actus sufficeret ad not. per Rotam *dec.* 24. *nu.* 34. *&* *seq* *p.* 10. *rec.* Imo etiam rumor in contrarium ex adductis per Marescott. *var. resol. lib.* 2. *c.* 190. *n.* 10. Grat. *discept.* 918. *n.* 39. Rota *dec.* 159. *n.* 6. *cum seq.* coram Alex. VIII. *dec.* 153. *n.* 17. *part.* 11. *rec.* & in Tarraconen. Jurisdictionis 19. Junii 1637. §. *Eoque familia*, coram me.

Non obstat, quod ex Instrumentis deputationum non constet, Oeconomos deputatos fuisse per Archiepiscopum, quia quod illi deputati fuerint ab eo, satis patet ex hoc ipso, quod deputationes registratæ fuerint in actis Curiæ Archiepiscopalis, neque ulla in contrarium datur probatio, quod fuerint deputati per Religionem, ex cujus libris nulla per eam ostenditur facta deputatio, & signanter ubi (prout hic) Juris assistentia favens Ordinario, resistit Ordini Militari composito ex Uxoratis & Bigamis, qui solum improprie dicuntur Religiosi, ad tradita per Rot. cor. Seraph. *dec.* 487. *n.* 1.

3 Prout nec etiam suffragatur, quod Instrumenta deputationum non probent tanquam extracta sine citatione partis, & compulsoria Rotali, quoniam objectum cessat in facto, ex quo constat, quod deputatio anno 1599. compulsata fuit ab ipsa Religione, ut legitur in processu compulsoriali fol. 1250. aliæ vero annor. 1633. & 1635. extractæ fuerunt ex libris Ecclesiæ ab eadem Religione transportatis ad Urbem, neque subsistit in Jure, ubi (prout hic) extractio facta fuit ab Archivio publico, Adden. ad Pamphil. *dec.* 102. *sub nu.* 10. Bich. *dec.* 194. *nu.* 4. *& in rec.* 172. *n.* 21. *p.* 17. quale proculdubio est Archivium Episcopi, ex adduct. per Adden. ad Buratt. *dec.* 667. *n.* 15. ad Pamphil. *d. dec.* 102. *sub n.* 11. Rota *dec.* 246. *n.* 17. coram Bichio.

Atque ex his non relevant actus in contrarium cumulati pro Religione; non quidem deputationes Oeconomorum quoad Ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani, quoniam illæ incipiunt solum ab anno 1625. ideoque ex iis adstrui non valet asserta centenaria, sive immemorabilis per eam prætensa; minus etiam alii quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ, quia plures relati *in Summ. a nu.* 10. *ad* 12. respiciunt solum exercitium jurisdictionis per modum emendationis, & mulctæ adversus subditos delinquentes; Geminæ vero deputationes Oeconomorum, quæ referuntur expletæ ann. 1583. & 1659. peractæ fuerunt de tempore, quo Ecclesia reperiebatur provisa de Rectore, uti justificatum fuit in facto, & consequenter etiam ex illis nulla resultat quasi possessio juris deputandi, quoad Ecclesias vacantes, ad tradita per Rota *dec.* 290. *a n.* 1. *& per tot. p.* 7. *rec.* & quod plus est, secunda peracta fuit absente clar. mem. Card. de Ilcio Archiepiscopo, tunc munus Apostolici Nuncii obeunte apud Sac. Cæsaream Ma-
4 jestatem, quæ propterea non præjudicat, præsertim non probata illius scientia, & acquiescentia explicita ad Text. *in l. de his ff. de transact.* Rota *dec.* 889. *n....& seqq.* coram Buratt. & in Melevitana fideicommissorum 5. Junii 1671. §. *Non subsistit*, coram me.

Neque in contrarium quidquam prodest tractatus, sive scriptura concordiæ inter Archiepiscopum, & Religionem ineundæ anno 1641. ubi asseritur, hanc existere in quasi possessione juris deputandi Oeconomos ad Ecclesias vacantes: quia scriptura, sive tractatus non subscriptus per Archiepiscopum, neque per eum acceptatus, sed fuit simplex propositio transactionis facta per Consilium Religionis ad
5 dirimendas controversias tunc etiam vigentes, nec probat enunciata, tametsi reposita fuerit in Archivio, quod non dat robur scripturis informibus, ad tradita per Rotam *dec.* 41. *per tot. p.* 1. cor. Caputaq. *dec.* 1867. *n.* 7. *& seq.* coram Coccin. *& dec.* 453. *num.* 3. *part.* 15. *rec.*

Constito autem ex præmissis de bono Jure Archiepiscopi ipsi quoque concedenda visa fuit manutentio, ad quem effectum sufficeret sola juris assistentia absque ulterioris probatione possessionis, ad Text. *in cap. cum persona de priv. in* 6. Rota *dec.* 306. *p. u. & dec.* 201. *p.* 2. cor. Caputaq. *dec.* 165. *nu.* 6. *p.* 2. *divers. & dec.* 655. *sub nu.* 2. *& per tot. p.* 3. *rec.* Non obstante contraria possessione Religionis, & natura summariissimi Judicii manutentionis, quoniam pos-
sessio redditur turbida ex superius deductis, & possessorium 6
absorbetur a petitorio, ad firm. per Rotam *dec.* 167. *sub n.* 9. *&* 10. *p.* 2. *divers. & dec.* 198. *nu.* 6. cor. Dunonz. Jun. accedente præsertim clausula *sublata*, & decreto *irritanti*, contentis in Bulla confirmatoria Sac. Concilii, quæ inficiunt quemcunque titulum, & contrariam observantiam, ad Text. *in c. si eo tempore de elect. in* 6. & not. per Lother. *benef. lib.* 2. *qu.* 46. *n.* 63. 54. & 70. Vivian. *de jurepatr. p.* 2. *lib.* 13. *c.* 8. *n.* 172. Rota *dec.* 206. *nu.* 2. *& seq.* cor. Peuting. *& dec.* 139. *nu.* 14. & 15. coram san. mem. Alexandro VIII.

Denique nec officit, quod manutentio detur possidenti etiam adversus clausulam *sublata*, & decretum *irritans*, quousque doceatur intrare clausulam, & decretum, quia exclusis unione extinctiva, atque immemorabili, hic justificatum remanet illa intrare, ex adductis per Rota *dec.* 124. *num.* 3. cor. bon. mem. Coccino.

Et ita, &c. Utraque, &c.

REVEREN. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus.

Super Attentatis, & Manutentione.

Lunæ 12. *Decembris* 1695.

A R G U M E N T U M.

Confirmantur superius decisa.

S U M M A R I U M.

1 *Qui continuat non attentat.*

Adversus possessionem Oeconomatus non datur appellatio suspensiva.

3 *Appellatio a gravaminibus neque admittitur propter imminens periculum salutis animarum.*

D E C I S I O IV.

IN sequelam Decisionis hodie pariter editæ coram me, super bono Jure, & manutentione Rever. Archiepiscopi in quasi possessione deputandi Oeconomos Ecclesiis Parochialibus S. Euphrasiæ, ac SS. Hippolyti, & Cassiani adversus sibimetipsi illud asserere contendentis, visum quoque fuit Dominis standum in decisis die 1. Julii proxime præteriti super attentatis, & manutentione Oeconomorum ab eodem deputatorum adversus alios deputatos a Religione.

Non enim subsistere visa fuerunt attentata per eam prætensa ob exercitium Oeconomatus peractum ab Alexandro de Tamburinis Oeconomo Archiepiscopi quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ, postquam illi die 12. Martii 1691. personaliter præsentata fuerat inhibitio Reverendiss. Nuncii Apost. Florentiæ residentis ad instantiam Joan. de Balestris Oeconomi Religionis; Quia de tempore præsentatæ inhibitionis Alexander reperiebatur in pacifica possessione Oeconomatus, quam præcedenter adeptus fuerat sub die 7. ejusdem mensis, præbendo Sacramentum extremæ Unctionis Dominico Nepotino Parocho ipsiusmet Ecclesiæ in extremis laboranti, & successive post ejus obitum secutum circa primam horam noctis tumulando illius cadaver, aliisque infirmis in Parochia degentibus administrando Sacramentum Pœnitentiæ, ideoque continuando ejus pos-
sessionem non dicitur attentasse juxta vulgatam regulam, 1
qui continuat non attentat, de qua gloss. *in cap. non solum*, § *Illa vero verba reducendum de appellationib. in* 6. Surd. *consil.* 170. *n.* 40. Rota *dec.* 14. *num.* 13. coram Cels. *d.* 3. *n.* 6. *&* 17. *& d.* 385. *n.* 83. coram Bich.

Nec obstat, quod regula ista non procedat, quando possessio redditur turbida, & nulla, qualis in hoc casu reddi prætendebatur possessio Alexandri, ex anteriori possessione Antonii de Cartinis Oeconomi Religionis, qui secuto obitu Dominici statim illam dicebatur apprehendisse, conficiendo inventarium bonorum Ecclesiæ, ejusque claves immurando; quodque nec minus locum habere poterat, ubi, ut hic, inhibitio respiciebat ipsummet exercitium Oeconomatus. Quia possessio Antonii non probatur anterior possessione Alexandri, qui (ut præmissum est) illam adeptus fuerat, vivente adhuc Dominico, eidem administrando Sacramentum extremæ Unctionis, explendoque commendationem ipsius animæ. Nec probata relevaret, tanquam capta a persona inhabili ad exercitium curæ animarum, ut recognovit ipsamet Religio, quæ sub die 12. ejusdem mensis in ejus locum subrogavit Joan. de Balestris, inhibitio vero per

to per ipsum obtenta expedita fuit vigore appellationis ab eo interpositæ adversus denegatam sibimetipsi admissionem ad possessionem Oeconomatus, & non inficit præcedentem alterius possessionem, adversus quam non admittitur hujusmodi appellatio suspensiva. Non subsistente,
2 quod saltem admittatur a gravaminibus eis illatis per Archiepiscopum, quia nec ab istis admittitur hujusmodi appellatio propter imminens periculum salutis animarum, ad tradita per Ricc. *in prax. for. Eccles. p. 1. tit. praxis Episc. res.* 464. *n.* 2. Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 62. *n.* 1. *in fin. p.* 3. Castropal. *oper. mor. tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 3. *punct.* 2. §. 1. *n.* 4. Eoque minus ubi (prout hic) per S. Congregationem Concilii circumscripta fuerunt omnia acta coram Nuncio Apostolico; ex hoc enim magis firma remansit possessio Alexandri, ac si nunquam adversus ipsum expedita fuisset inhibitio.

Atque ex his etiam Domini censuerunt concedendam esse manutentionem Oeconomis deputatis ab Archiepiscopo quoad utranque Parochiam. Quo enim ad illam S. Euphrasiæ Oeconomus Archiepiscopi docet, ut supra de anteriori ipsius possessione, propter quam illi concedenda venit manutentio, ad Text. *in cap. licet causam* 9. *de probat.* Posth. *de manut. obser.* 71. *n.* 2. & *seq.* Rota *d.* 223. *n.* 19. & *dec.* 401. *n.* 1. *part.* 19. *rec.* Accedente præsertim tit. boni juris, ex adductis in altera dec. hodie pariter a me desuper extensa, Posth. *de manut. d. obser.* 71. *nu.* 42. 105. & 117. Rota *dec.* 150. *nu.* 21. *part.* 16. *dec.* 249. *n.* 6. *part.* 19. *rec.* Quo vero ad aliam SS. Hippolyti, & Cassiani constat quoque de illius possessione, non obstante contraria possessione adepta per Oeconomum Religionis, quoniam ista remansit irrita, & inanis ob resistentiam Sacr. Conc. quod eam vitiat, redditque non manutenibilem, juxta notam virtutem decreti irritanti appositi in Bulla ejus confirmatoria, & not. per Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 49. *n.* 63. 64. & 70. Vivian. *de jurepatr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *nu.* 172. Rota *dec.* 206. *nu.* 2. & *seqq.* coram Peuring. & *dec.* 139. *nu.* 14. & 15. coram san. mem. Alexand. VIII.

Et ita, &c. Utraque, &c.

Votum Sac. Rotæ.

Rota est in voto, deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, eique concedendam esse manutentionem: Et non constare de Attentatis, ac esse vel fuisse tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani dandam manutentionem Oeconomo per eundem Archiepiscopum deputo, ex rationibus deductis in suprascriptis Decisionibus.

Jacobus Emerix Sac. Rot. Decanus.

DECRETUM

Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium Sac. Concilii Tridentini Interpretum super executione præinserti Voti S. Rotæ Romanæ.

Pisana Oeconomatus.

Decenti Parocho Ecclesiæ Parochialis S. Euphrasiæ, quæ Religioni Sancti Stephani Papæ, & Martyris olim unitam fuisse prætendebatur, deputavit Archiepiscopus in Oeconomum Alexandrum Tamburinum, quem Administri dictæ Religionis ejicere curtarunt nominando juxta assertam consuetudinem immemorabilis possessionis deputandi Oeconomos, Joannem de Balestris, cui cum Archiepiscopus assentiri renuerit, delata fuit appellatio ad Nuncium Florentiæ residentem, qui relaxata inhibitione, cuncta per Archiepiscopum gesta revocavit. Verum Archiepiscopo reclamante, Sac. Congregatio die 22. Decembris 1691. rescripsit pro reassumptione, facto verbo cum Sanctissimo, & Nuncio Apostolico, qui abstineat, & amoveat impedimentum contra Parochum Oeconomum metu mandati latitantem, & Archiepiscopus deputet alium Sacerdotem non Parochum amoto Intruso; & die 30. ejusdem, facta relatione Sanctissimo, Decretum Sac. Congregationis in omnibus approbavit, & exequi mandavit, & Eminentissimo Secret. Status mentem suam aperiri jussit. Quibus peractis causam eidem Sac. Congregationi cum Voto Rotæ definiendam speciali sua commissione Sanctissimus D. N. delegavit, ideoque datis in Rotæ dubiis.

Primo. An, & ad quem spectet deputatio Oeconomi.

Secundo. An constet de attentatis.

Die 22. Junii 1692. nulla fuit capta resolutio, sed Religioni concessa compulsoria, & remissoria, qua pendente decessit prædictus Balestrius, & vacavit alia Ecclesia Parochialis dictæ Religionis, SS. Hippolyti scilicet, & Cassiani. Ideoque superadditum fuit alterum dubium, An & cui ex Oeconomis deputatis sit, vel fuerit danda manutentio tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani. Et Rota coram Reverendiss. Emerix Decano die 1. Julii 1695. Archiepisc. tantum informante, respondit, deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, & non constare de Attentatis, & esse, vel fuisse tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani manutentionem dandam Oeconomo deputato per Archiepiscopum.

Datoque subinde dubio, An standum, vel recedendum esset a decisis, & insuper, An & cui danda esset manutentio in possessione, seu quasi deputandi Oeconomos, Rota coram eodem Reverendissimo Decano, parte utraque informante, sub die 12. Decembris proxime præteriti respondit, standum esse in decisis, & dandam esse manutentionem Archiepiscopo, ac demum juxta præfatas decisiones desuper editas prodiit Votum Rotæ tenoris sequentis, Rota est in Voto, Deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, eique concedendam esse manutentionem, & non constare de Attentatis, ac esse, vel fuisse tam respectu Ecclesiæ Sanctæ Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani dandam manutentionem Oeconomo per eundem Archiepiscopum deputato, ex rationibus deductis in supradictis decisionibus.

J. Emerix Sac. Rotæ Decanus.

Perpensis itaque dictis Decisionibus, & Voto, Eminentissimi PP. decernere dignabuntur.

An Votum Rotæ sit exequendum.

Die 17. Martii 1695. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium Conc. Trid. Interpretum censuit, exequendum esse votum Rotæ in omnibus.

J. Cardin. Sacripantes Præfectus.

F. Nuptius Secretarius.

Gratis etiam quoad Scripturam.

Loco ✠ Signi.

R. P. D. MOLINES.

Narnien. seu Hortana alluvionis.

Lun. 18. Junii 1696.

A R G U M E N T U M.

Ad materiam Aquarum Titulo de Servitutibus Tom. IV. pertinent duæ sequentes Decisiones de Alluvionibus, hic relatæ *ad Observationem* 249. *Conflictus legis, & rationis* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *Terræ, quæ per alluvionem accrescunt, fiunt de dominio ejus, cujus prædiis cohærent.*
2 *Insula pertinet ad eos, qui habent prædia ipsius fronti viciniora.*
3 *Insula propriæ quid est.*
4 Scappie *quomodo differant ab insulis.*
5 *Quot modis Insula fiat in flumine.*
6 *Testibus sibi contradicentibus, neutri credendum, cum unus adimat fidem alteri.*
7 *Testibus factum inverisimile deponentibus credendum non est.*
8 *Etiam numero pluribus.*
9 *In concursu testium sibi contradicentium, adminiculatis ex publico Instrumento major fides præstanda est.*
10 *Testibus contra inducentem, & producentem deponentibus deferendum.*
11 *Præsertim, si in eis suam fundaverit intentionem.*

DECISIO V.

Devoluta per Appellationem ad hoc Sacrum Tribunal Controversia vertente inter Seminarium Civitatis Hortanæ, litisque consortes ex una, & Canonicum Vitutium, ac Marchionem Montorium ex altera parte super pertinentia quarundam terrarum vulgo nuncupat. *Scappie*, in Rota 7. Junii 1694. gemina dubia unico contextu disputanda proposui, alterum respiciens Judicium possessorium videlicet *An, & cui sit danda manutentio*. Alterum vero Petitorium, An nempe, & de cujus bono Jure constet. Primum autem fuit sub illa die resolutum, concessa Seminario, & Consortibus manutentione. Alterum vero resolutione dilata, demandatum extitit, ut probationes coadjuvarentur.

Extensa subinde Decisione super articulo Possessorii jam definiti, institit Seminarium in Congregatione Rotali ejusdem anno 1694. pro illius expeditione; Placuit tamen Dominis judicium differre ad tempus repropositionis Causæ super bono jure: Quapropter reassumpta in hodierna Audientia indagine principalis dubii petitorium concernentis, Domini responderunt, *Constare de bono Jure Seminarii*, & contemporaneæ Causam super articulo manutentionis expediri decreverunt.

Ex facto siquidem hodie melius elucidato constitit, Flumen Tyberis decurrens medium inter Territorium Otricolenum, & Territorium Civitatis Hortanæ a vigintiquinque annis citra cursum Otricolanas Ripas versus deflectens assidua, ac latenti earum corrosione plurimas fecisse alluviones in beneficium Prædiorum constituentium adversas Territorii Hortani Ripas; Quas Terras sic paulatim adjectas præfatum Seminarium aliique conterminì Agrorum possessores pro modo singulorum latitudinis inter sese anno 1676. deviserunt, ut latius apparet ex ipsius Divisionis Instrumento. Quemadmodum constitit, quod post secutam hanc partitionem continuans flumen ulteriorem ejusdem Territorii Otticolani corrosionem, novum terrarum alluvionalium augmentum, de quibus est controversia, ipsismet Prædiis Hortanis adjecerit, quodque demum superventa de anno 1686. immodica Amnis excrescentia, vi, & impetu stagnantium aquarum successerit separatio terrarum alluvionalium antiquorum ab hisce recentibus, mediante decursu cujusdam Rivi illuc pro terræ mollitudine protensi, quo deinceps nec multo post exhausto, stante aquarum declinatione ad pristinum alveum, nova alluvio, ut erat prius, antiquæ sese adjunxerit, juxta facti seriem, quam cum temporum distinctione narrant quinque Testes formiter examinati pro parte Seminarii dati *in Summaria* 5. *Junii* 1694. *sub n.* 1. *&* 2. quibus utpote omni exceptione majoribus, bene informatis, optimamque scientiæ causam reddentibus plena fides est adhibenda, Rota cor. Card. Seraphin. *dec.* 955. *num.* 3. *&* 8. *cum allegatis in dec.* 895. *n.* 7. cor. Card. Cerro, *& omissis generalibus in specie tradunt* Bart. *in tr. de Fluminib. & alluvionib. verb. per alluvionem n.* 5. Aym. *de alluvion. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 12.

1 Stabilito itaque, quod terræ, de quibus agitur, per alluvionem secutam ante annum 1686. paulatim, ac sine sensu accreverint, cohæreantque Prædiis Seminarii Hortani, & litis Consortium, certa in Jure succedit conclusio, quod ab eorundem Agrorum Possessoribus fuerint acquisitæ, in eorumque dominium devenerint, ad apertum Text. *in l. Adeo* 7. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin. ubi Gajus ait: Quidquid per alluvionem Agro nostro flumen adjecerit jure Gentium nobis acquiritur; Id autem per alluvionem adjici videtur, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus quantum quoque temporis momento adjiciatur*, & concordat Text. *in l. Alareius* 38. *ff. eod. &* §. *Preterea Inst. de rer. div. traduneque*, Bart. *in tr. de Flumin. verb. adjecerit, verbo acquiritur, & verbo per alluvionem*, Aym. *eodem tr.* 3. §. 1. *nu.* 1. *& seq.* Jas. *conf.* 146. *lbr.* 1. *& conf.* 126. *libr.* 4. *per tot.* Corn. *conf.* 191. *lib.* 3. Valasc. *de Emphyt. quæst.* 16. *nu.* 10. Pecch. *de Aqua ductu l.* 2. *cap.* 11. *qu.* 51. *n.* 19. *& latiori calamo* Arias de Mesa *variar. resol. lib.* 2. *c.* 42. *n.* 1. *& per tot.*

2 Non obstante unico objecto, in quo sistit totum præsentis causæ momentum, quod scilicet alii Testes inducti a Canonico Vitutio, & litis consorte, asserant hujusmodi terras utpote ab aquis undique circumdatis, formam Insulæ accepisse, ac proinde ad illos tanquam habentes Prædia vicinoria fronti ipsius Insulæ jure dominii pertineant, ad Text. *in d. l. Adeo*, §. *Insula vers. quod, si alter. parti*, *ff. de acquiren. rer. domin & in l. Insula ff eod.* §. *Insula Instit. de rer. divis.* Bartol. *in Tractat. de Insula in verb. communis fiat vers. sed si Insula esset plus, & in figura* 23. *eod. tit.* Gobb. *in tr. de aquis q.*28.*n.*18. Pecch. *de Aqua duct.* *c.*4. *q.* 8. *nu.* 1.

Quandoquidem multipliciter visum fuit removeri, & ex eo quidem primo, quod proprie loquendo Insula est terra repente in Flumine nata, quam aquæ undique circumluunt, ad Text. *in* §. *Insula Instit. de rer. divis. ubi* Glossa *in verb. Insula, & Mynsig.* aliique scribentes, & quidem plena, ac reali circumfluentia, per quam terra in medio Fluminis apparens diu supereminens remaneat, Bart. *de Insul. in verbis in Flumine nata*, Aym. *de alluvion. lib.* 1. *c.* 14. *nu.* 11. Neutrum autem ex dictis requisitis concurrit in casu nostro; deficit enim primum repentinæ nativitatis, quia ex facto superius firmato resultat controversas terras fuisse paulatim, & latenter corrosas ab una Ripa, & minutatim, ac insensibiliter additas alteri Ripæ, nec quoad corrosionem in genere discordant Testes inducti per Canonicum Vitutium; Extat pariter secundum requisitum plenæ, ac permanentis aquarum circumfluentiæ: quoniam ex eisdem Testibus Seminarii constat prædictum Rivum intersecantem Prædia Territorii Hortani a controversis terris evenisse ob aquarum excrescentiam uno impetu secutam, & continuasse per modicum tempus aliquorum mensium; Ideoque hujusmodi terræ per adeo breve temporis spatium apparentes in Flumine aquis circumfluxæ proprie dici nequeunt Insula, sed vere sunt terræ alluvionales prius latentes per excrescentiam aquarum, & deinde apparentes per illarum decrescentiam, quæ in Agro Romano nuncupantur *Scappie*, & in Insubria appellantur *Ancone*, ut concorditer tradunt Augustin. Martinell. olim Professor Juris Cæsari in hac Urbis Universitate in ejus libro, cujus titulus est - *Li Fiumi in libertà*, cap. ultim. dell'Isole *fol.*244. & 245. & latius allegato Bartolo, & Axm. Boninus in ejus libro intitulato *il Tevere incatenato lib.* 6. *cap.* 1. 3

4 (right margin, beside line beginning "corditer tradunt")

Parum relevante depositione Testium inductorum a Canonico Vitutio asserentium, quod Canalis defluens per Ripas Otricolanas erat parvus, & angustus, ac vice versa alter decurrens prope Ripas Hortanas erat latior, profundior, ac navigabilis. Quoniam contrarium de directo deponunt testes Seminarii, & præcipue ultimo loco examinati præsenti *Summario additionali n.* 1. *&* 2. quorum depositio visa fuit magis verosimilis; nam tum ex accessu judiciali Eminentissimi Thaurusii tunc A. C. Locumtenentis, quam ex confrontatione alterius Plantæ de anno 1676. efformatæ super divisione aliarum Terrarum alluvionalium, liquet, Tyberim ab annis 25. circiter, quo dereliquit antiquum Alveum, semper cursum direxisse versus Oras Otticolanas; Unde redditur inverisimile, excrescentiam, & profluvium aquarum pro majori parte ad Canale Hortanum irrupisse. Augetque inverisimilitudinem subsequens eventus, dum post paucos menses ille Canalis, ut præfertur, remansit exhaustus, & illius aquæ ad Otticolanum declinarunt, prout in præsentiarum semper ultroneæ fluvii cursus illuc protendi cernitur, ut probant Testes utriusque Partis, ideoque magis deferendum venit depositioni Testium Hortanorum, utpote recipienti fomentum a verisimilitudine, quæ est species veritatis *l. ob carmen.* §. *ultimo ff. de Testibus cap. licet causam vers. ex præmissis de probat.* Aym. *conf.* 1. *pro Genero n.* 372. Rota cor. Mant. *dec.* 215. *nu.* 4. *&* 5. *& cor.* Cels. *dec.* 215. *num.* 6.

Sed quatenus Rivus decurrens versus Ripas Hortanas fuisset profundus, adeout dictas Terras alluvionales veram Insulam constituisset, non inde tamen, secundo respondebant Domini, factum est, ut desierit esse in dominio Seminarii Hortani, & litis Consortium; Tribus nanque modis Insula fit in Flumine; uno modo, cum Ager, qui Alveus non erat, flumine circumluitur. Secundo cum Flumen Alveum reliquit illumque circumquaque defluit. Tertio cum paulatim alluendo eum auxit, efformata autem Insula altero ex duobus posterioribus modis, eorum fit, qui Ripas habent eidem Insulæ proximas; Primo autem modo Causa possessionis non immutatur, remanetque Insula ejus, cujus antea fuerat, juxta expressam Proponii divisionem relatam *in l Ergo* 30. §. *Tribus modis*, & ibi Glossa *ff. de acquir. rer. domin. & explicat* Bartol. *in tract. de Insula vers. in flumine nata*, Aym. *de alluvion. cap.* 14. *n.*6. *lib.* 1. Neuter autem ex duabus posterioribus modis convenit terris, de quibus est contentio, nam illæ antequam apparuerint in formam Insulæ, non erant Alveus ab eodem derelictus, nec minus ex colluvione aquarum factæ sunt locus eminens supra alveum, & deinde ex alluvione auctus, sed proprie adaptatur primus modus; Nam ex serie facti a Testibus Seminarii comprobata *Summaria n.* 1. & 2. habetur, quod antequam successerit anno 1686. aquarum excrescentia, Terrenum controversum erat Ager beneficio alluvionis acquisitus 5

situs prædiis Hortanis, ac proinde, & si secuta memorata inundatione, aquis hinc inde declinantibus, idem Terrenum fluvio circumseptum apparuit, non ex hoc tamen hujus generis Insula acquisita fuit Dominis prædiorum, qui ripas habebant propiores, sed continuavit in possessione, ac dominio Hortanorum, quorum antea fuerit, juxta relatam dispositionem Textus *in l. qui Ager cum qua concordant.* §. *Insula vers. final. Instit. de rer. divis.* ibi - *Quod si aliqua ex parte divisum sit Flumen deinde infra unitum agrum alicujus in formam Insulæ redegerit, ejusdem permanentis Ager cujus, & fuerat*, & *Text. in l.* 1. *C. de alluvion. & plaud. ubi & cum Fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit, ager, quem circuit, prioris Domini manet*, & *in l.* 1. §. *Item si omnis ff. de Flumin.* & *tradunt* Aym. *de alluvion. lib.*1. *c.*14. *n.*7. Cyriac. *contr. for.*376. *n.*11.

Hinc consequenter non adversantur Testes inducti per Possessores Agri Otricolani, quatenus deponunt, controversas terras apparuisse in formam Insulæ, imo esse veram Insulam, cum ratione amnis circumfluentiæ, recte hac Insulæ denominatione nuncupari valeant, non tamen de illis Insulis secundi, & tertii generis, de quibus loquitur Text. *in d. l. Ager*, §. *Tribus*, quæque acquirunt Dominis habentibus prædia eidem proximiora; sed de illis primæ speciei, quæ non exeunt a possessione dominorum, quibus antecedenter jure dominii quæsita fuerant, ex superius firmatis.

6 Absque eo, quod attendi meruerit assertio septimi Testis Canonici Viturii, quod priusquam Terrenum controversum assumpsisset formam Insulæ, erat alveus fluminis, quoniam ipsius depositio convincitur manifeste erronea ex depositione aliorum Testium ejusdem Viturii, dicentium, ante prædictam aquarum excrescentiam, alveum fluminis fuisse in eo loco ubi decurrebat Canalis, seu Rivus positus prope Agros Hortanos: quo fit, ut stante hac Testium contrarietate, neutris credendum est, cum unus adimat fidem alteri, Farinac. *de Test. quæst.*65. *num.* 2. Rota *dec.* 147. *num.* 4. *part.* 19. *dec.*8. *num.* 26. *dec.* 327. *num.* 13. & *dec.* 709. *num. part.* 12. *rec.* & *dec.* 73. *num.* 20. *part.* 18.

Quemadmodum nec fuit eisdem Testibus adhibita fides, in eo quod ajunt, Insulam prædictam efformatam fuisse ex Terris Otricolanis in Alvero Fluminis vi, & impetu aquarum asportatis, ut ex *Summ.* Canonici Viturii *nu.* 4. quoniam ultra quod testantur de eorum credulitate, sicque nullum probationis genus constituunt, Rota, cor. Buratt. *dec.* 538. *n.*19. & *rec.* 397. *n.* 10. *p.* 14. habent contra se tam accessum A.C. quam etiam ipsorummet dictum, ex quibus apparet justificatum, quod Terrenum, ex quo dicitur conflata Insula fuerit simpliciter arenosum, & e contra Ripas Fluminis Territorii Otricolani esse Terras sativas, ex quo evitatur assumptum, quod Terræ controversæ impetu aquarum separatæ, efformaverint sæpe dictam Insulam in Alveo Fluminis; Addita aperta inverisimilitudine, quod Rivulus ceteroqui ad sensum Otricolanorum ex gnus, cum tam modica aquarum copia potuerit uno impetu talem corrosionem facere, ut ex ea efformari potuisset Insula tam con-
7 siderabilis Terrarum quantitatis. Ideoque dd. Testibus, factum ita inverisimile deponentibus, nullatenus credi debet, Jas. *in l. si extraneus n.* 8. *ff. de condit. caus. dat.* Abb. *in cap. quia verisimile n.* 3. *vers. nota*, Buratt. *dec.* 175. *nu.* 11. & 23. Cels. *dec.*40. *n.*8 & *in rec. dec.* 259. *n.* 13. *p.* 6.

Prout etiam convincuntur de manifesto errore alii Testes dicentes, quod Terræ controversæ formam Insulæ receperint ex corrosione Riparum Otricolanorum, quæ incœpit a novem, seu decem annis ante eorum examen; nam constat ejusmodi corrosionem incœpisse longe ante 1676. dum de hoc anno, ut superius recensuimus, facta fuit inter Hortanos divisio plurium Terrarum alluvionalium ex eadem corrosione provenientium; atque ita tanquam modo suspecti nulla promerentur fidem, quantumvis essent nu-
8 mero plures, ut in nostris terminis tradit Jas. *cons.* 126. *n.* 13. & *seq.* Præsertim, quia nec deficiunt plures exceptiones contra earum personam recensitæ *in Summario Seminarii n.* 12. proindeque, vel ex hoc ipsorum fides remanet imminuta, Farinac. *de Test. qu.* 63. *n.* 49. Rota cor. Capur. *dec.* 278. *nu.* 3. *p.* 3. & *dec.* 649. *nu.* 8. coram Amat. Dunoz.

Et in omni casu in concursu Testium inter se dissidentium, Domini majorem fidem præstandam esse censuerunt productis per Seminarium, & litis Consortes, utpote qui tanquam Naviculatii, & a multo tempore versati in navigationibus Fluminis præsumuntur magis informati, ac ulterius quia verisimilia deponunt, citra ullam contrarietatis, varietatis, vel falsitatis notam, ac demum ut pote adminiculatis ex publico Instrumento antedictæ divisionis anni 1676. ex notatis per Felin. *in cap. nostro n.* 10. *de Testib.* Gabriel. *eod. tit. conclus.* 4. *numer.* 59. & 60. Posth. *de subhast. inspect.* 60. *numer.* 97. & plene Rota *dec.* 298. *num.* 20. & 21. *part.* 19. *rec.*

Ceterum multiplicando suppositiones, ubi etiam admitteretur, quod prædicta Insula fuisset repente nata, & quidem in Alveo Fluminis, ac per consequens juxta contrarium sensum acquiri debuisset Dominis agrorum vicinorum; adhuc tamen tertio loco ponderabant Domini, illam devenisse ad dominium Seminarii, litisque Consortium, attento, quod gemini ex eorundem Otriculanorum Testibus ingenue deposuerunt, quod Insula apparuit propior Agris Hortanis, quam Ripis Otriculanis, unde Censura Text. *in d. l. Adeo*, §. *Insula vers. quod si alteri parti ff. de acquir. rer. domin.* patrocinatur Seminario, & litis Consortibus habentibus prædia dictæ Insulæ proximiora; quibus Testibus utpote inductis, ac productis Otriculanis, plene contra eos 10
deferendum est, Farinac. *de Testib. quæst.*62. *n.*226. Noguerol. *allegat.* 29. *n.*80. & *allegat.* 32. *n.* 92. Rota *dec.*312. *n.*5. & *dec.* 610. *n.*3. & *dec.* 454. *n.*9. & *dec.*888. *n.*3. cor. bo. me. Card. Certo, & *in rec. dec.*41. *n.* 18. *p.* 18. & *d.*110. *n.*1. *p.* 14.

Non resistente, quod inductio Testium præseferat approbationem personæ, non autem dicti, adeoque non excludat, quin eorum depositio impugnari valeat, ex firmatis per Rotam cor. Manzaned. *dec.*526. *n.*8. & 9. quoniam con clusio procedit, ubi quis simpliciter induxit Testes, sed nullatenus eos produxit, nec illorum dictis usus fuit, in quibus terminis procedit Rota *in aleg. dec.* cor. Manzaned. secus vero quando, prout hic, non solum quis induxit, sed etiam simpliciter produxit Testes, in eisque suam fun- 11
daverit intentionem; nam tunc non solum censetur approbasse eorum personam, sed etiam dictum, absque eo quod nullatenus sibi liceat impugnare, ut conciliando pugnantes Doctorum sententias distinctionis fœdere concordat Aymon. *de antiquitate temporis part.* 1. *vers. quæritur etiam in hac materia num.* 14. Tob. Non. *cons.* 24. *nu.* 24. & 25. *cum aliis fuse cumulatis per* Farinac. *de Test. quæst.* 61. *num.* 242. & 243.

Et ita utraque parte informante post secundam Causæ propositionem resolutum fuit.

R. P. D. PIO.

Narnien. seu Hortana Alluvionis.

Veneris 8. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Confirmatur præcedens Decisio.

SUMMARIUM.

1 *ALluvio est incrementum terræ latenter corrosæ ab uno loco, latenterque alteri adjectæ.*
2 *Quomodo Insula distinguatur ab alluvione.*
3 *Flumina censitoris vice funguntur, totumque id quod tradunt irrevocabiliter donant, & adimunt.*
4 *Modica fluminis pars flumen non facit.*
5 *Insula alias* mediamnis *nuncupatur.*
6 *Insula constituitur ex magnitudine aquæ perpetua, non vero insolita, temporali & causativa.*
7 *Alveus qui non est naturalis, dicitur inundatio.*
8 *Inundatio quod sit.*
9 *Incrementum terræ illi censetur proximius, cui in initio proximius natum est.*

DECISIO VI.

POstquam Canonicus Viturius curavit mihi per Signaturam Justitiæ dirigi ulteriorem appellationem super mandato de manutenendo, alias per Seminarium Hortanum, & litis consortes obtento, ordo Judicii exposcebat, ut Causa etiam super negotio principali devolveretur; ideoque positis sub consueto examine fundamentis Decisionis editæ coram R. P. D. meo Molines die 18. Junii anni præteriti agnita fuere undequaque subsistentia, ac merito proindeque illa Domini confirmarunt.

Subnixi semper depositioni Testium a Seminario inductorum, juxta quam habetur, quod post divisionem Terræ alluvionalis secutam anno 1676. inter Hortanos pro latitudine conterminorum agrorum, flumen Tyberis ex ulteriori attritu Terrarum Otriculanorum sinuoso flexu illas denuo adjecerit supradictis agris, donec de anno 1686. imbribus auctum, ac in vicinos Campos se effudens, mediate decursu cujusdam Rivi diviserit primas alluviones ab ultimis, quo demum in veterem alveum declinato,

natio, Terræ ex memorata aquarum excrescentia separatæ, antiquis sese adjunxerint; Quamobrem cum incrementum Terrarum, de quibus agitur, evenerit ex Terra latenter controsa, adjectaque deinde latenter etiam prædiis Hortanis, dicitur alluvionale, §. *Praeterea Instit. de rer. divis.* Joannes Baptista Aym. *de alluvion. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Pereg. *de Jur. fisc. lib.* 8. *num.* 71. Petr. Greg. Tholos. *Syntagm. Jur. lib.* 20. *cap.* 8. *num.* 2. & acquiritur juxta latitudinem frontis cujusque agri cohærentis ripæ, & prædia ab ea parte possidentibus, ex Text. *in leg. adeo* 7. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* & §. *Praeterea, ubi gloss. verb. adjectio Inst. de rer. divis. numer.* 34. Rip. *in leg. quominus num.* 77. *C. de flumin.* Bart. *in Tyber. in sid. proœm. part.* 1. *vers. pro modo fol.* 118. & *in* 3. *part. vers. alicujus fol.* 141. Rimin. Jun. *cons.* 373. *num.* 1. Curt. Jun. *cons.* 204. *num.* 10. & 11. Manzol. *cons.* 118. *numer.* 8. Bursat. *cons.* 239. *num.* 6. Bardell. *cons.* 246. *num.* 22. Cepoll. *de servit. rustic. præd. cap.* 33. *num.* 13. Benincas. *de alluv. part.* 1. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. cas.* 245. *num.* 6. Peregr. *d. lib.* 8. *num.* 72. Cyriac. *contr.* 376. *num.* 1. Ursell. *verb. alluvio concl.* 94. *num.* 3. Doring. *in Repertor. d. verb. num.* 29. Rota *in rec.* 29. *numer.* 4. *part.* 4. & *dec.* 203. *num.* 7. *part.* 15. & *dec.* 111. *num.* 3. *part.* 16.

2 Dictaque acquisitio facta fuit ipso Jure, nec indigebat aliqua apprehensione, quia ut optime notat Griphyand. *in Econom. legal. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 4. in hoc Insula distinguitur ab alluvione, ut illa sit incrementum separatum, ista vero unitum; ita ut omne id, quod prædio coalescit non constituat novum prædium, sed sit pars illius accessoria, quæ ex possessione principalis, & illius Jure possidetur, juxta firmata per Benincas. *ubi supra num.* 4. Rimin. Jun. *cons.* 275. *num.* 9. & 10. & *d. cons.* 373. *numer.* 2. & 4. Silvan. *cons.* 3. *numer.* 13. Curt. Jun. *d. cons.* 204. *num.* 16. Anguis. *cons.* 90. *num.* 4. Corn. *cons.* 15. *num.* 17. *lib.* 4. Bertazzol. *cons.* 72. *num.* 5. Bardell. *d. cons.* 184. *num.* 15. Peregr. *de Jur. fisc. lib.* 8. *num.* 74. Gob. *de acqu. quæst.* 26. *num.* 1. & 2. Bonden. *coll.* 26. *n.* 25. *tom.* 1. Posth. *de manut. observ.* 73. *num.* 86. *post eum dec.* 353. *nu.* 4. Cassad. *dec. unic. num.* 29. *de acquir. rer. dom.* & coram Coccin. *dec.* 1816. *numer.* 5.

3 Flumina enim censitoris vice funguntur, totumque id, quod tradunt irrevocabiliter donant, & adimunt, ex notatis per Bald. *in Rubr. de rer. divis. nu.* 23. Rimin. Jun. *cons.* 237. *num.* 7. Sacc. *cons.* 12. *num.* 6. Tholosan. *d. cap.* 8. *in princ.* Buchner. *de Jur. aquat.* §. 87. Ursell. *d. concl.* 94. *num.* 8. Arias de Mes. *var. resol.* 42. *num.* 45. *lib.* 2. Gob. *de aqu. quæst.* 25. *num.* 5. Franc. Marc. *dec.* 117. *num.* 93. *part.* 2.

Hujusmodi theoricas tanquam in se veras ultro, citroque admittebant informantes pro Canonico, & solum idem fegerebant objectum, quod nempe juxta examen eorum Testium deprehenditur controversum Terrenum cessante insolita aquatum excrescentia in formam Insulæ supereminuisse.

4 Verum hæc qualitas, vel non concluditur, vel probata non relevaret, & quidem qualitas Insularis non concluditur, Quia quoad quantitatem aquæ illam intersecantis, præscindendo etiam ab opinione Andr. de Isern. *in cap.* 1. §. *fin. vers. item vide num.* 20. *de contr. Investit.* negante unam partem fluminis Insulam fluvialem ambientis, latiorem esse posse alia, quia flumen non dicitur ambire Insulam, nisi de dimidia illius parte intelligatur, quem sequitur Hier. de Monti *de fin. regend. cap.* 24. *num.* 5. Nec modica aqua fluminis flumen facit, sed potius attendi debet naturalis, & consuetus alveus, ut ex *leg.* 1. §. *Ripa ff. de flumin.* firmat Franc. Marc. *dec. Delphin.* 370. *num.* 3. *part.* 2. Et in hanc sententiam ivisse videtur Rota *in citatu dec.* 111. *num.* 9. *part.* 26. ubi

5 pro necessario constitutivo Insulæ requiri putavit, ut esset in medio fluminis, idque importare videtur, idest in medio amnis, prout observant Du Fresne *in glossar. ad med. & infir. Latin. Scriptor. verb. mediamnis*, Ebrard. *in Græcism. cap.* 16. & *ex nostris* Ottinger. *de Jure limit. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 45. Griphyand. *de Insul. cap.* 1. *num.* 10. Aym. *de alluv. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. & *ibi Fritsch. v. mediamnis.*

Hoc unum sufficere Domini censuerunt in præsenti themate, quod respectu durationis, & permanentiæ ex ipsis Testibus Canonicis de anno 1692. examinatis desumitur, Canale intersecans Oras Hortanas exsiccatum remansisse per tres annos ante eorum examen; quapropter cum excrescentia evenerit de anno 1688. sequitur evidenter, quod aquæ inundatio ex dicto Rivo promanans duraverit vix spatio unius anni cum dimidio, non apta proinde Insulam facere, quippe quæ constituitur tan- 6
tummodo ex magnitudine aquæ perpetua, non vero insolita, temporali, & causativa, ut conciliando opinionem *Isern.* advertit in specie Griphyand. *dicto tract. de Insul. cap.* 2. *num.* 27. & 52.

Et ratio prædictorum ea est, quia cum alveus, qui na- 7
turalis non est, dicitur inundatio a Barrol. *in tract. de alveo verb. naturali*, quæ proprie fit ubi flumen imbribus auctum, & egressum in vicinos Campos se effundit, itaut simul alveum suum teneat, ex animadversis per Franc. Stypman. *de Jur. maris, & naut. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 314. repetit. inter collecta per Fritsch. *in Jus fluviat. part.* 1. *tract.* 1. licet abstulerit fundi possessionem, eadem tamen aqua recedente statim restituitur, etiam absque nova apprehensione Oinotom. *in* §. *Quod si naturali n.* 5. *de acquir. rer. domin.* Cepoll. *de servit. rustic. prædior. tit. de alveo num.* 4. Stypman. *ubi supra num.* 313. De Angel. *in astreal. patrocin. num.* 56. & *seqq.*

Nec etiam dicta qualitas quidquam relevaret quatenus probaretur, sive quia supposita triplici divisione Insulæ comprobata in Decisione R. P. D. mei Molines; 8
Prima nempe eum ager, qui alveus non erat, flumine circumfluitur; Secunda cum flumen alveum, quem reliquit circumquaque defluit, & Tertia ubi allucndo, & coalluendo locum eminentem supra alveum facit, de qua *Jurisconsultus in l. ergo* 30. §. *Tribus modis ff. de acquir. rerum domin.* in hypothesi, de qua agitur, adaptari non possunt duo novissimi modi, quia omnes Testes Canonici præter secundum, cui tanquam illius Colono nulla fides venit præstanda, probat solum, quod excrescente flumine parva Insula eminuerit, nihil deponendo, an ante inundationem illic esset alveus numinis, vel potius Terræ ex alluvione Otis Hortanis adjunctæ, quorum proinde depositiones, si suppleantur, prout suppleri debent a Testibus Seminarii hujusmodi præcedentem circumstantiam comprobantibus, non solum eliditur quælibet contrarietas, sed etiam aperte consequimur, hanc Insulam conflatam fuisse ex agris alluvionis beneficio adjunctis prædiis Hortanis, & sic intra primum modum præmissæ divisionis, juxta quem dominium jam Hortanis quæsitum nullo pacto extitit alteratum, sed continuavit penes ipsos, quorum antea fuerat, ut præter adductos in Decisione, quæ confirmatur §. *Sed quatenus*, firmant Oinot. *in* §. *Insula num.* 7. *Instit. de rer. divis.* Card. Tusc. *lit. I. concl.* 261. *num.* 5. Buchner. *de re, & Jur. aquat.* 6. 116. Sebast. Gambos. *de alluv.* §. 47. *circa med.* Alex. Brugiott. *in epitom. Jur. viar. & flumin. cap.* 2. *n.* 221.

Sive demum, quia quatenus ad exuberantiam dicta qualitas Insularis admitteretur in alveo fluminis juxta ultimum modum, ac dividenda esset ad censuram Text. *in l. adeo*, §. *Insula ff. de acquir. rer. domin.* adhuc tamen adjudicanda foret Seminario, & litis consortibus, attento, quod ex Vestibus Canonici deponunt. *E la detta Isoletta era posta in mezzo il fiume, mà più tosto verso il Territorio d'Orte*; divisio nanque, quæ fit inter prædia ab utraque parte fluminis, procedit in Insula nata in medio, non vero ubi ista nascatur propior alieri parti; hoc enim casu illi solum acquiritur, ut distinguunt Oinot. *dicto* §. *Insula nu.* 6. *de acquir. rer. domin.* Greg. Tholos. *Syntagm. Ju. part.* 3. *lib.* 20. *cap.* 8. *sub num.* 2. Antun. *de reg. ionat. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. etiam si deinde crevisset versus Otas Otricolanas, & cœpisset esse vicinior illius fundis, Tusch. *d. lit. I. conclus.* 262. *n.* 5. Sebast. Gamb. *de alluv.* §. 23. Propinquitatis enim disceptatio ad initium nati incrementi referenda est, ut 9
illic censeatur proximius, cui in initio proximius natus est *l. ergo*, §. *Tribus modis*, ibi - *Insula fit ejus, cujus ager proprior fuerat cum primum extitit ff. de acquir. rer. domin.* & *in l. Insula in princ.* ibi - *Insula, quæ in initio proprior fundo tuo fuit, quam ejus, qui trans flumen habet tota tua facta est eodem tit.* & tradit Aym. *dicto tr. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 6.

Absque eo, quod attendi mereretur declaratio dictorum Testium, quod intelligerent de minori parte, non de tota Insula; tanquam emissa lite pendente, & absque partium citatione ex vulgatis.

Et ita in reliquis approbando Decisionem R. P. D mei Molines responderunt, utraque &c.

SUM-

SUMMORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONES

AD TRACTATUS

CARDINALIS DE LUCA DE OFFICIIS VENALIBUS

Vacabilibus Romanæ Curiæ, & de Locis Montium.

ARGUMENTA CONSTITUTIONUM ET DECISIONUM

Super Materia

De Officiis Venalibus Vacabilibus Romanæ Curiæ, & de Locis Montium.

CONSTITUTIO Innocentii XII.

Quod de cætero Officia, & Loca montium Vacabilia Romanæ Curiæ, cujuscunque qualitatis sint, per assumptionem ad Cardinalatum obtinentium minime vacent.

CONFIRMATIO Innocentii XI.

Provisionum, Ordinationum, & Taxarum, pro recta montium Romanæ, Curiæ, ac negotiorum Scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

DECISIO Romana Locorum montium.

Creditor attergatarius seu hypothecarius crediti super locis montium præfertur in concursu anteriori.

INDEX CONSTITUTIONUM, ET DECISIONUM

Super Materia

De Officiis Venalibus Vacabilibus Romanæ Curiæ, & de Locis Montium.

Innocentii XI. Confirmatio 6. Junii 1689. fol. 5.
XII. Constitutio 1. Februarii 1693. fol. 3.

Romana locorum montium 20. Junii 1696. Emerix Dec. fol. 15.

Ad Ornatum Cap. XIII. de Officiis Venal. Vac.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII

Divina Providentia Papæ XII.

Constitutio quod de cætero Officia, & loca Montium Vacabilia Romanæ Curiæ, cujuscunque qualitatis sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium minime vacent.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo humilitatem nostram in sublimi Sedis Apostolicæ specula, nullo meritorum nostrorum suffragio, collocavit Altissimus, nihil profecto (quatenus Divina bonitas dedit) prætermittere conati fuimus, quo Romanæ hujus Curiæ, quam præ cæteris ordinatissimam esse decet, decoram undique faciem, ac pulcherrima integritatis laude præfulgentem, sine ruga, & sine macula omnium oculis exhiberemus; præcipue vero quamcunque ab ea cupiditatis, quæ radix omnium malorum est, suspicionem pro viribus tolleremus, ut ita ii, qui ex adverso sunt, vereantur nihil habentes malum decere de nobis. Hoc sane consilio per nostram nuper editam Constitutionem, carnis, & sanguinis laqueos abrumpere satagentes, salutarem præscripsimus modum circa donationes, & distributionem redituum Ecclesiasticorum in consanguineos, vel affines Romani Pontificis pro tempore existentis, inviolabiliter servandum. Eodem subinde animo, tametsi probe sciremus falso non minus, quam injuste ejusdem Curiæ detractores conqueti de causarum Curiæ Cameræ Nostræ Apostolicæ Auditoratus, ac dictæ Cameræ Thesaurariatus Generalium, necnon Clericatuum, & Præsidentatus respective Officiorum venalitate, ac si nimirum pretium, quo alias præfata Officia vendebantur, spe cujusdam ad altiores Ecclesiæ gradus ascendendi merces esset, hique propterea pecuniæ potius, quam virtutis intuitu tribui viderentur; cum tamen revera pretium hujusmodi nonnisi pinguium proventuum, qui ex Officiis prædictis percipiebantur, compensatio foret, neque id unquam impedimento fuerit, quemadmodum experientia compertum est, quin ii, qui eorum eximiis ita exigentibus meritis, a memoratis Officiis ad sublimiores evecti sunt dignitates, undequaque laudatissimi, ac veri Catholicæ Ecclesiæ cardines extiterint; Nihilominus ut omnis iniquitas oppilaret os suum, ac ne viri alioqui digni, solvendo tamen pretio dictorum Officiorum impares, ab iis assequendis imposterum arcerentur, per aliam similem nostram desuper editam Constitutionem eorundem Officiorum venalitatem perpetuo suppressimus, extinximus, & abolevimus. Verum, cum non omnia uno, eodemque tempore excogitari, nedum perfici potuerunt, & plura adhuc remaneant ultra prædicta in eadem Romana Curia diversorum generum Officia Venalia, quæ sive vigore quorundam Decretorum a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris in Consistorio editorum, ac etiam nonnullarum literarum Apostolicarum desuper editarum, sive alia forsan ratione, per assumptionem illa obtinentium ad Cardinalatus honorem vacare consueverunt, indeque nonnullis aliquæ etiamnum de amplissima Ecclesiastica dignitate lucrum captandi occasio superesse videatur; dignum profecto pastorali munere nostro, quo non ea quæ Mundi sunt, sed animarum lucra inquirere admonemur, rem facturi nobis videmur, si in his quoque Pontificiæ nostræ solicitudinis partes interponamus. Quamvis enim certissimum sit, atque omnibus exploratum longe iniquiores hac in re querelas illorum esse, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est; & quisque prudens rerum æstimator facile agnoscat nonnisi emolumentorum ex Officiis secundo dictis provenientium causa illorum pretium solvi, nulla prorsus excelsioris acquirendi gradus habita ratione, cum præsertim pleraque ex ejusmodi Officiis a laicis conjugatis, infantibus, imo etiam mulieribus obtineri dignoscantur, tantumque absit, quod Romani Pontifices pro tempore existentes in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Promotionibus quidquam de iis Officiis cogitare consueverint, ut potius non raro acciderit illos, an promoti per eos Officia hujusmodi obtinerent, prorsus, ignorasse: Nos tamen temporale quodcunque commodum, quod ex eorundem Cardinalium creationibus quomodolibet etiam indirecte, ac præter intentionem, Nobis, aut successoribus nostris Romanis Pontificibus provenire posset, penitus removere, atque ita omnem vel minimam suspicandi occasionem eliminare valentes, ne Nos aut iidem successores Nostri in tam sublimis muneris amplitudine conferenda alio, quam egregiæ virtutis, & insignium meritorium intuitu ducamur: necnon ulterius considerantes admodum æquum esse, ut ad tanti honoris fastigium evecti, quos pro statu suo juxta gradus celsitudinem decenter sustinendo majorum expensarum onera subire oportet, præfatorum Officiorum vacatione patrimonii sui detrimentum minime patiantur: Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, de quæ Apostolicæ potestatis plenitudine, nulla de cætero Officia, & loca Montium Vacabilia Romanæ Curiæ tam hactenus erecta, quàm in posterum forsan erigenda, cujuscunque speciei, naturæ, & qualitatis, & quantitatis existentia, & quocunque nomine nuncupata, etiamsi Prælatitia, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digna sint, per promotionem de personis illa obtinentium ad Cardinalatus honorem a Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus nostris, quandocunque faciendam vacare: sed ea, sicut præmittitur, obtinentes, si Officia quidem, & loca hujusmodi talia sint, quæ per Cardinales obtineri nequeant, illa ut prius dimittere, & resignare: si vero talia sint, quæ per Cardinales obtineri possint, illa una cum eadem Cardinalatus dignitate etiam, ut prius retinere, ac omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, honoribus, emolumentis, cæterisque juribus solitis, & consuetis eis ratione eorundem Officiorum, & locorum quomodolibet competentibus, & competituris uti, frui, & gaudere, absque alia nova declaratione, indulto, seu dispensatione nostra, aut eorundem Romanorum Pontificum Successorum nostrorum desuper facienda, neque ipsos, aut ab eis causam habentes quoscunque pro Officiis, & locis præfatis, eorumque emolumentis percipiendis, & in futurum percipiendis a Camera nostra Apostolica, seu quovis alio molestari quovis quæsito colore, posse aut debere, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod quicunque in præmissis jus, vel interesse principaliter, vel secundario, & alias quovis modo habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad illa vocati, citati, & auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia quacunque quantumvis justa, juridica, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, ingenio, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, & interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam maximo, essentiali, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, invalidari, annullari, retractari, rescindi, in controversiam vocari aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcunque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: sed ipsas præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi semper, & perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac illis, ad quas spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R.E. Cameratium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos dictæque Cameræ Præsidentes Clericos, & alios Officiales, & Ministros, cæterosque quoslibet quamvis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocunque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, &

di, & interpretandi facultate, & authoritate, judicare, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis etiam illa de jure quæsito non tollendo, necnon fol. rec. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. necnon aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Cameræ præfatæ non alienandis, & male alienatis recuperandis, & illis non obligandis, necnon rec. mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostri de gratiis qualecunque interesse Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera, ejusque libris intra certum tunc expressum tempus præsentandis, insinuandis, & registrandis, itaut præsentes literas ibidem præsentari, vel insinuari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ac dictæ Cameræ aliisve quibuslibet Statutis, regulis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Cameræ, ac quibusvis aliis sua quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis confirmatis, & approbatis ac pluries, & quantiscunque civibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter ac exactissime, & accuratissime expressis, insertis, & servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Februarii MDCXCIII. Pontificatus Nostri Anno secundo.

J. F. Card. Albanus.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, die vero tertia mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N.D. Innocentii Divina Providentia Papæ Duodecimi anno secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Agapitum de Magistris ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Joannes Gracus Magister Curs.

APPENDIX

AD CONSTITUTIONES Super Locis Montium.

Innocentii Papæ Undecimi Confirmatio Provisionum, Ordinationum, & Taxarum, pro recta Montium Romanæ Curiæ, ac negotiorum, scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Motu proprio &c. Cum recol. mem. Clemens VIII. Prædecessor noster ad tollendas fraudes, quæ in Resignationibus locorum Montium Romanæ Curiæ ad Cameram Apostolicam, ac etiam Religiones, Communitates, Domicellos, & alios spectantes a Secretariis dictorum Montium in præjudicium ejusdem Cameræ, aliorumque prædictorum committebantur, sua motus proprii Cedula die 15. Maii 1600. publicata certam formam desuper præscripserit, ac plures Ordinationes, Decreta, & mandata etiam pœnalia in contrafacientes, promulgari jusserit, prout in ipsa motus proprii Cedula latius continetur, ad quam &c. Cumque anno 1608. similis memoriæ Paulus V. pro tollendis præjudiciis, abusibus, difficultatibus, & impedimentis, quæ circa præfatos Montes irrepserant, Congregationem super eisdem Montibus cum diversis facultatibus, Privilegiis, & Auctoritatibus deputaverit, ac subinde varias Provisiones, Ordinationes, & Taxas, quas eadem Congregatio pro recta eorundem Montium, ac negotiorum, Scripturarumque ab iis dependentium administratione, & gubernio anno 1615. edidit, alia motus proprii Cedula confirmaverit, ac expresse servari jusserit modo, & forma in eisdem Cedulis contentis, ad quas relationem haberi volumus. Cumque anno 1671. omnes dictorum Montium Secretarias in unum a fel. record. Clemente X. etiam sub aliis certis Regulis, & Ordinationibus redacta idem Pontifex Didaco Ursayæ Clerico Policastrensi sua vita naturali durante concesserit in alia motus proprii Cedula, & Chirographo ab eodem Pontifice Clemente diebus 7. & 17 Septemb. anni 1671. subsignatis, ad quæ pariter relationem haberi volumus. Nuper vero die 21. Junii 1688. proximi præteriti idem Didacus Ursaya Officium dictarum Secretariarum in manibus nostris sponte renunciaverit. Nosque Populi Nobis commissi utilitati, ac publicæ commoditati omni studio invigilantes, & considerantes unius personæ industriam tanto onere fere imparem esse, quodque si in tali ministerio plures assumerentur, major exinde utilitas publico commercio, & longe major in expediendis negotiis facilitas resultaret, quodque ita quoque indemnitati nostræ Cameræ aptius consuleretur, dum eveniente obitu unius Secretarii possent alii æque idonei, & informati usque ad novam Successoris deputationem, illius vices supplere absque ullo publici servitii detrimento. Propterea dictam renunciationem admittentes, Officium dictarum Secretariarum in quatuor æquales portiones distincte, & separatim, per quatuor personas diversas exercendas, & administrandas diviserimus, & separaverimus modo, & forma, ac ex causis, & rationibus in motus proprii Cedula manu nostra desuper subsignata plenius contentis, & expressis. Successive autem ad dirimendos abusus, multosq; casus noviter exortos declarandos injunxerimus Josepho Renato Imperiali Thesaurario nostro, ut provide occurreret, quod Montes præfati, ac Scripturæ, & negotia ab eis dependentia omnia debita fidelitate administrarentur, ac respective custodirentur, pœnasque suo arbitrio in contrafacientes irrogaret, idem ulterius committendo, ut ad removenda gravamina, quæ circa solutionem emolumentorum, ac mercedem tam Secretariis, quam aliis Officialibus eorundem Montium debitorum congruas Provisiones, Taxas, & Ordinationes desuper statueret. Cumque idem Thesaurarius noster auditis pluribus Personis de præmissis informatis, matureque perpensis reformatione d. Pauli V. atque etiam Chirographis Gregorii XV. Urbani VIII. & Clementis X. super eisdem Montibus diebus 3. Decembris 1622. 13. Januarii 1624. ac 12. Septembris 1671. respective signatis, necnon etiam Decretis a Congregatione super eisdem montibus deputata occasione plurium casuum particularium emanatis, bannimentis quoque, aliisque Ordinationibus desuper factis, & editis infrascriptas Provisiones, Ordinationes, & Taxas a Secretariis, & Prosecretariis, Depositariis, Computistis, aliisque Officialibus, & Ministris, nec non etiam eorundem montium Proxenetis pariter servandas sub certis pœnis pro-

provide statuerit, atque decreverit, prædictaque omnia subinde fuerint ab eadem Congregatione Montium sedulo approbata, & confirmata; Nos itaque volentes, ut Ordinationes, Taxæ, & Provisiones prædictæ manu dicti Josephi Renati Thesaurarii Nostri sub die 30. Aprilis 1689. firmatæ, ac omnia, & singula in eis contenta, expressa, & damandata quæcunque tanquam de mandato, & voluntate nostris gestas, suum plenarium sortiri debeant effectum, ac ut eæ, cæteræque in eis, ut supracontenta, validiora, & firmiora subsistant, omnibusque innotescant, & a cunctis Secretariis, & Prosecretariis, & aliis antedictis nunc, & pro tempore existentibus perpetuo, & inviolabiliter, motu proprio, & ex certa scientia, deliberataque voluntate nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de contentis, in prædictis Provisionibus, Ordinationibus, & Taxis ad plenum informati, illarumque tenorem de verbo ad verbum præsentibus pro expressis, insertis, & registratis habentes, Provisiones, Ordinationes, & Taxas ipsas, omniaque, & singula in eis contenta, expressa, & demandata quæcunque tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac illis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus omnibus, & singuli tam Juris, quam facti & solemnitatum, quantumvis necessariarum substantialium, & formalium ex dispositione quarumcunque Constitutionum Apostolicarum forsan requisitarum defectibus, si qui in præmissis intervenerit, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omnino supplemus, easdemque Provisiones, Ordinationes, Declarationes, & Taxas respective publicari, & a quibuscunque dictorum Montium tam vacabilium, quam non vacabilium, sive ad Cameram nostram, sive ad Principes, Barones, Communitates, Universitates, Religiones, aut alias quasvis personas quomodolibet spectantium, & pertinentium Depositariis, Secretariis, ad quos spectat, & in futurum spectare poterit sub pœnis in eisdem Ordinationibus, & Taxis irrogatis, ac arbitrio dicti, & pro tempore nostri, & Cameræ Apostolicæ Thesaurarii irrogandis inconcusse, ac inviolabiliter observari, ac in singulis dictorum Depositariorum Banchis, Secretariorumque, & Computistarum, cæterorumque prædictorum Domibus impressas in loco publico, quo ab omnibus inspici, legi, & intelligi possint, affixas retineri mandamus; & ita, & non aliter per eosdem Montium Protectores, & alios quosvis Judices ordinarios, extraordinarios, Commissarios, & Delegaros, Subdelegatos, ac Curiæ Causarum Cameræ prædictæ, Sacrique Palatii Apostolici Auditores, necnon Cameram ipsam, illiusque Camerarium, Decanum, Clericos, Præsidentes, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quavis auctoritate fungentes in quacunque instantia sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere mandamus, irritumque, & inane quidquid super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, licet ad id non vocatis, neque auditis quibusvis personis desuper interesse habentibus, sive habere prætendentibus, ac non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in eisdem Ordinationibus, & Provisionibus dictum fuit non obstare, necnon quibusvis prædictorum Montium erectionibus, et institutionibus ac illorum Collegiorum statutis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, minusque regula Cancellariæ nostræ de jure quæsito non tollendo, neque stylis, consuetudinibus, privilegiis, indultis, facultatibus, literisque Apostolicis, eisdem Protectoribus etiam Cardinalibus, ac dictis Montibus, eorumque, et cuilibet ipsorum Collegiis, et Montistis, Depositariis, cæterisque aliis superius nominatis quibuscunque etiam proprio, et forsan Consistorialiter sub quibuscunque tenoribus, et formis etiam in vim contractus, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in genere, vel in specie per quosvis Prædecessores nostros, sed etiam per Nos concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscunque; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis expressa mentio facienda foret eorum tenores hic pro expressis, et de verbo ad verbum registratis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus. Decernentes insuper hujus nostri motus proprii cedulæ solam Signaturam nostram sufficere absque alia data, illique, et transumptis, seu exemplis ejus, etiam impressis manu alicujus Cameræ Apostolicæ Secretarii, et Cancellarii subscriptis, ac Sigillo dicti Camerarii, seu Thesaurarii, et vel alterius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis plenam fidem in Judicio, et extra, ac ubique locorum adhiberi, regula quacunque, aliisque contrariis non obstantibus quibuscunque.

Placet motu proprio B.

Die Lunæ 6. mensis Junii 1689. suprascripta Cedula Motus proprii per Sanctissimum signata in plena Camera Apostolica exhibita, et præsentata fuit, illaque commissa Illustris. & Rev. D. Laurentio Corsino ejusdem Cameræ Clerico; Deinde die 8. ejusdem mensis citato desuper Illustris. D. Petro Mathia Totto Sanctissimi D. N. Papæ, & ipsius Cameræ Procuratori Fiscali Generali ad relationem supradicti Illustrissimi, & Reverendissimi D. Corsini admissa, & registrata in Libro 4. Signaturarum ejusdem Sanctissimi sub fol. 165.

Franciscus Antamorus R. C. A. Secret.

PROEMIO.

La Santità di N. S. Papa INNOCENZO XI. che con Paterno affetto, & indefessa attentione invigila all'indennità de suoi Sudditi, et al buon governo generale di tutte le cose, havendo inteso che dopo la Riforma della san. me. di Paulo V. fatta sopra la materia de' Monti, e publicata li 4. Aprile 1615. dal Card. ... erra, all'ora Protesoriere Generale, e dopo altre Constitutioni, & Ordini in diversi tempi emanati, siano nati degli abusi in grave danno, e pregiudicio de Montisti, e di altre persone interessate in detti Monti; ha però ordinato provedersi, che nel pagamento dell'emolumenti, e mercedi dovute alli Segretarii, & altri Officiali di essi nessuno sia gravato, e che in oltre si rimedii à molte cose, alle quali non vien provisto dalla detta Riforma, e Constitutioni; & havendo datoli carico di tutto questo negotio à Mons. Illust. e Rev. Gioseppe Renato Imperiale Tesoriere Generale con l'approvatione della Congregatione deputata sopra li Monti, dopo esser stati dal medemo Mons. Tesoriere chiamati, e sentiti alcuni Segretarii, & altre persone informate, considerata la detta Riforma di Paolo V. & il Chirografo di Gregorio XV. in data delli 3. Decembre 1622. il Chirografo di Urbano delli 13. Genaro 1624. il Chirografo di Clemente X. in data delli 12. di Settemb. 1671. inserito nell'Instromento della Segretaria Generale de Monti rogato per gli atti dell'Antamoro Segretario, e Cancelliere della Rev. Camera adi 15. di detto mese, li Decreti della medesima Congregatione fatti in contingenza di casi particolari, & altri Ordini, e Bandi publicati sopra tal materia; e dopo di essere state trattate, e discusse tutte le cose maturatamente in alcune Congregationi particolari tenute specialmente per detto effetto, si sono fatti, stabiliti, e conclusi gli Ordini, Provisioni, e Tasse, che seguono, quali essendo stati approvati dalla Congregatione de Monti si dovranno osservare in avvenire inviolabilmente dalli Segretarii, Prosegretarii, Computisti, & altri Officiali, Ministri, e Sensali di tutti li Monti di Roma sotto l'Infrascritte pene.

CAP. I.

E Prima per rimediare, e schivare tutti gl'errori, che potrebbero seguire, e commetersi, se in caso di morte delli Montisti, in persona de' quali cantano li luoghi de' Monti, e sono spedite le Patenti, non si rinovassero dette Patenti, si stabilisce, decreta, & ordina, che succedendo detti casi di morte, gli Eredi, e successori del Defonto siano tenuti, & obligati omninamente rinovare le dette Patenti, e che à tale obligo siano sottoposti tutti, e singoli Eredi di modo, che venendo a notitia de' Segretarii la morte di qualche

Che si rinovino le Patenti in caso di Morte, e ciò devano osservare li Segretarii à tal effetto.

che Montista, e non essendosi dall'Erede fatta la translatione de' Monti Ereditarii, sia lecito a medesimi con la giustificatione della morte impedirgli l'esattione de' frutti; si dichiara però, che per la remotione di tal impedimento non possano pretendere cosa alcuna, ne meno il giulio dell'ordine; & in caso, che li Depositarii pagassero, non ostante tal impedimento, siano tenuti sodisfare del proprio à Segretarii tutti quelli emolumenti, che doverebbero conseguire dall' Erede, per la translatione in conformità della presente Tassa; E li Segretarii, e Prosegretarii debbano all' incontro spedirgli le Patenti, e dargliele rinovate, con farsi però prima consegnate copia autentica delli Testamenti, e Dispositioni fatte dalli defonti, & havuta diligente, & esquisita consideratione alli detti Testamenti, e Dispositioni, & à tutte le conditioni, e vincoli apposti in essi, e non essendovi Testamento, ne dispositione alcuna alla fede, e scritture, che da detti Eredi per verificare, e giustificare le loro successioni se gli presentaranno, con avvertire anco che siano sufficienti, ciò s'intenda mentre non preceda Decreto di Giudice competente di Roma; ma essendovi decreto di Giudice si eseguiscano li detti Decreti, e li Mandati, & Ordini, che per vigore di essi forse si spediranno, con avvertire però, che non essendo detti Mandati, & Ordini di Monsig. Tesoriere Generale pro tempore, habbiano l' *Exequatur* del medemo Monsig. Tesoriere, ne in materia de luoghi de' Monti, potranno li Segretarii, ò Prosegretarij dare essecutione à Mandati di qualsivoglia altro Giudice, senza l' *Exequatur* sudetto di Monsig. Tesoriere; Et in dette Patenti rinovate devano li Segretarii, e Prosegretarii sudetti mettere, & inserire, prima per extensum tutti li vincoli, e conditioni che si trovaranno essere nelle Patenti spedite in testa del morto, e poi fare anco mentione degl'altri, che saranno nelli Testamenti, Dispositioni, Decreti, e Mandati sudetti, secondo il loro tenore, e ricevute, che haveranno le giustificationi necessarie, doveranno spedirgli le Patenti in termine di giorni quindici sotto l'infrascritte pene.

C A P. II.

Tassa delli Emolumenti di Rinovationi nelli figliuoli, & altri descendenti per retta linea.

PEr la quale rinovatione facendosi a favore de' figliuoli, nepoti, & altri descendenti per retta linea del defonto; si statuisce, decreta, & ordina, che non si debba far pagare, nè riscuotere cosa alcuna, nè per il giusto de' Sensali, nè per il giulio del Collegio, nè per il giulio del Reggentato, nè per li Computisti, ò Procomputisti, nè meno per il giulio applicato all' Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati, nè li due giulii dell'Abbondanza, nè li quattro giulii della Mensa di Policastro rispetto al Monte sede; Et quanto alli Segretarii, e Prosecretarii possino pigliare per qualsivoglia Patente un giulio per la carta, laccio, cera, e cassetta con proibirsegli espressamente, che senza la sudetta cassetta non si possino consignare le Patenti, e consegnandosi, ne siano ancor sottoposti ad altre pene ad arbitrio di Monsignor Tesoriere; & oltre il sudetto giulio non possano havere, rescuotere, nè pigliate per loro mercede, più dell'infrascritte somme.

Sino à trè luoghi inclusivè, trè giulii.
Sino à sei luoghi inclusivè, quattro giulii.
Sino à dieci luoghi inclusivè, sei giulii.
Per dieci luoghi, fino à venti inclusivè, otto giulii.
Da venti, fino à qualsivoglia somma, e quantità de' luoghi, uno scudo, e non più.

Ne questa Tassa possa in alcun modo alterarsi, ò accrescersi sotto pretesto, che luoghi de' Monti siano parte vincolati, e parte liberi, overo soggetti à diversi vincoli; ma li Segretarii, e Prosegretarii debbano fare un conto solo per ogni specie di Monte.

Dichiarandosi, che la sudetta Tassa devasi inviolabilmente osservare nelle translationi, che si fanno nelli figlivoli, ò altri descendenti per retta linea à causa di legitima, di legato; ò per qualsivoglia altro titolo, ancorche particolare, & ancora nelle rinovationi in virtù di donatione, ò altro titolo singolare per contratto anco inter vivos, purche l'effetto di esso sia conseguito dopo la morte del Padre, ò di altro ascendente.

E rispetto alle doti quando l'assegna si facci dal Padre alle figliuole, dovrà parimente esigersi solamente la sudetta Tassa, purche la translatione non si faccia in persona del marito, nel qual caso potranno esigere la Tassa, come se seguisse à favore di estraneo, e come si dispone nel Cap. V.

Similmente si dichiara, che dovendo fare rinovatione à favore de' figliuoli; & altri descendenti per retta linea come sopra, se li detti figliuoli, ò altri descendenti saranno più persone, li Segretarii, e Prosegretarii senza loro richiesta non possano spedire, che una sol Patente à favore di tutti.

In oltre si dichiara, che rimanendo li Monti per dispositione del Testatore sotto nome dell'istesso Testatore, ò facendosi la translatione, ò rinovatione à favore, ò sotto nome di Primogenitura, e non di figliuolo primogenito specialmente nominato, ò vero sotto nome di Eredità, fideicommisso, ò altro nome perpetuo, benche li successori fossero figli, ò altri descendenti, in questi casi li Segretarii potranno esigere intieramente alla ragione delle translationi, e rinuovationi delli estranei, come si dipone al Cap. V.

C A P. III.

Tassa per le rinovationi delli ascendenti, e de transversali in primo grado

E Non essendo li Eredi descendenti per retta linea, ma Padre, e Madre, ò altri ascendenti di qualsivoglia grado, ò vero transversali di primo grado, cioè fratelli, ò sorelle ancorche uterini, li Segretarii, ò Prosegretarii possino nelli sudetti casi pigliare, e riscuotere per la loro portione il doppio della sopradetta Tassa, come sopra stabilita nella rinovatione de descendenti, & in oltre il giulio per l'Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati, e li due giulii dell'Abbondanza per ciaschedun luogo.

E perche puole succedere, che essendo stati transferiti luoghi de' Monti in un descendente Erede gravato, per la morte del quale devasi fare la rinovatione in un figliuolo del defonto, chiamato al fideicommisso Paterno; si dichiara, che in questo, & altri casi simili per riguardare la Tassa dovuta per la translatione, si attenda il grado dell'ultimo defonto, dalla persona del quale li luoghi de Monti devono transferirsi.

C A P. IV.

Tassa per le Patenti vincolate.

E Tutto ciò s'intenda, quando nelle Patenti, ò vecchie, ò da rinovarsi non vi siano vincoli, nè conditioni di sorte alcuna, ma essendovi, e dovendosi far mentione di essi si concede, che li detti Segretarii, e Prosegretarii possino pigliare, e riscuotere un giulio di più solamente per chiascheduna Patente, e per ragione del vincolo, ne possano prendere di vantaggio, ancorche fossero più vincoli, e la Patente contenesse qualsivoglia quantità di Monti; osservando nel resto sempre le sudette Tasse, nel modo, che si è detto di sopra, e senza che si possino moltiplicare in conto, nè modo, nè maniera alcuna.

C A P. V.

Tassa di Rinovatione transversali oltre il primo grado, & in tutti li estranei.

E Se gli Eredi saranno oltre il primo grado de transversali, ò vero estranei, potranno li Segretarii, e Prosegretarii de' Monti tanto Camerali, quanto Communità, e di Religione esigere secondo la Tassa, à ragione delle rassegne, delle quali si parla nel Cap. XV. eccetto però il giulio detto de' Sensali.

E trattandosi de' Monti Baronali, dovrà osservarsi la Tassa di sopra stabilita nel Cap. III. delli ascendenti, e transversali di primo grado.

C A P. VI.

Tassa delle Rinovationi per causa di legato.

E Le sudette Tasse, e Regole fatte nelli casi delle successioni, doveranno inviolabilmente ancora osservarsi nelle translationi da farsi per causa di legati, di modo tale, che ne' legati similmente si osservi la persona del Testatore, cioè se sia ascendente, ò de-

consuevisse præsentare Rectores, quod de directo pugnat cum unione extinctiva tituli, in qua nec Ecclesiæ providentur de Rectore, nec datur vacatio, ad notata per Rota *dicta dec.* 77. *num.* 4. coram san. mem. Greg. XV.

Minus etiam urget immemorabilis, seu centenaria quasi possessio juris deputandi Oeconomos adducta per Informantes pro Religione, quia ex viginti sex Testibus ad eam probandam examinatis, eorum aliqui nihil omnino de illa deponunt, alii vero carent ætate 45. annorum requisita per Gloss. *in cap.* 1. *verb. memor. de præscript. in* 6. subducto præsertim tempore motæ litis, ut fieri debet, ad tradita per Rot. *dec.* 205. *nu.* 4. *& dec.* 434. *nu.* 12. cor. san. mem. Greg. XV. nec referunt quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ ullos actus particularium deputationum factarum a Religione per integrum spatium 42. annorum; Et quod plus est convincuntur mendaces ex tribus deputationibus annor. 1599. 1633. & 1635. allegatis pro Archiepiscopo, ex quibus ea redditur improbabilis pro Religione, ad cujus exclusionem, unicus etiam actus sufficeret ad not. per Rotam *dec.* 24. *nu.* 34. *& seq p.* 10. *rec.* Imo etiam rumor in contrarium ex adductis per Marescott. *var. resol. lib.* 2. *c.* 190. *n.* 10. Grat. *discept.* 918. *n.* 39. Rota *dec.* 159. *n.* 6. *cum seq.* coram Alex. VIII. *dec.* 153. *n.* 17. *part.* 11. *rec.* & in Tarraconen. Jurisdictionis 19. Junii 1637. §. *Eoque familia*, coram me.

2

Non obstat, quod ex Instrumentis deputationum non constet, Oeconomos deputatos fuisse per Archiepiscopum, quia quod illi deputati fuerint ab eo, satis patet ex hoc ipso, quod deputationes registratæ fuerint in actis Curiæ Archiepiscopalis, neque ulla in contrarium datur probatio, quod fuerint deputati per Religionem, ex cujus libris nulla per eam ostenditur facta deputatio, & signanter ubi (prout hic) Juris assistentia favens Ordinario, resistit Ordini Militari composito ex Uxoratis & Bigamis, qui solum improprie dicuntur Religiosi, ad tradita per Rot. cor. Seraph. *dec.* 487. *n.* 1.

3 Prout nec etiam suffragatur, quod Instrumenta deputationum non probent tanquam extracta sine citatione partis, & compulsoria Rotali, quoniam objectum cessat in facto, ex quo constat, quod deputatio anno 1599. compulsata fuit ab ipsa Religione, ut legitur in processu compulsoriali fol. 1250. aliæ vero annor. 1633. & 1635. extractæ fuerunt ex libris Ecclesiæ ab eadem Religione transportatis ad Urbem, neque subsistit in Jure, ubi (prout hic) extractio facta fuit ab Archivio publico, Adden. ad Pamphil. *dec.* 102. *sub nu.* 10. Bich. *dec.* 194. *nu.* 4. *& in rec.* 172. *n.* 21. *p.* 17. quale proculdubio est Archivium Episcopi, ex adduct. per Adden. ad Buratt. *dec.* 667. *n.* 15. ad Pamphil. *d. dec.* 102. *sub n.* 11. Rota *dec.* 246. *n.* 17. coram Bichio.

Atque ex his non relevant actus in contrarium cumulati pro Religione; non quidem deputationes Oeconomorum quoad Ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani, quoniam illæ incipiunt solum ab anno 1625. ideoque ex iis adstrui non valet asserta centenaria, sive immemorabilis per eam prætensa; minus etiam alii quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ, quia plures relati *in Summ. a nu.* 10. *ad* 12. respiciunt solum exercitium jurisdictionis per modum emendationis, & mulctæ adversus subditos delinquentes; Geminæ vero deputationes Oeconomorum, quæ referuntur expletæ ann. 1583. & 1659. peractæ fuerunt de tempore, quo Ecclesia reperiebatur provisa de Rectore, uti justificatum fuit in facto, & consequenter etiam ex illis nulla resultat quasi possessio juris deputandi, quoad Ecclesias vacantes, ad tradita per Rota *dec.* 290. *a n.* 1. *& per tot. p.* 7. *rec.* & quod plus est, secunda peracta fuit absente clar. mem. Card. de Ilcio Archiepiscopo, tunc munus Apostolici Nuncii obeunte apud Sac. Cæsaream Ma-

4 jestatem, quæ propterea non præjudicat, præsertim non probata illius scientia, & acquiescentia explicita ad Text. *in l. de his ff. de transact.* Rota *dec.* 889. *n.*... *& seqq.* coram Buratt. & in Melevitana fideicommissorum 5. Junii 1671. §. *Non subsistit*, coram me.

Neque in contrarium quidquam prodest tractatus, sive scriptura concordiæ inter Archiepiscopum, & Religionem ineundæ anno 1641. ubi asseritur, hanc existere in quasi possessione juris deputandi Oeconomos ad Ecclesias vacantes: quia scriptura, sive tractatus non subscriptus per Archiepiscopum, neque per eum acceptatus, sed fuit simplex propositio transactionis facta per Consilium Religionis ad

5 dirimendas controversias tunc etiam vigentes, nec probat enunciata, tametsi reposita fuerit in Archivio, quod non dat robur scripturis informibus, ad tradita per Rotam *dec.* 41. *per tot. p.* 1. cor. Caputaq. *dec.* 1867. *n.* 7. *& seq.* coram Coccin. *& dec.* 453. *num.* 3. *part.* 15. *rec.*

Constito autem ex præmissis de bono Jure Archiepiscopi ipsi quoque concedenda visa fuit manutentio, ad quem effectum sufficeret sola juris assistentia absque ulteriori probatione possessionis, ad Text. *in cap. cum persona de priv. in* 6. Rota *dec.* 306. *p.* 11. *& dec.* 201. *p.* 2. cor. Caputaq. *dec.* 165. *nu.* 6. *p.* 2. *divers. & dec.* 655. *sub nu.* 2. *& per tot. p.* 3. *rec.* Non obstante contraria possessione Religionis, & natura summariissimi Judicii manutentionis, quoniam possessio redditur turbida ex superius deductis, & possessorium 6

absorbetur a petitorio, ad firm. per Rotam *dec.* 167. *sub n.* 9. *&* 10. *p.* 2. *divers. & dec.* 198. *nu.* 6. cor. Dunozz. Jun. accedente præsertim clausula *sublata*, & decreto *irritanti*, contentis in Bulla confirmatoria Sac. Concilii, quæ inficiunt quemcunque titulum, & contrariam observantiam, ad Text. *in c fi. eo tempore de elect. in* 6. & not. per Lother. *benef. lib.* 2. *qu.* 46. *n.* 63. 54. & 70. Vivian. *de jurepatr. p.* 2. *lib.* 13. *c.* 8. *n.* 172. Rota *dec.* 206. *nu.* 2. *& seq.* cor. Peuting. *& dec.* 139. *nu.* 14. & 15. coram san. mem. Alexandro VIII.

Denique nec officit, quod manutentio detur possidenti etiam adversus clausulam *sublata*, & decretum *irritans*, quousque doceatur intrare clausulam, & decretum, quia exclusis unione extinctiva, atque immemorabili, hic justificatum remanet illa intrare, ex adductis per Rota *dec.* 124. *num.* 3. cor. bon. mem. Coccino.

Et ita, &c. Utraque, &c.

REVEREN. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus.

Super Attentatis, & Manutentione.

Lunæ 12. *Decembris* 1695.

ARGUMENTUM.

Confirmantur superius decisa.

SUMMARIUM.

1 *Qui continuat non attentat.*

2 *Adversus possessionem Oeconomatus non datur appellatio suspensiva.*

3 *Appellatio a gravaminibus neque admittitur propter imminens periculum salutis animarum.*

DECISIO IV.

In sequelam Decisionis hodie pariter editæ coram me, super bono Jure, & manutentione Rever. Archiepiscopi in quasi possessione deputandi Oeconomos Ecclesiis Parochialibus S. Euphrasiæ, ac SS. Hippolyti, & Cassiani adversus sibimetipsi illud asserere contendentis, visum quoque fuit Dominis standum in decisis die 1. Julii proxime præteriti super attentatis, & manutentione Oeconomorum ab eodem deputatorum adversus alios deputatos a Religione.

Non enim subsistere visa fuerunt attentata per eam prætensa ob exercitium Oeconomatus peractum ab Alexandro de Tamburinis Oeconomo Archiepiscopi quoad Ecclesiam S. Euphrasiæ, postquam illi die 12. Martii 1691. personaliter præsentata fuerat inhibitio Reverendiss. Nuncii Apost. Florentiæ residentis ad instantiam Joan. de Balestris Oeconomi Religionis; Quia de tempore præsentatæ inhibitionis Alexander reperiebatur in pacifica possessione Oeconomatus, quam præcedenter adeptus fuerat sub die 7. ejusdem mensis, præbendo Sacramentum extremæ Unctionis Dominico Nepotino Parocho ipsiusmet Ecclesiæ in extremis laboranti, & successive post ejus obitum secutum circa primam horam noctis tumulando illius cadaver, aliisque infirmis in Parochia degentibus administrando Sacramentum Pœnitentiæ, ideoque continuando ejus possessionem non dicitur attentasse juxta vulgatam regulam, 1

qui continuat non attentat, de qua gloss. *in cap. non solum*, § *Illa vero verba reducendum de appellationib. in* 6. Surd. *consil.* 170. *n.* 40. Rota *dec.* 14. *num.* 13. coram Cels. *d.* 3. *n.* 6. *&* 17. *& d.* 385. *n.* 83. coram Bich.

Nec obstat, quod regula ista non procedat, quando possessio redditur turbida, & nulla, qualis in hoc casu reddi prætendebatur possessio Alexandri, ex anteriori possessione Antonii de Carlinis Oeconomi Religionis, qui secuto obitu Dominici statim illam dicebatur apprehendisse, conficiendo inventarium bonorum Ecclesiæ, ejusque claves immutando; quodque nec minus locum habere poterat, ubi, ut hic, inhibitio respiciebat ipsummet exercitium Oeconomatus. Quia possessio Antonii non probatur anterior possessione Alexandri, qui (ut præmissum est) illam adeptus fuerat, vivente adhuc Dominico, eidem administrando Sacramentum extremæ Unctionis, explendoque commendationem ipsius animæ. Nec probata relevaret, tanquam capta a persona inhabili ad exercitium curæ animarum, ut recognovit ipsamet Religio, quæ sub die 12. ejusdem mensis in ejus locum subrogavit Joan. de Balestris, inhibitio vero per

to per ipsum obtenta expedita fuit vigore appellationis ab eo interpositæ adversus denegatam sibimetipsi admissionem ad possessionem Oeconomatus, & non inficit præcedentem alterius possessionem, adversus quam non admittitur hujusmodi appellatio suspensiva. Non subsistente,
2 quod saltem admittatur a gravaminibus eis illatis per Archiepiscopum, quia nec ab istis admittitur hujusmodi appellatio propter imminens periculum salutis animarum, ad tradita per Ricc. *in prax. for. Eccles. p* 1. *tit. praxis Episc. res.* 464. *n.*2. Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 62, *n.* 1. *in fin. p.* 3. Castropal. *oper. mor. tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 3. *punct.* 2. §. 1. *n.* 4. Eoque minus ubi (prout hic) per S. Congregationem Concilii circumscripta fuerunt omnia acta coram Nuncio Apostolico; ex hoc enim magis firma remansit possessio Alexandri, ac si nunquam adversus ipsum expedita fuisset inhibitio.

Atque ex his etiam Domini censuerunt concedendam esse manutentionem Oeconomis deputatis ab Archiepiscopo quoad utranque Parochiam. Quo enim ad illam S. Euphrasiæ Oeconomus Archiepiscopi docet, ut supra de anteriori ipsius possessione, propter quam illi concedenda venit manutentio, ad Text. *in cap. licet causam* 9. *de probat.* Posth. *de manut. obser.* 71. *n.* 2, *& seq.* Rota *d.* 223. *n.* 19. *& dec.* 401. *n.* 1. *part.* 19. *rec.* Accedente præsertim tit. boni juris, ex adductis in altera dec. hodie pariter a me desuper extensa, Posth. *de manut. d. obser.* 71. *nu.* 42. 105. *&* 117. Rota *dec.* 150. *nu.* 21. *part.* 16. *dec.* 249. *n.* 6. *part.* 19. *rec.* Quo vero ad aliam SS. Hippolyti, & Cassiani constat quoque de illius possessione, non obstante contraria possessione adepta per Oconomum Religionis, quoniam ista remansit irrita, & inanis ob resistentiam Sacr. Conc. quod eam vitiat, redditque non manutenibilem, juxta notam virtutem decreti irritanti appositi in Bulla ejus confirmatoria, & not. per Lother, *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 49. *n.* 63. 64. *&* 70. Vivian. *de jurepatr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *nu.* 172. Rota *dec.* 206. *n.* 2. *& seqq.* coram Peuting. *& dec.* 139. *nu.* 14. *&* 15. coram san. mem. Alexand. VIII.

Et ita, &c. Utraque, &c.

Votum Sac. Rotæ.

Rota est in voto, deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, eique concedendam esse manutentionem: Et non constare de Attentatis, ac esse vel fuisse tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani dandam manutentionem Oeconomo per eundem Archiepiscopum deputo, ex rationibus deductis in suprascriptis Decisionibus.

Jacobus Emerix Sac. Rot. Decanus.

DECRETUM

Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium Sac. Concilii Tridentini Interpretum super executione præinserti Voti S. Rotæ Romanæ.

Pisana Oeconomatus.

Decenti Parocho Ecclesiæ Parochialis S Euphrasiæ, quæ Religioni Sancti Stephani Papæ, & Martyris olim unitam fuisse prætendebatur, deputavit Archiepiscopus in Oeconomum Alexandrum Tamburinum, quem Administri dictæ Religionis ejicere curarunt nominando juxta assertam consuetudinem immemorabilis possessionis deputandi Oeconomos, Joannem de Balestris, cui cum Archiepiscopus assentiri renuerit, delata fuit appellatio ad Nuncium Florent. æ residentem, qui relaxata inhibitione, cuncta per Archiepiscopum gesta revocavit. Verum Archiepiscopo reclamante, Sac. Congregatio die 22. Decembris 1691. rescripsit pro reassumptione, facto verbo cum Sanctissimo, & Nuncio Apostolico, qui abstineat, & amoveat impedimentum contra Parochum Oeconomum metu mandati latitantem, & Archiepiscopus deputet alium Sacerdotem non Parochum amoto Intruso; & die 30. ejusdem, facta relatione Sanctissimo, Decretum Sac. Congregationis in omnibus approbavit, & exequi mandavit, & Eminentissimo Secret. Status mentem suam aperiri jussit. Quibus peractis causam eidem Sac. Congregationi cum Voto Rotæ definiendam speciali sua commissione Sanctissimus D. N. delegavit, ideoque datis in Rotæ dubiis.

Primo. An, & ad quem spectet deputatio Oeconomi.
Secundo. An constet de attentatis.

Die 22. Junii 1692. nulla fuit capta resolutio, sed Religioni concessa compulsoria, & remissoria, qua pendente decessit prædictus Balestrius, & vacavit alia Ecclesia Parochialis dictæ Religionis, SS. Hippolyti scilicet, & Cassiani. Ideoque superadditum fuit alterum dubium, An & cui ex Oeconomis deputatis sit, vel fuerit danda manutentio tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani. Et Rota coram Reverendiss. Emerix Decano die 1. Julii 1695. Archiepisc. tantum informante, respondit, deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, & non constare de Attentatis, & esse, vel fuisse tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani manutentionem dandam Oeconomo deputato per Archiepiscopum.

Datoque subinde dubio, An standum, vel recedendum esset a decisis, & insuper, An & cui danda esset manutentio in possessione, seu quasi deputandi Oeconomos, Rota coram eodem Reverendissimo Decano, parte utraque informante, sub die 12. Decembris proxime præteriti respondit, standum esse in decisis, & dandam esse manutentionem Archiepiscopo, ac demum juxta præfatas decisiones desuper editas prodiit Votum Rotæ tenoris sequentis, Rota est in Voto, Deputationem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, eique concedendam esse manutentionem, & non constare de Attentatis, ac esse, vel fuisse tam respectu Ecclesiæ Sanctæ Euphrasiæ, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani dandam manutentionem Oeconomo per eundem Archiepiscopum deputato, ex rationibus deductis in supradictis decisionibus.

J. Emerix Sac. Rotæ Decanus.

Perpensis itaque dictis Decisionibus, & Voto, Eminentissimi PP. decernere dignabuntur.

An Votum Rotæ sit exequendum.

Die 17. Martii 1695. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium Conc. Trid. Interpretum censuit, exequendum esse votum Rotę in omnibus.

J. Cardin. Sacripantes Præfectus.

F. Nuptius Secretarius.

Gratis etiam quoad Scripturam.

Loco ✠ Signi.

R. P. D. MOLINES.

Narnien. seu Hortana alluvionis.

Lun. 18. *Junii* 1696.

ARGUMENTUM.

Ad materiam Aquarum Titulo de Servitutibus Tom. IV. pertinent duæ sequentes Decisiones de Alluvionibus, hic relatæ *ad Observationem* 249. *Conflictus legis, & rationis* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Terra, quæ per alluvionem accrescunt, fiunt de dominio ejus, cujus prædiis cohærent.*
2 *Insula pertinet ad eos, qui habent prædia ipsius fronti viciniora.*
3 *Insula proprie quid est.*
4 Scappie *quomodo differant ab insulis.*
5 *Quot modis Insula fiat in flumine.*
6 *Testibus sibi contradicentibus, neutri credendum, cum unus adimat fidem alteri.*
7 *Testibus factum inverisimile deponentibus credendum non est.*
8 *Etiam numero pluribus.*
9 *In concursu testium sibi contradicentium, adminiculatis ex publico Instrumento major fides præstanda est.*
10 *Testibus contra inducentem, & producentem deponentibus deferendum.*
11 *Præsertim, si in eis suam fundaverit intentionem.*

DECISIO V.

Devoluta per Appellationem ad hoc Sacrum Tribunal Controversia vertente inter Seminarium Civitatis Hortanæ, litique consortes ex una, & Canonicum Vituttium, ac Marchionem Montorium ex altera parte super pertinentia quarundam terrarum vulgo nuncupat. *Scappie*, in Rota 7. Junii 1694. gemina dubia unico contextu disputanda proposui, alterum respiciens Judicium possessorium videlicet *An, & cui sit danda manutentio*, Alterum vero Petitorium, An nempe, & de cujus bono Jure constet. Primum autem fuit sub illa die resolutum, concessa Seminario, & Consortibus manutentione. Alterum vero resolutione dilata, demandatum extitit, ut probationes coadjuvarentur.

Extensa subinde Decisione super articulo Possessorii jam definiti, institit Seminarium in Congregatione Rotali ejusdem anno 1694. pro illius expeditione; Placuit tamen Dominis judicium differre ad tempus repropositionis Causæ super bono jure: Quapropter reassumpta in hodierna Audientia indagine principalis dubii petitorium concernentis, Domini responderunt, *Constare de bono Jure Seminarii*, & contemporanee Causam super articulo manutentionis expediri decreverunt.

Ex facto siquidem hodie melius elucidato constitit, Flumen Tyberis decurrens medium inter Territorium Otricolenum, & Territorium Civitatis Hortanæ a vigintiquinque annis citra cursum Otricolanas Ripas versus deflectens assidua, ac latenti earum corrosione plurimas fecisse alluviones in beneficium Prædiorum constituentium adversas Territorii Hortani Ripas; Quas Terras sic paulatim adjectas præfatum Seminarium aliique contermini Agrorum possessores pro modo singulorum latitudinis inter sese anno 1676. deviserunt, ut latius apparet ex ipsius Divisionis Instrumento. Quemadmodum constitit, quod post secutam hanc partitionem continuans flumen ulteriorem ejusdem Territorii Otricolani corrosionem, novum terrarum alluvionalium augmentum, de quibus est controversia, ipsismet Prædiis Hortanis adjecerit, quodque demum superventa de anno 1686. immodica Amnis excrescentia, vi, & impetu stagnantium aquarum successerit separatio terrarum alluvionalium antiquorum ab hisce recentibus, mediante decursu cujusdam Rivi illuc pro terræ mollitudine protensi, quo deinceps nec multo post exhausto, stante aquarum declinatione ad pristinum alveum, nova alluvio, ut erat prius, antiquæ sese adjunxerit, juxta facti seriem, quam cum temporum distinctione narrant quinque Testes formiter examinati pro parte Seminarii dati *in Summaria 5. Junii 1694. sub n. 1. & 2.* quibus utpote omni exceptione majoribus, bene informatis, optimamque scientiæ causam reddentibus plena fides est adhibenda, Rota cor. Card. Seraphin. *dec. 955. num. 3. & 8. cum allegatis in dec. 895. n. 7.* cor. Card. Cerro, *& omissis generalibus in specie tradunt* Bart. *in tr. de Fluminib. & alluvionib. verb. per alluvionem n. 5.* Aym. *de alluvion. lib. 1. cap. 4. nu. 12.*

1 Stabilito itaque, quod terræ, de quibus agitur, per alluvionem secutam ante annum 1686. paulatim, ac sine sensu accreverint, cohæreantque Prædiis Seminarii Hortani, & litis Consortium, certa in Jure succedit conclusio, quod ab eorundem Agrorum Possessoribus fuerint acquisitæ, in eorumque dominium devenerint, ad apertum Text. *in l. Adeo 7. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. ubi Cajus ait Quidquid per alluvionem Agro nostro flumen adjecerit jure Gentium nobis acquiritur; Id autem per alluvionem adjici videtur, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus quantum quoque temporis momento adjiciatur*, & concordat Text. *in l. Martius 38. ff. eod. & §. Præterea Inst. de rer. div.* tradunt que, Bart. *in tr. de Flumin. verb. adjecerit, verbo acquiritur, & verbo per alluvionem*, Aym. *eodem tr. 3. §. 1. nu. 1. & seq.* Jas. *cons. 146. lbr. 1. & cons. 126. libr. 4. per tot.* Corn. *cons. 191. lib. 3.* Valasc. *de Emphyt. quæst. 16. nu. 10.* Pecch. *de Aquæduct. l. 2. cap. 11. qu. 51. n. 19. & latiori calamo* Arias de Mesa *variar. resol. lib. 2. c. 42. n. 1. & per tot.*

2 Non obstante unico objecto, in quo sistit totum præsentis causæ momentum, quod scilicet alii Testes inducti a Canonico Vitutio, & litis consorte, asserant hujusmodi terras utpote ab aquis undique circumdatis, formam Insulæ accepisse, ac proinde ad illos tanquam habentes Prædia vicinioea fronti ipsius Insulæ jure dominii pertineant, ad Text. *in d. l. Adeo, §. Insula vers. quod, si alter. parti, ff. de acquiren. rer. domin & in l. Insula ff eod. §. Insula Instit. de rec. divis.* Bartol. *in Tractat. de Insula in verb. communis fiat vers. sed si Insula esset plus, & in figura 23. eod. tit.* Gobb. *in tr. de aquis q. 28. n. 18.* Pecch. *de Aqua duct. c. 4. q. 8. nu. 1.*

Quandoquidem multipliciter visum fuit removeri, & ex eo quidem primo, quod proprie loquendo Insula est terra repente in Flumine nata, quam aquæ undique circumluunt, ad Text. *in §. Insula Instit. de rer. divis. ubi* Glossa *in verb. Insula, & Mynsig.* aliique scribentes, & quidem plena, ac reali circumfluentia, per quam terra in medio Fluminis apparens diu supereminens remaneat, Bart. *de Insul. in verbis in Flumine nata*, Aym. *de alluvion. lib. 1. c. 14. nu. 11.* Neutrum autem ex dictis requisitis concurrit in casu nostro; deficit enim primum repentinæ nativitatis, quia ex facto superius firmato resultat controversas terras fuisse paulatim, & latenter corrosas ab una Ripa, & minutatim, ac insensibiliter additas alteri Ripæ, nec quoad corrosionem in genere discordant Testes inducti per Canonicum Vitutium; Extat pariter secundum requisitum plenæ, ac permanentis aquarum circumfluentiæ: quoniam ex eisdem Testibus Seminarii constat prædictum Rivum intersecantem Prædia Territorii Hortani a controversis terris evenisse ob aquarum excrescentiam uno impetu secutam, & continuasse per modicum tempus aliquorum mensium; Ideoque hujusmodi terræ per adeo breve temporis spatium apparentes in Flumine aquis circumfluxæ proprie dici nequeunt Insula, sed vere sunt terræ alluvionales prius latentes per excrescentiam aquarum, & deinde apparentes per illarum decrescentiam, quæ in Agro Romano nuncupantur *Scappie*, & in Insubria appellantur *Ancone*, ut concorditer tradunt Augustin. Martinell. olim Professor Juris Cæsari in hac Urbis Universitate in ejus libro, cujus titulus est - *Li Fiumi in libertà*, cap. ultim. dell'Isole fol. 244. & 245. & latius allegato Bartolo, & Axm. Boninus in ejus libro intitulato *il Tevere incatenato lib. 6. cap. 1.* 4

Parum relevante depositione Testium inductorum a Canonico Vitutio asserentium, quod Canalis defluens per Ripas Otricolanas erat parvus, & angustus, ac vice versa alter decurrens prope Ripas Hortanas erat latior, profundior, ac navigabilis. Quoniam contrarium de directo deponunt testes Seminarii, & præcipue ultimo loco examinati præsenti *Summario additionali n. 1. & 2.* quorum depositio visa fuit magis verosimilis; nam tum ex accessu judiciali Eminentissimi Thaurusii tunc A. C. Locumtenentis, quam ex confrontatione alterius Plantæ de anno 1676. efformatæ super divisione aliarum terrarum alluvionalium, liquet, Tyberim ab annis 25. circiter, quo dereliquit antiquum Alveum, semper cursum direxisse versus Oras Otricolanas; Unde redditur inverisimile, excrescentiam, & profluvium aquarum pro majori parte ad Canale Hortanum irrupisse. Augetque inverisimilitudinem subsequens eventus, dum post paucos menses iste Canalis, ut præfertur, remansit exhaustus, & illius aquæ ad Otricolanum declinarunt, prout in præsentiarum semper ultroneæ fluvii cursus illuc protendi cernitur, ut probant Testes utriusque Partis, ideoque magis deferendum venit depositioni Testium Hortanorum, utpote recipienti fomentum a verisimilitudine, quæ est species veritatis *l. ob carmen. §. ultimo ff. de Testibus cap. licet causam vers. ex præmissis de probat.* Aym. *cons. 1. pro Genero n. 372.* Rota cor. Mant. *dec. 215. nu. 4. & 5. &* cor. Cels. *dec. 215. num. 6.*

Sed quatenus Rivus decurrens versus Ripas Hortanas fuisset profundus, adeout dictas Terras alluvionales veram Insulam constituisset, non inde tamen, secundo respondebant Domini, factum est, ut deficerit esse in dominio Seminarii Hortani, & litis Consortium; Tribus nanque modis Insula fit in Flumine; uno modo, cum Ager, qui Alveus non erat, flumine circumluitur. Secundo cum Flumen Alveum reliquit illumque circumquaque defluit. Tertio cum paulatim alluendo eum auxit, efformata autem Insula alteroex duobus posterioribus modis, eorum fit, qui Ripas habent eidem Insulæ proximas; Primo autem modo Causa possessionis non immutatur, remanetque Insula ejus, cujus antea fuerat, juxta expressam Proponit divisionem relatam *in l Ergo 30. §. Tribus modis*, & ibi Glossa *ff. de acquir. rer. domin. & explicat* Bartol. *in tract. de Insula vers. in flumine nata*, Aym. *de alluvion. cap. 14. n. 6. lib. 1.* Neuter autem ex duabus posterioribus modis convenit terris, de quibus est contentio, nam illæ antequam apparuerint in formam Insulæ, non erant Alveus ab eodem derelictus, nec minus ex colluvione aquarum factæ sunt locus eminens supra alveum, & deinde ex alluvione auctus, sed proprie adaptatur primus modus; Nam ex serie facti a Testibus Seminarii comprobata *Summario n. 1. & 2.* habetur, quod antequam successerit anno 1686. aquarum excrescentia, Terrenum controversum erat Ager beneficio alluvionis acquisitus 5

situs prædiis Hortanis, ac proinde, & si secuta memorata inundatione, aquis hinc inde declinantibus, idem Terrenum fluvio circumseptum apparuit, non ex hoc tamen hujus generis Insula acquisita fuit Dominis prædiorum, qui ripas habebant propiores, sed continuavit in possessione, ac dominio Hortanorum, quorum antea fuerit, juxta relatam dispositionem Textus *in l. qui Ager cum qua concordant. §. Insula vers. final. Instit. de rer. divis.* ibi. *Quod si aliqua ex parte divisum sit Flumen deinde infra unitum agrum alicujus in formam Insulæ redegerit, ejusdem permanentis Ager cujus, & fuerat*, & *Text. in l. 1. C. de alluvion. & plaud. ubi & cum Fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit, ager, quem circuit, prioris Domini manet*, & *in l. 1. §. Item si omnis ff. de Flumin. & tradunt* Aym. *de alluvion. lib. 1. c. 14. n. 7.* Cyriac. *contr. for. 376. n. 11.*

Hinc consequenter non adversantur Testes inducti per Possessores Agri Otricolani, quatenus deponunt, controversas terras apparuisse in formam Insulæ, imo esse veram Insulam, cum ratione amnis circumfluentiæ, recte hac Insulæ denominatione nuncupari valeant, non tamen de illis Insulis secundi, & tertii generis, de quibus loquitur Text. *in d. l. Ager. §. Tribus*, quæque acquirunt Dominis habentibus prædia eidem proximiora; sed de illis primæ speciei, quæ non exeunt a possessione dominorum, quibus antecedenter jure dominii quæsita fuerant, ex superius firmatis.

6 Absque eo, quod attendi meruerit assertio septimi Testis Canonici Vitutii, quod priusquam Terrenum controversum assumpsisset formam Insulæ, erat alveus fluminis, quoniam ipsius depositio convincitur manifeste erronea ex depositione aliorum Testium ejusdem Vitutii, dicentium, ante prædictam aquarum excrescentiam, alveum fluminis fuisse in eo loco ubi decurrebat Canalis, seu Rivus positus prope Agros Hortanos: quo fit, ut stante hac Testium contrarietate, neutris credendum est, cum unus adimat fidem alteri, Farinac. *de Test. quæst. 65. num. 2.* Rota *dec. 147. num. 4. part. 19. dec. 8. num. 26. dec. 327. num. 13. & dec. 709. num. part. 12. rec. & dec. 73. num. 20. part. 18.*

Quemadmodum nec fuit eisdem Testibus adhibita fides, in eo quod ajunt, Insulam prædictam efformatam fuisse ex Terris Otricolanis in Alvero Fluminis vi, & impetu aquarum asportatis, ut ex *Summ.* Canonici Vitutii *nu. 4.* quoniam ultra quod testantur de eorum credulitate, sicque nullum probationis genus constituunt, Rota, cor. Buratt. *dec. 538. n. 19. & rec. 397. n. 10. p. 14.* habent contra se tam accessum A. C. quam etiam ipsorummet dictum, ex quibus apparet justificatum, quod Terrenum, ex quo dicitur conflata Insula fuerit simpliciter arenosum, & e contra Ripas Fluminis Territorii Otricolani esse Terras sativas, ex quo evitatur assumptum, quod Terræ controversæ impetu aquarum separatæ, efformaverint sæpe dictam Insulam in Alveo Fluminis; Addita aperta inverisimilitudine, quod Rivulus ceteroqui ad sensum Otricolanorum exiguus, cum tam modica aquarum copia potuerit uno impetu talem corrosionem facere, ut ex ea efformari potuisset Insula tam con-
7 siderabilis Terrarum quantitatis. Ideoque dd. Testibus, factum ita inverisimile deponentibus, nullatenus credi debet, Jas. *in l. si extraneus n. 8. ff. de condit. caus. dat.* Abb. *in cap. quia verisimile n. 3. vers. nota*, Buratt. *dec. 175. nu. 11. & 23.* Cels. *dec. 40. n. 8 & in rec. dec. 259. n. 13. p. 6.*

Prout etiam convincuntur de manifesto errore alii Testes dicentes, quod Terræ controversæ formam Insulæ receperint ex corrosione Riparum Otricolanorum, quę incœpit a novem, seu decem annis ante eorum examen; nam constat ejusmodi corrosionem incœpisse longe ante 1676. dum de hoc anno, ut superius recensuimus, facta fuit inter Hortanos divisio plurium Terrarum alluvionalium ex eadem corrosione provenientium; atque ita tanquam modo suspecti nulla promerentur fidem, quantumvis essent nu-
8 mero plures, ut in nostris terminis tradit Jas. *cons. 126. n. 13. & seq.* Præsertim, quia nec deficiunt plures exceptiones contra earum personam recensitæ *in Summario Seminarii n. 12.* proindeque, vel ex hoc ipsorum fides remanet imminuta, Farinac. *de Test. qu. 63. n. 49.* Rota cor. Caput. *dec. 278. nu. 3. p. 3. & dec. 649. nu. 8.* coram Amat. Dunoz.

Et in omni casu in concursu Testium inter se dissidentium, Domini majorem fidem præstandam esse censuerunt productis per Seminarium, & litis Consortes, utpote qui tanquam Naviculari, & a multo tempore versati in navigationibus Fluminis præsumuntur magis informati, ac ulterius quia verisimilia deponunt, citra ullam contrarietatis, varietatis, vel falsitatis notam, ac demum ut pote adminiculatis ex publico Instrumento antedictæ divisionis anni 1676. ex notatis per Felin. *in cap. nostro n. 10. de Testib.* Gabriel. *eod. tit. conclus. 4. numer. 59. & 60.* Posth. *de subhast. inspect. 60. numer. 97.* & plene Rota *dec. 298. num. 20. & 21. part. 19. rec.*

9 Cæterum multiplicando suppositiones, ubi etiam admitteretur, quod prædicta Insula fuisset repente nata, & quidem in Alveo Fluminis, ac per consequens juxta contrarium sensum acquiri debuisset Dominis agrorum vicinorum; adhuc tamen tertio loco ponderabant Domini, illam devenisse ad dominium Seminarii, litisque Consortium, attento, quod gemini ex eorundem Otriculanorum Testibus ingenue deposuerunt, quod Insula apparuit propior Agris Hortanis, quam Ripis Otriculanis, unde Censura Text. *in d. l. Adeo, §. Insula vers. quod si alteri parti ff. de acquir. rer. domin.* patrocinatur Seminario, & litis Consortibus habentibus prædia dictæ Insulæ proximiora; quibus Testibus utpote inductis, ac productis Otriculanis, plene contra eos 10
deferendum est, Farinac. *de Testib. quæst. 62. n. 226.* Noguerol. *allegat. 29. n. 80. & allegat. 32. n. 92.* Rota *dec. 312. n. 5. & dec. 610. n. 3. & dec. 454. n. 9. & dec. 888. n. 3.* cor. bo. me. Card. Cerro, *& in rec. dec. 41. n. 18. p. 18. & d. 110. n. 1. p. 14.*

Non resistente, quod inductio Testium præseferat approbationem personæ, non autem dicti, adeoque non excludat, quin eorum depositio impugnari valeat, ex firmatis per Rotam cor. Manzaned. *dec. 526. n. 8. & 9.* quoniam conclusio procedit, ubi quis simpliciter induxit Testes, sed nullatenus eos produxit, nec illorum dictis usus fuit, in quibus terminis procedit Rota *in aleg. dec.* cor. Manzaned. secus vero quando, prout hic, non solum quis induxit, sed etiam simpliciter produxit Testes, in eisque suam fun- 11
daverit intentionem; nam tunc non solum censetur approbasse eorum personam, sed etiam dictum, absque eo quod nullatenus sibi liceat impugnare, ut conciliando pugnantes Doctorum sententias distinctionis fœdere concordat Aymon. *de antiquitate temporis part. 1. vers. quæritur etiam in hac materia num. 14.* Tob. Non. *cons. 24. nu. 24. & 25. cum aliis fuse cumulatis per* Farinac. *de Test. quæst. 61. num. 242. & 243.*

Et ita utraque parte informante post secundam Causæ propositionem resolutum fuit.

R. P. D. PIO.

Narnien. seu Hortana Alluvionis.

Veneris 8. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Confirmatur præcedens Decisio.

SUMMARIUM.

1 *ALLuvio est incrementum terræ latenter corrosæ ab uno loco, latenterque alteri adjectæ.*
2 *Quomodo Insula distinguatur ab alluvione.*
3 *Flumina censitoris vice funguntur, totumque id quod tradunt irrevocabiliter donant, & adimunt.*
4 *Modica fluminis pars flumen non facit.*
5 *Insula alias* mediamnis *nuncupatur.*
6 *Insula constituitur ex magnitudine aquæ perpetuæ, non vero insolita, temporali & causativa.*
7 *Alveus qui non est naturalis, dicitur inundatio.*
8 *Inundatio quod sit.*
9 *Incrementum terræ illi censetur proximius, cui in initio proximius natum est.*

DECISIO VI.

POstquam Canonicus Vitutius curavit mihi per Signaturam Justitiæ dirigi ulteriorem appellationem super mandato de manutenendo, alias per Seminarium Hortanum, & litis consortes obtento, ordo Judicii exposcebat, ut Causa etiam super negotio principali devolveretur; ideoquo positis sub consueto examine fundamentis Decisionis editæ coram R. P. D. meo Molines die 18. Junii anni præteriti agnita fuere undequaque subsistentia, ac merito proindeque illa Domini confirmarunt.

Subnixi semper depositioni Testium a Seminario inductorum, juxta quam habetur, quod post divisionem Terræ alluvionalis secutam anno 1676. inter Hortanos pro latitudine conterminorum agrorum, flumen Tyberis ex ulteriori attritu Terrarum Otriculanorum sinuoso flexu illas denuo adjecerit supradictis agris, donec de anno 1686. imbribus auctum, ac in vicinos Campos se effudens, mediate decursu cujusdam Rivi diviserit primas alluviones ab ultimis, quo demum in veterem alveum declinato,

natio, Terræ ex memorata aquarum excrescentia separatæ, antiquis sese adjunxerint; Quamobrem cum incrementum Terrarum, de quibus agitur, evenerit ex Terra latenter controsa, adjectaque deinde latenter etiam prædiis Hortanis, dicitur alluvionale, §. Praterea Instit. de rer. divis. Joannes Baptista Aym. de alluvion. lib. 1. cap. 2. num. 2. Pereg. de Jur. fisc. lib. 8. num. 71. Petr. Greg. Tholos. Syntagm. Jur. lib. 20. cap. 8. num. 2. &c. acquiritur juxta latitudinem frontis cujusque agri cohærentis ripæ, & prædia ab ea parte possidentibus, ex Text. in leg. adeo 7. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. & §. Praterea, ubi glos. verb. adjectio Inst. de rer. divis. numer. 34. Rip. in leg. quominus num. 77. C. de flumin. Bart. in Tyber. in fid. proœm. part. 1. vers. pro modo fol. 118. & in 3. part. vers. alicujus fol. 141. Rimin. Jun. cons. 373. num. 1. Curt. Jun. cons. 204. num. 10. & 11. Manzol. cons. 118. numer. 8. Bursat. cons. 239. num. 6. Bardell. cons. 246. num. 22. Ceppoll. de servit. rustic. præd. cap. 33. num. 13. Benincas. de alluv. part. 1. num. 11. Menoch. de arbitr. cas. 245. num. 6. Peregr. d. lib. 8. num. 72. Cyriac. contr. 376. num. 1. Ursell. verb. alluvio concl. 94. num. 3. Doring. in Repertor. d. verb. num. 29. Rota in rec. 29. numer. 4. part. 4. & dec. 202. num. 7. part. 15. & dec. 111. num. 3. part. 16.

2 Dictaque acquisitio facta fuit ipso Jure, nec indigebat aliqua apprehensione, quia ut optime notat Griphyand. in Econom. legal. lib. 1. cap. 19. num. 4. in hoc Insula distinguitur ab alluvione, ut illa sit incrementum separatum, ista vero unitum; ita ut omne id, quod prædio coalescit non constituat novum prædium, sed sit pars illius accessoria, quæ ex possessione principalis, & illius Jure possidetur, juxta firmata per Benincas. ubi supra num. 4. Rimin. Jun. cons. 275. num. 9. & 10. & d. cons. 373. numer. 2. & 4. Silvan. cons. 3. numer. 13. Curt. Jun. d. cons. 204. num. 16. Anguis. cons. 90. num. 4. Corn. cons. 15. num. 17. lib. 4. Bertazzol. cons. 72. num. 5. Bardell. d. cons. 184. num. 15. Peregr. de Jur. fisc. lib. 8. num. 74. Gob. de acqu. quæst. 26. num. 1. & 2. Bonden. coll. 26. n. 25. tom. 1. Posth. de manut. observ. 73. num. 86. post eum dec. 353. nu. 4. Cassad. dec. unic. num. 29. de acquir. rer. dom. & coram Coccin. dec. 1816. numer. 5.

3 Flumina enim censitoris vice funguntur, totumque id, quod tradunt irrevocabiliter donant, & adimunt, ex notatis per Bald. in Rubr. de rer. divis. nu. 23. Rimin. Jun. cons. 237. num. 7. Sacc. cons. 12. num. 6. Tholosan. d. cap. 8. in princ. Buchner. de Jur. aquat. §. 87. Ursell. d. concl. 94. num. 8. Arias de Mes. var. resol. 42. num. 45. lib. 2. Gob. de aqu. quæst. 25. num. 5. Franc. Marc. dec. 117. num. 93. part. 2.

Hujusmodi theoricas tanquam in se veras ultro, citroque admittebant informantes pro Canonico, & solum idem fegerebant objectum, quod nempe juxta examen eorum Testium deprehenditur controversum Terrenum cessante insolita aquarum excrescentia in formam Insulæ supereminuisse,

4 Verum hæc qualitas, vel non concluditur, vel probata non relevaret, & quidem qualitas Insularis non concluditur. Quia quoad quantitatem aquæ illam intersecantis, præscindendo etiam ab opinione Andr. de Isern. in cap. 1. §. fin. vers. item vide num. 20. de contr. Investit. negante unam partem fluminis Insulam fluvialem ambientis, latiorem esse posse alia, quia flumen non dicitur ambire Insulam, nisi de dimidia illius parte intelligatur, quem sequitur Hier. de Monti de fin. regend. cap. 24. num. 5. Nec modica aqua fluminis flumen facit, sed potius attendi debet naturalis, & consuetus alveus, ut ex leg. 1. §. Ripa ff. de flumin. firmat Franc. Marc. dec. Delphin. 370. num. 3. part. 2. Et in hanc sententiam ivisse videtur Rota in citata dec. 111. num. 9. part. 26. ubi
5 pro necessario constitutivo Insulæ requiri putavit, ut esset in medio fluminis, idque importare videtur, idest in medio amnis, prout observant Du Fresne in glossar. ad med. & infir. Latin. Scriptor. verb. mediamnis, Ebrard. in Græcism. cap. 16. & ex nostris Ottinger. de Jure limit. lib. 1. cap. 12. num. 45. Griphyand. de Insul. cap. 1. num. 10. Aym. de alluv. lib. 1. cap. 14. num. 2. & ibi Fritsch. v. mediamnis.

Hoc unum sufficere Domini censuerunt in præsenti themate, quod respectu durationis, & permanentiæ ex ipsis Testibus Canonicis de anno 1692. examinatis desumitur, Canale intersecans Oras Hortanas exsiccatum remansisse per tres annos ante eorum examen; quapropter cum excrescentia evenerit de anno 1688. sequitur evidenter, quod aquæ inundatio ex dicto Rivo promanans duraverit vix spatio unius anni cum dimidio, non
apta proinde Insulam facere, quippe quæ constituitur tan- 6
tummodo ex magnitudine aquæ perpetua, non vero insolita, temporali, & causativa, ut conciliando opinionem Isern. advertit in specie Griphyand. dicto tract. de Insul. cap. 2. num. 27. & 52.

Et ratio prædictorum ea est, quia cum alveus, qui na- 7
turalis non est, dicitur inundatio a Bartol. in tract. de alveo verb. naturali, quæ proprie fit ubi flumen imbribus auctum, & egressum in vicinos Campos se effundit, itaut simul alveum suum teneat, ex animadversis per Franc. Stypman. de Jur. marit. & naut. part. 2. cap. 5. n. 314. repetit. inter collecta per Fritsch. in Jus fluviat. part. 1. tract. 1. licet abstulerit fundi possessionem, eadem tamen aqua recedente statim restituitur, etiam absque nova apprehensione Oinotom. in §. Quod si naturali n. 5. de acquir. rer. domin. Cepoll. de servit. rustic. prædior. tit. de alveo num. 4. Stypman. ubi supra num. 313. De Angel. in astraal. patrocin. num. 56. & seqq.

Nec etiam dicta qualitas quidquam relevaret quatenus probaretur, sive quia supposita triplici divisione In-
sulæ comprobata in Decisione R. P. D. mei Molines; 8
Prima nempe cum ager, qui alveus non erat, flumine circumfluitur; Secunda cum flumen alveum, quem reliquit circumquaque defluit, & Tertia ubi alluendo, & coalluendo locum eminentem supra alveum facit, de qua Jurisconsultus in l. ergo 30. §. Tribus modis ff. de acquir. rerum domin. in hypothesi, de qua agitur, adaptari non possunt duo novissimi modi, quia omnes Testes Canonici præter secundum, cui tanquam illius Colono nulla fides venit præstanda, probat solum, quod excrescente flumine parva Insula eminuerit, nihil deponendo, an ante inundationem illic esset alveus numinis, vel potius Terræ ex alluvione Oris Hortanis adjunctæ, quorum proinde depositiones, si suppleantur, prout suppleri debent a Testibus Seminarii hujusmodi præcedentem circumstantiam comprobantibus, non solum eliditur quælibet contrarietas, sed etiam aperte consequimur, hanc Insulam conflatam fuisse ex agris alluvionis beneficio adjunctis prædiis Hortanis, & sic intra primum modum præmissæ divisionis, juxta quem dominium jam Hortanis quæsitum nullo pacto extitit alteratum, sed continuavit penes ipsos, quorum antea fuerat, ut præter adductos in Decisione, quæ confirmatur §. Sed quatenus, firmant Oinot. in §. Insula num. 7. Instit. de rer. divis. Card. Tusc. lit. I. concl. 261. num. 5. Buchner. de re, & Jur. aquat. §. 116. Sebast. Gambos. de alluv. §. 47. circa med. Alex. Brugiott. in epitom. Jur. viar. & flumin. cap. 2. n. 221.

Sive demum, quia quatenus ad exuberantiam dicta qualitas Insularis admitteretur in alveo fluminis juxta ultimum modum, ac dividenda esset ad censuram Text. in l. adeo, §. Insula ff. de acquir. rer. domin. adhuc tamen adjudicanda foret Seminario, & litis consortibus, attento, quod ex Testibus Canonici deponunt. E la detta Isoletta era posta in mezzo il fine, mà più tosto verso il Territorio d'Orte; divisio nanque, quæ fit inter prædia ab utraque parte fluminis, procedit in Insula nata in medio, non vero ubi ista nascatur propior alteri parti; hoc enim casu illi solum acquiritur, ut distinguunt Oinot. dicto §. Insula nu. 6. de acquir. rer. domin. Greg. Tholos. Syntagm. Ju. part. 3. lib. 20. cap. 8. sub num. 2. Antun. de reg. donat. part. 3. cap. 7. num. 8. etiam si deinde crevisset versus Oras Otricolanas, & cœpisset esse vicinior illius fundis, Tusch. d. lit. I. conclus. 262. n. 5. Sebast. Gamb. de alluv. §. 23. Propinquitatis enim
disceptatio ad initium nati incrementi referenda est, ut 9
illic censeatur proximius, cui in initio proximius natus est l. ergo, §. Tribus modis, ibi - Insula fit ejus, cujus ager proprior fuerat cum primum extitit ff. de acquir. rer. domin. & in l. Insula in princ. ibi - Insula, quæ in initio proprior fundo tuo fuit, quam ejus, qui trans flumen habet tota tua facta est eodem tit. & tradit Aym. dicto tr. lib. 3. cap. 2. num. 6.

Absque eo, quod attendi mereretur declaratio dictorum Testium, quod intelligerent de minori parte, non de tota Insula; tanquam emissa lite pendente, & absque partium citatione ex vulgatis.

Et ita in reliquis approbando Decisionem R. P. D mei Molines responderunt, utraque &c.

SUM-

SUMMORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONES

AD TRACTATUS

CARDINALIS DE LUCA DE OFFICIIS VENALIBUS

Vacabilibus Romanæ Curiæ, & de Locis Montium.

ARGUMENTA CONSTITUTIONUM ET DECISIONUM

Super Materia

De Officiis Venalibus Vacabilibus Romanæ Curiæ, & de Locis Montium.

CONSTITUTIO Innocentii XII.

Quod de cætero Officia, & Loca montium Vacabilia Romanæ Curiæ, cujuscunque qualitatis sint, per assumptionem ad Cardinalatum obtinentium minime vacent.

CONFIRMATIO Innocentii XI.

Provisionum, Ordinationum, & Taxarum, pro recta montium Romanæ, Curiæ, ac negotiorum Scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

DECISIO Romana Locorum montium.

Creditor attergatarius seu hypothecarius crediti super locis montium præfertur in concursu anteriori.

INDEX CONSTITUTIONUM, ET DECISIONUM

Super Materia

De Officiis Venalibus Vacabilibus Romanæ Curiæ, & de Locis Montium.

Innocentii XI. Confirmatio 6. Junii 1689. fol. 5.
XII. Constitutio 1. Februarii 1693. fol. 3.

Romana locorum montium 20. Junii 1696. Emerix Dec. fol. 15.

Ad Ornatum Cap. XIII. de Officiis Venal. Vac.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII

Divina Providentia Papæ XII.

Constitutio quod de cætero Officia, & loca Montium Vacabilia Romanæ Curiæ, cujuscunque qualitatis sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium minime vacent.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

X quo humilitatem nostram in sublimi Sedis Apostolicæ specula, nullo meritorum nostrorum suffragio, collocavit Altissimus, nihil profecto (quatenus Divina bonitas dedit) prætermittere conati fuimus, quo Romanæ hujus Curiæ, quam præ cæteris ordinatissimam esse decet, decoram undique faciem, ac pulcherrima integritatis laude præfulgentem, sine ruga, & sine macula omnium oculis exhiberemus; præcipue vero quamcunque ab ea cupiditatis, quæ radix omnium malorum est, suspicionem pro viribus tolleremus, ut ita ii, qui ex adverso sunt, vereantur nihil habentes malum decere de nobis. Hoc sane consilio per nostram nuper editam Constitutionem, carnis, & sanguinis laqueos abrumpere satagentes, salutarem præscripsimus modum circa donationes, & distributionem redituum Ecclesiasticorum in consanguineos, vel affines Romani Pontificis pro tempore existentis, inviolabiliter servandum. Eodem subinde animo, rametsi probe sciremus falso non minus, quam injuste ejusdem Curiæ detractores conqueri de causarum Curiæ Cameræ Nostræ Apostolicæ Auditoratus, ac dictæ Cameræ Thesaurariatus Generalium, necnon Clericatuum, & Præsidentatus respective Officiorum venalitate, ac si nimirum pretium, quo alias præfata Officia vendebantur, spe cujusdam ad altiores Ecclesiæ gradus ascendendi merces esset, hique propterea pecuniæ potius, quam virtutis intuitu tribui viderentur; cum tamen revera pretium hujusmodi nonnisi pinguium proventuum, qui ex Officiis prædictis percipiebantur, compensatio foret, neque id unquam impedimento fuerit, quemadmodum experientia compertum est, quin ii, qui eorum eximiis ita exigentibus meritis, a memoratis Officiis ad sublimiores evecti sunt dignitates, undequaque laudatissimi, ac veri Catholicæ Ecclesiæ cardines extiterint; Nihilominus ut omnis iniquitas oppilaret os suum, ac ne viri alioqui digni, solvendo tamen pretio dictorum Officiorum impares, ab iis assequendis imposterum arcerentur, per aliam similem nostram desuper editam Constitutionem eorundem Officiorum venalitatem perpetuo suppressimus, extinximus, & abolevimus. Verum, cum non omnia uno, eodemque tempore excogitari, nedum perfici potuerunt, & plura adhuc remaneant ultra prædicta in eadem Romana Curia diversorum generum Officia Venalia, quæ sive vigore quorundam Decretorum a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris in Consistorio editorum, ac etiam nonnullarum literarum Apostolicarum desuper editarum, sive alia forsan ratione, per assumptionem illa obtinentium ad Cardinalatus honorem vacare consueverunt, indeque nonnullis aliqua etiamnum de amplissima Ecclesiastica dignitate lucrum captandi occasio superesse videatur; dignum profecto pastorali munere nostro, quo non ea quæ Mundi sunt, sed animarum lucra inquirere admonemur, rem facturi nobis videmur, si in his quoque Pontificiæ nostræ solicitudinis partes interponamus. Quamvis enim certissimum sit, atque omnibus exploratum longe iniquiores hac in re querelas illorum esse, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est; & quisque prudens rerum æstimator facile agnoscat nonnisi emolumentorum ex Officiis secundo dictis provenientium causa illorum pretium solvi, nulla prorsus excelsioris acquirendi gradus habita ratione, cum præsertim pleraque ex ejusmodi Officiis a laicis conjugatis, infantibus, imo etiam mulieribus obtineri dignoscantur, tantumque absit, quod Romani Pontifices pro tempore existentes in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Promotionibus quidquam de iis Officiis cogitare consueverint, ut potius non raro acciderit illos, an promoti per eos Officia hujusmodi obtinerent, prorsus, ignorasse: Nos tamen temporale quodcunque commodum, quod ex eorundem Cardinalium creationibus quomodolibet etiam indirecte, ac præter intentionem, Nobis, aut successoribus nostris Romanis Pontificibus provenire posset, penitus removere, atque ita omnem vel minimam suspicandi occasionem eliminare valentes, ne Nos aut iidem successores Nostri in tam sublimis muneris amplitudine conferenda alio, quam egregiæ virtutis, & insignium meritorum intuitu ducamur: necnon ulterius considerantes admodum æquum esse, ut ad tanti honoris fastigium evecti, quos pro statu suo juxta gradus celsitudinem decenter sustinendo majorum expensarum onera subire oportet, præfatorum Officiorum vacatione patrimonii sui detrimentum minime patiantur: Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nulla de cætero Officia, & loca Montium Vacabilia Romanæ Curiæ tam hactenus erecta, quam in posterum forsan erigenda, cujuscunque speciei, naturæ, & qualitatis, & quantitatis existentia, & quocunque nomine nuncupata, etiamsi Prælatitia, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digna sint, per promotionem de personis illa obtinentium ad Cardinalatus honorem a Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus nostris, quandocunque faciendam vacare: sed ea, sicut præmittitur, obtinentes, si Officia quidem, & loca hujusmodi talia sint, quæ per Cardinales obtineri nequeant, illa ut prius dimittere, & resignare: si vero talia sint, quæ per Cardinales obtineri possint, illa una cum eadem Cardinalatus dignitate etiam, ut prius retinere, ac omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, honoribus, emolumentis, cæterisque juribus solitis, & consuetis eis ratione eorundem Officiorum, & locorum quomodolibet competentibus, & competituris uti, frui, & gaudere, absque alia nova declaratione, indulto, seu dispensatione nostra, aut eorundem Romanorum Pontificum Successorum nostrorum desuper facienda, neque ipsos, aut ab eis causam habentes quoscunque pro Officiis, & locis præfatis, eorumque emolumentis perceptis, & in futurum percipiendis a Camera nostra Apostolica, seu quovis alio molestari quovis quæsito colore, posse aut debere, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod quicunque in præmissis jus, vel interesse principaliter, vel secundario, & alias quovis modo habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad illa vocati, citati, & auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia quacunque quantumvis justa, juridica, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, ingenio, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, & interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam maximo, essentiali, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, invalidari, annullari, retractari, rescindi, in controversiam vocari aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcunque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: sed ipsas præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi semper, & perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac illis, ad quas spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos dictæque Cameræ Præsidentes Clericos, & alios Officiales, & Ministros, cæterosque quoslibet quamvis authoritate, & potestate fungentes, & quandocunque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, &

di, & interpretandi facultate, & authoritate, judicare, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis etiam illa de jure quæsito non tollendo, necnon fol. rec. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. necnon aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Cameræ præfatæ non alienandis, & male alienatis recuperandis, & illis non obligandis, necnon rec. mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostri de gratiis qualecunque interesse Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera, ejusque libris intra certum tunc expressum tempus præsentandis, insinuandis, & registrandis, itaut præsentes literas ibidem præsentari, vel insinuari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ac dictæ Cameræ aliisve quibuslibet Statutis, regulis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Cameræ, ac quibusvis aliis sua quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis confirmatis, & approbatis ac pluries, & quanticunque civibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter ac exactissime, & accuratissime expressis, insertis, & servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Februarii MDCXCIII. Pontificatus Nostri Anno secundo.

J. F. Card. Albanus.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, die vero tertia mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N.D. Innocentii Divina Providentia Papæ Duodecimi anno secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Agapitum de Magistris ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Joannes Gracus Magister Curs.

APPENDIX

AD CONSTITUTIONES
Super Locis Montium.

Innocentii Papæ Undecimi Confirmatio Provisionum, Ordinationum, & Taxarum, pro recta Montium Romanæ Curiæ, ac negotiorum, scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Motu proprio &c. Cum recol. mem. Clemens VIII. Prædecessor noster ad tollendas fraudes, quæ in Resignationibus locorum Montium Romanæ Curiæ ad Cameram Apostolicam, ac etiam Religiones, Communitates, Domicellos, & alios spectantes a Secretariis dictorum Montium in præjudicium ejusdem Cameræ, aliorumque prædictorum committebantur, sua motus proprii Cedula die 15. Maii 1600. publicata certam formam desuper præscripserit, ac plures Ordinationes, Decreta, & mandata etiam pœnalia in contrafacientes, promulgati jusserit, prout in ipsa motus proprii Cedula latius continetur, ad quam &c. Cumque anno 1608. similis memoriæ Paulus V. pro tollendis præjudiciis, abusibus, difficultatibus, & impedimentis, quæ circa præfatos Montes irrepserant, Congregationem super eisdem Montibus cum diversis facultatibus, Privilegiis, & Auctoritatibus deputaverit, ac subinde varias Provisiones, Ordinationes, & Taxas, quas eadem Congregatio pro recta eorundem Montium, ac negotiorum, Scripturarumque ab iis dependentium administratione, & gubernio anno 1615. edidit, alia motus proprii Cedula confirmaverit, ac expresse servari jusserit modo, & forma in eisdem Cedulis contentis, ad quas relationem haberi volumus. Cumque anno 1671. omnes dictorum Montium Secretarias in unum a fel. record. Clemente X. etiam sub aliis certis Regulis, & Ordinationibus redacta idem Pontifex Didaco Ursayæ Clerico Policastrensi sua vita naturali durante concesserit in alia motus proprii Cedula, & Chirographo ab eodem Pontifice Clemente diebus 7. & 17. Septemb. anni 1671. subsignatis, ad quæ pariter relationem haberi volumus. Nuper vero die 21. Junii 1688. proximi præteriti idem Didacus Ursaya Officium dictarum Secretariatum in manibus nostris sponte renunciaverit. Nosque Populi Nobis commissi utilitati, ac publicæ commoditati omni studio invigilantes, & considerantes unius personæ industriam tanto onere fere imparem esse, quodque si in tali ministerio plures assumerentur, major exinde utilitas publico commercio, & longe major in expediendis negotiis facilitas resultaret, quodque ita quoque indemnitati nostræ Cameræ aptius consuleretur, dum eveniente obitu unius Secretarii possent alii æque idonei, & informati usque ad novam Successoris deputationem, illius vices supplere absque ullo publici servitii detrimento. Propterea dictam renunciationem admittentes, Officium dictarum Secretariarum in quatuor æquales portiones distincte, & separatim, per quatuor personas diversas exercendas, & administrandas diviserimus, & separaverimus modo, & forma, ac ex causis, & rationibus in motus proprii Cedula manu nostra desuper subsignata plenius contentis, & expressis. Successive autem ad dirimendos abusus, multosq; casus noviter exortos declarandos injunxerimus Josepho Renato Imperiali Thesaurario nostro, ut provide occurreret, quod Montes præfati, ac Scripturæ, & negotia ab eis dependentia omnia debita fidelitate administrarentur, ac respective custodirentur, pœnasque suo arbitrio in contrafacientes irrogaret, idem ulterius committendo, ut ad removenda gravamina, quæ circa solutionem emolumentorum, ac mercedem tam Secretariis, quam aliis Officialibus eorundem Montium debitorum congruas Provisiones, Taxas, & Ordinationes desuper statueret. Cumque idem Thesaurarius noster auditis pluribus Personis de præmissis informatis, matureque perpensis reformatione d. Pauli V. atque etiam Chirographis Gregorii XV. Urbani VIII. & Clementis X. super eisdem Montibus diebus 3. Decembris 1622. 13. Januarii 1624. ac 12. Septembris 1671. respective signatis, necnon etiam Decretis a Congregatione super eisdem montibus deputata occasione plurium casuum particularium emanatis, bannimentis quoque, aliisque Ordinationibus desuper factis, & editis infrascriptas Provisiones, Ordinationes, & Taxas a Secretariis, & Prosecretariis, Depositariis, Computistis, aliisque Officialibus, & Ministris, nec non etiam eorundem montium Proxenetis pariter servandas sub certis pœnis pro-

che Montista, e non essendosi dall'Erede fatta la translatione de' Monti Ereditarii, sia lecito a medesimi con la giustificatione della morte impedirgli l'esattione de' frutti; si dichiara però, che per la remotione di tal impedimento non possano pretendere cosa alcuna, ne meno il giulio dell'ordine; & in caso, che li Depositarii pagassero, non ostante tal impedimento, siano tenuti sodisfare del proprio à Segretarii tutti quelli emolumenti, che doverebbero conseguire dall' Erede, per la translatione in conformità della presente Tassa; E li Segretarii, e Prosegretarii debbano all' incontro spedirgli le Patenti, e dargliele rinovare, con farsi però prima consegnare copia autentica delli Testamenti, e Dispositioni fatte dalli defonti, & havuta diligente, & esquisita consideratione alli detti Testamenti, e Dispositioni, & à tutte le conditioni, e vincoli apposti in essi, e non essendovi Testamento, ne dispositione alcuna alla fede, e scritture, che da detti Eredi per verificare, e giustificare le loro successioni se gli presentaranno, con avvertire anco che siano sufficienti, ciò s'intenda mentre non preceda Decreto di Giudice competente di Roma; ma essendovi decreto di Giudice si eseguiscano li detti Decreti, e li Mandati, & Ordini, che per vigore di essi fosse si spediranno, con avvertire però, che non essendo detti Mandati, & Ordini di Monsig. Tesoriere Generale pro tempore, habbiano l' *Exequatur* del medemo Monsig. Tesoriere, ne in materia de luoghi de' Monti, potranno li Segretarii, ò Prosegretarii dare essecutione à Mandati di qualsivoglia altro Giudice, senza l' *Exequatur* sudetto di Monsig. Tesoriere; Et in dette Patenti rinovate devano li Segretarii, e Prosegretarii sudetti mettere, & inserire, prima per extensum tutti li vincoli, e conditioni che si trovaranno essere nelle Patenti spedite in testa del morto, e poi fare anco mentione degl'altri, che saranno nelli Testamenti, Dispositioni, Decreti, e Mandati sudetti, secondo il loro tenore, e ricevute, che haveranno le giustificationi necessarie, doveranno spedirgli le Patenti in termine di giorni quindici sotto l'infrascritte pene.

CAP. II.

Tassa delli Emolumenti di Rinovationi nelli figliuoli, & altri descendenti per retta linea.

PEr la quale rinovatione facendosi a favore de' figliuoli, nepoti, & altri descendenti per retta linea del defonto; si statuisce, decreta, & ordina, che non si debba far pagare, nè riscuotere cosa alcuna, nè per il giulio de' Sensali, nè per il giulio del Collegio, nè per il giulio del Reggentato, nè per li Computisti, ò Procomputisti, nè meno per il giulio applicato all' Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati, nè li due giulii dell'Abbondanza, nè li quattro giulii della Mensa di Policastro rispetto al Monte fede; E quanto alli Segretarii, e Prosecretarii possino pigliare per qualsivoglia Patente un giulio per la carta, laccio, cera, e cassetta con proibirsegli espressamente, che senza la sudetta cassetta non si possino consignare le Patenti, e consegnandosi, ne siano ancor sottoposti ad altre pene ad arbitrio di Monsignor Tesoriere; & oltre il sudetto giulio non possano havere, rescuotere, nè pigliare per loro mercede, più dell'infrascritte somme.

Sino à trè luoghi inclusivè, trè giulii.
Sino à sei luoghi inclusivè, quattro giulii.
Sino à dieci luoghi inclusivè, sei giulii.
Per dieci luoghi, fino à venti inclusivè, otto giulii.
Da venti, fino à qualsivoglia somma, e quantità de' luoghi, uno scudo, e non più.

Ne questa Tassa possa in alcun modo alterarsi, ò accrescersi sotto pretesto, che luoghi de' Monti siano parte vincolati, e parte liberi, overo, soggetti à diversi vincoli; ma li Segretarii, e Prosegretarii debbano fare un conto solo per ogni specie di Monte.

Dichiarandosi, che la sudetta Tassa devasi inviolabilmente osservare nelle translationi, che si fanno nelli figlivoli, ò altri descendenti per retta linea à causa di legitima, di legato; ò per qualsivoglia altro titolo, ancorche particolare, & ancora nelle rinovationi in virtù di donatione, ò altro titolo singolare per contratto anco inter vivos, purche l'effetto di esso sia conferito dopo la morte del Padre, ò di altro ascendente.

E rispetto alle doti quando l'assegna si facci dal Padre alle figliuole, doverà parimente esigersi solamente la sudetta Tassa, purche la translatione non si faccia in persona del marito, nel qual caso pottranno esigere la Tassa, come se seguisse à favore di estraneo, e come si dispone nel Cap. V.

Similmente si dichiara, che dovendo fare rinovatione à favore de' figliuoli, & altri descendenti per retta linea come sopra, se li detti figliuoli, ò altri descendenti saranno più persone, li Segretarii, e Prosegretarii senza loro richiesta non possano spedire, che una sol Patente à favore di tutti.

In oltre si dichiara, che rimanendo li Monti per dispositione del Testatore sotto nome dell'istesso Testatore, ò facendosi la translatione, ò rinovatione à favore, ò sotto nome di Primogenitura, e non di figliuolo primogenito specialmente nominato, ò vero sotto nome di Eredità, fideicommisso, ò altro nome perpetuo, benche li successori fossero figli, ò altri descendenti, in questi casi li Segretarii pottranno esigere intieramente alla ragione delle translationi, e rinuovationi delli estranei, come si dipone al Cap. V.

CAP. III.

Tassa per le rinovationi delli ascendenti, e re transversali in primo grado.

E Non essendo li Eredi descendenti per retta linea, ma Padre, e Madre, ò altri ascendenti di qualsivoglia grado, ò vero transversali di primo grado, cioè fratelli, ò sorelle ancorche uterini, li Segretarii, ò Prosegretarii possino nelli sudetti casi pigliare, e riscuotere per la loro portione il doppio della sopradetta Tassa, come sopra stabilita nella rinovatione de descendenti, & in oltre il giulio per l'Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati, e li due giulii dell'Abbondanza per ciaschedun luogo.

E perche puole succedere, che essendo stati transferiti luoghi de' Monti in un descendente Erede gravato, per la morte del quale devasi fare la rinovatione in un figliuolo del defonto, chiamato al fideicommisso Paterno; si dichiara, che in questo, & altri casi simili per riguardare la Tassa dovuta per la translatione, si attenda il grado dell'ultimo defonto, dalla persona del quale li luoghi de Monti devono transferirsi.

CAP. IV.

Tassa per le Patenti vincolate.

E Tutto ciò s'intenda, quando nelle Patenti, ò vecchie, ò da rinovarsi non vi siano vincoli, nè conditioni di sorte alcuna, ma essendovi, e dovendosi far mentione di essi si concede, che li detti Segretarii, e Prosegretarii possino pigliare, e riscuotere un giulio di più solamente per chiaschedun a Patente, e per ragione del vincolo, ne possano prendere di vantaggio, ancorche fossero più vincoli, e la Patente contenesse qualsivoglia quantità di Monti; osservando nel resto sempre le sudette Tasse, nel modo, che si è detto di sopra, e senza che si possino moltiplicare in conto, nè modo, nè maniera alcuna.

CAP. V.

Tassa di Rinovatione transversali oltre il primo grado, & in tutti li estranei.

E Se gli Eredi saranno oltre il primo grado de transversali, ò vero estranei, potranno li Segretarii, e Prosegretarii de' Monti tanto Camerali, quanto Communità, e di Religione esigere secondo la Tassa, à ragione delle rassegne, delle quali si parla nel Cap. XV. eccetto però il giulio detto de' Sensali.

E trattandosi de' Monti Baronali, doverà osservarsi la Tassa di sopra stabilita nel Cap. III. delli ascendenti, e transversali di primo grado.

CAP. VI.

Tassa delle Rinovationi per causa di legato.

E Le sudette Tasse, e Regole fatte nelli casi delle successioni, doveranno inviolabilmente ancora osservarsi nelle translationi da farsi per causa di legati, di modo tale, che ne' legati similmente si osservi la persona del Testatore, cioè se sia ascendente, ò de-

descendente, ò transversale, ò estraneo, & in tutto, e per tutto, come si è detto di sopra.

Dichiarandosi, che nelli legati, che si faranno sopra specie certa de' Monti, ò vero de' luoghi de' Monti in genere, ma da Testatore, che habbia una sola specie de' Munti, li Secretarii, ò Prosecretarii non potranno essigere, che una sola translatione direttamente dalle persone del Testatore, in quella del Legatario, ma se si tratterrà di detto fatto de' luoghi de' Monti in genere, & il Testatore haverà diverse specie de' Monti, cioè di diversa erettione, benche siano dell'istesso valore, in tal caso doveranno farsi, & essigersi l'emolumenti per due translationi, cioè la prima de farsi in persona dell'Erede, e la seconda dall'Erede nella persona del Legatario.

CAP. VII.

Dichiaratione in torno a dette Rinovationi.

Si dichiara, che morendo alcuno, che havesse luoghi de' Monti in persona d'altri à sua dispositione, e che quelli in persona, de' quali fossero detti luoghi, à per Testamento, ò in qualsivoglia altro modo gli succedessero, ò restassero Eredi, in tal cosa li detti Eredi, e successori per essere la detta riserva, non siano obligati, nè tenuti, nè possino essere astretti à renovare dette Patenti, ma gli bastino, e suffraghino in detto modo, e li luoghi restino, e corrino in persona loro liberamente, e senza risserva alcuna, mentre però li defonti Reservatarii di detta dispositione, non habbiano fatto Testamento, ò in quella habbino sottoposti li detti luoghi à vincoli, ò fideicommissi, ò altre dispositioni, nel qual caso, acciò che li detti Segretarii, e Prosegretarii, & altri possino sempre havere notitia di detti vincoli, ò fideicommissi, e dispositioni, basterà, che faccino mentione di quelli à tergo delle dette Patenti, & in margine del libro, dove saranno registrate; e per detta nota, & attergatione, non possino pigliare, ne riscuotere nelli casi sudetti più delle infrascritte somme respettivamente, cioè ne casi de descendenti possino li detti Segretarii riscuotere la medema Tassa detta di sopra nelle rinovationi de' discendenti, e ne casi di ascendenti transversali di qualsivoglia grado, ò vero estranei il doppio della sudetta Tassa.

CAP. VIII.

Tassa per le fedi, che si danno à Montisti.

Io oltre occorendo, che alcun Montista pro tempore, tanto de Monti spettanti alla Camera Apostolica, quanto alle Communità, Duchi, Baroni, ò altre Persone particolari per qualche suo interesse domandasse, e facesse instanza di haver fede delli luoghi de Monti, che haverà alla giornata; si ordina, e commanda, che li Segretarii, e Prosegretarii di ciascheduno delli sudetti Monti siano tenuti, & obligati dargli la detta fede sottoscritta da essi per extensum nel modo, e forma, e con le conditioni, che si troveranno espresse nelle Patenti, e loro Registro in tutto, e per tutto; e per detta fede essendovi li Monti liberi, & d'una istessa specie, e qualità, non possino li Segretarii, ò Prosegretarii sudetti, sotto le pene, che si esprimeranno più à basso, domandare, pigliare, e riscuotere più di due giulii, & essendo partite diverse, ò dell'istesso, ò d'altri Monti differenti, e per questo bisognando far fedi distinte, non possino pigliare più d'un giulio simile per qualsivoglia altra fede, e partita, ancorche dette fedi da darsi in ciascheduno delli detti casi contenessero, & abbracciassero più, e più luoghi per ciascheduna di esse: & essendo li luoghi, de quali si dà la fede, vincolati, non possino li medemi Segretarii, ò Prosegretarii, pigliare, ne riscuotere più di trè giulii per qualunque fede, che daranno sottoscritta da loro, come sopra, etiam che la Scrittura fosse eccessiva, e lunghissima, e contenesse più vincoli, e li luoghi espressi nella sudetta fede, ò fedi ascendessero à qualsivoglia somma e quantità, come si è detto di sopra; & essendo partite diverse vincolate, & per questo bisognando far fedi distinte non possino essigere più d'un giulio per partita e fede come sopra si è disposto delli luoghi di Monti liberi, non dovendosi (essendo diverse fedi) considerar differenza trà li luoghi de Monti liberi, e vincolati.

CAP. IX.

Che dette fedi si diano à chi le vorrà, e loro emolumento.

E Perche anco puole facilmente accadere, che li Creditori, overo Patenti di alcun Montista, ò altre Persone particolari per qualche loro fine, e rispetto habbino di bisogno di haver fede delli luoghi de Monti, che tiene, e possiede il Montista, con il quale hanno interesse, e che però faccino instanza di haver detta fede; si ordina, e commanda, che anco in questo caso siano li detti Segretarii, e Prosegretarii tenuti, & obligati dar la detta fede, à chi la domandarà per extensum, e con le conditioni, e nel modo, e forma, che si è ordinato di sopra; e per la detta fede non possino li Segretarii pigliare, ricevere, e riscuotere più di trè giulii indistintamente per ogni volta, che sia una partita sola, & essendo più partite, possino essiggere un giulio di più per ogni partita, e ciò s'intenda, ancorche li luoghi fossero vincolati, e le fedi contenessero più, e diversi luoghi, e la Scrittura fosse eccessiva fuor di modo, come s'è detto di sopra.

CAP. X.

Tassa per li Oblighi, e cassationi de medemi di nihil transeat inhibitioni, & altro.

E Per toglier via, e provedere à tutti gli ostacoli, & impedimenti, che potrebbero nascere in evento, che alcun Montista, ò Creditore di detti Monti volesse per qualche rispetto, e per qualsivoglia causa obligate, & ipotecare li suoi luoghi à favore de Creditori, ò altre Persone in qualsivoglia modo, ò vero sottoporli à vincoli, e conditioni; si ordina, e commanda, che li Segretarii, e Prosegretarii, havuto prima diligente, & esquisita consideratione in veder se li luoghi, che si vogliono obligare, siano liberi, e capaci d'oblighi, e vincoli, ò altre conditioni, e ritrovatili tali, si debbano alla presenza de Testimonii, conforme il solito, rogare di detti obligi, ipoteche, ò suppositioni, con fare anco nota di quella à tergo delle Patenti, & in margine del Libro del Registro di esse, e nelli loro Brogliardi, acciò sempre tanto da essi, quanto dalli loro successori, se ne possi haver notitia, per schivare tutti gli errori, che si potrebbero dopo commettere, se detti luoghi si risegnassero, e per mercede di detto Rogito, e nota non possino pigliare, ne farsi pagare più dell'infrascritte Somme, cioè

Per un luogo fino à trè inclusivè, due giulii.
Per trè luoghi fino à sei inclusivè, trè giulii.
Per sei luoghi fino à dieci inclusivè, cinque giulii.
Per dieci luoghi fino à venti inclusivè, 8. giulii.
Per venti luoghi fino à qualsivoglia somma, e quantità, un Scudo solamente, e non più.

E la medema Tassa si osservi nelle cassationi, & annullationi di detti oblighi, di vincoli, ipoteche, cassationi di moltiplici, nelle cassationi delle riserve de frutti, nelle cassationi di fideicommissi per causa di Legitima, ò Trebellianica, da farsi sempre di consenso espresso di tutti quelli, che haveranno interesse, ò d'Ordine, e Mandato di Giudice competente con l'*Exequatur* di Mons. Tesoriere Genera e pro tempore.

Si prohibisce però alli Segretari, & Prosegretarii, che non possino essiggere cosa alcuna per Annotatione di Essecutione, che con Mandati de Giudici, & *Exequatur* di Mons. Tesoriere, ò con Mandati di Mons. Tesoriere si facesse sopra de Monti, ne per appositione di nihil transeat, inhibitioni, ò sequestri, nè per la cassatione de medesimi se saranno temporanei, e limitati; e se li luoghi de Monti si venderanno, ò transferiranno doppo spirato il tempo prefisso nelli sudetti nihil transeat, ò sequestri, & inhibitioni.

E si dichiara ancora, che li nihil transeat, sequestri, & Inhibitioni, le quali si concedono senza citatione di parte, se in essi non sarà specificato da Mons. Tesoriere il tempo, si intendano doversi osservare per un mese solamente, e spirato detto mese non doveranno attendersi.

Si concede alli detti Segretarii, che per l'appositione delle riserve de frutti da farsi à favore di qualsivoglia persona, tanto perpetuo, quanto ad tempus, possa-

possano essiggere à ragione di un' giulio per luogo, eccettuato però quando li Reservatarii fossero semplicemente Tutori, Curatori, Essecutori Testamentarii, ò Amministratori di maniera, che la riserva non resti à proprio commodo delli Reservatarii, nel qual caso doverà considerarsi, come semplice vincolo.

Si dichiara però per quello riguarda la detta Riserva de frutti, che quando questa segue in vigore di Testamento, ò di Contratto unitamente nell' atto nella translatione, ò rassegna, in questo caso non possano prendere cosa alcuna di più dell' emolumento dovuto per la translatione, ò rassegna.

C A P. XI.

Che le Tasse dette non possino alterarsi.

SI dichiara espressamente, che le sudette Tasse non si possino alterare, ne moltiplicare in maniera alcuna, ma s'intendono sempre inclusivamente in tutti li casi sudetti nel modo, che si è espresso, & ordinato nelli capitoli precedenti, nè possino moltiplicarsi ti conti nella medema specie de Monti, ancorche le cassationi si facessero di vincoli diversi.

C A P. XII.

Produttione, fede, restitutione, e recognitione di Scritture, e loro Emolumento.

E Per proveder anco, che li Montisti di detti Mònti non siano gravati, così nella produttione, e restitutione di Scritturæ, e Cedule di sopravivenze, che appresso detti Segretarii si producono, come nelle recognitioni di dette Scritture, ò Fedi di Procure, ò Bolletini, che danno con attestare, che uno sia Procuratore, & altre cose simili, si è stabilita, e fatta l'infrascritta Tassa, da osservarsi inviolabilmente dalli Segretarii, e Prosegretarii di tutti li sudetti Monti.

E prima per produttione de Testamenti, Codicilli, Fideicommissi, Cedole Bancarie, Cedole di Sopravivenze, Mandati di Procura, Mandati, & Ordini di Giudici, ò qualsivoglia altre Scritture di qualsivoglia sorte, non possino ii detti Segretarii, e Prosegretarii pigliare, e riscuotere cosa alcuna.

Per la restitutione di ciascheduna di dette Scritture con lasciarne copia collationata, non essendo la copia della Scrittura eccessiva, di modo, che non possi due carte, possino li medesimi Segretarii, e Prosegretarii per detta copia riscuorere due giulii; & essendo la Scrittura da due carte in sù, possino pigliare, e riscuotere li detti due giulii, & un grosso solamente, non più per ciascheduna di quelle carte, che eccederà il numero di due, e le facciate devono essere secondo la Tassa, e forma stabilita dalla san. mem. di Paolo V. nella Riforma de Tribunali nel §. 20. tit. de Registris, & extractibus, & exemplis, seu Copiis.

Per ciascheduna fede di Procura, ò Ordine, ò altra attestatione per pagar frutti, ò che alcuno sia Erede, e cose simili, un giulio, & essendo la Scrittura più di due carte, possino pigliare, e riscuotere un grosso per carta solamente, e non più, come si è detto di sopra.

Per recognitione de Testamenti, Procure, Cedole di Sopravivenze, & altre Scritture di qualunque sorte, ancorche fossero più Testimonii à riconoscerle, un giulio per ciaschedun pezzo solamente.

Avvertano, che se saranno Scritture prodotte in una produttione sola, e per l'istessa causa, non possino riscuotere per detta recognitione più di due giulii, ancorche le Scritture fossero più, e diversi pezzi, e si riconoscessero da più Testimonii.

C A P. XIII.

Avvertimenti à Segretarii nell' ammettere le rassegne in genere & in specie di Donne, e minori.

DI più per rimediare alle liti, e confusioni, che per li tempi passati sono ben spesso accadute per colpa, e negligenza d'alcuni Segretarii, che hanno ammesse le rassegne di Monti senza veder le Patenti, e senza aggiustare, & accommodare li Registri, e Scritture, & attendere, e considerare se li luoghi si potevano rassegnare, ò nò; si ordina, e commanda espressamente, che per l' avvenire tutti li Segretarii, e Prosecretari sudetti nell'atto delle rassegne da farsi, siano tenuti, & obligati, prima di accettar esse rassegne, farsi mostrare, e vedere le Patenti spedite, per le quali costi, & apparisca il Credito di quel tale, che vorrà rassegnare, & avvertire con diligenza, che li luoghi de Monti da vedersi, e rassegnarsi in qualunque modo, si possino rassegnare liberamente, e li rassegnanti, ò siano Principali, ò Procuratori habbiano tutti li requisiti necessarii, & essendo li luoghi riservati alla dispositione d'alcuno, ò vero obligati per qualche evittione, ò per dote, ò per altro, ò soggetti à vincoli, ò Fideicommissi, ò in qualsivoglia altro modo affetti, non possino li detti Segretarii, e Prosegretarii ammettere, ricevere, ò rogarsi di dette rassegne in conto, modo, ò maniera alcune sotto qualsivoglia pretesto, colore, e causa, se prima non haveranno il consenso del Reservatario di detta dispositione, essendo li luoghi affetti alla dispositione d'alcuno, e nel resto se non haveranno il consenso di tutte le Parti interessate in qualunque modo, overo Mandato, & ordine sufficiente di Giudice competente, con l'*Exequatur* di Mons. Tesoriere, ò vero con Mandato del medemo Mons. Tesoriere.

Nè possino li Segretarii, e Prosegretarii ammettere rassegna libera di luoghi soggetti alla clausula *Dummodo Possessio* &c. ò ad altro vincolo, che havessero senza Mandato di Mons. Tesoriere, ò di altro Giudice competente con l'*Exequatur* del medemo Mons. Tesoriere.

Si ordina ancora espressamente à Segretarii, e Prosegretarii, che non possano da se stessi ammettere, ò ricevere rassegne, ò attergationi di luoghi de Monti, spettanti à Donne, ò Minori, se non per quei luoghi de Monti, che le Donne, ò Minori havessero comprati con loro proprii denari, costandone dalli Rogiti delle rassegne fatte à loro favore; mà per altri luoghi de Monti, che havessero le Donne, ò Minori, non possano ammettere loro rassegna nè dispositione alcuna, se non con legitimo Mandato di Procura fatto con le solennità necessarie, ò vero con Mandato di Monsignor Tesoriere, ò di altro Giudice competente con l' *Exequatur* del medemo Monsignor Tesoriere.

C A P. XIV.

Diligenze da osservarsi da Segretarii nelle rassegne, estrattioni, & Estintioni dei Monti.

IN ciascheduno di detti casi vendendosi tutti li luoghi contenuti nelle Patenti da rassegnarsi come sopra, li detti Segretarii, e Prosegretarii debbano tener le appresso di loro, e custodirle in una filza, quale si ordina, e comanda, che per dett'effetto debbano continuamente tenere, e non rassegnando tutti i luoghi, debbano notare à tergo delle medeme Patenti, ò in piedi di esse il numero delli luoghi rassegnati, con il giorno della rassegna, per evitare tutti gli errori, che nelle susseguenti rassegne si potrebbero commettere, detta nota si facci anco nel Broliardo, e nel Libro del Registro in margine della Patente, li luoghi della quale si rassegnaranno con fare anco mentione delli consensi, Ordini, e Mandati sudetti, caso che v'intervenghino, tutte le sudette diligenze siano anco tenuti di fare, & esseguire li Segretarii nell' estrattioni, & estintioni de'luoghi de Monti, à finche in tutti li casi le cose vadino, e passino per li suoi ordini, e nel modo che devono.

C A P. XV.

Tassa per Rassegne.

NElle vendite de'Monti di qualsivoglia sorte, tanto Camerali, quanto Baronali, Communità, e Religione, & alti Monti di Roma, si vacabili, come non vacabili, eccettuati il Monte Fede, & il Monte Novennale, li Segretarii, e Prosegretarii esiggano à ragioni di giulii nove per ciaschedun luogo, che si rassegna, ò vende, cioè.

Due giulii per sua rata.
Un giulio per l'Archiconfraternità de' Carcerati.
Un giulio per il Computista del Monte.
Due giulii dell' Abbondanza.
Il giulio del Reggentato.
Il giulio del Collegio.
Et il giulio detto de' Sensali.

Et in oltre li Segretari possino essiggere un giulio per la

per la carta, laccio, cera, e cassetta per ciascheduna Patente, e non per ciaschedun luogo.

In oltre possano essigere un'altro giulio per ciascheduna Patente in caso che vi sia alcun vincolo.

Nelle Rassegne del Monte Fede.

Detti Segretarii potranno essigere giulii dodici per ciaschedun luogo.

E sono giulii quattro per sua rata con li pesi del Computista, & altri.
Un giulio per la Pietà de' Carcerati.
Due giulii dell'Abbondanza come sopra.
Quattro giulii detti della Mensa di Policastro.
Et il giulio detto de' Sensali.

E più potranno essigere due giulii per ciascheduna Patente vincolata, & una per ciascheduna Patente libera come sopra.

Nelle Rassegne del Monte Novellane.

Potranno essigere alla ragione di giulii dieci per ciaschedun luogo, cioè.

Giulii trè, e mezzo per sua rata.
Il giulio del Computista.
Li due giulii dell'Abbondanza.
Il giulio de' Sensali.
Il giulio della Pietà de' Carcerati.
Mezzo giulio per il Collegio.
Un giulio del Regentato.

E più potranno essigere due giulii per ciascheduna Patente vincolata, & uno per ciascheduna Patente libera come sopra, nè possano essigere cosa alcuna di vantaggio, oltre le sudette Tasse per causa di eccessività di scrittura, ò perche li vincoli siano molti, ò per qualsivoglia altro pretesto.

Nelle rassegne, ò vendite, translationi, che si fanno in sodisfatione di debiti, legati, doti, in caso di retrocessione, deliberatione, ò altri contratti, ne' quali non è intervenuta opera di Sensale, non deve essigersi la gabella del giulio de' Sensali.

C A P. XVI.

Dichiaratione della sudetta Tassa.

SI dichiara, che nelle translationi, che si fanno dal Padre nelli figliuoli in virtù di donatione, per causa di dote, e per qualsivoglia titolo singolare, ancorche per contratto inter vivos, non possino li Segretarii essigere secondo la Tassa del Cap. prec. ma solamente alla ragione, che si è detto de Patre in filium nel cap. 2. con le dichiarationi ivi espresse.

Di più in ordine alle doti, si dichiara, che venendo il caso della rinovatione de' Monti dotali da farsi à favore della Moglie per la morte del Marito, in tal caso, se li luoghi de' Monti erano stati assegnati al Marito per fondo dotale, la Donna non debba pagare se non alla ragione di cassatione di vincoli, e secondo la tassa espressa nel cap. 10. & all' incontro se la dote sarà stata data stimata, li Segretarii potranno essigere interamente alla ragione detta di sopra nel cap. anteced. al §. fin. dove si parla delle rassegne, nelle quali si eccettua solamente il giulio del Sensale.

Così ancora si dichiara, che facendosi divisione trà fratelli de' luoghi de Monti Ereditarii del Padre doppo seguita la rinovatione delle Patenti dal Padre nelli medesimi, li Segretarii non possano essigere emolumento alcuno.

Ma se per contratto trà medesimi fratelli da uno di essi si facesse assegnatione all'altro di portione maggiore di quella che gli fosse pervenuta per heredità, in questo caso solamente per quella rata, che si rassegna di più della portione ereditaria possano essigere intieramente, cioè alla ragione, che si è detto di sopra nel cap. anteced. dove si parla delle rassegne, senza l'intervento del Sensale, e per la portione hereditaria possano solamente essigere à ragione di cessatione di vincolo, e secondo la Tassa stabilita nel cap. 10.

C A P. XVII.

Ordini circa li duplicati delle Patenti e circa la restitutione del prezzo nell' Estrazione.

OCcorrendo, che alcun Montista tanto de' Monti vacabili, quanto non vacabili havesse perduto, e smarrito sue Patenti, e per haverle appresso di se ne volesse un duplicato, ò vero volesse rassegnare li suoi luoghi, ò pure, perche gli fossero stati estratti, volesse il prezzo di essi, si ordina, e comanda, che trovandosi detto Montista essere creditore nelli Libri del Registro, e liste del Monte, li luoghi del quale, ò vorrà rassegnare, ò saranno stati estratti, ò per li quali sarà instanza del duplicato, se gli debba (cioè volendo lui il duplicato) dare, e spedire per *extensum*, e nel modo, e forma che si ritrovaranno le patenti registrate nel Libro del Registro, con la sottoscrittione di Monſ. Tesoriere, e del Segretario, e farè in principio delle Patenti in lettere majuscole, *Duplicatum expeditum die tali*; & in detto caso, havendo il sudetto Montista venduto prima alcuno de' luoghi contenuti nelle Patenti, il duplicato delle quali si domandarà, ò vero essendo alcuno di detti luoghi stato estratto, debbano li detti Segretarii, e Prosegretarii farne mentione in piedi, ò atergo di dette Patenti duplicate, che daranno, per poterne haver sempre notitia, e schivare tutti gli errori, che doppo potrebbero succedere; e volendo il detto Montista rassegnare, se gli debba ammettere la rassegna nel modo però, e con attendere tutte le circostanze espresse di sopra, & essendo estratto, se gli faccia consegnare il prezzo delli luoghi estratti, secondo l'estrattioni seguite, e le qualità delli luoghi estratti, cioè essendo liberi liberamente, e dovendosi reinvestire per investire nel modo; o forma, e con le conditioni espresse nelle dette Patenti e loro registro, e non altrimente; dando però prima in ciascheduno di detti casi l'istesso Montista, ò Montisti in conformità, e secondo la forma della Constitutione di Clemente VIII. sicurtà idonea di pagare, e restituire il prezzo delli luoghi da rassegnarsi, ò espressi in detto duplicato, e da consegnarseli respettivamente se sarà estratto ad ogni mandato, ò ordine, etiam extrajudiciale di Monſ. Tesoriere, ò di altro Giudice competente, e tal sicurtà doverà darsi per gl'atti di Giudice competente, con spedirne doppo detta sicurtà Mandato nell'istesso Giudice, non l'*Exequatur* di Monſ. Tesoriere, ò vero detta sicurtà doverà darsi per gl'atti de' Segretarii di Camera, e con spedirne mandato del medemo Monſ. Tesoriere.

C A P. XVIII.

Emolumenti per detti duplicati.

E Quanto alli Emolumenti di detti duplicati si dichiara, ordina, e comanda, che non possino li Segretarii, e Prosegretarii sudetti riscuotere, nè pigliare più di due giulii, oltre il giulio della carta, e cassetta per qualsivoglia Patente spedita per duplicato di tutto punto, ancorchè contenghi qualsivoglia quantità, e numero de luoghi, e la scrittura, ò per conditione, ò vincoli, ò oltre sia eccessivissima; & in detto caso anco stano tenuti, & obligati li detti Segretarii, e Prosegretarii descrivere, e notare in margine del Registro delle Patenti, il cui duplicato spediranno, che è stato spedito il duplicato, ò vero li luoghi contenuti nella Patente registrata, sono stati rassegnati, ò essendo estratti, che il loro prezzo è stato consegnato, non siano state restituite le Patenti originali, e che il tutto è stato fatto con mandato, come sopra, acciò che delle cose sudette tanto essi, quanto li suoi successori nel loro Carico ne possino haver sempre notitia.

C A P. XIX.

Ordini da osservarsi nelle estrattioni, ò estintioni de Monti, e Tasse ne sudetti casi.

E Per provedere anco, che l'estrattioni, che si fanno d'alcuni Monti, vadino, e passino con ogni sincerità, e fedeltà, e per dargli qualche sesto, e forma, acciò che nessuno sia aggravato in quelle, si statuisce, ordina, e comanda, che per l'avvenire l'estrattioni, che si haveranno da fare, si faccino sempre, come si costuma al presente, d'ordine, & alla presenza di Monſ. Tesoriere Generale pro tempore, e che li sacchetti de' bollettini, dove sono descritti li nomi

nomi delli Montisti restino, e si lascino sempre in potere di Monf. Tesoriere, e di chi lui ordinarà sigillati con il suo sigillo; fatto che sarà una volta il sachetto, ò Bussolo di detti bollettini, non si possino variare, nè rinovare, fino che non saranno finiti di estrahere tutti li Montisti imbossolati; & in caso d'estrattioni avvertino li Segretarii per fuggire le confusioni, & errori, che li Montisti estratti siino in quel tempo creditori del Monte, e non habbino veduto prima, e che l'estrattioni si stampino, publichino, & affighino, al più lungo trè giorni doppo la sottoscrittione, che si farà dal detto Monf. Tesoriere Generale, con darne una al Computista, acciò possa accommodare le liste, e quello che è tenuto per ragione del suo Offizio, e tenersene appresso di loro 3. ò 4. e quelle custodire in filza con l'altre scritture per poterne semper dar conto; Et oltre alle diligenze sudette, quanto alli luoghi vincolati estratti, osservino puntualmente tutte le conditioni, e dichiarationi apposte, & espresse nelle Patenti, & avvertino di non dare per sè stessi ordine libero per la consegna del prezzo di essi in conto, ò maniera alcuna; ma essendo vincolati li Monti doveranno esprimere distintamente tutti li vincoli, a'quali soggiaciono, e tenghino un Brogliardo, ò Libro cartolato, nel qual notino, e registrino per *extensum* le quietanze, e cessioni, che saranno li Montisti, secondo il solito; e per la detta quietanza, e cessione, e per bollettino, ò ordine, ò fede che daranno, non possino riscuotere, nè pigliare più d'un giulio per qualsivoglia luogo estratto, e se il luogo estratto non sarà intiero, doverà pagarsi la rata del giulio alla detta proportione di un giulio per luogo, e questa del Montista, che farà la quietanza, e cessione, & essendo l'ordine de Monti vincolati, si concede ancora che possino prendere un giulio per il vincolo, per ogni ordine, e non più, benchè l'ordine contenesse quantità de Monti, e diversi vincoli, e la scrittura fosse eccessiva, e lunghissima.

Si dichiara, che se fosse seguita la morte del Montista prima dell'estrattione, ò estintione, e non fosse fatta la translatione in persona dell'Erede, ò Legatario, non doverà darsi detto ordine, se prima non sarà pagato l'emolumento della translatione; ma seguendo la morte doppo l'estrattione, ò estintione non possino prendere emolumento alcuno per causa di detta translatione.

C A P. XX.

Che non si prenda cosa alcuna da quelli, che voranno estrahere ò faranno ammessi à qualche Monte.

ORdinandosi nel resto espressamente alli Segretarii, e Prosegretarii sudetti, che per l'avvenire non possino riscuotere, nè pigliare, ò domandar mercede, ò mancia, regalo, ò recognitione di sorte veruna dalle parte, che voranno estrahere, ò siano Particolari, ò Communità, ò altre persone di qualsivoglia stato, grado, ò conditione, nè meno da quelli, che saranno ammessi per l'avvenire in qualche Monte, nè per recognitione, ne per registratura de'Mandati, è per il fare di detti bollettini, ò bussola, nè per causa di visura di scritture, nè sotto qualsivoglia pretesto tanto nelli sopradetti, quanto in altri qualsivoglia casi, non ostante tutti gli abusi, e frivole usanze, e consuetudini fin'ora introdotte, e tutte le altre cose, che facessero in qualunque modo in contrario.

C A P. XXI.

Speditione delle Patenti, e indigenza delli Segretari.

IN oltre à fin, che li Montisti, & altri siano spediti quanto prima si statuisce, e comanda, & ordina, che li detti Segretarii, e Prosegretarii debbano spedire di tutto punto le Patenti de Monti, che si rassegneranno, e transferiranno trà 15. giorni doppo le rassegne, ò translationi, & esortano da essere solleciti, diligenti, e di lasciarsi trovare à casa, poiche oltre le pene, che s'esprimeranno da basso, si puniranno rigorosamente, ò privaranno ad arbitrio di Monf. Tesoriera Generale pro tempore delle Segretarie, & Offizii sudetti.

C A P. XXII.

Che li Segretarii non possino ?. quistare Monti delle loro Segre-

E Conoscendosi chiaramente, che potendo li Segretarii de Monti vacabili comprar luoghi de' Monti sottoposti alla Segretaria, che hanno, ò essercitano in testa d'altri à loro dispositione possono ancora ando in caso d'infermità, ò di morte de'Titolari detti luoghi à loro posta, e senza servare la forma della detta Constitutione di Clemente VIII. variarli, e transferirli d'uno in un'altro, & accommodare le rassegne, ò translationi avanti la malatia di qualche tempo à gusto loro; e però per rimediare à questo s'ordina, e comanda, che per l'avvenire li Segretarii, e Prosegretarii di detti Monti vacabili, non possino havere, tenere, nè comprare luoghi de Monti vacabili, nè in testa propria, nè d'altri, etiam che fossero figlioli, ò Parenti, ò anco estranei, ò in altro modo direttamente, ò indirettamente à loro dispositione, ò haver interesse ancorche occulto in detti luoghi in conto, nè in maniera alcuna, sotto pena della perdita degl'istessi luoghi, che compraranno, e della privatione di dette Segretarie, da applicarsi il prezzo delli sudetti luoghi alla Reverenda Camera Apostolica, & un quarto all'Accusatore, & altre pene più gravi, e corporali, ad arbitrio di Monf. Tesoriere pro tempore.

tarie, & ordini circa li luoghi de Monti Vincolati.

Et in ordine alli Monti non vacabili, si comanda, & ordina à medemi Segretarii, che non possino comprar luoghi de'Monti, nè liberi, nè vincolati della Segretaria, che godono, & essercitano, ò goderanno, & esserciteranno, ne in persona propria, nè di altri, nè meno per la commodità de'frutti; e contravenendo, li Monti restino acquistati per un quarto all'Accusatore, e per il resto alla Rever. Camera, e volendo comprar luoghi de Monti vincolati dell'altre Segretarie non amministrate da loro, non possino farla senza licenza in scriptis de Monsig. Tesoriere.

C A P. XXIII.

Che non possino li Segretarii far Sensarie.

SI prohibisce, e comanda espressamente, che per l'avvenire li Segretarii, e Prosegretarii di detti Monti non possino, nè per stessi, nè per mezzo de' loro Ministri servitori, ò altra interposta persona ingerirsi, ne intromettersi direttamente, nè indirettamente nelle vendite, compre, e trattati de'luoghi de' Monti, et iam non sottoposti, nè soggetti alla loro Segretaria, & ingerindovisi sotto nome di parentella, ò pretesto d'amicitia, in qualsivoglia altro modo non possino pigliare, riscuotere, ò farsi pagare sensarie di sorte alcuna, nè meno fare à mezzo, ò altra partecipatione con sensali, a'quali parimente si prohibisce il far a parte, ò intendersi in altro modo con detti Segretarii, e Prosegretarii sotto pena quanto alli detti Segretarii, e Prosegretarii di ducento scudi per la prima volta d'applicarsi, come si dirà più à basso, e di scudi trecento, e privatione delle Segretarie per la seconda volta, & oltre pene più gravi ad arbitrio di Monf. Tesoriere Generale pro tempore, e quanto alli Sensali, & altri, che facessero à parte, ò s'intendessero con detti Segretarii, ò Prosegretarii sotto pena di 25. scudi, e di trè tratti di corda da darsegli in publico, per la prima volta, e di cento scudi, e l'esilio per dieci anni da Roma per la seconda volta, & altre pene maggiori, etiam corporali ad arbitrio come sopra.

C A P. XXIV.

Che li Segretari, e Computisti non possino tenere Sostituti senza licenza,

ET à fine, che le Segretarie, e Computistarie di tutti li detti Monti siano essercitate, e maneggiate come si conviene, e con ogni diligenza, integrità, e fedeltà dalli proprii Segretarii, e Computisti, ò altre persone intelligenti, e pratiche; d'ordine espresso di Nostro Signore si prohibisce, & espressamente ordina, e comanda, che per l'avvenire li Segretarii, e Computisti di ciascheduno di detti Monti non possino sustituire, ne deputare, ò surrogare in luogo loro alcuno senza espressa licenza da ottenersi in scriptis, e spedirsi gratis da Monf. Tesoriere Generale pro tempore sotto pena della perdita di dette Segretarie, e Computistarie da incorrersi ipso facto, e senza decreto, ò atto alcuno giudiciale, ò estragiudiciale, ancorche gli fossero state concesse da Nostro Signore, e dalla Santa Sede Apostolica, & à vita, etiam per titolo oneroso, ò in qualunque altro modo.

C A P. XXV.

Che siano compatibili li officii delle Depositarie, Secreta-

E Perche la Depositaria, Segretaria, e Computisteria d'un istesso Monte sono Officii incompatibili e come tali, acciò le cose vadino con ogni buon ordine, de-

rie, e Computistarie.

ne, devono essercitarsi, & ottenersi da persone differenti; però si rinuovano tutti i Decreti; e provisioni altre volte fatte in qualunque modo circa il sudetto particolare, e si dichiara, e decreta, che li medesimi Officii, come incompatibili, non si possino per l'avvenire ottenere, & essercitare da un'istessa persona, nè per se, nè per altri, ò in alcun altro modo.

C A P. XXVI.

Ordini intorno a sequestri, inhibitioni, & altre provisioni.

E Per provedere, che li Segretarii di detti Monti per l'avvenire habbino notitia, e restino informati delli sequestri, & inhibitioni, che dalli Creditori, ò altri interessati si sogliono ben spesso fare sopra li Monti; si statuisce, ordina, e commanda, che li sequestri, inhibitioni, & altre provisioni sudette, che alla giornata doveranno esseguirsi sopra de' Monti, oltre li sottoscritti da Monsign. Tesoriere Generale pro tempore da concedersi, e farsi quanto a detta sottoscritione gratis, e senza pagamento di sorte alcuna; & in detti sequestri, inhibitioni, & altre cose sudette si debba anco far mentione, che si rilassano, e fanno sopra tanti luoghi del tal Monte, spettanti al tale, e l'essecutione di essi debba farsi in mano delli Segretarii, e Prosegretarii personaliter, & non domi dimissa copia, per evitare tutti l'inconvenienti, che mentre si esseguissero altrimente, potrebbero occorrere, & esseguendosi li sequestri, inhibitioni, & altre provisioni sudette, senza la detta sottoscrittione di detto Monsig. Tesoriere Generale, come sopra, e senza espressione de'luoghi de'Monti, che si vogliono sequestrare, ò sopra li quali si fanno l'inhibitioni, e provisioni predette, & anco domi dimissa copia, come s'è detto in tutti li casi, & in ciascheduno di essi li medesimi sequestri, inhibitioni, provisioni, quanto alli detti Monti, e loro luoghi, siano, e s'intendino, si come con le presenti, si dichiarano nulle, & invalide, e di niun valore, e non astringhino, nè sforzano in cosa alcuna li detti Segretarii, e Prosegretarii, nè siano tenuti ad obedirli, e metterli in essecutione, e per quelli non possino, ò debbano esser molestati, ò convenuti.

Avvertendosi, che per dette oppositioni di nihil transeat, inhibitioni, ò sequestri, non si prenda da Segretarii, cosa alcuna, come s'è detto sopra nel Cap. X.

C A P. XXVII.

Ordini per li pratici.

DOvendo li Segretarii, e Prosegretarii andare, ò mandar fuori delle loro Segretarie à prendere consensi di rassegne, di oblighi, cassationi, ò altro, che potesse occorrere per servitio de' Montisti, non possano essigere sotto pretesto di viatico più di giulii trè per ciascheduna volta, che vanno à casa di particolari, ancorche detti consensi dovessero prestarsi, e comprendere più qualità, e specie de' Monti.

C A P. XXVIII.

Che si ponga nelle translationi, e rassegne il nome proprio, e cognome del Montista, e nome del Padre, e Patria del medemo.

IN oltre per evitare qualsisia confusione, & errore, si ordina, che nelle translationi da farsi tanto per occasione di successione, come anche per rassegna, debbano li Segretarii porre nelle Patenti, oltre il proprio nome, e cognome del Montista, il nome del Padre, e della Patria del medesimo.

C A P. XXIX.

Che non si ammettino rassegne pro persona nominanda.

SI prohibisce espressamente à Segretarii, e Prosegretarii l'ammettere rassegne pro persona nominanda, ò incerta, ma debbano esprimersi nelle dette rassegne le persone certe de' compratori.

C A P. XXX.

Si prohibisce a Segretarii l'essigenza de loro emolumenti di propria autorità, ma che possino far sequestri.

E Venendo il caso, che qualche Montista fosse moroso nel prendere le speditioni, e per consequenza nel pagare le Tasse da loro dovute, ne' casi sopra espressi non possino li Segretarii, ò Prosegretarii essigerle di propria autorità dalli Banchi nelli frutti de' Monti, ma solamente possino fare sequestri.

C A P. XXXI.

Che devono ritenere un libro, dove si notino distintamente li emolumenti, che riceveranno, e che siano obligati di farne ricevute a chi la chiederà.

SI ordina, e comanda, che tutti li Segretarii, e Prosegretarii de' Monti vacabili, e non vacabili, siano tenuti, & obligati di ritenere un libro dove distintamento notino giorno per giorno tutti gli emolumenti, che riceveranno, ancorche sia per occasione di fede, d'ordine de' frutti, di viatico, ò altra qualsivoglia causa, con individuare la persona, la quale ricevono l' emolumento, la causa, per la quale essigono, la quantità de' luoghi de' Monti, e la qualità rispetto alla translatione, della persona, nella quale si fà la translatione, cioè se sia descendente, ascendente, transversale, ò estraneo, e rispetto alle fedi il numero delle medesime, e se la persona sia Montista, ò altro non Montista, sotto pena di scudi, cinquanta per qualsisia partita omessa da applicarsi alla Reverenda Camera, e la quarta parte all'Accusatore, ancorche fosse l'interessato, & altre pene ad arbitrio di Monsig. Tesoriere.

In oltre, che siano obligati di far le ricevute à ciascheduno, che le ricercherà delle somme, che essigeranno.

C A P. XXXII.

Diligenza da farsi da Computisti.

QUanto poi à quello, che tocca alli Computisti, s'ordina, e comanda, che debbano essercitare il loro Officio, e carico con ogni diligenza, fedeltà, & integrità, e far le liste, e portarle à Monsig. Tesoriere Generale ne' tempi debiti, e secondo la forma dell' Editto publicato d'ordine della sudetta Congregatione de' Monti sotto la data delli 31. Ottobre dell' anno 1609. quale quanto al sudetto particolare si innova in tutto, e per tutto; e nel far dette liste avvertino di levare di lista quelli, che nel precedente bimestre haveranno venduto, ò rassegnato, e mettervi li compratori, ò altri, che doveranno conforme la nota, che se gli darà sottoscritta dalli Segretarii, e Prosegretarii secondo il solito, qual nota doveranno eseguire puntualmente sotto pena di esser tenuti del proprio à tutti gli errori, e danni, che per loro difetto, e mancamento potessero succedere; & in oltre debbano anco tener un libro cartolaio, distinto per Alfabetto, nel quale sia descritto il nome di ciascheduno Montista; e di più siano obligati di tener un libro maestro, nel qual ogni uno vi habbia la sua partita, acciò vendendosi si dia debito al debitore; e comprando, credito al creditore, e così le scritture vadino ragguagliatamente per evitare tutti li disordini, che potrebbero occorrere, tenendosi le scritture confuse; e quelli, che sin hora non havessero fatto detti libri, debbano frà un mese prossimo dalla publicatione di questa haverlo fatto per poterlo mostrare à chi verrà ordinato sotto pena di privatione, & altre arbitrarie: & in caso di rassegne, ò vacanze di dette Computistarie, li detti libri, e scritture si debbano consegnare à successori, & in caso d'estintioni de' Monti debbano lasciarli in Segretaria de' Monti.

C A P. XXXIII.

Si confermano altre provisioni.

NEl resto in conformità di quello è stato anco decretato, risoluto, e stabilito dalla detta Congregatione d'ordine espresso di Nostro Signore, come sopra, si confermano, e rinovano, con haverle per espresse, & inserte di parola in parola la detta Constitutione di Papa Clemente VIII. Paolo V. e tutte le altre Constitutioni, Provisioni, e Decreti fatti in qualsivoglia tempo, e sotto qualsivoglia forma di parola circa le rassegne de Monti, tanto vacabili, quanto non vacabili, e le diligenze, e modi, che si devono tenere, e servare, e con le quali si devono governare li Segretarii, Prosegretarii, & altri sudetti, in quanto però non siano contrarie, nè ripugnino alli presenti Ordini, Provisioni, e Tasse espresse di sopra, come si è detto, & in quello forse ripugnassero, ò potessero contrariare, si revocano, annullano, e cassano in tutto, e per tutto.

CAP.

C A P. XXXIV.

Che la presente Tassa si osservi da tutti li Segretarii, e Computisti de Monti di Roma, e pene contra li trasgressori.

SI ordina, e comanda a tutti li Segretarii, e Prosegretarii, Computisti, e Procomputisti de Monti Camerali, Communità, Religione, Baronali, & altri Monti di Roma, tanto vacabili, quanto non vacabili, che debbano inviolabilmente osservare la Tassa, & Ordini, che disopra si sono stabiliti; Dichiarandosi, che quelli Segretarii, Prosegretarii, Computisti, e Procomputisti de Monti, che in qualsivoglia modo contraverranno, o contrafaranno, e non osserveranno le sudette Provisioni, Decreti, & Ordini, nelli quali non è espressa alcuna pena certa, oltre la restitutione delli denari presi malamente, & indebitamente, a tutti li danni, spese, & interessi, che saranno tenuti, & obligati di risare, e restituire a tutti quelli, che in qualunque modo patissero per loro causa, e difetto, incorreranno anco per la prima volta nella pena di ducento Scudi, e per la seconda di quattro cento da applicarsi per due Terzi alla Reverenda Camera Apostolica, e per un Terzo alla Parte, che rivelarà, e darà notitia d'alcuno, che contravenghi, che sarà tenuto, se così vorrà, segretissimo, e della privatione anche delli Officii delle Segretarie, e Computistarie, che havessero, e possedessero, etiam che l'havessero per concessione Apostolica, & in vita, e per titolo oneroso, & in qualsivoglia altro modo, & altre pene, etiam corporali, secondo la qualità de' delitti ad arbitrio di Monsig. Tesoriere Generale pro tempore; e li Segretarii, e Computisti Principali saranno tenuti per li loro Giovani, e Ministri, e per li Prosegretarii, e Computisti, che con detta licenza eleggessero, e deputassero a tutte le pene sudette, nel modo, che si è espresso di sopra.

C A P. XXXV.

Mercede de Sensali de Monti.

CIrca poi alli Sensali di detti Monti vacabili, e non vacabili per rimediare ad ogni abuso, che potesse esser introdotto, si prohibisce espressamente alli medemi Sensali, & altri, che interverranno, e s'ingeriranno in qualunque modo in compre, o vendite di Monti, e riscuoteranno la Sensaria; Che per l'avvenire non possino sotto qualsivoglia protesto, colore, e causa, etiam di donativo, mancia, o remuneratione di fatiche, o altra cosa pigliare, havere, nè riscuotere, se non tre giulii per Luogo, tanto se li Luoghi saranno liberi, quanto vincolati, dal Venditore del Monte, sotto pena alli Sensali, & altri sudetti, che contraverranno di Scudi cinquanta, e di tre tratti di Corda da darsegli in publico per la prima volta, e per la seconda di ducento, e l'Esilio da Roma, e suo Distretto, & altre pene etiam corporali, secondo il demerito, e gravità del delitto ad arbitrio di Monsignor Tesoriere Generale pro tempore.

C A P. XXXVI.

Che li Depositarii assistino mattina, e sera al pagamento de frutti de Monti.

EPer provedere al commodo del Publico, si ordina a tutti li Cassieri, e Giovani delle Depositarie, che debbano assistere la mattina, & il doppo pranzo tre ore continue per ciascheduna volta al pagamento de frutti de Monti.

C A P. XXXVII.

Che la presente Tassa debba tenersi affissa da Segretarii, Depositarii, e Computisti.

ET acciò, che le dette Provisioni, & Ordini siano sempre, & in ogni tempo noti a ciascheduno, si decreta, & ordina, che li Depositarii, Segretarii, Prosegretarii, Computisti, e Procomputisti di tutti li sudetti Monti vacabili, e non vacabili debbano continuamente tenere nel Banco, e luogo del Negotio, e nelle loro Case respettivamente affissa publicamente, & in luogo, che possa da ciascheduno commodamente, & a suo piacere esser vista, e letta la Copia delli presenti Ordini, e Tassa, sotto pena di Scudi ducento d'oro, da applicarsi come di sopra.

C A P. XXXVIII.

Che non si contravenga, perchè si procederà irremissibilmente.

AVvertendo ogn'uno a non contravenire in cosa alcuna, perche si deputaranno anco Persone segrete, che haveranno cura d'haver l'occhio in vigilare, e soprastare con ogni diligenza a tutte le suddette cose: si procederà contro di tutti con ogni rigore per le dette pene, e nel modo espresso di sopra, etiam a semplice denuntia del Relatore, e Querelante con il suo giuramento, e con un Testimonio degno di fede, & anco per Inquisitione, & in ogni altro miglior modo, non ostante qualunque cosa, che facesse in contrario.

Volendo anco, e decretando, che le presenti Provisioni, & Ordini, affissi, e publicati in Banchi, in Campo di Fiore, & altri luoghi soliti di Roma per un Cursore di Nostro Signore, astringhino ciascheduno delli sudetti a chi spetta, o puol spettare per l'avvenire, come se a tutti fossero personalmente intimati.

Dato in Roma questo di 30. Aprile 1689.

Joseph Renatus Imperialis Thes. Gen.

Ferdinandus Nuptius Com. Gen.

Julius Clemens Matthaejus Audit.

Franciscus Antamotus R. C. A. Sec. & Canc.

Die 6. Julii 1689. supradicta Confirmatio Provisionum, & Ordinationum, & Taxarum Montium affixa, & publicata fuit ad valvas Curiae, & in acie Campi Florae, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Gregorium Staggium Sanctiss. D. N. Papae Curs.

Petrus Cannamellinus Cursorum Magister.

Ad ordinatum Cap. VI. de Locis Montium Reverendiss. D. Emerix Decano.

ROMANA LOCORUM MONTIUM

Mercurii 20. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Creditor attergatarius seu hypothecarius crediti super locis Montium praefertur in concursu anteriori.

SUMMARIUM.

1 *ATtergatio potest fieri per simplicem rogitum Secretarii Montium.*

2 *Alternativa aut utrunque extremum disjungit, & in unoquoque dispositionem verificat.*

3 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

4 *Observantia est optima Constitutionum interpres.*

5 *Attergatio potest fieri per descriptionem vinculorum Registris.*

DECISIO I.

ADversus Sententiam latam in Tribunali A. C. absolventem Equitem Bartholomaeum Giaccherinum Creditorem attergatarium, seu hypothecarium a petita per D. Camillum de Palagio executione mandati ad ejus favorem relaxati pro credito anteriori super locis 24. Montium contra Dominicum Guiottum eorundem originarium Possessorem, seu Dominum, commissa fuit post longum decem annorum silentium Causa appellationis in gradu restitutionis in integrum R. P. D. Lancettae, eique superventa ob gravitatem articuli nunquam in his terminis ab hoc S. Auditorio examinati commissione procedendi de Voto Rotae cum unica decisione, proposui hodie de more dubium -- *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum* -- Quod Domini re mature discussa affirmative resolverunt quoad primam partem, & negative quoad secundam; constitit enim ipsis de validitate, & justitia sententiae in judicatum transactae ob lapsum fatalium, proindeque cessare crediderunt fundamentum restitutionis in integrum, ut per Text. *in cap. 1. ibique* Abb. *de restit. in integr.* dixit Rota cor. Burat. *dec. 323. n. 1. & dec. 293. n. 1. p. 8. rec.*

Nec justitia unice inter partes controversa offuscari visa fuit, ex quo attergatio facta favore Equitis Bartholomaei fuerit nulla, sive tanquam facta per simplicem rogitum Secretarii Montium, non impetrata licentia Thesaurarii, sive tanquam non registrata in tergo literarum patentium. Quoniam neutra ex hisce nullitatibus substinetur. Non quidem prima, quia tametsi loca Montium, uti de regalibus Principis non sint in commercio hominum, sine ipsius, aut Officialis ab eo deputati licentia, non tamen necesse est, quod ista concedatur immediate a Thesaurario, sed sufficit attergationem, seu aliam eorum dispositionem fieri, aut factam fuisse mediante rogitu ipsius Secretarii, qui ratione proprii officii talem habet facultatem, prout fa-

tis clare deducitur ex reformationibus, seu provisionibus Cardinalis Serræ olim Prothesaurarii confirmatis a fan. mem. Paulo V. impressis penes Card. de Luca *de loc. Montium fol.41.§. E per tolgier via num.* 8. ubi cavetur. *In evento, che alcun Montista, o Creditore de detti Monti volesse per qualche rispetto obligare, & hipotecare li suoi luoghi a favore diCreditori, o altre Persone in qualsivoglia modo, overo sottoporli a vincoli, e conditioni, si ordina, e comanda, che li detti Segretarii, e Prosegretarii, havuta prima diligente, & esquisita consideratione in vedere, se li luoghi de Monti, che vogliono obligare, siano liberi, e capaci d'oblighi, e vincoli, o altre conditioni, e ritrovatili tali, si debbano alla presenza de Testimonii, conforme il solito, rogare di detti oblighi, & hipoteche, e dispositioni.* Quibus adstipulatur subsequens Constitutio Urbani VIII. impressa penes ipsum de Luca *de loc. Mont. fol.* 52. disponens *quaslibet provisiones, & pactiones inter particulares &c. factas absque nostra, vel Protectorum, aut Officialium ad id, & ad conficiendum literas patentes deputatorum licentia non esse attendendas.* Ex his enim verbis bene deducitur, facultatem, seu licentiam attergandi fuisse cumulative collatam in Protectores, & Officiales per alternativam *aut*, cujus virtus est, utrunque extremum disjungere, & in unoquoque dispositionem verificare, ad notata per Jas. *in l. si ita quis sub n. 3. ff. de verb. oblig.* Altograd. *conf.* 70. *n.* 62. Rota *dec.* 58. *n.* 6. *& seqq.* coram Bich.

Neque his adversatur responsio, quod Reformationes, seu Provisiones Cardinalis Serræ injungentes Secretariis onus inquiren. diligenter, an Loca Montium, super quibus petitur fieri attergationem, sint libera, & vinculorum capacia, respiciant actum materialem, seu executivum, non autem formalem, & authoritativum reservatum Thesaurario; Quoniam ex tot illarum tenore bene perpenso, patet, quod ultra actum materialem Inquisitionis superaddita fuit potestas sese rogandi de eisdem obligationibus, & hypotecis, quæ potestas secum fert etiam actum formalem substãtiarivum ipsius attergationis, præsertim quando in eisdem Reformationibus nemini alteri legitur reservatum, Idq; bene declaratur ex novissima Constitutione san. mem. Innocent. XI. edita 30. Aprilis 1689. in qua, confirmatis in hoc puncto per eandem prorsus verba Reformationibus Cardinalis Serræ, præsuppositaque in Secretariis omnimoda facultate recipiendi, & admitten. per se ipsos quascunque attergationes, nulla requisita licentia Thesaurarii, in *c.* 13. hanc facultatem limitaverit in particularibus tantum casibus ibi- *S'ordina ancora espressamente a Segretarii, e Prosegretarii, che non possino de se stessi ammettere, o ricevere rassegne, o attergationi de Luoghi de Monti spettanti a Donne, o minori, se non per quei Luoghi de Monti che le Donne, e minori havessero comprati con loro proprii danari &c. ma per altri Luoghi de Monti, che havessero le Donne, o minori non possano ammettere loro rassegne, o dispositione alcuna, se non con legitimo mandato di procura &c. overo con mandato di Monsig. Tesoriere.* Ex hoc enim valide infertur, quod sicuti facultas fuit ipsis limitata, tamen in quibusdam particularibus casibus, in iisque solis requisita licentia, seu auctoritas Thesaurarii, ita in reliquis omnibus censetur relicta, seu verius cõfirmata, juxta commune axioma, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, de qua text. *in l. nam quod liquide §. si primo ff. de prat. leg. & in l. quæsitum §. Denique in fin. ff. de fund. instit.* & licet hæc Constitutio Innocentiana sit posterior attergationi, de qua agitur: quia tamen emanavit per viam declarationis, seu confirmationis, insertoque tenore ipsarum Reformationum, seu Provisionum Card. Serræ *bene trahitur etiam ad præterita, ut notat* Jason. *in l. non dubium n.* 10. *vers. tamen quando C. de leg.* Alex. *conf.* 7. *n.* 4. *circa fin. vers. sed ita est libr.* 2. Gabr. *de reg. jur. concl.* 3. *n.* 3.

Minus officit ponderatio elicita ex recensita Constit. Urbani VIII. in illis verbis. *Facta absque nostra, vel Protectorum, aut Officialium ad id, & ad conficien. literas patentes, deputatorum licentia in eisdem literis patentibus exprimenda non esse attendenda &c.* quasi quod facultas cõcedendi hujusmodi licentias reservata fuerit Thesaurario soli ad subscriben. easdem literas deputato; quia tametsi literæ patentes solũ subscribantur per Thesaurarium; non inde tamen valide infertur, quod attergationes sine expressa illius licentia, & approbatione non possint recipi per Secretarios, de quibus Papa individualiter locutus fuit sub nomine Officialium communiter pro Secretariis intellectorum, ut testatur in proposito Cardin. de Luca *de loc. Mont. cap.* 2. *n.* 4. Non relevante, quod incongruum videatur hujusmodi facultatem attribuere Secretariis, qui sunt iidem met, qui debent tales licentias in literis patentibus exprimere; cum enim de tempore emanatæ Const. pactiones, & obligationes super locis Montium passim, etiam fierent per acta aliorum Notariorum, verba illa absque nostra, vel Protectorum, aut Officialium ad id deputatorum licentia in eisdem literis exprimenda non sunt trahenda ultra pactiones, & obligationes factas per Apochas privatas, vel acta aliorum Notariorum, pro quibus restringendis solum emanavit eadem Constitutio, etiam ad rogitus Secretariorum, qui secum ipsis involvunt licentiam a Pontifice volitam.

Et hæc omnia eo fortius urgere visa sunt apud DD. accedente inconcussa praxi, & observantia probata ex revolutione librorum Secretariorum, seu Officiorum Montium, in quibus nulla reperitur attergatio, facta cum licentia Thesaurarii, sed e converso plurimæ leguntur factæ per solos Secretarios, quæ observantia in hac materia adeo frequenti est optima interpres Constitutionum desuper editarum, ut passim dixit Rota *dec.* 59. *n.* 12. cor. Mant. *& dec.* 83. *n.* 9. cor. Bich. *& dec.* 842. *n.* 22. cor. Cerro *& dec.* 362. *n.* 12. *p.* 15. *& dec.* 441. *n.* 9. *cum seq. p.* 18. *rec.* Non relevante responsione, quod istæ attergationes non probentur effectum sortitę cum prælatione creditoris attergatarii in cõcursu anterioris; Tum quia datę fuerunt plures sententiæ illas effectui demandantes *Summ. Æquitis n.* 3. Tum etiam quia ex illarum tenore cõstat, omnes fuisse factas, imo in dies practicari pro majori cautione obligationum contractarum, & sic ad effectum acquirendi super locis Montium hypothecas speciales adversus quoscunque creditores; Tum demum, quia ex illarum multiplicitate, & frequentia præsumẽdum est, etiam alias effectum fuisse sortitas, neminemque ausum fuisse adversus ipsas quidquam in Judicio tentare.

Multoque minus sustinetur secunda nullitas in eo fundata, quod hæc attergatio non fit facta in tergo literarum patentium: Quia licet talis forma regulariter servetur, & ab ista ipsa etiam sumpserit denominationem; non tamen ullibi præscriptum est, quod non possit fieri attergatio per descriptionem vinculorum in Broliardo, & in regestris, ut fieri posse præcise respectu resignationum præscripsit san. mem. Clemens VIII. in ejus Constitutione impress. apud eundem De Luc. *de Loc. Mont. fol.* 87. Ne alias præclusus remaneret aditus, & libertas Montistarum, qui sine culpa literas amiserunt, aut de tempore contractuum ineundorum reperire non poterunt attergandi, & hypothecandi eorum loca.

Neque in hoc considerabilis visa est fraus, quæ dicitur committi posse per possessores Locorum Montium, ostendendo secum contrahere volentibus literas patentes nullo vinculo affectas, ut illos ad hoc facilius inducant contra mentem ipsarum Constitutionum expresse editarum ad obviandum fraudibus: quia satis illis consultum remanent in hoc casu, in quo apponitur in ipsa attergatione vinculum loco cautionis ob non exhibitionem literarum patientium; sufficit enim formam adimplere pie æquipollens, dummodo per illud eodem, vel pinguiori modo finis a lege expressus habeatur, ad firmata per Rotam co r Bich. *dec.* 451. *n.* 5. *p.* 9. *dec.* 254. *n.* 7. *& dec.* 416. *n.* 16. *p.* 18.

Maxime quia in hoc etiam puncto concurrit observantia positiva deducta ex eisdem libris Secretariarum, ex quibus constat, quod in similibus casibus non fuit, prout faciendum esse contenditur, habitus recursus ad Pontificem ad hoc, ut desuper provideretur, sed per simplicem rogitum Secretarii in Broliardo, & regestris cum appositione recensiti vinculi ob non exhibitionem literarum patentium factæ fuerunt attergationes, contra quas non docetur, quod ullus hactenus in Judicio obtinuerit.

Et ita utraque &c. decisum fuit &c.

RESPON-

RESPONSA ET DECISIONES

AD TRACTATUM

CARDINALIS DE LUCA DE STATUTARIIS SUCCESSIONIBUS.

INDEX ET ARGUMENTA RESPONSORUM, AC DECISIONUM.

RESPONSUM Primum R. P. Severoli *In Causa Florentina Legitimæ*.

Elucidatur ardua, & subtilis quæstio, An fœminæ vigore Statuti à successionibus ab intestato exclusæ faciant numerum & partem, licet non admittantur ad partem, ad augendam legitimam favore masculorum, itaut de triente possit perduci ad semissem.

Decisio I. *Civitatis Castelli supplementi legitimæ*.
Decisio II. *Æsina Fideicommissi*.
Decisio III. *Assisien. Fideicommissi*.
Decisio IV. *Viterbien. Legitimæ*.
Decisio V. *Romana Legitimæ*.

RESPONSUM II. D. P. Severoli *In Causa Florentina Successionis ab intestato de Ricasolis*.

Filii ex defuncti sorore, ut & ipsa soror nupta agnato remotissimo, & ultra decimum gradum comprehenduntur in Statuto Florentino *Lib. 2. Rubr.* 130. ejusque reformatione, sub nomine agnatorum vocatorum usque ad sextum, & octavum gradum respective, & ad exclusionem fœminarum nuptarum in extraneis familiis, nec non aliorum cognatorum; ad quem effectum sufficit, quod in dictis filiis verificetur proximitas intra gradus præscriptos ex parte Matris, licet ex parte Patris fuissent remotiores, vel extra gradus vocatos. Idem procedere firmatur in Majoratibus, Fideicommissis, Feudis, Patronatibus, aliisque, similibus dispositionibus, pro conservatione agnationis ordinatis, &c.

Discursus ejusdem D. P. Severoli *super Jurisdictione Card. Præfecti Signaturæ Justitiæ, ejusque Auditoris*.

RESPONSUM I.

Illustris. & Reverendiss. Domini.

MARCELLI SEVEROLI,

In causa Florentina Legitimæ

Inter Illustriss. D. Fratres Marchiones de Feroniis.

ARGUMENTUM.

Elucidatur ardua & subtilis quæstio, An fœminę vigore Statuti a successionibus ab intestato exclusæ faciant numerum & partem, licet non admittantur ad partem, ad augendam legitimam favore masculorum, itaut de triente possit produci ad semissem.

SUMMARIUM.

1 *OPinio distinguens dicitur semper magis communis.*

2 *Multiplicatio casuum plerumque rem magis involvit.*

3 *Si Statutum excludat fœminas a successione ab intestato, reservando tamen dotem loco legitimæ, quamvis eædem non vocentur ad legitimam nec admittantur ad partem, faciunt tamen numerum & partem ad augendam legitimam quoad omnes juris effectus.*

4 *Subrogatum censetur eodem jure, quo id in cujus locum subrogatur.*

5 *Cum fœminæ vocatæ ad legitimam & partem & numerum faciant, ita consequens est ut faciant, dum vocantur ad dotem quæ legitimæ loco succedit.*

6 *Si Statutum fœminas dotatas, simpliciter & absolute excludat propter masculos, illæ nec partem faciunt ad sui favorem nec numerum, & masculorum legitima est computanda ac si ipsæ non essent in rerum natura.*

7 *Faciunt tamen numerum & partem favore masculorum, & quod est supra dotem masculis accrescit.*

8 *Statuta fœminarum exclusiva condita sunt favore masculorum, ut in ipsis & agnatione bona conserventur, & 12.*

9 *Si filiæ non connumerarentur inter filios pro statuendo legitimæ portiones, sequeretur sæpissime minus masculos percipere illis exclusis, quam vocatis.*

10 *Fœminæ per Statuta exclusiva, excluduntur solum a successione ab intestato, non vero a numero liberorum.*

11 *Fœminæ a Statuto exclusæ sunt quasi mortuæ sibi ipsis, non fratribus quibus debetur portio quæ alias ejusdem fœminis competeret.*

13 *Fœminæ a Statuto exclusæ, tanquam non extantes vel mortuæ censeri non possunt, quando non excluduntur simpliciter & absolute, sed tantum respective, & 23.*

14 *Filius exhæredatus, propter ingratitudinem erga parentes bonis paternis indignus factus, merito juris fictione, pro mortuo habetur.*

15 *Bannitus seu deportatus ob commissa flagitia, omnibus legum beneficiis privatur, ideoque civiliter quoad juris effectus non amplius vivere intelligitur.*

16 *Religionem ingressus incapacem, & ii quos lex incapaces vocat pro vere mortuis habentur, nec inter liberos connumerantur.*

17 *Fœminæ a Statuto exclusæ propter masculos possunt succedere ipsis masculis beneficio similis Statuti renunciantibus, vel aliter sorores admittentibus.*

18 *Semel habitus pro mortuo semper durat.*

19 *Dos quam pater vigore Statuti filiabus relinquere tenetur, etiamsi non possit censeri succedere loco legitimæ quoad debitum, & necessitatem, in computatione tamen quantitatis perinde est habenda ac si esset legitima, & ideo ex hoc filiæ non sunt dicendæ extraneæ & quasi mortuæ.*

20 *Filiæ a Statuto exclusæ, non possunt dici quasi mortuæ, si quodammodo a patre agnitæ appareре possint.*

21 *Fœminæ quævis a Statuto exclusæ, si exclusio sit facta contemplatione masculorum, faciunt numerum, & partem ad ipsorum favorem.*

22 *Non autem quando prætendunt concurrere ad dimidiam legitimam filiorum.*

25 Card. de Luca d. ic. 2. de legit. *explicatur, & n.26.*

27 *Parentes quoad portionem legitimæ nullum valent filiis præjudicium inferre.*

28 *Nec filiis permissum est aliquid facere, per quod in legitima unus alteri præjudicium inferat.*

STante Statuto Florentino, fœminas a successionibus ab intestato excludente *lib. 2. Rubric.* 130. quod integrum refert Angel. *cons.* 344. *in princip.* & habetur etiam impressum, una cum novis reformationibus, per Card. de Luca *de Statut. Successionib. inter Pratic. Statut. extra Statut. Ecclesiast. Pratic. 3. fol.* 351 *& seq.* Vigore cujus, nec etiam dotem succedere loco legitimæ est constans, indubiaque Juris Consultorum, & Tribunalium ejusdem Civitatis sententia, in istius facti specie in qua Marchio Franciscus Testator obiit, relictis quinque filiis, nempe duobus masculis, & tribus fœminis jam dotatis & nuptis, non tam facile esset respondere, quota sit dicenda portio legitimæ, quæ posset competere Marchioni Francisco Silvio, quatenus a Paterno judicio recedendo, ejusque dispositionem repudiando beneficio legis utendo, eandem tanquam sibi de jure debitam, petere vellet, si celeberrima, seu ut ait Roman. *in l.1. n.62. C. quando non peten. p.* ardua & subtilis illa juris quæstio, quæ ad id occurrit discutienda, An nempe fęminæ vigore Statuti exclusę faciant numerum, & partem, licet non admittantur ad partem, ad augendam legitimam favore masculorum, itaut de triente perducatur ad semissem, esset cum iis determinanda, quæ olim interpretes, tam in Scholis, quam in Foro confuse disseruerunt, cum in tam varias, & diversas iverint sententias, ut quoties de ea locuti sunt, quasi in Labyrinthum ingressi, regressus viam repetire non potuerint, & rem semper magis perplexam, & involutam reddiderint, ut adnotat Thesaur. *dec. 159. sub n.* 1. adeout peritissimi etiam juris periti interdum ignoraverint, quid tenendum, ut de se ipso testatur Fulgos. *in Auth. Novissima C. de inofficios Testament.* & referunt Bursat. *consil. 92. num. 39. lib.* 1. & Hartman. Pistor. *quæst. jur. lib. 1. quæst. 8. sub. num.* 1. Et quoties decidenda ipsis fuerat proposita, nunquam sibi dubium exemissent, atque ancipiti cura semper fuerint torti, quam veriorem, & juris magis consonam sententiam esset dijudicatudi, ut propterea communiter existimaverint, nedum utrunque defendi posse, sed imo valere Judices, ob magnam rei perplexitatem, in quam maluerint partem inclinare, & sine reprehensionis nota, unam, vel alteram opinionem amplecti, ut præ cæteris adnotant Petr. Gilken. *in Auth. Novissima C. de inofficios. Testam.* Decius *cons. 607. n.15. versic. & post longam discussionem*, Gaspar. Man. *de legitim. quæst. 4. numer. 40. in fin.* Torr. *de Pact. futur. succession. lib. cap. 47. numer. 1. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap. 676. num.* 10. & ibi Carol. Anton. de Luca *in Animadvers. num. 7. in fin.* Cyriac. *controv. 71. num.* 1. Donat. Anton. de Marin. *var. res. lib. 2. cap. 93. num.* 5. idem Carol. Anton. de Luca *in Meliorat.* ad eundem de Marin. *var. resol. lib. 1. cap. 262. n. 5. vers. quæstio est*.

Verum cum postea facta specierum divisione, compertum sit, tantam non esse perplexitatem, quin illa adhibita, Quæstio præfata resolvi valeat, & ex subdistinctione casuum tuto decerni, quin in jure statuendum sit, qualiterque res judicio terminanda, ut animadvertunt Bellon. *de Jure accrescend. cap. 6. quæst. 15. num. secundo versic. Sed male*, Carol. Anton. de Luc. *Animadvers.* ad Gratian. *discept. forens. cap. 676. num. 7. vers. Tanta autem perplexitas non est*, & innuunt etiam Cyriac. *d. controv. 71. sub n. 1. vers. Nihilominus visa est*, Torr. *de pact. futur. succes. dict. lib. 2. cap. 47. sub n. 19. vers. Ego tamen puto*, & Rot. *in recent. dec. 499. num. 10. & seqq. part. 18. tom.* 2. Ideo cum attenta dicta distinctione casuum in re hac communiter recepta, & approbata, liquido constare valeat in præsenti, tres filias fœminas relictas a Marchione Francisco dicendas esse facere numerum, & partem ad augendam legitimam favore duorum fratrum masculorum; Fidenter respondendum censemus, eandem legitimam, cujus portionem petere poterit Marchio Franciscus Silvius, stante numero quinario filiorum, esse semissem, hoc est dimidiam hæreditatis partem, juxta Text. *in Novell. 18. cap. 1. sive Auth. de Triente, & Semiss. §. 1. collat. 3. tit. 3. & in Auth. novissima Cod. de inofficios. Testam.* Atque securius, cum respondendo juxta opinionem distinguentem, semper quis dicatur sequi opinionem

1 nem magis communem, & melioribus ac veriotibus rationibus fultam, quemadmodum pariter respondendo in iſtis terminis alias ponderaverat Curr. Jun. conſ.268.n.16.tom.3.

Quod vero prædictæ tres filiæ ſint in præſenti dicendæ facere numerum & partem ad augendam legitimam ſavore ſratrum maſculorum, non videtur ambigendum, animadvertendo, quod pro ſolutione præſatæ quæſtionis, præſertim ad effectum, de quo agitur, duo ſunt conſiderandi caſus principales, eodem modo, quo ſervavit Craſſ. ſententiar. §. legitima q.7. ob id laudatus a Flav. Torr. ad Stat. Papiæ in Annotat. ad rubr. 95. in Civilib. ſub n.191. nam licet nonnulli plures alios addiderint, & præcipue Theſaur. dec. 159. octo caſus diverſos formaverit; attamen tali diverſitate nil aliud egerunt, quam rem magis involu-
2 tam, & obſcuram reddere, potius quam facilem & claram efficere, dum omnes vel ſub eiſdem duobus caſibus ſunt comprehenſi, vel quodammodo inter ſe contrarii videntur exiſtere, ut ipſo Theſauro ob id reprehenſio, animadvertit Calvin. de æquitat. lib. 1. cap. 87. n. 1.

Primus igitur caſus eſt, & qui ſine ulla controverſia procedit, quod ſi ſtatutum fœminas excludit, nec illis reſervat
3 legitimam, reſervat tamen dotem, itaut ex verbis ejuſdem Statuti colligatur mentem ipſius fuiſſe, ut dos ſuccedat loco legitimæ, quamvis non vocentur ad legitimam; tunc eædem, etſi non admittantur ad partem faciant tamen numerum & partem ad augendam legitimam, quoad omnes juris effectus, ſive id maſculis expediat, ſive non, ex quo, eo ipſo quod vocantur ad dotem, quæ legitimæ loco ſuccedit, perinde ſunt habendæ ac ſi ad legitimam ipſam vocarentur,
4 ſtante regula ſubrogatorum, qua ſubrogatum cenſetur eodem jure, quod id in cujus locum ſubrogatur; Ut ſic quemadmodum eſt certum, quod filiæ fœminæ, ex quo vocan-
5 tur ad legitimam, & partem faciunt, & numerum; nam ſtatim ac ad partem admittuntur, conſequens eſt, ut faciant partem, ita etiam debent facere, dum vocantur ad dotem, quæ legitimæ loco ſuccedit, & pro legitima reputantur, ut unanimiter firmant ſcribentes, & præcipue Aretin. in l. plane §. ſi duob. col. 5 verſ. 2. ff de legat. primo, Paris. conſ.53. num. 76. lib. 3. Rub. Alexandrin. conſ. 122. num. 3. Morot. reſp. 23. per tot. & ſignanter num. 23. & ſeq. Brun. de Statut. excluſiv. fœminar. art. 13. quæſt. 3. Torr. ad Statut. Papiæ, in annotat. ad rubr. 95. in Civil. ſub num.202. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 3. a n. 10. Bellon. de Jur. accreſc. dict. cap. 6. q. 5. num. 8. & ſeqq. Boſſ. de dote cap. 7. n. 45. circa fin. verſ. Quartum quod relictis, Trentacinq. var. reſol. lib. 1. reſol. 3. ſub num. 11. verſ. in tertio hoc caſu, & ſub n. 12. verſ. in primo caſu, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 448. num. 37. cap. 594. n. 21. & 22. & cap. 576. per tot. & cap. 942. num. 4. & per tot. Cyriac. controv. 71. num. 2. Facchin. Jur. lib. 4. controv. 31. circa fin. Sabell. variar. reſol. cap. 60. num. 10. Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 117. num. 19. tom. 2. Boer. dec. 104. num. 11. Matt. dec. Piſan. vot. 69. num. 1. Matt. Medic. in addit. ad dec. Senenſ. 7. numero 3. Torr. de pactis futur. ſucceſſion. lib. 2. cap. 47. num. 41. Rot. coram Coccin. dec. 1285. num. 9. repetit. poſt Gilian. ad Statut. Peruſin. dec. 109. & poſt Merlin. de legit. dec. 106. coram Priol. dec. 124. n. 18. & recent. dec. 499. num. 11. part. 18.

Alter vero eſt caſus, quando dos non ſuccedit loco legitimæ, ut quia Statutum fœminas dotatas ſimpliciter, & abſolute excludat propter maſculos, prout facit Statutum Flo-
6 rentinum, & tunc: Aut agitur ad effectum videndi, an ipſæ non ſolum faciant numerum, & partem, ſed etiam ut admittantur ad partem, ad effectum, ut ſibi ipſis augeatur portio illa legitimæ, quæ ex numero filiorum ſequeretur; & in hoc, licet hæſitaverint Joannes Baptiſta de Caccialupis, & Bartholomæus Soccinus, ſcribentes ſuper hoc eodem noſtro Statuto, ut videre eſt apud eundem Soccin. Senior. conſ. 150. tom. 1. pariter communiter eſt receptum, illas nec partem facere ad ſui favorem, nec numerum, & maſculorum legitimam eſſe computandam, nulla earum habita ratione, perinde ac ſi non eſſent in rerum natura; quia cum non admittantur ad partem, nec adſit dos, aut aliquid, quod ſuccedat loco partis, conſequens eſt, ut non faciant partem, ut patet ex firmatis per Caſtrenſ. in leg. plane 94. §. ſi duobus numer. 8. & ibidem Jaſon, num. 23. ff. de legat. 1. Crot. in leg. re conjunctis num. 129 verſ. Tertia ff. de legat. 3. Decian. conſ. 383 num. 5. Soccin. Senior. conſ. 75. num. 11. verſ. Et tunc quia tom. 3. Soccin. Junior. conſ. 67. num. 65. tom. 2. & alios plures apud Bellon. de Jure accreſcen. dict. cap. 6. q. 15. num. 76. quibus addendus Æmilian. conſ. 1. num. 5. & 6. ubi quod, eum quantitas legitimæ ſit diſtincta, & reducta ad partem, & quorum totius, quod ille, qui quotam poſtulat, erat habiturus ab inteſtato; propterea ſi fœminæ ab inteſtato non ſunt ſucceſſibiles, nō poſſunt ſe referre ad illam quotam, quia impoſſibile eſt dare tertiam, dimidiam, aut quotam totius, ubi nihil invenitur totum, quo ceſſante aut non exiſtente, nullæ poſſunt inſervire partes ejus, & voluit Rota Romana cor. Ubald. dec. 421. repetit. poſt Merlin. de Legit. dec. 74. & in Æſina fideicommiſſi 12. Februarii 1629. cor. Pirovano, ut in particula, quæ datur in calce n. 2.

Aut vero agitur, ad effectum videndi, an faciant numerum, & partem favore maſculorum, ut pars accreſcens non ipſis, ſed maſculis augeatur; & in hoc licet habere pro extraneis, ſive non extantibus, & quaſi mortuis, itaut ex eorum perſona non augeri quotam legitimæ maſculorum, nonnulli crediderint, quorum plures adducunt Balthaſſar. Tomaſ. Tract. var. decad. 1. tract. 4. tit. 6. n. 2. & 7. Gabriel. conſ. 15. n. 20. & ſeqq. lib. 1. Farinac. conſ. Criminal. 206. n. 10. lib. 3. Buccaſer. conſ. 22. n. 34. & conſ. 66. n. 2. & 3. Cyriac controv. 71. n. 2. & 3. per tot. lib. 2. Manſ. conſult. 14 n. lib. 1. Poſtius reſ. civil. 68. n. 136. & dec. Bononien. 50. n. 85. & ſeqq & alii. Id comprobant, ex eo, quod habetur de filio exhæredato, vel deputato, aut Religionem incapacem ingreſſo; qui nec facit partem, nec auget quotam legitimæ favore fratrum, cum habeatur pro mortuo, juxta tradita per Alciat. conſ. 201. n. 9. & 10. lib. 9. Curr. Senen. conſ. 5. n. 2. & alios cumulatos per eundem Balthaſſar. Tomaſ. ubi mox n. 23. & Maſſul. in addit. ad Capic. dec. 185. num. 1. in fin.

Attamen contrariam opinionem favorabilem maſculis magis communiter approbarunt Doctores, & juxta eam 7
uti veriorem, & juri magis conſonam fere perpetuo judicarunt Suprema Tribunalia, quod nempe fœminæ dotatæ, licet ſimpliciter, & abſolute, a ſucceſſione, & a legitima, vel alterius illius loco ſuccedentis, per Statutum favore maſculorum excluſæ remaneant, faciant tamen numerum, & partem, quoties expedit maſculis, & de eorum favore agitur, ab eo, quod ipſis eſt utile, & magis favorabile ſemper id dimetientes, ut præ cæteris firmarunt Bald. & Caſtrenſ. in leg. ſi defunctus, ambo ſub n. 1. Cod. de ſuis, & legit. hæredib. Fabian. de Giochis in Repetit. Authent. Noviſſima numer. 216. & 217. Cod. de inoffic. teſtament. Alciat. reſponſ. 31. n. 12. lib. 1. ubi quod iſta opinio eſt verior & communior, Soccin. Junior. conſil. 25. ſub n. 24. verſ. Primo quia ut dixi, & n. 15. tom. 1. ubi quod iſta opinio eſt verior, & communior, & ideo tenenda, idem Caſtrenſ. conſ. 286. ſub num. 3. verſ. prædicta, & verſ. ex hoc dico vol. 1. Cæphal. conſ. 145. a num. 20. & ſignanter num. 37. & per tot. lib. ubi, quod hæc opinio eſt probabilior, & magis communis, & ſecundum eam fuit ſæpius obſervatum, Caſſan. conſ. 53. col. penult. in fin. & col. ſeq. ubi pariter teſtatur de communi, Paris. conſ. 36. num. 28. cum duobus ſeqq. lib. 2. ubi pariter de magis communi, & veriori opinione, referendo n. 30. Soccinum, qui dicit bis pro ea vidiſſe pronunciatum, & ter ipſum judicaſſe, Burſat. conſ. 90. num. 39. & 40. lib. 1. ubi quod fœmina hoc caſu partem ad favorem maſculi omnes admittunt, & quod reſiduum, quod eſt ſupra dotem maſculi accreſcat, ſimiliter ex magis communi comprobant omnes Doctores, Corneus conſ. 197. num. 1. ubi circa med. dicit, quod ita conſuluerunt plures Advocati Florentini: & paulo poſt ſubdit cum Joanne de Monteſperello, quod Doctores id communiter tenent, Decian. conſ. 45. n. 21. & ſeqq lib. 3. Laderch. conſ. 12. n. 1. & conſ. 126. num. 16. verſ. Cæterum, ubi dicit ſententiam hanc eſſe crebriorem, & veriorem, imo receptiſſimam, Curt. Jun. conſ. 268. num. 16. & ſeqq. lib. 3. ubi quod in judicando ab hac opinione non eſt diſcendendum, Adden. ad Alexandr. conſil. 36. num. 7. lit. F. lib. 7. Honded. conſ. 1. a num. 105. & per tot. lib. 2. ubi reſpondendo contrariæ ſententiæ in objectis deductæ a num. 70. teſtatur de veriori, & magis communiter recepta opinione, cui ſe ſubſcripſerunt quamplures celebres Juriſconſulti, & Auditores Rotæ Peruſinæ, Camill. Medic. conſ. 167. n. 1. & ibi Capyc. Galeott. in addit. num. 7. ubi quod hæc opinio eſt magis communis, Eugen. conſ. 33. num. 70. & ſeqq. cui multi inſignes Juriſconſulti ſe ſubſcripſerunt, in quo addit, quod nefas eſſet ab iſta opinione in judicando diſcedere, & conſ. 35. n. 4. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 100. num. 35. lib. 2. Menoch. conſ. 207. n. 67. lib. 2. Rovit. conſ. 70. n. 1. & ſeqq. & ibi Altimar. in addit. lib. 1. Vultejus inter conſ. Accadem. Marſpurgenſ. conſ. 29. ſub n. 128. verſ. Et quamvis hæc quæſtio, vol. 1. Nicol. Caran. conſ. 19. num. 2. & 4. ubi, quod iſta opinio eſt verior, Sadarin. reſp. 44. num. 2. verſ. quod ſi ideo, & n. 3. 5. & 6.

In Anno MDCXXIX. fub die 10. Februarii, in Æfina fideicommiffi, coram Pirovano, *ut in particula decifionis qua datur in Calce n. 3.*

De eodem Anno fub die 28. Maii, in Affifien. fideicommiffi, coram eodem Pirovano, *ut in Particula Decifionis, qua pariter fubnectitur in Calce num. 2.* ubi quod in hac opinione Rota refider.

De Anno MDCXXII. fub die 7. Junii in Romana, feu Urbevetana legitimæ, coram eodem Pirovano, *ut in dec. 137. n. 3. part. 6. rec. repetit. poft Farinac. Repertor. ultimar. volunt. dec. 39.*

Et fub die 10. Decembris, in eadem caufa, coram eodem, *ut in dec. 60. eadem p. 6. rec.* ubi quod hæc eft opinio, quam fervat Rota.

De Anno MDCXLVI. fub die 18. Junii, in Romana fideicommiffi de Marefcottis, cor. Verofpio *ut in dec. 136. n. 11. ex impreff. poft Merlin. de Pignorib.*

De Anno MDCXLIII. fub die 17. Martii, in Interamnen. hæreditatis, coram Peutingerio, *ut in dec. 464. n. 4. & 5. inter ejufdem impreff.*

De Anno MDCLIX. fub die 5. Decembris, in Romana legitimæ, coram Priolo, *ut in dec. 134. n. 4. & inter ejufdem impreff. repetit. poft Michaler. de Fratrib. dec. 60.*

De Anno MDCLX. fub die 11. Januarii, in Romana fideicommiffi de Marianis, coram Albergato, *ut in dec. 147. n. 2. & 3. p. 13. rec. & repetit. poft* Torr. *de pact. futur. fucceffion. dec. 5.*

De Anno MDCLXI. fub die 28. Januarii, in eadem Romana fideicommiffi de Marianis, coram eodem Albergato, *ut in dec. 267. n. 3. eadem part. 13. rec.* ubi teftatur de magis communi, & recepta opinione.

De Anno MDCLXIX. fub die 14. Januarii, in Romana Domus, coram Bourlemont, *in dec. 6. n. 7. p. 16. rec.*

De Anno MDCLXIX. fub die 26. Aprilis, in Romana Manutentionis, cor. Taya, *ut in dec. 499. n. 12. p. 18. rec.*

De Anno MDCV. fub die 1. Julii, in Viterbien. legitimæ, coram Muto, *ut in particula decifionis, qua infra fubnectitur num. 5.*

De Anno MDCXCVI. fub die 23. Januarii, in Romana legitimæ, coram Molines, *ut in particula decifionis, que pariter datur in calce n. 6.* ubi quod hæc opinio eft communiter in eorum Auditorio recepta.

Et quidem optimo jure, cum fortiffimæ, & validiffimæ, imo certæ fint rationes, quibus eadem opinio fulcitur, & comprobatur; Et præfertim ex eo, quod eft indubitatum fimilia Statuta exclufiva fœminarum effe condita favore mafculorum, ut in ipfis, & agnatione bona conferventur, ad tradita communiter per Doctores cumulatos, per Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 4. q. 3. n. 11.* Parif. *conf. 85. n. 6. verf. & per Cinum lib. 2.* Honded. *conf. 1. n. 54. lib. 2.* Rota *in rec. dec. 147. fub n. 7. verf. Quia in d. cap. p. 13. et in Viterbien. legitima 1. Julii 1695. §. Non obftante verf. eo quia,* cor. R. P. D. Muto, *ut in Particula, qua datur in Calce n. 5.* & alibi paffim; prout præcipue favore eorundem fuit conditum Statutum Florentinum, de quo agitur, in eo legere eft, & teftantur Ger. Spin. *conf. 70. n. 20. circa fin.* Altograd. *conf. 82. fub n. 17. et 23. lib. 1.* Gobb. *confult. dec. 84. fub n. 1. et 10.* Ut propterea videatur etiam certum, eadem ita effe interpretanda, ut non redundent in eorum damnum, & odium, prout plane effet, fi fœminæ non connumerarentur in numerum filiorum pro ftatuenda quantitate portionis legitimæ, dum alias vigore talium Statutorum mafculi, propter exclufionem fœminarum minus ex illorum difpofitione confequerentur, quam de jure communi, eifdem vocatis, confequi poffent, & Pater non cogeretur relinquere filiis pro legitima, nifi tertiam partem hæreditatis, cum tamen de jure communi ftante numero quinario eorundem, cogatur relinquere dimidiam, quod effet inconveniens, & abfurdum, atque proinde evitandum, ut præcife animadvertunt Palud. de Caftr. *Conf. 52. n. 1. lib.* Corn. *conf. 197. fub n. 1. verf. Pro quo etiam facit tom. 1.* Cephal. *conf. 245. n. 24 et 25.* Alciat. *refponf. 31. fub n. 11. verf. Alias quod in favorem lib. 9.* Decian. *refponf. 46. n. 25. lib. 3.* Peregr. *conf. 107. n. 6. et 7. vol. 3.* Michalor. *de fratrib. p. 1. cap. 33. fub n. 10. verf. et ita ftatutum exclufivum,* Bellon. *de Jur. accrefcen. d. cap. 6. q. 15. n. 31.* Calvin. *de æquitat. lib. 1. cap. 87. n. 46.* Sadarin. *refponf. 43. n. 25.* & fere omnes alii fuperius allegati.

Huc accedit, quod quoties Statuta excludunt fœminas, non eas fimpliciter, & abfolute excludunt, fed dumtaxat ab inteftati fucceffione, ut fic in reliquis non fint dicendæ exclufæ; & propterea quoties non agitur de eo, quod velint fuccedere, fed folum de calculanda mafculorum legitima, nulla adfit ratio, ob quam in numero filiorum non fint computandæ, cum ipfa, ex eo quod fint dotatæ, & nuptæ, non definant effe de liberis, quod folum confideratur ad hunc effectum calculandi legitimam, Cæphal. *d. conf. 245. n. 21. et 22.* Craff. *recept. fentent. §. legitima q. 7. fub n. 4. §. Aut vero in fin. verf. Moventur Doctores,* Berlich. *pract. conclus. p. 3. concl. 12. n. 37.* Cafp. Manz. *d. Tract. de legitim. q. 4. n. 42.* repetito, ut adnotavimus, *in tract. de teftam. valid. et invalid. tit. 12. q. 4. n. 42.*

Præterea animadvertendum, quod non per hoc, quod fœminæ fint a fucceffione inteftata per Statutum exclufæ debent haberi fimpliciter pro mortuis, aut non extantibus, cum jus earum fit translatum in fratres, & in perfona eorum confervetur, licet quoad propriam utilitatem cenfeantur mortuæ, & non extantes; Siquidem hujufmodi Statuta duplicem vim habere intelliguntur, unam exclufivam refpectu fœminarum, alteram vero inclufivam refpectu mafculorum; & fic dum illæ a fucceffione removentur, eorundem mafculorum contemplatione, ipfis debetur portio, quæ alias eifdem fœminis competere poffet, Parifius *conf. 36. n. 29. lib....* Honded. *conf. 1. n. 73. lib. 2.* Peregr. *conf. 106. n. 13. lib. 1.* Minadoi. *conf. 2. fub n. 4. verf. nec poteft in ifto cafu,* Eugen. *conf. 35. n. 4. et 5. lib. 1. et conf. 100. n. 35. lib. 2.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 4. q. 312.* Bellon. *de Jur. accrefc. d. cap. 6. q. 15. n. 49. junctis traditis anteced. cap. 5. q. 40. n. 1. et 4.* Dexart. *dec. Sardin. 69. n. 1. et per tot.*

Quæ omnia confirmantur ex evidentiffima alia ratione, nempe quod qui vult finem, vult etiam medium neceffarium ad finem confequendum, aliter non effet velle efficaciter. Finis autem, quem volunt fimilia Statuta, eft favor mafculorum, ut diximus; Minime autem confequi poffet talis finis nifi hoc cafu fœminæ dicerentur, aut fingerentur habere partem in legitima ad commodum mafculorum, licet vere ad fui favorem non habeant; & propterea talis fictio fit medium neceffarium ad ipfum finem, ne alias refultet contrarius effectus, & inducta in favorem mafculorum retorqueatur in eorum odium, ut fic femper præfumenda fit volita a Statuto fimilis fictio, quantum eft ad effectum, de quo agitur, ut bene differit Innocent. *de fucceffion. municipal. q. 31. fub n. 7. verfic. cujus conclufio eft.*

Hinc nullius ponderis videntur effe ea, quæ pro contraria fententia adduci folent; Nam quantum ad id quod dicitur, fœminas a Statuto exclufas habendas effe, uti extraneas, five non extantes, & fic tanquam quodammodo mortuas; Animadvertendum, quod poffet procedere duntaxat in cafu, quo Statutum illas excluderet fimpliciter, & abfolute, nulla habita confideratione alicujus perfonæ, utpote fi excluderet nuptas extra Territorium, aut quid fimile, ex quo, aut mafculi volunt eorum portionem vindicare per jus accrefcendi, & non poffunt: quia hoc jus tanquam individuum non poteft habere locum pro parte, & pro parte non, aut vero volunt eam vindicare ex vi, & authoritate Statuti, & multo minus poffunt: quia cum Statutum fimpliciter loquatur, nec de mafculis faciat mentionem, confequens eft, ut non poffit cenferi ad eorum utilitatem, & commodum refpexiffe, & hoc modo eos quafi inclufos tacite vocaffe, juxta ea, quæ bene differit Bellon. *de Jur. accrefcend. fæpius alleg. c. 6. q. 15. n. 53. verf. fed hec dicuntur, cum feqq.* At fecus eft, quando Statutum ea excludit propter mafculos, & favore agnationis, ut in cafu noftro: quia tunc bene dicuntur extare, nec habentur fimpliciter pro extraneis, feu non extantibus, aut mortuis, favore ipforum mafculorum, ut declarando profequitur idem Bellon. *ibid. n. 56.* ex Parif. *conf. 36. n. 28. et 29. lib. 2.* Cæphal. *conf. 243. n. 41. et 47. lib. 2.* & Honded. *confil. n. 104. lib. 2.* ac aliis ibi allegatis, ac ipfis addend. Petra *de fideicommiff. q. 15. n. 154. circa fin. verf. et hoc nifi Statutum* Tort. *ad ftatut. Papia in Annotat. ad rubr. 95. in civilib. fub n. 199. verf. fecundo refpondetur, et n. 200.* & Rota *in Romana legitima 23. Januarii 1696. §. In nihilo relevante, verf. hinc fequitur,* coram R. P. D. Molines, *ut in Particula, que datur in calce n. 5.*

Nec proinde valebit eadem opinio coadjuvari ex iis, quæ

quæ de filio exhæredato, seu deportato, aut Religionem
incapacem ingresso, fuerunt adducta; Siquidem exhære-
14 datus ob summam in parentes commissam ingratitudinem
paternis bonis penitus indignus efficitur; Unde non im-
merito juris fictione, pro mortuo habetur, deinde De-
portatus, sive Bannitus ob commissa flagitia omnibus
legum beneficiis privatur, adeout civiliter, quoad juris
15 effectus, non amplius vivere intelligatur, atque pro-
pterea legitimæ quantitas, ejusque augmentum cum ex
Jure Civili descendat, ex juris necessitate, quoad legiti-
mæ constitutionem, in nulla amplius consideratione
haberi poterit, cum in computanda legitima liberi non
naturaliter, sed civiliter sint accipiendi. Sicut nec potest
in ulla consideratione haberi filius Religionem incapacem
16 ingressus, cum ex professione sua, & Voto nihil habere
possit in proprio, nec in communi, ii autem, quos lex
incapaces vocat, pro vere mortuis habentur, nec pro-
inde amplius in numero liberorum connumerantur, ut
præ cæteris, late demonstrant Grivell. *Decisio. Dolan.*
34. *a n.* 50. *ad* 55. & Kallendenh. *de Renunc. succession. q.* 37.
n. 26. quæ nunquam poterunt verificari de fœminis, a
Statuto exclusis propter masculos, quia cum adhuc pos-
17 sint succedere, ipsis masculis beneficio similis Statuti
renunciantibus, vel aliter sorores ad successionem ad-
mittentibus, juxta notata per Bald. *in l. Maximum vi-
tium* 4. *n.* 2. *Codic. de liber. præterit.* Brun. *de statut. fœmin.
exclusiv. art.* 10. *q.* 2. *& art.* 12. *n.* 114. *& art.* 14. *n.* 17. Pe-
regrin. *conf.* 107. *n.* 6. *lib.* 3. Martha *de succession. legal. par.*
1. *q.* 15. *art.* 4. *sub n.* 7. Rota *Bononien. divers. dec.* 12. *sub
n.* 21. 22. *&* 23. Rotam Romanam coram Othobon. *dec.*
12. 173. *n.* 24. *& in rec. dec.* 146. *n.* 6. *& seqq. p.* 10. *& dec.*
499. *n.* 13. *p.* 18. *tom.* 2. *& alibi passim*, Utique nul-
18 latenus eædem valebunt considerari pro non extanti-
bus, & pro mortuis; nam qui semel est habitus pro
mortuo, perpetuo ita durat, ut relictis pluribus ex su-
perius allegatis, egregie præ cæteris respondet Calvin.
de æquitat. dict. lib. 1. *cap.* 87. *n.* 28. *& seqq.*

Quod eo facilius dicendum esset, admissis iis, quæ
subtiliter, & scite differit doctissimus Bellon. *de Jur. ac-
crescen. in sæpe allegat. c.* 6. *q.* 15. *n.* 69. *&* 70. *& sub n.* 71.
vers. aut vero quærimus, quod nempe etiamsi vigore si-
milium Statutorum dos non succedat loco legitimæ,
quamvis filiabus sit ab illis reservata, prout est in Sta-
tuto Florentino; id tamen intelligendum duntaxat quo-
ad titulum, itaut filiæ, quæ vi Statuti dotem habent,
non possint dici habere legitimam, & jura legitimæ;
non autem quod sit dijudicandum eandem dotem suc-
cedere loco legitimæ, quoad debitum, & necessitatem,
19 quam habet pater, vigore Statuti, eisdem dotem relin-
quendi loco legitimæ, quam jure communi relinquere
tenebatur, atque propterea in computatione quantita-
tis, quam pater filiabus pro legitima relinquere tene-
tur, perinde sit habenda dos ac si esset legitima, sal-
tem ut filiæ ex hoc non sint dicendæ extraneæ, sive
pro non extantibus, aut quasi mortuis, sed potius ju-
ris fictione vocatæ favore masculorum, ut ipsæ conse-
quantur id, quod supra dotem debuisset ad easdem jure
legitimæ pertinere. Præsertim, cum adhoc, ut quis fa-
ciat partem, non requiratur tituli, seu juris identitas,
sed satis sit, quod admittatur titulo, & jure etiam di-
verso, ad tradita per Doctores *in leg. hujusmodi* 86. §.
si Titio, & signanter per Bald. *vers. Nota ergo* Alex.
sub n. 1. & Jason. *n.* 1. *ff. de legat.* 1.

Eoque fortius, si quodammodo a patre possunt appa-
20 rere agnitæ, prout videretur esse in nostra facti specie, in
qua Marchio Franciscus Pater in suis ultimis, quas exa-
ravit, testamentariis tabulis, filiabus, quamvis jam do-
tatis & nuptis, reliquit nedum particulare legatum, seu,
ut ipse locutus fuit; *Ut Regalo di Ducati Cento di lire
sette per ciascheduna*; sed quod magis est, postquam di-
xerat illas fuisse congrue dotatas, addidit: *Nelle quali
doti in quanto facesse bisogno l'instituisco in ogni miglior
modo*. Nam licet per hæc non sit ita expeditum, An va-
leat dici, quod eædem tanquam vocatæ sint dijudicandæ
reassumere jura suitatis, non secus ac si a Statuto non essent
exclusæ, & consequenter, quod faciant partem in cal-
culando legitima, perinde ac facerent, si Statutum eas
non privaret, prout præcipue post Soccin. Castrens. Ruin.
Alexandr. Paris. Decian. & Laderch. quos refert, asseruit
Matt. Medic. *dec. Senens.* 7. *n.* 8. *&* 9. junctis tradit per
Rotam *inter divers. dec.* 266. *n.* 3. *&* 4. *p* 1. Merlin. *de legi-
tim. lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 3. *n.* 26. & Torr. *de pact. futur. success.
lib.* 2. *c.* 47. *n.* 43. dum alii contrarium sentiunt, ex
quo testator censendus sit se conformasse cum disposi-
tione Statuti percipientis dotati filias, a successione
propter masculos exclusas, & quod simul possit stare,
quod fœminæ succedant in legato particulari, & ex-
cludantur a successione, nisi alias institutio, aut reli-
ctum particulare sint facta, sive titulo legitimæ, sive
eo casu, quo illam filiæ petere possent, ut præ cæte-
ris voluerunt idem Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8.
n. 55. Redenasch. *cons.* 5. *n.* 11. *& seqq.* Innoc. *de success.
municipal. q* 29. *sub n.* 5. *vers. Primus casus est*, Rota *post
Fenzon. ad Statut. Urb. dec.* 113. §. *Neque hæc voluntas*, re-
petita post Michalor. *de fratrib. dec.* 32. *n.* 10. *&* 11. Atta-
men semper verum erit dicere ex his, illas ex Testato-
ris judicio non fuisse habitas uti extraneas, & pro non
extantibus, sive mortuis, sicuti ex juris præscripto ha-
bentur alii incapaces: sed potius ab eodem fuisse agni-
tas, & quodammodo tanquam suas, & extantes repu-
tatas, saltem adhoc, quod in numero liberorum sint
computandæ ad faciendum numerum, & partem favore
masculorum, non obstante Statutaria dispositione, tam
ex vulgata juris regula, qua dicitur, favores esse am-
pliandos, odia vero restringenda, de qua *in leg. quod
favore C. de legib.* a Doctoribus supra recensitis passim
expensa, & signanter ad rem per Torr. *ad status Papiæ*,
in Annot. ad Rubr. 95. *n.* 202. *circa fin.* & Calvin. *de æqui-
tat. dict. lib.* 1. *c.* 87. *n.* 46. quam etiam ex eo, quod cum
Testatori isto casu nulla subesset filias instituendi ne-
cessitas: cum jam a Statuto fuisset sublata, illumque
ab hujusmodi necessitate exemisset, utique illas ita insti-
tuendo, censendum est a Statutaria dispositione recessisse,
& ad jus commune respexisse, secundum quod non mi-
nus filias fœminas, quam masculos pater in legitima
instituere tenetur, quemadmodum bene, & ingeniose
ponderat Bellon. *in loco mox alleg. n.* 84. *& trib. seqq.
ubi sub n.* 91. *vers. nam secundum eam*, non obscure di-
cit, id sine controversia procedere ad coadjuvandam
opinionem, quod fœminæ quamvis a Statuto exclusæ,
si exclusio sit facta contemplatione masculorum, fa-
ciant numerum & partem ad ipsorum favorem.

Quapropter comprobata, & ab objectis vindicata
hujusmodi receptissima sententia, qua asseritur, fœmi- 21
nas, quamvis a Statuto exclusas connumerandas esse
ad faciendum numerum, & partem pro augenda legi-
tima favore masculorum, quoties de eorum commodo
agitur, ac ipsis masculis ita expedire videtur, nullate-
nus diffidendum credimus, sapientissimos, & integer-
rimos DD. Judices Florentinos eam esse secuturos, ma-
xime in ista facti specie, si forte contingat in eorum
foro, & tribunalibus disputari, minime attentis iis,
quæ pro sententia contraria alias fuerunt motivata, &
approbata in insigni eorum Rota, præcipue dum te-
stantur eandem opinionem contrariam esse in eorum
Prætorio receptam: quia cum priora motiva, super
quibus fundatur asserta observantia illius Tribunalis,
emanaverint ante sæculum currentem, & tempore quo
resolutio hujus quæstionis erat ardua, & difficilis, at-
que ita involuta, ut Judices crediderint, pro libitu
posse in quam partem maluerit inclinare, ut in prin-
cipio adnotavimus; & ultra ibi allegatos præcise scri-
bendo super Statuto Florentino, de quo agitur, dixe-
rant Joannes Baptista de Caccialupis, & Bartholomæus
Soccinus *cons.* 150. *num.* 3. *vers. omittendo lib.* 1. Utique
cum hodie attenta distinctione specierum, manifestum
sit redditum, opinionem affirmativam esse veriorem,
& crebriori Doctorum calculo receptam, validioribus-
que rationibus fultam; itaut ab eo tempore fere omnes
secundum eam responderint, & Suprema Tribunalia ju-
dicaverint, ut fuit ostensum, haud dubie sperandum
eandem secuturam etiam ipsam Rotam Florentinam,
non obstantibus alias motivatis: quia cum dicta motiva
non sint Principis mandatum, non impediunt quin co-
gnita veritate possit eadem Rota contrariam sententiam
amplecti, & quidem majori securitate, quam de suo
Senatu Pedemontano spes fuerat, Bellon. *de Jur. accre-
scen. dist. cap.* 6. *quæst.* 15. *sub num.* 75. *vers. nec est con-
trarium*, quod ob id esset recessurus ab eo, quod in re
hac in contrarium firmaverat, & in posterum servan-
dum esse decreverat apud Thesaur. *dec.* 159. *n.* 8. *& per
tot.* cum Rota Florentina de seipsa glorietur, quod exem-
plis non judicat, & Statuta interpretatur juxta juris trami-
tes, ut refert Matth. Neron. *in Promptuar. Elench. Moti-*

vor.

vor. select. ejusdem Rotæ in verb. Rota Fiorentina vers. Exemplis, fol. 165. ad fin.

Idque prorsus, cum motiva, quæ fuerunt nobis communicata, non videantur esse tanti ponderis, ut Doctissimi, & Religiosissimi Auditores, qui ad præsens in eadem Rota jus reddunt, opinionem in illis potius assertam, quam probatam, sola eorum authoritate fint amplexuri. Nam motivum editum de Anno .... registratum *lib. 4. fol.* 18. non percutit casum nostrum, cum fuerit editum in casu, in quo fœminæ simpliciter exclusæ, prætendebant connumerari ad augendam legitimam ad sui favorem, & illius portionem minuere masculis; & sic non solum ut facerent numerum & partem, sed etiam quod admitterentur ad partem, in quo quidem casu bene fuit responsum non facere partem, cum nulla eis debeatur pars, nec aliud quod succedat loco partis, ut etiam nos admisimus supra in §. *Alter vero est Casus.*

Aliud vero motivum editum de Anno 1533. recensitum *lib. 8. fol. 318. a terg.* licet dicat eo casu legitimam fuisse deducendam, attento duntaxat numero filiorum masculorum, & quod filia quæ excluditur a Statuto non faciat partem fratribus suis, asserendo hanc esse communem opinionem; Animadvertendum, quod omnes Doctores, pro ibi dictis comprobandis allegati, loquuntur in terminis, de

22 quibus mox diximus, quando nempe fœminæ concurrere prætendunt ad diminuendam legitimam filiorum, & sibi ipsis commodum augendum, & signanter Bald. Angel. & Ripa *in l. Papinianus §. Vide si quis ff de inofficios. Testament.* & Imola *in leg. plane §. si duabus ff. de legat.* 1. in illo primo loco recensiti, ut apud eosdem videre est: Idem vero Angel. adductus *in cons.* 105. nihil ad propositum tradit, *& in cons.* 300. firmat, quod quando dos succedit loco legitimæ, prout ex Statuto Cottonæ ibi erat casus, filiæ faciunt numerum favore masculorum, addens id fortius procedere, quando agitur de eorum masculorum commodo, Decius *cons.* 383. *num.* 5. Soccin. Sen. *cons.* 152. *num.* 12. *lib.* 2. & Corn. *cons.* 40. *& cons.* 119. ibidem additi, pariter scripserunt in terminis filiarum concurrentium ad diminutionem legitimæ masculorum, vel ad proprium commodum, vel ad ipsarum admissionem ad illius partem. Præterea eorum dicta jam fuerunt perpensa, & rejecta per Bellon. *de jur. accrescen. in sæpius allegat. cap. 6. qu.* 15. Angel. enim & Carn. adducuntur *sub num.* 20. & contra ipsos tenet *num.* 30. *& seqq. & n.* 66. *cum seqq.* & Socc. Senior. & Decius adducuntur *sub num.* 76. & contra ipsos tenet *n.* 79.

Tertium pariter motivum editum de Anno 1597. quod legitur *lib. 80. fol. 301. a terg.* nititur authoritate eorundem Doctorum in præcedenti relatorum, loquentium in terminis augendi legitimam ac commodum ipsarum fœminarum, & additur solum Paris. *cons* 36. *n.* 28. *lib.* 2. qui imo contrariam sententiam firmat masculis faventem, & proinde inter alios ejusdem opinionis fuit per nos additus, & solum *dict. n. 28. & 29.* distinguit inter casum quo fœminæ excluduntur a successione simpliciter, & nullius con-

23 templatione, & inter casus, quo excluduntur contemplatione aliquarum personarum, utpote agnatorum, vel masculorum: dicens in hoc secundo casu, qui est casus noster, quod tunc, cum Statutum duo faciat, unum scilicet excludendo fœminas nuptas, seu dotatas, aliud vocando masculos, fœminæ faciunt partem ad commodum masculorum, nec habentur pro non extantibus, aut promortuis, ut jam advertimus supra in §. *Hinc nullius ponderis*, & ultra ibi allegatos bene tradit Brun. *Tract. de Statut. fœminar. exclus. art.* 13. *sub num.* 44. ac ipso Parisio ad id adducto, Eugen. *cons* 100. *num.* 25. *vers. Quicquid secus esset lib.* 2. Et in istis terminis loquitur pariter Crass. *in §. legitima quæst.* 7. *num.* 5. ibidem additus; nam licet solum dicat; quod filia simpliciter exclusa habetur pro mortua, allegando Paris. mox recensitum, juxta terminos, in quibus ipse loquitur, est intelligendus.

Eademque responsione evitantur ea, quæ leguntur in quarto motivo edito de anno 1599. quod habetur *lib.* 82. *fol.* 16. *a terg.* cum fundentur in auctoritatibus Decii, Parisii, & Crassi, in superioribus jam animadversis.

Quintum autem motivum editum de Anno 1602. quod extat *lib. 84. fol. 446.* licet addat nonnullos alios Doctores in prioribus non adductos, tamen in eisdem terminis, in quibus Superiores loquuntur, siquidem Cæphal. *consil.* 561. *num.* 42. & Surd. *de Aliment. tit.* 3. *qu.* 1. *num.* 45. de hoc agunt ad effectum videndi, an sit augenda legitima

24 ad favorem, & commodum ipsarum fœminarum, & in præjudicium masculorum, & in eisdem terminis loquitur Roland. a Valle *consil.* 25. *num.* 6. *& 7. lib.* 1. ut videre est ex principio ejusdem Consilii *versic. Quanta sit portio, & sub num.* 1. *versic. Circa secundum Caput*: Gabriel. *vero de Legitim. conclus.* 2. *num.* 3. licet referat opinionem contrariam, attamen *num.* 2. retulit opinionem favorabilem masculis, & tandem *num.* 8. concludit distinguendo, quod aut redundat in commodum masculorum, quod fœminæ computentur, tunc eas esse computandas, si vero in eorum incommodum, & tunc non deberi computari. Denique Pancitol. *cons.* 1. *num.* 102. & Menoch. *cons.* 401. *num.* 142. *& seq.* qui in eadem Causa scripserunt, sunt intelligendi, quando id non expedit masculis, & Menochius fuerat adductus per Bellon. *sæpius allegat. quæst.* 15. *num.* 76. & contra ipsum sensit *num.* 79. junctis traditis antecedenti *num.* 66. *& seq.* imo idem Menochius, necnon Pancirolus tanquam Judices Compromissarii contrarium judicarunt in Civitate Patavina, quod nempe fœminæ hoc casu faciant numerum, & partem, quoties agitur de illis connumerandis favore masculorum, ut jam superius retulimus ex Peregr. *de Fideicomm. art.* 38. *sub num.* 24. *vers. Quocirca.*

Ultimum denique motivum incip. *Cum itaque tempore mortis Dominæ Constantiæ &c.* unice se fundat in eo, quod ita tenet illa Rota allegans motiva superius tertio, & quinto loco adducta, ut sic ex responsionibus eisdem datis satis evitetur: Et propterea semper verum fit dicere, quod Rota Florentina tunc resedit in ea opinione, ex quo materia erat adhuc involuta, allegando confuse Doctores, non distinctis casibus, in quibus eorum dicta verificari, & procedere possunt, prout postmodum fuit observatum, & hodie est receptum.

His autem positis, atque ex eisdem firmo remanente, quod portio legitimæ, ex qua suam quotam detrahere poterit D. Marchio Franciscus Silvius sit dicenda semis, hoc est dimidia pars hæreditatis, quatenus velit, & ibi expedire dijudicet, sorores esse computandas ad faciendum numerum, & partem ad sui favorem. Nullatenus in hoc poterit impediri a Marchione Fabio fratre, quatenus recuset, quod eædem numerentur ad augendam legitimam de triente ad semissem: quia cum ipse Marchio Franciscus Silvius habeat pro se regulam fundatam in dispositione juris de triente, & semisse, & authoritate Statuti, secundum veriorem opinionem superius firmatam, possit eligere, quod sibi utilius esse crediderit; Marchio Fabius non potest hanc juris dispositionem in ejus præjudicium immutare, ut præcise fuit resolutum a Rota *in Recent. dec.* 137. *n.* 14. *in fin. vers. Non obstat, & n.* 15. *& decis.* 160. *n.* 22. *& seq. p* 6 quarum prior est repetita post Farinac. *Repertor. ultimar. volunt. dec.* 39. *n.* 15.

Et quamvis Cardinalis de Luca, occasione similis controversiæ alias ortæ inter fratres de Acciajolis, & per concordiam terminatæ, existimans Decisiones mox relatas non percutere casum, de quo agitur, contrarium videatur sensisse *disc.* 2. *de legit.* potissimum ex iis, quæ tradidit num. 8. 25
& 9. quod nempe, cum stante Statuto simpliciter fœminas excludente, eædem reputentur uti extraneæ, maxime quoties dos ab eodem reservata non succedit loco legitimæ, regula videatur esse, quod illæ non numerentur ad faciendum numerum, & partem in legitima, & conclusionem, qua asseritur esse in facultate, atque electione masculorum illas numerare, continere potius limitationem; ideoque in concursu duorum jus coæquale habentium, quorum unus insistat Regulæ, alter vero insistat limitationi, melior esse debeat conditio habentis pro regula, juxta quam in dubio est judicandum, addendo ulterius, quod stante hoc jure coæquali, quod filii masculi habent in hac Statutaria exclusione, videtur intrare Regula sociorum, inter quos in re communi potius est jus prohibentis, de qua in *l. Sabinus* 8. *ff. Commun. dividund. & in cap. in re communi, de regul. jur. n.* 6.

Attamen hæc non videntur esse talis ponderis, ut a firmatis per Rotam in allegatis decisionibus sit discedendum, quæ non sunt extraneæ a casu præsenti, ut inadvertenter ipse supposuit, cum imo expresse & literaliter illum decidant, ut eas legenti patens esse potest; Siquidem ita absolute asserere regulam esse, quod fœminæ non numerentur, quando Statutum illas simpliciter excludit, nec dos illis reservata succedit loco legitimæ, continet apertissimum errorem, cum id magis Brocardicum, quam regula videatur dicendum, dum ut superius disseruimus, & late demonstravimus, id est valde perplexum, magnamque

que semper recepit disputationem; nec aliter verum esse potest, quam respectu ipsarum fœminarum, ut nequeant facere partem ad sui favorem, vel quoties Statutum illas excludit nulla alterius habita consideratione, non autem quoties easdem excludit favore masculorum, ac ipsis expedit, quod faciant numerum, juxta veriorem, & magis receptam Doctorum, & Tribunalium sententiam, quod proinde potius pro regula constitui potest, quam primum, cum in Brocardicis explicandis ea sit ratio, quod licet primum, velut generale videatur assignari, tamen ejus contrarium pro regula tenendum, ut docet Azo *in suis Brocardic. Rubr. 1. in explic. Brocardic. Quod cœptum &c. fol. mihi 9.* sic alia regula certa in hoc nequeat allegari, quam illa de triente, & semisse, uti ex juris dispositione elicita, prout servavit Rota in priori ex dictis Decisionibus, nempe *decis. 137. n. 15. eadem p. 6. rec.* cum ex jure fiat regula, non autem ex regula fiat jus *l. 1. ubi DD. ff. de Regul. jur.* Ludov. Bellus *consf. 165. n. 9.* hincque retorqueatur discursus, quod melior debeat esse conditio illius fratris, qui habet regulam pro se.

Sicuti etiam est erroneum dicere, quod filii masculi, tanquam habentes coæquale jus in hac statutaria exclusione, illudque in communi possidentes dici possunt socii, & sic intret alia regula de re communi, in qua potior est conditio prohibentis; Quia bene verum esse valet, quod ipsi dici possint habere jus coæquale in exclusione Statutaria fœminarum ad effectum easdem fœminas repellendi ab omnibus juribus, quæ ea non extante eisdem competere possent, & quod ad dictum effectum similia jura in eosdem translata, quodammodo in communi ab ipsis possideri dicantur; non tamen quod in eisdem Juribus possint ipsi filii masculi sibi invicem præjudicare, & iniqua conditio inferri, & unius factum alteri in suo jure, & portione nocere, contra regulas expensas per Doctores *in l. non debet 74. ff. de reg. jur. & in l. unic. C. quando non peten. par.* & aliis cumulatis per Berlich. *dec. 52. n. 2. part. 1.* Et sic nec minus quod in re hac potior debeat esse conditio prohibentis, cum imo prævalere debeat Votum illius, qui habet regulam pro se, atque ei magis favendum, ut præfata regula de re communi neglecta, licet in objectis deducta, bene respondit Rota in posteriori ex dictis decisionibus, nempe *dec. 160. n. 23. & 24. allegat. part. 6. rec.*

Cæterum Cardinalis de Luca, si bene perpendatur, in eo discursu videtur potius favere, quam adversari nostræ sententiæ, & præsertim in facti specie, in qua versamur, animadvertendo ex narratione facti ibidem *num. 1.* recensita, quod in suo casu erant novem filii, nempe tres masculi, & sex fœminæ, quæ si debuissent computari, uti-
16 que legitima fuisset semis, sed in novem portiones dividenda; si vero non essent computandæ, fuisset triens, & sic masculo contendenti eas numerari id expediebat, cum ita integram unciam obtinuisset, & e converso, permittendo easdem computari, non habuisset nisi duas ex tribus partibus unciæ. Et ulterius alteri fratri, qui illas numerari proponebat, id interterat, tanquam hæredi universali, quamvis onere fideicommissi gravati, ut portiones fœminarum cederent commodo hæreditatis, & fideicommissi; Unde prosequendo in referendis rationibus, quæ fratri contendenti sibi assistere videbantur *numer. 10. & 11.* dicit, quod ad effectum, de quo agitur, filii masculi sunt considerandi uti filii, ac pro eo jure, quod ipsis competit ratione qualitatis filialis, & propterea sicuti tales privilegium habent eligendi, quod ipsis magis expedit, in concursu prævalere debet Votum illius filii, seu socii in jure filiationis, qui communem socialis negotii utilitatem proponit, non autem alterius, qui repræsentando duplicem personam filii, & hæredis, pro interesse particulari hæreditatis, & fideicommissi, prætendit eligere, quod sibi solum uti hæredi expedit; communi autem negotio, ratione qualitatis filialis nocet, addita regula, quod nulla est incompatibilitas, quod in negotio sociali detur actio, & passio in eodem subjecto, quam etiam antea tradiderat *de Credit. disc. 11. numer. 8.* atque ex eo desumpserat Carol. Anton. de Luca *de pluralitat. Homin. legal. cap. 18. numer. 5.* lateque exornat R. P. D. Ansald. *de Commerc. & Mercatur. discurs. 46. numer. 45.* Unde idem Card. de Luca hanc quæstionem reassumens, & paucis absolvens *in Summ. ejusdem tit. de legitim. & detract. cap. 2. sub num. 21. versic. Eis vero discordantibus*, postquam antecedenter dixerat fœminas facere, & non facere numerum prout masculis excludentibus magis expedit, idque procedere quatenus ipsi in una, vel altera electione concordent, postea subdit: Eis vero discordantibus potior est conditio eorum, qui eligunt id, quod magis utile filiis, uti filiis, neglecto sensu eorum, qui hæreditario potius quam filiali nomine, vel jure, contrarium putant. Quæ omnia apprime favent huc usque per nos dictis, quod nempe in casu isto Marchio Franciscus Silvius rationis filiationis, & masculinitatis si velit, atque sibi expedire dijudicet, possit facere, quod portio legitimæ de triente perducatur ad semissem, connumerando fœminas ad faciendum numerum, & partem, ut sibi pars augeatur, absque eo quod valeat impediri a Marchione Fabio Fratre, quatenus id contendere velit, dum alias eidem Marchioni Fabio contrarium duntaxat esset proficuum, ratione privati interesse hæreditaris, & fideicommissi, ut pinguiora essent remansura, quod minime videtur permittendum, quia similia Statuta exclusiva fœminarum nolunt favere hæredi ratione juris hæreditarii, vel hæreditati, volunt favere masculis ratione agnationis, Ratione vero masculinitatis quis possit sibi ipsi quasi repudians præjudicare, non autem aliis masculis in quota legitimæ ex dispositione juris sibi debitæ, ut bene in præcisis terminis disserit Rodulphin. *allegat. 130. num. 4. & 5. & allegat. 131. numer. 3. & 4.* & conferunt Curt. Jun. *cons. 268. numer. 52. vers. nec præmissæ conclusioni tom. 3.* & Rovit. *consil. 70. num. 4. lib. 1.*

Ad quorum confirmationem facit optimus Textus *in l. Actione 65. seu 66. post med. ff. pro Socio* in quo ex Labeonis, & Proculi sententia Paulus ita respondit: *Labeo autem posteriorum libris scriptis: Si renunciaverit societatis unus ex sociis eo tempore, quo interfuit sociis non dirimi societatem, committere in eum pro socio actionem. Nam si emimus mancipia inita societate, deinde renuncies mihi eo tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc casu, quia deteriorem causam meam facis, teneri te pro socio judico. Proculus hoc ita verum esse ait, si societati intersit, non dirimi societatem: semper enim non id, quod privatim interest unius ex sociis servari solet, sed quod societati expedit.* Ut sic eodem modo si intersit uni ex fratribus, tanquam sociis in jure filiationis, & masculinitatis, quod legitima de triente perducatur ad semissem, nequeat ab altero fratre illius conditio deterior fieri, maxime si iste, ratione privatæ utilitatis suo juri renunciare velit; ideoque attendendum sit Votum illius, qui id, quod communi negotio, vigore ejusdem filiationis, & masculinitatis, utile est, proponit, quinimo dicendum eidem ad hoc in fratrem actionem competere.

Addi etiam potest, quod quemadmodum est certum, quod filii debent consequi legitimam in bonis parentum, etiam contra eorum voluntatem, & ipsis invitis, neque parentes ullum quoad illius portionem valent filiis præjudicium inferre, ut per text. & DD. *in cap. Raynutius, §. Dilectus filius de testam.* Bene dicit Cæphal. *consil. 412. num. 22. & 23. tom. 3.* imo nequeunt inæqualiter eisdem illam relinquere, quamvis in cæteris libertatem habeant cum omnes sint filii, & inæqualitas non detur in lucro legis, ad bene tradita per Marc. Mantua, *in tract. quanta sit legit. filior. §. Nota quinto, impress. inter tract. magn. tom. 8. part. 1. fol. 442. col. 2.* Ita multo magis videatur uti certum asserendum, non esse permissum ipsis filiis aliquid facere, per quod in legitima unus alteri præjudicium inferat, & inæqualitas inter ipsos sequatur; prout plane 29
esset, si unus ex illis tanquam hæres universalis, de substantia partis ex ipsius judicio plus consequens, quam ex providentia legis esset percepturus, facto suo vellet impedire, quin frater consequi posset id, quod sibi æqualiter cum eo tanquam filiis, ex juris dispositione, est tribuendum; atque sic ille, in cujus præjudicium talis inæqualitas sequeretur, bene valeat agere meliori modo quo potest, ut sibi æquali jus tribuatur, ut in simili bene tradit Curt. Jun. *cons. 269. sub num. 27. vers. Ex præmissis conclusionibus, & numer. 28. lib. 3.* nec non quoad sui favorem omnis sit facienda interpretatio, cum talis præjudicii evitandi, æqualitatis servandæ causa inter filios, recedatur etiam a communibus regulis, & a propria verborum significatione, juxta ea, quæ ex *l. penult. in fin. C. comm. divid. l. fin. C. utriusque Judic. l. ut lib. l. illud, & toto tit. C. de Collat.* & aliis juribus, tradunt unanimiter DD. cumulati per Curt. Jun. *ubi mox num. 21. et 23.* Roman. *cons. 66. numer. 19. & seqq.* Cirocc. *disceptat. 74. num. 14.* Bonden. *Collect. leg. 3. numer. 74. cum duob. seqq. tom. 1.* Rot. *in rec. d. 34. numer. 4. cum seqq. p. 19.* maxime respectu legitimæ, ratione cujus æqualitatem esse servan-

dam

dam inter filios, ex juris necessitate provenire dicitur, quamvis suasione in reliquis lex ad id intendat, ut late prosequitur idem Bondens. *ibid. a num. 77. ad 80.*
Et ita juris esse censeo salvo semper &c.
MARCELLUS SEVEROLUS
Signaturæ Justitiæ Votans &c.

Magna cum doctrina, & eruditione R.P.D. meus Severolus resolvit quæstiones in hac Consultatione examinatas, & rationibus, & authoritatibus plurimis resolutionem comprobat, unde tanquam veriorem sequendam censeo.
FRANCISCUS LIBERATUS
Archiepiscopus Ephesinus, & Signaturæ Gratiæ & Justitiæ Votantium Decanus.

Non minus docte, quam luculenter R.P.D. meus Severolus examinat materiam in superiori Consultatione deductam, & ejus opinionem sequendam censeo.
FRANCISCUS CAFFARELLUS
Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ Votans, & Sacr. Congregationis Sgraviorum, & de Bono Regim. Secret.

Summa doctrina, & studio de more R.P.D. meus Severolus consuluit in superius scriptis, & ejus consultationem uti magis consonam communi, & veriori Doctorum sententia, sequendam esse existimo.
DOMINICUS PARACCIANUS
Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ Votans.

Elaboratur, ac doctissimo responso R.P.D. mei Severoli libenter me subscribo, ac censeo sententiam in illo firmatam esse in jure veriorem & in Tribunalibus recipiendam.
ALEXANDER ORGANUS DE CALVIS
Signaturæ Justitiæ Votans.

Doctissimam Consultationem R.P.D. mei Severoli libenter approbo, uti veris, & solidissimis Juris fundamentis innixam.
FATINELLUS DE FATINELLIS
Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ Votans.

Doctissime materiam exornat R.P.D. meus Severolus in hac sua Consultatione, rationibus, & authoritatibus satis fultam, unde tanquam veriori opinioni a Doctoribus approbata innixam amplectendam censeo.
JOANNES FRANCISCUS GOMEZ
Signaturæ Justitiæ Votans.

Quamvis firmata remaneant Conclusiones, de quibus agitur, ex validis rationibus congestis per R.P.D. meum Severolum, ut mei non sit addere illis robur, tamen cum veritas magis pateat ex plurimorum concursu, ideo hoc idem sentire profiteor.
VINCENTIUS PETRA
Signaturæ Justitiæ Votans.

Adeo sapienter, & diserte quæstionem tam difficilem pertractavit R.P.D. meus Severolus, ut ejus sententiam tanquam in jure veriorem, & omni rationi consonam ab omnibus sequendam esse existimem.
JOSEPH DOMINICUS DE TOTIS
Signaturæ Justitiæ Votans.

Non minus docte, quam erudite deducta per R.P.D. meum Severolum, tanquam veritati, & justitiæ consona approbo, & ita Juris esse censeo.
PROSPER MAREFUSCUS
Signaturæ Justitiæ Votans.

Germanis juris principiis, recepta Jurisperitorum Sententia, & Tribunalium Placitis, R.P.D. mei Severoli consultationem Urbi, & Orbi, notissimam, & omnimoda eruditione illustratam, approbo, & ita Juris esse censeo.
PEREGRINUS MASERIUS
Utriusque Signaturæ Referendarius, & Signaturæ Justitiæ Auditor.

Licet nullum authoritatis robur addere valeam luculentissime firmatis per R.P.D. Severolum in præsenti elaboratissima allegatione, cum ejus nominis fama sufficiat, utpote de re literaria; & legali facultate optime meriti, tamen in obsequium veritatis eadem approbo, ut juri consona.
JO: BAPTISTA BOTTINIUS
Sacræ Consistorialis Aulæ, & Fisci, & Cameræ Apostolicæ Advocatus.

Sententiam magistraliter firmatam per R.P.D. meum Severolum, uti Justitiæ, & veritati consonam libenter approbo.
CAMILLUS SPRETUS
Sacr. Consistorial. Aulæ Advocatus.

Eruditissimo, & disertissimo R.P.D. mei Severoli responso, uti solidissimis, & verioribus juris fundamentis innixo libentissime accedo, & me subscribo.
MARCELLINUS CORIUS
Sacr. Consistorial. Aulæ Advocatus.

Semper admiratus sum omnigenam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli doctrinam, præcipue vero in Legali facultate scientiam, ejus proinde sententiam optime de more in præsenti firmatam, libentissime sequor, illique me subscribo.
DESIDERIUS SPRETUS
S. Consistorialis Aulæ, & Pauperum Advoc.

Elaborate deducta per R.P.D. meum Severolum Virum in omni disciplina consultissimum, & in Legali Philosophia nemini secundum, juris esse censeo, & communiori Doctorum sententia approbata; prout in sensu veritatis testor.
THOMAS PROVENZALIS
in Romana Curia Advocatus.

Solidissime de more firmatis a nunquam satis laudato J.C. Illustrissimo, & Rever. D. meo Severolo, quem semper in Magistrum agnosco, accedo, & me subscribo.
JOANNES JULIANUS
in Romana Curia Advocatus.

Doctissime firmatis in hacce Consultatione ab insigni nostri Ævi Jurisconsulto non minus, quam omnigena Eruditionis Viro Illustriss. & Rever. D. meo Severolo, libentissime in ipsa veritatis censura me subscribo.
OCTAVIUS DE JANDIS
in Romana Curia Advocatus.

Consona veritati, & Justitia esse, quæ in sua doctissima allegatione Illustriss. & Rever. D. meus Severolus J.C. eximius, deduxit, existimo, & libentissime approbo, & doctrinam admirans eisdem me subscribo.
JOANNES BAPTISTA RICCIUS
in Romana Curia Advocatus.

Conclusiones firmatas in eruditissima Consultatione Juris Illustriss. & Rever. D. mei Severoli, tanquam magis veras, & rationibus magis efficacibus comprobatas, approbo, & credo juxta illas judicandum esse.
PETRUS CORRADINUS
in Romana Curia Advocatus.

Opinionem Illustr. & Reverend. D. mei Severoli Viri vere Jurisperiti, ac eruditissimi tanquam Juris principiis magis consonam, ac in Tribunalibus frequentius amplexam libenter sequor, eique me subscribo.
JOANNES DE GAMBIS
in Romana Curia Advocatus.

Sapientissime scripta ab Illustr. & Rever. D. meo Severolo dispositioni Juris, & communissima Doctorum sententiæ, atque veritati consona, adhærens censeo.
JOANNES BAPTISTA QUATRINUS
in Romana Curia Advocatus, & Curiæ Capitolinæ Secundus Collateralis.

Æquali doctrina maturitate, ac veritate, & justitia, remanent firmata superius scripta ab Illust. et Rever. D. meo Severolo, cujus sententiam proinde sequendam esse puto.
ANTONIUS MARIA DE BECCHETTIS
in Romana Curia Advocatus.

Opinione Illustr. ac Reverend. D. mei Severoli in antecedent-

dentibus scriptis, de more comprobata, libentissime subscribo in sensu veritatis.

DOMINICUS URSAYA
in Romana Curia Advocatus.

DECISIO I.

R. P. D. LANCELLOTTO

Civitate Castelli supplementi Legitimæ.

Die 25. Martii 1604.

29 *Moniales cum ante ingressum in Religionem a Statuto fuerint exclusæ præter masculos, ipsorum favore faciunt numerum et partem in legitima, ita ut transeat de triente in semissem.*

DOmini dixerunt &c.
Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod ab initio istæ Moniales ante ingressum Religionis fuerint a Statuto exclusæ propter masculos, cum Statutum ante ingressum injecerit vinculum, ut per Castr. *cons.* 504. *n.* 14. *l.* 1. Tiraq. *de Jur. primog.* q. 43. *num.* 5. *et seqq.* Mandel. *cons.* 98. *n.* 1. Viv. multos allegans *commun. opinion.* 812. *n.* 14. Crass. *in §. successio qu.* 3. *n.* 2. Quo fit, ut cum prius essent a Statuto exclusæ, per talem exclusionem quæsitum fuit Jus masculis, quatenus agitur, ut ad eorum interesse faciant partem in legitima, ita ut illa transeat de triente in semissem, ut fuit resolutum in Causa Romana de Lante coram SS. D. N. quæ est *decis.* 266. *p.* 1. *et* tradit Decian. *respons.* 46. *n.* 31. *et seq. lib.* 3.

DECISIO II.

R. P. D. PIROVANO

Æsina Fideicommissi.

Lunæ 12. Februarii 1626.

30 *Licet dotes a Statuto loco legitimæ subrogatæ essent, cum pro arbitrio nominatorum sint taxandæ, non erunt de legitima extrahendæ, sed tanquam æs alienum ante legitimam deducendæ.*

SUpererat videndum &c.
Si vero adhuc præsupponeretur dotes a Statuto esse subrogatas loco legitimæ, & sorores posse facere partem ad comodum masculorum; nihilominus cum hæc electio non sit fœminarum, sed masculorum, ad quorum favorem Statuta emanarunt, ut dotatæ sint earum dote contentæ, & pro dotandis arbitrio nominatorum in Statutis eorum dotes sint taxandæ, acquiescentibus hæredibus gravatorum, ut legitima sit triens, non autem semis, dotes non erunt de legitima extrahendæ, sed tanquam æs alienum ante legitimam deducendæ, ut latissime fuit firmatum in d. decis. 30. Octobris 1617. coram bon. memor. Ubaldo, *inter impress.* 74. *post Tract. de Legitima*, cujus rationes, & fundamenta non sunt transcribenda.
Et ita &c.

DECISIO III.

R. P. D. PIROVANO

Assisien. Fideicommissi.

Lunæ 28. Maii 1692.

31 *Quoquomodo fœminæ excludantur, faciunt semper partem ad favorem masculorum, quando ipsi pinguiorem legitimam consequi volunt.*

DIxerunt Domini &c.
Quia etsi hujusmodi detractio non possit impediri, non tamen impedienda erit immissio in reliquo reservato triente hæredi Josephi, vel semisse cum onere suo, ut infra dicam, quandoquidem si aliæ detractiones non obstant pro indiviso dabitur immissio Fideicommissario pro illa quota secundum opinionem Rotæ, de qua in Cæsenaten. Fideicommissi de Aldinis 28. Junii 1614. quæ est 185. coram Papa Gregorio XV. in Forolivien. fideicommissi, 30. Junii 1614. coram bon. mem. Buratto in Ferrarien. de Tassonis 28. Novembris 1618. coram Patriarcha Pamphilio, & in Tusculana fideicommissi 4. Julii 1618. coram D. meo Decano. Cæterum quod hæc quota, quæ pro indiviso licebit hæredi Josephi gravati retinere, esse debeat triens, vel semis, visum fuit pro semisse respondendum; quia hæres Josephi non acquiescit trienti propter commodum pinguioris portionis in ipso semisse, quo casu, sive fœminæ excludantur per Statutum, sive ex testamento, & sive simpliciter, sive per subrogationem dotium in locum legitimæ tanquam agnitæ: quia tamen favore masculorum a successione excluduntur, semper faciunt partem ad favorem eorundem, ipsis volentibus, quando pinguiorem legitimam consequi possunt: quia quando minor est summa in qua dotantur fœminæ, quam portio legitimæ, quæ illis contigit in concursu fratrum, & hanc partem sequitur Rota *d.* 266. *p.* 1. *divers.* & in Firmana Legitimæ coram bon. mem. Ubaldo, *quæ est in ordine* 74. *impressa post Tract. Modern. de legitim.* & coram me in Æsina fideicommissi 12. Februarii præteriti, Grat. *discept.* 676. qui opiniones refert, & in hac Rotam sequendo residet, quod si dicatur de pinguiori commodo masculorum non constare, & tunc pro parte hæredis semper poterit apponi de liquidatione status hæreditatis, quo pendente, ad immissionem deveniri non potest, Bald. *in l.* 2. *num.* 6. *Cod. de Execut. rei judic.* Becc. *cons.* 5. *num.* 6. Ofasc. *decis.* 89. *n.* 5. Surd. *cons.* 248. *n.* 8. *vol.* 2.

DECISIO IV.

R. P. D. MUTO.

Viterbien. Legitimæ.

Veneris 1. Junii 1695.

32 *Fœminæ secundi matrimonii, licet a Statuto exclusæ, faciunt partem ad commodum fratrum ejusdem matrimonii, non vero uterinorum primi.*

REformandam esse Domini censuerunt &c.
Quo enim ad primam fomentum reformationi sententiæ præbuit insubsistentia quantitatis portionum legitimæ, quæ in eadem sententia fratribus de Hondedeis in duabus ex septem partibus taxantur; nam cum novem essent filii, duo, nempe ex priori Matrimonio, ex quibus causam habent ipsi Actores, & septem ex secundo, a quo proveniunt memorati fratres de Bussis, legitima in duabus ex novem partibus assignanda erat; nam omnes filii concurrere debent pro æquali, juxt. Text. *in Auth. Novissima Cod. de inoffic. Testament.* cum aliis per Merlin. *de Legit. lib.* 1. *tit.* 4. *qu.* 1. *et* 2.

Non obstante, quod inter fratres de Bussis adsint fœminæ exclusæ per Statutum Viterbii propter masculos; nihilominus computari debent in numero liberorum, ac faciunt numerum, atque partem, perinde, ac si exclusæ a Statuto non essent, juxta communem sententiam, de qua Roman. *in l. unic. n.* 67. *et* 68. *Cod. quando non petent. p. peten. accresc.* Rot. *in rec. d.* 137. *n.* 1. *et* 14. procedere etiam in successione matris de opinione Rotæ testatur *p.* 6. & plene *d.* 11. *n.* 8. *p.* 19. & post Michalor. *de Fratr. d.* 60. *n.* 15. coram Priol. *d.* 134. *n.* 13. Et quidem ad commodum fratrum masculorum ejusdem Matrimonii, non autem fratrum uterinorum primi, eo quia cum 32
intentio Statuentium fœminas excludendi propter masculos fuerit, ut agnationes conserventur, talis conservatio non producitur ex fratribus uterinis, qui non sunt agnati sororis uterinæ; nam sunt de aliena familia, juxta doctrinam originariam a Bald. *in Cons.* 316. *libr.* 2. quam sequuntur Paul. de Montepic. *cons.* 85. *n.* 34. Brun. *de Stat. Quod stantibus masculis art.* 3. *qu.* 18. *num.* 250. *cum seq.* late Rot. *d.* 461. *n.* 6. *cum seq. p.* 2. *rec. ubi sub n.* 6. contraria opinio Gabriel. & aliorum confutatur, *& dec.* 137. *n.* 16. *cum seqq. & dec.* 160. *n.* 27. *p.* 6. *rec.*

DECI-

DECISIO V.

R. P. D. MOLINES,

Romana Legitimæ.

Lunæ 23. Januarii 1696.

33 *Fœminæ per Statutum a successionibus ab intestato exclusæ minime reputantur mortuæ, sed faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam legitimam, prout masculis expedit, pro eorum interesse.*

POstquam Domini &c.

In nihilo relevante, quod ad augendam Legitimam masculorum de dicto triente ad semissem nulla esset habenda ratio, de dictis quatuor sororibus, stante Statuto Urbis in *cap.* 145. excludente fœminas a successionibus ab intestato. Nam placuit DD. sequi opinionem communiter in hoc Nostro Auditorio receptam, quod scilicet cum præfatum Statutum respiciat favorem masculorum, hinc sequitur, fœminas inibi exclusas minime reputari uti mortuas simpliciter, sed faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam Legitimam, prout masculis magis expedit, pro eorum interesse, ad tradita per Crass. *in §. Legitim. q.6. n.7.* Gratian. *disceptat. Forens. cap.* 594. *n.*22. Gabriel. *variar. de Legitim. concl.*2. *n.*8. Merlin. *eodem Tract. lib. tit.*4. *q.*3. *num.*17. *&* 31. Rota *in Antiq. d.*266. *p.*1. *divers.* & coram Priol. *decis.* 134. *n.*4. *& dec.* 136. *n.*13. *part.* 6. *& dec.* 499. *n.*11. *p.*18. *rec.*

Et ita &c.

RESPONSUM II.

Illustriss. & Reverendiss. Domini

MARCELLI SEVEROLI,

Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ Votantis, & Decani, &c.

IN CAUSA

Florent. Successf. ad Intest. de Ricasolis.

ARGUMENTUM.

Filii ex defuncti sorore, ut & ipsa soror nupta agnato remotissimo, & ultra decimum gradum comprehenduntur in Statuto Florentino *Lib.* 2. *Rubr.* 130. ejusque Reformatione, sub nomine agnatorum vocatorum usque ad sextum, & octavum gradum respective, & ad exclusionem feminarum nuptarum in extraneis familiis, necnon aliorum cognatorum, ad quem effectum sufficit, quod in dictis filiis verificetur proximitas intra gradus præscriptos ex parte matris, licet ex parte patris fuissent remotiores, vel extra gradus vocatos. Idemque procedere firmatur in Majoratibus, Fideicommissis, Feudis, Patronatibus, aliisque similibus dispositionibus, pro conservatione agnationis ordinatis, &c.

SUMMARIUM.

1 *FActi series, & casus contentionis exponitur.*

2 *Statuti Florentini sub Rubr.* 130. *Lib.* 2. *ejusque Reformationis verba ad causam opportuna referuntur.*

3 *Numeri Cap.* 27. *& Cap.* 36. *dispositio de successione filiarum Israel adducitur, & gemina versione exornatur.*

4 *Lege numeri Cap.* 36. *cautum fuit, ut possessiones ab una Tribu ad aliam, neve in eadem Tribu ad aliam familiam devenirent, atque ob hanc rationem fœminis Israelitis demandatum, quod maritos acciperent nedum de eadem Tribu, sed de eadem familia.*

5 *Statuta fœminarum exclusiva, pari ratione, qua Judicio Dei Moyses motus fuit ad legem numeri ferendam, sancita dicuntur, ne scilicet bona unius familiæ in aliam diversam transeant, sed in agnatione, quoad fieri potest, conserventur.*

6 *Statuta fœminarum exclusiva esse Legi Divinæ conformia, ac cum illa prorsus convenire passim est traditum.*

7 *Et ad ejusdem Juris Divini imitationem condita fuisse censentur.*

8 *Ratio agnationis est præcipua, & finalis causa fere omnium similium Statutorum, & ob quam fœminæ per existentiam masculorum fuerunt exclusæ.*

9 *Leges a Deo Israelitis traditæ etiam ad præsens possunt ad decisionem causarum allegari, maxime illæ, quæ non fuerunt per legem posteriorem immutatæ.*

10 *Jus Mosaicum saltem insigne præbet exemplum, quod in Judiciis imitari debeamus.*

11 *Theologi, & Politici non modo, sed etiam Jurisconsulti ex priscis Hebræorum moribus, & singularibus sanctitis, quæ ab ipso Numine illis præscripta fuerunt, normas non raro, atque argumenta sumunt in dijudicandis controversiis.*

12 *Per Statuta, seu Consuetudines fœminis successiones auferentes masculisque tribuentes fit reditus ad jus antiquum, itaut in veteris Juris scripti, saluberrimeque introducti renovatione censenda sint.*

13 *Et quidem origine facta ab ipsa Lege Divina.*

14 *Itaut ab ore Dei processisse, & ab ipso Justitiæ fonte derivasse communiter dicatur.*

15 *Lex a Deo per manum Moysis Israelitis tradita regulam, sive exemplum præbere potest pro interpretandis Statutis.*

16 *Eadem si non uti Lex veteris Testamenti, saltem uti Lex renovata, est ad præsens vel servanda, vel prorsus respicienda.*

17 *Lex, sive Constitutio unius Regni ad decisionem casuum similium, nedum finitimarum regionum, sed etiam alterius Regni valet allegari, tanquam responsum prudentum, & doctrina magistralis, quoties agitur de articulo Juris dubio ab Interpretibus non explicato, & in quo a Jure Communi, vel locali aliquid non reperitur cautum.*

18 *Etiamsi esset Lex abrogata, & non recepta.*

19 *Testatoris mens, qui agnationi prospicere voluit aliter, quam fuerit dispositum per Statutum, ex Lege Divina conjectanda, & declaranda est.*

20 *A Decurionum consortio extraneus si Decurioni succedat quartam partem successionis Curiæ debet; Sed hoc limitatur in filia nupta Curiali, quam integram hereditatis dominium habere sancitur.*

21 *Filia Curialis, itemque Curiali nupta immunis a quartæ datione servatur, cum per maritum ejus Curiæ sit satisfactum, licet secus sit quoad alias filias non sic captas, aut ad heredes extraneos in reliquam partem heredes relictos, quorum respectu quartam partem Curia consequitur.*

22 *Mulier nubens Curiali per maritum habet id, quod per se habere non potest, illiusque radiis refulget.*

23 *Nulla existit differentia sive per filios, sive per generos Curia in filiabus fuerit aucta, & per illarum filios novi additi Curiales: ex quibus Curiæ commoditatibus reperiatur consultum.*

24 *Curiarum, & Curialium licet moribus nostris nullus sit usus, & eorum conditio hodie videatur absoleta, quamvis invicem in nonnullis aliquam similitudinem habeant.*

25 *Nihilominus ratio earundem legum, quæ de Curialibus loquuntur, adhuc in aliis omnibus etiam ad præsens valet.*

26 Greg. Lopez ad partit. Hispan. in gloss. ad l. 3. verbo mulieres qu. 11. tit. 3. part. 6. *ex dispositione legis de Curialibus loquentis inducit, & firmat filiam possessoris nuptam alicui de agnatione in majoratu succedere, etiamsi per disponentem fuerit dictum, quod fœminæ non succederent.*

27 Ferdinan. Pizzarro in discurs. legal. fundam. 3. §. 2. C. *iisdem Juribus allegatis, hoc ipsum repetit, & sequitur.*

28 Perez de Lara compend. vit. hom. cap. 30. a nu. 102. *illud idem simili medio confirmat.*

29 *Prima causa, & finis, ob quem Institutores faciunt de bonis suis majoratus est propria agnationis conservatio, neve per successionem fœminarum, & extraneorum pereat, sed permaneat, & per se reluceat.*

30 *Ma-*

30 *Majoratus successiones bene deservire possunt pro declarandis successionibus Statutariis, maxime cum ab ipso principio Legis Divinæ, a quo Statuta originem trahunt, majoratuum ratio etiam initium desumat.*

31 *Patria Statuta præ omnibus esse servanda Civium Florentiæ solicita est cura.*

32 *Statuta quoad successiones intestatas Civitatis Testamentum esse dicuntur.*

33 *Voluntas defuncti ab intestato saltem permissiva ea esse censetur, quam Statutum præsumit, decernendo successiones eorum favere, quibus credit illum fuisse relictum, si testatus obiisset.*

34 *Hæc præsumptio non admittit probationem in contrarium, & taliter succedens habetur, ac si esses heres scriptus in Testamento.*

35 *Verba ablativi absoluti*,, existentibus agnatis,, *inducunt dispositionem, perinde ac si fuisset cautum, quod hereditas ad ipsos pertineret, exclusis aliis omnibus in Statuti verbis non comprehensis.*

36 *Ubi Statuti verba habent locum, illius quoque dispositio locum habere debet.*

37 *Mens, & ratio Statuti potissimum inspicienda est.*

38 *Mentem, & rationem habere satis est, quamvis verba Statuti deficiant, imo quoties de ea constat, licet etiam verba offendere mentem servando, & rationi inhærendo.*

39 *Utraque pars Statuti nempe inclusiva, & exclusiva ad effectum successionis agnatorum verificari debet.*

40 *Ratio unica, & finalis Statuti Florentini, per quod fœminæ a successione excluduntur, ea fuit, quod bona in agnatione serventur, quæ ratio, vel expressa, vel pro expressa debet ibibi haberi.*

41 *Ex hac finali ratione, quamvis non expressa, condita censentur similia Statuta, ideoque sola videtur admittenda, uti interpretatio non extensiva, sed intellectiva.*

42 *Reformationes additæ Statuto Florentino, quibus illius dispositio fuit ampliata ad alias, agnatos magis declarant causam finalem, & unicam fuisse conservationem agnationis.*

43 *Ex generali ratione in omnes, & singulas partes Statuti influente habetur expressum, quod non odio personarum, sed solo favore agnationis Statutum sit conditum.*

44 *Fœmina agnata, non extantibus masculis, ex Statuti dispositione ad intestatam successionem admittenda est.*

45 *Statutum considerandum, quatenus respicit agnationis conservationem, & perpetuitatem, quæ est causa finalis similium Statutorum, ac sola de mente Statuentium.*

46 *Per sororem conservari, & continuari non valet agnatio, ex quo nubendo in alienam familiam propriam agnationem potius destruit, quam conservet.*

47 *Et illius successio hujusmodi conservationi, & continuationi potius repugnat.*

48 *Nec, dum Statutum consideravit favorem agnationis, illa agnata dici meretur.*

49 *In successionibus causa perpetua est consideranda, nec illa persona admittenda, quæ agnationem in posterum supprimere debet.*

50 *A ratione conservationis bonorum in agnatione argumentum deducitur tam ad Statutum, quam ad alias similes dispositiones interpretandas.*

51 Agnati *verbum positivum in Statuto latius interpretatur, ac etiam de transversalibus, & de agnatis linea contentiva intelligitur.*

52 *Verbum* Agnati *est latissimum, & restringi minime potest* num. 53.

54 Agnatorum *vocabulum de omnibus ex communi stipite descendentibus, & per virilem sexum conjunctis, quive portant idem Nomen, & Insignia intelligitur.*

55 *Et propter suam generalitatem tam descendentes, quam transversales uno eodemque nomine agnatorum complectitur.*

56 *Agnati magis proprie dicuntur transversales, quam descendentes. Agnatio enim ea est, quæ collateralibus conficitur.*

57 *Agnatis vocatis intelligitur de omnibus ex linea effectiva, & contentiva, quamvis in gradu remotissimo.* Et n. 58.

59 *Dispositio facta, ut bona conserventur in agnatione, dicitur favorabilis, ideoque præcipue de agnatis linea contentiva intelligitur.*

60 *Statutum vocans agnatos per gradus nonnisi de collateralibus intellexisse videtur, quia computatio graduum fit inter collaterales, non inter descendentes, inter quos datur succedendi prærogativa ratione ordinis, non ratione gradus.*

61 *Statuentes vocando agnatos usque ad octavum gradum, voluerunt intelligere de linea contentiva, non autem effectiva, ne super insolito, & impossibili disposuisse videantur.*

62 *Statutum, seu Reformatio Florentina favore collateralium fuit condita.*

63 *Et sine dubio quoties de tempore delatæ successionis linea effectiva locum habere non potest, quia nullus ex descendentibus extet, vel antea omnes defecerint.*

64 *Statuta favore agnatorum disponentia de collateralibus, ex linea contentiva sensisse censentur semper in casu, quo alias agnatio deficeret.*

65 *Aliud est, quod quis sit vere, & proprie agnatus, aliud vero, quod habeat jura agnationis ad effectum succedendi.*

66 *Agnatio in infinitum se protendit, & dantur agnati, quamvis millesimo gradu distent, absque eo quod jus succedendi ad id obesse possit.* Et n. 67.

68 *Agnatio est quoddam jus sanguinis, sicque naturale, & immutabile, quod nullo Jure Civili dirimi valet.*

69 *Successiones hereditariæ sunt Juris Civilis, sive ex Testamento, sive ab intestato deferantur.* Et num. 70.

71 *Agnati dicuntur vere, & proprie tales, dum habent initium agnationis, utpote qui descendunt a communi stipite, & cui omnes ab eo descendentes conjungi necesse est.*

72 *Causa naturalis agnationis nequit recipere mutationem ab effectu civili succedendi.*

73 *Jura gentilitia hodie in usu non sunt, sed Jura agnatitia tantum, quæ porriguntur in infinitum.*

74 *Agnati ab intestato veniebant usque in infinitum, & eis deficientibus etiam in infinitum vocabantur Gentiles, nempe ingenui homines ex ingenuis parentibus orti, qui essent ejusdem nominis tantum, non tamen ejusdem familiæ.*

75 *Agnatio infinita est, nec certo fine graduum circumscribitur.* Et n. 76.

77 *Gentiles separati erant ab agnatis, cum quibus similitudine nominis, non autem identitate familiæ conveniebant.*

78 Cujacius ad l. alienationis 28. ff. de verb. signific. *late, & veridice explicatur.* Et n. seqq.

79 *Gentiles dicebantur, qui ex generatione communionem habebant ejusdem Gentis.*

80 *Gentiles licet cum agnatis gentilitium nomen haberent commune, id non erat ratione familiæ, sed ratione gentilitatis, ideoque Gentiles dicti, quia similitudine nominis conveniebant.*

81 *Agnati sunt Gentiles, & agnati simul, cum nemo sit agnatus, qui non sit Gentilis, at non omnes Gentiles sunt ejusdem agnationis.*

82 *Linea collateralis est parallela, & habet relationem ad lineam recti descensus, cui dicitur collateralis, & utraque derivatur ab eodem stipite.*

83 *Statutum non præsumitur excludere fœminas uti fœminas, neque vocare masculos uti masculos, sed ad effectum conservandi agnationes.*

84 *Statutum, quatenus excludit fœminas propter masculos, semper est censendum, intellexisse de illis masculis, qui agnationem conservant, vel conservare sunt apti.*

85 *Nulla alia ratio reddi potest, quæ fuerit causa motiva Statuentium ad impendendum tantum favorem masculis, nisi quia per masculos conservantur familiæ, & dignitates earum.*

86 *Sola qualitas masculinitatis non est satis ad effectum succedendi ad præscriptum Statutorum.*

87 *Ex hoc quod fœminæ extraneis maritis nubendo de illorum familia efficiuntur, sicque ad proprii generis memoriam conservandam remanent ineptæ, Statuentes fuerunt moti ad illas excludendas.*

88 *Agnatis masculis ortis ex nuptiis patris agnati, & matris*

tris ab eadem agnatione descendentis defertur successio ad quam masculi agnati fuerunt vocati pro conservatione agnationis, quæ in illis versatur, ac si essent proximiores a masculis procreati.

89 Hæc opinio probatur verior, & magis communis, a qua nullatenus Judex debet in judicando recedere.

90 Non desunt, qui credant ridiculum esse aliter sentire.

91 Exclusio matris insinit etiam in cæteros, qui per tale medium propagantur tanquam conjunctos per radicem infectam; sed contrarium num. seqq.

92 Fœminarum medium non est dijudicandum inhabile, quoties eadem fuerunt aliquo modo considerata, nec uti exclusæ perpetuo rejectæ in successione statutaria.

93 Rot. decis. 89. sub n. 13. part. 6. rec. apposito declaratur.

94 Bellon. Jun. cons. 2. sub n. 77. pariter ad rem explicatur.

95 Soror in Statuto veteri fuit praelecta ad graviorem effectum succedendi per se ipsam in hæreditate fratris ad exclusionem matris, & agnatorum usque ad octavum gradum.

96 Soror Reformatione exclusa intelligitur, quando nubit in aliena familia, sed cum est nupta in sua, favor agnationis non cessat, imo majorem recipit perpetuitatem; ideoque illius persona, ac medium dicendum est a Statuto consideratum uti habile, & proficuum ad effectum successionis.

97 Pro sorore nupta in familia adsunt novæ Reformationes a contrario sensu, & ex ratione causæ finalis conservandi agnationem.

98 Argumentum a contrario sensu bene procedit in Statutis.

99 Ut favori agnationis magis esset consultum, fuit in Statuto dictum, quod nulla mulier, vel ejus filii fratri ab intestato succedere possent.

100 In filiis fœmina nupta in familia, quia sunt de agnatione quæ per eos sicuti per alios agnatos conservatur, cessare debet exclusio.

101 Argumentum a contrario sensu ad evitandum absurdum procedit etiam in Statutis correctoriis.

102 Masculis procreatis ex fœmina nupta in agnatione fortius successio est deferenda, quamvis per medium matris id contingat, cum cesset ratio infectionis, & prævaleat ratio, ob quam masculi sunt vocati, fœminis exclusis.

103 Natus ex fœmina dicitur excludi a gradu, a quo excluditur fœmina, quæ sit inhabilis; secus quando non esset inhabilis, imo succederet, & nepotem ex fratre tanquam remotiorem excluderet.

104 Mulier nupta viro ejusdem agnationis debet succedere vigore dispositionis, per quam favore agnationis sunt fœminæ exclusæ, & masculi vocati, & n. 105. ubi quod id nullum habet dubium.

106 In fœmina, quæ in familia nupsit, militat ratio, ob quam masculi sunt vocati, nempe conservationis agnationis, quæ tanquam generalis debet omnes comprehendere, in quibus talis ratio viget, & n. 107. etiamsi speciale dictum sit.

108 Rationo exclusionis cessante, fœmina nupta in familia omnino admitti debet.

109 Voluntas disponentium non solum debet observari in his, quæ constat cogitasse, sed etiam in non cogitatis, quæ si cogitassent, idem verisimiliter respondissent.

110 Ratio exclusionis cessat, & contraria admissionis militat in fœmina nupta in familia; ideoque admitti debet tanquam sub ratione comprehensa.

111 Fœmina nupta in familia est habenda pro masculo, ac uti masculus dijudicanda, ad effectum successionis.

112 Fœmina nupta in familia beneficio legis, aut verisimilis mentis disponentis videtur mutare sexum, & in ea esse extinctam conditionem muliebrem, ex quo non est considerandus sexus, sed id quod per sexum repræsentatur.

113 Idem in similibus terminis agnationis artificialis arguunt Doctores.

114 Sexus quatenus aliquod fœmina adimat id ex viro ejusdem agnationis suppleeur, atque ita ambo conjuges mutuo auxilio innixi justitiam omnem hæreditatis implere dicuntur.

115 In Statuto Florentino, & similibus ideo de masculis fuit facta mentio, quia per agnatos virilis sexus contingit secundum communiter accidentia perpetuari, & conservari memoriam agnationis, & agnatorum.

116 Ubi masculi mentio facta est in dispositione ratione frequentioris usus, illius appellatione fœmina non excluditur.

117 Ea quæ sunt posita ratione frequentioris usus, non restringunt dispositionem, nec excludunt casum minus frequentem, præsertim si ratio dispositionis sit apta comprehendere utrunque casum.

118 Fœminæ nuptæ in propria familia ad successiones sunt admittendæ, nedum exclusis aliis fœminis viris extranearum familiarum copulatis, sed etiam ipsis masculis agnatis gradu remotioribus, tanquam comprehensæ in capite inclusivo, & in exclusivo non subintellectæ ex concurrenti ratione inclusionis masculorum, & ex cessante ratione exclusionis fœminarum.

119 Aliquibus admissis ad successionem aliis exclusis, inclusi censentur omnes, in quibus eadem ratio inclusionis procedit, quamvis alias in dispositione non expressi.

120 In exclusione generali non censentur comprehensi illi, in quibus ratio deficit exclusionis.

121 Masculi ex fœminis nuptis in familia debent succedere, quamvis per earum medium id contingat, illorum favore cumulando jura, quæ ipsis fœminis favent.

122 Masculis ex fœminis, ut masculis, & agnatis verba clara, & ratio aperta opitulantur.

123 Et ideo satis juridicum est, ut ipsi succedant, & n. 124. ac si expresse fuissent in dispositione vocati.

125 Prima, ex rebus judicatis favore fœminarum nuptarum in familia, nempe pro Isabella Uxore Ferdinandi V. Regis Catholici contra Joannem Regem Tarracone occasione successionis Regnorum Castellæ per Supremum Consilium, & Magnates Hispaniæ decisa.

126 Secunda, edita per Alphonsum Primum Regem Neapolis super fideicommisso facto favore masculorum Familiæ Sanseverinæ cum perpetua fœminarum exclusione, ad quod fuit admissa fœmina nupta agnato remotiori, rejecto masculo propinquiori.

127 Tertia, in qua Supremum Italiæ Consilium determinavit tribuendam esse Duci Montis Leoni facultatem eligendi quemlibet successorem de familia, cui filiam nuptui traderet, non obstante avito fideicommisso, quo fœminis semper exclusis, masculi de familia etiam in gradu remoti fuerant vocati.

128 Hæc determinatio justitia consentanea in utroque foro, ac secundum veritatem prædicatur.

129 Quarta, per Magnam Curiam Neapolis declarantem relictum domus, quod Testator voluit pervenire de hærede in hæredem sibi propinquiorem de linea masculina de familia Pisacana spectare ad filiam fœminam in familia nuptam, excluso masculo propinquiori in gradu agnatitio.

130 Quinta, qua fuit judicatum in Curia Episcopali Ravellensi admittendam esse fœminam nuptam in familia una cum aliis masculis ad præsentandum in beneficio Jurispatronatus ad solos masculos ex fundatione spectante.

131 Hoc judicatum emanasse re mature examinata, & discussa cum voto doctissimorum Virorum pro veritate requisitorum asseritur.

132 Sexta Decisio favorem Camillæ Cajetanæ nuptæ in familia, & Francisci Cajetani Ducis Sermonetæ ejus filii, quamvis per fideicommittentem invitatis solis masculis, & ipsis deficientibus substituto Rege, & rejecto etiam Duce Laurenzani agnato in gradu masculino proximiori.

133 Septima, res judicata per Rotam Florentinam in Causa de Barbolanis, admittendo ad successionem fideicommissariam agnatos masculos proximiores, ex parte matris agnatæ, exclusis aliis masculis proximioribus ex parte patris.

134 Res judicatæ, & Supremorum Tribunalium placita inegabiliter comprobant, quæ fuerunt asserta, dum non semel, sed pluries, & non ab uno, sed a pluribus, & Clarissimis Judicibus fuit ita responsum.

135 Exempta Juribus, & rationibus innixa indubitanter ostendunt, quid in re sit agendum.

136 In

136 *In feudalibus successionibus tradita habentur tam ratione, quam effectu perinde ac si de successione fideicommissi agnatitii dicta fuissent.*
137 *In feudis regularibus, seu ordinariis masculi duntaxat ad successionem sunt vocati, fœminis exclusis.*
138 *Et quidem ad agnationum splendorem conservandum, ac promovendum.*
139 *Fideicommissa, aliaque ultima voluntates, ac hominum dispositiones, Statutis æquiparantur, & pariformiter interpretantur.*
140 *Ex iisdem regulis, & conjecturis, quibus Testatorum mens elicitur, a Statuentibus disposita quoque declarantur.*
141 *Ab ultimis voluntatibus ad Statuta, & e contra aptissime argui valet.*
142 *Doctores plures afferuntur, qui ab aliis expensa pro determinandis successionibus fideicommissariis deducunt ad decernendas successiones statutarias favore fœminarum cum viro de eadem agnatione nuptarum, aut filiorum, qui per idem medium sint proximiores, scilicet.*
143 Mangil. de imput. quæst. 59. n. 5.
144 Odd. consl. 46. sub n. 60. vers. quod scilicet.
145 Guidobon. advoc. civil. 100. a princ. ad n. 13.
146 Bottilier. de success. ab intestat. cap. 1. theor. 2. num. 64. & 65.
147 Rodoer. ad pragmat. 33. de feud. c. 7. n. 8.
148 Actolin. resp. 13. n. 18. in fin.
149 Rot. decis. 53. n. 10. & seqq. part. 7. rec.
150 Angel. consl. 283. sub n. 3. ad fin. *qui loquitur in terminis Statuti Florentini, & eum cæteri communiter sequuntur.*
151 *Dictio* licet *est adversativa præcedentium, & casum minus dubium indicat.*
152 *Fœmina nupta in familia debet considerari, sicuti ii, qui tanquam ad conservandam agnationem apti ad similes successiones sunt vocati a cessante, & respective concurrente ratione, qua fœmina sunt exclusæ, & masculi inclusi.*
153 *Quæ insolita sunt, & raro eveniunt, postquam eveniunt, habent omnia, quæ habent illi, qui ad feudum vocantur.*
154 *Fœmina in familia nubentes admittuntur ad agnatitias successiones, quia de eis non censetur in capite exclusivo cogitatum, & habent omnia, quæ habent vocati in capite inclusivo.*
155 *Casus mulieris nubentis in familia uti raro contingens non videtur habendus in consideratione; sed contrarium firmatur,* n. 156.
157 *His, quæ raro accidunt, aptantur leges, quæ quoad ea, quæ frequentius accidunt, fuerunt constituta.*
158 *Casus conservationis agnationis per fœminam nuptam in familia, quamvis raro contingens, quoties accidit, est judicandus, juxta ea, quæ fuerunt favore masculorum.*
159 *Oppositum in opposito operatur idem, quam propositum in proposito.*
160 *A natura contrariorum uterque casus determinatur.*
161 *Filii sororis sunt cum defuncto in tertio consanguinitatis gradu conjuncti, juxta Juris Civilis computationem, quam servandam esse voluit Statutum Florentinum,* n. 162.
163 *Possibile est, quod quis ex uno latere sit proximior, licet ex alio sit remotior.*
164 *Gradus est habitudo, seu mutuus respectus personarum, quæ cognatione se invicem attingunt; vel distantia propinquitatis, qua dignoscitur quantum persona inter se differant, vel adhæreant.*
165 *Sive id per patris, vel matris personam contingat.*
166 *Sicque satis est, quod conjungantur ex persona matris.*
167 *In agnato apto ad conservandam agnationem propinquitas est consideranda secundum naturam quomodocunque proveniat.*
168 *Ratio regulat quamlibet dispositionem, sive sit testamentaria, sive alia, eam restringendo, vel ampliando.*
169 *Propinquitas ex parte matris habet eundem effectum, ut gradus per illam unitus cum agnatione faciat implementum perfectæ successionis.*
170 *Agnatio, cognatio, & proximitas in uno, eodemque subjecto concurrentes mutuo auxilio faciunt unum integrale perfectissimum, propter quod proximitas deducta a matre nupta in familia, & qualitas agnationis a patre derivata, ac in filiis insimul unita ita univocantur, ut quæ genitoribus fortasse non proficiebant, ipsis prosint adesse perfecti, & proximi agnati.*
171 *Quæ de sui natura sunt dividua, ratione adjuncti individua efficiuntur.*
172 *Qualitates agnationis, & gradus, licet dividantur in causa producente in personis, nempe genitorum, bene in eorum filiis sunt dicendæ individuæ, & inseparabiles.*
173 *Filii agnationem a patre, & gradum a matre desumunt ita ab utriusque parentis natura aliquid participando.*
174 *Filii etsi nomen, & familiam matris non sequantur, sed a patre tanquam agente denominentur, cum tamen etiam ex matris sanguine oriantur ratione compositi, materna nobilitate clariores fiunt.*
175 *Gradus proximior a matre derivari potest.*
176 *Masculi ex agnatitiis nuptiis suscepti ad successiones admittuntur, nedum uti agnati, sed uti proximiores, ad exclusionem agnatorum remotiorum, quamvis ista major proximitas deducatur ex parte matris nuptæ viro de eadem familia.*
177 *Doctores omnes allegati asserunt, vel uti certum supponunt, quod per filios fœminarum nuptarum in familia gradus possit derivari a matre ad hoc, ut tanquam agnati ex parte patris, & intra gradus proximitatis, quam habent per matrem, sint ad similes successiones admittendi.*
178 *Gradus prærogativa non aliunde sumitur, quam ex ordine proximitatis.*
179 *Major, & minor proximitas, nonnisi juxta proximitatem graduum dijudicatur.*
180 *Proximus, sive proximior agnatus is dicitur, qui obtinet primum successionis gradum.*
181 *Habens qualitates agnati a patre, & proximioris a matre, non separatas in sui persona, sed unitas, licet in origine diversas, est ad successionem admittendus, quamvis uti agnatus sit remotior, & uti proximior videatur cognatus, & exclusus, quia exclusio remanet imaginaria, dum ex prædicta unione efficitur verus & perfectus agnatus intra gradus a Statuto requisitos, sicque cessat ratio exclusionis, & concurrit id, quod requiritur pro exclusione.*
182 *Agnationis, & proximitatis unio dicitur secuta in ipso patre agnato statim ac cum muliere de eadem familia nuptias contraxit, ex quibus dum maritus efficitur una caro, & sanguis cum uxore, ipse quoque uxoris gradum videtur assumere, exindeque proximior agnatus evadit ad effectum succedendi consanguineis uxoris posthabitis aliis agnatis inferioris gradus.*
183 *Affinibus successiones jura non deferunt, sed declaratur* num. seq.
184 *Affinitas est conjunctio personarum, quæ antea diversarum erant cognationum, & copulantur per nuptias, ex quibus fit causa conjungenda affinitatis.*
185 *Conjunctio ex affinitate conferre videtur etiam in successionibus, quamvis per affinitatem illæ non deferantur.*
186 *In affinibus non considerantur gradus separati, & distincti, cum iidem sint, qui consanguinitatis sunt gradus.*
187 *Ex affinitate unita conjunctioni aliquid pluris additur ad hoc, ut in viro, qui cum muliere ejusdem familiæ connubium contraxit, eo magis agnatio, & proximitas sint dicendæ copulatæ, & ipse in esse veri agnati proximioris judicetur constitutus.*
188 *In filiis ex agnatitiis nuptiis susceptis validius procedit unio agnationis a patre, & proximitatis a matre, quia adest etiam gradus sanguinis, itaut eo fortius sint dicendi agnati proximiores.*
189 *Filii ab ipso patre tam agnationem, quam proximitatem desumere possunt, dum in illius persona fuerunt antea copulata, sicque idem pater ex agnato remotiori fuerat effectus agnatus proximior.*

190 *Qua-*

190 Qualitas nova superveniens enti unius speciei illud diversificat, & in aliam speciem transfert.
191 In successionibus alterius beneficio, quis consequitur ea, quæ jure proprio obtinere nequit. Quod etiam procedit in terminis successionum, quæ vigore Statutorum deferuntur, n. 192.
193 Agnatio est in matre nupta in familia, & per eam agnatio conservatur.
194 Dispositio agnatitia, quæ spectat ad matrem, multo magis ad filios agnatos ab ea editos spectare debet.
195 Proximitas, qua habetur per fœminam nuptam in eadem familia, est agnatitia, ex qua idem effectus, qui ex proximitate cum viro satis superque resultat.
196 Alieni a Jure agnationis matris ejus liberi non sunt, dum agnatio, etiam ipsa sublata, permanet, & ratio omnis quiescit, propter quam jus diversum alias constitui solet.
197 Agnatio hoc casu duplici via conservatur, ex quo mater est de agnatione, itidem & pater.
198 Licet masculus ex masculo duplici jure nitatur, attamen non est magis de agnatione, quam masculus ex fœmina in ea nupta, qui ulterius est proximior, sicque pariter duplici jure nititur.
199 Fœmina licet sint exclusa a successione majoratus ratione conservationis bonorum in agnatione; attamen si aliqua fœmina nubat in eadem familia, & sit proximior aliis agnatis, tunc illa, & ejus liberi admittuntur ad successionem tanquam proximiores, & agnati de eadem domo, & familia.
200 Quod fœmina familiæ suæ caput & finis sit intelligitur, nisi cum nupta est in familia, quo casu, & ipsa admittitur tanquam agnata, & ipsi quoque liberi tanquam agnati, licet sint remotiores, persona patris inspecta, dummodo sint proximiores, inspecta matre.
201 Et quoad ipsos filios nemo est qui contradicat.
202 Nepos masculus ex fœmina nupta in agnatione præferri debet aliis agnatis in gradu posterioribus, quia cum sit agnatus sicut alii, & etiam proximior per matrem debet ipse solus admitti.
203 Mulier in familia nupta agnationem conservat, & familiam continuat, imo & agnationis gradum continuare potest.
204 Et ita etiam eadem continuantur per ipsius filios.
205 Fœminarum interpretatio non obstat in agnatione artificiali, in qua ad veræ agnationis imitationem communiter pro agnatis recognoscuntur masculi a fœminis descendentes.
206 Fortius in successionibus statutariis, in quibus id evenit ex ipsa lege Statuti, considerato effectu ex ratione, ob quam isti masculi agnati sunt habendi, ac si fœmina non se interposuerit.
207 Causa agnationis perdendæ cessante in fœmina nupta in familia, jus tolli non convenit, quod propter ipsius agnationis favorem fuit ad invicem.
208 Gradus filiorum sororis, quamvis alias in ordine cognatorum per Justinianum ad Juris agnatitii formam in legitimas successiones fuit translatus.
209 Filii sororis inter hæredes legitimos loco agnatorum recensentur.
210 In filiis sororis viro de eadem agnatione nuptæ vera agnationis ratio versatur, & ad eos Jura agnationis æque competunt, ac si ex agnato masculo essent procreati.
211 Filii sororis ex Juris Communis dispositione æquiparantur veris agnatis.
212 Atque considerantur uti masculi agnati per virilem sexum conjuncti.
213 Redenasc. cons. 27. late declaratur n. seq.
214 Filii sororis, quos Jus voluit loco agnatorum haberi disputative dici possunt proprie agnati, vel si non sint proprie, agnati large, & improprie dicuntur tales, n. 215.
216 Filii sororis quoad jus succedendi ex liberalitate legis inter agnatos sunt admittendi, etiam in successionibus statutariis.
217 Statutum favore agnationis conditum vocando agnatos, per quos agnatio potest conservari, non censetur intelligere de filiis sororis nuptæ in aliena familia.
218 Statutum etiam casum fictum comprehendere valet, quando verus, & fictus æquiparantur, & in utroque militat eadem ratio conservationis agnationis.
219 Ex Statuentium mente, & ratione verba etiam impropriissime accipi possunt.
220 Per filios sororis, quæ in familia nupsit, conservatur agnatio, ideoque etiam in Statutis quoad jus agnationis loco agnatorum sunt admittendi.
221 Agnatorum nomine in re, qua solum adaptatur agnatis stricto modo sumptis, non veniunt filii sororis, per quos agnatio conservari non potest; secus vero, ubi non fuit considerata ratio agnationis, etiam in successionibus a dispositionibus Statutorum provenientibus.
222 Agnationis conservatio, quando est primaria, & finalis ratio Statuti, tunc licet arguere ad ejus extensionem etiam ad casus fictos, & improprios.
223 Statuti provisio respiciens favorem agnationis, quamvis relata ad unum casum, continet etiam alium, qui est similis expresso, etiamsi ita sit per fictionem.
224 Etiamsi non esset omnimoda similitudo, dum est eadem identitas rationis conservandæ agnationis, num. 224.
225 Casus fictus quoties transit in eandem veritatem, & revolvitur in ipsam rem, de qua loquitur Statutum, semper id quod ab eo fuit dispositum in casu vero, habet locum in casu ficto.
226 Casus fictus comprehenditur in Statuto, quando est ejusdem effectus, ac verus, ut quia habeat eandem operationem respectu implementi ipsius dispositionis Statuti.
227 Et sine dubio si id eveniat, ex quo per jus Commune Statutum hanc interpretationem passivam recipiat, vel quia casus verus, & fictus ab eodem Jure Communi sunt æquiparati.
228 Descendentes ex fœminis quoties sunt agnati propter patrem in ea proximitate dicuntur constituti, quæ de Jure Communi in succedendo patrem vim habet, ac illa ex parte patris: ideoque valent succedere uti proximiores agnati.
229 Successiones vigore Statutorum ad similitudinem legitimarum successionum sunt regulandæ.
230 Statuta sunt intelligenda secundum leges loquentes de ultimis voluntatibus.
231 Filii etiam data matris exclusione ex propria persona succedere valent non tanquam matris hæredes, sed diverso jure, & diversa ratione in ipsis militante, atque habent jus succedendi a lege, & non a matre.
232 Præcipue, quando mater obiit ante apertam successionem.
233 Qualitas admissiva, vel exclusiva attenditur solum de tempore apertæ successionis, & de quo illa effectum sortitur.
234 Mater ob nuptias cum viro de eadem familia contractas non est in parte exclusiva Statuti comprehensa; sed imo foret ad successionem admittenda, si talis fuisset reperta in illo instanti delatæ successionis.
235 Proximitas est quid distinctum ab agnatione, utpote pertinens ad gradum, cujus vigore quis succedit uti proximior, & agnatio est qualitas cohærens personæ, ideoque quis succedit uti agnatus proximior, quoties qualitas agnatitia sibi cohæret, & gradus a matre mutuatur.
236 Non obstante fœminarum statutaria exclusione, earum filii succedunt ex propria persona repræsentando gradum matris, etiam in successione transversalium, seu collateralium.
237 Proximitas matris non tribuit habilitatem ad succedendum, qui non sit de genere contemplato, quive uti talis non videtur vocatus; sed declaratur n. seqq.
238 Proximior non ideo quis est, quia succedit, sed e contra, quia est proximior, ideo succedit.
239 Proximitas est Jus universale, & genericum denotans sanguinis conjunctionem, quæ per agnatos, & cognatos participatur, ex quo omnes descendentes a communi stipite inter se conjunguntur.

240 *In majoratuum successione in primis est inspicienda linea, deinde sexus, & ultimo ætas, atque non est curandum de gradu nisi in linea, nec de sexu nisi in gradu, nec de ætate nisi in sexu.*

241 *De vocatione comprehensorum in parte inclusiva Statuti non est dubitandum, cum hæc ex ipsa inclusione oriatur.*

242 *Fœmina nupta in familia ad fideicommissum agnatitium, in quo soli masculi fuerunt vocati, admittenda est.*

243 *Benignius agitur cum dispositione legis, quam cum dispositione hominis.*

244 *Agnationis ratio in Statutis ampliorem recipit interpretationem, quam in Testamentis, in quibus strictior fit interpretatio.*

245 *Statuta præsumuntur fundata in ratione agnationis, secus in hominum dispositionibus, in quibus, uti voluntariis talis ratio dici nequit necessario a Testatoribus considerata, cum ex alia diversa causa possint moveri, & stet pro ratione voluntas.*

246 *In Statutis nil aliud quærendum, quam qui sint sub illius ratione comprehensi.*

247 *Ratione Statuti concurrente procedit etiam ejus dispositio.*

248 *In Statutis per fœminarum exclusionem censetur vocata agnatio.*

249 *Neque considerantur personæ, sed ratio agnationis, quæ in ipsis personis concurrit.*

250 *Expressum in Statuto dicitur id, in quo versatur eadem ratio.*

251 *Quæ ex Statuti ratione resultant, ex Statuto provenire dicuntur.*

252 *Nec extra Statuti verba censentur esse desumpta.*

253 *Filii fœminæ nuptæ in agnatione tanquam veri, & perfecti agnati possunt desumere gradum a matre, ut intra gradus Statuti censeantur constituti, adeoque vocati dicantur.*

254 *Filii prædicti succedunt desumendo nedum agnationem & gradum a patre, sed etiam agnationem, & proximitatem a matre, cujus gradus dicitur vere agnatitius.*

255 *Dum militat eadem Statuti ratio, dicitur esse comprehensio, atque inclusio.*

256 *Vocatio oritur ex inclusione in Statuto.*

257 *Statuta exclusiva in favore agnationis condita sunt simpliciter, & absolute favorabilia.*

258 *Et sine dubio quoad partem inclusivam, in qua ipsius agnationis conservationi providetur.*

259 *Aut saltem non sunt odiosa odio irrationabili.*

260 *Statuta prædicta debent extendi ad omnes casus, & personas, per quas idem agnationis favor valet verificari.*

261 *Itaut non dicatur extensio, sed comprehensio.*

262 *Etiamsi ratio non appareret expressa, sed subintelligeretur tanquam unica, & finalis, prout in Statuto Florentino, quia non est extensio, sed inclusio.*

263 *Fœminæ nuptæ in familia non sunt comprehensæ in parte exclusiva Statuti; ubi casus iste dijudicatur omissus, ut ad præscriptum juris communis sint ad successionem admittendæ, ac si Statutum non extaret.*

264 *Mulier ita nupta succedit vigore dispositionum favore agnationis factarum.*

265 *Casus fœminæ nuptæ in agnatione, & ejus filiorum non dicitur omissus, sed comprehensus in parte inclusiva Statuti, cujus ratio in illis plene verificatur, quod satis est, ut non dicatur omissus, licet verba deficiant.*

266 *Quamvis ratio non sit scripta, & versemur in correctoriis.*

267 *Casus omissus, quando est similis expresso, & militat eadem ratio, habetur pro expresso.*

268 *Casus omissus, quando habet eundem effectum, quam expressus, non præsumitur consulto omissus.*

269 *Nedum quoties constat hanc esse verisimilem mentem disponentis, etiamsi de hac mente non constaret, neque id contineretur ex virtute expressi.*

270 *Casuum diversitas dici non potest, sed potius identitas, ubi idem resultat effectus, & ex cujus eventu ita mens disponentis verificatur, ut ex eventu casus expressi.*

271 *Casus legis est exemplum, & legis ratio est lex ad comprehendendum omnes casus, in quibus eadem ratio viget, quamvis sit limitata, & correctoria.*

272 *Oculus legis omnia videt, ac intuetur.*

273 *Provisio de uno casu facta porrigitur ad alium etiam non comprehensum virtute expressi, quando verisimilis mens ita suadet.*

274 *Satis est, quod casus contingat licet raro, ut verisimiliter non sit dicendus a Statuentibus incogitatus.*

275 *Quoties agitur de casu insolito, sed in ratione comprehenso, ex eadem suppletur casus omissus, nec disponenti est imputandum, quod casum insolitum non cogitaverit.*

276 *Absolutum, & successivum fideicommissum intelligitur procedere gradatim de uno in alium.*

277 *Opinio Riccardi de Malumbra solum habet locum, quando ex vocatione masculorum fuerit habitus respectus ad agnationem.*

278 *Sub denominatione masculorum sunt comprehensi, nedum masculi, qui per masculos, sed etiam, qui per fœminas descendunt.*

279 *Opinio Riccardi de Malumbra non procedit in casu, in quo agitur de masculo ex fœmina nupta in agnatione.*

280 *Leges veteres abrogatæ novis cedunt, quæ tanquam posteriores sunt attendendæ.*

281 *Licitum non est rem decidere ex Statuto veteri correcto.*

282 *Novæ Reformationes dum simpliciter, & generaliter vocant agnatos masculos, absque distinctione sunt intelligendæ.*

283 *Masculinitas non est consideranda nisi in consequentiam, & tanquam Instrumentum causæ finalis, quæ est agnationis favor, non autem ipsa causa.*

284 *Reformatores, cum aliquid non expresserint eo modo, quo erant expressa in veteri Statuto, censendum est illa omittere voluisse, ut Statutum in hoc remaneret correctum, & declaratum.*

285 *Omissum in recentiori lege consulto judicatur omissum, ut legi antiquæ esset derogatum, & ut in ea scriptum amplius locum non habeat.*

286 *Per novam Reformationem generalem est abrogatum Statutum antiquum, quamvis speciale, ubi ad invicem non se compatiuntur.*

287 *In Statuto veteri Florentino plura fuerunt a Statuentibus inadvertenter dicta.*

288 *In his, quæ Reformatores correxerunt, & immutarunt, vetus Statutum est abrogatum.*

289 *Mens Statuentium præcipue est spectanda.*

290 *Novæ Reformationes a veteri Statuto interpretationem non recipiunt, sed simpliciter sunt intelligendæ, & per illas Statutum vetus est dijudicandum abrogatum.*

291 *Sive nova Reformatio sit veteri Statuto contraria, sive illius declaratoria.*

292 *Statutum Florentinum, ut alia similia fuerunt condita habito respectu ad divisionem patrimoniorum.*

293 *Statuto, seu lege correcta, censentur etiam correcta ea omnia, quæ ejus occasione facta fuerunt.*

294 *Ut bona revertantur ad suum principium, & ad eam lineam, a qua derivarunt, fuit potissima ratio similium Constitutionum.*

295 *Quod sit servanda gradus prærogativa, & quod succedant proximiores, idem est.*

296 *Idem est dicere ex linea patris, quam ex parte patris.*

297 *Prout verba per lineam paternam, seu per lineam masculinam idem important.*

298 *Per dicta verba Statuentes nil aliud dicere voluerunt, quam ex parte patris, & per hoc fuerunt significati agnati, & ipsa agnatio.*

299 *Statuta favorabilia non sunt restringenda, sed potius amplianda.*

300 *In eorum interpretatione rigor non est adhibendus, sed neglecto verborum cortice ex rationibus sunt intelligenda.*

301 *Statutum favore agnationis editum intelligendum est de agnatis, per quos agnatio retinetur.*

302 *In filiis fœminæ nuptæ in agnatione verificatur ratio agnationis.*

303 *Licet nepos ex filia non dicatur de linea masculina, hoc tamen procedit, quando pater non est de agnatione,*

tione, ſed quando pater eſt de agnatione, ridiculum eſſet dicere contrarium.

304 *Idemque quando ſunt vocati deſcendentes per lineam maſculinam.*

305 *Fœmina hoc caſu eſt de linea maſculina patris.*

306 *Multo magis illius filii tam patre inſpecto, quam matre, quæ conſideratur, ac ſi in ea linea fœmina non ſe interpoſuerit.*

307 *Maſculi ex his nuptiis procreati dicuntur agnati, ac ſi eſſent maſculi ex maſculo.*

308 *Et de linea maſculina, ſeu de liberis maſculis Avi materni.*

309 *Vel ex linea, vel per lineam, aut de linea, ſunt diſtinctiones verbales non attendendæ.*

310 *Ceſſante ratione excluſionis Statutariæ, ceſſare debet, etiam excluſio.*

311 *Verba univerſalia* quoſcunque, & quomodocunque *etſi contineant majora expreſſis, tamen intelliguntur, juxta ſubjectam materiam, & naturam actus & intra hos limites illorum univerſalitas limitari, & reſtringi debet.*

312 *Verba quamvis univerſalia intelligi debent eo fine, quo prolata ſunt, & habita ratione ejus, ad quod diſponens reſpexerat, & ſecundum cauſam, ob quam diſpoſitio facta fuerat.*

313 *Nullum verbum eſt tam univerſale, quod ratione circumſtantiarum non reſtringatur.*

314 Rota deciſ. 89. par. 6. recent. *late, & multipliciter declaratur.*

315 *Item* deciſ. 53. par. 7. *conſimiliter explicatur, & retorquetur.*

316 *Itidemque* deciſ. 84. par. 5. *non obſtare demonſtratur.*

317 *Agnatio eſt nomen ampliſſimum, & genericum non habens ſignificationem ſpecialem, ſed comprehendens omnes eos, in quibus cadit illius conſervationis favor.*

318 *Frater utrinque conjunctus non excludit conſanguineum, quia conſervatio agnationis conſiderata in Statutis fieri poteſt per ſimpliciter conjunctum, ac per conjunctum ex utroque latere.*

319 *Doctores in contrarium relati loquuntur in caſibus diverſis, nec ſunt habendi in conſideratione.*

320 *Opinio illa tenenda eſt, pro qua adſunt regulæ juris, rationes validiſſimæ, & præcipue illuſtrium Interpretum, ac Supremorum Tribunalium placita.*

321 *Satis eſt rem eſſe dubiam, ut capi debeat interpretatio pro fœminarum excluſione ad favorem agnatorum, & ad agnationis conſervationem.*

1 JUre Divino quodammodo dirimenda videtur contentio, quæ ad præſens emergit, occaſione obitus Baronis Braccii de Ricaſolis ſine prole, ſuperſtitibus Magdalena ſorore Vidua relicta quond. Alexandri del Sera, necnon Barone Bettino, & Barone Abb. Octaviano fratribus, & quinque eorum ſororibus, videlicet Marchioniſſa Maria Blanca, Maria Catharina, & Franciſca, omnibus, viris alienarum familiarum nuptis, ac Maria Minima, & Maria Franciſca ambabus Monialibus profeſſis, nepotibus, neptibuſque reſpective ortis ex Caſſandra ipſius Braccii ſorore prædefuncta, ac cum Leone de eadem familia, & agnatione de Ricaſolis, cum viveret nupta; Cui nempe ex prædictis ejuſdem Braccii inteſtata ſucceſſio ſit deferenda, An omnibus inſimul admiſſis, vel potius ſolis Bettino, & Octaviano, uti maſculis, Magdalena matertera, propriiſque ſororibus, utpote fœminis, excluſis, ſtantibus Statuto Florentino: *Qualiter mulier ab inteſtato ſuccedat, Rubr.* 130. *libr.* 2. & novis Reformationibus illis de an-
2 no 1620. additis, in quibus ita cautum reperitur, nempe in Statuto, *Et nulla mulier, vel ejus filii, vel filia ſuccedere poſſint alicui fratri dictæ mulieris ab inteſtato, ſi dicto ejus fratri exiſterent filius, vel filii, filia vel filiæ, nepos, vel neptes ex eis, fratres, aut fratres, filius, aut filii, maſculus, aut maſculi ex dicto fratre, vel fratribus, vel patruus, &c. exiſtant*, Et in novis Reformationibus „ *In ſecundo principali Capite præd. Statuti incipiente „ Et nulla mulier, vel ejus filii, &c. ubi agitur de hæreditate fratris deferenda, vel ne ſorori, decretum, & ſancitum fuit, nedum exiſtentibus perſonis in dicto Capite Statuti nominatis, ſed etiam exiſtentibus agnatis maſculis, uſque ad dict.* *ſextum gradum excluſive, ab hæreditate ab inteſtato ſororem omnino excluſam fore, &c.* & paucis interjectis, quibus mox dicta ad aviam, proaviam, & alios aſcendentes paternos fuerunt ampliata, ſic ſuperadditum „ *Alias vero omnes mulieres tranſverſales, & omnes, ac quoſcunque tali decedenti quomodocunque conjunctos per eaſdem mulieres, decretum, & ſancitum fuit, ſuccedere non poſſe defunctæ perſonæ, exiſtentibus agnatis maſculis uſque in octavum gradum incluſive, ſalva tamen ſucceſſione nepotibus in concurſu amitæ maternæ, ſeu alterius perſonæ, quibus Juri repræſentationis in hoc caſu non ſit præjudicatum, &c.* Et latius legere eſt apud Card. de Luca *de Statut. ſucceſſ. inter partic. Statut. extra Stat. Eccleſiaſt. part.* 3. *fol.* 362. & 364. *Ædit. Roman.*

Succeſſionum etenim juribus a Deo, per manum Moy- 3
ſis in Campeſtribus Moab filiis Iſrael conſtitutis, legeque perpetua *Num. Cap.* 27. mandatum, ut filia non aliter ad hæreditatis paternæ poſſeſſionem vocaretur, quam ſi patri ſuo filius nullus adeſſet, cum Judæi poſtmodum fœminarum quoque rationem habuerint, ita tamen, ut eas ſemper excluderent maſculi in eodem gradu cognationis extantes, indeque occaſione filiarum Salva prole maſculina minime relicta, vererentur, ne per filiam hæreditas ex una Tribu, & ex una familia Tribus in aliam transferretur, illud quoque a Moyſe, præcipiente Domino, ſuperiori Conſtitutioni *Capit.* 36. *verſic.* 8. additum fuit, *ut omnis filia, quæ poſſideret hæreditatem aliquam ex Tribubus filiorum Iſraelis, nuberet omnino uni ex familia Tribus patris ſui, ut ita obtinerent filii Iſraelis quiſque hæreditatem ſuam*, quemadmodum ex Textu Hebraico refert *Jacobus Perizonius diſſert. triad. diſſert.* 2. *de lege voconia, fœminarumque apud veter. hæredit. pag.* 109. & 110. vel ut in ditione vulgata legitur: *Et cunctæ fœminæ de eadem Tribu maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familiis.* Et quidem, ut præfata ratio in ipſa lege expreſſa, conſervationis nempe hæreditatis in familiis fuerit ejuſdem ſcopus, & finis, ut ibi communiter animadvertunt Interpretes, inter quos *Tirinus* ita ſubdit „ *nota occaſione legis tam dictæ puellas Hebræas, quandocunque vel ob morbum, vel ob imbecillitatem fratrum, aliorumque fratrum ſpem habeant futuræ ſucceſſionis, ne hæreditate fruſtrarentur, vel illi renunciaſſe cenſerentur, ſolitas ſuæ Tribus, & familiæ viris nubere, nam quæ caſu nupſiſſent alienis; & ſi poſtea ſublatis fratribus, & propinquis, forte devolveretur ad ipſas hæreditas, non ſuccedebant tamen in hæreditate, quia matrimonio ſuo cum extraneis cenſebantur Juri ſuo renunciaſſe; & tunc hæreditas illa ad alios propinquos ejuſdem Tribus, & familiæ tranſibant, perinde ac ſi nullæ tales puellæ ſuperfuiſſent*, quod etiam repetit *Jacobus Bonfrerius* rem latius exornans, & animadvertens ulterius perperam ab *Alphonſo Toſtato Epiſcopo Abulenſi*, & aliis nonnullis fuiſſe creditum, legem præfatam, ea ratione duntaxat fuiſſe latam, ne fortes Tribuum confunderentur, cum ſatis conſtet in eadem Tribu plures extitiſſe familias, quandoquidem paſſim Tribus in familis diſtinguebantur, itaque non tantum ea lege cautum, 4
ne poſſeſſiones ab una Tribu ad aliam transferrentur, ſed etiam ne in eadem Tribu ad aliam familiam devenirent, atque ob id fœminis Iſraelitis, ad quas hæreditates devolverentur, demandatum, quod maritos acciperent, nedum de eadem Tribu, ſed de eadem familia, ut in Textu Hebræo ſuperius relato; cum quibus ſacri Juris expoſitoribus conveniunt etiam noſtri Juris Interpretes, ut videre eſt, ex traditis per *Brun. de Statut. fœm. excluſ. art.* 3. *n.* 13. *Marquard. de Suſann. de Judæis, & aliis infidel. p.* 2. *princ. cap.* 2. *n.* 5. Joachin. Stephan. *de Juriſdict. lib.* 1. *cap* 10. *n.* 16. & 17. Raudenſ. *de analog. lib.* 1. *cap.* 15 *n.* 263. Rimin. jun. *conſ* 275. *n.* 38. & *ſeq.* Zaſ. *conſ.* 1. *n.* 53. & 62. *lib.* 2. Card. de Luca *in commentar. ad Conſtitut. Innoc. XI. de Statut. ſucceſſ.* §. 3. *n.* 3. Gob. *de jur. inteſtat. ſucceſſ. in prælud. n.* 4. una cum aliis ibi relatis, & latius per Petr. Gonzalez de Salzed. *de leg. politic. lib.* 2. *cap.* 14. *a n.* 60. *ad* 74 Roxas *de incompatibilit. Regnor. & majorat. part.* 3. *c.* 5. *a n.* 1. *ad* 8. ibique Ferdinand. Alphonſ. dell'Aquila *in addit.* ubi *ſub num.* 1. recitat. ex parte verba *Tirini* mox relata; Quidquid aliter præfato *Toſtati* erroneo intellectui innixa crediderit Rot. cor. Coccin. *deciſ.* 676. *n.* 40. & *ſeq. repetit. in rec. dec.* 414. *n.* 8. & *ſeqq. par.* 1. illiuſque fidem ſecutus R. P. D. Anſald. *de comerc. & merc. diſc.* 41. *num.* 26.

Quamobrem cum negari non valeat, quin Statuta fœ-
minarum exclusiva, & inter hæc Statutum Florentinum,
de quo agitur, pari ratione, qua Judicio Dei Moyses
fuerat commotus ad legem præfatam decernendam, di-
cantur sancita, ne bona unius familiæ in aliam diversam
transeant, sed in agnatione, quoad fieri potest, conser-
5 ventur, ut singillatim ponderat Cavagnol. *observ. ad de-*
cret. Montisferrati lib. 2. ad decret. 73. quæst. 1. sub nu-
mer. 18. & latius patebit ex his, quæ infra dicemus, at-
que ob id eidem Legi Divinæ esse conformia, ac cum illa
prorsus convenire passim sit traditum, ut per Harprecht
6 *in §. Item vetustas num. 16. Instit. de hæredit. quæ ab in-*
test. defer. Decian. *consil. 17. num. 31. volum. 1.* Mantuan.
consil. 159. num. 1. tom. 1. Vultc. *inter consil. Accad.*
Marspurgens. consil. 29. num. 30. volum. 2. Redenasc.
consil. 23. num. 32. in fin. Beinell. *consil. 12. num. 15.*
Reynoso *observat. 14. num. 22.* Bonden. *collect. legal. 31.*
num. 103. & 106. volum. 2. Thomat. *decision. 204. n. 11.*
Armenzan. *decision. 2. num. 15.* Rota coram Merlin.
decision. 353. num. 8. & decision. 470. num. 3. quinimo
7 ad ejusdem Juris Divini imitationem fuisse condita,
cum aliis animadvertat Gob. *ubi supra in prælud. sub*
num. 3. versic. conditum tandem, utique etiam pro cer-
to erit habendum, quod talia Statuta ab eadem Lege Di-
vina declarationem recipiendo, ita sint intelligenda, ut
præsertim in parte qualitativa, & inclusiva masculorum,
ob quorum existentiam fœminæ sunt exclusæ, voluerint
esse comprehensos filios masculos fœminarum in fami-
lia, & agnatione defuncti nuptarum, per quos tam ge-
nus, & generis memoria, quam agnatorum patrimonia,
maxime non existentibus aliis masculis agnatis, valent
in agnatione nedum servari, sed & perpetuari; nam ut
diximus, hæc est ratio præcipua, & causa finalis fere o-
mnium similium Statutorum, & ob quam feminæ per
8 existentiam masculorum fuerunt exclusæ, juxta cumula-
ta per Bellon. *de jur. accresc. tom. 3. cap. 9. quæst. 12. n. 22.*
& 103. & fuit hujusce Statuti Florentini, ut adnotat
Angel. *consil. 283. sub num. 5. post med.* cum aliis infra
recensendis. Ideoque non incongruum erit asserere, ex
præfata Lege Divina, ut præmisimus, omni, & qua-
cunque alia disceptatione forrasse relicta posse in casu,
de quo agitur, declarari successionem controversam, ad
solos Barones Bettinum, & Abbatem Octavianum specta-
re debere uti masculos ortos ex Cassandra nupta in ea-
dem agnatione, & familia, ex qua ortus fuerat Braccius
de Ricasolis ab intestato defunctus, & per quos illius bo-
na hæreditaria in ejus familia, & agnatione nedum con-
servari, sed & perpetuari valent, & sic comprehensos in
parte qualitativa, & inclusiva Statuti, exclusis prorsus
Magdalena, & propriis sororibus, ut feminis nuptis
in alienis familiis, & per quarum filios id obtineri mi-
nime potest, atque sic a Statuto in parte exclusiva lite-
raliter rejectis.

Nam etsi Lege Mosaica hodie non videamur obstringi,
Jurique a Deo Israelitis tradito non simus obnoxii; ni-
hilominus omisso, quod non desunt, qui asserunt eas-
dem Leges, etiam ad præsens posse decisionem Causa-
rum allegari, maxime illas, quæ non fuerunt per legem
posteriorem immutatæ, ut præcipue, quoad legem, de
9 qua est sermo, cum aliis credit Raudens. *respons. 4. n. 69.*
lib. 1. Cum omnibus sit in comperto, idem jus saltem
insigne præbere exemplum, quod imitari debeamus, ut
10 occasione pariter Legis præfatæ animadvertit Paganin.
Guadent. *exercit. de leg. qua fœmin. a success. repellit.*
cap. 1. ad fin. impress. post lib. 2. de Justin. secul. mo-
rib. junctis generaliter traditis per Myeres *de major.*
par. 1. in init. num. 16. in fin. & num. 47. cum sequent.
necnon, quod non modo Theologi, & Politici, sed
etiam Jurisconsulti ex priscis Hebræorum moribus, &
singularibus sancitis, quæ ab ipso Numine illis præscri-
pta fuerunt subnixi, normas non raro, atque argumen-
ta in dijudicandis controversiis sumunt, ut præ cæteris
adnotat Salden. *de success. in bon. defunct. ad li. He-*
bræor. in prolegomen. pag. 2. ubi, & hac ratione opus
11 illud a se conscriptum subindicat. Proculdubio lex præ-
fata respicienda erit in decernenda successione ab inte-
stato, stante Statuto feminarum exclusivo, cum per si-
milia Statuta, sive consuetudines feminis successiones
auferentes, masculisque tribuentes, quæ nedum per u-
niversam fere Italiam, singulasque ejus Civitates servan-
tur, sed per maximam Orbis partem florent, & vigent,
fuerit reditum ad jus antiquum, itaut nonnisi in vete-
ris Juris scripti, saluberrime introducti renovationem,
illa esse censenda, scribant Curt. Jun. *in l. 1. versic. 2.*
principaliter C. de success. edict. & in l. qui se patris
n. 75. B. unde liber. Cravett. *consil. 243. sub num. 3. vers.*
ideo tale jus Statutarium, Fab. de Anna *consil. 118.*
sub num. 16. versic. erit ergo lib. 2. Eugen. *consil. 37. nu-*
mer. 25. tom. 2. Cyriac. *controv. 353. num. 18.* Muscul. *de* 12
success. convent. membr. 2. class. 1. conclus. 4. num. 133.
Knipschild. *de fideicommiss. fam. nob. cap. 8. num. 201.*
De Philipp. *differt. Fiscal. 39. num. 30.* late Rota *in*
Nepesina Legitimæ sub die 26. Aprilis 1697. coram
Muto *impress. post* Albit. *de consc. in judic. decis. 69.*
num. 13. 14. & 15. Et quidem origine facta ab ipsa
Lege Divina superius animadversa Joann. de Anan. *in*
cap. Judæi num. 13. ad fin. versic. quia talia statuta de
Judæis, ubi quod ob id fuit laudabilis reditus, Alex. 13
consil. 142. num. 11. lib. 7. Knichen. *de Vestiturar. pa-*
ction. par. 1. cap. 4. num. 4. versic. unde scaturiunt,
Gallin. *de verb. signific. lib. 8. cap. 12. sub numero 43.*
Cavagnol. *ad decret. Montisfer. libr. 2. in observ. ad*
d. decret. 73. §. 1. quæst. 1. eodem num. 18. in princ.
ita quidem, ut ab ore Dei processisse, & ab ipso Ju-
stitiæ fonte derivasse communiter dicantur, ut per
Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 7. num. 17.* Corn.
consil. 127. num. 2. vol. 2. Aldovin. *consil. 104. num. 24.* 14
Fichard. *consil. 3. num. 15. versic. ex allegatis lib. 1.*
Jovitum *de solemnit. in contr. minor. gloss. 12. §. 4.*
numer. 111. Zaul. *in observ. ad Statut. Faven. lib. 3.*
rubr. 27. num. 3. Gob. *de jur. intest. success. in præud.*
sub num. 3. versic. conditum, & num. 4. sicque propte-
rea eadem Lex a Deo per manum Moysis Israelitis tradi-
ta, nedum regulam, sive exemplum præbere possit pro
interpretandis Statutis, de quibus agitur, ad tradita
per Matth. *de success. legal. part. 3. quæst. 2. artic. 3.*
num. 19. in fin. sed immo si non uti lex Veteris Te- 15
stamenti, saltem uti lex renovata, sit ad præsens vel
servanda, vel prorsus respicienda, juxta ea, quæ de
ipsa bene differit Guilielm. de Benedict. *in repet. cap. Ray-* 16
nutius, verb. & uxorem nomine Adalasiam sub num. 28.
de testam. unde eandem in similibus controversiis fere
semper allegari adnotat Cavagnol. *ubi sup. eod. q. 1. n. 36.*
ad med.

Addito, quod quemadmodum est receptum, quod
lex, sive constitutio præcipua alicujus Regni, vel Pro-
vinciæ, immo & Civitatis, ad decisionem casuum si-
milium, nedum finitimarum Regionum, sed etiam alte-
rius Regni, diversæque Provinciæ, & Civitatis valet
allegari, aut saltem in argumentationem trahi, tanquam
responsa Prudentum, & doctrina magistralis, quoties
agitur de articulo Juris dubio ab interpretibus non ex-
plicato, & in quo a Jure sive communi, sive locali,
aliquid non reperitur cautum, juxta deducta per Fulv.
Constant. *in l. 1. n. 36. versic. non desinam mirari Cod.*
de filii Official. lib. 12. Carleval. *de judic. tom. 2. lib.* 17
1. tit. 3. disput. 8. num. 132. Capon. *discept. forens.*
252. num. 13. tom. 4. de Luc. *de regal. disc. 83. sub n. 3.*
de Testam. disc. 30. num. 17. & disc. 32. num. 8. &
de success. ab intest. disc. 41. num. 192. Conciol. *ad*
Statut. Eugub. in præud. num. 20. Rocc. *disput. jur.*
select. cap. 73. num. 13. Etiamsi esset lex abrogata, &
non recepta, ex cumulatis per Paz. *de tenut. cap. 57.*
num. 99. & 100. & Salgad. *in labyrinth. credit. part. 2.*
cap. 29. num. 23. & 34. Ita multo magis id locum ob-
tinere debebit in lege præcipiente Divino Numine o-
mnium æquissimo, & justissimo legislatore sancita, ut
nempe ex illa decidendæ sint quæstiones, quæ circa
successiones simili ratione a Statuto exclusivo fœmina-
rum derivantes, oriri possunt, si alias contingat esse
dubias, nec specialiter determinatas, aut, eandem va-
lere præbere regulam, quomodo similia Statuta sint
intelligenda, saltem uti legem juri naturæ consentane-
am, cum nil aliud sit id, quod per Jus Divinum Moy-
sis ministerio, atque opera fuerat Populo Israelitico
traditum, quam juris naturalis expressio, simili plane
modo, quo ob id Testatoris mentem, qui agnationi
prospicere in votis habuit, & aliter, quam Statutum
fuerat locutus; sicque illius successio ab ejusdem Statu-
ti dispositione diversa regi non valeret, quemadmodum
alias regulariter fieri solet ex præfata Lege Divina con-
jectandam, & declarandam esse voluerunt Mantic. *de*
conject. ult. vol. lib. 16. tit. 27. & Galvan. *consil. 40. sub* 18
n. 9. & 10.

Con-

19 Concurrente potissimum pari dispositione Juris Cæsarei, seu Civilis, ejusque sane, quod hodie pro jure communi habetur, quæ itidem ad resolutionem casus nostri non parum conferre videtur, perpensis Sanctionibus Imperatorum Theodosii, & Justiniani relatis *in l. meminimus 2. & in l. si quis 3. C. quando, & quibus quarta pars debeatur ex bonis Decurion. & de mod. distribut. eor. lib. 10.* quatenus in priori, postquam fuerat decretum,
20 quod si extraneus a Decurionum consortio succederet Decurioni, quarta pars successionis Curiæ deberetur; nonnullaque quoad hanc quartam partem præfinita, sic legitur demandatum, *Ad filiorum vero Curialium, vel nepotum, ac pronepotum, scilicet Decurionum similitudinem, ad quos integras opes pervenire censuimus: filiam, quin etiam neptem, proneptemve principali* (h. e. Decurioni, seu Curiali, ut ibi adnotat Glossa) *ejusdem Civitatis, unde Pater, Avus, vel Proavus oritur, nuptam, rerum, vel ab intestato, vel ex dispositione ultima voluntatis quæsitarum, integrum, nullaque parte diminutum, dominium habere censuimus &c.* In posteriori vero, cum omnibus per Theodosium hac sua Consti-
21 tutione non visum fuerit provisum, ita per Justinianum fuit additum, *Ad hoc sancimus, si quis Curialis, filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, quarum una Curiali ejusdem nupserit Civitatis, aliis filiabus, quæ ad hujusmodi vota non migraverint; vel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis, non videri Curiæ ex sententia Legis Theodosianæ ad Apollonium scriptæ satisfieri, sed omnino quartam partem patrimonii Curia consequatur; sive uni filiæ, quæ Curialibus nuptiis copulata sit, deputanda, sive ex aliis heredibus colligenda; filia procul dubio, quæ Curiali nupsit, immunis ab hujusmodi quartæ datione servanda, cum per maritum ejus quantum ad ipsius personam Curiæ sit satisfactum; Et hoc observari, non solum si ultimo elogio condito, Testator Curialis decesserit, sed etiam si ab intestato diem suum obierit &c.* Atque sane respectis rationibus, ex quibus prædicta in præfatis juribus fuerunt constituta, quia nempe per maritum mulier nubens Curiali habet id, quod per se habere non potest, illiusque radiis refulget, ut animadvertit Jo. de Platea *in dict. leg. minimus §. ad*
22 *filiorum sub num. 1. versic. ut sic.* Et quia per maritum, quantum ad mulieris personam est satisfactum, ut in sua posteriori Constitutione Justinianus monuit in verbis recensitis, nec non quia, ut alibi per eosdem Imperatores reperitur traditum, nulla existit differentia, sive per filios, sive per generos Curia in filiabus fuerit aucta, & per illarum filios novi additi Curiales, cum nil intersit, quo istorum modorum Curiæ commodita-
23 tibus reperiatur consultum, ut per Theodosium *in l. si quis 3. in fin. C. de natural. liber. & per Justinian. in novell. 89. cap. 3. in fin. sive authen. celat. 7. tit. 1. quib. mod. natural. efficiant sui, & de eorum, sive ex testament. sive ab intest. success. §. si vero ab initio, & ibi Gloss. in verb. eorum.*

Hæc enim convenire cum præfata dispositione Juris Mosaici de se patet, & conferre ad decisionem casus nostri non videtur contendendum, quia licet Curia-
24 rum, & Curialium istiusmodi moribus nostris nullus sit usus, ut animadvertit Ritthershus. *in exposit. method. novellar. par. 1. cap. 7. num. 23.* eorundemque Curialium conditio hodie videatur absoluta, cum non eadem sint ad præsens nomina Magistratuum, & officiorum distributio, prout olim erant, quamvis invicem in nonnullis aliquam similitudinem habere videantur, ut ponderat Gudelin. *comment. de jur. novissim. lib. 5. cap. 8. num. 26.* nihilominus earundem legum ratio adhuc in aliis omnibus
25 etiam ad præsens valet, ut præcipue docent Decker, *dissert. Jur. & dec. in Belg. factar. dissert. 2. sub num. 51. §. Tertius incidet. ad med.* Christin. *Cent. Belgic. dec. 35. num. 5. vol. 5.* Et satis ad rem evincitur ex his, quæ in proximis terminis successionis in majoratu tradit Gregor. Lopez *ad Partit. Hispan. in gloss. ad l. 3. verb. Mugeres quast. 11. tit. 3. Partit. 6.* dum superius relata *l. meminimus §. Ad filiorum Cod. quand. & quib. quarta*
26 *pars, &c. lib. 10.* tanquam casum suum præcipue determinante, ex illius dispositione firmat; quod si contingat, tempore quo majoratus defertur, filiam possessoris reperiri nuptam alicui de agnatione, & genere disponentis, ac de ejus familia, & cognomine, seu appellatione, eadem succedere debet, ex quo maritus est de agnatione, & familia, etiamsi alias per disponentem in majoratu constituendo fuerit dictum, quod fœminæ non succederent: quia per mulieres perdi solet generis memoria, cum transeant in alienam familiam, quod sequitur, & repetit, iisdem juribus itidem allegatis, Ferdinand. Pizarro *disc. legal. de la obligation, que tiene los Reies a premiarlos servicios de sus Vassallos en ellos, ò en sus Descendentes fundam. 3. §. 2. fol. 37. & præcipue in not. marginal. lit. C. impress. post suum Opus inscript. Varones Illustres del nuovo Mondo &c.* Nec non ex iis, quæ in eisdem pariter terminis late differit Perez de Lara *in Comped. vit. homin. in Jur. cap. 30. a num. 102.* dum ad ostendendum, quod filius descendens a filia possessoris majoratus agnatitii, quæ nupserat agnato, succedere debet Avo materno, & præferri alteri agnato transversali fundatoris, quamvis proximiori, inter cætera, quæ ad hoc probandum deducit *n. 104.* affert *dd. l. 3. C. de natural. lib. & authen. quib. mod. natural. effic. legit.* inferendo, quod quemadmodum ex illis juribus habetur, quod capacitas mariti porrigitur ad uxorem, ita qualitas ejusdem agnatitia efficere debet, quod si supervenerit uxori, filia ex hujusmodi nuptiis orta, succedere valet in majoratu agnatitio, exclusio agnato transversali, quam *Lara* sententiam in puncto juris veram esse dicit Ferdinand. Alphons. dell' Aquila *in addit. ad Roxas de incompatib. majorat. par. 1. cap. 6. n. 348.* 28

Sicque proinde pariformiter ex dispositione eorundem jurium valebit confirmari id, quod supra asseruimus, ut nempe attento Statuto Florentino, fœminas extantibus masculis favore agnationis excludente, Bettinus, & Octavianus, per quos agnatio, & familia Braccii de Ricasolis, de cujus intestata successione agitur, conservari potest, utpote filii Cassandræ cum Leone de eadem agnatione, & familia nuptæ, succedere sint dicendi; exclusis Magdalena matertera, ac propriis fororibus, uti nuptis in alienis familiis, & per quarum filios eadem agnatio, & familia defuncti conservari non potest, eadem plane ratione, qua mulierem nuptam Curiali, fuit in præfatis juribus dictum relevari debere ab onere solvendi quartam, ex quo per ejus filios Curiæ commoditatibus remanebat consultum, & ipsa per maritum fuerat consecuta capacitatem, sive qualitatem aptam ad libere succedendum in bonis Curialis, ad eamque teneri mulierem nuptam extraneo, & non Curiali, atque simplici plane modo, quo ex eorundem jurium dispositione Lopez, Pizarro, & Lara voluerunt in suis casibus, quod mulier nupta viro de agnatione, & familia disponentis valeat per se, vel per ejus filios succedere in majoratu agnatitio, a quo fœminæ fuerant exclusæ, cum itidem par sit similium Statutorum, & majoratuum ratio, ex quo in istis, quemadmodum in illis, prima causa, primusque finis, ob quem faciunt Institutores de bonis suis majoratus, sit propriæ agnationis, familiæque memoria, & conservatio, neve per successionem fœminarum, & extraneorum propria agnatio, & familia pereat, sed permaneat, & per se reluceat ex gratuito beneficio ob bonum publicum ab eis relicto, ut cum multis tradunt Molin. de Hispan. *primogenit. libr. 1. cap. 1. in fin. cap. 3. num. 14. & capit. 4. num. 12.* Vela *dissert. 49. num. 2.* Capye. Latr. *consult. 134. num. 41. tom. 2.* Pegas. *de exclus. inclus. success. & erect. major. par. 1. cap. 2. num. 3.* Adeoque deducta per Doctores pro declarandis successionibus in majoratibus æque bene deservire potuerunt pro declarandis ipsis successionibus Statutariis; maxime cum ab ipso principio Legis Mosaicæ, a quo Statuta illa originem trahere supra asseruimus, majoratuum ratio etiam initium desumat, ut post cæteros animadvertit Salzed. *de leg. politic. lib. 2. cap. 14.* & præcipue *num. 73.* ex Simanc. *de primog. Hispan. cap. 5.* 30

Cæterum rem etiam ad terminos ipsius Statuti Florentini perstringendo, sive quia agitur de causa apud Clarissimos ejusdem Civitatis Magistratus discutienda, ubi patria Statuta præ omnibus esse servanda suorum Civium sollicita est cura, teste Magon. *Florentin. decision. 6. num. 4.* 31
sive quia quod istas successiones intestatas, hujusmodi Statuta, Legis municipalis, sive Civitatis Testamentum esse dicuntur, ut pluribus relatis adnotant Gob. *de jur. intestat. success. in prælud. num. 1.* & Rota coram Cels. *decision. 248. num. 11. in Viterbiens. Donationis 26. Junii 1690. §. Et jure quidem,* coram Hervault, *& in Romana Pecuniaria 5. Junii 1699.* coram Ansald. *impress. apud* Palm. Nep. Lucen. *decision. 271. numero 8. part. 3.*

sive demum, quia ea censetur esse voluntas defuncti saltem permissiva, quam Statutum conjectutat, seu præsumit, decernendo successiones eorum favore, quibus credit illum fuisse relicturum, si testatus obiisset, ad tradita per Card. de Luca *de success. ab intest. disc. 7. sub n.*
33 12. *& de Statut. success.* §. 19. *sub num.* 8. Joan. Philipp. *respons.* 48. *n.* 15. *&* 59. Dondæus *consult.* 4. *num.* 27. *&* 28. Palm. Nep. *alleg.* 251. *num.* 51. *tom.* 3. itaut tanti sit hæc præsumptio, ut non admittat probationem in contrarium, ac operetur, quod taliter succedens habeatur, ac si esset hæres scriptus in Testamento, ad Text. *in leg. conficiuntur*, ibique Gloss. *& in leg. si quis cum nullum*, ibique Gloss. *in verb. rupisset. ff. de jur. codicill.* cum concordan. per Marcian. *disput. forens.* 8. *num.* 31. *&* 32. *lib.*
34 1. Haud diversimode respondendum crederem; Siquidem in Statuto verbis claris, & apertis legitur dispositum, quod *nulla mulier possit ab intestato succedere, existentibus agnatis masculis infra octavum gradum*, & in novis Reformationibus, quod hæreditas fratris non sit deferenda sorori, *existentibus agnatis masculis*, & aliis similibus superius ex parte recensitis; ex quibus cum negari non valeat, quin fœminarum exclusio fuerit facta contemplatione agnatorum masculorum, sicque ipsis competere jus successionis, quamvis ad ipsos verba non fuerint directa, præsertim quoties comprehensio fuerit facta per verba ablativi absoluti, *existentibus agnatis*, quæ prolata a Statuentibus, qui habent disponendi potestatem, inducunt dispositionem, & operantur perinde, ac si per Statutum fuisset cautum, quod hæreditas ad ipsos pertinere, exclusis aliis omnibus in Statuti verbis non compre-
35 prehensis, ut relatis aliis, de quibus Bellon. *de jur. accresc. tom.* 3. *cap.* 19. *quæst.* 12. *num.* 105. *&* 106. & in terminis hujusce Statuti adnotant Bartol. *in leg. sive ingenua* 2. §. *videndum sub num.* 1. *&* 2. *Cod. ad Senat. Consult. Tertull. Castrens. consil.* 57. *sub num.* 3. *lib.* 1. Barbat. *consil.* 48. *num.* 7. *tom.* 3. Cioff. *consil.* 45. *num.* 10. *lib.* 2. Altograd. *consil.* 82. *sub num.* 22. *lib.* 1. Utique nonnisi ad Bettinum, & Octavianum pertinere debebit successio, de qua agitur, exclusis prorsus, nedum Magdalena matertera, seu etiam propriis sororibus, dum quoad ipsos duntaxat verificantur verba, & requisita ejusdem Statuti, & ipsis solis adamussim congruunt qualitates ab eodem exoptatæ; sicque eorum favore intret regula, quod ubi Statuti verba habent locum, illius quoque dispositio locum habere debet, quam affe-
36 runt in terminis istiusmet Statuti Cioff. *consil.* 8. *num.* 1. *libr.* 1. & in terminis similis successionis Jason. *consil.* 142. *num.* 25. *versic. ergo concurrunt lib.* 2. Vegg. *consil.* 63. *num.* 75. *&* 90. Peregrin. *consil.* 50. *num.* 1. *&* 4. *in fin. lib.* 3. Bartholom. Stella *apud* Fusar. *consil.* 19. *n.* 18. *versic. cum itaque*, Camill. Villan. *apud* Donat. Ant. de Marin. *resol. jur. lib.* 1. *resol.* 131. *sub n.* 23.

Atque facilius cum nonnisi quoad ipsos valeat habere locum mens, & ratio ejusdem Statuti, quæ potissimum in hoc inspicienda, Riminald. jun. *consil.* 67. *num.* 13. *&*
37 *seq. & consil.* 749. *num.* 26. ita quidem, ut satis sit ad effectum, de quo agitur, mentem, & rationem habere, quamvis verba Statuti deficiant, quinimo quoties de ea constat, liceat etiam verba offendere, mentem servando, & rationi inhærendo, ad tradita in terminis hujusce Statuti per Bald. *inter consil. Angel. fratres consil.* 68. *repe-*
38 *tit. consil.* 281. *versic. in qua quæstione*, Cioff. *d. consil.* 8. *num.* 20. *lib.* 1. & in terminis aliorum similium Statutorum, post alios, quos cumulant late Eugen. *consil.* 5. *consil.* 52. *& seq. lib.* 1. Gob. *de jur. intest. success. observ.* 19. *num.* 15. & generaliter tam quoad dispositiones statutarias, quam Testamentarias, ad terminos nostræ quæstionis, Rota Florent. *in Causa de Barbolanis Lib. Mot.* 18. *pag.* 19. *tergo dec.* 8. §. *Et quod hac in fin.* & quidem cum hæc omnia in ipsis verificentur quoad utranque partem ejusdem Statuti, nempe inclusivam, & exclusivam, prout hoc casu videtur requiri, Honded. *consil.* 1. *ex n.* 13. *cum*
39 *seq. lib.* 1. Palm. Nep. *allegat.* 150. *num* 13. *& seqq. & allegat.* 153. *n.* 7. & alii per R. P. D. Ansald. *in annot. ad suam dec.* 12. *n.* 23.

Non enim potest contendi, quod mens, & ratio Statuti, de quo est sermo, ea fuerit, quod bona in agnatione essent servanda, & perpetuanda, indeque familiarum decor, & memoria in suo splendore firmus, intactusque esset permansurus; & quidem, ut hæc fuerit ratio unica, & finalis ejusdem Statuti, ut jam superius tetigimus, & satis elicere est ex verbis tam ejusdem Statuti, quam novarum Reformationum illi additarum, necnon edicti pro earundem Reformationum publicatione materno idiomate evulgati, atque apertius ex toto eorum contextu, & integro tenore impresso per de Luca *in loc. sup. alleg.* cum in eis Jura legantur, ex quibus ratio præfata, vel expressa, vel pro expressa debeat inibi haberi; unde de eodem Statuto Florentino, id a Doctoribus communiter traditum, & præcipue per Bald. *inter con-* 40
sil. Angel. fratris consil. 281. *numer.* 4. *idem Angel. consil.* 283. *numer.* 4. 5. & ibidem Paul. Bech. Atcinus *consil.* 344. *num.* 4. Ruin. *consil.* 43. *num.* 8. *ad fin. juncto princip. lib.* 3. Cioff. *consil.* 8. *sub num.* 14. *vers. voluisse autem lib.* 1. Aldobrand. *consil.* 100. *num.* 18. *lib.* 1. Raudens. *consil.* 4. *num.* 40. *lib.* 1. ubi, quod id est notam Jacob. Gall. *consil.* 4. *numero* 29. *& cons.* 9. *num.* 5. Adden. *ad Thesaur. Pedemont. decis.* 263. *lit. A.* Altograd. Jun. *contr.* 94. *sub n.* 58. *vers. secundo quia, junctis tradit. anteced. num.* 57. De Luc. *de success. ab intestat. discurs.* 8. *sub num.* 19. *&* 20. *& de fideicomm. disc.* 331. *num.* 27. Rot. Floren. *in Motiv. impress. apud Vivian. de jure patr. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *sub n.* 8. §. *Et cum hujusmodi Statutum in fin. & in alio Motivo impress.* apud Mans. *consult.* 104. *num.* 15. *repetit. apud* Palm. Nepot. *Lucens. dec.* 210. *n.* 24. & fuse hoc probato in *alio Motivo pariter ibid. impress. dec.* 213. *n.* 35. *& pluribus seqq.* ubi *n.* 41. referuntur alia ejusdem Rotæ Motiva, & dicitur id Florentiæ canonizatum, & nos tetigimus *in Respons. in Florentina Legitima n.* 28. *impress.* post Albic. *de inconst. in judic. fol.* 189.

Prout sane, & hac de causa istaque ratione tanquam unica, & finali esse condita similia fere omnia Statuta, quamvis in eis non legatur expressum, communiter habetur a Doctoribus traditum, & a Tribunalibus receptum, ex quo nulla alia potest excogitari ratio, quæ sit tam certa, quemadmodum est ista conservandæ agnationis; sicque quoties ratio alia diversa non exprimitur, ea sit conjecturanda, & præsumenda, quæ justos, & sapientes Conditores probabilius movere potuit, prout est ista conservandæ agnationis, ideoque sola videatur admittenda uti interpretatio non extensiva, sed intellectiva, juxta ea, quæ late tradunt Brun. *in tract. quod stant.* 41
mascul. artic. 3. *n.* 13. *& seq.* Mascard. antiquiores cumulans, *de gen. Statut. interpr. conclus.* 4. *num.* 170. *& plur. seqq.* Castrens. *cons.* 85. *num.* 1. *in fine versic. sed de tali Statut. vol.* 2. Soccin. jun. *cons.* 10. *num.* 12. *lib.* 4. Paris. *cons.* 110. *n.* 2. *lib.* 3. Gabr. *consil.* 14. *num.* 10. *& seqq. lib.* 1. *& cons.* 19. *n.* 1. *lib.* 2. Jo: Anton. Bellon. *cons.* 74. *num.* 73. Bott. *cons.* 79. *sub num.* 20. *vers. quia ratio*, Tob. Non. *cons.* 42. *n.* 30. Odd. *cons.* 59. *n.* 17. Ruger. *cons.* 26. *n.* 41. *lib.* 1. Galuan. *cons.* 34. *n.* 74. Eugen. *cons.* 41. *num.* 17. *&* 53. *lib.* 2. Redenasch. *cons.* 27. *sub num.* 18. Marth. *de success. legal. par.* 2. *quæst.* 4. *art.* 13. *num.* 3. *&* 4. Robles *de repr. sens. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. Michalor. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 9. *n.* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 653. *n.* 45. *& cap.* 66. *num.* 13. Cirocc. *disceptat. for.* 4. *num.* 22. *& discept.* 22. *num.* 7 Tranchedin. *cons.* 70. *n.* 5. *& seq.* Mans. *consult.* 14. *num.* 7. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 101. *sub num.* 7. *in supplem. fideicomm. & legator. volum.* 9. Rocca *disput. jur. select. cap.* 38. *sub num.* 4. *tom.* 1. Mart. Medic. Senen. *dec.* 53. *num.* 10. Casareg. *elucubr. ad Statut. Gennæ tit. de success. ab intest.* §. 12. *ad versic. & Patrui defuncti n.* 50. *fol.* 232. *& ad versic. & liberi masculini num.* 2. *in fin. fol.* 237. Rota coram Cerro *decis.* 126. *num.* 2. *&* 3. *& in rec. decis.* 563. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 267. *n.* 14. *par.* 9. & aliis pluribus congestis, contrariisque, vel rejectis, vel posthabitis, Innocent. *de success. municip. q.* 3. *n.* 15. *& per tot.* & Gobb. *de jur. intest. success. in prælud. num.* 28. & latius omnium Rot. Flor. *in sup. alleg. Motiv.* apud Palm. Nep. *d. dec.* 213. *eod. num.* 25. *& seq.* ubi *n.* 38. afferuntur alia ejusdem Rotæ Motiva, quibus ostenditur, hanc opinionem Rotam illam pluries fuisse amplexam.

Idque dubio procul ad terminos nostri Statuti, animadversis prædictis novis Reformationibus eidem Statuto additis, quibus illius dispositio nedum fuit aucta, & ampliata ad alios agnatos in Statuto antiquo non comprehensos, ut sic magis declaratum existeret, quod illius causa finalis, & ratio unica fuerit conservatio, & major perpetuatio agnationis, ad notata in terminis in *eod. Mot. impress.* apud Palm. *decis. Lucens. decis.* 213. *num.* 47. *ad fin.* & simili Statuto per Rot. coram Cerr. *decis.* 126. *num.* 15. *repetit. in rec. dec.* 267. *num.* 15. *par.* 9. sed etiam mol-
liendo

liendo asperitatem antiqui Statuti, quo Mater a luctuosa filii hæreditate, etiam per illius sororem erat exclusa, fuit id sublatum, & noviter cautum, quod per sororem filii defuncti, Matris exclusio non induceretur, sed inter eas ordo, & dispositio Juris communis in futurum esset servanda, *quia cessante in sorore favore agnationis, non visum fuit æquitati consonum ad præjudicium Matris a Jure communi recedere*, ut sunt earundem Reformationum verba: Ut sic ex hac generali ratione in omnes, & singulas partes dispositionis ejusdem Statuti influente, haberetur literaliter expressum, quod non odio personarum, sed solo favore agnationis Statutum dijudicandum esse conditum; & quidem considerando istum favore agnationis non sim-
43 pliciter, quantum in se est, dum alias per vocationem sororis ad exclusionem Matris, non potuisset dici cessare agnationis favorem, cum certum sit, quod Statutum vocando fœminas agnatas ad exclusionem fœminarum non agnatarum, adhuc dicitur favore agnationis conditum, ad hoc ut ea ratione fœmina agnata, non extantibus masculis, fit ex illius dispositione, uti talis ad intestatam successionem admittenda, juxta late firmata per Rot. cor. Cels.
44 *dec.* 125. *n.* 11. *&* 12. *junct. n.* 4. *ac per tot.* quam summatim refert, Rub. *de validit. legal. cap.* 61. *num.* 95. *&* 96. ac in terminis Statuti excludentis matrem per sororem per Ruin. *conf.* 22. *n.* 8. *vol.* 3. cunctis cumulatis per Bertaz. *conf. civil.* 62. *n.* 20. *& seqq.* Rot. coram Bich. *decis.* 350. *n.* 45. & alios; sed illud considerando quatenus respicit ipsius agnationis conservationem, & perpetuitatem, quæ potissimum est causa similium Statutorum fœminas propter masculos excludentium; imo eorundem causa finalis, ex præcipua, ac sola de mente statuentium, ut loquendo de hoc Statuto Florentino animadvertit Angel. *consult.* 283.
45 *num.* 5. *ad fin. versic. & quia hæc ratio perpetuitatis*, dum hæc per sororem conservari, & continuari non valet, & quo nubendo in alienam familiam, prout passim contingere solet, est finis familiæ, & propriam agnationem potius destruit, quam conservet, Calanat. *conf.* 4. *num.* 206.
46 Capon. *discept. forens. cap.* 59. *n.* 45. *& seqq.* Contr. *discept. forens. caus.* 46. *sub n.* 18. Rot. *in recent. dec.* 69. *num.* 20. *part.* 17. indeque illius successio hujusmodi conservationi, & continuationi potius repugnet, Rocc. *selectar. dis-*
47 *put. jur. cap.* 19. *num.* 3. *&* 4. *tom.* 1. nam hoc casu filios agnatos, qui illam continuare valeant, procreare nequit, nec propterea dum Statutum consideravit favorem agnationis, illa agnata dici mereatur, Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 6. 8. 9. *&* 10. Sicque dum Reformatio-
48 nes noluerunt matrem per sororem esse exclusam, quamvis in antiquo Statuto contrarium esset dispositum, addita ratione, quia in sorore cessat agnationis favor, nil aliud voluisse est credendum, quam demonstrare, quod iste favor agnationis esset intelligendus in illius conservatione, & continuatione, propter quam illæ solum personæ, per quas agnatio stabilitatem, fundamentum, atque perpetuitatem recipit, ad successiones censerentur vocatæ, nec sine ratione, cum in successionibus causa perpetua sit consideranda, nec proinde illa persona admittenda, quæ agnationem in posterum supprimere debet, Lattrea *Granat.*
49 *dec.* 51. *sub n.* 22. *versic. sed tamen lib.* 2.

Hoc autem posito, cum certum sit, quod quoties sola ratione conservationis memoriæ generis, & bonorum in agnatione, constat inventum, & conditum fuisse simile Statutum, ab eadem ratione, tanquam unica, & finali, argumentum est ducendum tam ad illud, quam ad alias omnes similes dispositiones declarandas, & interpretandas, ut passim afferunt, & probant Scribentes, quos cu-
50 mulant, & sequuntur, Bald. *in l. maximum vitium n.* 15. *&* 16. *Cod. de liber. præterit.* Roman. *conf.* 32. *n.* 5. Honded. *conf.* 4. *n.* 72. *vol.* 1. Montepic. *consil.* 85. *n.* 38. Gabr. *conf.* 15. *num.* 12. *lib.* 1. *& consil.* 19. *num.* 1. *lib.* 2. Ruger. *conf.* 25. *num.* 51. *&* 52. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 5. Bellon. *de jur. accresc. cap.* 9. *quæst.* 12. *n.* 28. *tom.* 3. Actolin. *resolut.* 13. *num.* 57. Tranchedin. *conf.* 70. *n.* 16. 17. *cum seqq.* Constantin. *ad Statut. Urb. annotat.* 39. *artic.* 1. *num.* 4. Utique etiam manifestum erit Bertinum, & Octavianum esse dicendos agnatos ad terminos Statuti, de quo agitur; nam quoties Statutum unica, & præcipua ratione conservandæ agnationis fuit conditum, prout est nostrum, ut diximus, verbum *agnati* in eo positum latius interpretandum, adeoque etiam de transversalibus, & de agnatis lineæ contenti-
51 væ est intelligendum, ut in terminis similium Statutorum egregie tradunt Rot. coram Peutinger. *decis.* 371. *n.* 3. & alii per Gobb. *de jur. intestat. success. observ.* 17. *num.* 30.

Nullaque intercedente difficultate, quoad nostrum Statutum, cum generaliter loquatur de agnatis, quod est verbum latissimum, ut post Ancharan. *conf.* 95. animadvertit 52
Menoch. *conf.* 424. *sub n.* 11. *&* 20. Illumin. Moron. *resp.* 36. *n.* 11, & quod restringi minime potest, Massin. *de confisc. quæst.* 29. *n.* 14. & ad terminos nostræ quæstionis Barthol. Stella apud Fusar. *consil.* 19. *sub n.* 32. *versic.* 1. *quod in casu*; 53
Ideoque de omnibus a communi stipite descendentibus & per virilem sexum conjunctis, qui ve portant idem nomen, eademque insignia familiæ, prolatum intelligitur *l. ult.* §. 1. *in fin. ff. de gradib. l.* 2. §. *agnati ff. de suis, & legit. hæ-* 54
red. instit. de legit. agnat. success. in princ. Decian. *consil.* 86. *n.* 27. *& seqq. lib.* 3. Sacca *respons.* 65. *n.* 9. *lib.* 1. Negusant. Jun. *in sylv. respons. q.* 275. *num.* 32. Ciarlin. *controv. for. cap.* 23. *n.* 12. *lib.* 1. Cyriac. *controv.* 281. *num.* 13. Larrea *alleg. fisc.* 11. *n.* 474. *&* 476. *tom.* 2. Andreol. *contr.* 337. *n.* 10. Rocca *disput. jur. select. cap.* 2. *num.* 3. *tom.* 1. Vicecom. apud Mans. *conf.* 459. *num.* 22. Post. Bonon. *dec.* 68. *n.* 34. *&* 35. Rot. cor. Merlin. *dec.* 669. *n.* 20. *& seqq.* coram Celso *dec.* 341. *n.* 2. *& in rec. dec.* 15. *num.* 32. *part.* 7. & ad terminos nostræ quæstionis Bartholom. Stella apud Fusar. *d. consil.* 19. *sub n.* 11. *versic. sunt etiam de agnatione.* Quodve propter suam generalitatem tam descendentes, quam transversales uno, eodemque nomine agnatorum complecti voluisse sit dicendum, dum omnes veniunt a communi stipite, ut ad explicationem similium Statutorum bene inquit Gozadin. *in repet. l. qui se patris num.* 168. 55
Cod. unde liber. tom. 8. Rep. civil. *pag. mihi* 148. *juxta antiq. adit.* & universim affirmant, Peregr. *de fideicomm. art.* 22. *n.* 25. *&* 26 Hoeping. *de jur. insig. & armor. cap.* 7. *num.* 915. Escobar. *de purit. & nobil. prob. quæst.* 4. §. 1. *num.* 7. Alderis. *de hæred. tit.* 2. *n.* 131. Laurent. de Pinu *conf.* 12. *n.* 3. *&* 9. Gabriel. *consil.* 132. *num.* 32. *lib.* 1. Valenzuel. *consil.* 40. *num.* 37. Garon. *var. resol. cap.* 7. *n.* 7. Hodiern. *contr. forens. cap.* 11. *n.* 43. De Rosis *observat. jur. select. cap.* 43. *n.* 63. *&* 64. Palm. Nep. *alleg.* 235. *n.* 26. *tom.* 3. Zuccar. Lucens. *dec.* 76. *n.* 152. Rota *in rec. dec.* 193. *n.* 10. *circa med. par.* 1. *dec.* 174. *n.* 3. *&* 5. *par.* 4. *dec.* 14. *num.* 11. *par.* 8. *dec.* 714. *num.* 3. *&* 4. *par.* 18. *& dec.* 226. *num.* 19. *par.* 19. Immo præcipue de transversalibus disposuisse, cum magis proprie dicantur agnati illi, qui transversales sunt, quam descendentes, qui certo, & peculiari nomine descendentium, vel liberorum appellari solent; agnatio vero ea sit, quæ collateralibus, & transversalibus conficitur, Cæphal. *consil.* 510. *num.* 2. *lib.* 4. Menoch. *d. consil.* 424. *n.* 2. 3. 4. *& n.* 22. *versic. diversum autem*, Aldovin. *consil.* 91. *num.* 31. Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. 56
n. 55. Gargiar. *consil.* 94. *n.* 74. Massin. *de confiscat. dicta quæst.* 29. *num.* 12. Crivell. Dolan. *dec.* 22. *n.* 70. Rot. *in recent. dict. dec.* 174. *n.* 2. *par.* 4. *& dec.* 14. *num.* 7. *part.* 8. cum aliis ad terminos nostræ quæstionis relatis per Bartholom. Stellam apud Fusar. *dict. consil.* 19. *num.* 4. *& seq. & sub n.* 32. §. *Respondetur tamen*, proterea que vocatis agnatis, de omnibus de linea effectiva, & contentiva intellexisse disponentes communiter est traditum, ut per Castill. *controv. lib.* 5. *cap.* 93. §. 16. *n.* 44. Odd. *de fideicom. q.* 8. *num.* 84. Camarell. *de legat. lib.* 2. *verb. agnati* 57
q. 1. *num.* 2. *&* 3. *fol.* 88. Staiban. *consil.* 54. *n.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 645. *num.* 2. *&* 3. Capon. *controv. forens.* 52. *num.* 8. Bonden. *collect. legal.* 13. *n.* 109. Rot. cor. Cerr. *dec.* 321. *n.* 23. Et quidem de omnibus qui ab uno stipite, & familia descendunt, quamvis in gradu remotissimo, Sacca *consil.* 55. *sub n.* 9. *vol.* 1. Bernard. a Pinna *in tractat. de emancipat. ad fideicomm. agnat. relict. venien. impress.* apud Massin. *de confiscat. sup. alleg. quæst.* 29. *n.* 38. *ad fin.* Rot. *in rec. dec.* 15. *sub num.* 32. *par.* 7. quæ est cor. Merlin. *dec.* 669. *n.* 32. & cor. Cels. *dec.* 341. *n.* 3. 58
& alii ab ipsis allegati.

Eoque magis, quoties propter dilectionem agnationis, utque bona conserventur in familia, fuit favore agnatorum facta dispositio, cum tunc non solum confunduntur lineæ, ac uno eodemque nomine agnatorum veniant omnes utriusque lineæ, sed fortius illi de linea contentiva, cum tunc dispositio dicatur favorabilis ratione publicæ utilitatis, ideoque præcipue de agnatis lineæ contentivæ, disponentes intellexisse censentur, Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *sub num.* 20. *versic. sed ego*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *n.* 20. Simon. de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 59
3. *dub.* 1. *fol.* 11. *num.* 43. Molin. *de Hispan. primog. libr.* 1. *cap.*

1. *cap.* 4. *num.* 40. Paschal. *de virib. patr. potest. par.* 4.
cap. 9. *num.* 75. Cuman. *conf.* 2. *num.* 4. *& seqq.* Cæphal.
conf. 313. *num.* 61. *lib.* 3. Honded. *conf.* 4 *num.* 25. *tom.* 1.
Peregrin. *conf.* 140. *sub num.* 10. *verf. Quarto extat. vol.* 5.
Donde. *consult.* 4. *num.* 33. Armeyan. *dec.* 2. *num.* 19. Rota
coram Emerix jun. *dec.* 1256. *num.* 4. *&* 5. *& in recent.*
dec. 7. *n.* 15. *par.* 10. Præsertim quoties per Statutum, prout
in casu nostro, agnati fuerint vocati usque ad certos gra-
dus, nedum quia quando Statutum vocat agnatos per gra-
dus, nonnisi de transversalibus, & collateralibus intel-
60 lexisse videtur, quia computatio graduum ad cognoscen-
dam, & regulandam successionem fit duntaxat inter col-
laterales, non vero inter descendentes, inter quos datur
succedendi prærogativa, ratione ordinis, non ratione
gradus, qui respectu stipitis semper est primus, juxta
cumulata per Rodoet. *in comment. ad Reg. ad Regn. Nea-*
pragm. 33. *de feud. cap.* 8. *sub n.* 6. *verf. qua sane verba,*
sed etiam quia quando Statutum vocat, prout in casu no-
stro, agnatos usque ad sextum, vel octavum gradum respe-
ctive, cum impracticabile sit, quod quis decedat relicta
61 fœmina, & agnatis de linea effectiva in sexto, & octavo
gradu; necessario inferendum, quod statuentes de linea
contentiva voluerint intelligere, ne super insolito, & im-
possibili disposuisse videantur, ut in simili Statuto bene ar-
guit Rota coram Peuting. *aiÆ. dec.* 371. *num.* 15. & antea
motivaverat *inter diverf. dec.* 326. *sub n.* 8 *par.* 1. Prout
prorsus ob id favore collateralium, seu transversalium
62 fuisse conditum nostrum Statutum, præcipue supponit de
Luca *de success. ab intest. dict. discurf.* 8. *sub num.* 20. *&*
de fideicommiss. d. discurf. 231. *sub n.* 27. quatenus dicit,
quod dum excludit fœminas quamtumvis proximas per
transversales usque ad octavum gradum in Civibus Floren-
tinis, & incolis, juxta patrias leges, & mores, agnatio-
nis dilectio, & contemplatio magis præsumenda est, præ-
misso prius, quod dictum Statutum omnium melius ac for-
tæ singulariter restituit antiquos Italiæ, & Romanorum
mores, ac Jura, per quæ fœminæ, stantibus masculis, a
63 successionibus repellebantur. Et sine dubio quoties tempo-
re delatæ successionis linea effectiva locum habere non pos-
set, ut quia nullus ex descendentibus extaret, vel omnes
essent defecti, sicuti contigit ad præsens, dum Braccius, de
cujus hæreditate agitur, decessit sine liberis, qui necessario
requirerentur ad efficiendam lineam effectivam, ut occa-
sione similis Statuti bene differit Actolin. *resolut.* 13. *n.* 13.
& generaliter exornant Curt. jun. *conf.* 5. *n.* 10. Cæphal.
dict. conf. 313. *num.* 58. *lib.* 3. Silvan. *conf.* 18. *num.* 6. *in fin.*
& num. 7. Eugen. *conf.* 42. *num.* 42. *lib.* 2. Carol. Rosa *in*
glossograph. ad consuetud. Neapol. ad consuetud. si moriatur
de success. ab intest. n. 358. *& seq.* Camarell. *de legat. lib.* 2.
verb. familia q 16. *num.* 9 Crivell. *Dolan. dec.* 109. *n.* 15.
Fontanell. *Cathalon. dec.* 36. *num.* 11. nam si alias colla-
terales non succederent, bona in agnatione non conserva-
rentur, quod esset contra mentem, & finem similium
Statutorum, quæ propterea quoties favore agnatorum dis-
posuerunt, semper in casu, in quo alias agnatio deficeret,
& extingueretur de collateralibus, & linea contentiva
sensisse est dijudicandum, quia per hos etiam familiæ, &
agnationes conservantur, juxta ea, quæ cum aliis late
64 tradit Knipschildit *de fideicomm. familiar. nobil. cap.* 8. *sub*
n. 22. *verf. contrarium, & n.* 23. *cum pluribus seqq.* afferens
optimos *Textus in l. omnia* 32. §. *in fideicommissa, & in*
l. peto 59. §. *Fratres ff de legat.* 2.

Nec opponi poterit ad præsens, quod ii, qui sunt extra
gradus, sive Statuto, sive à Jure communi ad succeden-
dum constituti, desinant dici agnati, ac quod ultra deci-
mum gradum, intra cujus limites duntaxat ex ejusdem
Juris Communis præscripto, quem uti agnatum succedere
valere, videtur communis Doctorum traditio, nulla am-
plius detur agnatio, nec propterea fratres de Ricasolis,
dum ex parte patris, seu virilis sexus, per quem conjuncti
regulariter agnati dici solent longe ultra dictum gradum a
defuncto distent, nomine agnatorum minime sint intelli-
gendi. Etenim omisso pro nunc, quod data in ipsis qua-
litate agnatitia ex parte patris, & proximitate ex parte
matris, viro, qui fuerat de eadem familia, & agnatione,
dum viveret nuptæ, istæ insimul unitæ satis superque sunt
ad hoc ut tanquam agnati, & intra gradus etiam a Statuto
volitos ad successionem, de qua agitur, sint dicendi voca-
ti, cum de hoc infra late sit agendum. Animadvertendum
quod quotquot sunt, qui id asserunt, loquuntur in casibus
successionum, & ad effectum succedendi duntaxat, non
autem ad decernendum quis sit, qui ve simpliciter dica-
tur agnatus, quod est valde diversum; aliud siquidem est
quod quis dicatur, & sit vere, & proprie agnatus, aliud
vero, quod quis habeat etiam jura agnationis, itaut illi
suffragentur ad effectum succedendi vigore successionis le- 65
galis, ut animadvertunt Gozadin. *in repet. l. qui se patris*
num. 21. *Cod. unde liber. tom.* 2. *Rep. Civil. fol.* 142. *juxta*
veter. impress. Vulte. *ad princ. Instit. de legitim. agnator.*
success. num. 9. Bald. *conf.* 30. *sub n.* 3. *lib.* 1. Bero *conf.* 146.
num. 9. *vol.* 2. Bonden. *collect. legal.* 25. *num.* 48. *tom.* 2.
Rota coram Duran. *dec.* 36. *num.* 11. Ideoque dato pro
vero, quod jus successionis in agnatis non se extendat ul-
tra decimum gradum, dum non desint, qui contrarium 66
strenue tueantur; non tamen inde poterit elici, quod ultra
illum gradum non detur agnatio, cum imo clari Juris sit,
illam in infinitum se protendere, & dari agnatos, quamvis
millesimo gradu distent, ut clare constat ex *l.* 2. §. *agnati*
ff. de suis, & legitim. hered. absque eo quod jus succedendi
ad id obesse possit, juxta late deducta per Lancellot. Gallia 67
conf. 16. *num.* 30. *& seqq.* Sacca *respons.* 55. *num.* 5. *& seq.*
Et quidem jure, cum agnatio sit quoddam jus sanguinis,
sicque naturale, & immutabile, quod nullo Jure Civili
dirimi, aut dissolvi valeat, ut per *Text. in l. jus agnationis*
ff. de pact. & l. Jura sanguinis ff. de regul. jur. bene adnotant
Comment. *ad consuet. Parisiens. tit.* 1. *de fieff.* §. 13. *ad verb.* 68
pour sont droit d' aisuesse, sub n. 29. *verf. moveor quia fol.*
252. *juxta rec. impress.* Paris Mans. *consult.* 105. *num.* 52. *in*
supplement. fideicommiss. & legat. sive volum. 9. Rota cor.
Cels. *dec.* 341. *n.* 9. Prout sane Juris Civilis sunt similes
successiones hæreditariæ, ut ex cumulatis per Vasq. *lib.* 3.
illustr. controv. cap. 100. *num.* 2. & Robles *de repræsentat.*
lib. 2. *cap.* 14. *num.* 5. *in fin. versic. lex enim civilis*, sive 69
ex Testamento, sive ab intestato illæ deferantur, Faber. *in*
jurisprudent. Papin. *scient. tit.* 2. *princ.* 5. *illat.* 1. *&* 2. Atque
propterea fratres de Ricasolis, posthabito Jure succeden- 70
di, erunt dicendi vere, & proprie agnati, etiam sola
persona patris inspecta, dum habent initium agnationis,
utpote quia descendant a communi stipite, a quo agnatio
derivatur, & cui omnes ab eo descendentes conjungi ne-
cesse est, Sacca *dicto consil.* 65. *num.* 5. *in fin.* quamvis alias
illo respectu sint positi extra gradus successionis, cum id 71
non faciant, quod ipsi non dicantur descendere ex causa
naturali, qua agnati dicuntur omnes descendentes a com-
muni stipite, eodem plane modo, quo ex eadem causa na-
turali essent dicendi agnati, si uti tales reperirentur in gra-
du ad successionem exoptato; causa autem naturalis ne-
quit recipere mutationem ab effectu civili succedendi, jux-
ta ea, quæ plura paulo ante deducta colligunt communi-
ter *DD.* ex §. *Sed hodie Instit. de adopt.* & in simili disse-
rit Ganavert. *Camer. Summar. Neapolit. dec.* 1. *num.* 50. 72
& 51.

Nullatus refragante, quod ad hanc certissimam verita-
tem obumbrandam contendatur, descendentes a com-
muni stipite usque ad gradum illum, in quo desinebat suc-
cessio, agnatos fuisse dictos; si vero illum fuerint su-
pergressi, non agnatos, sed Gentiles fuisse appellatos.
Cum id sit contra omnem antiquitatis fidem; Etenim
etiam eo tempore, quo Jura gentilitia vigebant, quæ *hodie*
in usu non sunt, sed Jura agnatitia tantum, quæ porriguntur
in infinitum, ut inquit, & animadvertit Cujac. *comment.*
in l. 7. *respons.* Papinian. *ad seg. octavi gradus* 9. *unde co-*
gnat. oper. tom. 4. *fol.* 965. agnati ab intestato venirent gra- 73
datim usque in infinitum, vel Jure civili, vel Jure prætorio
per bonorum possessionem; unde legitimi, necnon deficien-
tibus agnatis ad hæreditatem etiam in infinitum ex duode-
cim Tabulis vocabantur Gentiles, & quidem, ut agnati
dicerentur ii, qui essent ejusdem nominis, & familiæ, &
haberent easdem imagines. Gentiles vero ingenui homines
parentibus orti, qui essent ejusdem nominis tantum, non
tamen ejusdem familiæ, ut pariter adnotat idem Cujac. *ib.* 74
& videtur etiam sensisse nedum in *recitat. solemn. ad tit.*
ff. unde cognati ad l. 1. *versic. erat autem, & versic. agnatio-*
nis autem gradus oper. tom. 2. *fol.* 1234. *& in Comment. in*
lib. ∫. Papin. *de adulter. ad leg.* 1. *de accusat. inscript.*
versic. & ratio cur potius, oper. dict. tom. 4. *fol.* 132. *in omni-*
bus juxta edit. Eug. jun. anni 1606. utpote quia itidem inibi
dicitur, quod agnatio infinita est, nec ullo certo fine gra-
duum circumscribitur, sed ulterius in *Comment. ad tit.* 16.
lib. 5. *ff. de verbor. signific. ad l. alienatione* 28. *versic. sic* 75
etiam, ut ostendit oper. posthum. tom. 4. *par. posterior. fol.*
547. *juxta impress. Parisien. anni* 1658. dum & idem asserit,
quod nempe agnatio in infinitum extenditur, nec coerce-
tur certis gradibus, & præcipue præmittit, quod *agnati*
sunt

sunt qui ex una, eademque stirpe, & familia, Gentiles
76 *les sunt, qui sunt ex diversis familiis eodem tamen genere, eodemque sanguine, & nomine*, quodve *agnatio ex una stirpe conficitur, Gentilitas ex pluribus*, sic magis declarando, quod Gentiles diversi, imo ut ibidem ipse inquit, separati erant ab agnatis, quodve cum agnatis nonnisi similitudine nominis, non autem identitate familiæ conveniebant; & licet postmodum subdat, quod jus agna-
77 tionis dicatur etiam jus stirpis, proximiusque jure gentilitatis, quodve Gentiles sunt etiam agnati, sed communi Jure, seu communiter; non tamen inde valet inferri,
78 quod Cujacius in proposito nomen agnationis intellexerit in speciali, & propria significatione intra proximitatis limites circumscriptum, sicque distinctum a generica ejusdem appellatione, æquivalenti vocabulo communem dicendo, cum non sine magno ausu sit censendum, quod doctissimus, & eruditissimus vir rem tam absonam, & a nemine usquam excogitatam, imo contra ea, quæ ipsemet aliis in locis claris verbis expresserat, ac quod magis est, contra omnem Juris historicam veritatem sub involucro ambiguorum verborum voluerit asserere, prout revera non asseruit; nam dum dixit: *Sunt quidem Gentiles agnati, sed communi jure, & communiter*, nil aliud voluit verbo illo *agnati* significare, quam communionem ejusdem stipitis, cujus uti Gentiles participant agnati, quippe qui ex eadem origine veniant, cujus originis radix sunt Gentiles, ramus agnati, & a qua aliæ familiæ, quasi a fonte in plures rivos distracto fuerant ortæ, additis propterea statim illis verbis, *sed communi jure, & communiter*, ut exprimeret, quod Gentiles dicebantur illi, qui ex generatio-
79 ne communionem habebant ejusdem gentis, quemadmodum ab Eruditis est in re hac communiter traditum, & inter cæteros ab Althus. *dicaelog. lib. 1. cap. 7. n. 13.* ac ipsemet *Cujacius* in verbis antecedentibus jam supra recensitis adnotaverat, dum dixit, quod *Gentiles sunt, (qui sunt ex diversis familiis, eodem tamen genere eodemque sanguine, & nomine*, sicuti etiam ob id videtur dixisse, quod *jus agnationis, quod & jus stirpis dicitur proximiusque Jure gentilitatis*, ut patet ex ratione, quam statim subdit, *nam sane, qui est ex mea familia, mihi est proximior, quam is, qui est ex alia familia, licet sit ex eodem genere, & sanguine*, equidem intelligendo sub nomine proximitatis illam cohærentiam, & participationem, quam habebant tam inter se, quam cum stipite ii, qui erant unius familiæ, & unius stirpis, quam non habebant alii, qui erant ex diversis familiis, & stipitibus, quamvis ejusdem Gentis, ut quia primitus ab eadem gente dimanaverint, & postmodum in diversas familias, & stirpes abiverint, prout erant Gentiles, qui licet cum agnatis gentilitium nomen haberent commune, hoc est nomen illud unde nata erant divortia familiarum, id non erat ratione familiæ, sed ratione gentilitatis, ideoque ut memoria generis maneret, Gentiles dicti, quia similitudine nominis conveniebant, ut præ
80 aliis animadvertit Connan. *commen. Jur. civ. lib. 2. c. 11. sub num. 2. post med.* nunquam vero intelligendo illam proximitatem, juxta quam gradatim quis ad successionem intestatam admittitur, & multo minus asserendo, quod dupliciter considerari valeat agnatio significatione generica, qua Gentiles etiam agnati dicerentur, & significatione specifica, juxta quam illi solum essent dicendi vere, & proprie agnati, qui intra gradus in successionibus requisitos reperiuntur, cum id nedum voluerit asserere *Cujacius*, sed potius excludere, ut satis de se patet, & præcipue, dum statim subdidit, quod *agnatio in infinitum extenditur, non coercetur certis gradibus*, absque eo quod illius ponderis esse possit, quod anteomnia adnotaverit, quod Gentiles ex *ll. 12. Tabularum* præscripto, post agnatos tam ad tutelas, quam ad legitimam hæreditatem fuissent vocati, cum istud jus succedendi posterius non excludat, quin agnatio, quæ ut ipsemet scripserat, est ex una, eademque stirpe, familia, potuisset remanere extincta per extinctionem illius familiæ, prout passim evenit, sicuti quod una familia extincta alia sit vocata ex eodem stipite, eodemque genere procedens, sicque semper magis verum sit, quod agnati dicantur omnes a communi stipite descendentes in infinitum, & quidem sine ulla a jure succedendi dependentia; quodve Gentiles fuerint, & sint ab agnatis diversi, & separati, quamvis agnati sint Gentiles, & agnati simul, cum nemo sit agnatus, qui non sit Gentilis, at non omnes Gentiles sunt ejusdem agnationis, prout ultra ea, quæ sunt dicta, colligere est ex his, quæ de ipsis Gentilibus sunt tradita ab Alberico, Pratejo, Bertachino, Hottomano, 81
Brissonio, Calvino, & aliis Juris Lexicographis, necnon a Vulte. *in §. final. Instit. de success. cognat.* Bachov & Vinn. *ad princ. Instit. de legitim. agnat. tutel.* Budæo *annotat. in Pandect. fol. mihi 52. lit. C. D.* Forster. *de success. ab intestat. lib. 3. cap. 24. axiom. 2. num. 11. & 12.* Gæddeo *in l. si ipse, §. 3. ff. de verbo signific.* Knipschildt *de fideicommiss. famil. nobil. cap. 1. num. 75.* Joann. Svevio *de verbor. signific. lib. 1. capit. 4. ad §. 1. l. 195. eodem tit.* Caim *lucubr. var. tit. de legator. & fideicommiss. orig. &c. ad l. filiusfamilias 117. §. Divi ff. de legat. 1. sive part. 3. conclus. 2. quæst. 6. sub n. 105.* Dracon. *de origin. & Jur. patricior. cap. 8. num. 5.* Gravin. *origin. Jur. civil. lib. 2. capit. 26. & 41.* & antea *a Sigonio*, si bene advertatur *de antiq. Jur. Civ. Romanor. lib. 1. cap. 7.* & clarius *Emendat. lib. 2. in Robortell. lib. de nominib. Roman. in cap. 19. 20. & 21. lib. 1.* ubi de hoc expresse agit; Adeoque multo magis erunt ad præsens dicendi agnati fratres de Ricasolis, qui habent eandem nascendi originem, quam habuit Braccius, de cujus hæreditate agitur, & ab eodem communi stipite descendunt, & quidem per rectum descensum, licet per lineam collateralem, cum ista linea collateralis sit parallela, & habeat relationem ad lineam recti descensus, cujus dicitur collateralis, 82
quia descendit ad latus lineæ, a qua descendebat Braccius, & utraque derivatur ab eodem stipite, atque eidem jungitur ex his, quæ ex *l. stemmata, & l. Jurisconsultus, §. item faciendum ff. de grad. & affinit.* communiter tradunt Interpretes, atque in simili egregie expendit Ganavett. *d. dec. 1. numer. 44. & 45.* sicque quoad ipsos bene verificatur, quod sint illi agnati a Statuto considerati, & vocati ratione conservandæ agnationis.

Eademque ratione argumentoque ab illa pariter deducto, erit etiam clarum, quod iidem Bettinus, & Octavianus sint dicendi illi masculi, de quibus Statutum Florentinum in parte inclusiva, & qualitativa fuerat locutum, dum per ipsos defuncti agnatio, & hæreditas in agnatione, & familia conservari potest. Nam cum Statutum regulariter non præsumatur excludere fœminas uti fœminas, neque vocare masculos uti masculos, sed ad effectum conservandi familias, & agnationes, ex late relatis per Michalot. *de fratr. part. 3. cap. 9. num. 6.* Paris. *cons. 48. num. 10. cons. 51. num. 9. & cons. 63. num. 14. lib. 2.* Gargiar. *cons. 45. num. 39. lib. 1.* Rota Flor. *in Mot. impress. apud Palm. Nep. Lustras. dec. 266. numer. 26.* quatenus excludit fœminas 83
propter masculos semper est censendum intellexisse de illis masculis, qui agnationem conservant, vel conservare sunt apti, ex cumulatis per Spad. *cons. 319. num. 3. lib. 3.* Gargiar. *d. cons. 45. numer. 34. lib. 1.* Rota 84
divers. decision. 376. num. 4. & 7. part. 1. Unde occasione disserendi de hoc eodemmet Statuto Florentino, de quo est sermo, inter cæteros Angel. *d. cons. 283. sub numer. 3. vers. unde necessario videndum*, animadvertit, quod nulla alia ratio reddi potest, quæ fuerit causa motiva Statuentium ad impendendum tantum favorem masculis in successionibus, nisi illa, quam consideravit antiquitas, quia nempe per masculos conservantur familiæ, & dignitates earum, subdendo propterea *sub num. 5. ad fin. vers. Et hæc ratio*, quod quoties 85
ista ratio conservationis, & perpetuationis generis, & bonorum in familia, quod solum est de mente Statuentium, & ut & nos pluries diximus, est causa finalis similium Statutorum, nequit in masculo verificari, utpote quia vel naturaliter ratione alicujus vitii specialis, vel forte per accidens, sicuti ob ingressum in Monasterium, aut quid simile, masculus ad conservationem generis videatur ineptus, sola qualitas masculinitatis non erit illi satis ad effectum succedendi ad præscriptum similium Statutorum. Atque ob id pariter, quod per eorundem Bettini, & Octaviani masculorum existentiam, sint prorsus dicendæ rejectæ, & 86
in Statuti parte exclusiva comprehensæ Magdalena matertera, & ipsorum propriæ sorores, vel quia in alienas familias, & agnationes transiverant, vel quia in solemni castitatis, & continentiæ voto se devinxerunt, nec proinde valent amplius defuncti agnationem conservare, & perpetuare, dum ex hoc potissimum, quod fœmi-

fœminæ extraneis maritis nubendo de illorum familia,
87 & agnatione efficiuntur, sicque ad proprii generis memoriam conservandam, & perpetuandam remanent prorsus ineptæ, statuentes fuerunt moti ad illas excludendas, ut itidem ad terminos hujusce Statuti prosequitur idem Angel. *sub d. num. 3. ad fin. versic. quæ conservatio*, & loquendo de similibus Statutis asserunt Aretin. *cons. 141. sub num. 1. versic. secunda ratio fuit*, Soccin. Jun. *consil. 168. num. 58. & 59. lib. 2.* Paris. *consil. 63. num 14. & 15. lib. 2.* Ritminald. Jun. *consil. 275. num. 37. & 38. tom. 3. & consil. 556. num. 56. & 57. tom. 5.* Mar. Anguisol. *consil. 13. num. 7. & 8. vol. 1.* Buccafer. *consil. 32. num. 14.* Gargiar. *d. consil. 45. num. 4. & seqq. & n. 19. & 20. cum seqq. lib. 1.* Caren. *resol. 129. num. 33. & seqq. & præcipue num. 35.* Actolin. *d. resol. 13. num. 17. & 18.* Rodulphin. *allegat. 173. num. 5. & 6.* Mans. *consult. 101. memb. 7. supplem. fideicomm. & legator. sive vol. 9.* Rot. *in recent. decision. 385. num. 34. & seqq. & præcipue num. 37. & 38. part. 9.* & alii communiter ad terminos nostræ quæstionis expensi per de Pont. *cons. 154. num. 5. & 6. vol. 2.* & per Rot. Florent. *in Causa de Barbolanis Lib. Mot. 18. pag. 19. & seqq. disc. 8. sub §. 8. non obstat igitur.*

Per masculos vero ex similibus nuptis ortos, Patris nempe agnati, & Matris ab eadem agnatione descendentis, prout isto casu sunt Bettinus, & Octavianus conservari agnationem, sicque eisdem esse deferendas successiones, ad quas masculi agnati ea ratione fuerunt vocati, quamvis alias iidem nonnisi ex proximitate, quam habent per medium fœminæ ad succedendum, valeant admitti, minime videtur contendendum; dum in illis ratio agnationis conservatur, ipsiusque jura agnationis æque competunt, ac si essent proximiores, tanquam a masculis procreati, ex his quæ ad rem tradunt Jason.
88 *cons. 17. lib. 3. repetit. inter consil. feudal.* Albert. Brun. *cons. 9. num. 7. ad fin. ibidemque* Bartholom. Soccin. *cons. 10. sub n. 6. §. quarto, & ultimo versic. unde non includuntur*, & Joan. Campeg. *cons. 11. sub num. 1. §. secundo ex hoc, post med. versic. tamen non videtur dubitandum, & sub num. 16. §. quantum vero ad septimum versic. & primo casu*, Curt. Jun. *cons. 1. num. 10. ad fin. & num. 38.* Curt. Sen. *cons. 63. num. 17. ad fin. versic. & fortius etiam filii*, Cravett. *cons. 831. sub n. 3. versic. si dixeris, & num. 6. & cons. 877. sub num. 10. & 11.* Mandell. Alb. *cons. 86. num. 1. 5. & 10. in fin. & cons. 87. num. 1. 2. 8. & 9.* Vegg. *cons. 63. a num. 75. ad fin. & præcipue num. 108. in fin. & n. 109.* Guidopap. *cons. 176. num. 3. in fin. & n. 4.* Peregrin. *cons. 50. num. 4. lib. 3.* Bartholom. Stella apud Fusar. *cons. 19. num. 12. 14. & seqq. ac per tot. ac in subscript. ad ipsius* Fusar. *cons. 30. n. 19.* & idem Fusar. in *illo cons. 30. num. 12. & seqq. ac per tot. & in tract. de substitut. quæst. 404. num. 12.* Trentacinq. *pariter de substitut. part. 4. cap. 7. sub num. 10. §. tertius casus, & §§. seqq.* Barbos. *de appellat. verbor signific. appell. 13. num. 14.* Lara *in compend. vit. homin. cap. 30. num. 102. & seqq.* Mier. *de majorat. part. 1. q. 2. num. 140. in fin.* Molphes. *cons. 16. num. 17. & 18. ex impress. post part. 2. Comment. ad consuetud. Neapol.* Paschal. *de virib. patr. pot. part. 4. cap. 9. a num. 69. ad 78.* Capan. *de fideicomm. mascul. inspect. 1. artic. 4. per tot.* Botillier. de *success. ab intest. cap. 1. theorem. 2. n. 65.* Casanatt. *in sæpe alleg. consil. pro Duce Sermoneta art. 3. per tot. sive a num. 139. ad fin. cui consilio alio II. CC. Matritenses se subscripserunt.* De Pont. *cons. 154. sub n. 37. & 40. volum. 2.* Fachin. *contr. Jur. lib. 11. cap. 25. ad fin. vers. nisi ponas*, De Marin. *resolut. Jur. lib. 1. cap. 131. num. 20.* & Camill. Villan. *in respons. ibidem impress. a n. 21. ad fin.* Carol. Ant. De Luc. *in melior. ad eund.* De Marin. *ibidem sub n. 13. vers. affirmandum videtur, & de linea legali art. 6. sub n. 104. vers. convenit quæstio*, Caravit. *in respons. impress.* apud Prat. *discept. for. part. 1. post cap. 6. §. Tertio ex alio fol. 49. col. 1.* Altimar. *in observ. ad Rovit. cons. 17. num. 4. & seqq. tom. 1.* Faber. *in C. lib. 6. tit. 22. defin. 27. in not. sub n. 2. juxta postrem. edit. Lugdun.* Roxas *de incompat. Regnor. & major. part. 1. cap. 6. §. 24. sub num. 316.* Ferdinand. Alphons. del Aquila in *addit. ad eundem ibidem n. 344. & seqq.* Rodoer. *in commen. ad Regn. Neapol. pragm. 33. de feud. cap. 7. num. 2. & seqq. ac per tot.* Pegas. *de majorat. part. 2. cap. 14. sub n. 69. §. De qua re*, Guidobon. *ad voc. civ. 100. num. 11. & 12. Melius alleg. 1. n. 55. lib. 2.* Rot. Florentin. *in sup. allegat. Causa de Barbolanis Lib. Motiv. 18. car. 19. tergo sive dec. 8.* Et quidem, ut hanc opinionem esse veriorem, & magis communiter receptam, a qua proinde nullatenus Judex debeat in judicando recedere testetur Fusar. *d. cons. 30. num. 14. & seqq.* 89
adnotato prius *n. 13. in fin. sive ante d. n. 14.* se non reperiisse Doctorem, qui eidem contradicat, quod & antea dixerat Cravett. *d. cons. 877. sub num. 11. vers. Decimotertio*, & repetunt Casanatt. *in d. cons. pro Duce Sermonet. num. 142. in fin.* Guidobon. *dict. advoc. 100. sub* 90
num. 12. Camill. Villan. *d. respons.* apud *de* Marin. *lib. 1. resolut. Jur. cap. 131. sub num. 26. vers. Nec quis dissentit, & alii.* Imo non desunt, qui credunt ridiculum esse aliter sentire, ut præ cæteris Curt. Jun. *d. cons. 1. sub eodem n. 38.* Capan. *de fideicomm. masculin. d. insp. 1. art. 48. n. 8.* Paschal. *de virib. patr. potest. d. part. 4. cap. 9. sub n. 69.* Rodoer. *dic. comment. ad pragm. 33. de feud. cap. 7. sub n. 10.*

Neque hoc casu medium Matris erit dijudicandum inhabile, & impertinens, ad hoc ut masculi ab ea descendentes succedere valeant, quemadmodum regulariter dijudicari solet, quoties illa tanquam fœmina a successione fuit exclusa, ex quo exclusio hujusmodi influit etiam in cæteros, qui per tale medium propagantur, tanquam conjunctos per radicem infectam, & quia nequit 91
esse plus Juris in causato, quam in influenti potentia causæ cum similibus, juxta theoricam, quam deducunt Interpretes ex *l. si viva matre Cod. de bon. matern. & l. illam C. de collat.* Etenim ultra quod satis esset respondere, quod fœminarum medium non est dicendum inhabile, quoties in similibus dispositionibus eædem fuerunt aliquo modo consideratæ, nec uti exclusæ perpetuo rejectæ, ut cæteris relictis, in terminis similis successionis Statutariæ, post plures, quos allegant, non obscure tradunt Gabriel. *cons. 6. sub num. 1. versic. aliter est casus lib. 1.* ubi dicit esse communem opinio- 92
nem, & secundum illam a Rota Romana fuisse judicatum, Buccafer. *cons. 64. num. 18. & 19.* Gaball. *cons. civil. 10. num. 52. lib. 2.* Gob. *de Jur. intestat. success. observat. 27. num. 7. ad fin. versic. e converso*, & ad terminos nostræ quæstionis videtur admittere Rot. *in rec. dec. 89. sub num. 13. versic.* quia, *in his terminis part. 6.* licet in illo casu ex peculiari dispositione Sta- 93
tuti, de quo ibi erat sermo contra fœminam innuptam fuerit resolutum, & non contendit Bellon. Jun. *cons. 2. sub num. 77. versic. secundo circumscripta*, quamvis alias pariter contra filium fœminæ nuptæ in fami- 94
lia consuluerit. Ideoque multo minus erit uti tale rejiciendum in Statuto, de quo agitur, & ex cujus dispositione dicimus successionem controversam fratribus de Ricasolis esse deferendam, dum fœminæ in certis casibus fuerunt in illo vocatæ, & præcipue a Statuto veteri soror prælecta ad graviorem effectum succedendi per se ipsam in hæreditate fratris ad exclusionem Matris, sicuti, & agnatorum usque ad octavum gradum;
Non obstante, quod in eodem Statuto fuerit ulterius 95
scriptum, quod nulla mulier, vel ejus filii, vel filiæ, succedere possint alicui fratri dictæ mulieris ab intestato existentibus personis, & agnatis ibi nominatis; imo, & postmodum per novas reformationes eidem Statuto additas fuerit etiam eadem soror exclusa. Siquidem, ut jam supra animadvertimus, soror fuerat exclusa, addita explicita ratione, quia in ipsa videbatur cessare favor agnationis in eo, quod respicit illius conservationem, & continuationem, ex quo nubendo secundum communem contingentiam in aliena familia, per filios diversæ agnationis illa conservari, & continuari non poterat contra id, quod præcipue fuerat a Statuto volitum, ut ibidem pariter adnotavimus; Sed cum hæc dici nequeant quoad sororem nuptam in agnatione, & quoad illius filios, cum tunc agnationis favor non cesset, imo magis procedat, & agnatio fortius conservetur, 96
majoremque perpetuitatem recipiat; utique firmum semper erit dicere, quod illius persona sit a Statuto considerata, ad hoc ut illius medium ad effectum, de quo agitur, sit reputandum potius habile, & proficuum, quam econtra, & quidem, ut pro vocatione ipsius sororis sit dicendum adesse easdem novas reformationes a contrario sensu, præsertim ponderata ratione causæ finalis conservandi agnationem, quæ ipsi Statuto inhæret, juxta ea, quæ in terminis istiusmet Statuti, licet in diverso casu olim consuluerat Cinus a Pistorio, ut referunt, ac sequuntur Baldus *in l. conven-*

ticu-

ticulam 15. num. 4. Cod. de Episcop. & Cleric. Abbas consil. 76. sub num. 8. versic. postremo in terminis nostris part. 1. Brun. de statut. Quod stantibus masculis &c. art. 7. num. 2. in terminis similis Statuti Aldovin. consil. 100. repetit. apud Peregrin. consil. 20. a num. 24. vol. 4. Nec alias est novum, imo ab omnibus receptum, quod
98 argumentum a contrario sensu bene procedit in Statutis, ut per Riminald. Jun. cons. 20. num. 26. Papon. cons. 73. num. 10. Castill. controv. Jur. lib. 5. cap. 83. num. 15. Ciroce. discept. forens. 33. num. 12. discept. 37. num. 9. discept. 39. num. 4. & discept. 41. num. 13. Rota cor. Buratt. dec. 116. num. 7. cor. Cerr. dec. 523. num. 4. & in recent. dec. 185. sub num. 7. part. 1. & dec. 7. num. 16. part. 17. & alibi passim. Hincque erit etiam inferendum, quod cum itidem, ut favori agnationis magis esset consultum, fuerit in eodem Statuto dictum: Quod nulla mulier, vel ejus filii, fratri ipsius mulieris ab intestato succedere posset, quemadmodum præcipue adnotat Cioff. cons. 8.
99 num. 18. lib. 1. Ideo una cum matre fuerunt exclusi ejus filii: quia quoties fuit contemplatus agnationis favor, illi tantum censentur inclusi, qui sunt de eadem familia, & agnatione, nec propterea possunt esse inclusi fœminarum filii, dum considerata communi contingentia, quæ fœminæ extraneis nubere soleant, iidem nequeunt esse de familia, & agnatione, quod cum cesset in filiis, & conjunctis fœminæ nuptæ in familia, quia sunt de familia, & agnatione, istaque per eos, sicuti per alios
100 agnatos conservetur, ideo quoad ipsos cessare debet similis exclusio, ad bene tradita ad rem per Camill. Villan. in respons. impress. apud de Marin. resolut. Jur. lib. 1. cap. 131. sub num. 25. vers. At respondetur. Proindeque multo fortius eorum etiam respectu procedere valebit argumentum præfatum a contrario sensu, ad evitandum absurdum, quod resultaret, si Statutum operando in sensu directo, illos ex eo duntaxat excluderet, quia sunt fœminarum filii contra Statuentium mentem, qui non alia ratione ipsos exclusos esse voluerunt, nisi ut favori agnationis magis esset consultum, ut diximus, quo attento ar-
101 gumentum a contrario sensu procedere etiam in Statutis correctoriis, nemini est dubium, ut patet ex tradit. per Abb. dict. consil. 76. n. 8. lib. 1. Corn. cons. 91. sub n. 3. lib. 1. Castrens. cons. 175. n. 3. & 5. lib. 1. Papon. cons. 155. n. 9. Aldovin. dict. cons. 100. num. 25. & alios communiter. Adeoque semper verum existat, quod Statutum prædictum minime valeat obesse, quin fœminarum filii sint per illarum medium ad successionem admittendi; dum illæ, & præcipue soror fuerunt ab eodem Statuto aliqualiter consideratæ.

Cessat ad præsens omnis difficultas animadvertendo, quod ea, quæ sunt a nonnullis tradita, quod medium fœminæ in similibus successionibus sit dicendum medium inhabile; duntaxat verum esse potest, quando quoad fœminam ipsam, a qua masculus descendit, habet locum exclusio, taliter quod si viveret esset dijudicanda inhabilis, & incapax ad succedendum; sed cum hoc nequeat habere locum in fœmina nupta in agnatione, prout fuerat Cassandra Mater fratrum de Ricasolis, quoties agitur de exclusione favore ejusdem agnationis fact. dum ex similibus nuptiis habetur effectus desideratus conservationis bonorum in familia, & agnatione, sicque fœmina, si adesset ipsamet, nullique extarent masculi, prout est ad præsens, aut si qui adessent, essent gradu remotiores, ad successionem videretur admittenda, utique fortius masculis ab illa procreatis, successio erit deferenda, quamvis per ejus medium id contingat, cum tunc cesset ratio infectionis, & prævaleat ratio, propter quam masculi sunt vocati, fœminis exclusis,
102 ut non obscure ad rem adnotant De Ponte dict. cons. 154. sub n. 40. vol. 2. & Camill. Villan. d. respons. apud De Marin. resol. Jur. lib. 1. cap. 131. n. 26. in fin. & sub num. 30. §. Quartum, vers. Nec obstabit. & in proximis, imo fortioribus terminis successionis feudalis luculenter disserit Commentat. ad Consuetud. Parisien. tit. 1. de Fiess. 25. gloss. 1. in verb. lex femelle, sub n. 2. oper. tom. 1. fol. 364. juxta edit. Paris. anni 1681. dum disputata quæstione, an filius sororis in successione feudorum concurrat cum masculo ex masculo in pari gradu, eaque affirmative resoluta ad terminos illius Consuetudinis, ut diluat objecta antecedent. n. 1. deducta ita subdit: Nob obstat dicta theorica natum ex fœmina tanquam ex radice infecta excludi a Jure, & gradu, a quo excluditur fœmina, quia verum est, quando fœmina ipsa, a qua masculus descendit, est inhabilis, & incapax, taliter quod si viveret, non succederet; sed hic est oppositum, quia soror, a qua iste nepos descendit, non erat inhabilis, imo si viveret, nedum succederet, sed etiam di- 103
ctum nepotem ex fratre tanquam remotiorem excluderet ab omnibus bonis etiam feudalibus, &c.

Mulierem autem nuptam viro ejusdem agnationis debere succedere vigore dispositionis, per quam cæteroquin favore agnationis fœminæ sunt exclusæ, tanquam non aptæ ad agnationem conservandam, & continuandam, invitatis proinde masculis (per quos id expleri potest, satis fit clarum tam ex doctorum numero, & auctoritate, qui id communiter affirmant, quam ex rationum pondere, qui- 104
bus eorum sententia comprobatur; Ita enim tenent nedum plerique ex DD. superius relatis, & præcipue Curt. Sen. d. cons. 63. num. 17. Cravett. ad. consil. 831. & consil. 877. & antea consil. 656. in omnibus per tot. Fusar. de substit. q. 252. sub n. 42. & dict. q. 404. n. 12. Peregr. dict. consil. 50. n. 4. ac per tot. lib. 3. Molfes. dict. consil. 18. sub eodem n. 17. vers. Et tunc fœmina illa, De Pont. dict. consil. 154. a n. 19. ad 42. vol. 1. Casanatt. in dict. consil. Pro Duce Sermoneta art. 2. per tot. sive a n. 125. ad 138. Camill. Villan. in dict. respons. apud De Marin. resol. Jur. cap. 131. n. 38. in fin. Bottilier. de success. ab intestat. dict. cap. 1. theorem. 2. num. 64. Fachin. controv. Jur. dict. libr. 11. cap. 25. in fin. Faber. dict. lib. 6. titul. 22. defin. 27. in not. sub num. 2. Altimar. dict. observ. ad Rovit. consil. 17. eodem n. 4. & n. 6. tom. 1. Ferdinand. Alphons. de Aquila in addit. ad Roxas de incompatibil. Regn. & majorat. ad dict. part. 1. cap. 6. n. 337. & sequentibus. Pegas de majorat. dict. cap. 14. n. 157. part. 2. ac videntur pro certo supponere cæteri omnes ibidem recensiti, quatenus autumant masculos ab ea descendentes esse ad similes successiones admittendos, sed etiam ultra ipsos idem asserunt Jason. consil. 142. n. 24. in fin. & n. 25. lib. 2. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. sub n. 11. vers. sed adnotandum, Ruin. consil. 133. n. 8. vers. alias lib. 3. Raudens. consil. 3. n. 23. lib. 1. Gregor. Lopez. a l l. partit. Hispan. in gloss. ad l. 3. verb. Mugeres q. 11. tit. 13. part. 7. Ferdinand. Pizarro in disc. legal. de la obligation, que tienen los Reyes in premiar los servicios de sus Vassallos, &c. fundam. 3. §. 2. in not. lit. C. fol. 37. Cassander. dec. 1. de Jurepatron. n. 4. in fin. Rocc. de Curt. de Jurepatron. ad verb. competens alicui quæst. 6. princip. sive n. 2. fol. n. 53. Menoch. consil. 730. sub num. 12. vers. Et accedit, Odd. cons. 46. num. 60. in fin. vers. post mortem autem, Ricc. in prax. var. resol. for. Eccles. part. 1. resol. 158. juxta secund. impress. Neapol. sive resolut. 169. num. 4. juxta postrem. edit. Venet. & Cur. Archiepisc. Neapol. dec. 43. n. 5. & per tot. part. 3. Addent. ad Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. fin. num. 13. Thor. in addit. ad De Pont. de potestat. Proreg. titul. 9. num. 33. in fin. Mangil. de imput. q. 59. num. 9. Pasqualin. ad pragm. 34. de feud. num. 38. in fin. vers. Item quod nupserit, Salzed. de leg. politic. libr. 2. cap. 14. num. 69. & seqq. Capyc. Latr. consult. 76. num. 34. lib. 2. Actolin. resolut. forens. 13. num. 19. Atque id nullum habere dubium dicunt, præ cæteris Ruin. d. consil. 105
133. sub eodem num. 8. lib. 3. & Odd. dict. consil. 46. eodem num. 60. in fin.

Inter rationes vero, quas plures ad hujus sententiæ confirmationem afferunt Doctores præfati, illæ præcipuæ existunt, quod in fœmina, quæ in familia nupsit, militat ratio, ob quam masculi sunt in similibus dispositionibus vocati, nempe conservationis agnationis, quæ tanquam generalis debet omnes comprehendere, in quibus talis ratio viget, itaut etiam ex mente disponentium id Statutum fuisset sit dicendum, ut patet ex his, quæ præ cæteris tradit Cravett. dict. consil. 831. sub num. 3. §. Si dixeris, versic. 106
Respondetur, quatenus dicit, quod cum agnatio hoc casu in matre sit, & per eam agnatio conservetur, quia nupta in agnatione est, satis disponentis voluntati satisfactum videtur, & dict. consil. 877. sub n. 9. vers. Decimo, si generalem, & num. 10. dum dicit, quod hoc casu mulier est admittenda ex ratione ipsa generali conservationis agnationis, quia masculi fuerunt invitati, cum ad omnes ratio generalis trahi debeat, in quibus ipsa monet, etiamsi speciale dictum sit, atque ex his, quæ ex ipsis Cravettæ 107
dictis, egregie ad rem arguunt Casannat. in dict. consil. Pro Duce Sermoneta art. 3. n. 131. & De Pont. dict. consil. 154. num. 25. & 26. lib. 2. Necnon quod in fœmina nupta cessat ratio, propter quam feminæ sunt exclusæ, quæ sola, & præcipua est, quia ipsæ non videntur aptæ ad agnationem, & familiam propriam conservandam, si extraneis nubentes, ut communiter contingit, in alienam familiam transeant, & sic dicuntur finis propriæ familiæ.

liæ, & agnationis, & principium alienæ familiæ, ut supra pluries diximus, quæ ratio prorsus cessat in fœmina, quæ in familia nupsit, cum non transeat in alienam familiam, nec alterius familiæ dicatur principium, sed pro-
108 priam familiam in se, in marito, & in filiis conservet; Ideoque ratione exclusionis cessante omnino admitti debeat, juxta late tradita in re hac per eundem Cravett. *cons.* 656. *num.* 10. *& seqq.* *& dict. consil.* 831. *sub dict. num.* 3. §. *Si dixeris*, *& num.* 4. 5. *&* 6. & latius *dict. cons.* 877. *n.* 2. 3. 5. 6. *&* 7. Peregrin. *dict. consil.* 50. *n.* 3. *in fin. lib.* 3. ubi quod hæc est optima consideratio legibus scripta Addent. *ad Molin. de primog. hispan. lib.* 4. *post cap. ultim. in adnot. ad adnotat. Auctor. n.* 13. Altimar. *in observat. ad Rovit. consil.* 17. *sub n.* 6. *vers. ea ratione lib.* 1. & alios, de quibus Casanatt. *in loc. alleg. num.* 132. & De Ponte *pariter in alleg. consil. num.* 154. *sub num.* 30. *&* 31. *lib.* 2. Et ulterius, quia cum in omnibus id, quod verisimile est, sit sequendum, nihil verisimilius videtur, quam quod si de hoc disponentes cogitassent, idem prorsus statuissent, dum eorum intentio, quæ unica, & præcipua fuit conservandi agnationem, quæve fuit ratio præferendi masculos, ista perfectionem recipit in fœmina, quæ in familia nupsit; voluntas enim, & mens disponentium non solum debet observari in his, quæ constat cogitasse, sed etiam in his, quæ ab ipsis cogitata non fuerunt, & si cogitassent, aut interrogati fuissent, idem verisimiliter respondissent, quemadmodum, iidem ad effectum, de quo agitur, ani-
109 madvertunt Cravett. *dict. cons.* 831. *sub num.* 6. *versic. Sexto, si de casu hoc*, *& n.* 9. *& dict. consil.* 877. *num.* 12. Mantic. *de conject. ultim. volunt. dict. lib.* 8. *tit.* 12. *sub n.* 11. *vers. Seu notandum est*, Fusar. *de substit. dict. quæst.* 352. *sub num.* 42. *vers. ubi dicit ex verisimili mente*, *& consil.* 30. *sub n.* 13. Raudens. *de analog. cap.* 15. *sub. n.* 292. *vers. pariter juxta hanc indulgentiam*, Peregrin. *dict. consil.* 50. *num.* 5. Molfes. *d. consil.* 18. *num.* 19. Ricc. *Cur. Archiepisc. Neap. dec.* 43. *num.* 6. *part.* 3. & pluribus relatis, Ferdinand. Alphons. dell' Aquila *in d. addit.* ad Roxas *de incompatib. part.* 1. *cap.* 6. *sub n.* 338. *vers. Ergo ex verisimili mente*.

Absque eo, quod prædictis sint dicenda resistere verba, quibus in similibus dispositionibus, & præcipue in Statutis masculi duntaxat ad successiones videntur invitati, ut nempe per eorum existentiam fœminæ sint submotæ; sicque cum literalis sit eorundem vocatio, non videantur admittendæ fœminæ, quamvis in familia nuptæ, cum ad eas Scriptura non pertineat. Quia licet litera masculos tantum vocet, spiritus tamen, & ratio favorem agnationis respicit, quæ unica, & finalis causa fuit fœminas præsertim in Statutis excludendi, sive id expresse fuerit in illis dictum, sive tacite subintellectum, ut jam supra late firmavimus; sicque cum hæc ratio exclusionis cesset, & contraria admissionis militet in fœmina nupta in familia, cum per se, & per maritum, ac per descendentes agnationem conservet, & suæ agnationis finis non sit, sed illam amplius dilatet, & extendat, diuturnioremque efficiat, ut pariter paulo ante adnotavimus; ideo admitti omnino debet tanquam sub ratione comprehensa, juxta ea, quæ bene adnotant Cravett. *d. consil.* 656. *sub n.* 9. *vers. Argu-*
110 *mentum igitur*, latius comprobata *dict. consil.* 841. *per tot.* & magis late *dict. consil.* 877. *pariter per tot.* ac ad solutionem objecti, de quo agitur, fuisse expensa per Casanatt. *in loc. alleg. num.* 135. *& tribus seqq.* animadvertendo præcipue *num.* 137. quod omnes Doctores pro fœmina allegari soliti, & per nos supra relati, quorum nonnullos ipse singillatim expendit, expressissime loquuntur, ubi masculi apertis verbis fuerunt vocati, & vel expressim, vel in consequentiam necessariam fœminæ exclusæ; & tamen a cessante ratione exclusionis, & urgentius concurrente ratione admissionis, unanimiter statuunt, fœminam, quæ in familia nupsit, esse admittendam, quamvis de solis masculis sit facta mentio. Ponderato prius *anteced. num.* 136. perbelle ab eodem Cravett. *dict. consil.* 877. *num.* 12. *vers. postremo monendi sumus*, fuisse animadversum, urgentiorem, & multo majorem rationem esse admittendi fœminam, quæ in familia nupsit; nam cum ratio finalis fuerit desiderium propagandi agnationem, & illam perpetuam, & diuturniorem efficiendi, quo gradus plures agnatorum, per quos familia conservatur, admittimus, eo perpetuam magis, & diuturniorem facimus; nam si solos masculos ex masculis admittendos esse dicimus, ratio illa restringitur, & facilius, breviusque familia finitur; si vero fœmina in familia nupta, & descendentes agnati admittuntur, & plures agnatorum gradus fiunt, ex hoc magis, magisque desiderium disponentium adimpletur, cum amplius, latiusque familia propagetur, diuturniorque efficiatur; sicque urgentior ratio suadet talem fœminam admitti debere subdendo, quod ista ratio, & efficacissima est, & valde considerabilis.

Unde istis in casibus fœminam, ut supra nuptam esse habendam pro masculo, ac uti masculum esse dijudicandam, ad hoc ut ad similes successiones sit admittenda, non dubitanr asserere Doctores, & præcipue tradunt idem Casanat. *ibid. n.* 131. *in princip. vers. & sic debet ad-* 111
mitti tanquam masculus, Capyc. Latro *d. consult.* 76. *n.* 34. *in fin. lib.* 2. Ricc. *d. Cur. Archiep. Neap. dec.* 43. *n.* 6. *part.* 3. Ferdin. Alph. dell' Aquila *in add.* ad Roxas *de incompatib. Regnor. & majorat. part.* 1. *cap.* 5. *sub num.* 338. *versic. quia tanquam masculus judicatur*. Idque, vel quia tunc fœmina beneficio legis, aut verisimilis mentis disponentis videtur quodammodo mutare sexum, adeoque ad effectum, de quo agitur, esse in ea extinctam conditionem muliebrem, ex quo non est considerandus sexus, sed id, quod per sexum repræsentatur; eodem mo- 112
do, quo in *l.* 1. §. *Cum enim Cod. de latin. libert. tollen.* dicitur quod non refert, quæ sit imago, sed quæ sit substantia rei quemadmodum in similibus terminis agnationis artificialis, bene quoad hoc casui nostro adaptabilibus arguunt Freccia *de subfeud. lib.* 2. *in addit. post* 113
princip. Auctor. n. 27. *fol.* 281. Lara *in compend. vit. homin. cap.* 30. *sub n.* 115. *versic. Et sic videtur*, Pegas *de majorat. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 29. vel quia, quatenus sexus aliquid fœminæ adimat, id ex viro ejusdem agnationis, cui nupsit, suppletur, atque ita ambo conjuges mutuo auxilio innixi justitiam omnem hæreditatis implere dicuntur, ut 114
adnotant Raudens. *d. consil.* 3. *num.* 23. *lib.* 1. Casanatt. *d. consil. Pro Duce Sermoneta art.* 2. *sub num.* 127. *vers. Octavo*, Alexander Raudens. Paschal. *de virib. patr. potest. dict. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 75. *versic. Et quod mulieri sexus adimit*, Carol. Anton. De Luc. *meliorat. ad Donat. Anton. de Marin. resolut. Jur. d. cap.* 131. *sub num.* 13. *versic. affirmandum videtur lib.* 1. Vel demum, quia in similibus dispositionibus, & præsertim in Statutis ea ratione duntaxat de masculis fuit facta mentio, *quia per agnatos virilis sexus contingit secundum communiter accidentia perpetuari, & conservari memoriam agnationis, & agnatorum*, ut scribendo super hoc eodem Statuto Florentino, de quo disseritur, inquit Bald. *inter consil. Angel. fratris consil.* 68. *repertit. consil.* 281. *sub n.* 4. *versic. Et insuper*, Ubicunque vero in 115
dispositione est facta mentio de masculo ratione frequentioris usus illius appellatione non excluditur fœmina, juxta cumulata per Myeres *de major. part.* 2. *quæst.* 6. *n.* 539. ubi inter cæteros allegat Alexand. *consil.* 219. *n.* 45. *lib.* 6. 116
qui loquitur in terminis Statuti per jus ob bonum publicum editi, prout esse similia Statuta fœminarum exclusiva, quamvis Juris communis correctoria, cuique notum; & per nos supra pluries dictum, ac infra repetendum; & confert satis protritum Juris axioma, quod ea, quæ sunt posita ratione frequentioris usus, non restringunt dispositionem, nec excludunt casum minus frequen- 117
tem, præsertim si ratio dispositionis sit apta comprehendere utrunque casum, de quo Bartol. *in Auth. Cassa* ibique *Adden. num.* 2. *Cod. de Sacros. Eccles.* Cutt. Sen. *consil.* 11. *num.* 9. Menoch. *consil.* 106. *num.* 248. *&* 250. Tiraquell. late *de retract. lignag.* §. 20. *num.* 5. *& seqq.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 9. *n.* 31. *& Cathalon. dec.* 193. *num.* 4. *&* 5. *tom.* 1. *& dec.* 543. *num.* 9. *tom.* 2.

Itaut propterea cum nulla possit esse dubitatio, quin Jure videatur dictum, quod fœminæ in propria familia, & agnatione nuptæ ad similes successiones sunt admittendæ, & quidem nedum aliis fœminis, quæ viris exterarum familiarum se copularunt; sed etiam ut eadem ipsis etiam masculis agnatis gradu remotioribus exclusis, tanquam in capite inclusivo comprehensæ, & in capite exclusivo non subintellectæ, ex concurrenti ratione inclusionis, & vocationis masculorum, & ex cessante ratione exclusionis fœmina- 118
rum, juxta ea, quæ superius dicta perstringendo, bene adnotant Casanatt. *in loc. alleg. num.* 132. *in princip.* & De Pont. *d. consil.* 154. *sub n.* 25. *lib.* 2. ac in terminis similis Statuti disserit Honded. *consil.* 12. *sub num.* 26. *vers. Quarto cum ista agnata*, *& num.* 30. *vol.* 1. atque attentis generalibus theoricis, quibus habetur, quod aliquibus admissis ad successionem, aliis exclusis, inclusi censentur omnes, in quibus eadem ratio inclusionis procedit, quamvis alias in dispo-

in dispositione non expressi, de qua late Myeres *de major.*
119 *part. 2. quæst. 6. n.*473. necnon quod in generali exclusione
non censeantur comprehensi illi, in quibus ratio deficit ex-
clusionis, quam in ipsis terminis egregie expendit Ferdi-
120 nand. Alphons. dell'Aquila, *ubi sup. num.* 342. & 343. Ita
multo magis videatur etiam uti certum asserendum, esse
extra omnem difficultatem, quod fortius debent succedere
masculi ex istis fœminis suscepti, quamvis per earum me-
dium id contingat, nedum illorum favore cumulando ju-
121 ra, quæ ipsis fœminis favent, prout in facti contingentiis
faciendum monet Rodoer. *ad pragmat.* 33. *de feud. cap.* 7.
n. 10. *in fin,* sed etiam quia pro ipsis magis, ac magis ur-
gent, cum sine controversia sint masculi, & agnati, &
sic illis verba clara, & ratio aperta opitulantur; ut animad-
122 vertit Casanatt. *ubi supra dict. art.* 3. *in princip. sive n.* 138.
in fin, Unde satis juridicum esse videatur, quod ipsi suc-
cedant, ut ultra tradita per eundem Rodoer. *ibidem* be-
123 ne animadvertunt Curt. Sen. *consil.* 63. *sub num.* 17. *versic.*
Et fortius Myeres *de majorat. part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 140. *in*
fin. Bartholom. Stella apud Fusar. *cons.* 19. *sub num.* 20. §.
Tertio succedit authoritas in fin. & sub num. 24. §. *Septimo*
hoc idem in fin. & §. Et sic multo magis dicendum est, &
Ferdinand. Alphons. dell'Aquila *in loc. paulo ante alleg.*
num. 244. & quidem ut sint dicendi succedere, ac si expres-
124 se fuissent in dispositione vocati, per ea, quæ congerit
Vegg. *consil.* 63. *sub num.* 87.

Intercedentibus præsertim plurium rerum judicatarum
exemplis, quibus vel favore masculorum, qui ex simili-
bus nuptiis fuerant orti, vel favore fœminarum ita nu-
ptarum, non semel id fuerat definitum. Sic enim pro Isa-
bella Uxore Ferdinandi V. Regis Catholici, contra Joan-
nem Regem Tarraconæ, occasione successionis Regno-
rum Castellæ per suprema Consilia, & Magnates Hispa-
niæ, fuisse decisum ex Ælio Antonio Nebrissensi, & Lu-
cio Marineo Siculo, rerum Hispanicarum Scriptoribus,
refert Raudens. *respons.* 13. *num.* 22. & 23. *lib.* 1. dicens
fuisse famigeratissimam, & memorabilem in hac materia
sententiam, & sequitur Casanatt. *alleg. cons. pro Duce Ser-*
125 *monetæ artic.* 2. *sub num.* 127. *versic. octavo,* Alexander
Raudens. Haud aliter, & quod magis ad rem accedit,
per Alphonsum I. Regem Neapolis in suo Solio pro Tri-
bunali sedentem in Castro Turris octavæ, fuisse declara-
126 tum super fideicommisso perpetuo familiæ Sanseverinæ fa-
vore masculorum facto, cum perpetua fœminarum exclu-
sione, masculis extantibus, admittendo fœminam, quæ
nupserat in familia cum agnato remotiori, rejecto ma-
sculo propinquiori; quoniam nubendo in familia, fœ-
mina illa effectum desideratum conservationis bonorum
in familia, & agnatione adimpleverat, ultra Casanatt.
ibidem sub num. 134. referunt Rovitt. *consil.* 1. *num.* 45. ubi
adnotat etiam, quod in ea sententia fuerit expresse sta-
tutum posse capi gradum per medium fœminarum, nec il-
lud esse medium inhabile, Molfes. *d. consil.* 18. *num.* 18.
De Pont. *dict. consil.* 154. *sub num.* 40. *lib.* 2. Paschal. *de vi-*
rib. patr. potest. dict. part. 4. *cap.* 9. *num.* 71. Capan. *de fi-*
deicomm. mascul. dict. artic. 4. *inspect.* 1. *sub n.* 9. *versic.*
primo decisio, Rodoer. *ad dict. pragmat.* 33. *de feud. cap.* 7.
num. 9. & *sub num.* 10. omnes dicentes, quod declaratio
prædicta, tanquam sententia a Rege prolata in articulo ju-
ris dubio indubitanter facit legem in illo Regno, & ad-
dit Molfes. *in loc. allegat. n.* 22. rationabiliter Regem Al-
phonsum ita interpretatum fuisse voluntatem primi Insti-
tutoris, ac fecisse declarationem veritati, & juris disposi-
127 tioni consonam. Nec dissimiliter Supremum Italiæ Con-
silium apud Regem Hispaniæ existens consuluisse, & de-
terminasse, tribuendam esse Duci Montis Leonis faculta-
tem eligendi sibi successorem de eadem familia, prout vo-
luisset, quatenus filiam, quam habebat illi nuptui trade-
ret, non obstante avito fideicommisso, quo, fœminis sem-
per exclusis, masculi quicunque de familia, & agnatio-
ne, & quocunque gradu remoti, fuerant vocati, itaut
eadem filia ita nupta, & filii ab ipsa orti essent succes-
suri, quemadmodum supplicaverat, patet ex Tapia *ejusd.*
Cons. Ital. dec. 20. *in fin.* & Capan. *ubi sup. num.* 10. atque
ex his, quæ pro obtinenda eadem determinatione, utque
Justitiæ consentaneam ostenderent scripserunt De Pont. *d.*
cons. 154. *lib.* 2. & Molf. *in loc. alleg. a num.* 17. qui itidem
num. 23. *in fin.* testatur de determinatione facta, & ulterius
adnotat, quod illa fuerat justa, nedum in foro exteriori,
sed etiam in foro conscientiæ, uti facta secundum verita-
tem, & non ex conjecturis; quo casu forus conscien-
128 tiæ non differt a foro exteriori. Pariformiter etiam per
magnam Curiam Vicariæ Civitatis Neapolis fuisse sanci-
tum in relicto cujusdam domus, quam Testator de familia 129
Piscana voluit pervenire de hærede in hæredem sibi pro-
pinquiori de linea masculina de familia Piscana, ut nempe
spectare deberet filiæ, licet feminæ in familia nuptæ, ex-
cluso masculo de familia, ac propinquiori in gradu agna-
titio, habetur ex Pereg. *cons.* 50. *ante num.* 1. *vers. quia in*
re, & *n.* 5. *in fin.* ubi rectissime ita censuisse eandem Ma-
gnam Curiam concludit, & toto illo Consilio luculenter
probat, eandemque decisionem ex ipso referunt pariter Bar-
tholom. Stella in addit. ad Fusar. *consil.* 30. *in fin. vers. ad-*
vertatur etiam, & idem Fusar. *de substit. quæst.* 404. *n.* 12. 130
in finem. Similiter quoque fuisse judicatum in Curia Epi-
scopali Ravellensi, admittendo fœminam nuptam in fami-
lia, una cum aliis masculis ad præsentandum in beneficio
Jurispatronatus ad solos masculos ex fundatione spectante,
ex his, quæ in majoratibus, & fideicommissis quoad femi-
nas pari modo nuptas ad successiones admittendas, quam-
vis exclusas ratione conservationis bonorum in familia,
& agnatione fuerunt a Doctoribus tradita, & per nos su-
perius recensita, habetur ex Ricc. *Cur. Archiepiscop. Nea.*
dec. 43. *n.* 5. & 6. *ac per tot. part.* 3. ubi etiam subdit judi- 131
catum illud emanasse, re mature examinata, & discussa
cum voto doctissimorum virorum, & quod ipsemet pro
veritate requisitus secundum illam consuluerat; Quemad-
modum etiam fuisse decisum in favorem Camillæ Cajeta-
næ, ac Francisci Cajetani Ducis Sermonetæ ejus filii, pro
quibus Casanata scripserat doctissimum Consilium sæpis-
sime per nos allegatum, quodve licet non extet in volu-
mine suorum consiliorum, attamen peculiari Libello in fo-
lio parvo seorsim habetur impressum cum hac epigraphe:
Consilium D. Ludovici Casanatæ legum Doctoris pro Ex-
cellentissimis D. Camilla Cajetana de Aragonia, & D.
Francisco Cajetano Duce Sermonetæ ejus filio primogeni- 132
to contra Illustrissimum D. Franciscum Cajetanum de Ara-
gonia Laurenzani Ducem. Romæ ex Typis Jacobi Mascar-
di 1616. quamvis per fideicommittentem fuissent invitati
soli masculi, & ipsis deficientibus substitutus Rex, dum
eadem Camilla erat agnata, & agnato ejusdem familiæ
Cajetanæ fuerat nupta; & sic in alienam familiam non
transiverat, sed Testatoris agnationem conservaverat, re-
jecto proinde dicto Duce Laurenzani, & neglectis iis,
quæ pro ipso scripserat Bellon. Jun. *consil.* 2. satis colli-
gere est ex Capyc. Latr. *consult.* 76. *sub num.* 34. *lib.* 2. 133
Denique ita fuisse judicatum per Rotam Florentinam in
Causa illa de Barbolanis, cujus pluries supra memini-
mus, admittendo ad successionem fideicommissariam ma-
sculos Testatori proximiores ex parte matris, & exclu-
sis masculis aliis proximioribus ex parte patris, non at-
tentis eorum favore allegatis per Bero. *consil.* 96. *vol.* 2.
illique subscribendo per Soccin. Jun. *consil.* 15. *lib.* 4. lu-
culenter fuerat traditum in motivo desuper extenso, quod
legitur in ejusdem Rotæ Mot. *lib.* 18. *pag.* 19. & *seqq.* iti-
dem per nos non semel supra relato, & remanet com-
probatum ex his, quæ pro ejusdem judicati Justitia scri-
pserant Vegg. *consil.* 63. & Mandell. Alban. *consil.* 86. &
consil. 87. Cujus resolutionis, ex testimonio ejusdem Veg-
gii, meminit quoque Fusar. *de substitut. in paulo ante*
allegat. quæst. 404. *eod. num.* 12. *ad fin. versic. Et dif-*
fusius, & prius quæst. 357. *sub num.* 8. *versic. Et Vegg.*
testator. Tot enim res Judicatæ, & supremorum Tri-
bunalium placita innegabiliter præstant argumentum com-
probativum eorum, quæ fuerunt asserta; dum non se-
mel, sed pluries, & non ab uno, sed a pluribus, &
clarissimis Judicibus fuit ita responsum, & declaratum,
ut loquar verbis, quibus post plura, quæ allegat in si- 134
mili, utitur Rota *in Romana hereditatis de Ruspulis* 13.
Junii 1704. §. 17. *quod incip. Non suffragante licentia*
post me 1. cor. Molines, imo & ipsis addendo in re, de
qua agitur, quod ita fuerat a Rege ipso pro Tribunali
sedente declaratum, quod nonnisi Doctissimorum viro-
rum, & sapientum Jurisperitorum Consilio factum fuis-
se, pro certo tenendum; Vel saltem tanquam exempla
Juribus, & rationibus innixa indubitanter ostendunt, quid
in re hac sit agendum, juxta ea, quæ cumulavimus in
nostra dissert. apud Rainald. *in supplem. observ. crimin. ad*
cap. 1. *suppletion.* 5. *sub n.* 548. §. *Quæ omnia ad fin. fol.* 125.
edit. Roman.

Quæ omnia, etsi videantur ut plurimum a Doctoribus 135
relatis expensa, & Decisionibus narratis definita, inter-
pretandarum hominum, & potissimum Testatorum dispo-
sitionum causa, ut quia ageretur de successionibus, vel in
feudis,

feudis, vel in fideicommissis, vel in majoratibus, nihilominus eadem pati respectu locum sibi vindicare valere in similibus successionibus statutariis, minime videtur ambigendum. Etenim omittentes repetere ea, quæ quoad successiones in majoratibus jam supra fuerunt ponderata, quibusve fuit ostensum parem esse illorum, & similium Statutorum rationem, imo eodem principio Legis Mosaicæ, a quo Statuta, & majoratus quoque originem trahere, indeque firmatum, quod animadversa pro interpretanda mente, & voluntate Institutoris majoratus, procedere quoque pro interpretanda mente, & voluntate Statuentium, & e contra jure dici possit. Quoad feudales successiones quemadmodum est certum, quod in illis tradita, habentur tam ratione, quam effectu, perinde ac si de successione, vigore fideicommissi favore agnationis facti, fuissent dicta, ut ad terminos
136 nostræ quæstionis inquiunt Mandell. Alban. *d. consil.* 87. *num.* 2. Trentacinque *de substit. d. part.* 4. *cap.* 7. *sub num.* 10. *versic. Hanc conclusionem comprobat*; ita multo magis manifestum redditur a feudis ad similia Statuta recte argui valere, cum omnimodam prorsus habeant inter se conformitatem, ex quo juxta Jurium feudalium dispositionem, pari modo lege cautum, quod in feudis Regulatibus, seu Ordinariis, masculi dumtaxat ad successionem sint vocati, fœminis exclusis, ut in *capit.* 1. *de success. fratr. vel gradib. succeden.* & quidem in-
137 ter cætera etiam ad agnationes, & familiarum splendorem conservandum, ac promovendum, juxta cumulata per Richter. *in auth. in successionem num.* 112. *C. de suis,*
138 *& legitim. liber.* Quo vero ad fideicommissa, aliasque ultimas voluntates, ad hominum dispositiones, nemini est dubium, quod illæ Statutis æquiparentur, Roman.
139 *consil.* 399. *num.* 3. Bolognett. *inter consil. pro Triultiis fol.* 83. *num.* 107. Lenar. *consil.* 60. *num.* 61. Spad. *consil.* 334. *num.* 6. *lib.* 2. & in terminis similium Statutorum, Curt. Sen. *consil.* 51. *num.* 9. Mans. *consult.* 541. *num.* 45. Itaut ambo pariformiter interpretentur, ut iti. dem in terminis similium Statutorum Curt. Sen. *consil.* 73. *numer.* 11. Flamin. de Rubeis *consil.* 2. *num.* 75. *& consil.* 3. *num.* 33. *lib.* 1. Gabriel. *consil.* 18. *numer.* 8. Manent. *consil.* 3. *num.* 25. Bonden. *collect. legal.* 28. *num.* 98. *tom.* 1. & generaliter Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsump.* 81. *n.* 10. Castill. *contr. Jur. lib.* 4. *cap.* 31. *n.* 13. Rot. cor. Ludovis. *dec.* 368. *n.* 10. Necnon iisdem regulis, & conjecturis, quibus Testatorum mens elicitur, & voluntas explicatur, a Statuentibus disposita quoque declarantur, ut adnotat Jason. *in l. non solum §.*
140 *Morte sub num.* 45. *ff. de nov. oper. nunciat.* & repetit. Grammat. *consil. civil.* 103. *num.* 17. ac in terminis similium Statutorum Gabriel. *d. consil.* 10. *n.* 7. *&* 9. *lib.* 2. Beniel. *consil.* 54. *num.* 170. Mans. *consult.* 164. *num.* 5. & antea in terminis ejusdemmet Statuti Florentini, de quo agitur, Bald. *inter consilia Angeli fratr. consil.* 68. *repet. consil.* 281. *sub num.* 4. *ad fin. vers. Item per præcedentia.* Ut propterea ab his, quæ fuerunt deducta, vel deduci possint pro interpretandis Testamentis, cæterisque ultimis voluntatibus ad Statuta, & econtra aptissime argui valere, nemo inficiari possit, per ea, quæ sunt a Doctoribus communiter tradita, præcipue ad terminos simi-
141 lium Statutorum, ut per Soccin. Jun. *consil.* 176. *n.* 11. Cephal. *consil.* 537. *num.* 24. *vol.* 4. Galvan. *consil.* 31. *num.* 223. Giovagnon. *cons.* 70. *num.* 50. *lib.* 1. Jacob. Gall. *cons.* 61. *n.* 15. Antonell. *cons.* 32. *num.* 16. Ramon. *cons.* 95. *n.* 90. Kloc. *cons.* 101. *num.* 53. *vol.* 3. Mans. *consult.* 541. *n.* 26. & in terminis istiusmet Statuti Florentini per Sabell. *var. resol. cap.* 82. *num.* 12. ac occasione nostræ quæstionis per Rotam Florent. *in sæpe alleg. dec. in Causa de Barbolanis*, *§. Præterea hanc eandem sententiam in fin. Lib. Motiv. in fol.*

Nec tamen desunt inter Doctores præfatos, qui ea,
142 quæ ab aliis fuerunt expensa pro determinandis successionibus fideicommissariis, & aliis similibus, deducunt ad decernendas successiones intestatas vigore similium Statutorum fœminas propter masculos excludentium, ut nempe eisdem rationibus, quibus voluerunt in fideicommissis agnatitiis esse admittendos filios fœminarum cum viro de eadem agnatione nuptarum, imo & ipsam Matrem, quoties illa, aut ejus filii per ipsius medium sint proximiores, exclusis aliis agnatis remotioribus, quamvis alias dumtaxat masculi ad successionem fuerint invitati, sint pariter ad similes successiones statutarias admittendi, dum per ipsos intercedentibus similibus nuptiis æque

bene conservatur, & continuatur agnatio a Statutis expiata, quæve in ipsis condendis fuit considerata uti præ- 143
cipuum motivum, ac uti unica, & finalis ratio fœminas excludendi, masculis extantibus; sic enim Mangilius *in tract. de imputationibus*, & *detractionibus* examinando *a quæst.* 52. *ad quæst.* 74. materiam horum Statutorum tanquam in Italia frequentium imo communium, disputato in *quæst.* 59. An filia, cui a Patre fuit dos assignata, si noluerit Monasterium ingredi, nec matrimonium contrahere a successione vigore horum Statutorum repellenda? & negative quæstione resoluta, ex quo non nubendo, nec Monasterium ingrediendo, ipsa remanet in agnatione, & non transit in alienam familiam; ideoque cessante causa exclusionis cesset effectus, ut *num.* 4. subdit tamen *num.* 5. quod si contingeret ipsa matrimonio collocari alicui ex eadem familia, & agnatione satis diceretur conservare familiam, & agnationem, sicque implere mentem eorundem Statutorum, allegatis ad suæ sententiæ confirmationem iisdem Doctoribus, qui id firmant in fideicommissis; Ita pariter Odd. 144
144. *in cons.* 46. quod scripserat occasione fideicommissorum, & substitutionum a quadam Castora de Fortebracciis Uxore Dominici de Martellis Florentini, factarum in Testamento, cum quo decesserat, addita prohibitione alienationis quorumcunque bonorum, ex quo voluit illa omnia permanere debere in ejus familia *sub n.* 60. *vers. scilicet stante Statuto*, tuetur esse admittendam fœminam adhuc innuptam, ea ex ratione, quod adsint Doctores, quos refert, firmantes, quod stante Statuto fœminarum exclusivo propter masculos, ne bona exeant de familia, & agnatione, sed in ea conserventur, non excluduntur fœminæ natæ ex masculis, donec ipsæ vivunt, si nondum sint nuptæ, idque ampliando in suo casu, dicit fortius procedere, si fœmina, de qua ibi, orta ex Patre de Martellis, nuberet viro de eadem familia, & agnatione, dum ejus filii essent futuri de familia de Martellis, subdendo, quod hoc casu omne dubium cessaret, adnotato prius *num.* 59. *in finem vers. Tertio dico*, quod conjecturæ, quæ solent ab Interpretibus ponderari, ad effectum dignoscendi, an fœminæ in similibus casibus sint ad succedendum admit- 145
tendæ, illas dumtaxat considerat, præsupponendo fœminas esse nuptas, & sic secundum communem contingentiam in alienas familias transivisse, nusquam vero, quando adhuc non sunt nuptæ, aut sunt nuptæ in eadem familia, & agnatione, quam per similes nuptias dicuntur conservare, & continuare. Idem etiam tradidit Guidobon. *Advocat. Civil.* 100. *a princ. ad num.* 13. jam supra expensus, firmando in terminis Statutorum Mediolani, & Dertonæ, excludentium fœminas propter masculos ratione conservandi agnationem, ad successionem intestatam Patrui, ex eorundem dispositione esse admittendos nedum nepotes masculos ex fratre, sed etiam nepotes ex sorore, quæ cum viro ejusdem cognomenti fuerat nupta, ut ibidem retulimus. Item Boitilier. *de success. ab intestat. cap.* 1. *theorem.* 2. *num.* 64. *&* 65. ad terminos Constitutionum, & consuetudinum scriptarum Regni Neapolitani, de quibus ipse loquitur, ut legere 146
est, quæve habentur pro Statuto exclusivo fœminarum in illo Regno, ut adnotat Trentacinq. *consil.* 9. *n.* 11. *paulo post princip. vers. sed in hoc Regno*, asseri ex his, quæ itidem sunt tradita a Doctoribus in successionibus fideicommissariis, esse ad successionem ad terminos earundem Constitutionum, & consuetudinum admittendos tam masculos descendentes a fœmina nupta in familia, quam ipsam fœminam illorum matrem, etsi eorum pater remotior esset, mater vero proximior. Sicut & Rodoer. *in sæpe alleg. Comment. ad prag.* 34. *de feud.* quæ pariter est dicenda Constitutio Statutaria illius Regni, nedum *cap.* 6. *num.* 1. asserit, merito gravissimos auctores dixisse, quod fœmina sic nupta possit 147
in fideicommissis agnatitiis succedere; sed ulterius *cap.* 7. & 8. addidit non videri verisimile filios ex talibus nuptiis procreatos *esse comprehensos sub Lege*, *Statuto*, *aut dispositione qualibet excludente fœminas*, *aut esse exclusos per Legem*, *Statutum*, *vel dispositionem vocantem masculos*, *conjecturamque voluntatis ad eorum favorem urgere*, ut sunt ipsius verba. Quemadmodum etiam Actolin. *resol. forens.* 13. licet in suo casu tue- 148
atur non suffragari, imo resistere dispositionem similis Statuti cuidam, qui contendebat esse ad intestatam successionem admittendum, tanquam ortum a fœmina

agnata

agnata defuncto proximiori, ex quo cum illa fuerit nupta extra propriam familiam desierat esse de agnatione, dum illam continuare nequibat, firmando proinde ejuſmodi fœminas non eſſe ad ſimiles ſucceſſiones ſtatutarias admittendas; attamen *num.* 18. *in fin.* ſecus eſſe dicit, quando fœmina virum habuit ejuſdem familiæ, & agnationis; Et præ omnibus Rota noſtra Romana, quæ etſi occaſione Statuti Januenſis, ad fœminarum excluſionem ſolos maſculos vocantis, primum indiſtincte firmaſſet inter *recent. dec.* 89. *part.* 6. quod animadverſis illius Statuti verbis in Jure illo honorifico, de quo ibi agebatur, non videbantur poſſe ſuccedere deſcendentes ex feminis, quamvis viro de eadem fami-
149 lia, & agnatione nuptis, attamen in ſequenti deciſione, impreſſa pariter in *recent. dec.* 53. *part.* 7. ſe declarando, dicit ideo eo in caſu contra tales deſcendentes ex fœminis fuiſſe judicatum, ex quo concurrebant maſculi ex maſculis, qui habebant regulam pro ſe, ſicque erant præferendi cum duplici jure niterentur, quia ſcilicet erant maſculi, & deſcendebant ex maſculis, admittendo tamen, quod *iis deficientibus, alii orti ex fœminis nuptis in agnatione, a Statuto poſt illos cenſentur vocati*, ut in ea legere eſt.

Quinimo in terminis iſtiuſmet Statuti Florentini, de
150 quo loquimur, id aperte declaraſſe videtur Angel. *in ſæpe allegat. conſil.* 383. *ſub num.* 3. *ad fin.* dum ſuper eodem conſulendo poſt redditam rationem, ob quam tam in illo, quam in cæteris ſimilibus Statutis ex fœminatum excluſione, agnati maſculi dicuntur ad inteſtatam ſucceſſionem vocati, nempe *quia per maſculos agnatos conſervantur familiæ, & dignitas earum*, ut ſunt ipſius verba, jam per nos ſuperius animadverſa, ita ſubdit: *quæ conſervatio non cadit in agnatis, quoniam tranſeunt in alienam familiam, & aliam agnationem, licet quandocunque in eandem nubant, ſed raro*; ſic in ſpecie aſſerendo, præfatæ rationi excluſionis locum non eſſe ubicunque in familia, & agnatione defuncti nupta fœmina eſt, ut totidem fere verbis ejuſdem Angeli dicta expendendo, animadvertit Cravett. *conſ.* 656. *ſub num.* 10. *verſic. Secunda inſpecto, & conſil.* 877. *ſub num.* 11. *verſic. Decimo tertio*, ac pariter quodammodo declarando, quod in liberis maſculis fœminarum ita nuptarum, ratio agnationis verſatur, & ad eos Jura agnationis æque competunt, ac ſi ex agnato maſculo ſint procreati, ubicunque cum viro ejuſdem agnationis mulier eſt nupta, ut itidem Cravett. *conſil.* 881. *ſub num.* 6. *verſic. Item Angel.* cenſet, cum poſt alios ad id firman-
151 dum enumeratos, affert ipſum Angelum, uti idem ſentientem. Unde ejuſdem auctoritas, tanquam anteſignana communiter recenſetur pro utraque ex prædictis ſententiis, vel ipſam nominatim, vel alios, qui ab ipſo eaſdem mutuarunt referendo, ut videre eſt apud Doctores ſupra relatos, inter quos præcipue illum allegant Menoch. Mangil. Guidobon. addentes ad Molin. Capan. De Pont. Caſanatt. Fuſar. Rodoer. Ferdinand. Alphonſ. dell' Aquila *in locis ibidem indicatis*. Et quidem jure cum hæc voluiſſe Angelum aſſerere, ſatis pateat ex ejus loquendi modo in verbis antea enarratis, tum attenta illa dictione *licet* ab ipſo adhibita, ut caſum raro evenientem nubendi in familia, & diverſum ab alio frequentius contingere ſolitum, nubendi in alienis familiis, explicaret, cum illa dictio *licet* ſit adverſativa præcedentium, & caſum minus dubium indicet, ad notata per Hermoſill. ad Lopez *gloſſ.* 4. *ſub num.* 5. *verſic. Sibi contrarius l.* 42. *tit.* 5. *part.* 5. Quam attento quod, dum dicit, caſum fœminæ nubentis in eadem familia, & agnatione raro contingere, videtur etiam aſſerere, quod quoties eveniat, fœmina ita nupta debet conſiderari, ſicut ii, qui tanquam ad agnationem conſervandam apti, ſunt ad ſimiles ſucceſſiones vocati, a ceſſante ratione, qua fœminæ ſunt excluſæ, & concurrente ratione, qua maſculi per earum remotionem ſunt incluſi, ut eadem *Angeli* aſſertione animadverſa, in individuo declarant De Pont. *in allegat. conſil.* 154. *numer.* 30. *in fine*, &
152 Caſanatt. *in ſæpe recenſit. conſil. Pro Duce Sermonetæ art.* 2. *ſub num.* 129. & 130. ambo ad dictorum comprobationem allegantes egregiam doctrinam, ut ipſi ajunt, Andr. de Iſernia *in cap.* 1. *§. hoc autem verſic. Item, qui ſi ho.ie; ſive num.* 20. *tit. qui feud. dare poſ. ſunt in uſib. feud.* qua notabiliter dicit, quod cum inter cæteras rationes, quibus fœminæ a feudi ſucceſſione ſunt excluſæ, ea potiſſimum ſit, quod ad juvandum Domino in bello non dijudicantur aptæ, ex quo frequentius pugnare nec ſolent, nec valent; ſi forte contingeret, quod aliqua fœmina ſe armaret, & eſſet in expeditione ſicut maſculus, debebit habere feudum, licet illi jura feudalia non adaptentur, ſcilicet quia lex non fuerit facta de talibus: ſed quia ea, quæ inſolita ſunt, & raro eveniunt, poſtquam eveniunt, habent omnia, quæ habent illi, qui ad feudum vocantur, concludendo tandem idem Caſanatt. *eod. num.* 129. *in fin.* quod pari modo fœminæ in familia nubentes admittuntur ad 153
agnatitias ſucceſſiones, quia de eis in ſimilibus diſpoſitionibus non cenſetur in capite excluſivo cogitatum, & habent ea omnia, quæ habent legitime vocati in capite incluſivo, cui conſonat etiam De Pont. *num.* 33. *ad fin.*

Ad quæ deturbanda minime valebit afferre id, quod dicit Decian. *reſp.* 1. *num.* 292. *volum.* 1. & ſi quis ſit 154
alius, qui eum ſequatur, quod nempe ex hoc ipſo, quod caſus mulieris nubentis in familia raro contingit, non videtur habendus in conſideratione per ea, quæ leguntur in *l. nam ad ea* 5. & *l. quoniam* 6. *ff. de legib.* ſiquidem in priori ex iſtis juribus; ideo Celſus dixe- 155
rat, ad ea potius jus debere adaptari, quæ & frequenter, & facile, quam quæ perraro eveniunt, ſicuti & Paulus *in lege ſequenti* ſcripſerat, quod ea, quæ ſemel, aut bis accidunt, contemnunt Legiſlatores, ne alias, cum impoſſibile ſit legem aliquam conſtituere, quæ omnes humanos actus comprehendat, ut in *l. leges* 10. 156
& *in l. non poſſunt* 12. *eod. tit.* poſſunt opponi, quoad ea, quæ raro accidunt, legem deviare a dictamine rationis, ut ponderat Anguian. *de legib. lib.* 1. *controv.* 2. *num.* 3. & *ſeqq.* nuſquam vero, ut per inibi dicta, caſus raro contingentes voluerint ſubverti, vel eſſe excluſos, ut in *dict. l. nam ad ea* animadverterunt Interpretes, & præcipue Brunemann. *ſub num.* 2. *verſic. Notes autem Jul. Pacius Enantiophanon, ſive Leg. conciliat. centur.* 1. *quæſt.* 10. & alii communiter; Cum certa ſit regula, quod iis, quæ raro accidunt aptantur leges, quæ quoad ea, quæ frequentius accidunt, fuerunt conſtitutæ, de qua in *l. ea quæ raro* 64. *ff. de regul. jur.* cum ibi traditis per Accurſium, & notatis per Vicent. 157
de Franchis *dec.* 20. *num.* 4. Carol. Marant. *in medull. Decret. verb. raro*, & Hodiern. *contr. forenſ.* 20. *num.* 38. *ad fin.* Proptereaque caſum conſervationis agnationis per fœminam nuptam in familia, quamvis raro contingentem, quoties accidit eſſe judicandum, juxta ea, quæ ex communi, & ſolita contingentia fuerunt favore maſculorum conſtituta, cum non dicatur caſus per Statutum excluſus ad rem tradunt, ultra Caſanatt. & de Pont. 158
mox relatos, Vegg. *conſil.* 63. *ſub num.* 87. & 88. Rodoer. *ad dict. pragmat.* 33. *de feud. cap.* 6. *num.* 4. Atque ex his magis firmum remanere, quod *Angelus* dum per verba adverſativa, & caſum minus dubium explicantia conſulendo ſuper hoc Statuto Florentino, caſum fœminæ nubentis in familia, quamvis raro contingentem oppoſuerit caſui fœminæ nubentis extra familiam, magis frequenter evenire ſolito; voluerit etiam aſſerere, quod fœmina, ita nupta, uti apta ad agnationem conſervandam, & multo magis filii ex hujuſmodi nuptiis procreati, uti maſculi agnati, ad præſcriptum ejuſdem Statuti, ſuccederent, tam attenta regula, qua habetur, quod idem operatur oppoſitum in oppoſito, quam propoſitum in propoſito, de qua late Tabor. *locorum commun. lib.* 159
3. *capit.* 87. *axiomat.* 10. & *libr.* 13. *cap.* 29. *axiomat.* 3. quam ex eo, quod arguendo a natura contrariorum, dicitur uterque caſus determinatus, Rota *in recentioribus dec.* 234. *numer.* 22. *part.* 18. cum aliis cumulatis in *noſtra diſſert. impreſſ.* apud Pitonium *diſcept. Eccleſiaſt. tom.* 2. *ante Indic. materiar. num.* 21. *in fin. fol.* 20.

Cum igitur ineluctabile remaneat, quod Barones Bertinus, & Octavianus ſint dicendi illi agnati maſculi, quos Statutum Florentinum ad inteſtatas ſucceſſiones favore agnationis admittendos eſſe voluit, fœminis excluſis; pari certitudine erit etiam aſſerendum eoſdem eſſe dijudicandum exiſtere intra gradus, in quibus idem Statutum voluit ipſos agnatos maſculos eſſe conſtitutos. Nam quicquid ſit, an ſola Baronis Leonis Pa- 160
tris perſona inſpecta id in illis certificari valeat, dum per ejus medium in gradu valde remoto, & longe a defuncto diſtanti videntur conſtituti, eſt certum, quod conſiderata perſona Caſſandræ Matris, quæ fuerat ejuſdem Baro-

Baronis Bracii defuncti foror, sunt eidem tertio consanguinitatis gradu conjuncti, juxta Juris Civilis computationem, de qua in §. *Tertio gradu Instit. de gradib.*
161 *cognat. ac l. 1. §. Tertio, & l. Jure consultus 10. ff. de gradib. & ad fin.* quamve servandam esse voluit nostrum Statutum, ut in eo legere est, & refert Castrens.
162 *consil. 56. n. 5. lib. 1.* Ideoque saltem hoc respectu iidem erunt dicendi intra gradus a Statuto præfinitos, quamvis ex parte patris non viderentur tales, cum ad hoc ut quis remotior dijudicetur, non relevet, quod ex uno latere sit talis, nisi ex utroque latere id probetur, cum possibile sit, quod ex uno latere sit proximior, licet ex alio sit remotior, Rot. cor. Bich. *dec. 313. num. 2.* Gradus enim
163 nil aliud est, quam habitudo, seu respectus mutuus earum personarum, quæ cognatione se invicem attingunt, vel distantia propinquitatis, sive cognationis, qua dignoscitur quantum personæ inter se differant, vel adhæreant, ut post Tancredum, Joannem Andream, & antiquiores alios adnotant Rittershus. *in exposit. methodic. novellar. part. 7. cap. 5. n. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 50. sub n. 2. vers. Gradus est*, Petrit. *in elucidar. utriusque Jur. lib.*
164 *3. elucid. 6. sect. 5. num. 1695. versic. Gradus est*, & omnes communiter; Et quidem sive id per patris, vel matris personam contingat, ut quia per alterum ex his quis conjungatur, ut sunt Textus aperti *in d. l. Jure consultus 10. §. Idem faciendum ff. de gradib. & affin.* in illis verbis, *Sic frater in secundo gradu est, quoniam patris, vel matris persona, per quos conjungitur, prior numeretur, & in Authent. In successione C. de suis, & legitim. hered. & in*
165 *Auth. Post fratres la 2. C. de legitim. hered.* sicque satis sit, quod conjungantur ex persona matris, ut ex eisdem
166 juribus adnotant Campeg. *inter cons. feudal.* Albert. Brun. *consil. 10. sub num. 16. §. Quantum, ad fin. versic. Cum sint proximiores*, Camill. Villan. *in respons. impress.* apud Dominic. Antonium de Matin. *lib. 1. resol. Jur. cap. 131. sub num. 23. ad med.*

Nec dubitari poterit, quin ista gradus prærogativa ita a matre desumpta valeat fratribus de Ricasolis ad præsens suffragari, ut etiam ad terminos Statuti, de quo agitur, sint dicendi intra gradus ab illo præscriptos constituti, nedum quia dum in Statuto non fuerat distinctum, unde gradus isti sint desumendi, sed simpliciter de hoc fuerit habitus sermo, illud generaliter est intelligendum, ut nempe a quolibet ex parentibus, per quem quis defuncto conjungitur, gradus desumi possit, & sic etiam a matre, dummodo in eo, qui gradu uti vult, non deficiat qualitas agnationis primario a Statuto considerata, quamvis alias ista sit separata a gradu; nam cum per hoc sit satisfactum primæ, & potiori, imo unicæ, & finali rationi ejusdem Statuti, quod nempe succedens sit aptus conservare agnationem, & dignitatem familiæ, propinquitas est consideranda secundum naturam quomodo-
167 cunque perveniat, juxta ea, quæ in terminis paris successionis late, & egregie disseruit Rota Flor. *in Causa de Barbolanis Lib. Mot. 18. pag. 19. artic. & seqq. dec. 8. §. Visum nihilominus, & §. Et quod hæc*, ubi licet loquatur de successione testamentaria, tamen *eod. §. Et quod in fin.* adducit axioma jam per nos superius expensum, & ad cujus confirmationem hæc eadem decisio fuerat jam per nos allegata, quod nempe in his, in quibus habet locum ratio, debet etiam habere locum dispositio; *regulat enim ratio quamlibet dispositionem, sive sit testamentaria, sive alia, eam restringendo, vel ampliando*, ut sunt ejusdem Decisionis verba, quibus videtur etiam
168 dispositionem Statutariam voluisse comprehendere. Necnon, quia licet per similia Statuta videatur recessum a jure communi in favorem agnatorum masculorum, propter ipsos excludendo cognatos; non tamen debent intelligi, quod voluerint esse sublatam, vel alteratam consanguinitatem in ipsis agnatis masculis, ita ut gradus a matre derivatus nequeat illis prodesse in successionibus, quando militat eadem ratio, qua exclusi sunt cognati, quod nempe bona nequeant per illos conservari in familia, & agnatione, sed potius militat ratio contraria, eum tunc censendum sit, quod consanguinitas inviolata remanserit, ita ut propinquitas ex parte matris valeat habere effectum quoties masculus agnatus vult ea juvari, ad hoc ut gradus per illam unitus cum agnatione faciat implementum perfectæ successionis ad mentem ejusmodi Statutorum, ad
169 firmata in terminis similis Statuti per Ruin. *consil. 28. n. 12. volum. 3.* cum his, quæ ad inibi dictorum confirmationem pariter in terminis aliorum similium Statutorum late deducunt Riminald. Junior. *consil. 402. n. 27. 30. 57. 59. & per totum*, & Buccaferr. *consil. 64. num. 28. 38. & 41. & seqq.* & ibidem Mantic. *consil. 65. sub n. 21. versic. Quare simili quoque modo*, quævе ad nostræ quæstionis resolutionem fortius procedere asserit, & probat Rot. Florent. *in d. dec. in Causa de Barbolanis*, §. *Præterea hanc sententiam*, §. *Non obstat igitur ad med. & §. Ad tertium vero.*

Sed potissimum quia agnatio, cognatio, & proximitas, sive gradus in unico, eodemque subjecto concurrentes, mutuo auxilio faciunt unum integrale perfectissimum, propter quod quoties, prout in casu nostro, agitur de matre, quæ fuerat foror defuncti, & sic illius familia, & agnatione, quæve viro per lineam parallelam a communi stipite ejusdem familiæ, & agnationis descendenti, erat nupta, proximitas, sive gradus ab ea deductus, & qualitas agnationis a patre derivata, in filiis ex ipsis genitis, & in esse productis insimul unitæ, ita univocentur, ut quæ genitoribus fortasse non proficiebant, ipsis prosint ad esse perfecti, & proximi agnati, juxta ea, quæ luculenter, & egregie ad rem disserit Rodoer. *ad Reg. Neap. pragmatic. 33. de feud. cap. 7. num. 4. 5. & 6.* Non 170
enim est in jure novum, quod ea, quæ sui natura sunt dividua, ratione adjuncti individua efficiantur, ad cumulata per Hermanoct. Detum. *in l. 4. §. Cato num. 495. ff. de verbor. obligat. tom. 6. Rep. Civil. fol. 318. juxta* 171
antiq. edition. Pedroce. *in consil. de interpr. Contract. n. 171. in fin.* Marc. Mantua *observat. legal. lib. 1. observ. 3. paulo post princip. versic.* Et *sic*. Proindeque qualitates agnationis, & gradus licet dividantur in causa producente, & efficiente in personis nempe genitorum, bene in eorum filiis sint dicendæ individuæ, & inseparabiles,
prout voluit Rodoer. *dict. num. 6.* sicuti & est certum, 172
passim etiam in jure esse receptum philosophicum axioma, quod omne compositum aliquid ex utriusque sui simplicis natura participat, ut propterea non incongruum sit asserere, quod filii ex iis nuptiis procreati, quibus femina de familia, & agnatione defuncti, se cum viro de eadem agnatione, & familia copulaverat, quamvis agnationem desumant a patre, adhuc gradum a matre derivare valeant; sic ab utriusque parentis natura ali-
quid participando eodem plane modo, quo in simili, 173
filios, qui etsi nomen, & familiam matris non sequantur, sed a patre tanquam ab agente denominentur, cum etiam ex matris sanguine oriantur, præfata ratione compositi, illius nobilitate clariores fieri, post cæteros, quos referunt, tradunt Lupus *ad rubr. de donation. inter vir. & uxor. sub numer. 4. versic. Negari tamen non potest*, Pruckmann. *in repet. l. in multis ff. de stat. homin. si-*
ve de different. utriusque sexus parte 1. princip. membr. 174
3. artic. 23. num. 17. Quapropter recte posse hoc casu gradum proximiorem a matre derivari, apposite ad rem subdidit eidem Rodoer. *ibidem num. 9. in fin.* ex Rovit. *sæp. alleg. consil. 1. num. 45. lib. 1.* qui ad hoc affert declarationem jam supra relatam Alphonsi I. Regis
Neapolis factam in familia Sanseverina, qua in simili 175
facti contingentia, expresse dixerat, posse in istis successionibus gradum capi per medium fœminæ: quia licet fœmina de per se sola considerata, videatur dicenda medium inhabile ad constituendum gradum in ordine ad agnationem, id non procedit quoties ipsa in eadem familia, & agnatione reperiatur nupta, ut ibi animadvertimus.

Quod & pro certo supposuisse videntur unanimiter Doctores, qui occasione parium controversiarum, constanter affirmant, quod liberi masculi ex talibus nuptiis suscepti ad successiones vigore dispositionum favore agnationis factarum sunt indubie admittendi, nedum uti masculi agnati, ex quo in eis agnationis ratio versatur, sicque ipsis Jura agnationis æque competunt, sed etiam uti qualitatem proximitatis habentes quoties a similibus dispositionibus ea est requisita, necnon uti proximiores ad exclusionem agnatorum remotiorum, quamvis ista major proximitas deducatur ex parte matris, quæ fuerat nupta viro de eadem familia, & agnatione, si per ejus medium existant, vel efficiantur tales, & præcipue Cravett. *consil.*
831. sub num. 3. §. Si dixeris, ubi quod filius eo in casu 176
ut proximior ex persona matris erat ad successionem admittendus, quamvis alias videretur disponentem voluisse, quod quis ad illam perveniret ex persona patris ratione cōservandi agnationem, quia cum per similes nuptias, etiam per matrem conservetur agnatio, satis voluntati Testatoris sa-

ris satisfieri est censendum, Vegg. *consil. 63. num. 74. in fin. & num. 75. cum seqq.* ubi facta præcise dinumeratione graduum, & demonstrato, quod Franciscus, de quo ibi erat proximior per medium feminæ nuptæ in familia, & erat agnatus ex parte patris, item masculus, sicque haberet omnia requisita a disponente volita, merito debebat ad successionem admitti, omnibus aliis exclusis, subdendo etiam sub *num.* 108. quod quoties per disponentem fuerunt vocati agnati masculi proximiores, censetur etiam de proximioribus ex fœmina nupta in familia cogitasse, illosque ea vocatione voluisse comprehendere, si alias iidem sunt agnati, & per eos conservatur agnatio, sicque habent omnia requisita, quod consilium fuit redditum in supra relata Causa de Barbolanis, in qua juxta inibi scripta fuit dicto Francisco delata successio per Rotam Florentinam, ut in Decisione desuper extensa Mandell. Alban. *cons. 86. num. 1. & 2. & cons. 87. itidem num. 1. & 2.* eadem fere repetens, utpote in eadem Causa scribens, ac animadvertens ulterius præsertim *in d. cons.* 87. idem sensisse celebres Jurisconsultos Jasonem, Bartholomæum Soccinum, Joannem Campegium *inter consil. feudal.* Albert. Brun. *cons. 9. 10. & 11.* & Curt. Jun. *cons.* 1. in casu successionis feudalis quorundam de Scarampis, super quo scripserunt, quod nempe nepos masculus, de quo ibi agebatur descendens per fœminam a primo stipite, quæ fuerat nupta in agnatione ipsius primi acquirentis, in illa successione præferri deberet aliis agnatis, quamvis essent eo proximiores respectu agnationis, sed non proximiores respectu consanguinitatis; quia cum iste nepos esset agnatus ex parte patris, sicuti alii, & ita quantum adhoc capax feudi sicuti illi, & esset proximior, quam illi, videlicet proximior propter matrem, debebat ille solos admitti, cum haberet omnia requisita; Eademque repetunt cæteri fere omnes, qui pro ista sententia fuerunt relati etiam pro theorica generali ad illam confirmandam eadem deducendo, ut præcipue Peregrinus, Trentacinquius, Fusarius, Bartholomæus Stella, Barbosa, Capanus, Pascalius, Roxas, Ferdinandus Alphonsus dell'Aquila, Bottilierius, Molphesius, De Ponte, Catavita, Faber, Pegas, Carolus Antonius De Luca, Rodoerius, & alii plerique. Ex hoc enim inficiati nemo poterit, quin iidem voluerint etiam asserere, aut saltem uti certum supponere, quod per filios fœminarum ita nuptarum gradum hoc casu possit derivari a matre ad hoc ut ipsi uti agnati ex parte patris, & intra gradus ex proximi-
177 tate quam habent per matrem, sint ad similes successiones admittendi, cum non aliunde, quam ex ordine, ac potestate proximitatis, gradus prærogativa sumatur, ut bene inquit Robles *de præsentat. lib. 3. cap. 11. sub n. 14.*
178 *versic. Cum non aliunde*. Et quidem ad hoc ut tanquam proximiores, sint etiam aliis agnatis remotioribus, quoties adsunt, præferendi, cum major, & minor proximitas nonnisi juxta proximitatem graduum successionum dijudicetur, Mans. *consult. 84. n. 8. ad fin.* Inde-
179 que proximus, sive proximior agnatus is dicatur, qui obtinet primum successionis gradum, juxta cumulata per Menoch *cons. 820. n. 13. & 13. Contr. discept. forens. caus. 46. num. 1,* Casareg. *elucubrat. ad Statut. Genuæ tit. de succes. ab intestat. §. 17. ad verb. Agnatus masculus proximior n.* 10. Atque propterea semper magis verum sit dicere, quod quoties quis habet qualitates agnati a patre, ac
180 proximioris a matre non separatas in sui persona, sed unitas, licet in origine diversas, est ad similes successiones admittendus, quamvis qua parte est agnatus inveniatur exclusus uti remotior, & qua proximior videatur esse cognatus; cum hoc casu ista exclusio remaneat imaginaria, dum ex prædicta unione efficitur verus, & perfectus agnatus intra gradus a Statuto requi-
181 sitos, sicque cessat ratio exclusionis, & concurrit id, quod requiritur pro inclusione per ea, quæ ultra tradita per Rodoerium paulo ante animadversa, iisdem fere verbis egregie disserit Ferdinand. Alphon. dell'Aquila *in sæpe allegat. addit. ad* Roxas *de incompatib. regn. & major. d. part. 1. cap. 6. num. 346.* & antea non obscure videtur pro certo supposuisse Bartholom. Stella apud Fusat. *consil. 19. num. 20. ad fin. §. Respondetur, quod licet agnatio, vers. Ita in proposito.*

Ponderando præterea, quod ista unio agnationis, & proximitatis similibus in casibus valet dici, etiam primitus secuta in ipso patre agnato, statim, ac cum muliere de eadem familia, & agnatione nuptias contraxerat, itaut ipsemet propria agnatione, & uxoris proximitate in sui personam transfusa in facti contingentia juvari posset, ex quo cum per matrimonium maritus efficiatur una caro, & sanguis cum uxore, ipse quoque uxoris gradum videtur assumere, & ulterius per nuptias in eodem gradu affinitatis constituitur; itaut si nupserit cum muliere de eadem familia, & agnatione, licet remotior, per tales nuptias fortiori, ratione proximior evadat ad effectum succedendi ejusdem uxoris consanguineis uti proximior agnatus, cæteris agnatis inferioris gradus postlrabitis, si agitur de successione vigore dispositionis favore agnationis factæ, juxta ea, quæ tradunt Peregrin. *consil. 50. sub num. 4. lib. 3.* 182
Capan. *de fideicommiss. masculin. inspect. 1. articul. 4. sub num.* 5. Barthol. Stella apud Fusat. *cons 19. sub numer. 32. §. alio etiam jure ad finem,* De Pont. *cons.* 154. *numer. 38. & seqq. lib. 2.* Molphes. *consil. 18. numer. 20. ex impress. post lib. 2. Commentar. in consuetud. Neapol.* Paschal. *de virib. patr. potest. part. 4. capit. 9. num. 77.* Pegas. *de exclus. inclus. success. & erect. majorat. part. 4. cap. 14. sub num.* 157. Nam licet affinibus successiones 183
jura non deferant *l. affinitatis Cod. commun. de success.* cum concordantibus per Tiraquell. *de retract. lignag. §. 14. sub num.* 19. & in affinitate nulli sint gradus juxta *l. non facile 4. §. affines sunt ff. de gradibus, & affinit.* tamen est certum, quod affinitas est conjunctio personarum, quæ antea diversarum erant cognationum, & per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, nanque conjungendæ affinitatis causa fit ex
nuptiis, ut in *d. l. 4.* ex Modestino scriptum habetur, & 184
concordat relata per Paleott. *de not. & spur. lib. 1. cap. 7. sub num.* 1. Ideoque ista conjunctio, vel conferre videbitur etiam in successionibus, quamvis per affinitatem illæ non deferantur, si bene perpendantur ea, quæ ea Paulo fuerunt relata in *l. juris consultus 10. ff. eodem tit.*
de gradibus, & affinit. quatenus dicitur, quod *Juris-* 185
consultus agnatorum gradus, & affinium nosse debet, quia legibus hereditatis, & tutelæ ad proximum quenque agnatum redire debent, cum his, quæ ad ejusdem Textus ornatum tradit Pichard. *in rub. instit. de gradib. cogn. n. 1.* idque sive inibi illa vox, *affinium*, retineatur, prout in omnibus Codicibus fuerat scriptum, sive ejus loco reponatur verbum, *affines*, prout legendum esse monuit Cujac. *in prior. not. ad tit. instit. de gradib. cognat.* itaut non aliter *in anteced. l. 4.* fuerit dictum per Modestinum, quod gradus affinitatis nulli sunt, nisi quia in affinibus non considerantur gradus separati, & distincti, uti gradus affinitatis, cum iidem sint, qui consanguinitatis sunt gradus, ut adnotat Schuter. *in exposit. methodic. de gra-*
dib. consang. & affinitat. impress. post tract. de success. ab 186
intestat. capit. 12. §. atque non minus, versic. & affinitatis gradus fol. mihi 504. & pluribus cumulatis Fontanel. *Cathalon. dec. 12. n. 27. & 28. lib. 1.* indeque nemini lateat, quod in jure affines unius conjugis, sunt alterius consanguinei omnes. Vel certe operabitur, quod ex affinitate, quæ una cum hujusmodi conjunctione intervenit, aliquid pluris eidem addatur, ad hoc ut in viro, qui cum muliere ejusdem familiæ, & agnationis connubium contraxerat, eo magis agnatio, & proximitas sint dicendæ in ipso unitæ, & copulatæ, propter quæ in esse veri agnati proximioris judicatur constitu-
tus. Propterea que hoc dato in filiis per eundem ex si- 187
milibus nuptiis susceptis, nedum certum sit dicere, quod hujusmodi unio validius procedere videatur, dum ultra qualitates agnationis a patre, & proximitatis a matre in eorum personis unitas, adsit etiam iste gradus sanguinis, itaut eo fortius sint dicendi agnati proximiores, per ea, quæ animadvertit Bartholom. Stella apud Fusat.
d. cons. 19. sub num. 24. §. ita in proposito, & §. nam 188
ista propositio.

Sed etiam non absonum esset asserere, quatenus oporteret, quod iidem ab ipso patre tam agnationem, quam proximitatem quodammodo hoc casu desumere possint, ad hoc ut ipsis tanquam proximioribus agnatis etiam patris conditionem sequentibus sit successio deferenda, dum eædem qualitates in illius persona fuerunt antea unitæ, & copulatæ, sicque per hanc unionem idem pa-
ter ex agnato remotiori fuerat effectus agnatus proximior 189
ex ante dictis, & ex indubio juris axiomate, quo habetur, quod qualitas nova superveniens enti unius speciei, illud diversificat, & in aliam speciem transfert, de quo cum pluribus, quos refert late Robles *de repræsent. lib. 3. cap. 13. numer.* 13. Nec alias est novum, quod in suc-

in successionibus procedat aliud axioma, quod alterius
190 beneficio, sive ratione adjuncti, quis consequatur ea, quæ jure proprio, & ex propria persona obtinere nequiret, quod ex his, quæ generaliter tradit Jason. *in*
191 *si emancipati num.* 5. *& seqq. Cod. de collat.* & ad illius confirmationem expendit Lattea *Granat. dec.* 34. *num.* 31. 32. *et* 33. in terminis successionum, quæ vigore similium Statutorum deferuntur, late exornat Nat. *in tract.*
192 *quod stant. mascul. qu.* 3. *princ. num.* 70. *in fin.* regulam hanc pluribus ampliationibus confirmando *a n.* 71. *ad* 80. & conveniunt Paris. *cons.* 47. *num.* 75. *lib.* 3. Caball. *consil. decisiv.* 126. *num.* 270. *lib.* 2. Bellon. Jun. *consil.* 74. *num.* 10. Cyrocc. *discept. forens.* 39. *num.* 20. *in fin.* Gob. *consult. decisiv.* 117. *num.* 67. & ad terminos nostræ quæstionis Lara *in compend. vit. homin. cap.* 30. *num.* 109.

Quæ tamen sint dicta ex abundanti, cum, ut jam paulo ante animadvertimus, ad effectum, de quo agitur, satis sit, quod isti fœminarum filii, qui alias sunt masculi, & habent agnationem ex parte defuncto, conjunguntur per matrem agnatam, & in familia nuptam, istaque ratione proximiores existant, cum per hoc menti statuentium plene censeatur satisfactum, dum ita bene habetur effectus conservationis agnationis, & permanentiæ bonorum in familiis, ex quo agnatio in matre fit, & per eam agnatio conservetur, ut pariter diximus; & quia ratio, ob quam, & mulier, & descendentes ab ea excludi solent, illa est, quia caput, & finis agnationis familiæ suæ mulier habetur, ut ibidem etiam legimus ex his, quæ dicit *J. C. in l. pronunciatio in fin. ff. de verb. signif.* cum hæc nonnisi eo casu intelligi possint procedere, quo in aliena familia mulier nubit; tunc enim initium familiæ viri in liberis suis præstat, finis etiam propriæ familiæ existit, quoniam ea extincta, intentum familia mariti, quantum ad eam accipit, siquidem per filios ab ipsa progenitos suæ
193 familiæ jus non retinetur, cum patris, & non matris conditionem ipsi sequantur. Quæ ratio prorsus silet ubicunque mulier jungitur viro, qui familiæ, & agnationis sui patris est: quia tunc mulier caput quidem familiæ dici quoad liberos potest, sed non perinde finis; quinimo inveterati, salvaque per eorum fieri agnatio solet, ac etiam incrementum accipere videtur, veluti quæ juxta a matre, ac patre robur habet, atque proinde quemadmodum eo casu ad illam dispositio, quæ ad agnationem conservandam fuerat introducta, pertinet; ita multo magis ad filios ab ea editos spectare debere erit dicendum, quamvis
194 illi per fœmininum, non per virilem sexum defuncto conjungantur, indeque nonnisi per matrem proximiores existant, cum ista proximitas, quæ hoc casu per fœminam habetur, sit proximitas agnatitia, ex qua idem effectus, qui ex proximitate cum viro satis superque resultat, juxta ea, quæ non dissimilibus pene verbis late, & egregie ad rem disserit Cravett. *in iisdem alleg. consil.* 831. *sub num.*
195 3. §. *Si dixeris*, subdens ob id *num.* 6. *sive* §. *Quinto in specie, in fin. vers. Cur enim*, quod alieni a jure agnationis matris, ejus liberi non sunt, dum agnatio, etiam ipsa sublata, permanet, & ratio omnis quiescit, propter quam jus diversum constitui alias solet, & pluribus aliis confirmat *toto illo consilio, & consil.* 877. & antea *consil.*
196 656. Et conveniunt etiam late firmata per Bartol. Stell. apud Fusar. *dict. consil.* 19. *iisdem per tot.* ubi inter cætera sub *num.* 14. §. *Sed cum in casu nostro in fin.* animadvertit,
197 quod isto casu duplici via conservatur agnatio, ex quo mater est de agnatione, itidem & pater, & sub *n.* 32. §. *Respondetur quod licet*, ponderat quod licet masculus ex masculo duplici jure nitatus, quod sit masculus, & sit natus ex masculo; attamen non est magis de agnatione quam masculus ex fœmina nupta in agnatione, qui ulterius est
198 proximior, sicque pariter duplici jure nititur, repetendo etiam *ibidem* §. *Alio etiam jure nititur* ea, quæ paulo ante ex Cravetta adnotavimus, quod in masculis ex feminis in familia nuptis, agnatio incrementum recipere videtur, utpote quæ juxta a matre, ac patre robur habet.

Unde hoc casu tam ipsam feminam, quam filios ab ea susceptos succedere uti agnatos non videtur contendi a Doctoribus pleno calamo per nos ad firmandam eorundem capacitatem quoad istas successiones relatos, inter quos præcipue Molphes. *in alias allegat. consil.* 18. *n.* 17. dicit, quod licet feminæ sint exclusæ a successione majoratus, aut similis dispositionis ratione conservationis bonorum in agnatione, sive domo, aut familia, quæ in idem coincidunt, *si aliqua fœmina nubat in eadem familia, & sit proximior aliis agnatis masculis, tunc fœmina illa, & ejus liberi admittuntur ad successionem dicti majoratus, & fideicommissi tanquam proximiores, & agnati de eadem domo, & familia*, sicuti & Faber *in C. sup. relat. lib.* 6. *tit.* 22. *de fin.* 27. *in not. sub n.* 199
2. *juxta postrem. edit. Lugdun.* ubi ita inquit, *Fœmina familiæ suæ caput, & finis est, &c. sed intellige, nisi cum fœmina nupta est in familia; quo casu, & ipsa admittitur tanquam agnata, & ipsi quoque liberi tanquam agnati, licet sint remotiores in gradu, persona patris inspecta, dummodo sint proximiores inspecta matre*, & 200
quoad ipsos filios masculos ex istis nuptiis procreatos, nemo est, qui contradicat, & inter cæteros Trentacinque *de substit. par.* 4. *cap.* 7. *sub num.* 10. §. *Appellatione liberorum ad fin.* dicit, quod isti sunt de agnatione, & ratio conservationis agnationis in ipsis versatur. Cum natus ex muliere ita nupta sit de agnatione, sicque in eis verificatur 201
dispositio, per quam masculi agnati sunt vocati, & in *seqq.* §. *Hinc conclusionem*, adnotat, quod in istis successionibus nepos masculus descendens ex femina a primo stipite, quæve sit nupta in agnatione, præferri debet aliis agnatis in gradu posterioribus; quia cum iste nepos sit ita agnatus sicut alii, & etiam agnatus proximior, per matrem, debet ipse solus admitti. Et quidem jure; nam quemadmodum est certum, quod mulier ita nupta non desinit 198
esse agnata, quia agnationem conservat, & familiam continuat, ut pluries dixi, & omnibus est in comperto, imo & agnationis gradum continuare potest, ut satis colligere est ex Doctoribus supra allegatis, & agnoscit Rota *in rec. dec.* 89. *sub num.* 6. *vers. Nec videtur, & num.* 7. *par.* 6. *dec.* 53. *sub num.* 8. *vers. Et quamvis part.* 7. licet in illis attenta peculiari dispositione Statuti Januensis, de quo ibi agebatur, diversimode fuisse resolutum, admittendo in priori solos gradus masculorum, & in posteriori etiam gradus feminarum, masculis non extantibus, de quo tamen infra erit differendum; ita propemodum erit certum 203
quod eædem continentur per ipsius filios, ut inter alios allegatos bene ponderat Ferdinand. Alphons. dell'Aquila *in sæpe allegat. addit.* ad Roxas *de incompatibil. Regnor. et majorat. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 338. atque sane, ut hoc effectum inspecto ipsa mulier ita nupta tanquam masculus judicetur, ut idem prosequitur, ultra alias supra quoad hoc recensitos; ideoque remaneat sine dubitatione, quod illius filii masculi sunt habendi uti veri, & proprii agnati ad 204
hoc ut tanquam tales ad successiones, ad quas illi fuerunt vocati, sint admittendi, absque eo quod eisdem obstare possit præsumptio exclusiva agnationis ex feminæ interpositione eodem modo, quo ista feminarum interpositio non censetur obstare in agnatione artificiali, quin ad veræ agnationis imitationem, communiter pro agnatis recognoscantur a Doctoribus masculi a feminis descendentes, juxta bene, & late firmata per Pegas *de exclus. inclus. success. & erection. majorat. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 29. Sic- 205
que fortius quoad istas agnationes in successionibus statutariis requisitas, in quibus id ex ipsa lege Statuti evenire dicendum est considerato effectu, ex ratione, quæ ipsi Statuto inhæret, resultante, & ob quem isti masculi sunt considerandi, ac si femina non se interposuerit, ut pariter idem Ferdinand. Alphons. dell'Aquila *ibidem* adnotat; necnon ex eo, quod cum feminarum exclusio, ut sæpius diximus propter agnationem fuerit in- 206
troducta, causa agnationis perdendæ cessante in femina in familia nupta, jus tolli non convenit, quod propter ipsius agnationis favorem fuit adinventum, ut ponderat Cravett. *dict. cons.* 831. *sub numer.* 5. §. *Tertii monendi* 207
sumus ad finem.

Confert etiam ad hæc Juris communis dispositio, qua per Justinianum, antequam jure novissimo in successionibus omnis sexus differentiam esse sublatam, nullumque amplius inter agnationem, & cognationem esse debere discrimen, extitisset demandatum, fuerat sancitum, quod gradus filiorum sororis, quamvis alias in ordine cognatorum ad juris agnatitii formam in legitimas successiones esset translatus, ut in *l. lege xii. Tabularum* 14. *in l. meminimus* 15. *C. de suis, & legit. hered. et in* §. *sed hodie* 4. *instit. de legit. agnat. success.* cum concordantibus per Decian. *respons.* 46. *n.* 102. *et* 103. *lib.* 3. Natt. *cons.* 187. 208
numer. 5. Cacheran. *inter consil. ultim. volunt. collect. per* Ziler. *tom.* 3. *cons.* 138. *sub num.* 21. *vers. Et dicit* Natta, Thom. Doccium *cons.* 21. *num.* 8. *in fin.* Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *numer.* 257. Mieres *de major. parte* 2. 209
cap. 6.

cap. 6. n. 548. Altogr. Sen. *cons.* 51. *num.* 6. *lib.* 1. indeque eosdem inter hæredes legitimos loco agnatorum recenseri, dicit *gloss. in rubr. Codice unde legit.* ut propterea hoc attento filii fœminarum in familia nuptarum, ut sunt ad præsens Bettinus, atque Octavianus, multo magis sint dicendi succedere uti agnati masculi, dum in ipsis uti filiis sororis viro de eadem agnatione nuptæ,
210 veræ agnationis ratio versatur, & ad eas jura agnationis æque competunt, ac si ex agnato masculo essent procreati, ut est casus, in quo in individuo patis successionis ad terminos Statutorum Dertonæ, & Mediolani consuluit Guidobon. *advoc. civil.* 100. *a n.* 4. *ad* 13. *junct. princip.* & præcipue *num.* 11. *&* 12. Et quidem, ut ex hac juris communis dispositione isti sororum filii æquiparentur veris agnatis, ut dicit Sappia *in repetit. leg. quis se patris n.* 69. *&* 70. *Cod. unde lib. tom.* 8. *rep. civil. fol.* 135. *juxta antiq. edit.* atque considerentur uti
211 masculi agnati per virilem sexum conjuncti, juxta ea, quæ adnotat Mysinger. *in schol. ad §. hoc etiam addendum num.* 1. *in fin. institut. de legitim. agnat. success.*
212 ibi, *quo ex capite cognatorum transfert in caput agnatorum, ut perinde habeantur, ac sic agnati sint, nosque per masculum attingant.*

Et quamvis Redenasch. *cons.* 27. occasione ejusdem Statuti Mediolanensis eam videatur tueri sententiam,
213 quod jura prædicta non habeant locum in successionibus, quæ vigore similium Statutorum, fœminis exclusis, agnatis masculis deferuntur; imo hoc esse commune Doctorum placitum conetur ostendere, ex quo eadem jura loquuntur de filiis sororum, qui vere sunt cognati, illos quadam legis machinatione per fictionem inter agnatos adnumerando; ideoque nonnisi improprie, & abusive dicuntur agnati; Statutorum vero verba sunt in casu vero, non autem ficto accipienda, nec aliam, quam propriam significationem recipiunt. Attamen posthabita dispositione, an filii sororis, quos jus voluit loco
214 agnatorum haberi, sint propriè agnati, quemadmodum disputative dici posse autumant Gerard. Mazol. *cons.* 76. *num.* 40. *&* 41. nec non an dato, quod non sint proprie agnati, sed tantum large, & improprie dicantur tales,
215 juxta notata per Dec. *cons.* 13. *sub n.* 7. Pedrocc. *consil.* 33. *num.* 13. *& alios* per Pegas. *de exclus. success. & erect. majorat. cap.* 15. *n.* 29. *post medium*, *& cap.* 1. *l.* 7. *num.* 94. *pariter ad med.* adhuc quoad jus succedendi ex liberalitate legis inter agnatos sint admittendi etiam in successionibus Statutariis, ut voluit Bero. *cons.* 146. *num.* 9. *lib.* 2. Animadvertendum id inibi ab ipso Redenascho, & ab aliis, quos refert, potissimum fuisse assertum,
216 quia illud Statutum, prout & cætera similia favore agnationis fuerunt condita, unde vocando agnatos solummodo de iis, per quos agnatio conservari potest, locuta fuisse, videtur dijudicandum; & propterea non de filiis sororis, quamvis ad legitimam agnationem translatis, quia soror licet sit agnata, nequit agnationem con-
217 tinuare, sic quodammodo intelligendo de filiis sororis nuptæ in aliena familia, ut satis elicere est ex his, quæ tradit *n.* 27. *&* 28. *cum seqq. & sub n.* 23. & ex his quas antea firmaverat Brun. *de stat. fœm. exclus. art.* 6. *sub n.* 324. ab ipso allegatus; non negando tamen, quod Sta-
218 tutum etiam casum fictum comprehendere valeat, quando verus, & fictus æquiparantur, & in utroque militat eadem ratio conservationis agnationis, ut sub *n.* 24. *&* 25. Sicuti etiam quod ex statuentium mente, & ratione ad istum effectum verba etiam impropriissime accipi pos-
219 sunt, ut *n.* 26. atque proinde ex his non obscure admittere videatur: quod dum præfatæ rationes in contrarium oppositæ cessant in filiis sororis, quæ in familia, & agnatione nupserat, imo militat ratio contraria, dum per eos vere, & proprie conservatur agnatio, etiam stantibus similibus Statutis procedere valeat eorum favore prædicta Juris communis dispositio, qua, ut adnotavimus, cautum fuerat, quod quoad jus succedendi lo-
220 co agnatorum ipsi sint admittendi, prout voluit Guidobon. *in loco allegat. sub dd. numer.* 11. *&* 12. assentiendo ob id *dict. num.* 19. *vers. Igitur in relatis* theorice ab eodem Guidobon. *ibi item num.* 48. antea dictis additæ, qua sequendo firmata per Pacian. *cons.* 53. *a num.* 15. *ad* 22. in re hac distinguendum esse putat, quod nempe aut agitur de re, quæ solum adaptatur agnatis stricto modo sumptis, ut quia respiciat solum conservationem agnationis: & tunc nomine agnatorum non veniunt filii sororis, per quos agnatio conservari non potest, sicuti non veniret ipsa soror, quæ licet agnata, attamen agnationem conservare nequit; Aut vero agitur de re, in qua non fuit considerata ratio conservationis agnationis, & tunc appellatione agnatorum continentur etiam filii sororis, quos ad effectum succedendi loco agnatorum esse jura voluerunt, subdendo id esse verum, nedum in successionibus legitimis, & ad præscriptum Juris communis, sed etiam in successionibus a dispositionibus Statu-
torum provenientibus; ita ex hac generali theorica magis confirmando ea, quæ in suo casu speciali superius 221
antea firmaverat, & jam per eas fuerant animadversa, quod scilicet filii sororis in agnatione nuptæ in successionibus statutariis loco agnatorum sunt admittendi, dum quoad ipsos ratio conservationis agnationis procedit, & ad eos jura agnationis æque competunt, ac si ex masculo agnato ipsi essent procreati, sicque aptantur ea, quæ agnatis stricto modo sumptis a statuentibus fuerunt considerata.

Optimaque sane ratione, quia quando sola conservatio agnationis est primaria, & finalis ratio similium Statutorum, tunc licet arguere ad extensionem Statuti etiam ad casus fictos, & improprios, ut occasione similis Statuti iisdem verbis dixit Rota *dec.* 141. *num.* 12. *ex*
impress. inter dec. divers. select. per Constantin. ad interpret. Statut. Urb. quam refert, & commendat ipsemet 222
Constantin. *in annot. ad idem Statut. annot.* 40. *num.* 9. Et quando provisio Statuti respicit favorem agnationis, & sic est facta propter publicam utilitatem, tunc
quamvis relata ad unum casum, eadem ratione conti- 223
net etiam alium, qui est similis expresso, etiamsi ita sit per fictionem, ad late tradita in terminis similium Statutorum per Cæpoll. *cons. civil.* 55. *n.* 38. *&* 39. *lib.* 2. & Thom. Doccium *cons.* 18. *num.* 13. etiamsi alias non esset omnimoda similitudo, cum satis sit habere convenientiam, dum est eadem identitas rationis conservandæ agnationis, juxta ea, quæ pariter in terminis
similis Statuti animadvertit Mazol. *cons.* 9. *num.* 54. *&* 224
55. Quoties enim casus fictus transit in ipsam eandem veritatem, & revolvitur in ipsam rem, de qua loquitur Statutum, semper id, quod ab eo fuit dispositum in casu vero, verificatur, & habet locum in casu ficto, ut post cæteros, quos refert, bene inquit Bammacar.
comment. feud. ad capit. naturales, si de feud. defunct. &c. qu. 4. *n.* 30. *&* 40. sicuti & quando casus fictus est ejusdem effectus, ac verus, ut quia habeat eandem ope- 225
rationem respectu implementi ipsius dispositionis Statu- 226
ti, juxta notata per Gallin. *de verb. signif. lib.* 3. *capit.* 22. *num.* 12. 13. *&* 25. Et sine dubio, si id eveniat, ex quo per Jus commune Statutum hanc interpretationem passivam recipiat, utpote qua Jus commune ad illud se extendit; vel quia casus verus, & casus fictus ab eodem Jure communi per modum regulæ sunt æquiparati, juxta ea, quæ itidem in terminis similium Statu- 227
torum late ponderant Bero *cons.* 14. *a num.* 7. *ad fin lib.* 2. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 80. *n.* 17. *&* 18. *junctis anteced. num.* 11 *&* 12. & alii per Giurb. *ad consuetud.* Messan. *cap.* 12. *gloss* 3. *numer.* 12. *&* 13. quemadmodum certe est casus de filiis sororis a Jure communi per quandam fictionem veris agnatis æquiparatis, ad effectum consequendi jura successionis, præsertim quando ratio agnationis a Statuto exoptata, valet in istis verificari, sicuti in veris agnatis, prout contingit in filiis sororis nuptæ in familia, quos est certum in ratione Statuti, veris agnatis æquiparari, adeoque nulla potest esse quoad ipsos diversitas, ad hoc ut idem Statutum interpretationem recipere valeat ab æquiparatione a Jure communi facta.

Augeri videntur hæc omnia in nostra facti specie ex satis valida consideratione, quod successio ad præsens fuit aperta longe post obitum Cassandræ, Bettini, & Octaviani matris, ac Braccii, de cujus hæreditate agitur, sororis, sicque tempore, quo iidem fratres ex propria persona, proprioque Jure valent ad successionem admitti ob proximitatem usque a nativitate per matrem acquisitam, & ab illa in ipsos transfusam, quæve Juris beneficio, & legis ministerio, evaserat qualitas propria, ipsorumque personis cohærens; dum ex Juris communis præscripto hodie sublata agnationis, & cognationis differentia, etiam descendentes ex fœminis ad successionem admittuntur, ac si nati essent ex masculis, in eaque proximitate dicuntur constituti, quæ in succedendo parem vim habet, ac illa ex parte patris, sic-

que quoties sunt agnati propter patrem, valent succedere etiam, uti proximiores agnati, juxta ea, quæ superius fuerunt late firmata, & ultra inibi tradita, egregie ad rem ponderat Vegg. *cons.* 63. *n.* 77. Et quidem,
228 ut id habere valeat locum, etiamsi agatur de successionibus vigore similium Statutorum, cum illæ ad similitudinem legitimarum successionum sint regulandæ, Bellon. *de Jur. accrescendi cap.* 6 *qu.* 1. *sub n.* 4. Beniell. *cons.* 54. *n.* 170. & Statuta quoad hoc sint intelligenda secundum leges loquentes de ultimis voluntatibus, Hon-
229 ded. *consil.* 6. *n.* 8. *lib.* 1 Casareg. *elucubrat. in Statut. Genua tit. de success. ab intestat. ad princip. verb. soli n.* 9. *fol.* 117. Cum autem communiter sit traditum, quod etiam data matris exclusione, seu aliter incapacitate succedendi, ejus exclusio, sive incapacitas nullatenus po-
230 test obesse filiis, quin ex propria persona, proprioque Jure succedere valeant, si alias id ipsis competat, cum tunc non dicantur venire tanquam matris hæredes, aut ex Jure ab ipsa transmisso, sed diverso Jure, diversaque ratione in ipsis militante, atque habent jus succe-
231 dendi a lege, & non a matre, juxta ea, quæ ad terminos nostræ quæstionis late prosequitur Vegg. *eodem consil.* 63. *num.* 79. *& seqq. ac per totum*, ubi sub *n.* 65. *vers. Non obstant ergo.* Animadvertit id procedere, etiamsi mater sit exclusa per Statutum, & sub *num.* 97. præcipue dicit id maxime habere locum, quando mater obiit ante apertam successionem, junctis late traditis, pariter in eisdem terminis per Bartholom. Stell. apud Fusar. *sæpe allegat. consil.* 19. *num.* 17. *& seqq.* & Casanatt. *in dict. consil. Pro Duce Sermoneta art.* 3. *num.* 141. *& num.* 156. *& seqq.* & generaliter per Salgad. *in*
232 *labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 25. *num.* 18. *& seqq.* Spad. *cons.* 173. *num.* 125. *cons.* 245. *num.* 2. *&* 3. *cons.* 402. *sub. num.* 16. *lib.* 3. Rota *in rec. dec.* 463. *numer.* 14. *& seqq. part.* 1. *& dec.* 753. *num.* 4. *&* 5. *parte* 18. *tom.* 2. quæ est in terminis, in quibus mater erat præmortua cum pluribus ab ipsis allegatis, & aliis innumeris, quos refert, & sequitur Aguirr. *in apolog. pro success. Regni Portugall. part.* 2. *n.* 165. *& seqq.* Utique hoc attento, cum negari non possit in casu, de quo agitur, quod, fratres prædicti tempore delatæ successionis valent considerari uti proximiores jure proprio, & ex propria persona ad hoc, ut tanquam tales ad controversam successionem sint admittendi, erit etiam extra omnem difficultatem, quod ipsi succedere valeant, tanquam masculi agnati intra gradus a Statuto volitos ex indubia Juris theorica, qua habetur, quod qualitas admissiva, vel exclusiva attenditur solum de tempore apertæ, seu delatæ successionis, & quo illa effectum sortitur, quam, post plures, quos cumulant, in terminis similis successionis statutariæ late exornant Casareg. *ubi supra ad d. princ. verb. masculi liberi num.* 6. *fol.* 141. *& ad §.* 13. *quod incip. Masculus, & fœmina num.* 58. *fol.* 253. Rodoer. *ad pragmat.* 3. *de feud. cap.* 20. *numer.* 15. *ad finem*, quamve in terminis qualitatis a Statuto requisitæ in masculo ad exclusionem fœminæ affert Paris.
233 *consil.* 78. *n.* 30. *lib.* 2. ad id præcipue animadversus a Rosa *lection. feudal.* 10. *sub n.* 10. *versic. Ex quo infero in fine.*

Fortius vero, dum ipsa Cassandra, eorum mater, ob,
234 nuptias cum viro de eadem familia, & agnatione contractas, non esset dicenda, si viveret, in parte exclusiva Statuti comprehensa; sed ex eo, quod ob tales nuptias, vel sibi masculinum genus usurpaverit, vel illud a viro, cui nupserat, communicatione quadam acceperit, esset pari ratione ad successionem admittenda, si talis fuisset reperta in illo instanti delatæ successionis, ut præter ea, quæ superius fuerunt late firmata, patet ex traditis ad rem per Rodoer. *in mox alleg. cap.* 20. *n.* 13. *&* 14. Sicque iidem Fratres de Ricasolis bene valeant ab eadem derivare gradum, etiam cum eadem qualitate agnatitia, quæ in illa aderat, quamve per similes nuptias non amiserat, sed continuaverat cum ipso gradu, ut jam supra fuit dictum; dum talis qualitas agnationis in ipsis adest, semperque adfuerit, ex quo sunt agnati propter patrem, quamvis alias id non esset necesse ad effectum, de quo agitur, cum proximitas sit quid distinctum ab agnatione, utpote pertinens ad gradum, cujus vigore quis succedit, uti proximior, & agnatio sit qualitas cohærens personæ, ideoque quis succedere possit, ut agnatus proximior, quoties qualitas agnatitia sibi cohæret,
235 & gradus a matre mutuatur, ut non obscure elicere est ex his, quæ in fortioribus terminis repræsentationis disserit Rot. coram Duran. *dec.* 36. *sub n.* 17. *vers. Quia cum.* Et confirmatur ex his, quæ pariter in eisdem terminis repræsentationis est pro certo traditum, quod nempe non obstante simili statutaria exclusione fœminarum, adhuc earum filii succedere ex propria persona, proprioque jure repræsentando gradum matris, etiamsi agatur de successione transversalium, seu collateralium, ut fuit plene firmatum per Rotam *in Romana, seu Fir-* 236
mana successionis 28. *Februarii* 1695. coram Molines *impress.* apud Balducc. *dec. & rer. indicat. vol.* 1. *tit.* 3. *de legat. & fideicomm. dec.* 16. *num.* 5. *&* 16. *Januarii* 1696. § *Neque prædictam læsionem*, *& §. seqq. &* 10. *Junii* 1697. §. *Ad faciendum autem*, *& §. Nec talis ratio*, *cum seqq.* cor. Priolo, *&* 9. *Decembris* 1697. §. *Replicatione nullatenus attenta*, *cum §§. seqq. &* 26. *Februarii* 1698. cor. Muto, & 10. *Decembris ejusdem anni* 1698. cor. Ansaldo *ambabus his ultimis impress.* apud Palmam *Lucen. dec. tom.* 3. *dec.* 291. *n.* 2. *& seqq. & dec.* 292. *n.* 6. *& seqq.* Et quidem, ut ad hoc non sit opus, quod repræsentent illius personam, cum ex juris beneficio hoc casu filii matris gradum subingrediantur, sicque proximitatem non a persona, sed a lege recipiant, ut animadvertit Rota *in eisdem decisionibus*, & præcipue id expresse differens *in illa edita sub die* 10. *Junii* 1697. §. *Sed talis ratio ad fin.* coram Priolo, & suppositive tangens *in alia* coram Muto *impress.* apud Palmam *d. dec.* 291. *sub n.* 1. Propterea que semper, magis certum firmumque sit, quod Fratres de Ricasolis sint dicendi habere omnia requisita ad hoc, ut ex Statuti Florentini dispositione sint dicendi succedere uti agnati masculi intra gradus ab illo exoptatos.

Hincque etiam clarum fit nullius ponderis esse habendum, si forte objiciatur, quod proximitas, quæ desumitur a matre duntaxat operari, suumque effectum producere sit dicenda, quoties unitur personæ, quæ sit vocata, & solum ratione proximitatis ab alio proximiori impedita existit, ideoque prælationem concurrente vocatione, nusquam vero, ista deficiente, omnimodam capacitatem, seu habilitatem ad succedendum tribuere valeat ei, qui non sit de genere contemplato, quive uti talis non videtur vocatus, dicente Rota *Florentina* 237
Motiv. lib. 96. *fol.* 262. *t.* occasione disputationis in ejus Auditorio habitæ sub die 20. *Martii* 1616. super Testamento cujusdam Vietii Cambii de Medicis: *In primis esset firmandum, quæ personæ, seu quod genus personarum est comprehensum sub nominibus collectivis, de quibus in Testamento; & postmodum quærendum est de proximitate inter eos; nam frustra contenderetur aliquem esse proximiorem, nisi ostendatur, vel supponatur esse vocatum.* Etenim ultra quod hoc etiam admisso, id non destruit, sed magis confirmat, quod istis in casibus proximitas valet desumi a matre, cum certum sit, quod ex ipsa vocatione nil aliud, quam habilitas ad succedendum desumi potest, non autem quod statim, ac quis probatur vocatus, sit dicendus in gradu, per quem servato successionis ordine, uti proximior admitti debeat; nam 238
non ideo quis proximior est, quia succedit, sed econtra, quia est proximior ideo succedit, ut supra fuit adnotatum præsertim ex Robles *de represent. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 13. Ideoque non alia ratione is, qui probatur vocatus, præfertur per proximitatem matris, quam ex eo, quod valet desumi gradus a matre, sicque magis verum sit, quod proximitas, quæ est jus quodam universale, & genericum valens comprehendere tam agnatos, quam cognatos, utpote denotans sanguinis conjunctionem, quæ eodem modo per agnatos, & cognatos participatur, ex quo omnes tanquam descendentes a communi stipite 239
inter se conjunguntur, ad notata per Carol. Ant. de Luc. *de linea legal. part.* 1. *art.* 17. *sub num.* 14. *vers. Quia proximitas*, valet etiam desumi a matre, ad hoc, ut quis dicendus sit habere prærogativam gradus, quoties est ad complementum perfectæ successionis requisita, prout in fideicommissis, majoratibus, primogenituris, & similibus hominum dispositionibus potissimum esse solet, cum regulariter sint, vel linealia, vel ad certum, & determinatum genus personarum restricta, sicque in illis bene prius videndum, qui sint vocati, cum sit in jure vulgarissimum, & pro constanti ab omnibus traditum, quod in illorum successione in primis, & ante omnia sit inspicienda linea, mox gradus, deinde sexus, & ultimo ætas, atque ita non est curandum de gradu, nisi in linea

linea, nec de sexu, nisi in gradu; nec denique de æta-
te, nisi in sexu, Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.*
4. *num.* 13. *&* 14. Sacca *cons.* 136. *num.* 45. Casanatt. *cons.*
38. *num.* 114. Fontanell. *Cathalon. decis.* 34. *num.* 5. *lib.* 1.
Castill. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 93. *num.* 3. de Luca *de fideic.
disc.* 15. *num.* 4. *& disc.* 16. *num.* 5. Pegas. *de exclus. inclus.
success. & erect. majorat. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 94. Animad-
vertendum, quod dum in casu, de quo agitur, ex jam
dictis patet, quod filii fœminæ nuptæ viro de eadem
familia, & agnatione, & sic fratres de Ricasolis, sunt
habendi pro veris, & perfectis agnatis masculis a Sta-
tuto consideratis, attenta proximitate a matre agnata
derivata; atque in ipsis una cum patris agnatione unita,
sunt etiam dicendi agnati masculi intra gradus a Statuto
præfinitos constituti, propter quæ, licet ad præsens nul-
li alii existant agnati, quibus præferantur, sint ad suc-
cessionem Statutariam admittendi, fœminis exclusis,
tanquam habentes omnia a Statuto requisita, ob quæ in
illius parte inclusiva dicuntur comprehensi, nec propter-
ea hoc attento ullatenus de illorum vocatione sit dubi-
tandum, cum hæc ex ipsa inclusione oriatur, ut de se
patet, atque in terminis paris controversiæ, imo in for-
tiori casu, quo nedum masculos, sed & ipsam fœminam
ita nuptam, ad fideicommissum agnatitium, & in quo
soli masculi fuerant vocati, esse admittendam asserreba-
tur pro certo supponit de Pont. *in sæpe alleg. cons.* 154.
sub n. 25. *vers. Imo, & fortius*, *& n.* 41. *vol.* 2.

Reflectendo inter cætera, quod licet vera sint ea, quæ
242 pariter antea tradidimus, quod nempe Statuta quoad in-
terpretationem ultimis voluntatibus æquiparentur, & e-
contra, atque pariformiter determinentur, itaut ab uno
ad aliud quoad hoc argui valeat; nihilominus est etiam
certi juris, quod benignius agitur cum dispositione legis,
quam cum dispositione hominis *l. Celsus*, ibique Gloss. *in
princ. ff. de recept. arbitr.* cum concordantibus per Gallin.
243 *de verbor. signific. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 19. Grat. *cons.* 3. *sub num.*
20. Prat. *discept. forens. cap.* 38. *n.* 81. *vol.* 1. atque præci-
pue, quod conservationis agnationis rationis in Statu-
tis tanquam respiciens publicam utilitatem, & favorem
Reipublicæ, cui plurimum interest agnationes conservari,
ampliorem recipit interpretationem, quam in Testamen-
tis, in quibus ne fideicommissa multiplicentur strictior sit
244 interpretatio, juxta ea, quæ ad terminos simili Statuti
late ponderat Rot. coram Peutinger. *decis.* 371. *num.* 18.
19. 20. *&* 21. sicuti & etiam quod ejusdem agnationis consi-
deratio, atque fœminarum exclusio, non æque militant
in ultimis voluntatibus, cæterisque hominum dispositio-
nibus, ac in Statutis, cum Statuta debeant de necessitate
fundari in aliqua rationabili causa, sicque si de alia non
constat, præsumuntur fundata in ratione conservationis
agnationis, ultimæ vero voluntates, atque hominum di-
spositiones, cum sui natura sint voluntariæ, nec in aliqua
necessitate fundentur, ac propterea in illis ratio conser-
vandi agnationem nequeat dici necessario a Testatoribus
considerata, cum ex mera affectione, aliaque diversa
245 causa possint moveri; Sicque stat pro ratione voluntas,
quemadmodum præ cæteris animadvertunt Honded. *cons.*
56. *num.* 19. *&* 20. *vol.* 2. Cardellon. *cons.* 81. *n.* 36. *lib.* 1.
unde cum in ultimis voluntatibus efficacia, & virtus dis-
positionis in voluntate disponentis sit posita, itaut non
aliter procedere sit dicenda, nisi cum voluntas vel verbis
sit expressa, vel ex verbis in conjecturam voluntatis col-
lineantibus desumi possit; In Statutis vero eorum vis o-
mnino, atque essentialiter in ratione sit constituta, itaut
ex hac duntaxat mens disponentium sit elicienda, & qui-
dem ut verbis etiam deficientibus illa sit unice respicienda;
imo liceat etiam verba offendere, ut mens, & ratio Sta-
tuti serventur, quemadmodum longe ante adnotavimus,
Ideo licet quoad ultimas voluntates bene procedere pos-
sit, quod prius sit videndum, quæ personæ sint vocatæ,
atque sub verbis comprehensæ, ut dixit *Rota Florentina*
in illa substitutione fideicommissaria, quæ aderat in Te-
stamento illius Vierii Cambii de Medicis, cujus memini-
mus, ad hoc, ut de Testatoris voluntate constare possit,
cum hæc nonnisi quam ex verbis sit in dubio desumenda,
itaut eis deficientibus, & negantibus fideicommissum,
seu substitutionem possit opponi, quod de ipso, vel de eo
casu substitutio non loquitur; id tamen non poterit pro-
cedere in Statutis, in quibus non aliud quærendum, quam
qui sit sub illius ratione comprehensi, ut de se patet, at-
246 que satis colligitur ex traditis per Decian. *respons.* 16. *num.*
20. *&* 21. *lib.* 1. & magis ad rem per Bero. *cons.* 121. *n.* 6.

& 7. *vol.* 2. atque alios passim. Proindeque cum in filiis
fœminæ nuptæ in agnatione procedat ratio Statuti, quod
conservetur agnatio, etiam derivando gradum a ma-
tre, servato ordine successionis a Jure Communi præfi-
nito, & quoad hoc a Statuto minime innovato, qua 247
concurrente erit etiam dicendum, quod in ipsis proce-
dat ejus dispositio, juxta regulam, de qua late Tabor.
in thesaur. loc. commun. lib. 16. *cap.* 5. *axiom.* 13. quinimo,
quod etiam sit dicenda concurrere vocatio, cum in si- 248
milibus Statutis per fœminarum exclusionem censeatur
vocata agnatio, ut dicit Spad. *cons.* 148. *num.* 4. *tom.* 3.
sicque non considerentur personæ, sed ipsa ratio agna- 249
tionis, quæ in ipsis personis concurrit, ut animadver-
tunt Honded. *consil.* 7. *sub numer.* 19. *lib.* 2. Tranchedin.
consult. 70. *sub n.* 31. *lib.* 1. Et quidem, ut expressum in 250
Statuto dicatur, id in quo versatur eadem ratio *l. non
dubium Cod. de legib.* Marsilia *de success. legal. part.* 4. *qu.*
21. *art.* 2. *num.* 76. Anguian. *de legibus lib.* 3. *controv.* 9.
num. 2. Cravett. *cons.* 186. *num.* 11. Riminald. Jun. *cons.* 4.
sub 13. Altogr. *cons.* 39. *sub num.* 24. *vers. Ac de jure lib.*
1. Surd. *decis.* 244. *num.* 40. Mans. *consult.* 501. *num.* 7. ita- 251
ut ea, quæ ex Statuti ratione resultant, ex Statuto pro-
venire dicantur Barz. *Bonon. decis.* 46. *n.* 65. Man. *consult.*
264. *num.* 4. Nec extra ejusdem Statuti verba censeantur 252
esse desumpta, ut in terminis similis Statuti, Rot. co-
ram Peuting. *d. dec.* 371. *n.* 17.

Accedit prædictis, quodque eadem magis confirmat,
clariusque explicat, inevitabile dilemma, quod nempe;
Aut est verum, prout & per nos fuit assertum, ac abunde
probatum, quod per similia Statuta, quibus feminæ sunt
excluse favore agnationis, dum sunt vocati agnati intra
certos gradus, licet in eorum personis videatur requisita
qualitas agnatitia, attamen prærogativa gradus sit relicta
sub dispositione Juris communis; sicque cum juxta ejus-
dem novissimas constitutiones sit sublata omnis differen-
tia agnationis, & cognationis, propter quod est certum,
quod successionis gradus desumi potest etiam a matre,
nullus remanet dubitationi locus, quin fratres de Rica-
solis, qui uti filii fœminæ nuptæ viro de eadem agnatio-
ne ex jam dictis, sunt habendi pro veris, & perfectis
agnati, sint etiam dicendi, quod possint desumere gra-
dum a matre, ad hoc ut intra gradus a Statuto præfinitos
censeatur constituti, adeoque tanquam habentes omnia
Statuti requisita dicantur vocati; Aut est credendum,
quod quemadmodum qualitas agnatitia requiritur in ta-
lium filiorum personis, ita ejusdem qualitatis esse debeat
gradus, propter quem idem succedere contendunt; &
cum pariter sit probatum, quod fœmina ita nupta non de- 253
finit esse agnata; & per ejus filios agnationem conservat,
ac continuat, propter quod & ipsa vigore similium dispo-
sitionum succedere valeret uti agnata, & quidem, ut
propter effectum, qui ex ipsa consequitur, & habeatur
tanquam masculus; sic multo magis ejus filii erunt dijudi-
candi succedere tanquam agnati per virilem sexum con-
juncti, desumendo nedum agnationem, & gradum a pa-
tre, cui fuit unita proximitas uxori, sed etiam agnatio-
nem, & proximitatem, seu gradum a matre, ita quod 254
undique sit dicendum gradus vere agnatitius, atque ob id
pariter erit clarum, quod fratres de Ricasolis tam quoad
qualitatem personæ, quam quoad gradum requisitum
erunt habendi a Statuto vocati, quamvis talis casus non
legatur in Statuto expressus; nam dum militat eadem ra-
tio, *dicitur esse comprehensio, atque inclusio*, ut inquit Me-
noch. *cons.* 235. *sub num.* 52. *vers. cessat enim*. Sicque si 255
est inclusio, sit etiam vocatio, cum, ut paulo antea di-
ximus, hæc ex inclusione oriatur, & ultra inibi tradita 256
non obscure animadvertit Hondedeus *cons.* 12. *num.* 29.
in fin. volum. 1. Hujusmodi enim Statuta, utpote favore
agnationis condita, esse simpliciter, & absolute favora- 257
bilia, est communiter a Doctoribus traditum, ut præ-
ter antiquiores late firmant Innocentius *de success. mu-
nicip. qu.* 4. *num.* 13. *ac per tot.* Gobb. *de jur. intestat. suc-
cess. in prælud. num.* 15. Monald. *cons.* 14. *numer.* 6. *&*
7. Jacob. Gall. *cons.* 41. *num.* 21. Gatgiar. *cons.* 45. *num.*
41. *lib.* 1. Cyriac. *controvers.* 476. *numer.* 6. *&* 7. Marott.
discept. forens. cap. 17. *num.* 19. Actolin. *resol. forens.*
13. *num.* 40. *&* 41. Francisc. Palm. *consult.* 59. *numer.* 2.
Bonden. *collect. leg.* 31. *numer.* 104. *tom.* 2. Tranchedin.
consult. 70. *num.* 9. *& seqq. lib.* 1. Feloaga *Enchir. jur.
contr. cap.* 21. *num.* 4. *& seqq. ac per totum*, Mart. Me-
dic. *quæst. Senen. exam.* 49. *num.* 16. *ac per totum*, Tho-
mat. *decis.* 204. *num.* 10. *tom.* 2. Pattell. *de ultim. volun-
tat.*

tat. dec. 10. *num.* 67. Zaul. *ad Statut. Faventin. in observation. ad rubr.* 27. *lib.* 3. *num.* 2. & 3. Rota coram *Pamphil. decis.* 15. *sub num.* 5. coram Bich. *dec.* 625. *num.* 16. *in rec. decis.* 51. *numer.* 11. *parte* 1. *decision.* 53. *per totum par.* 3. *decision.* 438. *num.* 49. & *seqq. part.* 4. *tomo* 2. *decision.* 177. *num.* 7. & 8. *part.* 5. *decis.* 342. *numer.* 7.
258 *par.* 12. Et sine dubio quoad eorundem Statutorum partem inclusivam, quia ipsius agnationis conservationi providetur Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 6. Bellon. *de Jur. accresc. cap.* 9. *quaest.* 12. *numer.* 30. *tom.* 3. & *consil.* 74. *numer.* 30. Gabriel. *consil.* 14. *sub num.* 13. *lib.* 1. Montepic. *consil.* 85. *sub numer.* 39. *vers. media tamen* Buccaferr. *cons.* 65. *numer.* 15. Redenasch. *consil.* 1. *numer.* 28. & 29. Schenard. *consil.* 22. *num.* 122. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 449. *numer.* 20. *circa fin.* & in terminis Statuti Florentini, de quo agitur Aldobrandin. *consil.* 100. *numer.* 43. *ad finem*, *vers. quinto praesuppono*, & *num.* 44. & *consil.* 101. *numer.* 7. Aut fal-
259 lem non odiosa odio irrationabili, Rot. coram Merlin. *dec.* 353. *num.* 6. & 7. coram Cels. *dec.* 125. *n.* 10. *cum aliis in Nepesina legitimae* 26. *Aprilis* 1697. coram Muto *impress.* post Albiz. *de inconstant. in Judic. dec.* 69. *num.* 12.
260 Adeoque debent extendi, & ampliari ad omnes casus, & ad omnes personas, quibus, & per quas idem agnationis favor valet verificari, Castrens. *consil.* 83. *num.* 2. *lib.* 2. Alexander. *consil.* 89. *num.* 7. *lib.* 6. Crot. *consil.* 16. *numer.* 12. & *sequent. lib.* 1. Bursatt. *consil.* 302. *numer.* 52. & 53. *lib.* 3. Becc. *consil.* 124. *sub num.* 24. Eugen. *consil.* 37. *num.* 56. & *seqq. lib.* 2. Fusar. *consil.* 54. *num.* 50. & *seqq.* Fab. de Anna *consil.* 92. *numero* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 449. *numer.* 3. Amat. *variar. resol.* 1. *sub numer.* 86. Atumaeus *dec.* 9. *num.* 15. *lib.* 2. Mans. *consult.* 81. *numero* 21. & *seqq.* & *in alia consult. impress.* apud Torr. *in Mantiss. ad postrem. edit. tract. de pact. futur. success. cap.* 4. *num.* 35. & idem Torr.
261 *de primogen. Ital. l.* 2. *quaest.* 45. *num.* 5. & *seq.* Ita ut hoc casu non dicatur extensio, sed comprehensio, Zuccard. *consil.* 69. *num.* 21. Becc. *consil. num.* 60. & 61. Fab. de Anna *consil.* 118. *num.* 9. & 10. *lib.* 2. Cyriac. *controv.* 137. *num.* 6. *lib.* 1. Mans. *consult.* 276. *num.* 8. Saminiat. *controv.* 63. *num.* 42. & 46. Adden. ad Pamphil. *decis.* 15. *num.* 12. Rot. coram Cels. *dict. decis.* 125. *num.* 15. & *in rec. decis.* 94. *numer.* 17. & 18. *part.* 17. Etiamsi alias ratio non appareret in Statuto expressa, sed sub-
262 intelligeretur tanquam unica, & finalis, prout in nostro Statuto Florentino, *quia tunc non est proprie extensio, sed inclusio*, ut iterum dicit Menochius *supra alleg. cons.* 235. *eod. n.* 52. *in princ.* & latius exornat Thom. Docc. *cons.* 18. *n.* 14. & 16. cum quibus conveniunt plerique ex superius allegatis.

Nec obesse poterit, quod iste casus mulieris nubentis in familia, seu filiorum ex similibus nuptiis procreatorum, dum non legitur literaliter in Statuto expressus dici debeat casus omissus, qui propterea sub dispositione juris communis sit relinquendus. Siquidem in hoc distinguendum inter Statuti partem exclusivam, & partem inclusivam, & quidem utranque regulando ex mente, sive ratione, ac causa finali eorundem, quae est conservandi bona in agnatione, prout esse faciendum in illis interpretandis jam supra praenotavimus. Quod scilicet quoad partem exclusivam, in qua foeminae fuerunt rejectae a successionibus intestatis, ex quo attenta frequentiori contingentia solent nubere in aliena familia, propter quod non dijudicantur aptae ad agnationem conservandam, sive continuandam quoties evenit, quod adsit foemina, quae sit in familia, & agnatione nupta, sicque per eam aeque bene, ac per masculos agnatio conservari, & continuari potest, cum penitus cesset ratio, propter quam foeminae fuerunt a Statuto exclusae, utique jure dici valet, quod casus mulieris ita nuptae, sit dijudicandus casus in eo omissus, utpote sub illa generali exclusione non comprehensus; ideoque remanere debet sub dispositione juris communis, ut scilicet talis mulier ad illius praescri-
263 ptum sit ad successionem admittenda, ac si ejusmodi Statutum non extaret, quemadmodum ad terminos nostrae quaestionis praecipue tradunt plerique ex Doctoribus per nos supra relatis, ad firmandum, quod mulier ita nupta
264 succedit vigore similium dispositionum favore agnationis factarum, & praecipue Peregrin. *dict. consil.* 50. *sub num.* 5. *vers. neque hunc casum lib.* 3. De Pont. *dict. cons.* 254. *sub num.* 19. & *seq. lib.* 2. Casanat. *in d. consil. pro Duce Sermoneta art.* 2. *sub n.* 130. Tapia *dec. consil. Ital.* 20. *ad finem*, & *alii*. Quo vero ad caput inclusivum, in quo per similia Statuta foeminis exclusis sunt vocati agnati masculi tanquam apti ad agnationem conservandam, & per quos magis frequenter illa continuari solet, minime dicendum, quod casus foeminae nuptae in agnatione, & multo minus casus filiorum masculorum ex istis nuptiis procreatorum sint recensendi inter casus omissos a Statuto, sed potius inter comprehensos; dum in illis Statuti ratio inest, pleneque verificatur, quod satis est 265
ad hoc ut non dicatur casus omissus quamvis alias verba deficiant, juxta late firmata in terminis similis Statuti per Tob. Non. *cons.* 42. *a n.* 27. *ad* 32. ubi *n.* 28. dicit id maxime procedere, quoties ratio Statuti est unica, prout est illa conservandi agnationem, quamvis non sit scripta sed considerari possit; addito ulterius, quod id pro- 266
cedit etiam in correctoriis, & *num.* 31. subdit, quod quando est casus, in quo si statuentes fuissent interrogati, prout in expresso fuit decretum, verisimiliter respondissent: casus ille non dicatur omissus, sed comprehensus, cum quo concordant plerique alii ex supra allegatis, & est generale de quibuscunque dispositionibus, 267
quod casus omissus, quando est similis expressio, & militat eadem ratio, habetur pro expresso, juxta plene cumulata per Castill. *controv. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 22. *cum plurib. seqq.* ubi quod ob id dispositio facta in casum expressum porrigitur ad omissum ex vi rationis, & *n.* 31 addit, quod quando casus omissus habet eundem effectum, quam expressus, non praesumitur consulto omis- 268
sus; ideoque admittitur extensio, ad hoc ut provisio facta in unum casum, porrigi valeat ad alium casum similem, & ex cujus eventu resultat idem effectus; nedum quoties constat hanc esse verisimilem mentem disponentis, istamque fuisse ejus voluntatem elicitur, sed etiamsi alias de hac mente, seu voluntate non constaret, neque id contineretur ex virtute expressi, quae omnia, ultra alios ab ipso relatos etiam repetunt, & 269
exornant Conciol. *ad Stat. Eugub. in praelud. num.* 145. & 146. Philipp. *respons.* 8. *n.* 50. Rodoer. *cons.* 18. *n.* 15. Vela *dissert.* 7. *num.* 20. & *dissert.* 11. *n.* 95. & 96. *lib.* 1. Staiban. Jun. *resol. forens.* 18. *n.* 5. *seq. tom.* 1. Capyc. Latro *consult.* 76. *num.* 25. *tom.* 2 De Rosis *select. jur. observat. part.* 2. *cap.* 39. *num.* 23. & *seqq.* Caracc. apud Mans. *consult.* 60. *num.* 356. & *seqq. in supplement. fideicomm.* & *legator. sive volum.* 9. Rot. coram Celso *decisio* 248. *num.* 14. Imo Rocca *disp. Jur. select. cap.* 25. *num.* 42. & 43. *volum.* 1. animadvertit diversitatem casuum dici non posse, sed potius identitatem, ubi ex diversis casibus idem resultat effectus; adeoque casus omissus ille dici nequit, ex cujus eventu ita mens, & voluntas disponentis verificatur, quemadmodum ex eventu casus expressi, & repetit *cap.* 114. *num.* 33. & 34. *vol.* 2. ubi 270
dicit id maxime procedere in Statutis, ex Menoch. *cons.* 206. *num.* 58. Altograd. *cons.* 60. *num.* 21. & *sequent. lib.* 2. Rot. coram Bich. *dec.* 460. *num.* 40. nec sine ratione, quia quoties in Statuto, sive lege ratio est, vel expressa, vel subintellecta, casus legis est exemplum, & legis ratio est lex ad comprehendendos omnes casus, in quibus eadem ratio viget, ut cum pluribus pro- 271
bat Sousa Lusit. *dec.* 1. *n.* 28. & 29. ubi quod id procedit, quamvis haec sit limitatoria, & correctoria. Et quia, ut inquit Bald. *cons.* 141. *num.* 4. *lib.* 1. oculus legis omnia videt, omnia intuetur, quemadmodum refert, & sequitur cum aliis Giurb. *ad consuetud. Messan. in prom. n.* 4. *ad finem*. Unde apposite ad rem Pegas *de majore success.* &c. *part.* 2. *cap.* 14. *numer.* 125. ita scribit: *Quarto tandem negari non potest, quod casus iste, quo agnatus nullo relicto agnato descendente decessit, reliquit tamen foeminam cognatam in eadem linea existentem, non est in tota institutione majoratus expressus; at vero in eodem omnino ratio viget, atque idem effectus sequitur, ut supra consideravimus: quia cognata ista ultimo possessori est proximior in linea, qua majoratus subintrat, quae si nubat agnato proximiori, idem prorsus sequitur effectus, quem instituere voluit in casu expresso; ergo ad hunc casum omissum trahenda est eadem dispositio*, & magis disserte pariter ad rem Tranchedin. *consult.* 70. *n.* 30. & 31. *lib.* 1. omnino perlegendus.

Minime refragante, si forte objiciatur, quod casus foeminae nuptae in familia, cum raro evenire soleat, ut praemisimus, tanquam insolitus censendus sit a Statuentibus non 272
cogitatus; ideoque quoad illum non posse conjectari ex verisimili Statuentium mente, & voluntate, quod non

fuerit

fuerit casus omissus; vel quia dato etiam, quod posset dici de isto casu non fuisse cogitatum, cum non sit præsumendum fuisse consulto omissum, quando est verisimile, quod si de eo fuisset cogitatum, idem quoque quoad illum fuisset dispositum, adhuc provisio de uno casu facta corrigeretur ad alium, etiam non comprehensum
273 virtute expressi, quando verisimilis mens disponentis ita suadet, ad plene tradita per Capon. *discept. forens.* 205. *cap.* 2. *n.* 13. *tom.* 3. & Ferdinand. Alphons. dell'Aquila in addit. ad Roxas *de incompatibil. Regnor. & majorat.* 8. *cap.* 1. *n.* 43. Vel quia non per hoc quod casus raro eveniat, sequitur quod verisimiliter cogitari, & prævideri non possit, cum magna existat differentia inter casum raro contingentem, & casum non evenire solitum; quoniam casus insoliti, qui verisimiliter a quovis viro prudenti excogitari non possunt, sunt ii duntaxat, qui vel miraculose, & præter omnium opinionem, & cogitationem, vel nonnisi inter mille annos evenire solent; casus vero raro contingentes, licet non frequenter, pluries tamen accidunt, prout certe evenit, quod per fœminam nuptam in familia, vel ejus filios conservetur agnatio; Indeque non semel, & a Doctoribus ponderatus, & in Tribunalibus disceptatus, quod satis est ad hoc, ut verisimiliter non sit dicendus casus a Statuentibus incogitatus, ad bene, & late tradita per Hodiern. *contr. forens.*
274 *cap.* 29. *n.* 38. *&* 39. quamvis alias de sola conservatione agnationis magis frequenter per masculos fieri solita fuerint locuti. Vel demum quoties etiam ageretur de casu insolito, adhuc tanquam comprehensus in ratione, ex eadem supplendus esset casus omissus quoniam disponenti non est imputandum, quod casum insolitum non cogitaverit, Mantica *de conjecturis ultimis voluntatibus, liber tertius titul. decimon. numer.* 14 Capon. *ubi supr. n.* 14. Ferdinand. Alphons. dell'Aquila *pariter in loco allegat. n.* 45.

Sicuti nec etiam adversari erit dicendum, quod in litera nostri Statuti veteris, dum agitur de successione Matris, inter cætera, quæ quoad hoc fuerunt inibi disposita, legitur
275 additum, quod totum id, quod fuerat dictum de Matre *locum habeat etiam in Avia, & in omnibus, & singulis attinentibus, vel conjunctis civilibus tam mari, quam fœminæ descendentibus per lineam masculinam, seu ex linea matris sue salva gradus prærogativa, tam inter conjunctos ex latere matris, quam inter agnatos, seu de stirpe ex linea masculina descendenti, &c.* Quasi quod ejusmodi verbis videatur quodammodo fuisse declaratum illos agnatos
276 masculos duntaxat esse a Statuto vocatos, qui a masculis, & per lineam masculinam descendunt, non autem qui a feminis proveniunt, juxta deducta in simili per Rot. Florent. *in alleg. Motiv. in Causa de Medicis*, §. *Ad ea autem vers. ac in nostra* innixa sententiæ Ricardi de Malumbra *in sua disp.* cujus meminit Joan. Andreas *in addit. ad Speculat. Rub. de testam. in fin. in ult. q.* Etenim omisso, quod ea, quæ in ejusdem decisionis facti specie habentur tradita, occasione substitutionis fideicommissariæ fuerunt deducta, ut jam diximus, strictissime interpretandæ, nec non quod antea fuerat præcipue resolutum, ac pro certo suppositum quod ex Testamento illius Vierii Cambii de Medicis, de quo ibi agebatur, resultabat absolutum, & successivum fideicommissum, sicque intelligendum, ut procedat gradatim de uno in alterum masculum, Valenzuel. *cons.* 97. *n.* 189. & alii passim; Ideo non mirum, si in eo casu fuerat dictum, illa verba *per lineam masculinam* esse intelligenda de masculis ex masculis, nec proinde applicari ullatenus poterit ad interpretationem Statuti, de quo agitur: sicuti nec etiam procedere poterit opinio Riccardi de Malumbra, quæ solum habet locum, quando ex illa deduci vult, quod ex vocatione masculorum fuerit habitus respectus ad agnationem, Soccin. *in l. Gallus*, §. *nunc de lege sub n.*
277 5. *vers. nam* Jo. Andreas *ff. de liber. & posthum.* itaut hoc postposito sit communiter reprobata, & a Doctoribus, & Tribunalibus unanimiter amplexa sententia contraria Fulgosii *cons.* 85. *n.* 1. *&* 2. qua habetur, quod sub denominatione masculorum sunt dicendi comprehensi, nedum masculi, qui per masculos, sed etiam illi, qui per fœminas descendunt, ut præcipue pro constanti tenet Rota Romana, ut ex cumulatis per Bonden. *collect. legal.* 34.
278 *n.* 106. *lib.* 2. & Rodulphin. *alleg.* 22. *& alleg.* 154. *utrorique n.* 10. *ac per eand.* Rota cor. Celf. *decis.* 141. *n.* 6. coram Bich. *dec.* 307. *n.* 16. coram Priol. *dec.* 273. *n.* 1. *in rec. decis.* 164. *n.* 5. *& seqq. p.* 18. *in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis* 17. *Junii* 1697. §. *Quæ communis* coram Molines *in Romana fideicommissi* 8. *Martii*, §. *Data autem perpetuitate*, *&* 28. *Junii* §. *Quamobrem* 1697. cor. eod. Molines, *in Romana fideicommissi de Moronis* 10. *Maii* 1697. §. *Absque eo quod*, *&* 27. *Januarii* 1698. §. *Hac autem* coram Pio, *& in Avenionen. seu Carpentoraten. fideicommissi de Tertullis* 27. *Februarii* 1704. §. *Et sane*, coram Lancetta, ac in aliis millenis. Sicque eadem opinio Ricardi de Malumbra locum habere valeat duntaxat juxta subjectam materiam, adeoque nunquam procedere possit in casu, in quo agitur de masculo ex fœmina nupta in agnatione, ut in individuo firmat Mandell. Alban. *cons.* 87. *n.* 7. *&* 8. propterea que undique cessabunt ea, quæ in dicto Motivo *in Florentina de Medicis* fuerunt tradita. Adhuc objectum ex pluribus evitatur.

Et primo, quodve satis superque de per se esset, quia Statutum præfatum fuerat de anno 1620. novis reformationibus correctum, & declaratum, & præcipue in parte mox recensita inter cætera, quæ fuerunt immutata, 279
dum de agnatis fuit facta mentio, solum fuit dictum *existentibus agnatis masculis*, addita qualitate masculinitatis ad illud verbum *Agnatos*, quod in veteri Statuto legebatur, prætermissis penitus aliis verbis, *seu de stirpe ex linea masculina*, quæ in eodem sequebatur. Cum vero explorati Juris sit Leges veteres abrogatas novis cedere debere; ideo ad effectum, de quo agitur, nonnisi prædictæ novæ reformationes tanquam posteriores erunt attendendæ, juxta notata in terminis reformationum similium Statutorum per Hondedeum *cons.* 4. *n.* 68. *&* 70. 280
vol. 1. & Camill. Borell. *cons. sive contr.* 49. *nu.* 19. 20. 23. *&* 27. & universim de legibus per Revard. *lib. singul. ad ll. xii. Tabul. cap.* 1. Statuto proinde antiquo uti correcto, & abrogato minime respectu, cum nunquam observentur Sanctiones earum Legum, quæ fuerunt abrogatæ; indeque 281
minime licitum sit rem velle decidere ex Statuto veteri correcto, ut itidem in terminis reformationum similium Statutorum, ultra ea, quæ late prosequitur idem Borell. *ibidem n.* 15. *in fin. & n.* 16. 17. *&* 18. bene animadvertit Batz. Bonon. *dec.* 97. *n.* 20. Unde cum istæ novæ reformationes simpliciter, & generaliter vocent agnatos masculos, simpliciter, & generaliter, ac absque distinctione erunt intelligendæ per ea, quæ pariter in istis terminis adnotat Honded. *d. cons.* 4. *n.* 69. *&* 80. *vol.* 1. Et quidem, ut 282
masculinitas sit duntaxat in illis expressa ratione frequentioris usus conservandi per eam agnationes, ut jam late fuit firmatum; nec propterea sit consideranda, nisi in consequentiam; & quatenus per eam pervenitur ad finem, quo frequentius conserventur bona in agnatione, & tanquam instrumentum causæ finalis, quæ est ipsius agnationis favor, non autem ipsa causa, ut ad terminos nostri Statuti bene disserit Aldobrand. *cons.* 6. *n.* 47. 283
& sic sine dubio comprehendens masculos ex femina nupta in agnatione.

Nec alias dubitandum quin verum sit id, quod mox asserimus, scilicet per antea relatas novas reformationes fuisse in hoc Statutum antiquum correctum, & abrogatum; tum quia pro certo credendum reformatores habuisse ante oculos vetus Statutum, dum illud corrigere, & declarare intendebant, cumque omiserint illa verba, *seu de stirpe ex linea masculina*, quæve si novis reformationibus voluissent esse repetita, utique facile fuisset exprimere, & expressissent eo modo, quo expressa erant in veteri Statuto; sicque cum non fecerint, censendum est voluisse illa omittere, ut Statutum in hoc remaneret correctum, & declaratum, ut in terminis reformationis similis Statuti totidem pene verbis bene animadvertit Batz. 284
d. Bonon. decis. 96. *sub n.* 17. *vers. præsertim quia*, ac non dissimilibus tradit Honded. *cons.* 1. *sub num.* 37. *versic. si qui. dem reformantes*, *& d. cons.* 4. *sub n.* 77. *vers. si enim reformantes vol.* 1. Et est generale in omnibus legibus: quia cum lex nihil frustra agat, aut omittat, id quod fuit omissum in recentiori lege consulto dijudicatur omissum, ut legi antiquæ esset derogatum, & uti id, quod in ea fuerat scriptum, nullum amplius effectum habere valeat, ut ex juribus cumulatis per Velasc. *de judic. perfect. rubr.* 9. *an-* 285
not. 12. §. 1. *n.* 13. *&* 14. Tum quia est manifestum, quod vetus Statutum non se compatitur cum nova reformatione, de qua agitur, nec in origine, nec in effectu; non in origine, cum longe post primum statutum in lucem prodierit; non in effectu, cum in hac excludatur soror, quæ in eo includebatur, & includantur alii, qui prius excludebantur, quo attento, per istam novam reformationem generalem, esse abrogatum Statutum antiquum, quamvis 286
specia-

specialem, notabiliter tradit in paribus terminis Redenasc. *conf.* 1. *n.* 153. Tum etiam quia cum ante reformationes præfatas fuisset compertum in ipso Statuto vete-
287 ri, & præsertim in illius capite primo, de quo agitur, plura fuisse a Statuentibus inadvertenter dicta, unde Angel. *in sæpe allegat. cons.* 283. de ipso præcipue loquendo, suum responsum ab eo exorditur, quod *Inadvertentia Statuentium multas facit pullulare discordias*, & progrediendo in *vers. datur autem*, dicit eam præcipue partem, de qua ad præsens est quæstio, esse intricatam, & ante ipsum Bald. ejus frater *in anteced. cons.* 281. *sub numer.* 5. *vers. Sed non est dubium*, de illa itidem loquens, dicit esse obscuram. Reformantes in proœmio, seu principio earundem reformationum, inter cætera, quæ afferunt ad demonstrandum, quod fuerat opportunum verus Statutum corrigere, seu reformare, ut subjectorum bono plenius esset consultum, expresse declararunt id facere, ut tollendo ex eo dubia, & obscuritatem, unde prolixæ lites oriebantur, in eodem Statuto magis apertam, & competentem formam deferendarum successionum inducerent, concludendo tandem in fine post completas omnes reformationes, quas facere opportunum dijudicarunt, quod in cæteris non mutatis, neque correctis prædicti Statuti veteris dispositio in suo robore, & observantia remanere deberet, sicque propterea declarando, quod eorum mens fuerat, quod in his, quæ correxerunt, & immutarunt, voluerint vetus Statutum esse abrogatum, ad bene tradita in terminis reformatio-
288 nis similis Statuti paribus verbis factæ per Botell. *dict. cons. seu controv.* 49. *num.* 17. *in fin. & sub num.* 22. *vers.*
289 *Statutum nempe*. Mentem enim Statuentium ad hoc præcipue esse spectandam occasione pariter reformationis similis Statuti, adnotat Barz. *dict. decis.* 97. *eadem num.* 17. *in princip.* Tum quia clare patet istas novas reformationes quoad partem Statuti, de qua agitur, ratione fuisse factas, ut plenius conservationi bonorum in familia, & agnatione esset consultum, novaque dispositione ordini succedendi esset provisum, quibus attentis easdem a veteri Statuto interpretationem recipere minime debere, sed simpliciter, prout loquuntur, esse intelligendas, nequit in dubium revocari, sicuti & per il-
290 las idem Statutum vetus esse dijudicandum abrogatum, ad tradita ad rem per Honded. *supra allegat. consil.* 4. *num.* 79. *in fine, & num.* 80. *volum.* 1. Idque sive nova reformatio sit veteri Statuto contraria, sive illius declaratoria, Spad. *cons.* 319. *sub num.* 8. *vers. Ergo omnino lib.*
291 3. ubi pariter loquitur in terminis reformationis similis Statuti. Sicque multo magis cum nullatenus contendi possit, nostrum Statutum fuisse novis reformationibus ampliatum favore agnationis, & agnatorum, ut ultro esset prospectum illius conservationi, & continuationi, ut notum & jam pluries superius traditum, ac præcipue ex De Luca *de succeff. ab intestat. disc.* 8. *sub numer.* 19. *vers. cum igitur in novis reformationibus*. Tum demum, & quod omnem prorsus difficultatem removet, quia est certum, quod Statutum præfatum fuerat conditum habito respectu ad divisionem patrimoniorum,
292 se conformando cum veteribus Juris sanctionibus, de quibus in *leg. quod scitis*, §. *fine autem Codice de bon. quæ liberis*, quemadmodum actum esse ab omnibus aliis similibus Statutis animadvertit Rota *in Auximana Immissionis* 11. *Maii* 1696. *sub* §. *Admissa autem versic. quoniam omisso*, coram Ursino. Cum autem nequeat contendi, quod præfata patrimoniorum divisio fuerit expresse correcta, & revocata per easdem novas reformationes, ut in illis legere est in §. *Et ad removendas* eodem pene modo, quo similibus reformationibus alia pariter similia Statuta fuerunt revocata, & moderata, prout præcipue de Statuto Patavino testatur Peregrin. *dec.* 78. *sub num. primo*, §. *Secundo considerabat, cum seq.* Utique negari non poterit esse revocata ea etiam, quæ eodem respectu fuerunt inibi posita, ut certe sunt verba illa, *seu de stirpe ex linea masculina*; nemini
293 enim latet, quod Statuto, seu lege correcta, censentur etiam correcta ea omnia, quæ ejus occasione facta fuere, Mattha *de succeff. legal. part.* 4. *qu.* 6. *art.* 3. *num.* 17. *cum ibi allegatis*.

Secundo evitatur objectum ex eo, quod præsupposita hac statuentium mente, qua voluerunt tradere regulas pro fœminarum sive successione, sive exclusione habito respectu ad patrimoniorum distinctionem, ut mox tetigimus, & quidem, ut bona reverterentur ad suum principium, & ad eam lineam, a qua derivarunt, quæ potissima fuit ratio similium Constitutionum, juxta tra- 294
dita per Mart. *de successione legal. parte* 2. *quæst.* 1. *artic.* 1. *sub num.* 7. §. *Et pro hac opinione*, Marcian. *consilio* 17. *numer.* 3. Theodor. *allegat.* 28. *numer.* 8. & 9. Palm. Nep. *allegat.* 251. *sub numer.* 20. Rota *in dict. Auximana Immissionis* 11. *Maii* 1696. *sub* §. *Nec ratio*, coram Ursino, & 15. *Martii* 1700. §. *Eoque robustius, & sub* §. *Posita igitur*, coram Ansaldo, prout sane in pluribus Statutis eadem ratio fuit expresse enarrata, ut in casibus, de quibus Rota coram Ludovis. *decisione* 293. *in recentior. decis.* 417. *numer.* 4. *part. prima & in Sancti Severini Manutentionis prima Junii* 1695. §. *Hinc datur intelligi*, coram Pio. Manifestum redditur, quod per illa verba, *seu de stirpe ex linea masculina*, in dicto Statuto veteri posita, nil aliud significare voluerunt Statuentes, quam quod ea, quæ antea fuerunt tradita circa modum succedendi, quoad conjunctos ex latere materno, ut nempe esset servanda gradus prærogativa, sive quod succedere deberent proximiores, quod idem est, Mansi *consult.* 46. *numer.* 7. *tom.* 9. *sive in supplement. fideicommiss.* idem etiam esset servandum quoad 295
conjunctos ex latere paterno, ut nempe sicuti expresse fuerat dictum de conjunctis ex latere matris, quod succedere deberent proximiores; ita etiam intelligeretur dispositum quoad conjunctos ex latere patris, adhibendo illa verba, *seu de stirpe ex linea masculina*, ac si dixissent, seu de linea paterna, vel ex parte patris, cum 296
idem sit dicere ex linea patris, quam ex parte patris, Honded. *consil.* 4. *numer.* 11. *vol.* 1. Crivell. Dolan. *decis.* 109. *sub n.* 12. *vers. varia enim sunt*, Rota *in recentior. decis.* 102. *numer.* 9. *part.* 7. Nihil relevante, quod non fuerit dictum per lineam paternam, sed per *lineam masculinam*, cum idem importare videantur, ut aperte colligere est ex optimo Textu *in l. jubemus Cod. de municipal. liberor.* sique hic modus loquendi in re hac a Doctoribus adhibitus, dum de his Statutis agunt, ut videre est apud Bald. *conf.* 104. *vers. primum caput lib.* 2. Honded. *d. conf.* 4. *sub n.* 18. *vers. Et licet Statutum*. Non enim similia Statuta debent captari in verbis, sed mente quid fuerit dictum animadvertendum, ne alioquin prætextu subtilitatis perniciosæ in interpretatione erretur, ut apposite ad rem prosequitur Crivell. *d. dec.* 109. *n.* 13. Unde si Statutum præfatum, tanquam loquens in diversis terminis, & pro alio effectu non poterat, juxta mox dicta, obesse in casu, de quo agitur, tempore quo integrum in suo robore permanebat, multo minus obesse poterit ad præsens, dum quoad verba prædicta fuit, ut diximus, per novas reformationes correctum, & abrogatum. Præsertim cum etiamsi Statutum quoad hoc nequiret dici correctum, adhoc per dicta verba, quatenus, ut diximus, nil aliud Statuentes dicere voluerunt, quam ex parte patris, est certum, quod per hoc fuerunt significati agnati, & ipsa agnatio, Rota *in rec. dec.* 102. 298
n. 5. *p.* 7. cujus proinde favor non esset restringendus ad solos agnatos masculos ex masculis, sed de omnibus, per quos agnatio conservatur esset intelligendus, cum hujusmodi Statuta, utpote favorabilia non sint restringenda, sed potius amplianda, ut ultra ea, quæ pluries diximus, bene ad rem animadvertit Honded. *d. conf.* 4. 299
n. 19. *vol.* 1. nec proinde in eorum interpretatione rigor sic adhibendus, dum concurrit agnationis conservatio, sed imo neglecto verborum cortice ex rationibus sint in- 300
telligenda, De Luca *de succeff. ab instet. disc.* 4. *sub n.* 9. *disc.* 12. *n.* 7. & *disc.* 15. *n.* 8. Gob. *de Jur. intestat. de succefs. in prælud. n.* 4.

Tertio, quia admisso etiam citra veri præjudicium, quod eadem veteris Statuti dispositione esset quoad hoc respicienda pro præfatis novis reformationibus declarandis, vel supplendis, & quod agnati a Statuto considerati esse deberent de linea masculina; nihilominus animadvertendum, quod dum agitur de Statuto agnationis, ejusque conservationis favore edito, intelligendum est de agnatis, per quos agnatio retinetur, ut in nostris terminis adnotat Cravet. *consil.* 656. *sub num.* 11. §. *Non obstat versic. neque credibile est*, sicque indubie in filiis masculis fœminæ viro de eadem agnatione nuptæ, in quibus verificari potest ratio prædicta, ut ad terminos nostræ quæstionis bene tradit Curt. Jun. *conf.* 1. *num* 38. *part.* 1. dicens: *Secundo, & fortius dico, quod etiam præsupposito, quod adessent prædictæ conventiones, nihil facimus in proposito, quia non tractamus hic, quod fœminæ succedant, sed ut succedant* 301

ce jant maſculi, qui licet deſcendant ex fœmina, ſunt tamen ex utroque parente de parentela illorum de Scarampis, & omnino ſuccedit trita regula, quod pactum, vel conventio, quæ ſunt facta inter aliquas perſonas ſunt ſtricti juris, & perſonas nominatas non egrediuntur leg. ſi unius §. Ante
302 *omnia ff. de pact. cum vulg: fœminæ ergo ſolæ remanebant excluſæ, non autem deſcendentes maſculi ex fœminis, qui ſunt de communi agnatione; & licet ſoleat dici, quod nepos ex filia non dicatur de linea maſculina, juxta notata in leg. Gallus in §. Nunc de lege ff. de liber. & poſth. iſtud poteſt plane procedere, quando pater non eſſet de agnatione: ſed quando pater eſt de agnatione, prout contingit in propoſito, ridiculum eſſet dicere contrarium; nulla enim alia potuit eſſe ratio dictarum conventionum, niſi ut bona conſerventur in agnatione*, cum quo conveniunt pariter in terminis noſtræ quæſtionis Paſchal. *de vir. patr. poteſtat. par. 4. cap. 9. n. 74. & ſeqq.* Camill. Villan. *in reſponſ.* apud Donat. Anton. de Marin. *lib. 1. variar. reſol. c. 131. n. 25.* Imo in præciſis terminis ca-
303 ſus noſtri; quando nempe ſunt vocati maſculi deſcendentes per lineam maſculinam expreſſe tradit Fachin. *contr. Jur. lib. 11. cap. 25. in fin.* ad hoc expenſus a Paſchal. *ubi mox ſub n. 75. verſ. & ita etiam punctualiter,* & a Calamat. *in ſæpe allegat. reſponſ. pro Duce Sermonetæ art. 2. ſub n. 127. verſ. Decimo quarto* Andreas Fachineus. Nec ſine ratione, cum omnibus ut in
304 comperto, eſſet magis communiter receptum, fœminam maxime hoc caſu eſſe de linea maſculina Patris, juxta late firmata per Craveit. *d. Concil. diſc. 656. n. 9. &*
305 10. ſicque multo magis erunt dicendi de linea maſculinæ illius filii, tam patre inſpecto, quam ipſa etiam matre, quæ hoc caſu conſideratur, ac ſi in ea linea fœmina non ſe interpoſuerit, ut pluries ſupra diximus, præcipue ex Ferdinand. Alphonſi dell'Aquila *in addit.*
306 *ad Rox. de incompatibil. Regnor. & majorat. p. 1 c. 6. ſub n. 338.* maxime cum hoc caſu iſti maſculi ex ſimilibus nuptiis procreati nedum dicantur agnati, ac ſi eſſent maſculi ex maſculo, Bartholom. Stella apud Fulat. *conſ. 19. ſub n. 32. §. Reſpondetur quod licet,* Tren-
307 tacinq. *de ſubſtit. p. 4. c. 7. ſub n. 10. §. Appellatione liberorum, ad finem;* ſed etiam dici valeant de linea maſculina, & de liberis maſculis Avi materni, ut be-
308 ne animadvertit itidem in terminis noſtræ quæſtionis Guid. Pap. *conſ. 176. n. 3. ad finem.* Maxime in hoc ſubtilizando an Statutum dixerit ex linea, vel per lineam, aut de linea, cum iſtæ ſint diſtinctiones ver-
309 bales nullatenus attendendæ, ut ex cumulatis per Ger. Spin. *conſ. 13. n. 80.* Ventur. *conſ. 25. n. 25.* & alios paſſim.

Iſtiſque reſpectis nulla pariter vis fieri poterit in eo, quod idem Statutum verbis univerſalibus, & generalibus nedum excluſerit fœminas, ac ab ea deſcendentes; ſed etiam omnes, & quoſcunque quomodocunque per eas conjunctos. Siquidem ut jam fuerat adnotatum Statutum hoc caſu quamvis excludat matrem, & ejus lineam, regulatur a ratione conſervandæ agnationis, propter quam illud fuerat editum, atque propter quam in eo mater fuerat excluſa, itaut hac ceſſante, ceſſare
310 debeat etiam excluſio, ut ultra ea, quæ fuerunt deducta, bene adnotat Mieres, *de Major. p. 2. q. 6. n. 525.* alios plures referens; Ideoque verba univerſalia *quoſcunque*, & *quomodocunque*, quamvis alias ſint apta comprehendere etiam majora expreſſis, id erit intelligendum duntaxat procedere juxta ſubjectam materiam, & ſecundum naturam actus, cui fuerunt adjecta, itaut intra eorundem limites illorum univerſalitas reſtrin-
311 gi, & limitari debeat, Barb. *dict. 617. n. 13. & dict. 329. n. 7.* Ror. cor. Coccin. *dec. 2283. n. 88. & ſeqq.* adeoque in noſtro Statuto cum fuerint poſita ad majorem agnationis ampliationem, & augmentum, ut diximus, nonniſi ad eundem effectum erunt dicenda prolata, ab eoque erunt ſive amplianda, ſive reſtringenda, attenta indubia juris regula, qua habetur, quod verba quamvis univerſalia eo reſpectu, & fine, quo prolata ſunt, intelligi debent, neque aliter ſunt interpretanda, quam habita ratione ejus, ad quod diſponens reſpexerat, & dicenda operari debere ſecundum cauſam, ob quam diſpoſitio facta fuerat, & ſimilia verba in ea fuerant
312 prolata, de quibus late Zepher. *in Cynoſur. legal. circa interpret. verb. &c. cap. 44. num. 1. 3. & 7.* Cyriac. *contr. forenſ. 292. n. 13. & ſeqq. lib. 2.* addens *n. 16.* quod nullum verbum eſt tam univerſale, quod
313 ratione circumſtantiarum non reſtringatur, ex Oldrad. *conſ. 148. n. 7.* Nevizzan. *conſ. 40. n. 12.* Surd. *dec. 233. n. 19. & aliis.*

Denique nullam conſiderationem meretur, quod alias per Rotam Romanam caſus ſimilis ſucceſſionis ſtatutariæ videatur deciſus contra fœminam nuptam in familia, ut in *rec. dec. 89. p. 6. & dec. 53. p. 7. repet. poſt* Farin. *Repert. ultim. volunt. dec. 24. & dec. 66.* Cum inibi dicta potius faveantur, quam adverſentur iis omnibus, quæ hucuſque fuerunt per nos firmata; Nam quoad id, quod attinet ad priorem *dec. 79. p. 6.* in illa expreſſe admittitur opinio Cravettæ, & aliorum, 314
quos ſupra expendimus, quatenus dixerunt fœminam ita nuptam conſervare agnationem, & gradum; ideoque illius filios bene ſuccedere poſſe uti maſculos agnatos, ſed ſolum illa limitatur in terminis Statuti Januæ, *lib. 6. c. 23.* de quo ibi agebatur, vigore cujus diſpoſitionis in omnibus gradibus qualitas maſculinitatis erat requiſita, ut ſatis colligere eſt ex ibi traditis *n. 14.* expenſis prius *anteced. n. 7. verſ. quia adverterunt Domini*, verbis ejuſdem Statuti in §. 17. *ejuſdem cap. 23.* quibus dicebatur, quod deficientibus omnibus deſcendentibus maſculis, & aſcendentibus in quocunque gradu, fœminis ſemper excluſis, ſuccedat agnatus maſculus proximior defuncto inteſtato uſque in quartum gradum excluſive, ut ſic cum Statutum nedum deſideraret gradum intra certos limites, nempe quartum, & agnatitium, ac proximiorem, ſed etiam maſculinum, & minime filii fœminæ, quamvis nuptæ in agnatione, juvari valerent gradu matris. Animadvertendo præſertim, quod qualitas maſculinitatis ab eodem Statuto Januenſi adeo rigoroſe fuerat in omnibus gradibus exoptata, ut in illius principio expreſſe fuerit diſpoſitum, quod *inteſtato decedendi ſive maſculo, ſive fœminæ, ſuccedant ſoli maſculi liberi per maſculinum ſexum deſcendentes, etiam ſi adeſſent filiæ fœminæ, vel earum deſcendentes ex defuncto, aut deſcendentes maſculi, ſeu fœminæ ex filiabus prædefunctis, vel fœminæ ex deſcendente maſculo prædefuncto, qui, vel quæ de jure communi deberent admitti ad ſucceſſionem cum dictis liberis maſculis; ſed dictæ fœminæ, & deſcendentes ex eis intelligantur, & ſint, ac remaneant excluſæ, & excluſi, & tota hæreditas dicti inteſtati deferatur ad dictos liberos maſculos ſuperſtites;* ubi per illud verbum *ſoli* fuiſſe excluſas omnes alias perſonas, quæ non eſſent maſculi per maſculinum ſexum deſcendentes, patet ad ſenſum, & præcipue ibi adnotat Caſarag. *n. 1.* Ideoque non ſemel diſputatum an Statutum præfatum fuerit editum favore agnationis, vel potius ſolius maſculinitatis, ut refert Cenſ. *conſ. 7. n. 28. ex impreſſ. poſt dec. Lucen.* Imo a pleriſque, & præcipue de tempore, quo emanarunt deciſiones relatæ, conſtanter creditum idem Statutum fuiſſe conditum favore ſolius maſculinitatis, ut per Altogradum Seniorem *conſ. 62. vol. 2.* Et quamvis poſtmodum alii contrarium ſint conati aſſerere, quod nempe fuerit conditum etiam favore agnationis, id non univerſim de omnibus diſpoſitis in *d. c. 23.* ſed nonnullis ejuſdem capitis partibus tradiderunt, ut videre eſt apud Beniell. *conſ. 54.* unde dum tradita *in alleg. §. 17.* cui Rota fuerat innixa, legebatur, ut diximus, quod agnati maſculi proximiores ſuccedere deberent deficientibus deſcendentibus maſculis, & aſcendentibus, fœminis ſemper excluſis, eſſent intelligenda duntaxat de his, qui antecedenter fuerat diſpoſitive vocati, inter quos non erat mater, ſed ſolum maſculi per maſculinum ſexum deſcendentes; ut ibi adnotat, & probat Caſareg. *n. 6.* non debet videri mirum, quod eadem Rota dixerit, eo caſu non eſſe admittendos filios fœminæ in agnatione nuptæ *propter repugnantem qualitatem maſculinitatis a Statuto deſideratam*, ut in *d. n. 14.* non rejecta, ſed potius admiſſa opinione contraria, quæve nobis favet in caſibus, in quibus non concurrebant iſtæ peculiares Statuti circumſtantiæ. Quo vero ad id, quod attinet ad poſteriorem *dec. 53. p. 7.* iſta expreſſe, imo fortius noſtram ſententiam confirmat; nam licet antecedentem ſententiam Rotalem expeditam juxta priorem deciſionem mox expenſam confirmet, & admittat ſuppoſitum in illa traditum, quod nempe ad præſcriptum Statuti Januenſis enarrati in eo, qui ad ſuccedendum eſſet admittendus, 315
ultra alias qualitates ab eodem requiſitas, debeat etiam habere illam, quod gradus exoptatus debeat eſſe maſculinus, & a maſculo derivatus, quod per matrem fieri nequit; Attamen ſub *n. 9. & 10.* ultro admittit, quod

fœmi-

fœminæ, de quibus ibi agebatur, conservaverant gradum, & agnationem ob nuptias cum agnato contractas, sicque in masculis ab illis descendentibus esset dicenda cessare exclusio ob cessantem ejusdem exclusionis rationem; verum eo casu esse præferendos masculos, qui per masculos conjungebantur ob præponderantem qualitatem medii, atque ex quo duplici jure nitebantur, quod nempe essent masculi, & a masculis descenderent, non autem quia masculos ex feminis in familia nuptis crediderit sub Statutis dispositione non esse comprehensos, ob defectum qualitatum ab eo requisitarum: sed ut stante medii inæqualitate, prius admittendi essent masculi ex masculis, addito proinde quod etiam ad terminos præfati Statuti, istis masculis per masculos conjunctis deficientibus, prout contingit in nostro casu, alii orti ex fœminis nuptis in agnatione essent ad successionem admittendi, utpote a Statuto vocati; sic proinde, ut diximus, expresse firmando, quod etiam in successione Statutaria masculi ex fœmina in agnatione nupta sunt dicendi veri, & perfecti agnati, ad effectum, de quo agitur, prout eandem decisionem inter res judicatas supra pro hac sententia relatas attulimus, ac inter cæteras auctoritates, quas id firmare etiam in successionibus Statutariis enarravimus, recensendam esse haud dubio videatur asserendum.

316 Quare multo minus erit dicenda adversari eadem Rota *in rec. decis.83. part.5. quæ est* coram Dunozet. Jun. *dec.14. num.14. & seqq.* cum loquatur in casu, quo quidam Bernardus de Cambiis Florentinus prætendebat excludere Antonium, & Petrum Gallianum fratres pariter de Cambiis, quos Rota *in anteced. decis.* 3. coram eodem Dunozett. Junior. dixerat esse vocatos ad portionem cujusdam Petri Galliani, ex Testamento Prioris de Cambiis ratione duplicitatis vinculi, ex quo non solum descendebat a Laurentio secundo consobrino Testatoris, & ab ipso substituto, sicque erat in pari, & coæquali gradu cum supradictis fratribus, & ex quo erat filius Cassandræ nuptæ in familia, quæ fuerat filia Silvestri fratris Testatoris, & conjuncta primo fideicommittenti uti ejus nepte, quod Rota censuit non esse attendendum, ex quo Testator gradatim substituerat unam lineam alteri, & earum descendentes masculos, exclusis feminis; nam cum masculus natus ex femina etiam nupta in familia non dicatur masculus ex masculo, prout in illo casu optaverat Testator, in eo non verificabatur ista qualitas, & per consequens vinculum Bernardi ex parte Cassandræ matris, quamvis nuptæ in familia tanquam irrelevans, & impertinens non erat attendendum, cum ipsa non habuerit qualitatem masculinitatis, sub qua fuerant vocati filii Silvestri, & sic quemadmodum ipsa non potuisset succedere, nec etiam filii ex ipsius persona poterant jus succedendi deducere, ut videre est ex inibi traditis *num.* 15. *& num.* 17. *& seq.* admissa tamen *n.* 16. opinione per nos superius firmata, quoties Testator vocavit proximiores de familia, vel quando fuerat vocata familia, nulla habita ratione linearum, vel illis gradatim non substitutis. Prout & extraneæ penitus erunt dijudicandæ eorum auctoritates, qui loquuntur in terminis dispositionis ordinatæ pro solis descendentibus masculis alicujus certi columnelli, & lineæ, cum tunc ultro concedamus eadem primitus esse spectanda. Sicuti & eorum qui loquuntur in terminis, in quibus fuit vocata simpliciter familia, non autem considerata agnatio; nam cum verbum *familia* admittat distinctionem inter familiam in genere, & in specie, potest intrare disputatio: an Testator senserit de familia effectiva, vel etiam de contentiva, eoque casu an id sit regulandum ex affectione, vel alia ex causa, qua potuit moveri Testator; non autem quando fuit contemplata agnatio, prout certe contigit in similibus Statutis, cum agnatio sit nomen amplissimum, & genericum non habens significationem specialem, sed comprehendens omnes, in quibus concurrit illius conservationis favor, ut bene di-

317 stinguunt Menochius *consil.* 124. *num.* 20. *& seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 404. *num.*17. *&* 18. *& consil.* 30. *sub n.*17. *§. Nec prædictis obstat, & consil.*37. *num.* 12. *&* 20. *vers. Respondetur secundo*, Bartholom. Stella *apud eundem consil.* 19. *num.* 4. *&* 5. Carol. Anton. de Luca *de linea legal. lib.*2. *art.* 44. *num.*2. *in fine*, *& art.*76. *num.*6. Rot. *in rec. decis.* 564. *n.*5. *&* 6. *part.* 18. *tom.*2. ultra alios plures relatos supra, dum firmavimus, quod nomine agnatorum veniunt tam illi de linea effectiva, quam illi de linea contentiva. Et demum aliorum, qui loquuntur in terminis quæstionis, an frater utrinque conjunctus excludere valeat fratrem cōsanguineum tantum; quo casu licet disceptata sit quæstio, & pro utraque parte adsint magni nominis Doctores, illi qui eam resolvunt favore consanguinei tantum, ex eo moventur, vel quia dum fuit contemplata agnatio, mater ex aliena familia non est agnata respectu filii, vel quia conservatio agnationis considerata in istis dispositionibus æque fieri potest per simpliciter conjunctum uti masculum de agnatione, ac per conjunctum ex utroque latere, Roman. 318 *cons.* 411. *sub n.* 1. *vers. Statutum autem*, Menochius *consil.* 187. *n.*6. *in fine*, *ac sub n.* 28. *vers. ac qui*, Cravett. *consil.* 653. *n.*1. Antonell. *cons.* 76. *n.*7. *&* 16. Mantic. apud Buccafer. *respons.* 65. *sub n.* 27. *vers. & ratio Statuti*, Peregr. *consil.* 38. *sub num.* 4. *vers. Secundum quam opinionem*, *& Patavin. dec.*75. *sub num.* 3. *vers. ultra præmissa*, Magon. *Florent. decis.*82. *num.*3. *&* 4 Rot. *in Majoricen. Beneficii* 16. *Februarii* 1599. *§. Et si autem ad finem*, coram de la Tremoille. Ut propterea his attentis non videatur dubitandum, quod opinio favens masculis ex fœmina in agnatione nupta, quoties fuit contemplatus favor agnationis, sit dicenda communis, itaut non sit curandum de illis contrarium tenentibus, tanquam loquentibus in casibus pene diversis, nec proinde habendi in consideratione, ut ad rem inquit Bartholom. Stella *dict. consil.* 19. *sub num.* 32. *§. ad quartum*, *& ultimum*, expresse rejectis, vel declaratis iis, 319
qui in contrarium tunc temporis afferri poterant, cum quibus conveniunt, si qui sunt alii recentiores, etenim in substantia, nihil aliud, quam ea, quæ ab antiquioribus fuerunt tradita, juxta casuum opportunitatem, mutarunt. Adeoque eadem opinio videatur omnino tenenda, maxime dum pro illa adsunt, nedum regulæ juris, & rationes validissimæ, sed & præcipue Illustrium Interpretum, & Supremorum Tribunalium placita, juxta tradita in simili 320 per Gabriel. *cons.* 15. *num.*26. *in fine lib.*2. & Cavagnol. *observat. ad Decret. Montis Ferrat. lib.*2. *in observ. ad Decr.* 73. *§.*1. *num.*1. *ad medium*, & sine disceptatione, cum satis sit rem esse dubiam, ad hoc, ut capi debeat interpretatio pro fœminarum exclusione ad favorem agnatorum, & agnationis conservationem, de Luca *de success. ab intest.* 321 *diss.* 1. *num.*17.

Et ita super veritate rogati, de jure respondendum censuimus hac in celebri controversia, in qua tot virorum Illustrium, & Jurisperitorum plures, variasque allegationes, & rationes utrinque docte admodum, atque ornate dispositas, & congestas, expendere nobis contingit. Quorum acumen facultatem latissimam obtulit quæstionis fusius excutiendæ, ut modo nil aliud supersit expectandum, nisi integerrimorum, & sapientium virorum judicium, quibus causa definienda tradita est, quorum definitionem ea, qua par est majestati Judicantium, veneratione complectemur, confidentes interea talem ab eis prodituram, quæ Nos tantorum virorum auctoritate, tutius in suscepta opinione confirmet.

Marcellus Severolus Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ SS. D. N. Papæ Votans, & Decanus, &c.

DOctissimum Responsum Illustrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli tanquam Juri Divino, Civili, & Municipali, ac rationi consentaneum nedum approbatione, sed maxima laude dignum illud existimo; ideoque ejus sententiæ libentissime me subscribo.

Dominicus de Zaulis Episcopus Verulanus Eminentiss. & Reverendiss. Dom. Card. de Carpineo Urbis Vicarii Vicesgerens.

REsponsum Illustrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli Divini, humanique Juris præsidio strenue roboratum, nedum summis laudibus extollo, sed libenter approbo.

Fatinellus de Fatinellis Votans Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ SS. D. N. Papæ.

Omnia

OMnia contenta in doctiſſimo Reſponſo Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. Domini mei Severoli tanquam innixa ſolidis utriuſque Juris fundamentis libenti animo approbo.

Joſeph Dominicus de Totis Signaturæ Gratiæ Votans, & Sacrarum Congregationum Viſitationis Apoſtolicæ, & Fabricæ Sancti Petri Secretarius.

DOcte, eruditeque deducta per R. P. D. meum Severolum in ſupradicta Allegatione, tanquam Juri conſona libenter approbo.

Proſper Mareſuſcus Signaturæ Gratiæ Votans, & Secretarius Sacr. Congregationis Boni Regiminis.

ILluſtriſſimi, & Reverendiſſimi Severoli doctiſſimum de more Reſponſum numeris abſolutum probatione non indiget, dum Pythagoræ more ſufficit ipſe dixit.

Peregrinus Maſerius Signaturæ SS. D. N. PP. Gratiæ, & Juſtitiæ Votans.

DEducta in ſupradicto Reſponſo videntur pluribus rationibus, & auctoritatibus, æque ac eruditionibus luculenter probata; ideoque eidem approbative libenter me ſubſcribo.

Gabriel Philippuccinus Signaturæ Juſtitiæ SS. D. N. PP. Votans.

TOt ſolidiſsimis rationibus, tot juridicis fundamentis, ac tot Sapientiſsimorum Auctorum motivis nititur doctiſsimum, & eruditiſsimum Reſponſum Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Dom. mei Severoli, quod non ſolum a me ſummo honore approbandum, ſed omni laude proſequendum videatur.

Curtius Origos utriuſque Signaturæ Gratiæ, & Juſtitiæ Votans, & SS. D. N. PP. Supplicum Libellorum Secretarius.

ILluſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini mei Decani doctiſſimum, æque ac laboratiſſimum Reſponſum dignum Sapientia tanti Viri ſummo cum honore veneror, & approbo.

Phyſimbus Marabottinus Signaturæ Juſtitiæ Votans.

REſponſum R. P. D. mei Severoli, & Jura doctiſſime in eo de more deducta libenter approbo, & maxima laude dignum exiſtimo.

Hieronymus Vicentinus Signaturæ Juſtitiæ Votans.

ERuditiſſimum Reſponſum Reverend. Patr. Domini mei Severoli ſumma laude dignum libentiſſime approbo.

Carolus Cerrus Auditor Signaturæ Juſtitiæ.

REſponſum R. P. Domini mei Severoli Juris Conſulti præſtantiſsimi, ac in omni re literaria noſtræ ætatis facile Principis ultro libenſque approbo, atque ſubſcribo.

Ludovicus Sergardus utriuſque Signaturæ Referend.

REſponſum R. P. D. mei Severoli Juris Conſulti præſtantiſsimi, tanquam ſolidiſsimis fundamentis innixum, & ſumma doctrina refertum, ab omnibus amplectendum eſſe conſeo; ideoque ejus ſententiis libentiſsime me ſubſcribo.

Pompejus Aldovrandus A. C. L. T.

QUamvis nullorum indigeat approbationibus Reſponſum R. P. D. mei Severoli, & ſola ſufficiat auctoritas tanti Viri, quem Reipublicæ Literariæ uti Principem agnovimus omnes, ac veneramur; attamen cum ſit illud tanta doctrina ſuffultum, totque rationibus roboratum, a cunctis principaliter laudandum cenſeo.

Anſelmus Dandinus utriuſque Signaturæ Referendarius.

ERuditiſsimum, & doctiſsimum Reſponſum Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Domini mei Severoli laudandum potius, quam approbandum mei muneris eſſe videtur, & honori mihi tribuo ejus opinioni ſubſcribere.

Marcus Antonius de Anſideis utriuſque Signaturæ Referendarius.

ADmirationem potius, quam ulteriorem comprobationem admittit eruditiſsima, & doctiſsima Conſultatio Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Domini mei Severoli, cui ideo libentiſsime, & pro ſummo honore me ſubſcribo.

Philippus Sacripantes Sacr. Conciſtorialis Aulæ Advoc.

SEntentiam diſsertiſsime de more firmatam per R. P. D. Severolum in præſenti Allegatione uti Juſtitiæ, & veritati conſonam ſequendam eſſe exiſtimo.

Camillus Spretus Sac. Conciſtorialis Aulæ Advoc.

ERuditiſsimum Reſponſum R. P. D. mei Severoli maxima cum admiratione perlegi, & ideo in eodem doctiſsime firmatis me ſubſcribo.

Marcellinus Corius Sac. Conciſtorialis Aulæ Advoc.

APprobo, & Juris eſſe cenſeo, quæ laudabiliſsime more ſolito firmavit in hoc Reſponſo R. P. D. meus Severolus, cujus omnigenam doctrinam ſemper admiratus ſum.

Deſiderius Spretus Sac. Conciſtorii, & Pauperum Advocatus.

IDem cenſeo de Jure reſpondendum ſecundum ea, quæ proponuntur, quod R. P. D. meus Severolus in hac doctiſsima, & elaborata Conſultatione firmavit.

Thomas Preventalis Sac. Conciſtor. Aulæ, & in Romana Curia Sac. Regiæ Majeſtatis Catholicæ Advocatus.

QUæ ſupra deducta ſunt in elaboratiſsimo Reſponſo R. P. D. mei Severoli tanta pollent Juris prudentia, ut in eorum comprobationem ne quidquam ſuperſit addendum, ſive quod deſiderari poſsit; quamobrem me libentiſsime, & obſequientiſsime ſubſcribo.

Jacobus Sardinius Sac. Conciſtor. Aulæ Advoc.

PRincipiis Juris, & receptæ apud Doctores, & Tribunalia ſententiæ conſona eſt doctiſsima, & eruditiſsima de more Allegatio R. P. D. mei Marcelli Severoli omni doctrinæ genere ornatiſsimi, & Juris Conſultorum noſtri tempori facile Principis.

Proſper de Lambertinis Sac. Conciſtor. Aulæ Advoc.

ITa Juris eſſe cenſeo, & in omnibus me ſubſcribo.

Joannes de Gambis Advoc. & Cauſarum Curiæ Aulæ Advoc.

Doctiſ-

DOctissimum, ac elaboratissimum Responsum Illustrissimi, & Reverendiss. Domini mei Severoli in jure firmissimum reor, candemque sententiam sequor, & auctoritati tanti viri libenter obsequor.

Joannes Baptista Quattrinius in Romana Curia Advoc. & Curiæ Capitolinæ secundus Collateralis.

DOctissimæ, & elaboratissimæ dissertationi celeberrimi in omnigena doctrina R. P. D. mei Severoli nil superest desiderandum, quin sit firmatum, & stabilitum non minori ingenii, quam doctrinæ, & justitiæ sublimitate; & ideo libentissime, & venerante me subscribo.

Antonius Maria de Becchettis in Romana Curia Advoc.

DOctissime scripta ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. meo Severolo nostrorum temporum celeberrimo Juris Consulto Juri consona esse censeo.

Franciscus de Roggeriis in Romana Curia Advoc.

IMmortale hoc Responsum R. P. D. mei Severoli doctissimis fundamentis innixum, & rara felicitate legalibus Oraculis refertum, non tam approbandum, quam venerandum censeo.

Franciscus Maria Pitonius in Romana Curia Advocatus.

JUris Responsum luculenter, ac magistraliter examinatum a R. P. D. meo Severolo est in se fundatissimum ex eo solum, quia redditum a primario nostrorum temporum Juris Consulto, unde de mea sola subscriptione requisitus libente illi adhæreo.

Franciscus Maria Constantinus in Romana Curia Advocatus, & Fisci, ac Cameræ Capitolii Causarum Patronus.

DOctissimo Responso Illustriss. & Reverendiss. Dom. Marcelli Severoli uti in Jure fundatissimo libentissime me subscribo.

Franciscus Lucidus in Romana Curia Advocatus, & Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. Auditor.

QUæ supra docte, & subtiliter, & erudite de more deducta fuerunt per Illustriss. & Reverendiss. D. meum Severolum, adeo rem claram constituunt, ut aliorum subscriptione indigere non videantur.

Franciscus de Vico in Romana Curia Advocatus.

ORnatissimum Responsum Illustriss. & Reverendiss. Domini mei Severoli ex Auctoris nomine doctrina, & profunda eruditione maximam sibi vindicat auctoritatem, at propositorum veritas correspondet, quibus submissa erga Auctorem, & Magistrum veneratione me subscribo.

Joannes Ascevolinus in Romana Curia Advocatus.

ET si nullum authoritatis robur addere possim doctissimæ Consultationi Illustriss. & Reverendiss. Domini mei Severoli, cujus nomen Urbis, & Orbis mensuram satis implet, in obsequium tamen vietatis eidem me subscribo.

Franciscus Maria de Spannocchis in Romana Curia Advocatus.

REsponsum Illustriss. & Reverendiss. Dom. mei Severoli miro ordine digestum, ornato compositum stylo, & exquisita eruditione refertum, non minus approbatione, quam laude dignissimum libenter subscribit.

Joseph Riganti in Romana Curia Advocatus.

DISCUR-

DISCURSUS R. P. D. MARCELLI SEVEROLI

Signaturæ Justitiæ Decani.

Um certum sit, Summos Pontifices nostrum Signaturæ Justitiæ Tribunal constituisse, ut omnibus Jus dicentibus modum, & formam judicandi præscribat, ut adnotat Cohell. *in Notit. Card. c. 56. fol.* 304. *lit. D. ad fin. vers. Ideo Summi Pontifices*, tantamque quoad hoc idem tribuisse potestatem, ut nemo Judicum possit eandem in dubium revocare, ut scriptum reliquit cl. me. R. P. D. Androsilla, olim ejusdem Signaturæ Votans præstantissimus *vot. 3. n. 49. & 50. express. post dec. Rembold.* necnon tam eidem Signaturæ Justitiæ, quam alteri Gratiæ, Cardin. Præfectum præposuisse, qui extra ordinem leviora concedat, & gravia quoque, si quæ sint, per ipsum concedi solita, ut totidem verbis testatur Vestrius *in Prax. lib. 1. c. 3. sub n. 2. vers. Quamobrem.* Utique etiam tanquam certum erit admittendum, quod Illustriss. D. ejusdem Signaturæ Auditor vice, & nomine, sive ipsius Tribunalis, sive Eminen. Præfecti possit, & valeat uti solita facultate admittendi, vel denegandi recursum a Sententiis, sive Decretis Emin. Card. Vicarii, & Illustriss. DD. Gubernatoris Urbis, & Auditoris Cameræ, eorumque Locumtenentium, cum id esse de levioribus contendi minime valeat, nec alias sibi videatur prohibitum, sicque proinde in dubio censendum sit permissum, ex regula, de qua plene Barbos. *axiom.* 193. *n.* 8.

Nec sine maxima ratione, qua si alias eidem Illustriss. D. Auditori, sive Eminentiss. Præfecto, posset id contendi denegatum, non esset sine magna violatione Justitiæ, ac irreparabili litigantium injuria, qui si a præfatis Judicibus essent gravati, omni spe orbati existerent, quod gravamen illud cognosci valeret, ab eoque se liberarent, contra omnium Jurium sive divini, sive naturalis, sive positivis dictamina, & contra sanctissimam Summorum Pontificum mentem, qui utranque Signaturam, Gratiæ nempe, & Justitiæ potissimum instituerunt, ut litigantium indemnitati esset consulum, quemadmodum animadvertit Fermosin. *de Offic. & Sacr. Eccles. tom. 2. ad cap. sua nobis 5. de Off. c. Vic. q. 3. n. 20.* Indeque easdem ob id esse duo Auditoria, quæ Papa habet in Urbe, dixerunt Cucch. *Instit. major. lib. 1. Rubric. de Rescript. tit. 4. n. 1. in fine* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 64. n. 4.*

Quinimo esset admittere rem maxime absonam, quod nempe a Judicum gravamine quis nequiret ad Principem Supremum, seu ad eum, qui in hoc ejus personam repræsentat, recurrere, quod certe nemo asserere audebit, nec unquam admitti poterit, ut omnibus est in comperto, & plene firmatum fuit per Rot. *in rec. dec. 639. sub n. 21. vers. Ita pariter, & n. 23. & 25. p. 18. tom. 2. repet.* post Novar. *in Sum. Bullar. dec. 21. sub n. 15. 16. & 18.* Etenim cum nedum ipsum Signaturæ Tribunal dicatur Consistorium Papæ, ac ipsius vice, & nomine rescribat, Rota coram Coccin. *dec.* 1701. *n.* 6. coram Bich. *dec.* 384. *n.* 28. cor. Priol. *dec.* 434. *n.* 3. *& in rec. dec.* 101. *n.* 7. *& dec.* 289. *n.* 16. *p.* 6. & relatis per Card. Albitium *de Inconstant. in judic. q.* 37. *n.* 276. R. P. D. Fatinell. *de Referendar. Votant. Signatur. Justit. Colleg. c. 7. n. 2.* & D. Constantin. *observ. ad Stat. Urb to. 2. annot. 52. art. 1. sect. 1. n. 11.* Sed Eminentiss. Præfectus Papæ personam repræsentet, ut ponderat Marchesan. *de Commiss. p. 1. c. 1. sub n. 45. vers. in illa non sit error fol.* 8. Quinimo & ipse Illustriss. D. ejusdem Signaturæ Auditor, ut firmavit Rot. *in Bononien. Prandii 12. Januarii* 1680. cor. Paulut. *impress.* apud Constantin. *ubi supra to. 3. dec. 279. n.* 4. semper verum erit dicere, quod sit idem D. Auditor nequiret cognoscere de gravaminibus illatis a præfatis Judicibus in admittendis, vel denegandis recursibus, esset impeditum recurrere ad Supremum Judicem dum sua Jurisdictione utitur, nomine ipsius Signaturæ, vel Eminen. Præfecti, atque sic Papæ personam repræsentando ex regula, de qua Imperator Justinianus *in princ. Instit. & in l. 1. C. de veter. jur. enuclean.* quod nempe omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur ad rem expressam per Marchesan. *ubi supra eodem cap. 1. sub n. 78. fol. 11.*

Hinc ad deturbandam, sive obumbrandam hanc indubiam ipsius Illustriss. D. Auditoris Signaturæ Justitiæ facultatem, & Jurisdictionem, nullius videntur esse ponderis ea, quæ in quodam Voto, seu discursu Nobis communicato fuerunt ponderata, & mutata, seu transcripta ex Ridolphin. *in Prax. p. 1. cap. 13. n. 227. et seq. et p. 3. cap. 5. n. 412. et seq. in illo relat.* quod scilicet in casibus, in quibus ob tenuitatem summæ non datur appellatio, videatur certus præscriptus modus quoad recursum admittendum in tribus recensitis Tribunalibus, sive Curiis Emin. Card. Vicarii, & Illustr. DD. Gubernatoris, & A. C. ut videlicet in Curia Vicarij detur recursus a sententia Locumtenentis ad Vicesgerentem, & ab hoc ad eundem Vicarium, sicuti & in illa Gubernatoris a sententia Locumtenentis recurratur ad Judicem Recursus, & ab eo eundem Gubernatorem, & denique in Tribunali A. C. detur recursus ad ipsummet A. C.

Siquidem hæc omnia a præfato Ridolphino, & aliis ab ipso allegatis fuerunt duntaxat tradita pro instruendis Tyronibus, ut scirent per quas personas gradatim in præfatis Curiis Causæ sint in gradu recursus cognoscendæ, seu ad quos est recurrendum, nunquam tamen ea adnotarunt, ut assererent, quod si gravamen intercedat in admissione, vel denegatione recursus, Superior, & Princeps Supremus, cujusmodi est in præsenti Eminentissimus Signaturæ Justitiæ Præfectus, & ejus nomine Illustriss. D. Auditor, repræsentando personam Summi Pontificis, super gravamine, uti de re leviori nequeant decernere: Ordo etenim constitutus inter personas, ad quas datur appellatio, vel recursus, non impedit, quin Curia Suprema, seu Princeps cognoscat, an appellatio, vel recursus respective fuerint juste, vel injuste concessa, vel denegata, ut patet ex litera decretalis Honorii III. relatæ *in cap. Dilecti ; iii 66 appellation.* & ex traditis per R. P. D. Maserium *de Avenion. de Æmil. morib. et legib. et Legat. de Later. Authoritat. cap. 7. n. 29.* Et videmus adamussim contingere in Causis appellabilibus, in quibus, licet in aliquibus ex dictis tribus Tribunalibus a Judice primæ instantiæ detur appellatio ad Judicem Superiorem, nunquam tamen fuit controversum, nec ad præsens in dubium revocatur, quod si hæc irrationabiliter vel denegetur, vel admittatur, quod Signatura Justitiæ valeat de gravamine cognoscere, atque in eo rescribere, ut cuique notum, ut propterea nec pariter id videatur contendendum in Causis levioribus, & inappellabilibus, & in quibus proceditur per viam recursus, & quin Eminentissimus Præfectus, & ejus loco Illustrissimus D. Auditor, qui de istis levioribus cognoscendis habent auctoritatem, possint super gravamine decernere, cum nulla quoad hoc inter appellationem, & recursum constituta reperiatur differentia specifica, cum recursus in appellationis locum succedat, juxta notata per Lancellot. *de attent. tit. de attent. penden. Recurs. p. 3. cap. 19. n. 17.* Menochius *de arbitrar. Judic. lib. 1. q. 70. n 46. et seq.* Marchesan. *de Commission. p. 1. cap. 8. n. 38. fol. 229.* Magon. *dec. Lucen.* 23. *n. 1. et seq.* Rot. cor. Seraph. *dec.* 495. *per tot. et* cor. Bich. *dec.* 384. *n.* 26. cum aliis innumeris apud Pereir. *de revision. cap. 9. n. 1.*

Absque eo, quod in aliquo possit obstare, quod Signatura Justitiæ in Causis istis levioribus & modicæ summæ non soleat rescribere; Quinimo ex Decreto Congregationis particularis a san. mem. Innocentio XII. approbato, & registrato *in Collect. Bullarum ejusdem Pontific. constit. 67. fol.* 235. fuerit demandatum, quod Causæ omnes quorumcunque Tribunalium Urbis non excedentes summam scut. quinquaginta monetæ, non sint appellabiles, neque indigeant Commissione sub Banca, vel ex Signatura Justitiæ, sed tanquam mere recursibiles absque confectione Regestri revideri debeant per acta ejusdem Notarii, per suos Judices in grado recursus semel, & pluries, prout prius obser-

observabatur in Causis infra summam scutorum viginti quinque.

Etenim animadvertendum, ideo plenam Signaturam non solere rescribere in Causis levioribus, & modicæ summæ, neque earum cognitionem assumere, ne Partes magnis, & indebitis graventur impensis, ut plurimum Causæ valorem excedentibus, si per viam appellationis in ipsa signaretur Commissio, non autem ex eo, quod in illis suam jurisdictionem exercere nequeat, cum imo salva sit, dum exercetur per Eminentissimum Præfectum, qui in hisce levioribus extra ordinem procedit, ut superius adnotavimus ex testimonio Octaviani Vestrii sui temporis magni nominis practici, & ejus loco per Illustris. D. Auditorem; Atque Decretum factum in dicta Congregatione particulari sub Innocentio XII. nedum non destruere, sed imo potius confirmare hanc D. Auditoris facultatem, cum in eo disposita fuerint prius meditata, & promota per nostrum Collegium in pleno ejusdem Signaturæ Tribunali, & ad majorem firmitatem in præfata Congregatione particulari decerni curatum, poterunt recordari, & testati præcipue Illustrissimus D. Paracciánus SS. D. N. Auditor, qui tunc temporis inter ejusdem Signaturæ Votantes meritissimus Collega assidebat, & Illustrissimus D. Origus itidem SS. D. N. supplicum libellorum Secretarius, qui pariter tunc temporis munere Auditoris Signaturæ magna cum laude fungebatur, & uti talis in Congregatione illa particulari adfuerat; & hoc quidem factum, non ut jurisdictio in illis rescribendi, easque cognoscendi esset a Signatura avulsa, & abdicata, sed ob supradictam rationem, quod nempe Partes gravibus impensis non essent oneratæ, dijudicando quod Causæ summam scutor. quinquaginta non excedentes essent de levioribus, & inter illas modicæ summæ habendas, eas æquando cum iis, quæ prius in Causis summam scutorum viginti quinque non excedebant, mandando in utriusque idem Jus servari, salva remanserit jurisdictio Eminentissimi Præfecti, & Illustrissimi D. Auditoris ejusdem Signaturæ in his Causis uti levioribus suam auctoritatem exercendi, prout antea etiam ipsa Signatura utebatur, dum specifice, & expresse id non fuerat vetitum, prout fuisset opus, etiamsi alias posset contendi jurisdictionem fuisse alicui datam, & quidem, ut ipse solus, vel ipse tantum procedere deberet, nisi ulterius essent addita verba expressa, quod nullus alius procedere posset, maxime quando uni competit jurisdictio generalis, & solum aliqua species hujus generis alteri videtur concessa, juxta late tradita per Petr. Barbos. *in l. 1. art. 4. n. 76. & seq. & n. 86. & 113. ff. Judic.* cum aliis relatis *in nostro respons. impress.* per D. Constantin. *observation. ad Statut. Urb. tom. 1. annotat. 32. la 2. n. 116. & seq. & n. 126.* Potissimum in Urbe, ubi nullus Judex habet Ordinariam jurisdictionem: sed ea solum utitur, quæ ex generali delegatione, aut speciali, & particulari Commissione est sibi a Summo Pontifice tributa, ut post Speculator. monet Staphil. *de Signatur. Justit. & rescript. in form. Brev. in Prælud. n. 9.* Propterea dictum Decretum videtur quodammodo retorqueri, & convincere, quod etiam in Causis valorem scutorum vigintiquinque non excludentibus fuerit, & sit facultas D. Signaturæ Auditori cognoscendi de gravamine in denegatione, vel admissione recursus ex regula æquiparatorum, quorum idem est judicium, quam late exornat Barbos. *axiomat. 14. n. 1. & 2.*

Præsertim cum non sit absolute verum, quod Signatura in Causis levioribus, & modici valoris non rescribat, cum imo persæpe id faciat, præsertim si contingat, quod rescribendo Partes non subsint gravibus impensis, quemadmodum idoneus testis est Marchesan. *de Commission. p. 2. cap. 7. n. 56. & 67. fol. 278.* dum firmat, quod si Cameræ Auditor in Causis minimis ex sua Ordinaria jurisdictione, inhibitionem extra Curiam concessam moderare recusaret, Causam ad partes remittendo, ab ejus Tribunali avocare solet Signatura, & ad partes remittere, subdendo rationem, quia Signatura Papam repræsentat, & sic dicitur de mandato, & scientia Papæ id facere.

Sicut non obesse potuerunt Constitutiones Summorum Pontificum Leonis X. Sixti V. & Pauli V. quoad facultates Illustrissimi Gubernatoris, præcipue in dicto Voto, seu discursu animadversæ, & a Ridolphino pariter elicitæ. Siquidem, quoad Constitutionem Leonis X. nil aliud ad summum poterit inferri, nisi quod ex clausulis in ea positis sententiæ ab ipso editæ, nequeat appellationem admittere, quoquo modo ipse procedat, quod tamen non excludit, quin Eminentissimus Signaturæ Præfectus, & ejus nomine Illustrissimus D. Auditor suis facultatibus uti valeant in cognoscendo, An adsit gravamen, decernendo recursum, vel illum prohibendo, juxta casuum contingentias, cum nunquam ex appellationis prohibitione censeatur vetitus Recursus per viam gravaminis ad Principem, qualem in præsenti, præsentat Eminen. Præfectus, & ejus vice D. Auditor, ut sæpius adnotavimus ad tradita per Imol. *in cap. Pastoralis n. 2. in fin. de appellation.* Burg. *de mod. proceden. ex abrupt. cent. 1. q. 100. n. 118.* Gail. *observat. 135. n. 13. lib. 1.* Costa Resped. *subsidiar. 22. per tot.* Bordon. *resolut. moral. 32. n. 20. p. 1.* Sanfelic. *dec. 4. n. 9. lib. 1.* Capyc. Latr. *dec. 161. n. 5. & dec. 174. n. 3.* Adden. ad Buratt. *dec. 597. n. 13.* Rot. *in rec. dec. 639. sub n. 33. & 34. p. 18.*

Quod sane in præcipuis nostris terminis usque a suo tempore videtur tradidisse Innocent. *in c. ex literis 4. sub n. 3. vers. Solus autem Princeps de restitut. in integr.* dum firmat, quod licet sit vetitum porrigere libellum supplicationis in Causis inappellabilibus, vel in quibus appellationis cognitio alteri spectat, atque in illis de supplicatione cognoscere, tamen Princeps, vel Præfectus, & quidem soli cognoscent; Ubi de Præfecto Signaturæ intellexisse adnotat Cohel. *in notit. Cardinalat. cap. 57. fol. 310. litter. A. in fine*, & quod ipse dicit de supplicatione, esse intelligendum de recursu, non est dubium, cum supplicatio, recursus, revisio, reclamatio, & querela, utpote remedia, quamvis diversis nuncupata nominibus, tamen cum respiciant eundem finem, videlicet cognoscendi gravamen per rem judicatam inductum, promiscue apud Doctores usurpantur, & pro synonymis habentur, juxta plene notata per Scacc. *de appell. q. 19. remed. 3. n. 32. & 33.* Petit. *de revision. cap. 1. n. 8.* Rot. *in rec. dec. 230. n. 18. p. 19.*

Aliæ vero Constitutiones Sixti, & Pauli V. præscribentes in Causis inappellabilibus modum, seu ordinem servandum in recursibus a Partibus, quæ se gravatas contendunt, petitis, duplici, & quidem validissima ratione nequeunt suffragari dd. Curiis pro excludendis facultatibus Eminentissimi Signaturæ Justitiæ Præfecti, sive Illustrissimi D. Auditoris; & primo quia de illis minime loquuntur, cum tamen specialis, & præcipua mentio omnino fuisset necessaria, ut jam adnotavimus, adhoc, ut in casu gravaminis, ad ipsos recurrere posset dici vetitum, tanquam repræsentantes ipsum Summum Pontificem Principem Supremum, ad quem recursus nunquam censetur interdictus, ut pariter pluries diximus; nec alias est novum, quod similes Constitutiones sunt strictim, & ad limites concessionum intelligendæ, nec de casu ad casum extendendæ, juxta ea, quæ ad rem fuerunt per nos late cumulata *in d. Respons. impress.* per D. Costantin. *ubi supra alleg. 32. la 2. n. 127.*

Secundo, quia eædem Constitutiones tantummodo respexerunt ordinarium cursum servandum in Causis recurribilibus, & quidem earum instantias quodammodo determinando pari modo, quo demandaverat jus commune, seu municipale duabus, vel tribus sententiis conformibus, executionem præbendo; atque propterea sicuti in casibus prædictis Signatura repræsentando Summum Pontificem recurrenti adversus gravamen, potest, & solet, imo debet rescribere, & si competeret hujusmodi judicata non esse Justitiæ consona, ulteriori commissione aliis judicibus delegate suspendendo executionem judicati, non obstante quod Statutum, vel juris communis sanctiones legem præfiniverint in appellationibus prosequendis, ita in Causis levioribus in quibus recursus succedit loco appellationis, ut jam adnotavimus, poterit per Eminentissimum Signaturæ Præfectum, seu Illustris. D. Auditorem tanquam Papam repræsentantes cognosci de gravamine, quod forte in eo admittendo, vel denegando contingere potest, non obstante ordine servando in similibus Causis in præfatis Constitutionibus demandato, cum id nunquam censeatur prohibitum, & sit regula competens Principi in signum supremæ jurisdictionis, ut ad ipsum appelletur, & per oppressos recurratur, quod nedum unquam censetur Principem voluisse a se abdicare, nisi explicite fuerit dictum, ut pluries superius asseruimus; sed imo magis communiter a Doctoribus traditur eundem id facere non posse, cum sit de Regalibus majoribus, & ei competentibus in signum singularis præeminentiæ, & regalis prærogativæ omnino inalienabilis, & imprænscriptibilis, quodve proinde nequit sibi auferre, nisi Sedi Regiæ renunciaret, tanquam eidem inseparabiliter inhærens, ut patet ex late traditis per Covarruv. *in Regul. Possessor. p. 2. §. 2. n. 10. in fin. de præscript.* Giurb. *consil. 66. n. 22.* Cancer. *variar. resolut. p. 2. cap. 2. num. 114. & seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 8. num. 18. & seqq.*

Matienz.

Matienz. *ad ll. Hispan. Nov. Recopilation. lib. 5. tit.* 10. *l.* 3. *gloss.* 3. *n.* 2. Oliban. *de Jur. Fiscal. cap.* 3. *n.* 40. *et cap.* 14. *n.* 114. Ripoll. *de Regal. cap.* 6. *n.* 51. Salgad. *de supplicat. ad Sanctiss. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 223. *et seqq.* Autunez. *de donation. Reg. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 16. R. P. D. Maserius *de Æmil. et Avenion. Legat. &c. lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 28.

Quæ omnia eo fortius, imo absque ulla hæsitatione sunt dicenda procedere; itaut quævis controversia, & disputatio sublata remaneat, attenta inconcussa observantia vigente favore Eminentissimi Præfecti, & Illustrissimi D. Auditoris, de qua testatur Collegium DD. Patronum Causarum Sacri Palatii Apostolici, quorum testimonio esse deferendum mandavit san. mem. Paulus V. in Constitutione favore ejusdem Collegii edita, & pluries firmavit Rot. & præcipue cor. Carill. *dec.* 254. *in fin. in rec. dec.* 416. *n.* 4. *p.* 16. *in Romana Testamenti* 14. *Martii* 1698. §. *Consecutive*, cor. R. P. D. Ansaldo, *& in Melevitana expensarum* 24. *Junii* 1700. §. 1. *in fin.* cor. R. P. D. Tremoille; Observantiam etenim esse aptam inducere competentiam Jurisdictionis etiam ubi alias de jure non adesset, ex Hostiens. bene tradit Felin. *in c. cum venisset n.* 7. *de Judic.* laudatus in hoc a Card. de Luca *de Jurisdict. disc.* 47. *n.* 19.

Et quidem cum hujusmodi observantia juramento dici valeat præscriptiva, ex quo a tempore antiquissimo viget, millenique gesti fuerunt actus, de quibus omnes Curiales testari possunt, videntibus, & patientibus præfatis Curiis, imo ipsomet Summo Pontifice, concurratque bona fides resultans ex amplissimis facultatibus Eminentissimi Præfecti; itaut observantiæ præscriptivæ, seu quasi præscriptivæ, ut alii vocant, locum omnino esse non videatur ambigendum per ea, quæ adnotant Cravett. *de antiq. tempor. p.* 4. *num.* 18. Fermosin. *in c. Causam quæ* 7. *q.* 1. *n.* 42. *de præscript.* Rot. *in rec. dec.* 479. *n.* 12. *ad fin. p.* 6. Quamvis sufficeret etiam sola observantia interpretativa, cum etenim in contrarium nulla stet lex, seu Constitutio clara, & aperta, quæ Eminentissimo Præfecto, & D. Auditori jurisdictionem hac in re admittat; imo ex hactenus deductis potius aperte constet de ipsorum facultatibus, innegabile est, quod plurimum sit deferendum observantiæ interpretativæ, quæ rem ancipitem declarat, potissimum quoties ex pluribus actibus resultat, cum tamen ad effectum, de quo agitur exuberaret, quod adesset unicus actus, ad tradita per Rot. coram Buratt. *dec.* 647. *n.* 11. coram Cerr. *dec.* 824. *n.* 7. *in rec. dec.* 575. *n.* 9. *part.* 9. *dec.* 620. *n.* 10. *part.* 13. *& in Cabilonen. seu Ordinis Cisterciens. Jurisdictionis* 19. *Junii currentis anni* 1702. §. *Confirmantur*, cor. Reverendiss. P. D. Molines Decano.

Ex quibus &c.

Marcellus Severolus Signaturæ Justitiæ Decanus.

In Congregatione particulari a Sanctissimo deputata sub die 20. Julii 1705. fuit resolutum, *Competere Jurisdictionem Eminentissimo Præfecto, ejusque Auditori,*

INDEX

INDEX RERUM NOTABILIUM,

Quæ continentur in Primo, & Secundo Tomo Decisionum ad Theatrum Veritatis & Justitiæ

CARDINALIS DE LUCA.

A

Abbas.

Abbas an, & quando uti possit Pontificalibus. *Vide* Pontificalia.

Absurdum.

Absurda ut evitentur, omnis capienda est interpretatio, impropriando etiam literalem sensum verborum, *decis.* 19. *lib.* 10. *num.* 8.

Argumentum desumptum ab absurdo non attenditur, ubi testatoris voluntas est certa, *decis.* 74. *lib.* 10. *num.* 14, & *decis.* 81. *n.* 21. *lib. eodem.*

Abusus.

Abusus, qui evenire poterat, licet non evenerit, tamen est resecandus, & deservit ad interpretationem effrænatæ dispositionis, *decis.* 2. *n.* 21.

Acceptatio.

Acceptatio, non minus ex verbis, quam ex actibus eam inferentibus, desumitur, *decis.* 88. *lib.* 10. *n.* 7.

Acceptatio in lucrativis inducitur ex sola scientia, *dec.* 24. *lib.* 11. *num.* 6.

Accollatio.

Creditor potest fructus a debitore petere, licet illos ab accollatario exigere non curaverit, *decis.* 29. *lib.* 5. *n.* 8. & *decis.* 30. *n.* 8. *lib. eodem.*

Accollatio, quæ est destituta vera, & propria delegatione, non liberat principalem debitorem, *decis.* 29. *lib.* 5. *n.* 9. & *decis.* 31. *n.* 7 *lib. eodem*, & *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 18.

Creditor, qui agit contra accollatarium, non perdit jura agendi contra principalem debitorem, *decis.* 29. *lib.* 5. *n.* 10. & *decis.* 30 *n.* 11. *lib. eodem.*

Accollatio non importat de legationem, *decis.* 30. *lib.* 5. *n.* 10.

Maxime si fit stipulata absque præsentia creditoris, *decis.* 7. *lib.* 6. *num.* 26.

Acta.

Acta transportari debent ad hoc, ut sententiæ injustitia probari possit, *decis.* 23. *lib.* 4. *n.* 1.

Comparens in termino sibi præfixo ad transportandum acta, impedit rem judicatam, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 4.

Actio.

Actio, & passio non datur in eodem subjecto, *decis.* 27. *lib.* 9. *num.* 4.

Actus.

Ex præordinatione non secus resultat probatio, quod actus fuerit effectuatus, & executus, *decis.* 4. *lib.* 3. *n.* 3. & *dec.* 8. *num.* 5. *lib eodem.*

Actus posteriores declarant, quid a principio fuerit gestum, & inesse dicuntur primæ dispositioni, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 4. & *decis.* 110. *n.* 11.

Actum, in quo quis fundat propriam intentionem, impugnare non potest, *decis.* 13. *lib.* 4. *n* 17.

Actus gestus ad unum effectum, non est trahendus ad diversum, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 13.

Præsumptio semper stat pro actus validitate, *decis.* 12. *lib.* 7. *n.* 7. & 8.

Quilibet actus de jure præsumitur justitiæ innixus, *decision.* 23. *lib.* 7. *n.* 11.

Actus præsumuntur potius gestus ex causa necessitatis, quam liberalitatis, *decis.* 23. *lib.* 7. *n.* 11.

Actus ad plures causas referibilis præsumitur factus in causam utiliorem, *decis.* 28. *lib.* 6. *n.* 17. & *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 8. & *decis.* 50. *n.* 6. *lib. eodem.*

Actus ex errore factus non præjudicat, *decis.* 28. *lib.* 7. *num.* 19.

Actus factus ex una causa non potest trahi ad aliam, *decis.* 46. *lib.* 9. *n.* 15.

Actus gesti ad unam finem, quoad alium non præjudicant *decis.* 26. *lib.* 10. *n.* 11.

Actus ignorantes facti non præjudicant, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 2.

Actus æquivoci non præjudicant, *decis.* 110. *n.* 9. *lib.* 10.

Actus voluntarii non possunt obligare ultra voluntatem eo peragentis, *decis.* 110. *lib.* 10. *n.* 10.

Adimplementum.

Non implementum pacti quis allegare non potest; si ex parte sua ipse quoque adimplevisse non attendat, *decis.* 41. *lib.* 6. *num.* 22.

Ille, per quem non stetit, quod obligatio non adimpleretur non potest condemnari ad interesse, *decis.* 45. *lib.* 6. *n.* 6.

Ex non adimplemento pactorum oritur nedum culpa, sed etiam dolus, maxime si quis pro adimplemento fuit interpellatus, *decis.* 49. *lib.* 6. *n.* 2. & 3.

Impossibilitas adimplementi non excusat ab interesse, quando hæc non supervenit, sed jam aderat de tempore obligationis, *decis.* 39. *lib.* 6. *n.* 4.

Onus, quando non potuit adimpleri ab eo, cui erat injunctum; transit ad hæredes illius una cum emolumento, *decis.* 5. *lib.* 7 *num.* 15.

Clausula, *alias*, requirit præcisum adimplementum, *decis.* 14. *lib.* 7. *n.* 5.

Per adimplementum facti promissi omnis extinguitur obligatio, *decis.* 44. *lib.* 9. *num.* 16.

Aditio.

Vide Hæreditatis aditio.

Administrator.

Administrator rei alienæ tenetur reddere rationem, *decis.* 3. *lib.* 2. *n.* 14. & *decis.* 6. *lib.* 7. *num.* 1.

Administrator, seu œconomus a judice deputatus per administrationem, & fructuum perceptionem, non reddit illiquidum proprium creditum, *decis.* 41. *lib.* 5. *n.* 2. *et decis.* 42. *num.* 1. *lib. eodem.*

Administrator de ejus credito præsumitur satisfactus; donec de administrationis rationem reddiderit, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 1.

Non intrat præsumptio satisfactionis, nisi concludentes probetur administratio, & ulterius quod ad manus administratoris pervenerit quantitas, ex qua commode satisfieri potuerit, *dec.* 14. *lib.* 6. *numer.* 3.

Administratio est probanda per actus univocos, & concludentes, qui omnem alium possibilem intellectum excludant; unde exactio alicujus modicæ summæ eam concludit, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 10. & 11.

Administrator, qui etiam sit creditor, potest eligere, in quam causam velit, accepta referre, *decis.* 14. *lib.* 6. *nu.* 16.

Administrator gerens negotium rei administratæ respiciens etiam nomine proprio, tamen dicitur fecisse titulo administrationis, *dec.* 17. *lib.* 6. *numer.* 16.

Administrator quidquid solvit, præsumitur solvere de provenientibus ex administratione, *decis.* 38. *lib.* 6. *n.* 25.

Administrator, creditor, seu debitor dici non potest ante peractam redditionem rationis, *decis.* 38. *lib.* 6. *n.* 25. & *dec.* 9. *lib.* 10. *num.* 31.

Nec potest sub prætextu crediti ab administratione provenientis evitare, seu retardare solutionem proprii debiti clari, & cum administratione nihil commune habentis, *decis.* 38. *lib.* 6. *numer.* 26.

Administrator habens obligationem investiendi, censetur investire in ejus executionem, & sic domino, & non sibi investimenta quæruntur, *decis.* 38. *lib.* 6. *n.* 28.

Sub prætextu non redditæ rationis, non potest administratori retardari consecutio sui crediti liquidi, independentis ab administratione, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 32. & 33.

Administrator debet manuteneri, donec de sua administratione rationem reddat, si verisimiliter creditor esse possit; secus autem si talis verisimilitudo cesset, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 15.

Administrator non possidet sibi, sed domino, *decis.* 24. *lib.* 11. *num.* 17.

Ædificare, & Ædificium.

Possessor non potest prohiberi, ne ædificet, etiamsi res sit sub lite, *decis.* 1. *lib.* 4. *n.* 13.

In proprio solo potest unusquisque ædificium usque ad sidera extollere, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 1.

Etiamsi vicino officiat, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 2.

Et etiamsi agatur de præjudicio Monasterii, & Ecclesiæ contiguæ *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 2.

Dummodo tamen excludatur æmulatio, *decis.* 3. *lib.* 14. *num.* 3.

Et æmulatio exclusa remanet, si adsit necessitas, vel utilitas ædificandi, *decis.* 3. *lib.* 4. *n.* 5.

Æmulatio non præsumitur in constructione fabricæ ad majorem divini cultus augmentum, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 4.

In loco publico non possunt ædificia extolli, *decision.* 3. *lib.* 14. *num.* 6.

Non dicitur autem locus publicus, licet agatur de via, quando ista est privata, & in solo proprio, *dec.* 3. *lib.* 14. *n.* 7.

Et possunt Ædiles concedere licentiam fabricandi etiam in loco publico, dummodo non agatur de via militari, & consulari in qua requiritur supremi Principis authoritas, *dec.* 3. *lib.* 14. *num.* 8.

Maxime

Maxime quando concessio fit solum quoad usum & commodum, non vero quoad proprietatem, *decis. 3. lib. 14. n. 9.*

Ex Constitutione Zenonis prohibita est ædificatio, quæ causet obumbrationem, insalubritatem aeris, & impediat aspectum, *decis. 3. lib. 14. n. 12.*

Hæc Constitutio Zenonis vel reputatur apocrypha, vel abiit in desuetudinem, *decis. 3. lib. 14. n. 14.*

Et proinde cuilibet licet in suo ædificare, etiamsi impediatur prospectus, & solis, atque ventorum ingressus, *decis. 3. lib. 14. n. 13.*

Quoad ædificationem Monasteriorum. *Vide* Monasterium,

Ægidiana,

Ægidiana habet locum, quoties personæ, & bona sunt laicalia, & sententia est valida, & justa, *decis. 27. lib. 5. n. 1. & decis. 30. lib. 7. n. 1, & decis. 86. lib. 10. n. 1. & decis. 93. n. 1. & decis. 103. n. 1. & seqq. lib. eodem.*

Quoties mandatum est justum, & validum, fit locum Ægidianæ, quæ rejicit appellationem, *decis. 56. lib. 6. n. 1.*

Ægidiana non habet locum, quando sententia est injusta, *decis. 1. lib. 7. n. 20. & decis. 67. lib. 10. n. 1.*

Item quando bona sunt Ecclesiastica, utpote sub directo Ecclesiæ dominio, *decis. 1. lib. 7. n. 21.*

Ægidiana non requirit causam in contractu minoris, *decis. 36. lib. 7. n. 6.*

Ægidiana viget in toto statu Ecclesiastico, *decis. 19. lib. 9. n. 8.*

Et in statu quoque Urbini, postquam fuit ad Sedem Apostolicam devolutus, *decis. 19. lib. 9. n. 8.*

Ægidiana non intrat, quando in causa adest Clericus, vel persona Ecclesiastica, *decis. 70. lib. 10. n. 1. & decis. 83. n. 1. & decis. 103. n. 3. lib. eodem.*

Ægidiana tollit in judiciis possessoriis appellationem, *decis. 94 lib. 10. n. 1. & decis. 103 n. 1. lib. 10.*

Ægidiana intrat, quando sententia fuit lata contra executores testamentarios, licet hæreditas esset implicanda in erectione monasterii, *decis. 103. lib. 10. n. 4. & seqq.*

Ad hoc ut Ægidiana non intret, privilegium debet inesse rei, vel personæ, de tempore latæ sententiæ, *decis. 103. lib. 10. n. 8.*

Æmulatio.

Æmulatio non præsumitur, sed venit concludenter probanda, *decis. 1. lib. 4. n. 5.*

Excluditur, si constet de utilitate, & necessitate actus, *decis. 1. lib. 4. n. 7. & decis. 3. lib. 14. n. 5.*

Ad excludendam æmulationem sufficit aliqualis utilitas, *decis. 1. lib. 4. n. 8.*

Quando concurrit utilitas, licet sit admixta æmulatio, nihilominus cessat istius effectus, *decis. 1. lib. 4. n. 9.*

Æmulatio non præsumitur, quando agitur de augmento divini cultus, *decis. 3. lib. 14. n. 4.*

Æqualitas.

In Judiciis est servanda æqualitas, *decis. 5. lib. 3. n. 14. & decis. 54. lib. 9. n. 4.*

In mutuis conventionibus æqualitas servari debet, *decis. 12. lib. 6. n. 14.*

Æquiparata, Æquiparatio.

Æquiparatorum eadem debet esse disciplina, *decis. 12. lib. 10. n. 3. decis. 13. lib. 10. n. 13. & decis. 4. lib. 7. n. 18. & decis. 116. lib. 10. post n. 13.*

Æquiparatorum par debet esse judicium, *decis. 7. lib. 10. n. 8.*

Æquiparationis argumentum non militat, ubi diversa ratio concurrit inter casus, qui æquiparati prætenduntur, *decis. 13. lib. 10. n. 16. decis. 21. lib. 10. n. 13.*

Æquiparatio non procedit in filiis, in quibus diversa subest ratio,

Æstimatio.

Æstimatio facta non citata parte, nullam facit probationem, *decis. 14. lib. 9. n. 29.*

Ad effectum æstimandi est necessaria præsentia, & inspectio rei, *decis. 33. lib. 9. n. 10.*

Ætas.

Ætas probatur ex fide baptismatis, *decis. 40. lib. 9. n. 5.*

Agnatio in genere.

Dispositio nunquam censetur facta favore agnationis, nisi de hoc clare, & evidenter constet, *decis. 11. lib. 10. n. 7. & decis. 12. n. 6. & decis. 14. n. 14. lib. eodem.*

Agnationem fictam, & artificialem conservare possunt etiam descendentes ex femina, nisi sint expresse rejecti, *decis. 11. lib. 10. n. 12. & decis. 12. n. 21. & decis. 51. n. 6. lib. eodem.*

Agnatio ficta tanquam talis consideratur solum in primo ingressu, & in origine, seu instanti assumptionis cognominis, ita postquam semel qualitas est infixa in progressu, idem de ea judicatur, ac de vera, *decis. 11. lib. 10. n. 15. & decis. 12. n. 22. & decis. 13. n. 12. lib. eodem.*

In quibus autem terminis hæc conclusio procedat, *decis. 11. lib. 10. n. 16. & decis. 12. n. 23. & decis. 13. n. 14. lib. eodem.*

Etiam si fideicommissum incipiat a femina, tamen id non tollit, quod non possit esse agnatitium, & masculinum, *decis. 19. lib. 10. n. 10.*

Si testator vocando suas filias, & earum filios, expressit subinde, quod optabat, ut bona conservarentur in agnatione, licet hæc expressio non possit intelligi de vera, & propria agnatione, tamen inde arguitur, quod familias, in quibus nuptæ erant filiæ reputavit tanquam suas, unde non possunt comprehendi fœminæ natæ ex prædictis filiabus, *decis. 29. lib. 10. n. 6.*

Agnationis conservatio dicitur eventualis, & inepta ad inducendum fideicommissum, si pendeat a nominatione, quæ a gravato ad ejus arbitrium fieri potest, vel non, *decis. 46. lib. 10. num. 18.*

Ratio conservandi bona in familia, & agnatione, non extendit fideicommissum ultra personas vocatas, *decis. 34. lib. 10. n. 1. & decis. 72. n. 11. lib. eodem.*

Contrarium, quando ratio est generalis, & independens, nec dirigitur, aut limitatur ad personas, *decis. 50. lib. 10. num. 3. & 4. & decis. 69. num. 13. & decis. 71. n. 37. & seqq. & decis. 72. n. 12. lib. eodem.*

Maxime quando testator voluit, ut bona conservarentur in vocatis, & in agnatione, & familia, quia hoc casu agnatio, & familia stant augmentative, *decis. 50. lib. 10. n. 5.*

Fideicommissum oriens ex prohibitione alienationis, ad hoc, ut bona conserventur in familia, dicitur agnatitium, *decis. 86. lib. 10. n. 13.*

Quando feminæ fuerunt a testatore exclusæ, non ex alia ratione, nisi quia per mulieres non conservatur agnatio, & bona transeunt in alienas familias, tunc filia possessoris, quæ est nupta in agnatione, & familia, debet admitti, nec remanet exclusa, *respons. 2. num. 26. fol. 473. tom. 2. & num. 104. & seqq. fol. 479.*

Similique modo admittitur filius ab eadem femina sic nupta in agnatione proveniens, ibidem, *num. 28. & num. 91. & seqq. fol. 478.*

Femina nubendo in alienam familiam, non conservat agnationem, sed est ejus finis, *respons. 2. num. 45. & seqq. fol. 474. tom. 2.*

Agnatio quando, & ex quibus contemplata dicatur, vel non.

Ex ordinatione, quod debeat assumi cognomen familiæ testatoris, arguitur votum conservandi agnationem, *decis. 4. lib. 7. n. 20. & decis. 11. lib. 10. n. 8 & decis. 12. n. 4. & decis. 13. n. 5. & decis. 17. n. 18. lib. 10.*

Intellige conclusionem, quando testator prius vocavit omnes veros agnatos, deinde transivit ad extraneos, eis imponendo onus, *decis. 11. lib. 10. num 9. & decis. 12. n. 14. & decis. 13. n. 9. lib. eodem.*

Secus vero si extantibus veris agnatis hoc prætermisit, & vocavit extraneos cum dicto onere, *decis. 11. lib. 10. n. 10. & 11. & decis. 12. num. 15. & decis. 13. n. 9. & decis. 14. num. 17. & 18. lib. eodem.*

Onus assumendi cognomen, & arma, adjectum solum aliquibus gradibus, non inducit contemplationem agnationis in aliis gradibus, & personis, *decis. 13. lib. 10. n. 6. & 7.*

Masculinitatis expressio levissimum præbet argumentum contemplationis agnationis, & plerumque rejicitur, *decis. 11. lib. 10. 17. & decis. 12. n. 17. lib. eodem.*

Maxime quando est solum adjecta certis personis & gradibus, quia hoc casu posset ad summum operari inter illos, & non ultra, *decis. 11. lib. 10. n. 18. & 19. & decis. 12. num. 17. et 19. lib. eodem.*

Masculinitatis qualitas importat solum prædilectionem sexus, & operatur, ut succedens habeat habere talem qualitatem, non autem inducit agnationis contemplationem, *decis. 14. lib. 10. n. 15. et 16.*

Prohibitio alienationis neque ipsam contemplationem agnationis inducit, *decis. 11. lib. 10. num. 21. et decis. 12. num. 17. lib. eodem.*

Maxime quando est vestita ratione, ut bona conserventur in vocatis integre, & sine diminutione; nam tunc respicit integritatem bonorum, non conservationem agnationis, *decis. 14. lib. 10. n. 20.*

Digressus ad plures substitutionum gradus ad effectum inducendi votum agnationis, non sufficit, *decis. 11. lib. 11. n. 22. et decis. 12. n. 17. lib. eodem.*

Rejiciuntur pariter verba perpetuitatem denotantia, *decis. 11. lib. 10. n. 23.*

Ex materiali vocatione alicujus, qui sit agnatus, non potest dici præ oculis habita agnationis contemplatio, *decis. 12. lib. 10. numer. 9.*

Ex vocatione personarum, quæ nullo agnationis vinculo junguntur testatori, eliminat quælibet conjectura contemplatæ agnationis, *decis. 12. lib. 10. num. 10. et 19. et decis. 13. num. 3. lib. eodem.*

Et pariter ex vocatione simultanea feminarum, *decis. 12. lib. 10. n. 11. et decis. 13. n. 4. et decis. 21. num. 5. et decis. 55. num. 6. lib. eodem.*

Item ex vocatione descendentium ab eis sine ullo onere assumendi cognomen, & arma, *decis. 21. lib. 10. num. 6.*

Agnationis contemplatio non potest dici restricta ad aliquas substitutiones, quando feminæ sunt semper, & perpetuo exclusæ, *decis. 32. lib. 10. num. 8.*

Quando agitur de inducenda contemplatione agnationis ad exclusionem personarum, quæ sub verborum proprietate venire possunt, tunc conjecturæ debent esse claræ, & evidentes, *decis. 14. lib. 10. num. 14.*

Conjecturæ ad inducendam contemplationem agnationis, quando singulæ in suo genere sunt imperfectæ, nec simul sumptæ, suffragari possunt, *decis. 12. lib. 10. num. 18.*

Dispositio, quæ legitur facta favore masculorum cum digressu ad plures substitutiones cum reposita qualitate masculinitatis, & exclusione filiorum illegitimorum, & religiosorum, & cum prohibitione alienationis, nedum importat prædilectionem sexus, sed agnationis contemplationem, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 13. & *decis.* 32. *n.* 7. *lib. eodem.*
Maxime si sit adjecta ratio dispositiva conservandi bona in familia, *decis.* 17. *lib.* 10. n. 14.
Primogenituræ ordinatio, quæ secum fert tacitum onus assumendi nomen, & arma, indicat agnationis conservationem testatori præ oculis habitam fuisse, *decis* 17. *n.* 18. *lib.* 10.
Etiamsi fideicommissum incipiat a femina, tamen potest esse agnatitium, *decis.* 19. *lib.* 10. *n* 11.
Vocatio feminarum post defectum masculorum non tollit, quin istis durantibus, & inter eos non possit esse contemplata agnatio, *decis.* 19. *lib.* 10. *n.* 12.

Agnatus.

Agnatus quis non dicitur ex sola cognominis identitate, sed qualitas agnatitia aliunde probanda est, *decis.* 12. *lib.* 10. *n.* 8.
Quod ex gestatione cognominis, & insignium juncta communi reputatione, & aliis actibus gestis tanquam agnati, probetur qualitas agnatitia, *decis.* 101. *lib.* 10. *n.* 6.
Agnatorum appellatione veniunt etiam transversales, & de linea contentativa, d. respons. 2. *n.* 51. *fol.* 475. *tom.* 2.
Verbum agnati est latissimum, & complectitur omnes a communi stipite descendentes, & per virilem sexum conjunctos, quique portant idem nomen, & etiam transversales, d. respons. 2. *n.* 52. *cum seqq. fol.* 475. *tom.* 2.
Maxime quando vocatio agnatorum est facta usque ad sextum, octavum, vel alium remotiorem gradum; nam hoc casu proprie convenit transversalibus, tum quia inter descendentes non fit graduum computatio, tum quia inter eos imperceptibile est, quod defuncto superesse possit agnatus in tam remoto gradu, d. respons. 2. *n.* 60. & *seqq. fol.* 476. *tom.* 2.
Etiamsi quis distet ultra decimum gradum, tamen non per hoc desit esse agnatus, licet jura agnationis ei non suffragentur ad effectum succedendi, d. resp. 2. *n.* 65. & *seqq. fol.* 476. *tom.* 2.
Differentia inter agnatos, & gentiles, & quinam proprie agnati, seu gentiles dicendi sint, late traditur d. respons. 2. *n.* 73. *cum plur. seqq. fol.* 477. *tom.* 2.
Tam feminæ nuptæ in agnatione, quam masculi ab ea provenientes veniunt sub nomine agnatorum in Statuto, vel dispositione vocatorum, d. respons. 2. *n.* 91. & *seqq.* & *n.* 104. & *seqq. tom.* 2.
Et non tantum ad exclusionem aliarum feminarum, sed etiam masculorum agnatorum in gradu remotiorum, d. respon. 2. *n.* 118. & *seqq. fol.* 481. *tom.* 2.
Filii sororis de jure veteri saltem ficte reputabantur inter agnatos, sed si ista soror in agnatione sit nupta, nullum dubium, quin ejus filii agnati dicendi veniant, d. respon. 2. *n.* 108. & *seqq. fol.* 487. *tom.* 2.
Sub statutaria dispositione vocante proximiores agnatos æqualiter veniunt tam frater utrinque conjunctus, quam consanguineus tantum, d. respons. 2. *n.* 318. *fol.* 495. *tom.* 2.

Alienandi facultas.

Si gravato sit concessa facultas alienandi casu, quo se offeret occasio melioris investimenti, prætendens sustinere alienationem vigore hujus facultatis, tenetur probare, opportuni & melioris investimenti occasionem tunc adfuisse, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 11.
Si habens prædictam facultatem permutaverit cum re inferioris valoris, alienatio non sustinetur, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 12.
Bona alienata in cohæredes vigore facultatis a testatore impartitæ, remanent omnino libera, *decis.* 67. *lib.* 10. *n.* 15.
Alienandi facultas in certa quantitate tradita hæredi gravato a testatore, quod non intelligatur ultra detractiones, sed imo potius cum dicta facultate, & cum alienationibus ejus vigore factis detractiones compensentur, *decis.* 83. *lib.* 10. *n.* 3. & 4.
Ex portio, de qua quis vigore facultatis a testatore elargitæ disponere potest, reputatur tanquam libera, *decis.* 83. *lib.* 10. *numer.* 8.
Alienandi facultas restricta ad unum casum, ultra illum non extenditur, & si fiat alienatio, & irritatur, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 12. & *decis.* 98. *n.* 2. *lib. eodem.*

Alienatio.

Bona fideicommissaria alienari possunt pro dissolvendis debitis ad conservationem eorumdem bonorum, *decis.* 40. *lib.* 7. *num.* 9.
Quod autem debita fuerint ex tali causa contracta, debet concludenter probari, nec sufficit sola assertio, *decis.* 40. *lib.* 7. *numer.* 10.
Alienationem bonorum fideicommissariorum opponere nequit; qui non est ad fideicommissum vocatus, *decis.* 61. *lib.* 10. *numer.* 18.
Solius possessionis translatio dicitur vera alienatio, *decis.* 105. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 106. *n.* 4. *lib. eodem.*
Vide Fideicommissum quoad alienationem.

Alienationis prohibitio.

Alienatio bonorum fideicommissariorum non sustinetur; si testator alienationem prohibuit, *decis.* 5. *lib.* 1. *n.* 3.
Fideicommissum semper habet in se tacitam alienationis prohibitionem, *decis.* 1. *lib.* 7. *n.* 6.
Alienationis prohibitio efficit, ut substitutus possit vindicare bona, etiam durante vita ipsius gravati alienantis, *decis.* 58. *lib.* 9. *num.* 26.
Alienationis prohibitio confirmat, non ampliat præcedens fideicommissum, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 21.
Quando alienatio fuit prohibita ample, & ex quibusvis causis etiam honestis, tunc dicitur prohibita etiam inter vocatos, *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 8.
Renunciatio abdicativa non comprehenditur sub prohibitione alienationis, *decis.* 20. *lib.* 10. n. 11.
Alienationis prohibitio, etsi realis, non porrigit fideicommissum ad personas, quæ sub eo non comprehenduntur, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 8. & *decis.* 71. *n.* 16. *lib. eodem.*
Quando alienationis prohibitio est amplior, quam substitutiones antecedentes factæ, & stat de per se vestita ratione conservandi semper bona inter masculos, tunc extendit fideicommissum ultra literaliter vocatos, *decis.* 69. *lib.* 10. *n.* 13. & *decis.* 71. *n.* 17. & *seqq.* & *decis.* 72. *n.* 12. *lib. eodem.*
Quod eo fortius procedit, quando alienationis prohibitio est aliunde vestita, ex adiecta scilicet pœna caducitatis; nam hoc casu ratio conservationis, ut sit operativa, novum, & perpetuum fideicommissum inducit, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 19. & 20. & *decis.* 72. *n.* 13. & *seqq. lib. eodem.*
Prohibitio alienationis, quando stat independenter, & absolute per modum particularis substitutionis, & est vestita ratione, ut bona conserventur in familia, inducit absolutum, & perpetuum fideicommissum etiam in casu mortis, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 11.
Res prohibita alienari, si semel efficiatur alienabilis, semper remanet talis, *decis.* 26. *lib.* 11. *n.* 9.
Alienationis prohibitio facta hæredibus usque ad certum tempus post illud importat permissionem alienandi, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 7. & *decis.* 87. *n.* 21. *lib. eodem.*
Contrarium, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 17. & *decis.* 54. *n.* 3. *lib. eodem.*
Et hæc posterior opinio maxime procedit, si fuerint prohibitæ detractiones, & demandata integre restitutio, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 18.
Item si sit volita perpetua conservatio bonorum in agnatione, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 19.

Alimenta.

Super taxa alimentorum; Judicis arbitrium regulari debet a facti circumstantiis, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 1. & *decis.* 14. *numer.* 40. *lib. eodem.*
Taxa pro alimentis viduæ potest regulari a fructibus dotis, quatenus isti ad sustentationem sufficiant: si vero non sufficiant, nulla ratio de eis est habenda, *decis.* 13. *lib.* 6. *n* 2.
Causa finalis præstandi alimenta non consistit in perceptione fructuum dotalium, sed in honorificentia matrimonii, quæ durat durante viduitate, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 3.
Alimenta sunt viduæ præstanda intra tempus datum ad restituendam dotem, etiamsi in parte sit restituta, *decis.* 13. *lib.* 6. *num.* 4.
Alimentorum taxatio est reposita in arbitrio Judicis, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 40.
Scuta triginta menstrua cum usu Rhedæ, & Palatii reputantur sufficientia pro alimentis matronæ in Civitate Bononiæ, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 41.
Alimenta data per mandatum filio, licet regulariter censeantur data jure pietatis, & animo donandi, tamen cessat præsumptio donationis, ubi filius habet patrem, contra quem matri conceditur repetitio, *decis.* 19. *lib.* 6. *n.* 8.
Alimentorum, & dotis obligatio sunt connexæ; ideoque una ab alia separari non potest, *decis.* 43. *lib.* 6. *n.* 9.
In taxa alimentorum inspici præcipue debet qualitas personæ, & loci, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 5.
Pro alimentis præteritis non datur via executiva, *decis.* 11. *lib.* 11. *num.* 7.
Decursu autem a die motæ litis non dicuntur præterita, sed futura, *decis.* 11. *lib.* 11. *n.* 8.

Alluvio.

Terræ, quæ per alluvionem accrescunt, fiunt de dominio ejus cujus prædiis cohærent, *decis.* 5. *lib.* 16. *n.* 1. & *decis.* 6. *num.* 1. *lib. eodem.*
Alluvio dicitur ea portio terræ, quæ paulatim uni ripæ accessit, licet crescente flumine aquis circumfluatur, si in decrescentia eidem ripæ unita remaneat, *decis.* 5. *lib.* 16. *n.* 4. & *decis.* 6. *n.* 1. & 7. *lib. eodem.*
Alluvionis acquisitio fit ipso jure absque aliqua apprehensione, quia est pars prædii cui coalescit, *decis* 6. *lib.* 16. *n.* 2.
Et talis acquisitio fit irrevocabiliter, *decis.* 6. *lib.* 16. *n.* 3.
Vide Insula.

Alternativa.

In alternativis sufficit verificatio unius, *decis.* 41. *lib.* 6. *numero* 16.
In alternativis per electionem unius remedii vel membri, quando non potest sequi effectus, tunc non est prohibitum ad alterum recurrere, *decis.* 45. *lib.* 6. *n.* 5. & *decis.* 46. *n.* 5. & *decis.* 47. *n.* 9. *lib. eodem.*
Alternativæ una pars alteram declarat, *decis.* 79. *lib.* 10. *numero* 12.

Alternativæ virtus est utrumque extremum disjungere, & in unoquoque dispositionem verificare, *decis. unica super materia de offic. venal. vacabil. n. 2. fol. 451. tom. 2.*

Amor.

Amor quandoque vertitur in insaniam, *decis. 14. lib. 9. n. 6. et seqq.*
Immoderatus æquiparatur phrenesi, *decis. 14. lib. 9. n. 9.*
Ea quæ de jure in dementibus disponuntur, habent locum etiam in amantibus, *decis. 14. lib. 9. n. 01.*
Exigitur tamen ad hunc effectum amor adeo vehemens, & ferinus, ut tendat in insaniam, qui probatur per signa, de quibus, *decis. 14. lib. 9. n. 11. et seqq.*
Ex quibus talis amor excludatur, *decis. 14. lib. 9. n. 15.*

Apocha.

Apocha nullo teste subscripta, & carens requisitis a jure præscriptis, est suspecta de antidata, *decis. 45. lib. 5. n. 20.*

Apellatio.

Appellatio in devolutivo competit etiam a decretis factis in visitatione, *decis. 16. lib. 3. n. 12. et decis. 17. n. 8. lib. eodem.*
Appellatio suspendit effectum sententiæ, *decis. 17. lib. 3. n. 10.*
Appellatio per lapsum biennii remanet deserta, ac si interposita non fuisset, *decis. 4. lib. 4. n. 2.*
Appellatio est quædam subrogatio Judicis *a quo*, & ita Judex *ad quem* habet solum jurisdictionem circa ea, quæ ille decrevit, *decis. 75. lib. 10. n. 3.*
In Tribunalibus tamen urbis, per appellationem a possessorio devolvitur ad judicem *ad quem* etiam cognitio petitorii, *decis. 75. lib. 10. n. 4.*
Appellatio dicitur interposita adversus omnes, qui sunt in causa, licet in appellatione omnes non nominentur, *decis. 28. lib. 11. num. 1.*
Appellatio est communis, & suffragatur etiam in non expressa, *decis. 28. lib. 11. n. 13. et decis. 29. n. 2. lib. eodem.*
Per appellationem devolvitur ad Judicem *ad quem* etiam cognitio articuli a Judice prioris instantiæ prætermissi, *decis. 28. lib. 11. num. 2.*
Appellatio non datur a deputatione œconomi facta in Ecclesia Parochiali vacante, ob periculum animarum, *decis. 2. lib. 16. n. 3. et decis. 4. n. 2. lib. eodem.*

Approbatio.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest, *decis. 29. lib. 6. n. 10. dec. 16. n. 11. lib. 7. et dec. 5. lib. 9. n. 15. et dec. 26. n. 20. lib. eodem.*
Interveniens actui pro illius solemnitate, non dicitur approbare, nec sibi præjudicat, *decis. 9. lib. 11. n. 7.*

Arbitrium.

Arbitrium viam aperit æquitati, *decis. 21. lib. 5. n. 2.*
Arbitrium regulatur a jure, *dec. 4. lib. 12. n. 1. et dec. 14. lib. 12. n. 1.*
Arbitrium dat facultatem remittendi aliquid de rigore juris, *decis. 8. lib. 12. n. 1.*
Sed tamen regulatur ad tramites juris, *decis. 8. lib. 12. n. 2.*
Et maxime quando hæc clausula provenit a rescripto Signaturæ Justitiæ, quæ non facit rescripta gratiosa, *dec. 8. lib. 12. n. 3. et 4.*

Archivium.

Constitutio Urbani VIII. super erectione archivii ejusque jurisdictione, & privilegiis, *lib. 15. fol. 421.*
Archivium non dat robur scripturis informibus, *decis. 3. lib. 16. n. 5.*

Argumentum.

Argumentum a communiter accidentibus in jure admittitur, *dec. 41. lib. 6. n. 13.*
Argumentum desumptum a majoritate rationis, in jure validissimum, *decis. 3. lib. 7. n. 10.*
Argumentum ab æquiparatione non intrat, ubi diversa militat ratio inter casus, qui æquiparari prætenduntur, *decis. 13. lib. 10. n. 16.*
Argumentum a contrario sensu non admittitur, quando agitur de verbis, & auctoritatibus Doctorum, *decis. 46. lib. 10. n. 17. & decis. 91. n. 26. lib. eodem.*
Argumentum ab absurdo vitando non attenditur, ubi Testatoris voluntas est recta, *decis. 74. lib. 10. n. 14. & decis. 81. n. 21. lib. eodem.*
Argumentum desumptum a superfluitate, est in jure levissimum & sufficit etiam quilibet minimus effectus, & quo superfluitas vitari possit, *decis. 3. lib. 11. n. 21.*

Associatio.

Associatio ut detur domino directo, quænam iste probare debeat *decis. 6. lib. 4. n. 3.*
Associatio in parte excessiva corruit in totum, *decis. 6. lib. 4. n. 4.*
Associatio excessive decreta potest reformari, si adhuc executione demandata non sit; secus si executa fuerit, quia tunc spoliatus est integre restituendus, *decis. 6. lib. 4. n. 7.*
Associatio datur in vim clausulæ *Constituti*, *decis. 2. lib. 5. n. 1. & decis. 37. n. 1. lib. eodem, & decis. 16. lib. 10. n. 9.*
Associationis in judicio fructus veniunt tantum a die sententiæ; *decis. 2. lib. 5. n. 17.*

Attentata.

Actus gestus intra terminum datum a Judice est irritandus, *decis 1. lib. 3. n. 1.*
Limita, si terminus non ad protrahendam executionem, sed tantum ex urbanitate fuit concessus, & reus illo non expectato parere voluerit, *decis. 1. lib. 3. n. 2. & decis. 2. n. 1. lib. eodem.*
Attentata non revocantur, ubi adest jus clarum, *decis. 1. lib. 3. n. 11. & decis. 2. n. 16. lib. eodem.*
Maxime quando non agitur ex executione oblique, sed de directa, *decis. 1. lib. 2. n. 12.*
Attentata cum sapiant delictum, sunt concludenter probanda, *decis. 14. lib. 6. n. 7.*
Attentatum dicitur totum id, quod geritur, pendente supersessoria concessa ab Auditore præfecti Signaturæ, *decis. 7. lib. 7. n. 1.*
Multoque magis quod geritur post commissionem suspensivam ejusdem Signaturæ, *decis. 7. lib. 7. n. 2.*
Attentata purgantur, reducendo omnia in pristinum statum; *decis. 7. lib. 7. n. 3.*
Qui continuat, non attentat, *decis. 2. lib. 16. n. 1. & decis. 4. n. 1. lib. eodem.*
Maxime si continuet per viam privatæ facultatis, non vero mediante aliquo facto judicis, *decis. 2. lib. 16. n. 2.*

Augmentum.

Ea quæ in augmentum posita sunt, non debent operari diminutionem, *decis. 47. lib. 10. n. 8.*

B

Bannitus.

Bannitus non habet jus succedendi, *decis. 25. lib. 11. n. 5.*
Banniti nostri temporis ex simplici banno factionem testamenti nec activam, nec passivam amittunt, sed perdunt tantum jura civitatis ex lege municipali provenientia, non autem competentia de jure communi, *decis. 25. lib. 11. n. 7.*
Maxime si sententia banni sit lata in contumaciam, *decis. 25. lib. 11. n. 8. & 10.*
Nec quis sit incapax succedendi, nisi alter sententiam contumacialem secuta fuerit apprehensio, & incorporatio bonorum, *decis. 25. lib. 11. n. 9. & 16.*
Bannitus in gratiam Principis restitutus, dicitur quoque restitutus ad jura successionis, *decis. 25. lib. 11. n. 13.*
Limita, si restitutio non sit plenaria, & bona a tertiis retineantur, *decis. 25. lib. 11. n. 14.*
Item limita quoad successionem medio tempore, & pendente banno devolutam, quia in hac non operatur, nec plenaria, *decis. 25. lib. 11. n. 15.*
Constitutio Innocentii XII. prohibitiva quarumcumque remissionum compositorum, vel gratiarum faciendarum homicidis, aliisque delinquentibus absque Romani Pontificis speciali mandato habetur, *lib. 15. Constit. 5. fol. 395.*

Beneficium in genere.

Beneficia, quæ sunt in statu regularitatis, non potest Episcopus conferre, non expectata prius declaratione super illorum sæcularitate, vel saltem super hoc magna adest dubitatio, *decis. 8. lib. 3. n. 12.*
Quindennium, quod pro beneficiis unitis solvi solet, ne præjudicium Annatistis inferatur, semper in eadem summa solvitur, in qua usque ab initio fuit taxatum, sive reditus beneficiales augeantur, sive decrescant, *decis. 18. lib. 4. n. 8.*
Beneficii status per observantiam plusquam quadragenariam immutatur, *decis. 8. lib. 12. n. 14. & decis. 9. n. 2. lib. eodem.*
In beneficialibus datur multiplicatio titulorum, *decis. 8. lib. 12. n. 17.*
Possessio beneficii nequit apprehendi propria auctoritate, sed capienda est de manu executoris, *decis. 8. lib. 12. n. 19.*
Apprehendens novam possessionem beneficii, non dimissa prima contra formam decreti in literis appositi, efficit, ut beneficium vacet, *decis. 8. lib. 12. n. 19.*
Quod quandoque sufficiat sola dimissio verbalis, & mutatio causæ possidendi ex novo titulo, *decis. 8. lib. 12. num. 20.*
Id autem procedit, quando nova provisio est in forma gratiosa; secus si in forma dignum; nam hoc casu debet possessio effective dimitti, & iterum reassumi ex manu executoris, *decis. 8. lib. 12. n. 22. & seqq.*
Si impetrans beneficium exprimat aliud, quod prius habebat, impetratio remanet nulla, *decis. 7. lib. 12. n. 15. & decis. 17. n. 1. lib. eodem.*
An autem requiratur expressio solius beneficii compatibilis, vel potius etiam incompatibilium, referuntur Doctores negativam quoad incompatibilia firmantes, *decis. 17. lib. 12. num. 2.*
Contraria tamen opinio est verior, quod scilicet etiam de incompatibilibus sit facienda mentio, alias impetratio secundi sit nulla: refertur ratio sic decidendi, & rejiciuntur contrariæ auctoritates, *decis. 17. lib. 12. n. 3. & seqq. & decis. 18. n. 1. & seqq. lib. eodem.*
Contrarietas Doctorum non excusat ad salvandam nullitatem gratiæ ob non expressionem incompatibilium, quia non sufficit sola ignorantia juris, sed requiritur etiam illa facti, *decis. 17. lib. 12. n. 9.*

Argumentum deductum a requisita expressione valoris non faciendi quoad beneficia dimittenda juxta præscriptum regulæ 55. Cancellariæ, non militat, nec adaptatur ad prædictum effectum, quoad expressionem beneficiorum incompatibilium, *decis. 17. lib. 12. n. 10.*

Necessitas expressionis primi obtenti non oritur ex interesse Sedis Apostolicæ, sed a dispositione juris resistentis taciturnitati ob possibilem Papæ voluntatem concedendi, vel denegandi gratiam, *decis. 17. lib. 12. n. 12.*

Vacatio beneficiorum per assumptionem ad Episcopatum, eo solum casu inducitur, quo beneficium retinens sit actu Episcopus, *decis. 19. lib. 12. n. 11.*

Ideoque vacatio per coadjutoriam simplicem non inducitur, *decis. 19. lib. 12. n. 11. & decis. 20. n. 2. lib. eodem.*

Beneficium quoad affectionem, & reservationem.

Primæ dignitates in Collegiata sunt reservatæ Sedi Apostolicæ vigore Regulæ quartæ Cancellariæ, *decis. 1. lib. 12. n. 1.*

Expressio mensis, in quo contigit vacatio, fieri debet etiam concurrente reservatione vigore dictæ regulæ quartæ, & illa semper requiritur, præter quam in gratiis de devoluto, *decis. 1. lib. 12. n. 4.*

Et propterea dicta expressio non denotat reservationem ratione mensis, cum ad dignoscendum, ex quo capite reservationis Papa provideat, sit recurrendum ad partem dispositivam gratiæ *decis. 1. lib. 12. n. 5.*

Formulæ providendi ex reservatione mensis, & ex alia vigore regulæ quartæ, in quo differant, & ex quibus verbis dignoscantur, *decis. 1. lib. 12. n. 5. & seqq. & decis. 2. n. 9. lib. eodem.*

Sufficit, ut Ecclesia sit Collegialis habitu, ad hoc ut cadat sub reservatione regulæ quartæ, *decis. 1. lib. 12. n. 23.*

Et habet locum dicta regula, sive Ecclesia sit regularis, sive sæcularis, *decis. 1. lib. 12. n. 24.*

Quando Collegialitas Ecclesiæ est fundamentum gratiæ, debet concludenter probari, & quæ probationes ad hunc effectum non sufficiant, *decis. 2. lib. 12. n. 11. & seqq.*

Parochiales vacantes in mense reservato, debent conferri a Sede Apostolica, & Episcopus facit solum concursum, & digniorem transmittit ad summum Pontificem, *decis. 3. lib. 12. n. 1.*

Mensis Octobris est Sedi Apostolicæ reservatus, *decis. 4. lib. 12. num. 2.*

Moriens post mediam noctem ultimi diei Mensis Ordinarii decedit in Mense reservato, *decis. 4. lib. 12. numero 3. & sequentibus.*

Quomodo autem probetur ad hunc effectum lapsus mediæ noctis, ex quibus excludatur inordinatio horologii, & quod in ejus concursu cantus gallorum non attendatur, cum aliis late ad materiam, *decis. 19. lib. 12. post n. 1.*

Et juxta dicta concordata Germaniæ nequit Papa in sex Mensibus ordinario collatori reservatis impedire collationes, nec per gratias expectativas, nec per quascunque alias dispositiones ab ipso Pontifice emanatas, *decis. 19. lib. 12. n. 7.*

Et propterea ex simplici gratia Coadjutoriæ non potest Papa sibi reservare beneficia retenta per Coadjutorem, quando ista vacabunt per assecutionem alterius ob decessum Coadjuti, nisi vel Papa deroget concordatis, vel Coadjutus moriatur in Mense Apostolico, *decis. 19. lib. 12. n. 8. & seqq. & decis. 20. num. 11. lib. eodem.*

Potest Papa apponere decretum reservationis etiam in Vicariis ad nominationem, *decis. 17. lib. 12. n. 12.*

Allegans reservationem, & si in ea fundans, tenetur illam concludenter probare, *decis. 19. lib. 12. n. 2. & decis. 20. n. 1. & decis. 21. n. 1. lib. eodem.*

Maxime quando gratia non emanavit motu proprio, sed ad supplicationem, *decis. 19. lib. 12. n. 3.*

Clausula *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat* indicat mentem Papæ, quod noluerit providere, nisi beneficium esset vere reservatum, *decis. 19. lib. 12. n. 20.*

Nec ista infringitur ex alia clausula *sive alio quovis modo*; nisi quando constat de clara intentione Papæ volentis quocunque casu, & modo conferre, *decis. 19. lib. 12. n. 21.*

Ex facultate tradita retinendi beneficium in decreto concessionis Coadjutoriæ non inducitur affectio, quoties revera nulla aderat de Jure reservatio, nec ratione incompatibilitatis, nec alterius impedimenti: quia tunc facultas censetur data ad cautelam, & de stylo Datariæ, *decis. 19. lib. 12. num. 4. & decis. 20. num. 9 lib. eodem.*

Et maxime si non evenit casus, aut conditio, sub qua Pontifex voluit in Indulto, quod beneficium vacaret, sibique reservatum remaneret, *decis. 19. lib. 12. n. 5. & decis. 20. n. 9. lib. eodem.*

Reservationis natura in Coadjutoriis appositæ est talis, ut solum intelligatur inducta, quatenus litera sonat. Ideoque si sit restricta ad casum, quo Coadjutor per mortem Coadjuti beneficium consequatur, in hoc solum casu operari potest, *decis. 19. lib. 12. n. 5. & 6. & decis. 20. n. 9. lib. eodem.*

Juspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reservationibus Apostolicis, *dec. 29. lib. 12. n. 9.*

Portiones, seu Capellaniæ de Mensa Capituli non subjacent reservationibus, *decis. 29. lib. 12. n. 10. & 11.*

Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante usque ad actualem possessionem Episcopi electi sunt reservata Sedi Apostolicæ ex regula secunda Cancellariæ, *decis. 21. lib. 12. n. 2. & decis. 22. n. 5. & seqq. lib. eodem.*

Sub dicta tamen regula non comprehenditur casus, in quo Cardinalis ad dictum Episcopatum promoveatur, *decis. 21. lib. 12. n. 3. & 4. & 6. decis. 22. n. 9. & seqq. lib. eodem.*

Cardinales expresse excipiuntur in regula reservatoria Mensium, & in regula 70. declarantur solum exempti a regulis in futurum edendis: unde inferri potest, quod sub ceteris antecedentibus comprehendantur, *decis. 21. lib. 12. n. 7. & decis. 22. n. 17. lib. eodem.*

Comprehenduntur Cardinales sub dictis regulis, quoties earum ratio ipsis adaptari potest, *decis. 21. lib. 7. num. 8. & decis. 22. num. 17. lib. eodem.*

Clausula *cessantibus aliis reservationibus* in literis apposita, tanquam apponi solita a Datariis, non attenditur, nec præjudicat, *decis. 29. lib. 12. n. 6.*

Beneficium Curatum, seu Parochiale.

Parochiales regularium non providentur per concursum, sed prævio solo examine Ordinarii circa idoneitatem ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem, *decis. 8. lib. 3. n. 2. & decis. 27. lib. 12. n. 2. & decis. 30. n. 19.*

Idque signanter procedit in Ecclesiis Parochialibus Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, *decis. 8. lib. 3. n. 3.*

Quando Ecclesia est Parochialis, tunc exigitur concursus, etiamsi vacet in Mense Sedi Apostolicæ reservato, *decis. 1. lib. 12. numer. 18.*

Et concursus committitur solum, quando Parochialis est in Ecclesia Collegiata, & cura est annexa dignitati in ea existenti, *decis. 1. lib. 12. n. 19.*

Episcopus nequit Parochialem vacantem in Mense reservato conferre, sed debet indicere concursum, præelectum ad Summum Pontificem transmittere, præelectusque a Sede Apostolica collationem impetrare tenetur, *decis. 3. lib. 2. numer. 1.*

In provisionibus Parochialium faciendus est concursus, *decis. 27 lib. 12. n. 1.*

Non sic tamen proceditur in Parochialibus unitis Monasteriis Regularium, in illis enim Abbas nominat, & Episcopus instituit, *decis. 37. lib. 12. n. 2.*

Quoties tantum cura actualis, & purum exercitium illius est providendum, remanente cura habituali penes alium, nullus exigitur concursus, sed tantum Episcopus debet examinare, & approbare, *decis. 28. lib. 12. num. 1. & decis. 29. num. 4. & 13. lib. eodem.*

Cura existens in Ecclesia Cathedrali, de jure semper præsumitur in habitu residere penes Archipresbyterum, & Capitulum. *decis. 28. lib. 12. n. 3.*

Si erectio Capellaniæ ad curam exercendam fuerit facta a Capitulo absque consensu Episcopi de bonis ipsius Capituli, & cum reservatione Juris nominandi: inde planum fit, quod in Capellanum non fuit translatum, nisi merum exercitium, & cura actualis, *decis. 28. lib. 12. n. 4.*

Etiam si talis erectio fuerit facta Sede Episcopali vacante; nam non exinde præsumi potest ignorantia, cum scientia omnino supervenire debuerit in subsequentibus visitationibus, *decis. 28. lib. 12. n. 5. & 6.*

Ex observantia, quod tales Capellaniæ fuerint semper collatæ ad nominationem Capituli, quod in functionibus Parochialibus a Capitulo licentiam petierint, & quod emolumenta cum Capitulo diviserint, comprobatur, quod vere Capellani sunt simplices ministri ad actualem curam deputati, *decis. 28. lib. 12. num. 6. et seqq.*

Si qui sint deputati Capellani, id ostendit, quod non possunt esse habitualiter Parochi, quia una Parochia non potest residere penes duos, *decis. 28. lib. 12. n. 9. et 10. et decis. 16. n. 19. et seqq. lib. eodem.*

Unicus concursus, seu provisio Apostolica, prædictis concurrentibus non sunt attendendi ad alterandum statum beneficii, cum præsumantur provenisse ex errore, *decis. 28. lib. 12. n. 14. et seqq. et decis. 31. n. 27. lib. eodem.*

Non repugnat, quod Curatus deputatus ab habente curam habitualem, novam provisionem obtineat a Dataria, *decis. 28. lib. 12. n. 17.*

Imo quando evenit vacatio in mensibus reservatis, debet accipi nova provisio a Dataria ad nominationem habentis curam habitualem, *decis. 29. lib. 12. n. 5.*

Parochialis de Jurepatronatu Ecclesiastico remanet subjecta concursui, *decis. 30. lib. 12. n. 2.*

Et si vacet in mensibus reservatis, non fit præsentatio, sed concursus, magis dignus præeligitur, & remittitur ad Sanctissimum cum literis testimonialibus, *decis. 30. lib. 12. n. 18.*

Beneficium quoad incompatibilitatem.

Ex retentione duorum beneficiorum residentialium, & ita incompatibilium, lapso bimestri oritur utriusque vacatio, *decis. 6. lib. 12. n. 1. et decis. 7. n. 2. lib. eodem.*

Ad effectum autem, ut vacatio sequatur, necesse est probare quod præbendæ præcisam, & personalem residentiam requirant, nec sufficit sola residentia causativa, & temporalis ad effectum lucrandi fructus, quia ista incompatibilitatem non inducit, *decis. 6. lib. 12. n. 2. et decis. 9. n. 16. lib. eodem.*

Hæc rigorosa probatio exigitur in aliis beneficiis, non autem in Canonicatibus, qui semper residentiam requirunt, *decis. 6. lib. 12. n. 3. et seqq.*

Quod in Germania, & Dalmatia viget consuetudo retinendi

beneficia incompatibilia absque dispensatione, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 8. & 9. & *decis.* 7. *n.* 3. *lib. eodem*.

Talis consuetudo, utpote Juri, & Concilio contraria, vel non attenditur, vel esset prebanda, formitar justificando, quod fuerit canonizata in contradictorio Judicio, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 10. & 11. & *decis.* 7. *n.* 6. & *seqq. lib. eodem*.

In Rota hæc consuetudo nunquam fuit admissa, sed semper decisum pro vacatione, quoties similis disputatio in causis Germaniæ accidit, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 12. & *decis.* 7. *n.* 7. *lib. eodem*.

Et illam excludunt etiam Doctores Germani, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 13. & *decis.* 7. *n.* 6. *lib. eodem*.

Possessio utriusque incompatibilis ad prædictum effectum probatur, tum ex attestationibus, tum ex confessione ipsiusmet beneficiati, tum ex posteriori ejus consensu præstito ad effectum resignandi alterum ex dictis beneficiis, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 15.

Ex possessione autem oritur præsumptio perceptionis fructuum, quæ sufficit ad inducendam vacationem ratione incompatibilitatis, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 16.

Et perceptio probatur etiam ex attestationibus Capituli, licet extrajudicialibus, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 7.

Molestiæ inductæ super beneficio, quod quis retinet, impediunt vacationem alterius incompatibilis, quando fuerunt illatæ intra bimestre: secus si ex post: & quando sunt super titulo, & possessione beneficii, secus e contra, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 18. & 19. & *decis.* 7. *n.* 14. *lib. eodem*.

Quoties præbendæ, quæ retinentur, sicut exigui redditus, possunt retineri, nec vacant ob incompatibilitatem, *decis.* 6. *lib.* 12. *numer.* 20.

Exigitur autem ad hunc effectum, quod utraque præbenda paucos reddat fructus, & id est concludenter probandum, cum contraria urgeat præsumptio, *decis.* 6. *lib.* 12. *n.* 21.

Quod modicitas fructuum non excuset a residentia, & incompatibilitate, *decis.* 7. *lib.* 12. *n.* 13.

In Regno Poloniæ facile Papa dispensat super retentione beneficiorum incompatibilium, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 11.

Unde ex longæva possessione dispensatio præsumitur, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 11.

Et maxime si in nova provisione Papa iterum dispensavit super retentione unius ex beneficiis prius possessis, *decis.* 8. *lib.* 12. *numer.* 13.

Coadjutoria non causat incompatibilitatem, quoties ex literarum tenore non fuit impositum onus residendi, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 15. & *decis.* 20. *n.* 5. *lib. eodem*.

Et incompatibilitas retentionis solum oritur, quando Coadjutor in beneficio, vel Episcopatu effective succedit, *decis.* 18. *lib.* 12. *n.* 20. & *decis.* 20. *n.* 2. & 3. *lib. eodem*.

Beneficium quoad Provisiones Apostolicas.

Provisiones Apostolicæ factæ per viam commendæ non immutant statum beneficii, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 13.

Et maxime si apposita in eis fuerit clausula præservans anteriorem modum vacandi, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 13.

Et si enunciative super qualitate beneficii in ejusdem provisionibus sint appositæ dubitative, & alternative; ideoque excludunt tam scientiam status beneficii, quam voluntatem illum immutandi, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 14.

Ad hoc ut provisiones Apostolicæ immutent statum beneficii, debent habere narrativas claras, & antiquo statui repugnantes, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 15.

Provisiones Apostolicæ quando sunt longevæ, imprimunt ultimum statum beneficii, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 3. & *decis.* 29. *n.* 1. & 2. *lib. eodem*.

Et tales provisiones prosunt ad acquirendam quasi possessionem conferendi, non solum ad favorem Datariæ, & Pontificis, sed etiam ad favorem Cardinalis Indultarii, qui nomine Sedis Apostolicæ reservata beneficia confert, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 5.

Provisiones Apostolicæ factæ ex capite unius reservationis non excludunt aliam, nec constituunt statum contrarium alteri reservationi, ex qua pariter provideri poterat, *decis.* 2. *lib.* 12. *num.* 8.

Limita, quando modus in provisione expressus est omnino incompatibilis cum altera prætensa reservatione, *decis.* 2. *lib.* 12. *num.* 8. & 9.

Provisiones Apostolicæ non immutant statum beneficii, nisi illius notitiam habuerit, & mutare voluerit, *decis.* 28. *lib.* 12. *n.* 15. & *decis.* 29. *n.* 12. *lib. eodem*.

Beneficium Regulare.

Ex quo reperiatur fundatum in Ecclesia regulari Monasterio Priorali connexa, beneficium dicitur Regulare ex Regularitate, quæ inhæret Monasterio, & cura ibi instituta dicitur de Mensa Monasterii, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 3. & 4.

Et maxime si dicta cura sit insignita titulo Hebdomadariæ, seu Vicariæ, qui extendit curam exercere pro alio, penes quem resider cura habitualis, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 5.

Ex quo Priores Ecclesiæ capiant possessionem etiam rerum ad curam spectantium; inde desumitur, quod Parochia sit regularis & resideat habitu penes Priorem, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 7.

Et in idem consonat administratio Jurium Parochialium, ab eodem Priore proprio nomine facta, *decis.* 27. *lib.* 12. *numer.* 8.

Si Episcopus in visitatione ex pluribus actibus recognovit, & judicavit, quod cura erat penes Priorem, & quod per Hebdomadarios exercebatur tantum actu, quod præsentatio spectabat ad Priorem, & confirmatio, seu collatio ad Episcopum, ex his cum aliis ibidem recensitis incontrovertibilis redditur, quod Parochia sit unita Monasterio, & Regularis, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 9. & *seqq.*

Ex enunciativis, quod collatio pertinebat ad mensam Abbatialem, & ex quo vere omnes collationes præseferant, vel præsentationem, vel consensum ipsius Abbatis, absque eo quod doceatur unquam de contrario, probatur annexio, & dependentia curæ a Prioratu, seu Abbatia, *decis.* 27. *lib.* 12. *num.* 12. & 13.

Ex eo quod cura exerceatur a Clericis sæcularibus, non desumitur argumentum, quod illa non sit a Monasterio dependens, cum imo potius de Jure in Ecclesiis & Capellis Monachorum cura non per Monachos, sed per Clericos seculares ab ipsis deputandos exerceri debeat, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 9. & 14.

Licet Episcopus in visitatione ordinaverit, quod cura deberet conferri juxta formam Concilii, id non excludit qualitatem regularem, cum debeat intelligi de sanctione Concilii respiciente provisiones Parochialium Monasteriis annexas, quod scilicet deputatio debet fieri de consensu, & prævio examine Episcopi, *decis.* 12. *n.* 15.

Ex quo curæ in Ecclesia Monasteriali existenti Episcopus univerit alterum beneficium, non inde qualitas Regularis in eadem cura tollitur, & alteratur, sed imo potius beneficium unitum illius qualitatem induit, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 16.

Etiam si Vicaria fuerit collata in titulum perpetuum, id non excludit, quin cura per modum Juris in habitu non sit apud Abbatem, & Priorem, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 17.

Unicus actus concursus non est attendandus ad excludendam curam habitualem penes Abbatem, cum sit præsumendus erroneus, & turbativus, maxime quando non probatur effectuatus, *decis.* 27. *lib.* 12. *num.* 18. & *decis.* 28. *num.* 14. & *seqq. lib. eodem*.

Beneficium quoad Resignationes.

Literæ resignationis exequi non possunt, si non justificentur; & signanter quoad valorem in eis expressum, *decis.* 5. *lib.* 11. *num.* 1.

Resignatio facta cum falsa narrativa valoris, & cum reservatione certæ pensionis, addita clausula, & *non alias* &c. est nulla, nec abdicat jus a resignante, tum quia deficit ultius consensus, ob insubsistentiam pensionis, tum quia deficit consensus Pontificis concedentis, *decis.* 5. *lib.* 12. *n.* 2.

Nullitas proveniens ex defectu consensus resignantis potest solum ab eo apponi, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 5.

Quando resignans fuit in culpa, & dolo, exprimendo majorem valorem, licet resignatio sit nulla, tamen jus a resignante abdicatur, *decis.* 5. *lib.* 12. *n.* 6.

Potest nullitas, etiam proveniens ex deficientia consensus resignantis, ab alio allegari, quando eam allegans est possessor, maxime si deficiat etiam voluntas Pontificis concedentis, *decis.* 5. *lib.* 12. *n.* 6. & 7.

Dolus in resignante excluditur, si mandatum procuræ dederit ad petendam impositionem, non simpliciter, sed cum reservatione beneplaciti, & cum clausula *non alias* &c. & si expressit valorem in majori quantitate, sed per non excessum, *decis.* 5. *lib.* 12. *n.* 8.

Resignans etiam male exprimens valorem scienter, non privatur jure suo, *dec.* 5. *lib.* 12. *n.* 9.

Et quatenus privaretur, beneficium non quæritur resignatario, sed potest libere conferri, *decis.* 5. *lib.* 12. *n.* 10.

Resignatarius si narraverit, quod resignans aliunde vivere possit, tenetur id justificare, alias non potest ei jus, & possessio dici quæsita, nec abdicata a resignante, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 8.

Hæc autem exceptio respicit solum favorem resignantis; ideoque ab eo unice proponi potest, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 11.

Gregoriana dat terminum novem mensium ad publicandum ultra montes, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 18.

Resignatio debet fieri coram legitima persona; auctoritate scilicet superioris Ecclesiastici, & aliter facta, etiam coram Notario, & testibus, non valet, *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 8.

Et quando resignatio est facta ad favorem certæ personæ, quia dicitur conditionalis, nequit fieri, nisi in manibus Papæ, seu habentis speciale indultum, *decis.* 16. *lib.* 12. *numer.* 10.

Ex dispositione Constitutionis Gregorianæ, non solum est publicanda a resignatario gratia resignationis, sed etiam secunda gratia impetrata ob non publicationem primæ, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 1. & 2.

Et hac publicatione non facta, gratia est nulla, & exequi non potest, sive defectus proveniat ob non servatam formam in Constitutione præscriptam, sive quia publicatio sit expleta extra tempus præfixum, *decis.* 12. *lib.* 12. *numer.* 3. & 4.

Quod autem publicatio non fuerit facta ad formam Bullæ, probatur ex ipso Instrumento publicationis, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 5. & *decis.* 13. *n.* 5. *lib. eodem*.

Ut publicatio dicatur rite, & ad formam Bullæ facta, Notarius ad id deputatus alta voce in Ecclesia inter Missarum solemnia denunciare debet, beneficium vacare per resignationem, cum expressione qualitatis beneficii, nominis, & cognominis, tam resignantis, quam resignatarii, ac totius substantiæ impetrationis, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 6.

Hinc si Notarius dixerit, beneficium vacare per obitum; publicatio

catio est invalida, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 7. *&* 11. *& decis.* 13. *n.* 5. *& seqq. lib. eodem*.

Et attenta hac invaliditate, beneficium tanquam vacans potest a quocunque impetrari, & etiam ab eo, qui prius ob non publicationem antecedentis resignationis a beneficio ceciderat, *decis.* 12. *lib.* 12. *num.* 8. *&* 9.

Simplex error in nomine personæ, ex qua oritur vacatio, non irritat publicationem, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 10.

Secus autem si erretur in substantia gratiæ, & in modo vacandi, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 11. *& decis.* 13. *n.* 7. *lib. eodem*.

Forma Bullæ Gregorianæ circa publicationem resignationis est præcise servanda, nec potest adimpleri per æquipollens, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 12.

Actus publicationis est reiterabilis, ideoque productio unius invalidæ non excludit possibilem existentiam alterius validæ, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 13. *& decis.* 13. *n.* 12. *lib. eodem*.

Id non procedit, si publicatio fuerit producta a resignatario pro justificatione sui tituli; *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 14. *& decis.* 13. *n.* 15. *lib. eodem*.

Resignatarius ob non factam publicationem redditur vigore Gregorianæ omnino incapax idem beneficium quoquo modo assequendi, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 14.

Sed id procedit vel quoad novam simplicem impetrationem per obitum, vel quoad assecurationem ejusdem beneficii virtute generalium clausularum, quæ inseri solent in literis Apostolicis; secus autem in impetratione ex integro obtenta ob non factam publicationem antecedentis resignationis, ac cum explicita, vel implicita derogatione præfatæ constitutioni, *decis.* 12. *lib.* 12. *n.* 15.

Negativa publicationis est concludenter probanda ab impetrante beneficium ex hoc capite, & quidem vel per confessionem partis, vel contractando, quod literæ non fuerint expeditæ infra tempus præfixum ad publicandum, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 4.

Notario testanti de publicatione creditur, & præsumitur quod omnia rite, & recte expleverit, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 6.

Intellige, quando ex verbis Notarii constet, quod ipse integram gratiam, vel saltem illius substantiam publicaverit; secus e contra, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 7.

Publicatio debet fieri juxta præcisum tenorem gratiæ, & non alio modo, etiamsi beneficium alio modo vacaret, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 9.

Beneficium resignatum, si non fiat publicatio, non dicitur vacare per obitum, sed ob non factam publicationem, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 10.

Publicatio intercessisse præsumitur, si provisus habeat pro se sententiam executoriæ, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 13.

Item si accedat possessio triennalis, *decis* 13. *lib.* 12. *n.* 14.

Cessant tales præsumptiones, quando ex Instrumento a resignatario producto constat de publicatione non rite facta, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 15.

Triennalis possessio non suffragat, ubi non constat de legitima publicatione; nam hoc casu nec sufficit decennalis, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 16.

Maxime quando signatura possessionem circumscripsit, & resignatarius subinde petiit immissionem; nam tunc cessat virtus triennalis, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 17.

Prorogatio quam quis obtinuit ad publicandum, non suffragat si collitigans interim impetraverit gratiam *si neutri*, dummodo hæc gratia *si neutri* sit obtenta post lapsum primum terminum ad publicandum, secus si illo adhuc non elapso, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 19. *& seqq.*

Gratia restitutoria, seu prorogatio ad publicandum, est subreptitia, si in ea narratus non fuit obitus resignantis, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 12.

Procedit conclusio, quando obtinens restitutoriam suum jus metitur ab ipso resignante, secus autem si ipse beneficium impetravit ob non publicationem factam a primo resignatario, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 23.

Gratia *si neutri* obtenta ab uno ex collitigantibus super resignatione, debet etiam ipsa publicari, alias est nulla, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 24. *&* 25.

De non secuta publicatione dubitari non potest, quoties literæ non fuerunt expeditæ, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 26.

Ad hoc ut resignatio valeat, exigitur, quod resignans sit præsens in curia personaliter: si absens, per specialem procuratorem expeditioni literarum consentiat, *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 1.

Et prædicta forma servanda est nedum in Cancellaria, sed etiam in Camera, *decis.* 16. *lib* 12. *n.* 2. *&* 3.

Licet aliquando in Camera contrarium fuerit observatum, quia hæc inobservantia non intervertit decretum Principis, *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 4. *& seqq.*

Ad effectum consentiendi resignationi factæ per absentem, requiritur omnino speciale mandatum, nec sufficit præsumptum, nisi istud probatum esset ex præsumptionibus, & conjecturis ipsammet specialitatem actus percutientibus, nec suffragari potest sola exhibitio Instrumenti resignationis factæ in partibus coram Notario, & testibus, *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 12. *& seqq.*

Et maxime si deficiat juramentum resignantis, *decis.* 16. *lib.* 12. *num.* 16.

Nec sufficit, ut actus resignationis sit immunis a fraude, quando non fuit servatus modus a Pontificiis sanctionibus præscriptus *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 17.

Clausulæ generales in gratia appositæ non supplent defectum resignationis, quando fuit omissa forma præscripta in regula 45. Cancellariæ, *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 18.

Beneficium, quando dicatur Sacerdotale, vel non.

Quoties Testator professus fuit instituere beneficium sacerdotale, censetur voluisse in præsentato qualitatem sacerdotalem actu; *decis.* 14. *lib.* 12. *num.* 4. *&* 7. *decis.* 15. *num.* 5. *& seqq. lib. eodem*.

Item si voluit, quod illud conferretur Clerico in sacris Ordinibus constituto, *decis.* 14 *lib.* 12. *num.* 3. *& decis.* 15. *num.* 3. *lib. eodem*.

Ex quo injuncta fuerit per Testatorem celebratio missarum, beneficium non dicitur sacerdotale, nisi expressum sit, quod celebret per se ipsum, *decis.* 14. *lib.* 12. *num.* 5. *& decis.* 15. *num.* 4. *lib. eodem*.

Minusque ex denominatione Rectoris, & Presbyteri, *decis.* 14 *lib.* 12. *num.* 6.

Si Testator obligavit Rectorem, & beneficiatum ad interessendum horis Canonicis, & in defectum Canonicorum dicendi capitula, sicuti istæ conditiones debent adimpleri per se ipsum; idem censendum est de injuncta celebratione missarum, *decis.* 14. *lib.* 12. *n.* 8.

Si ad effectum, ut beneficiatus congrue sustentari posset, fuit facta unio alterius beneficii, desumitur inde argumentum quod beneficium sit sacerdotale actu, cum alias pro sustentatione Clerici non fuisset necessaria tanta sollicitudo, *decis.* 14. *lib.* 12. *n.* 9. *& decis.* 15. *n.* 12. *&* 13. *lib. eodem*.

Ex observantia, quod semper præsentati fuerunt actuales sacerdotes, declaratur, quod beneficium sit sacerdotale actu, *decis.* 15. *n.* 13. *lib. eodem*.

Ad effectum dignoscendi, an beneficium sit sacerdotale, debet attendi tenor fundationis, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 2.

Si fundator mandavit etiam, ut fieret anniversarium cum hoc, quod in illo intervenirent solum sacerdotes, & insuper ipse quoque erat sacerdotali dignitate insignitus, inde arguitur propensio ad qualitatem sacerdotalem, ad hoc ut tale dicatur beneficium, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 8.

Si in visitationibus beneficium fuit expressum cum qualitate sacerdotali, oritur argumentum, quod sit vere tale, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 12.

Beneficium quoad subrogationem gratiosam.

Vide Subrogatio gratiosa.

Beneficium quoad valorem.

Quando valor fuit narratus per non excessum, tunc sufficit, ut verificetur in quacunque minima quantitate, *decis.* 5. *lib.* 12. *num.* 3.

Non procedit conclusio, quando in substantia gratiæ, ubi fuit actum de reservatione pensionis, & de congrua remansura beneficiato, fuit quoque expressus valor per ascensum, quia tunc, etsi a principio fuerit facta expressio per non excessum, hæc non attenditur, sed alia emissa in substantia gratiæ, *decis.* 5. *lib.* 12. *n.* 4.

Narrativa valoris *per non excessum*, *& per ascensum* in hoc differuntur, quod prior verificatur in qualibet summa; posterior vero debet verificari in summa narrata, *decis.* 5. *lib.* 13. *num.* 7.

Falsa narrativa valoris vitiat gratiam in totum, *decis.* 5. *lib.* 13. *num* 12.

Ex consuetudine, & concordatis Germaniæ, & Poloniæ, valor beneficiorum non solet exprimi ultra ducatos 24. *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 16.

Valor probatur etiam ex imperfectis justificationibus, & sufficiunt attestationes duorum Curialium, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 3.

Valor bene probatur ex testibus, maxime quando gratia non fundatur super valore, *decis.* 14. *lib.* 2. *n.* 2.

Juxta regulam 55. Cancellariæ in nova impetratione exprimi debet valor prius obtentorum, exceptis tamen illis, quæ vigore ultimæ provisionis, vel voluntate, vel de jure impetrans dimittere teneretur, *decis.* 17. *lib.* 12. *n.* 10.

Valor præsumitur talis, qualis in antecedentibus vacationibus fuit expressus, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 6.

Valor beneficii non probatur per testes non informatos, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 9.

Neque per deponentes de auditu, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 9.

Neque per illos, qui non deducunt expensas, & onera, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 9.

Quando tamen deductio suppletur, & suppleri potest aliunde, tunc dispositiones testium attenduntur, *decis.* 6. *lib.* 13. *numer.* 3.

Neque per illos, qui non deponunt per decennium, scilicet de quinque annis ante, & quinque post, *decis.* 5. *lib.* 13. *num.* 9.

Tempus decennii tunc requiritur, quando beneficiatus instat pro annullatione pensionis, non autem quando pensionarius agit ad illam sustinendam; nam tunc sufficiunt probationes de tempore reservationis, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 3.

Tempus præcisum provisionis, & reservationis spectari debet ad probandum valorem, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 10.

Locationes continuatæ per plures annos probant valorem, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 10.

Debent tamen afferri ipsa instrumenta, & non simplices fides ad hoc ut dignosci possint pacta, & conventiones, *decis.* 6. *lib.* 13. *num.* 7.

Ad effectum justificandi valorem probationes, adminicula, & circumstantiæ debent simul jungi, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 1.

Ad probandum valorem beneficii consistentem in fructibus prædiorum

diorum admittuntur testes Rustici deponentes de auditu a collectoribus fructuum, & de publica voce, & fama *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 2.
In materia valutationis monetæ pro calculando valore debet attendi stylus Datariæ, & non mercatorum, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 4.
Solutiones pensionis per longum temporis spatium peractæ, plurimum conferunt ad arguendam veritatem narrati valoris, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 5.
Testes de auditu a titolari probant valorem, *decis.* 6. *lib.* 13. *n.* 6

Beneficium quoad unionem.

Quando fit unio duarum beneficiorum, quorum unum sit sacerdotale, alterum non, tunc licet unio sit æque principalis, & non extinctiva, tamen quia utriusque qualitates sunt inter se incompatibiles, magis dignum trahit minus dignum, & utrumque dicitur sacerdotale, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 9. *&* 10.
Unio mutat quidem naturam illius beneficii, quod accessorie, & subjective unitur, sed non alterius cui fit unio, quando remanet in suo primævo statu, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 17.
Ex unione plenaria Monasterio facta cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, transferuntur omnia jura tam temporalia, quam spiritualia, & ita etiam jus conferendi, vel præsentandi in Hebdomadaria eidem Monasterio subordinata, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 18.
Nec ipsius Hebdomadariæ natura alterata, & immutata censetur, ex quo Pontifex veniens existentiam ignorans mandaverit erigi Vicarium pro cura animarum, quæ postea ob præexistentiam Hebdomadariæ non habuit effectum, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 19. *&* 20.
Unio excluditur ex statu collativo beneficii, *decis.* 29. *lib.* 12. *n.* 3. *& decis.* 30. *n.* 16. *lib. eodem*, *& decis.* 31. *n.* 25. *lib. eodem*, *& decis.* 1. *lib.* 16. *n.* 4. *& decis.* 3. *n.* 2. *lib. eodem.*
Unio non præsumitur, & ideo concludenter est probanda, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 1. 4. *&* 5.
Unitum non præsumitur beneficium ex donatione de illo facta, quia donare non est unire, sed solum importat donationem juris conferendi, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 6.
Etiamsi fuerint donatæ decimæ, primitiæ, oblationes; *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 7.
Ex eo quod dictum fuit; quod Ecclesia pertinebat ad Abbatem, non desumitur unio, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 8.
Actus dubii, & æquivoci unionem non concludunt, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 9.
Observantia longæva actus collativi facit præsumere ineffectuationem unionis, & hæc ineffectuatio semper præsumitur, nisi contrarium doceatur, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 10. *&* 11.
Et facit etiam præsumere, vel revocationem unionis, vel quod hæc fuerit versa in Juspatronatus, vel quod fuerit præscripta, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 12. *& seqq.*
Observantia unionis destributiva probatur ex collationibus, & concursibus, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 5. *& seqq.*
Parochiales unitæ, quocunque mense vacent, non subjacent reservationibus, & absque concursu providentur ad nominationem, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 19.
Ex collationibus factis in mensibus reservatis excluditur unionis titulus, & promanat alius Jurispatronatus Ecclesiastici, *decis.* 30. *lib.* 12. *num.* 26.
Præsentationes factæ vigore Jurispatronatus Ecclesiastici non possunt referri ad errorem, quando unio est turbida, & de ea dubitari contingit, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 21.
Repugnat unioni; quod alter percipiat decimas, fructus, & proventus, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 22.
Decretum irritans appositum in Constitutione Piana super unionibus non intrat, quoties de unione dubitatur. & non est clara, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 23. *& seqq.*
Sententiæ latæ super unione non citato Episcopo; non attenduntur, *decis.* 30. *lib.* 12. *n.* 26.
Privilegia beneficii, seu Ecclesiæ unitæ non extinguuntur, sed transferuntur in eam, cui facta est unio, *decis.* 1. *lib.* 13. *post n.* 14.
Unio debet esse subjectiva, & extinctiva tituli ad hoc, ut dicatur vera unio, alias est solum annexiva fructuum, & Ecclesia, seu beneficium remanet in suo antiquo statu, *decis.* 3. *lib.* 16. *n.* 1.
Præsentationes Rectorum factæ per Patronos, de directo repugnant cum unione extinctiva tituli, quia hoc casu nec Ecclesiæ providentur de Rectore, nec datur vacatio, *decis.* 26. *lib.* 16. *n.* 2.

Beneficium quoad ultimum statum.

Status beneficii talis præsumi debet de præterito, qualis est subsequens, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 2.
Provisiones Apostolicæ excedentes spatium 40. annorum constituunt statum præscriptum etiam ad includendam reservationem Apostolicam vigore regulæ quartæ Cancellariæ, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 3.
Vide Beneficium quoad provisiones Apostolicas.
Status beneficii per spatium 40. annorum præscribitur, & immutatur, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 3. *& decis.* 8. *n.* 14. *& decis.* 9. *n.* 2. *lib. eodem.*
Antecedens status beneficii legitime præscriptus non tollitur per contrarium posteriorem, qui tempus ad præscribendum sufficiens non habeat, quando quæstio versatur super qualitate beneficii, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 16. *& decis.* 28. *n.* 14. *lib. eodem.*
Episcopus non potest mutare statum beneficii, & Ecclesiæ; *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 21.
Ubi non agitur de determinanda qualitate beneficii pro futuris vocationibus, sed de sustinenda collatione, ultimus status debet attendi, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 1.
Procedit conclusio etiam ad effectum excludendi reservationes; *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 2.

Et etiam si ultimus status proveniat a provisionibus Apostolicis; dummodo longum temporis spatium istæ complectantur, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 3.
Veniens ex vacatione ultimi possessoris, agnoscit; & sequitur ultimum statum, & qualitates ab illo expressas, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 4.
Ultimus status impressus ex provisionibus Apostolicis suffragat etiam Cardinali Indultario, qui beneficia reservata confert nomine, & vice Sedis Apostolicæ, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 5.
Quasi possessio conferendi exercita ab Ordinario, quoad aliqua beneficia unius Ecclesiæ, ei prodest etiam quoad alia, quoties concurrit causa universalis omnia beneficia respiciens, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 6.
Et contraria opinio procedit in Patrono, vel inferiori, qui destituitur causa universali possidendi, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 7.
Ad evertendum ultimum statum anterior status contrarius debet concludenter, & lucidissime probari, vel per instrumentum, vel per per rem judicatam, vel per confessionem partis, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 11.
Nec per conjecturas, præsumptiones; aut alias species probationum justificari potest, quando Ordinarius collationem jam effectuatam tuetur, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 12.
Anterior status non attenditur, postquam Ordinarius existens in quasi possessione conferendi jam contulit, & provisio effectum sortita fuit, etiam si super anteriori statu emanasset aliqua decisio & quomodo procedant, & intelligi debeant contrariæ auctoritates, *decis.* 2. *lib.* 12. *n.* 18. *& seqq.*
Quando de anteriori statu constat per instrumentum fundationis, vel per sententiam, tunc non attenditur ultimus, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 5. *& decis.* 29. *n.* 7. *lib. eodem.*
Non procedit regula, quando ultimus status fuit præscriptus per lapsum temporis ultra annos 40. *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 6.
Item quando per longam observantiam anterior status redditur dubius, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 7.
Nec procedit, quando incidenter agitur de qualitate beneficii ad salvandam gratiam a vitio obreptionis, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 8.
Expressio facta juxta ultimum statum, nedum salvat gratiam ab obreptione, sed sufficit etiam ad illius verificationem, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 15. *& decis.* 9 *n.* 3. *lib. eodem.*
Provisiones Apostolicæ qualificant ultimum statum beneficii, quod sit liberæ collationis, & constituunt Datarium in quasi possessione conferendi mensibus reservatis, *decis.* 29. *lib.* 12. *n.* 1. *&* 2.

Beneficium deducto ne egeat.

Beneficium *deducto ne egeat* non conceditur, nisi quibusdam personis effectis non solvendo, ne pereant, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 49.
Qui dictum beneficium obtinuit, præsumitur pauper, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 49.

Beneplacitum Apostolicum.

Reservatio beneplaciti facta cum clausula *non alias*; ejus necessitatem ostendit, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 37.
Absque beneplacito Apostolico res sacra donari non potest, *decis.* 35. *lib.* 5. *n.* 4.
Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex lapsu centum annorum, *decis.* 28. *lib.* 7. *n.* 5.
Contraria legitur præservata in Bulla Urbani; *decis.* 28. *lib.* 7. *num.* 7.
Et ad complendam hanc centenariam admittitur etiam tempus post Constitutionem, ante tamen motam litem decursum, nec est necesse, ut ante promulgationem Constitutionis esset completa, ut reprobatis contrariis, *decis.* 28. *lib.* 7. *num.* 8. *&* 9.
Beneplacitum Apostolicum ante Constitutionem Urbani præsumebatur ex lapsu 30. annorum, *decis.* 28. *lib.* 7. *n.* 10.

Binubatus.

Vide Mulier Binuba.

Bona.

Bona debitoris extare non dicuntur; si sunt intricata & litigiosa; *decis.* 5. *lib.* 2. *n.* 8.
Bonorum appellatione veniunt regulariter etiam jura, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 4.
Limita, si de juribus sit facta separata mentio, *decis.* 66. *lib.* 9. *num.* 5.

Bona Fides.

Bona fides in loco Pio maxime præpollere debet; & præsumitur; *decis.* 5. *lib.* 8. *n.* 11.
Bona fides creditoris contrahentis cum eo, qui habet dominium, vel possessionem resolubilem, non debet nocere successoribus, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 4.

Breve Apostolicum.

Ex non usu Brevis Apostolici non potest desumi præscriptio; si non doceatur adfuisse personam, quæ valeret illud allegare, & allegare non curaverit, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 2.
Ubi agitur de Brevi concesso favore dignitatis, negligentia prædecessoris in non petenda executione non præjudicat successori, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 3.

Breve emanatum per viam certi stabilimenti, & legis, præscribi non potest, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 4.
Breve munitum clausula *sublata*, non potest impugnari, non obtenta prius oris apertione, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 5.
Forma in Brevi præscripta est ad unguem servanda, & aliter gesta non valent, *decis.* 15. *lib.* 11. *n.* 14.
Breve Apostolicum munitum clausula *sublata*, & *decreto irritanti*, non potest impugnari ex non usu, vel inobservantia, *decis.* 24. *lib.* 14. *n.* 12. & *decis.* 24. *n.* 7. *lib. eodem.*
Breve non potest dici originale, sed potius sumptum, quando non est scriptum in pergameno, caret consuetis subscriptionibus, ac signis, nec non sigillis sanctorum Petri, & Pauli in plumbo cum cordulis, & crocei coloris, juxta consuetum stylum, *decis.* 1. *lib.* 16. *n.* 3.

Bulla Baronum.

Bulla Baronum non tribuit viam executivam contra tertios possessores, *decis.* 1. *lib.* 1. *n.* 3. & 5.
Eximit emptores ab omnibus vinculis, & hypothecis, *d. decis.* 1 *lib.* 1. *n.* 4.
Licet Bulla Baronum securos, & cautos reddat emptores bonorum per Congregationem distractorum, tamen id non procedit quoad dotes debitas feminis descendentibus a fideicommittente, quia hypotheca pro eis competens semper remanet bonis infixa, *decis.* 4. *lib.* 1. *n.* 4.
Bulla Baronum habet locum in favorem creditorum, qui proprias pecunias Baronibus crediderunt, non autem illius, qui creditum desumit ex ejusdem Baronis negligentia, *decis.* 5. *lib.* 1. *num.* 9.
Bulla Baronum liberat bona a fideicommisso, illaque efficit libera favore creditorum, *decis.* 20 *lib.* 6. *n.* 8. & *decis.* 21. *n.* 6. *lib. eodem.*
Prædicta Bulla efficit, ut Baro non subjiceat molestiis personalibus. *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 7.
Bulla Baronum locum non habet, si fideicommissum ante contracta debita sit exhibitum in Archivio, *decis.* 40. *lib.* 7. *numer.* 8.
Vide Congregatio Baronum.
Constitutiones Clementis VIII. & Urbani VIII. super facultatibus concessis Congregationi Baronum, habentur *lib.* 15. *Constitut.* 6. & *seqq. fol.* 398.

C

Caducitas.

Caducitatis declaratio, facta cum intimatione domi dimissa copia, sustinetur, si ex post adsint comparitiones emphyteutæ, ex quibus illius scientia deprehendatur, *decis.* 27. *lib.* 4. *num.* 3.
Potest caducitas declarari a legitimo administratore domini directi, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 3.
Et sufficit in ea declaranda citare solum possessionem, licet alii habeant jus in investitura, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 5. & *decis.* 28. *n.* 4. *lib. eodem.*
Paupertas reputatur justa causa ad evitandum incursum caducitatis, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 7. & *decis.* 28. *n.* 15. *lib. eodem.*
Si dominus directus post declaratam caducitatem recipiat canones, etiam cum clausula *sine præjudicio*, valde controversum est, an talis præservatio sufficiat ad excludendam remissionem caducitatis, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 8.
Quod dicatur non obstante dicta clausula, & præservatione remissa, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 6. & 7.
Ad evitandam caducitatem sufficit quælibet causa etiam bestialis, & fatua, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 9.
Ad declarandam caducitatem, an sit necessaria intimatio personalis, vel sufficiat domi dimissa copia, & maxime quando ista fuit per tres vices executa, vide *decis.* 28. *lib.* 4. *num.* 1. & 2.
Sufficit domi dimissa copia, si ex post adsint comparitiones emphyteutæ, ex quibus deprehendatur scientia, *decis.* 27. *lib.* 4. *num.* 3.
Caducitas incursa per possessorem, afficit etiam alium, qui voluntarie consensit, ut alter possideat, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 5.
Quod per receptionem canonum factam sine præjudicio caducitatis non censeatur eadem caducitas remissa, *decis.* 28. *lib.* 4. *num.* 6.
Si recepti fuerint canones decursi etiam pro tempore biennalis moræ, ob quam contenditur inducta caducitas, quod tunc censeatur ipsa caducitas remissa, non obstante protestatione, & præservatione, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 7.
Intellige tamen in emphyteusi privatorum, non autem in illa Ecclesiæ, in qua speciale est, ut ultra pœnam caducitatis possint præteriti canones exigi absque caducitatis remissione, nisi agatur, de canonibus decursis post declaratam caducitatem, *decis.* 28. *lib.* 4. *num.* 8. & 9.
Emphyteuta tenetur restituere omnes fructus perceptos a die declaratæ caducitatis, & quomodo conclusio procedat, *decis.* 28. *libr.* 4. *a numer.* 19. & *decis.* 29. *num.* 1. & *decis.* 30. *lib. eodem.*
Limita, si proximior petiit renovationem, & fuit ei injuste denegata, *decis.* 11. *lib.* 4. *num.* 12. & 13. & 16.
Dominus directus recipiens canones, quanquam non censeretur caducitatem remisisse, attamen constituit emphyteutam in bona fide, ut lucretur fructus, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 6.
Possessio apprehensa, sed non continuata per dominum directum non efficit, quod emphyteuta teneatur fructus ex post perceptos restituere, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 11. & *seqq.*
Si Dominus directus renovare recuset, sufficit oblatio verbalis laudemii, & canonum, absque actuali deposito, ne dicatur incursa caducitas, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 9.
Sufficit etiam depositum non integrum cum fidejussione solvendi residuum, maxime quando quantitas est illiquida, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 10.
Proximior protestans se esse promptum solvere laudemium, & novam investituram recipere, jus suum etiam in futurum præservat, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 11.
Caducitas incurritur ob alienationem factam in loca Pia contra pactum investituræ, *decis.* 14. *lib.* 4. *n.* 1.

Cambium.

Cambium potest cum fructibus alterius cambii in capitale redacta constitui, *decis.* 4 *lib.* 5. *n.* 7.
Fructus cambii exacti ultra quantitatem, quæ currit in feriis, imputantur in sortem, *decis.* 15. *lib.* 5. *n.* 1. & *decis.* 16. *n.* 1. *lib. eodem.*
Cambia platealia ex stylo reducuntur ad instar nundinalium, *dec.* 15. *lib.* 5. *n.* 4. & *decis.* 16. *n.* 2. *lib. eodem.*
Creditor cambii, qui exigit fructus ultra quantitatem currentem in feriis, si excipiat de justitia solutionis, tenetur probare, exactionem fuisse justam, *decis.* 16. *lib.* 5. *n.* 3.
Aliæ solutiones extenuant sortem, *decis.* 16. *lib.* 5. *n.* 4. & 5.
Actualis pecuniarum transmissio ad nundinas in contractu cambii, debet justificari saltem per literas reditus, alias cambia, & recambia redducuntur sicca, & illicita, *decis.* 17. *lib.* 5. *num.* 1. & 3. & *decis.* 1. *lib.* 8. *n.* 1. & *decis.* 2. *n.* 1. & *decis.* 3. *n.* 1. *lib. eodem.*
Onus autem dictæ probationis semper spectat ad creditorem, qui actuali transmissione debet esse solicitus, nisi adsit contraria expressa conventio, & assumptio oneris facta per debitorem; de qua tamen debet apparere per verba clara, cum in hac materia argumenta, & interpretationes non admittantur, *decis.* 17. *lib.* 5. *n.* 2.
Talis est rigor in materia cambiorum, ut si verba aliquam involvant turbiditatem, itaut dubitari possit de assumptione oneris facta per debitorem, tunc semper sumitur interpretatio ei favorabilis, *decis.* 17. *lib.* 5. *n.* 4. & 5.
In contractu cambii facto ad tempus determinatum, & deinde ad placitum contrahentium, si debitor assumpsit in se onus cambiandi pro toto tempore determinato, & deinde nihil expressum fuerit, non censetur tale onus etiam in subsecuta continuatione repetitum; ideoque si creditor ex post non cambiavit, nequit fructus prætendere, *decis.* 17. *lib.* 5. per totam.
Contrarium firmatum fuit, *decis.* 1. *lib.* 8. *n.* 3. & per totam.
In cambiis licet fructus non debeantur, nisi secuta, & verificata trasmissione literarum ad nundinas, attamen pro istis hypotheca non oritur a die trasmissionis, sed a die contractus, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 34.
Quando debitor in se assumpsit onus transmittendi pecunias ad nundinas, tunc licet defecerit, tenetur ad fructus cambii loco damnorum, & interesse, *decis.* 1. *lib.* 8. *n.* 2.
Debitor, qui se subjecit oneri cambiandi intra tempus, in quo compelli non poterat ad sortis restitutionem, verisimile est, quod voluerit in eodem onere continuare termino elapso, & sorte non restituta, *decis.* 1. *lib.* 8. *n.* 10.
Literas reditus tenetur exhibere creditor, si non agatur in judicio repetitionis indebiti, sed solum de imputatione fructuum in sorte, *decis.* 2. *lib.* 8. *n.* 2.
Pactum, quod pro cambiorum justificatione sufficiat juramentum creditoris, non suffragatur hæredi, si creditor, dum vixit, juramentum non præstitit, *decis.* 2. *lib.* 8. *num.* 3.
Creditor cambii, si cambia exigere prætendat, debet legalia documenta ostendere, non obstante pacto, quod stetur illius assertioni, *decis.* 2. *lib.* 8. *num.* 4.
Solidatione facta, si debitor sub prætextu, quod cambia soluta fuerint illicita, prætendat solidationem impugnare, ei incumbit onus probandi cambiorum justitiam, *decis.* 2. *libr.* 8. *num.* 5.
Id autem non procedit in simplici calculo dati, & accepti, qui nullam solidationem inducit, maxime quando nihil ejus vigore solutum, & receptum fuit, & licet calculus fuerit a debitore productus, non inde inducitur approbatio, quando productio fuit facta cum protestatione, *decis.* 2. *libr.* 8. *num.* 6 & *seqq.*
In materia cambiorum non statur assertioni partium, *decis.* 2. *lib.* 8. *num.* 9.
Tot dicuntur cambia gradatim creata, quot sunt tempora, in quibus decursa apparent, *decis.* 2. *lib.* 8. *num.* 11.
Fructus indebite soluti pro uno cambio non possunt imputari in sortem alterius, *decis.* 2. *lib.* 8. *num.* 12. & *decis.* 2. *num.* 2. *lib. eodem.*
Intellige, quando agitur de cambiis omnino distinctis & separatis, non autem quando unus est contractus cum facultate cambiandi per transmissionem ad diversas nundinas repetite adimplendam, *decis.* 2. *lib.* 8. *num.* 13.
Fructus cambii indebite exacti imputantur in sortem, *decis.* 3. *lib.* 8. *num.* 1.
Post approbatam cambiorum solutionem mediante longævo silentio, debitor, qui allegat literas non fuisse transmissas, tenetur probare, *decis.* 3. *lib.* 8. *num.* 3.
Conclusio procedit, quoties usuræ nominatim apparent solutæ pro

tæ pro

tæ pro cambiis; & facta fuerit per partes novatio tituli præcedente, mediante generali computorum solidationis; secus e contra, *decis. 3. lib. 8 n. 4 & 5.*

Inverisimile est, quod quis se voluerit ex pacto submittere cambiis a creditore cum semetipso creandis sine reali, & vera cambiorum creatione, sed per simplicem, & irregularem adnotationem in privatis clausulis, *decis. 3. lib. 8. num. 8.*

Camera.

Constitutio Innocentii XII. supprimens venalitatem officiorum; & Clericatum Cameræ, habetur *lib. 5. fol. 508.*

Canones.

Canonum reductioni locus est, quando emphyteusis a principio fuit læsiva, vel talis effecta fuit ex post. *decis. 21. lib 4. n. 1. & decis. 22. n. 2. lib. eodem.*

Læsivus autem dicitur contractus, quando canones qui per 20. annos exiguntur, justum valorem rei in meditate excedant, *decis. 21. lib. 4. n. 3.*

Item dicitur læsivum, si canones constituant majorem fructum, quam faciant census, societates officiorum, & locamentium, *decis. 21. lib. 4. n. 5.*

Si in contractu emphyteutico adsit læsio, locus est reductioni canonum, nec tribuenda est proprietario facultas reassumendi bona, *decis. 21. lib. 4. n. 10.*

Læsivus non dicitur a principio contractus emphyteuticus, nisi justificetur valor bonorum de tempore concessionis, *decis. 21. lib. 4. n. 11.*

Emphyteuticis non reclamant de excessivo canone, non præsumitur in illius taxatione læsus, *decis. 21. lib. 4. n. 14. & decis. 21. n. 6. lib. eadem.*

Quod in casu læsionis sit in facultate proprietarii; vel reducere canones, vel retro accipere bona, *decis. 21. lib. 4. numer. 16.*

In contractu emphyteutico ex quocunque casu non intrat canonum, & pensionis reductio, nisi tota perimat rei emphyteuticæ substantia, *decis. 21. lib. 4. n. 17. & seqq.*

Idque procedit, sive canon sit modicus, sive magnus, *decis. 21. lib. 4. n. 18.*

Emphyteuta renuncians exceptioni remissionis canonum agere non potest ex capite læsionis, *decis. 21. lib. 4. n. 24.*

Si emphyteusis reddat tot fructus, qui sufficiant pro canonum solutione, tunc non datur reductio, *decis. 21. lib. 4. num. 26.*

Si vero non reddat, tunc de æquitate conceditur reductio, etiamsi adsit renunciatio exceptioni remissionis, quando tamen læsio proveniat ex desperata spe percipiendi fructus sufficienter in ulterioribus annis, *decis. 21. lib. 4 n. 27.*

Per canonum receptionem an censeatur remissa caducitas. *Vide* Caducitas.

A canone an possit res emphyteutica etiam invito domino liberari mediante pretio, affirmative, si concurrat favor causæ piæ, *decis. 32. n. 10. lib. 4.*

Canonicus

Canonicus in sacris non constitutus non habet vocem in Capitulo, *decis. 23. lib. 12. n. 1. & 2.*

Habet tamen exercitium juris nominandi beneficiatos, quando nominatio non fit in Capitulo, *decis. 23. lib. 2. n. 3. & decis. 4. n. 2. lib. eodem.*

Nominationis commodam potest delegari etiam Canonico in sacris non constituto, & vocem capitularem non habenti, *decis. 23. lib. 12. n. 4. & disc. 24. n. 20. lib. 10.*

Sicuti de jure, quando jus conferendi spectat ad Capitulum; non potest io eo se ingerere Canonicus, qui non sit in sacris constitutus; ita partiformiter, quando istud jus est divisum per turnum, eidem Canonico in sacris non constituto competere non potest, *decis. 23. lib. 12. n. 5. & seqq. & decis. 24. n. 1. lib. eodem.*

Quomodo enim est facta ista divisio per turnum, Canonicus turnarius dicitur vere exercere jus conferendi nomine Capituli, penes quod est jus conferendi in proprietate, & habitu, in actu vero reperitur penes Canonicum, licet iste procedat per viam nominationis; nam tale verbum debet intelligi juxta subjectam materiam, *decis. 23. lib. 12. num. 8.*

Licet Canonicus describitur reperiatur in tabella turnaria, describtio non tribuit ei illud jus, cujus est incapax, *decis. 23. lib. 12. n. 11.*

Canonicus ad sacros non promotus, privatur quidem voce capitulari, sed non privatur fructibus, & aliis juribus ratione præbendæ competentibus, & sic nec jure conferendi, quod extra Capitulum fit, *decis. 23. lib. 12. n. 15.*

Id procedit de jure communi, non autem ex Constitutione Nicolai III. vigentis in Basilica sancti Petri, *decis. 23. lib. 12, n. 16.*

Stante inhabilitate Canonici attendentis in turno subintrat alius proximior capax, & habilis, *decis. 23. lib. 12. n. 17.*

Collatio beneficii non est simplici fructu, sed est fructus, seu quasi juris conferendi, & propterea participare non potest de simili fructu, nisi ille qui habet jus conferendi, *decis. 23. lib. 12. n. 18.*

Quando jus conferendi est divisum in turnum per hebdomadas, si ille in cujus hebdomada accedit vocatio, est incapax, jus non devolvitur ad proximum in turno, sed reassumitur jure proprio a Capitulo, *decis. 23. lib. 12. n. 20.*

Ad effectum dignoscendi, an Canonicus turnarius conferat; vel nominet, observantia omnino est attendenda, *decis. 24. lib. 12. n. 3.*

In Capitulo Ecclesiæ sancti Petri de Urbe adest inconcussa observantia, quod Canonicus turnarius nominat, & Capitulum subinde confert, *decis. 24. n. 4. & seqq.*

Nominatio, quæ fit a Canonico ratione Canoniæ, potest, & solet extra Capitulum exercere, *decis. 24. lib. 12. n. 10.*

Consuetudo non admittendi ad emolumenta exequiarum Canonicos absentes, etiam ex causa infirmitatis, est attendenda, *decis. 25. lib. 12. n. 4.*

Et talis consuetudo est conformis dispositioni juris, cum isto inspecto nec legitime impediti talea proventus percipiant, *decis 25. lib. 12. n. 5.*

Canonici, qui sunt commensales, & familiares Episcopi, nequeunt in Capitulo intervenire, & vocare, quoties tractatur de rebus respicientibus commodum, & interesse Episcopi, & suorum, & id ex mente, & interesse Episcopi, S. Congregationis Concilii, *decis. 26. lib. 12. n. 1. & 2.*

Id autem non extenditur ad Canonicos, qui solum fuerunt ab Episcopo provisi, sed non sunt nec familiares, nec commensales, *decis. 26. lib. 12. n. 13. & seqq.*

Capitula.

Quando in Capitulis fuit conventum, quod super contentis in eis deberet fieri publicum instrumentum, quidquid reperitur expressum in instrumento, virtualiter inesse censetur in ipsis Capitulis, *decis. 19. lib. 6. n. 10.*

Quando Capitula sunt dubia, tunc optimam declarationem recipiunt ex subsequenti instrumento, *decis. 19. lib. 6. n. 11.*

Capitulum.

Cum corpore Capituli extranei misceri non debent, *decis. 26. lib. 3. n. 77.*

Limita, si in contrarium concurrat consuetudo legitime præscripta, *decis. 27. lib. 3. n. 38.*

Capitulum de jure habet simultaneam collationem beneficiorum una cum Episcopo, *decis. 10. lib. 12. n. 20.*

Capellania, & Capellanus.

Capellanus in Capellania manuali, & amovibili, potest removeri etiam nulla urgente causa, *decis. 11. lib. 12. n. 1.*

Nec Capellano sic remoto competit ullum remedium possessorium, *decis. 11. lib. 12. n. 2.*

Non potest removeri, si remotio ex dolo, & odio proveniret, *decis. 11. lib. 12. n. 3.*

Dolus autem, & odium debet concludenter probari, & excluditur, si fuerit subinde nominata persona dilecta, *decis. 11. lib. 12. n. 4. & 5.*

Facultas removendi procedit in Capellania laicali non in Ecclesiastica, *decis. 11. lib. 12. n. 6.*

Remotio dicitur facta auctoritate Ordinarii, etiamsi ista ex post superveniat, *decis. 11. lib. 12. n. 8.*

Capellania ad hoc ut possit de laicali in Ecclesiasticam permutari, requiritur consensus expressus patroni, & Episcopi auctoritas, *decis. 11. lib 12. n. 7.*

Dicitur autem deficere patroni voluntas, si præsentavit amovibiliter Capellanum, *decis. 11. lib. 12. n. 8.*

In Capellanum est eligendus it, in quem cadit verisimilis mens testatoris, *decis. 11. lib. 12. n. 9.*

De tali vero voluntate debet omnino constare, nam alias patronus hæres fundatoris potest extraneum præferre etiam ad exclusionem fratris fundatoris, *decis. 11. lib. 12. numer. 10.*

Cardinales.

Cardinales non possunt a Romana Curia abesse, & si habeant licentiam se absentandi, adhuc retinent ibi domicilium, *decis. 9. lib. 4. n. 33.*

Et habent privilegia, quæ habitantibus conceduntur, *decis. 10. lib. 4. n. 22.*

Cardinales expresse excipiuntur a regula reservatoria mensium, & in regula 70. declarantur exempti solum a regulis postmodum edendis, *decis. 21. lib. 12. n. 7. & decis. 22. n. 17. ib. eodem.*

Cardinales tunc censentur sub regulis Cancellariæ comprehensi, quando iisdem applicabilis est ratio earundem regularum, *decis. 21. lib. 12. n. 8. & decis. 22. n. 17. lib. eodem.*

Constitutio Innocentii XII. moderatoria indultorum, & facultatis testandi, concessorum Cardinalibus Romani Pontificis consanguineis, & aliis etiam non consanguineis, cum reductione hujusmodi indultorum ad formam aliis Cardinalibus concedi solitam, & cum extensione talium indultorum ad favorem omnium Cardinalium, habetur *lib. 15. Constitut. 1. fol. 384.*

Alia ejusdem Constitutio super facultatibus Cardinalis majoris pœnitentiarii habetur *lib. 15. Constitut. 2. fol. 386.*

Catastrum, sive Æstimum.

Catastrum non probat negativam existentiæ aliorum bonorum, ideoque status hæreditarius super eo firmari non potest. *decis. 24. lib. 9. n. 5.*

Catastrum probat identitatem bonorum, & quod illa fuerint testatoris, *decis. 68. lib. 10. n. 5.*

Causa.

Causæ non possunt dici connexæ, ubi concurrit diversitas personarum, actionis, & interesse, *decis. 4. lib. 3. n. 6.*

Causam tam possessionis, quam principalis quæstionis, apud eundem judicem cognosci debet, *decis. 5. lib. 3. n. 6.*

Causæ dicuntur profanæ, quoties in illis de titulo beneficii principaliter non agitur, *decis. 6. n. 2. lib. 3.*

Cedens.

Vide Cessio.

Cen-

Census in genere:

Census inter immobilia reputatur, *decis. 7. lib. 2. num. 6. & decis. 8. numer. 6. 13. & 16. & decis. 9. num. 3. & decis. 10. n. 3. lib. eodem.*

Census dicitur situs in loco, in quo fundus reperitur, *decis. 8. lib. 2. n. 8.*

Census venit in confiscatione bonorum, & ex eo solvitur gabella debita ex contractu super immobilibus, *decis. 8. lib. 2. num. 14.*

Bulla Nicolai V. permittens census ad rationem decem pro centenario, non fuit per aliam Sancti Pii V. immutata, & revocata, *decis. 5. lib. 5. num. 25.*

Census validitas in tribus consistit, scilicet in interventu pecuniæ numeratæ, in fundo certis finibus designato, & in irredimibilitate ex parte creditoris, atque redimibilitate ex parte debitoris, *decis. 12. lib. 5. num. 3.*

Pactum, quod sors census sit restituenda, quatenus assensus regius pro hypothecatione fundi feudalis non impetretur, est validum, *decis. 12. lib. 5. num. 3.*

Pactum, quod sors restitui debet in casu evictionis fundi, falsæ assertionis, vel nullitatis, non improbatur. *decis. 12. lib. 5. n. 13. & 14.*

Ad hoc ut pacta importent redimibilitatem contrariam Bullæ Pianæ, debent continere conditiones purificabiles ad arbitrium creditoris, *decis. 12. lib. 5. n. 15.*

Pactum obligatorium ad restitutionem sortis ob non solutionem fructuum, irritatur, & non irritat, *decis. 12. lib. 5. num. 16.*

Fructus ex censu nullo non debentur, *decis. 13. lib. 5. n. 1.*

Ad verificandam clausulam *Confiteor*, appositam in commissione senatoria census, non requiritur præcisa, & extrinseca probatio numeratione pecuniæ, sed sufficit simplex confessio de recepto, *decis. 21. lib. 5. n. 7.*

Mora venditoris census in non exigendo pecunias non præjudicat emptori, qui si nullum præstiterit impedimentum, potest statim licite exigere fructus conventos, *decis. 21. liber. 5. n. 9.*

Sanatio census retrotrahitur usque ab initio, *decis. 21. liber. 5. num. 10.*

Licet nullitas census esset in judicium deducta, & canonizata per sententiam, si in obtinenda sanatione fuit talis sententia expressa, censetur Papam voluisse derogare juri quæsito, *decis. 21. lib. 5. num. 11. & decis. 22. n. 11. lib. eodem.*

Ex longa observantia in solutione fructuum, & ex susceptione termini pro illis, qui adhuc non fuerant soluti, inducitur census approbatio, *decis. 22. lib. 5. n. 7.*

Census non sanatur, postquam nullitas fuit per sententiam declarata, *decis. 22. lib. 5. num. 10.*

Sors census conversa in utilitatem Ecclesiæ est restituenda, etiamsi census sit nullus ex defectu beneplaciti, *decis. 23. lib. 5. num. 1. & decis. 24. n. 1. lib. eodem.*

Fructus vero talis census non debentur, quamquam pecuniæ fuerint implicatæ in constructione domus, nisi constet, quod cum eis domus fuerit perfectionata, & reddita fructifera, *decis. 23. lib. 5. n. 2.*

Et censu imposito ab Ecclesia absque beneplacito debentur fructus usque ad diem, quo nullitas opponitur, cum sit in completo statu validitatis, *decis. 24. lib. 5. n. 4. & seqq.*

Et debentur etiam post oppositam nullitatem ratione domorum; & interesse, quando constat, quod pecuniæ censuales fuerunt implicatæ in emptione, vel constructione rei fructiferæ, *decis. 25. lib. 5. num. 1. & 2. & decis. 26. num. 1. lib. eodem.*

Efformato concursu in bonis debitoris decocti potest creditor instare pro repetitione sortis principalis census, *decis. 27. lib. 5. n. 4. decis. 41. n. 4. & decis. 42. n. 4. lib. eodem.*

Creditor census, si habeat facultatem exigendi sortem depositatam, & distulerit, non potest fructus prætendere, *decis. 27. lib. 5. num. 9.*

Requiritur autem, quod præcesserit disdicta, & creditor cogi possit ad sortis repetitionem, *decis. 27. liber. 6. num. 10. & 11.*

Census impositus super re fideicommissaria sustinetur ratione detractionum, *decis. 27. liber. 5. numer. 12. & decis. 28. n. 5. lib. eodem.*

Ad hoc ut census impositus super re fideicommissi possit impugnari, debet probari, detractiones fuisse de tempore impositionis consumptas, cum census habeat præsumptionem validitatis, *decis. 27. lib. 5. num. 16.*

Fructus census usque ad diem disdictæ decursi, inviolabiliter solvi debent, *decis. 23. lib. 5. num. 1.*

Minor ex seipso non potest valide censum retrovendere, *decis. 37. lib. 5. n. 6.*

Impositio census probatur per instrumentum, *decis. 39. liber. 5. num. 1.*

Graduatio etiam instante creditore census facta non necessitat creditorem ad statim exigendam pecunias, cum habeat bimestre a Piana Constitutione elargitum, *decis. 41. lib. 5. n. 3. & decis. 42. num. 6. lib. eodem.*

Ideoque pendente bimestre potest fructus exigere, *decis. 41. lib. 5. n. 6. & decis. 42. num. 6. lib. eodem.*

Depositum factum per aliquot dies post lapsum bimestre, si proveniat ex culpa creditoris, qui pecunias recipere neglexit, non causat nullitatem extinctionis, *decis. 43. lib. 5. num. 1.*

Et habetur, ac si esset factum intra bimestre, nec debitor tenetur ad fructus alterius bimestris; *decis. 43. liber. 5. numer. 2.*

Census semper; & quandocunque redimi potest, *decis. 46. lib. 5. n. 20.*

Fructus census debentur post illius reviviscentiam, *decis. 6. lib. 6. num. 4.*

Sors census est irrepetibilis, *decis. 97. lib. 10. n. 17.*

Creditori census an, & quando competat prælatio, super fundo censito. *Vide* Prælatio.

Census quoad extinctionem.

Instantia pro restitutione sortis principalis census facit, ut ille remaneat extinctus, *decis. 12. lib. 5. n. 18.*

Declara, si sequatur effectiva sortis restitutio; secus contra, *decis. 12. lib. 5. n. 18.*

Nec concursus, nec graduatio operatur extinctionem census non subsecuta actuali sortis restitutione, *decis. 12. liber. 5. num. 19.*

Census statim remanet extinctus, si sors effecta fuerit ad arbitrium creditoris repetibilis, *decis. 27. liber. 5. n. 3. & decis. 31. n. 2. & decis. 32. n. 5. & 5. lib. eodem.*

Efformato concursu in bonis debitoris decocti, potest creditor instare pro repetitione sortis principalis census *decis. 27. lib. 5. n. 4. decis. 41. n. 4. & decis. 42. n. 4. lib. eodem.*

Exigitur, ut per concursum census extinguatur, quod creditor compareat, instet pro sortis repetitione, & concurrat non pro observatione contractus censualis, sed pro ejus destinctione, *decis. 27. lib. 5. n. 5. & decis. 28. num. 1. & decis. 29. num. 5. & seqq. & decis. 32. n. 3. lib. eodem.*

Et insuper quod actualiter ex bonis debitoris pro sorte, & fructibus satisfactionem consequatur, *decis. 27. lib. 5. n. 6. & decis. 29. n. 6. & decis. 30. n. 6. lib. eodem.*

Etiamsi agatur de concursu efformato in congregatione Baronum, tamen census non remanet extinctus, *decis. 28. lib. 5. n. 2. & 3.*

Census non remanet extinctus ex instantia creditoris, vel pro sortis deposito loco cautionis, vel pro præstatione fidejussionis. *decis. 28. lib. 5. n. 7.*

Ad hoc ut census extinguatur, exigitur actus retrosimilis; ideoque facultas agendi pro sortis repetitione, & voluntas illam repetendi, non operatur extinctionem, *decis. 27. lib. 5. n. 8. & decis. 29. n. 6. lib. eodem.*

Creditor census si habeat facultatem exigendi sortem depositatam, & distulerit, non potest fructus prætendere, *decis. 27. lib. 5. n. 9.*

Requiritur autem, quod præcesserit disdicta, & creditor cogi possit ad sortis repetitionem, *decis. 27. liber. 5. numer. 10. & 11.*

Census extinguitur per evictionem fundi censiti, *decis. 29. liber. 5. num. 2.*

Limita, si in casu evictionis conventum fuerit, quod alius certus fundus intelligatur subrogatus, *decis. 29. lib. 5. n. 3. & decis. 31. n. 5. & lib. eodem.*

Census non potest dici extinctus, si creditor sortem ad sui libitum exigere non valet, *decis. 29. lib. 5. n. 7.*

Census per expeditionem mandati pro sorte in vim disdictæ non remanet extinctus, nisi debitor per actum retrosimilem procuret creditoris satisfactionem, illaque sequatur, *decis. 32. lib. 5. n. 6.*

Census non remanet extinctus sola immissione pro sorte, & fructibus, si facta deliberatione pretium bonorum non sufficiat, *decis. 23. lib. 5. n. 7.*

Minusque per solam assignationem factam etiam pro sorte, si effectus assignati exigi non potuerint, *decis. 32. liber. 5. numer. 8.*

Extinctio non probatur ex confessione præsuppositi creditoris, nisi sit aliunde adminiculata, *decis. 37. lib. 5. n. 2. & decis 38. n. 1. lib. eodem.*

Census extinctio non solet fieri, nisi mediante instrumento, & numeratione pecuniarum, *decis. 37. lib. 5. n. 3.*

Si deficiat instrumentum extinctionis, potius deferendum est conjecturis extinctionem excludentibus, quam aliis illam suadentibus, *decis. 37. lib. 5. n. 4.*

Est inverisimilis confessio extinctionis census, si illa per instrumentum non appareat, *decis. 37. lib. 5. n. 5.*

Minor ex se ipso non potest valide censum retrovendere, *decis. 37. lib. 5. n. 6.*

Exceptio extinctionis census, quando est dubia, non retardat solutionem fructuum, *decis. 37. lib. 5. num. 11. & decis. 38. n. 4. lib. eodem.*

Exceptio extinctionis turbida non potest retardare immissionem, *decis. 39. lib. 5. n. 2.*

Dicitur autem turbida, si ex conjecturis desumatur; *decis. 39. lib. 5. n. 3.*

Silentium in petendis fructibus, si potest referri ad ignorantiam, non convincit extinctionem, *decis. 39. liber. numer. 4.*

Graduatio etiam instante creditore census facta non necessitat creditorem ad statim exigendum pecunias, cum habeat bimestre a Piana constitutione elargitum, *decis. 41. lib. 5. n. 5. & decis. 42. n. 6. lib. eodem.*

Ideoque pendente bimestre potest fructus exigere, *decis. 41. lib. 5. n. 6. & decis. 42. n. 6. lib. eodem.*

Depositum factum per aliquos dies post elapsum bimestre ex culpa creditoris, qui pecunias recipere neglexit, non causat nullitatem extinctionis census, *decis. 43. lib. 5. n. 1.*

Et tali casu censetur factum intra bimestre, nec debitor tenetur fructus alterius bimestris incepti persolvere, *decis. 44. lib. 5. num. 2.*

Depositum factum cum conditione, quod pecuniæ consignentur cui de jure, quando creditor census erat debitis involutus, & creditores super censu concurrebant, non dicitur conditionale, sed purum, & liberum, atque suffragat pro extinctione inducenda, cum ad hunc effectum sufficiat, quod depositum sit ex parte debitoris irrevocabile, *decis. 43. lib. 5. num. 3.*

Census partim extinguitur, si creditor acquirat fundum censitum, *decis. 44. lib. 5. n. 1.*

Limita, si acquisitio non fuerit facta ex titulo census, sed ex alio diverso, quia tunc creditor duplicem repræsentat personam, *decis. 44. lib. 5. num. 2.*

Item limita, si alter remaneat fundus, super quo pariter census impositus fuit, *decis. 44. lib. 5. num. 3.*

Talisque fundus præsumitur capax, & sufficiens pro toto censu, nisi contrarium demonstretur per debitorem, *decis. 44. lib. 5. num. 4. & 5.*

Census per disdictam non extinguitur, sed durat per totum bimestre, *decis. 45. lib. 5. numer. 5. & decis. 46. numer. 18. lib. eodem.*

Census bene extinguitur cum cedente, si cessio non fuerit debitori intimata, *decis. 86. lib. 5. n. 10. & 11.*

Census semper, & quandocunque redimi potest, *decis. 46. lib. 5. n. 20.*

Census quoad fundum.

Censuarius super fundo censito habet specialem hypothecam, quæ tribuit jus in re, *decis. 3. lib. 5. num. 10. & 12.*

Census dicitur situs in loco, in quo fundus reperitur, *decis. 8. lib. 2. num. 8.*

Super censu potest imponi alter census, cum sit res stabilis ad quoscunque juris effectus, *decis. 8. lib. 2. num. 15.*

Hypothecatio generalis omnium bonorum non importat nullitatem census, si antecedenter fuit constitutus certus fundus, *decis. 22. lib. 5. num. 12.*

Subrogatio novi fundi, eveniente evictione primi, licite in instrumento conveniri potest, *decis. 30. lib. 5. n. 2.*

Designatio fundi certis finibus non est necessaria, ubi adsunt alia verba ipsum fundum certificantia, *decis. 30. lib. 5. numer. 4.*

Census passim constituitur super fundis excedentibus pretium census, *decis. 30. lib. 5. n. 5.*

Licet fundus ex facto debitoris effectus fuerit sterilis, tamen fructus debentur, *decis. 33. lib. 5. n. 2. & decis. 34. n. 3. & decis. 35. num. 9. & 10. lib. eodem.*

Redditus fundi censiti præsumuntur sufficientes pro fructibus census, & debitori contrarium asserenti incumbit onus probandi, neque hæc probatio eruitur ex unica locatione, *decis. 33. lib. 5. num. 3. & decis. 44. num. 4. & 5. lib. eodem.*

Fundus censitus si tot fructus non reddat, quot fuerunt taxati in constitutione census fit census reductio, sed non irritatur, *decis. 33. lib. 5. n. 4.*

Census super re sacra imponi non potest, *decis. 35. liber. 5. numer. 4.*

Neque super loco deserto, & infructifero, *decis. 35. liber. 5. numer. 4.*

Non exigitur, quod census imponatur super fundo actualiter fructifero, sed sufficit, quod sit aptum ad fructus ferendos *decis. 35. lib. 5. n. 8.*

Creditori census an, & quomodo competat super fundo censito prælatio, *Vide* Prælatio.

Census quoad numerationem pecuniæ.

Numeratio volita per Bullam Pianam probatur ex ipso census instrumento, in quo exprimitur, pecunias fuisse numeratas, *decis. 11. lib. 5. n. 2. & decis. 12. lib. 5. num. 4.*

Et talis numeratio præsumitur etiam de jure intervenisse, *decis. 11. lib. 5. num. 3.*

Quando numeratio pecuniæ intervenit *per nostra*, census est nullus, *decis. 12. liber. 5. numer. 5. & decis. 13. numer. 2. liber. eodem.*

Ad effectum eligendi probationem numerationis pecuniæ ex instrumento resultantem, non sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ, *decis. 12. lib. 5. num. 6.*

Census non dicitur nullus, ex quo debitor pecunias censuales creditori restituerit ex causa alterius debiti, *decis. 11. lib. 5. n. 4. & decis. 12. num. 7. lib. eodem.*

Etiamsi præcesserit extinctio debiti per confessionem de recepto adimpleta, deinde mediante numeratione cum pecuniis ad censum receptis, *decis. 12. lib. 5. num. 8.*

Ac etiam si debitum præcedens non subsisteret, nec deberetur, *decis. 12. lib. 5. num. 9. & 11.*

Census impositus cum pecunia, quæ non transivit in liberum dominium debitoris, sed statim ex conventione erat restituenda, non sustinetur, *decis. 13. num. 2. & 4. & seqq. lib. 5.*

Census impositus ex credito est nullus, *decis. 13. lib. 5. numer. 3.*

De jure census imponi posset ex fructibus alterius census, nisi obstaret Bulla Piana, *decis. 14. lib. 5. n. 5. & 10.*

In creatione census exigitur numerata pecunia, & si integra non numeretur, census corruit in totum, *decis. 21. lib. 5. num. 1.*

Numeratio pecuniæ in creatione census potest suppleri per æquipollens, adeout si constet, non intervenisse fraudem census, absque actuali numeratione sustineatur, *decis. 2. lib. 5. num. 3.*

Census, creatus mediante cedula, est validus, *decis. 21. lib. 5. num. 4.*

Ad verificandam clausulam *Constito*; appositam in commissione sanatoria census, non requiritur præcisa, & extrinseca probatio numerationis pecuniæ, sed sufficit simplex confessio de recepto, *decis. 21. lib. 5. n. 7.*

Cedola supplet vices pecuniæ, etiamsi in ea adsit vincula; quæ tamen non possent impedire exactionem, *decis. 21. lib. 5. n. 8.*

Census constitutus cum ordine alicui banco directo, est nullus; *decis. 22. lib. 5. n. 1.*

Si tamen ordo fuerit exactus, potest mediante arbitrio a Pontifice concesso sanari, *decis. 22. lib. 5. n. 2. & 3.*

Census constitutus mediante ordine non semper irritatur, cum soleat sustineri, ubi facti circumstantiæ ostendunt, nullam intervenisse fraudem, *decis. 22. lib. 5. num. 4. & seqq.*

Census impositus cum pecuniis exactis vigore ordinis, & concursis in extinctionem alterius census, sustinetur, *decis. 22. lib. 5. n. 8. & 9.*

Centenaria.

Possessio centenaria habet eundem effectum, ac immemorabilis; *decis. 27. lib. 3. num. 22. & decis. 28. numer. 1. lib. eodem.*

Centenaria tribuit quemcunque meliorem titulum de mundo, habet vim privilegii, & æquiparatur immemorabili, *decis. 28. lib. 7. n. 6.*

In Constitutione Urbani VIII. super præjudicialibus Ecclesiæ legitur præscripta centenaria, *decis. 28. lib. 7. n. 7.*

Productio tituli invalidi cessare facit præsumptionem alterius tituli, *decis. 38. lib. 10. n. 3. & decis. 3. lib. 13. n. 10.*

Cessio.

Cessionarius in omnibus personam cedentis repræsentat, *decis. 8. lib. 5. n. 7.*

Actiones directæ nunquam præsumuntur translatæ in cessionarium, sed remanent penes cedentem, qui earum vigore agere potest, *decis. 20. lib. 5. n. 10.*

Cessionarius majora jura quam cedens habere non potest, *decis. 40. lib. 5. n. 8.*

Cedens, qui tenetur docere de veritate crediti cessi, si de eo doceat, postquam cessionarius contra eum egit, & obtinuit restitutionem pecuniarum solutarum ex causa cessionis nihil prodest, nec repetitionem prætendere valet, *decis. 42. lib. 5. num. 2.*

Debitum recte extinguitur cum cedente, si cessio non fuerit debitori intimata, *decis. 46. lib. 5. n. 10. & 11.*

Secus autem si cessio fuerit intimata, *decis. 47. lib. 5. n. 9.*

Cessio jurium per debitorem reportata remanet prorsus inefficax, *decis. 17. lib. 6. n. 1.*

Exceptio cedendarum semper creditori obstat, quoties hic ex proprio facto jura inutilia reddidit, *decis. 17. lib. 6. num. 30. & decis. 18. n. 5. lib. eodem.*

Fidejussor potest a creditore petere cessionem jurium, *decis. 18. lib. 8. n. 1.*

Hæres debitoris non potest petere, ut actiones sibi a creditore cedantur, neque istum repellere exceptioni cedendarum, *decis. 18. lib. 6. n. 6.*

Si cessio nominis debitoris sit facta cum plena translatione dominii ad favorem cessionarii præsentis, & acceptantis, dicitur facta pro soluto, *decis. 31. lib. 6. n. 31.*

Et tunc tam dominium, quam periculum spectat ad cessionarium, non autem ad cedentem, qui tenetur solum de veritate, non autem de exigibilitate nominis cessi, *decis. 31. lib. 6. n. 32.*

Limita, si cessionarius acceptaverit nomen cessum pro solvendo; & non pro soluto, *decis. 31. lib. 6. n. 33. & seqq.*

Cessionarius habet eandem anterioritatem, quam cedens habebat, *decis. 50. lib. 6. n. 35.*

Secunda cessio intelligitur facta de portione, quæ penes cedentem remanserat, *decis. 6. lib. 10. n. 8.*

Prima cessio debet secundæ prævalere, *decis. 6. lib. 10. n. 10.*

Maxime si in prima adsit juramentum, obligatio cameralis, & pactum de non cedendo, *decis. 6. lib. 10. n. 11.*

Vide Subingressus.

Circuitus.

Circuitus inutiles sunt vitandi, *decis. 24. lib. 9. n. 2.*

Citatio.

Citatio præsumitur contra omnes in ea descriptos executa, licet cursor generaliter retulerit se personaliter citasse, non facta personarum enumeratione, *decis. 26. lib. 4. n. 1.*

In judicio contra plures fratres sufficit citare majorem, qui negotia communia gerit, *decis. 26. lib. 4. n. 2 & 3.*

Ex tribus citationibus domi dimissa copia sanatur defectus citationis personalis, *decis. 28. lib. 4. n. 2.*

Item sanatur ex subsecuta comparitione Procuratoris, etiam generaliter constituti, *decis. 28. lib. 4. n. 3.*

Ex quo non fuerit citatus cohæres, non potest desumi aliqua nullitas, quando mandatum, vel sententia fuit lata favore hæreditatis, *decis. 12. lib. 7. n. 2.*

Citatio

Citatio personæ Ecclesiasticæ facta coram judice laico cum clausula *si sua putaverit interesse*, sustinetur, & efficit, quis facit reum voluntarium, *decis.* 23. *lib.* 9. *n.* 6. & 7.

Citationis defectus annullat sententiam, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 3. & *decis.* 20. *lib.* 14. *n.* 4.

Nullitatem ex defectu citationis allegare non valet ille, qui in principio fuit citatus pro omni suo prætenso jure, & interesse, & nullum jus deduxit, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 1.

Licet in aliquibus Tribunalibus post conclusum in causa non requiratur ulterior citatio, tamen id non procedit, quando per intermedium jurium productionem fuit conclusio circumducta, *decis.* 20. *lib.* 14. *n.* 6.

Civis.

De quæstione, an natus casualiter in aliquo loco, efficiatur illius loci civis, vel potius attendatur origo, & domicilium paternum. *Vide* cumulative, *decis.* 25. *lib.* 3. *n.* 1.

Quando Statutum per verba naturalia exigit veram, & simplicem nativitatem in loco; tunc hæc sufficit, & attenditur, etiamsi sit fortuita, nec respicitur domicilium paternum, *decis.* 25. *lib.* 3. *n.* 2.

Si una cum nativitate concurrat admissio ad civilitatem, nullum dubium, quod quis non sit verus civis, *decis.* 25. *lib.* 3. *n.* 3.

An autem ultra admissionem sit necessaria habitatio cum solutione onerum, *decis.* 25. *lib.* 3. *n.* 4.

Qui ad jura civica alicujus civitatis, vel nationis, admitti cupit, ejus Statutis, & legibus subjacere tenetur, *decis.* 25. *lib.* 3. *num.* 7.

Veneti non gaudent civilitate Ravennæ, licet hæc Civitas fuerit sub eorum gubernio, & in capitularibus pacis fuerit eis tributa facultas possidendi in ejus Territorio, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 11. & *seqq.*

Filius accidentaliter alibi natus, civilitatem paternam non amittit, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 2.

Femina, civilitatem non perdit, ex quo nupta sit extero, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 3.

Clausula in genere.

Clausulæ accessoriæ non immutant naturam actus, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 38.

Clausulæ in contractu appositæ, utcunque contrahentem afficere debent, *decis.* 15. *lib.* 7. *n.* 5.

Clausulæ resolutivæ, in casu contractu removent consensum ab actu, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 10.

Clausulæ derogatoriæ regulæ de jure quæsito &c. restringuntur ad limites voluntatis in dispositione Brevis contentæ, *decis.* 17. *lib.* 11. *n.* 15.

Clausula Codicillaris.

Vide, Testamentum nullum ex causa præteritionis.

Clausula constituti.

Clausula *constituti* apposita in actu nullo, nullum operatur effectum, *decis.* 5. *lib.* 1. *n.* 8.

Clausula *constituti* veram & manutenibilem possessionem transfert, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 1. & *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 2. & *decis.* 24. *lib.* 11. *num.* 2.

Tribuit Emphyteutæ, & successive vocatis omne remedium retinendæ, seu recuperandæ, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 2.

In vim clausulæ *constituti* datur associatio, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 2. & *decis.* 37. *n.* 1. *lib. eodem.*

Clausula *constituti* nil operatur resoluto contractu principali, *decis.* 14. *lib.* 7. *n.* 9.

Clausula *constituti* transfert dominium ipso jure, *decis.* 45. *liber.* 9. *num.* 18. & *decis.* 105. *liber.* 10. *num.* 5. & *decis.* 107. *num.* 5. *lib. eodem.*

Dicta clausula in dispositionibus successivis, & in fideicommissis expirat in primo vocato, nec prodest substitutis, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 27. & 28. & *decis.* 114. *n.* 3. *lib. eodem.*

Et si sit apposita etiam ad favorem omnium vocatorum, necesse est, ut qui ea juvari intendit, probet se esse de vocatis, talisque probatio non convenit possessorio, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 29. & *decis.* 114. *numer.* 4. *lib. eodem.*

Clausula *constituti*, quando est apposita in testamento favore absentis, ad hoc ut operetur, debet concurrere scientia, & acceptatio constituarii, & si hæc superveniat, alter possessionem occupavit, non retrotrahitur, & remanet inefficax, *decis.* 24. *lib.* 11. *num.* 4.

Quod ad hunc effectum scientia deducatur ex cohabitatione, & ex simplici scientia oriatur acceptatio, quando versamur in lucrativis, *decis.* 24. *lib.* 11. *n.* 5. & 6.

Et ex quibus aliis circumstantiis hæc scientia desumatur, *decis.* 24. *lib.* 11. *n.* 7.

Si quis per decennium permittat alterum possidere, cessat efficacia clausulæ *constituti*, *decis.* 24. *lib.* 11. *n.* 16.

Clausula in specie.

Clausula *ad habendum ponens &c.* in dubio operatur translationem dominii, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 37.

Dicta clausula non alterat naturam emphyteusis pactionatæ, *decis.* 16. *lib.* 4. *n.* 10.

Quod in emphyteusi importet facultatem alienandi, *decis.* 25. *lib.* 4. *n.* 1.

Clausula *de gradu in gradum* non importat novam vocationem ab expressa, nec ullam addit qualitatem vocatis, sed solum designat ordinem succedendi ad excludendum concursum simultaneum, *decis.* 14. *lib.* 10. *n.* 10.

Clausula *dummodo alteri non sit jus quæsitum* præservat jus validum, & perfecte quæsitum, non autem invalidum, *decis.* 12. *lib.* 12. *num.* 16.

Clausula *duntaxat* est restrictiva, & limitat, ac alia excludit, *decis.* 2. *lib.* 2. *num.* 32.

Clausula *ex nunc* inducit retroductionem ad initium, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 24. & *decis.* 24. *n.* 11. *lib.* 12.

Clausula *non alias* removet consensum ab actu, requirit præcisum implementum, & aperit locum resolutioni, *decis.* 14. *lib.* 7. *n.* 5. & *decis.* 26. *lib.* 10. *n.* 18. & *decis.* 50. *n.* 12. *lib. eodem*, & *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 10.

Clausula *omni meliori modo* tribuit facultatem hæredi scripto capiendi possessionem propria auctoritate, *decis.* 17. *lib.* 9. *num.* 16.

Et operatur, ut actus conferatur ad tempus habile, & cum inhabili jungatur, *decis.* 114. *lib.* 10. *n.* 11.

Clausula *pariter judicato* operatur refectionem expensarum, & partitionem contentorum in re judicata, *decis.* 9. *lib.* 3. *numer.* 13.

Clausula *quam & quas* in commissione inserta efficit, ut judex *ad quem* possit procedere tanquam in prima, etiam non revocata antecedenti sententia, *decis.* 11. *lib.* 10. *numer.* 9.

Clausula *sine præjudicio ambarum partium* est præservativa jurium tam in petitorio, quam in possessorio, *decis.* 8. *lib.* 3. *num.* 13.

Clausula *sine præjudicio jurium* reservat omnia jura etiam minima, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 29.

Clausula *sine præjudicio*, cum qua commissa est causa, efficit, ut non possit impediri executio, *decis.* 4. *lib.* 4. *numer.* 6.

Clausula *si quid exequendum*, cum qua Signatura rescripsit, efficit, ut dubitari non possit de via executiva, *decis.* 4. *lib.* 1. *n.* 7. & *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 12.

Clausula *sublata, & decretum irritans* facultatem adimit impugnandi Breve Apostolicum, non obtenta prius oris apertione, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 5.

Clausula *supplentes* valida approbat, & invalida roborat, atque vivificat, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 36.

Clericatus.

Clericatus probatur ex confessione patris; *decis.* 13. *liber.* 12. *num.* 1.

Item ex retentione beneficiorum, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 1.

Ex munere Inquisitoris Apostolici in Hispania, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 1.

Ex literis in forma gratiosa obtentis in Dataria, *decis.* 13. *lib.* 12. *num.* 2.

Clericus.

Clericus etsi filiusfamilias potest testari, & donare causa mortis, cum clericatus solvat vinculum patriæ potestatis, *decis.* 7. *lib.* 2. *num.* 3.

Clerici appellatione civium in favorabilibus continentur; *decis.* 26. *lib.* 9. *num.* 9.

Clericatus superveniens non prodest, ut quis fruatur privilegio, licet ante iste reputaretur tanquam clericus, *decis.* 103. *lib.* 10. *num.* 9.

Clericus debet se a mechanicis artibus abstinere, *decis.* 11. *lib.* 11. *num.* 6.

Clericis, seu Ecclesiasticis est interdicta negotiatio, *decis.* 4. *lib.* 14. *n.* 6.

Et in specie venditio nivis, *decis.* 4. *lib.* 14. *num.* 7.

Possunt tamen ea, quæ supersunt, vendere, & talis venditio non dicitur negotiatio, *decis.* 4. *lib.* 14. *n.* 8.

Sed exigitur, quod concurrat bona fides, & quod acceptorie, & non lucri causa fiat venditio, *decis.* 4. *lib.* 14. *n.* 9. & 10.

Clericus quoad Statuta laicalia.

Clericus non subjacet Statuto laicali, *decis.* 10. *lib.* 6. *n.* 2.

Potest tamen eo uti per modum privilegii, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 17. & *decis.* 26. *lib.* 9. *num.* 6. & *seqq.* & *decis.* 61. *numer* 9. *lib. eodem*, & *decis.* 22. *lib.* 11. *n.* 6.

Quamvis Clericus possit per modum privilegii uti Statuto laicali, debet tamen a principio declarare se velle uti statutaria dispositione, alias declaratio facta ex post non suffragat, *decis.* 10. *lib.* 6. *n.* 3. & *decis.* 26. *n.* 18. & *decis.* 27. *n.* 7. *lib. eodem*, *et decis.* 26. *lib.* 9. *n.* 10.

Ex relatione habita a Clerico ad aliquod capitulum Statuti, vel ad aliquam ejus qualitatem, non inde censetur, quod se voluerit illi submittere in reliquis, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 19.

Voluntas Clerici utendi Statuto debet esse omnino certa, non deducta ex levibus inductionibus, & argumentis, *decis.* 22. *lib.* 11. *n.* 7. *et* 8.

Clericus intestatus moriens censetur se cum jure communi conformare voluisse, non autem cum municipali Statuto, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 20. *et decis.* 27. *n.* 8. *lib. eodem.*

Statutis, & ordinationibus laicorum editis pro bono publico æquitas suadet, ut Ecclesiastici per suos superiores submittantur, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 1.

Statutum exclusivum feminarum non comprehendit hæreditatem Clerici, *decis.* 27. *liber* 6. *n.* 1. *et decis.* 20. *liber.* 11. *numer.* 4. *ubi de Statuto urbis*, *et decis.* 21. *numer.* 5. *et decis.* 35. *lib. eodem num.* 7.

Statutum laicale non ligat Clericos, etiam si sit eis favorabile, *decis.* 26. *lib.* 9. *n.* 5.

Testa-

Testamentaria dispositio clerici debet ad formam Statuti, etiam laicalis, interpretari, quando istud est ei favorabile, & censetur, quod ipso uti voluerit, & cum eo se conformare, eo ipso quod nihil contra formam Statuti disposuerit, *decis.* 26. *lib.* 9. *n.* 11.

Testamentum, in qua sunt vocati clerici, ast exemptum a dispositione Statuti laicalis, *decis.* 61. *lib.* 9. *num.* 8. & *decis.* 61. *n.* 13. *lib. eodem*.

Et sufficit etiam vocatio clerici post varias substitutiones, si tamen illa poterat etiam in primo gradu verificari ob prædecessum, & deficientiam aliorum, *decis.* 61. *lib.* 9. *n.* 9. & *decis.* 62. *n.* 13. *lib. eodem*.

Licet clericus possit per modum privilegii ut Statuto laicali, tamen id procedit, quando agitur de his, quæ pendent a voluntate clerici, non autem quando agitur de interpretando testamento laici ad favorem clerici; nam hoc casu attendenda est voluntas disponentis, *decis.* 61. *lib.* 9. *num.* 9.

An statuentes possint prohibere, ne clerici utantur beneficio Statuti, etiam per modum privilegii, *decis.* 61. *lib.* 9. *num.* 10.

Constitutio Innocentii XI. mandans, ut Statuta exclusiva afficiant etiam clericos, procedit in hæreditatibus post constitutionem deferendis, non in antea delatis, *decis.* 20. *lib.* 11. *n.* 5. & *decis.* 22. *d. n.* 3. *lib. eodem*.

Dicta Constitutio edita fuit ad effectum consulendi conservationi agnationis, ideoque non se extendit ad Statuta, quæ agnationi minime prospiciunt, *decis.* 21. *lib.* 11. *numer.* 6. & *seqq.*

Clericus non comprehenditur sub Statuto exclusivo feminarum, licet succedat per viam repræsentationis, subingrediendo in locum matris; nam repræsentatio fit quoad solum gradum, & non quoad personam, & id sive simus in descendentibus, sive in collateralibus, *decis.* 23. *lib.* 11. *per totam*, & *respons.* 2. *n.* 136. *fol.* 489. *tom.* 2.

Clerici, aliique Ecclesiastici non ligantur ordinationibus & privilegiis concessis a Principibus laicis, *decis.* 4. *liber.* 14. *numer.* 1.

Et licet ordinationibus laicorum saltem directive subjiciantur ratione publici boni, tamen non quodcunque publicum bonum sufficit, sed requiritur, vel ut tale bonum obtineri non possit, nisi cum subjectione clericorum, vel quod illud concernat utilitatem, & conservationem ipsorum, & quod a solis laicis suppleri non possit, *decis.* 4. *liber.* 14. *numer.* 2. & *seqq.*

Coadjutor, & Coadjutoria.

Gratia coadjutoriæ nil habet de præterito, sed totam vim recipit a futuro, & consequenter habetur pro mera expectativa, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 8. & *decis.* 20. *n.* 8. *lib. eodem*.

Coadjutor Episcopi non dicitur actu Episcopus, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 11. & *decis.* 20. *n.* 2. *lib. eodem*.

Coadjutores nullum habent jus in re, sed solum in spe, & primum incipiunt unice habere post mortem coadjuti, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 13. & 14.

Coadjutoria non importat incompatibilitatem, quoties ex literarum tenore nullum legitur impositum onus residendi, *decis.* 19. *lib.* 11. *n.* 15. & *decis.* 20. *n.* 5. *lib. eodem*.

Maxime in Germania, ubi ut plurimum magnates etiam ætate inhabiles in coadjutores eliguntur, *decis.* 18. *lib.* 62. *n.* 10. & *liber.* 20. *n.* 6. *lib. eodem*.

Et præsertim si fuit electus alter suffraganeus, ex quo dignoscitur quod nullam coadjutor habet obligationem residendi, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 17.

Tunc solum ex coadjutoria oritur incompatibilitas retentionis, quando coadjutor in beneficio, seu Episcopatu, effective succedit, *decis.* 19. *lib.* 12. *numer.* 18. & *decis.* 20. *numer.* 2. *lib. eodem*.

Ad definiendas quæstiones, quæ inter coadjutum, & coadjutorem evenire solent super pertinentia fructuum, tenor literarum inspici debet, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 2.

Pontifex reservando coadjuto, qui ob ejus non sanam mentem ejus officium exercere non poterat, distributiones quotidianas, quæ tunc per ipsum ratione non sanæ mentis percipi solebant, non intelligitur reservasse emolumenta, quæ percipiuntur per solos Canonicos inservientes, sed ista debentur coadjutori, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 3.

Coadjutus post obtentam coadjutoriam nequit esse melioris conditionis, quam antea fuisset, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 6.

Idque eo magis procedit, si coadjutoria non emanavit in coadjuti gratiam, sed ob ejus non sanam mentem, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 7.

Ubi non resistat pactio per Pontificem approbata, vel contraria ipsius Pontificis determinatio in literis expressa, reservatur aliqua fructuum portio coadjutori ratione servitii Ecclesiæ, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 7.

Ex generalitate, & amplitudine reservationis emolumentorum non censetur, quod Pontifex comprehendere voluerit distributiones communium, & exequiarum, si talis amplitudo fuit subinde restricta ad ea tantum, quæ ratione non sanæ mentis percipi solent, *decis.* 25. *liber.* 12. *numer.* 9.

Et maxime si dicta emolumenta præsentibus tantum debeantur, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 10.

Et procedit etiam si Pontifex voluerit, quod coadjutus aliquid ammittens ob punctuale servitium non præstitum a coadjutore, contra istum haberet regressum, quia id intelligitur præterquam quod communia, exequias, & similia, *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 11.

Licet Canonicus legitime impeditus lucretur omnes fructus præter quam debitos præsentibus, tamen si ei sit datus coadjutor, remanet obnoxius dictorum fructuum ammissioni, si coadjutor non resideat; sed istos ipse coadjutor refundere tenetur, *decis.* 25. *lib.* 12. *num.* 11.

Codicilli.

In codicillis mutatio voluntatis non præsumitur, nisi expresse sit explicata, & sunt ista cum testamento omnino concorda, *decis.* 33. *lib.* 10. *n.* 9.

Maxime si adsint verba relativa testamentum, *decis.* 33. *lib.* 10. *num.* 10.

Collegium.

Collegium, seu congregatio sufficienter conservatur etiam in tribus personis, *decis.* 13. *lib.* 7. *n.* 3. & 8.

Nec defecisse dicitur ob diminutionem personarum, *decis.* 13. *lib.* 7. *n.* 5.

Collegii legitimus administrator est Rector, non autem protector, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 8.

Collusio.

Collusio extenditur ex qualitate personarum, *decis.* 45. *liber.* 5. *num.* 11.

Collusio potest ex conjecturis probari, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 4.

Ex arcta sanguinis conjunctione oritur conclusionis argumentum, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 5.

Item arguitur ex omissione defensionis, *decis.* 42. *lib.* 7. *numer.* 7.

Sententia collusiva non nocet citatis, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 9.

Compensatio.

Compensatio admittitur in censu pro fructibus ipso jure, & pro sorte, parte opponente, *decis.* 23. *lib.* 5. *n.* 7.

Perceptio fructuum facta ex una titulo, non causat compensationem cum credito oriente ex sorte, *decis.* 42. *lib.* 5. *n.* 2.

Compensationem opponens, debitum fatetur, *decis.* 38. *lib.* 6. *num.* 23.

Compensatio reservata in sententia pro uno debito, non est contra aliud debitum deducibilis, *decis.* 38. *lib.* 6. *num* 24.

De liquido ad illiquidum non datur compensatio, *decis.* 38. *lib.* 6. *num.* 26.

Compulsoria.

Ad obtinendam compulsoriam specialem debet probari existentia scripturæ compulsandæ, *decis.* 6. *lib.* 3. *n.* 4.

Concessio.

Concessio limitata ad aliquos casus particulares, parit exceptionem quoad alios, *decis.* 24. *lib.* 3. *num.* 11.

Nec potest trahi in consequentiam universalem, *decis.* 24. *lib.* 3. *num.* 17.

Concordia.

Concordia parit exceptionem litis finitæ, *decis.* 11. *lib.* 3. *num.* 2.

Concursus creditorum.

Concursus non dicitur universalis, si non præcesserit libellus seu monitorium, & fuerint vocati omnes creditores, & probata sententia graduatoria, *decis.* 28. *lib.* 5. *n.* 4.

Creditor non comparendo in concursu cum ceteris creditoribus privilegium sui crediti non ammittit, *decis.* 40. *lib.* 5. *num.* 6.

Conclusio solum procedit, quando creditor fuit citatus, & causa legitime ventilata, lata sententia graduatoria cum assignatione bonorum, *decis.* 40. *lib.* 5. *num.* 7.

Tutoris negligentia non comparentis in judicio concursus non præjudicat pupillo, *decis.* 40. *lib.* 5. *n.* 7.

Omnes lites ante concursum instructæ, post illius convocationem ad judicem concursus devolvuntur, *decis.* 42. *lib.* 5. *numer.* 5.

Conditio.

A conditionali contractu, etiam ante conditionis eventum, non potest unus ex contrahentibus altero invito resilire, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 21. & *seqq.* & *decis.* 51. *n.* 8. *lib. eodem*.

Creditor sub conditione, etiam conditione pendente, dicitur creditor, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 8.

De natura conditionis est suspendere acquisitionem emolumenti, usque ad illius purificationem, *decis.* 9. *lib.* 7. *n.* 6. & *decis.* 37. *lib.* 10. *n.* 9.

Ea quæ deducta non fuerunt in præceptum, & obligationem, non important conditionem, *decis.* 10. *lib.* 7. *n.* 4.

In conditionibus alternativis sufficit unius purificatio ad hoc, ut substitutus admittatur, *decis.* 65. *lib.* 10. *n.* 1.

Conditio habetur pro impleta contra eum, qui præstat impedimentum, ne adimpleatur, *decis.* 74. *lib.* 10. *n.* 15.

Conditio *non facendo figli*, tanquam generaliter, & indefinite concepta, complectitur omnes casus, in quibus gravatus absque prole procedat, *decis.* 76. *lib.* 10. *n.* 1. & *seqq.* & *decis.* 77. *n.* 4. & *seqq.* *decis.* 78. *n.* 2. & *seqq. lib. eodem*.

Conditio purificata dicitur nedum in casu, quem literaliter præsefert, sed etiam in alio, ad quem ex conjecturata mente testatoris possit fieri extensio, *decis.* 76. *lib.* 10. *n.* 2. & *decis.* 78. *n.* 9. *lib. eodem*.

Ablati-

Ablativum absolutum conditionem importat, *decis.* 3. *lib.* 11. *numer.* 3.
Conditio negativa suspendit actum usque ad ultimum temporis momentum, *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 4.

Conditio si sine filiis.

Substitutiones conceptæ sub conditione, *si sine filiis*; expirant per filiorum superexistentiam, *decis.* 34. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 54. *n.* 3. & *decis.* 73. *n.* 4. & *decis.* 81. *n.* 6. & 7. *lib. eodem*.
Limita, si concurrant conjecturæ, quæ suadeant contrariam testatoris voluntatem, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 4.
Et conjecturæ ad hunc effectum sunt simul jungendæ, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 18.
Elicitur autem hæc voluntas, si testator ostendit voluntatem, ut omnes substitutiones deberent habere suum effectum, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 5.
Item ex onere perpetuo injuncto vocatis post deficientiam filiorum assumendi nomen, & arma testatoris, *decis.* 59. *lib.* 10. *numer.* 6. & 9.
SSi in casu alicujus non adimplementi, vel incapacitatis, testator privavit suos descendentes, & voluit, ut admitterentur alii substituti; inde pariter arguitur voluntas inducendi fideicommissum progressivum non expirabile per existentiam filiorum, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 7.
Si testator mentionem fecit de linea hæredis instituti, inde arguitur, quod integram lineam gravare voluerit, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 8.
Digressus ad plures substitutionum gradus inter se independentes est potens conjectura pro recessu a consilio Oldradi, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 10
Quando filii, & descendentes nedum sunt positi in conditione, sed expresse vocati, facile etiam præsumitur eorum gravamen ad tollendam expirationem fideicommissi, *decis.* 59. *lib.* 10. *numer.* 11.
Inverisimilitudo, quod testator voluerit potius gravare proximiorem, quam remotiorem, tribuit pariter conjecturam pro recessu ab Oldradi opinione, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 12.
Legatum perpetuum omnibus vocatis injunctum, indicat fideicommissi perpetuitatem, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 13.
Receditur ab Oldradi consilio, si concurrat prohibitio alienationis, & detractionum, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 16.
Item si perpetuo feminæ sint exclusæ, & masculi vocati, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 17.
Quando subsequens substitutio non est subordinata; & dependens nec a prima, nec ab aliis intermediis, sed est demandata simpliciter, & indefinito tempore, ac in deficentiam filiorum, & descendentium, tunc non habet locum consil. Oldrad. *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 5. & *decis.* 74. *per tot*, & *decis.* 81. *n.* 8. & *seqq. lib. eod.*
Quando autem substitutio talis dicatur, *decis.* 74. *lib.* 10. *a num.* 6. *cum seqq.* ubi in specie si sit facta sub indeterminata conditione terminationis lineæ, *decis.* 74. *a n.* 7. & *decis.* 81. *n.* 9. & *seqq. lib. eodem*.
Conditio, *si sine filiis*, semper subintelligitur in substitutione facta ab ascendente, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 1.
Præsumptio promanans ex dispositione *l. cum avus &c.* est præsumptio juris, non autem juris, & de jure, *decis.* 53. *lib.* 10. *numer.* 4.
Et quod prædictæ legis dispositio sit exorbitans, *decis.* 53. *lib.* 10. *num.* 4.
Quod prædicta conditio subintellecta non dicatur tacita, sed expressa, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 15.
Præsumptio legis *cum avus*, locum sibi vindicat in ultimis voluntatibus tantum, non autem in contractibus, *decis.* 115. *lib.* 10. *n.* 13. & *decis.* 116. *n.* 6. *lib. eodem*.
Conditio, *si sine filiis*, quando dicatur de una substitutione ad aliam repetita, *decis.* 54. *lib.* 10. *n.* 1. & 2.
Conditio *non facendo figli*, complectitur omnem casum, in quo substitutus sine prole decedat, & specifice casum viduitatis, *decis.* 76. *lib.* 10. *n.* 2. & 3. & *decis.* 77. *n.* 4. & *seqq.* & *decis.* 78. *n.* 2. & *seqq. lib. eodem*.

Conditionali pars.

Licet pars conditionalis regulariter recipiat interpretationem a dispositiva, & intelligatur de eisdem personis; tamen id non habet locum, quoties conditionalis est magis ampla, & lata, *decis.* 14. *lib.* 10. *num.* 11. & 12. & *decis.* 59. *num.* 41. *lib. eodem*.
Si in parte conditionali testator se coarctavit ad certum genus personarum cum dictione relativa, *ut supra*, de eodem genere censetur intellexisse etiam in antecedenti dispositiva, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 23. *n.* 15. *lib. eodem*.
In parte conditionali intelligi debent repetitæ eædem met personæ, de quibus loquitur dispositiva, *decis.* 18. *lib.* 10. *numer.* 2. & *decis.* 28. *numer.* 5. & *decis.* 59. *num.* 41. & *decis.* 80. *n.* 6. *lib. eodem*.
Si testator post vocatos filios in genere, deveniens ad substitutionem extranei, ponat in conditione filios cum qualitate masculinitatis, hoc casu feminæ descendentes excludunt substitutum, quia attenditur dispositiva, & lex supplet id, in quo deficit testator, *decis.* 23. *lib.* 10. *numer.* 8. & *seqq.*

Conductio; & *Conductor.*

Conductor non potest per actus a se gestos domino præjudicare, *decis.* 28. *lib.* 7. *n.* 15. & 16.
Conductor quoad remissionem pensionis, *Vide* Defalcum.

Confessio.

Qui non negat, fateri videtur, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 7.
Confessio procuratoris legitimum mandatum habentis probat, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 9.
Confessio erronea minime est attendenda, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 9. & *decis.* 10. *n.* 6. *lib. eodem*.
Confessioni Episcopi multum defertur etiam contra successores, cum non præsumatur voluisse Ecclesiæ præjudicare, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 3. 7. & *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 17.
Confessio licet in precibus emissa plene probat, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 5. & *decis.* 32. *lib.* 5. *n.* 3.
Confessio adminiculata afficit non solum confitentem, sed etiam successorem in dignitate, *decis.* 17. *lib.* 3. *n.* 6. & *decis.* 9. *n.* 18. *lib.* 4. & *decis.* 31. *lib.* 12. *n.* 9.
Præsertim si sit antiqua, & verisimilis, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 8. *et* 9.
Confessio probat contra confitentem, donec non convincatur erronea, *decis.* 28. *lib.* 3. *n.* 4. *et decis.* 54. *lib.* 6. *n.* 4.
Licet sit qualificata cum clausula, *ut asserunt*, *decis.* 28. *lib.* 3. *n.* 5.
Confessio erronea docto de errore non præjudicat, *decis.* 6. *lib.* 4. *num.* 11.
Confessionem Auctoris hæres impugnare non potest, *decis.* 12. *lib.* 4. *num.* 5.
Confessionem propriam nemo impugnare potest, *decis.* 32. *lib.* 4. *n.* 2.
Confessio præsuppositiva non probat, nisi aliunde adminiculetur, *decis.* 37. *n.* 2. *lib.* 5.
Confessio, quæ habet contra se inverisimilitudinem, non attenditur, *decis.* 38. *lib.* 5. *n.* 2.
Confessio facta coram Principe, æquipollet judiciali, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 2.
Confessio geminata magis probat, & redditur impugnabilis, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 3.
Confessio ut tanquam erronea irritari possit, error est taliter probandus, ut excludatur etiam mera possibilitas in contrarium, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 8. & *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 19.
Confessio debitoris proximi decoctioni, si sit adminiculata, probat, *decis.* 36. *lib.* 6. *n.* 5.
Confessio, quæ se refert ad alias scripturas, ex quibus veritas desumi potest, est a suspicione aliena, etiamsi scripturæ relatæ non reperiantur, quando confessio emanavit de tempore, quo earum deperditio, aut tertii præjudicium suspicari non poterat, *decis.* 36. *lib.* 6. *n.* 6.
Confessio plures continens circumstantias, si in multis vera comprobetur, talis præsumitur etiam in aliis, *decis.* 36. *lib.* 6. *n.* 7.
Confessio debitoris emissa tempore, quo a creditoribus molestatur, ipsis non præjudicat, *decis.* 36. *lib.* 6. *n.* 17.
Confessio tertii contra alium tertium non attenditur, *decis.* 37. *lib.* 6. *n.* 12.
Confessione propria nulla melior dari potest probatio, *decis.* 38. *lib.* 6. *n.* 3. & *decis.* 53. *n.* 1. *lib. eodem*, *et dec.* 109. *lib.* 10. *n.* 21.
Præsertim si sit adminiculata, *decis.* 38. *lib.* 6. *n.* 4.
Confessio etiam in querela emissa probat, *decis.* 42. *lib.* 6. *n.* 1.
Confessio emissa in positionibus, plene probat contra confitentem; *decis.* 4. *lib.* 9. *n.* 11.
Confessio monialis facta pro exoneratione propriæ conscientiæ, & ad patefaciendam rei gestæ veritatem, atque adminiculata, præjudicat tam confitenti, quam Monasterio, *decis.* 5. *lib.* 9. *num.* 11.
Confessio debiti facta in testamento non resolvitur in purum legatum, quando non agitur contra alios creditores, sed contra hæredes, & maxime si concurrat expressio causæ, & declaratio summæ, cum aliis circumstantiis, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 2. *et decis.* 6. *n.* 7. *et* 8. *lib. eodem*.
Et hæres non potest hanc confessionem impugnare, nisi tanquam erroneam, & ad hunc effectum debet errorem concludenter probare, *decis.* 6. *lib.* 11. *n.* 8. *et* 9.
Imo ad verificandam talem confessionem sufficiunt levia, & modica adminicula, *decis.* 6. *lib.* 11. *n.* 10.
Confitens se debitorem, an, & quando præsumatur de alio suo antecedenti credito satisfactus, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 10. *et decis.* 9. *n.* 7. *et seqq. lib. eodem*.

Confinis.

Terminus confinans disparatus est a confinato, & in illo non comprehenditur, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 10.
Res assignata pro confine, non potest dici comprehensa sub venditione, etiamsi sit ipsius venditoris, *decis.* 46. *lib.* 5. *numer.* 37.
Confinium generalis expressio non est apta comprehendere in venditione rem, quæ annexa non est rei venditæ, *decis.* 27. *lib.* 7. *n.* 13.

Confirmatio.

Princeps ubi confirmat ad simplicem supplicationem partis, nil penitus censetur ultra dare, quam simplicem confirmationem, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 26.
Confirmatio etiam cum clausula *supplentes* extendi non potest

ad

ad novam concessionem, ubi aliæ clausulæ deficiunt, ibidem *num.* 29.

Confirmatio non trahitur ad defectus per Principem ignoratos, ibidem *n.* 30.

Confirmatio etiam cum clausula *denuo concedimus* importare non potest novam concessionem, ubi modificatur ab alia clausula *pro majori cautella*, ibid. *num.* 31.

Confirmatio facta non ad formam actus, sed diversimode, indicat, quod tota facultas in confirmatione resideat, *decis* 2. *lib.* 2. *num.* 45.

Ex facilitate, & frequentia concedendi confirmationem non bene infertur, quod actus possit absque confirmatione subsistere, & expleri, *decis.* 2. *lib.* 2. *num.* 46.

Confirmatio operatur ex nunc, non autem ex tunc, *decis.* 17. *lib.* 4. *num.* 10. & 16.

Confirmatio nihil de novo disponit, sed solum robur adjicit confirmato, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 4.

Limita, quando constat de voluntate contraria Principis confirmantis, *decis.* 117. *lib.* 10. *n.* 5.

Confirmatio obtenta cum erroneo supposito, isto corruente, nihil operatur, *decis.* 14. *lib.* 14. *num.* 3. & *decis.* 16. *numer.* 5. *lib. eodem*

Congregatio Baronum.

Baronum Congregatio non solet demandare solutionem, & consignationem pecuniarum, si non exhibeatur mandatum, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 40.

Congregatio Baronum simpliciter demandans consignationem pecuniarum, gerit vices executoris, & non judicis ordinarii, *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 13.

Vide Bulla Baronum.

Congregatio Concilii.

Resolutiones S. Congregationis Concilii faciunt legem generalem ubique servandam, nisi super specialitate alicujus casus sit consulta, *decis.* 26. *lib* 12. *n.* 2.

Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii Rota solet reverenter amplecti, *decis.* 21. *lib.* 14. *n.* 5. & *decis.* 22. *num.* 4. & *decis.* 23. *n.* 5. *lib. eodem.*

Conjectura.

Conjecturæ urgentes sunt præponendæ debilioribus, *decis.* 37. *lib.* 6. *n.* 11. & *decis.* 38. *n.* 18. *lib. eodem.*

Conjecturæ non sunt motivum scientificum, sed opinativum, non veritas aperta, sed signa latentis veritatis, non directa probatio, sed suppletiva, & verisimilis, *decis.* 58. *libr.* 9. *numer.* 20.

In claris frustra requiruntur conjecturæ, *decis.* 58. *lib.* 9. *num.* 21. & *decis.* 9. *libr.* 10. *n.* 12.

Quæ ex conjecturis colliguntur, habentur pro expressis, *decis.* 59. *lib.* 9. *n.* 6.

Conjecturæ debiliores, quæ assistunt regulæ, prævalent urgentibus adductis pro limitatione, *decis.* 19. *libr.* 12. *n.* 22.

Consanguineus, & Consanguinitas.

Consanguinitas in antiquis levioribus contentatur probationibus, *decis.* 30. *lib.* 10. *n.* 3.

Et justificatur etiam ex enunciativis, *decis.* 30. *lib.* 10. *n.* 4.

Consanguineorum appellatione indistincte veniunt tam agnati, quam cognati, *decis.* 44. *lib.* 10. *n.* 3.

Et tam masculi, quam feminæ, quoties non est contemplata agnatio, *decis.* 21. *lib.* 11. *n.* 11. & *decis.* 34. *n.* 2. *lib. eodem.*

Amita venit sub nomine consanguineorum ex latere paterno, *decis.* 34. *lib.* 11. *n.* 2.

Consensus.

Consensus per patitionem semel præstitus; retractari amplius non potest, *decis.* 1. *libr.* 3. *numer.* 4. & *decis.* 2. *numer.* 3. *lib. eodem.*

Consensus præteritus non excluditur per præsentem, & posteriorem impugnationem, *decis.* 2 *lib.* 4. *n.* 6.

Si successores consentiant, non attenditur impugnatio facta per antecessores, maxime si isti nullum decretum favorabile reportarunt, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 7.

Constitutiones.

Constitutiones Pontificiæ tacito superiorum consensu deveniunt ad inobservantiam, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 33.

Adversus Constitutiones Apostolicas clausula irritanti munitas non attenditur observantia, *decis.* 23. *lib.* 12. *n.* 12.

Quando agitur de inducenda observantia adversus Constitutiones Apostolicas, illa debet esse continua, *decis.* 23. *lib.* 12. *n.* 14.

Consuetudo.

Consuetudo debet probari in specie casus, de quo agitur, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 18.

Longæva consuetudo servari debet, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 19.

Unicus actus ad inducendam consuetudinem non sufficit, cum requiratur actuum frequentia, & temporis diuturnitas, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 20. & *decis.* 29. *num.* 10. *lib. eodem.*

Consuetudo non destruitur ex actibus contrariis, nisi probetur scientia, & patientia adversarii, *decis.* 24. *lib* 3. *numer.* 21.

Declaratio tacita consuetudinis facta in Signatura gratiæ est attendenda, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 21.

Consuetudo præferens majori minorem, quando dicatur irrationabilis, necne, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 29.

Consuetudo interrumpitur per litem, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 11.

Decretum irritans consuetudini resistit, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 12. & *decis.* 16. *lib.* 12. *n.* 7.

A consuetudine unius Ecclesiæ ad aliam inferri non potest, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 15.

Consuetudo non extenditur de casu ad casum, *decis.* 29. *lib.* 3. *num.* 16.

Publica consuetudo per Principem, & Magistratus tolerata, abrogat legem etiam munitam decreto *irritanti*, & clausula *sublata*, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 32.

Doctoribus testatoribus de consuetudine non creditur, *decis.* 49. *lib.* 10. *num.* 33.

Concilium Tridentinum tollit quascunque consuetudines ejus dispositionibus repugnantes, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 36.

Ad inducendam consuetudinem contra legem non sufficiunt simplices actus etiam continuati, nisi sint comprobati in contradictorio judicio cum scientia, & patientia Principis, *decis.* 26. *lib.* 12. *num.* 5.

Ad probandam consuetudinem rationabilem, & quæ non sit contra jus, non exiguntur probationes, quæ percurrant 40. annos undique completos, *decis.* 26. *lib.* 12. *num.* 3.

Testes de publica voce, & fama plurimum inserviunt ad adminiculandam consuetudinem, *decis.* 26. *lib.* 12. *n.* 4.

Testes deponentes de longo tempore adminiculant consuetudinis probationem pro complemento quadragenariæ, *decis.* 26. *lib.* 12. *num.* 5.

Ad introductionem consuetudinis rationabilis non requiritur bona fides, & in hoc differt consuetudo rationabilis a præscriptione, *decis.* 26. *lib.* 12. *n.* 10. & 11.

Mala fides operatur, ut posterior consuetudo non sit allegabilis, *decis.* 18. *lib.* 14. *n.* 19.

Unicus actus sufficit ad destruendam consuetudinem, *decis.* 3. *lib.* 16. *sub. n.* 2.

Imo etiam rumor in contrarium, *decis.* 3. *lib.* 16. *sub. n.* 2.

Consuetudo immemorabilis. *Vide* Immemorabilis.

Contractus.

Ad dignoscendam naturam contractus, illius forma, & pacta, non autem denominatio spectari debet, *decis.* 17. *libr.* 4. *numer.* 29.

Contractus venditionis cum successiva locatione est licitus; & admissus, *decis.* 5 *lib.* 5. *num.* 24.

Contractus, qui nuncupatur *godere a godere*, a Doctoribus approbatur, *decis.* 5. *lib.* 5. *num.* 25.

Contractus talis præsumitur, qualis a contrahentibus fuit denominatus, *decis.* 5. *lib.* 5. *num.* 42.

Contrarium, si aliud suadeant conjecturæ, *decis.* 5. *lib.* 5. *num.* 61.

Ad commensurandam justitiam, vel injustitiam contractus, pacta omnia tanquam illius partes sunt attendenda, *decis.* 8. *lib.* 5. *num.* 4.

Utilitas contractus non a subsecuto eventu, sed a tempore illius stipulationis est metienda, *decis.* 41. *lib.* 6. *n.* 18.

A contractu conditionali nequit altero invito unus ex contrahentibus recedere, sed expectandus est conditionis eventus, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 21.

Contractus laudabilis, & tendens ad conservationem bonorum in familiam, nec non palam coram Notario, & testibus gestus, non potest præsumi vi, & metu extortus, *decis.* 2. *libr.* 7. *numer.* 8.

Plures contractus etiam diversæ naturæ possunt contineri sub una eademque stipulatione, *decis.* 11. *lib.* 7. *n.* 12.

Contractus gesti sub eodem die, hora, loco, & testibus, atque ab eodem Notario rogati, reputantur pro unico ad hoc, ut pactum in secundo appositum censeatur inesse etiam in primo, *decis.* 20. *lib.* 7. *n.* 8.

Ad dignoscendum, quisnam contractus fuerit stipulatus, substantia, & non denominatio attendi debet, *decis.* 6. *libr.* 10. *num.* 14.

Contradictio.

Contradictio in eadem dispositione non præsumitur, *decis.* 13. *lib.* 7. *n.* 6.

Contrarium.

Contrariorum eadem est disciplina, *decis.* 62. *lib.* 10. *n.* 6.

Correctio.

Instantanea correctio ut evitetur, omnis fieri debet interpretatio, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 3.

Correctio instantanea non præsumitur, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 12.

In Correctoriis nulla potest fieri extensio, *decis.* 90. *lib.* 10. *num.* 14. & *decis.* 92. *lib. eodem n.* 6.

Correspectivitas.

Correspectivitas non inducitur ex sola dependentia occasionali, seu accidentali, *decis.* 19. *libr.* 6. *n.* 24. & *decis.* 11. *libr.* 7. *num.* 12.

Correspectivitas desumitur, ex quo uterque actus sit in eadem scriptura completus, *decis.* 2. *lib.* 13. *num.* 12. & *decis.* 3. *num.* 4. *lib. eodem.*

Creditum.

Creditum redditur illiquidum ex fructuum perceptione, *decis.* 28. *lib.* 5. *num.* 8. & *decis.* 24. *lib.* 9. *num.* 9. & *decis.* 44. *num.* 18. *lib. eodem.*

Creditum non efficitur illiquidum ex administratione, & fructuum perceptione, quam creditor facit, non tanquam creditor,

tor, sed tanquam oeconomus a judice deputatus, *decis.* 41. *lib.* 5. *n.* 2. & *decis.* 37. *num.* 1. *lib. eodem.*

Creditum turbidum, & illiquidum, non potest concurrere, & contraponi cum altero liquido, & claro, *decis.* 57. *lib.* 6. *num.* 13. & *decis.* 24. *num.* 9. *lib.* 9.

Unum creditum expressam habens causam, cum alio diverso non confunditur, etiam si contineatur in eadem scriptura, *decis.* 3. *lib.* 8. *num.* 10. & 13.

Confusio unius crediti cum alio non inducitur ex dependentia occasionali, seu accidentali, non autem substantiali, *decis.* 3. *lib.* 8. *num.* 11.

Creditum effectum illiquidum ex perceptione fructuum, non retardat immissionem, *decis.* 80. *lib.* 10. *n.* 9.

Creditor.

Creditor non possidens titulo oneroso, & translativo dominii non potest impedire deliberationem, sed tenetur concurrere super pretio rei sibi oppignoratae, *decis.* 1. *lib.* 1. *n.* 2.

Creditor posterior cum assensu non praelatus anteriori assensu carenti, quando hypotheca non est prohibita, & in ea nullus assensus, *decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 15.

Creditor potest quidem exercere omnia jura debitori competentia, sed non ea, quae in debitoris juribus amplius non sunt, *decis.* 4. *lib.* 4. *n.* 3.

Creditor, qui exegit fructus ex bonis debitoris, vel praesumitur satisfactus, vel creditum prorsus reddit illiquidum, *decis.* 2. *lib.* 5. *num.* 2.

Creditor, qui penes se retinuit pignus conventionale, cujus valor adaequat creditum, facit fructus suos, cum praesumatur datum insolutum, vel a debitore habitum pro derelicto, *decis.* 2. *lib.* 5. *num.* 5.

Non sic tamen in pignore Praetorio, etiam si sit inferioris valoris, quam creditum, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 6. & 8.

Creditor non tenetur esse solicitus de versione, quando mulier, vel minor contraxit ex causa voluntaria, & utili, *decis.* 9. *lib.* 6. *num.* 7.

Creditores haeredis habent hypothecate etiam bona defuncti, licet post contractum debitum quaesita, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 4.

Creditores posteriores contra mulierem occupantem bona viri pro suo anteriori credito dotali, habent facultatem instandi pro eorundem bonorum subhastatione, sed cum clausula *non amota*, & dummodo oblationes excedant, *decis.* 29. *lib.* 6. *num* 3.

Creditores negotii continuati de ordine defuncti dicuntur istius creditores, ac si cum eo contraxissent, & praeferuntur in mercibus aliis creditoribus haeredis, *decis.* 29. *lib* 6. *n.* 13.

Creditor prior in tempore dicitur potior in jure, *decis.* 10. *lib.* 6. *mer.* 1.

Creditor defuncti in bonis ipsius defuncti praefertur creditoribus haeredis, *decis.* 57. *lib.* 6. *n.* 14.

Creditor potest agere contra debitorem sui debitoris, *decis.* 19. *lib.* 7. *num.* 1.

Creditor haeredis gravati potest sua jura experiri super fructibus fideicommissi, durante illius vita, *decis.* 40. *libr.* 7. *numer.* 13.

Sed tamen sunt prius ex talibus fructibus detrahenda alimenta debita vocatis ad fideicommissum, & primogenituram, *decis.* 40. *lib.* 7. *num.* 14.

Quando in fideicommisso adest expressa, & ampla prohibitio alienationis, tunc creditores nullum jus acquirerent, neque super fructibus, durante vita gravati, *decis.* 40. *libr.* 7. *num.* 15.

Et maxime si ob pignorationes gravatus cecideret in commissum juxta praeceptum, & ordinationem testatoris, *decis.* 40. *lib.* 7. *num.* 16.

Creditor potest exercere omnes actiones, & jura debitori competentia, *decis.* 22. *lib.* 9. *n.* 3.

Creditoribus gravati obstat exceptio fideicommissi, & retardat immissionem, *decis.* 68. *lib.* 10. *num.* 1.

Creditor retinens pignus coaequale, vel inferius suo credito, ob cessatorem spem luitionis censetur illud sibi appropriasse, *decis.* 98. *lib.* 10. *num.* 4.

Haec autem appropriatio cum consistat in mera praesumptione cessat, si appareat, quod creditor habuit in animo retinendi tem tanquam pignus, *decis.* 98. *lib.* 10. *num.* 5.

Confitens se debitorem an, & quando praesumatur de suo antecedenti credito satisfactus, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 10. & *decis.* 9. *n.* 7. & *seqq. lib. eodem.*

Creditor quoad concursum. *Vide* Concursus creditorum.

Curator.

Curator negotium minoris gerens etiam nomine proprio censetur fecisse titulo administrationis, *decis.* 17. *lib.* 6. *numer.* 26.

D

Damnum, & interesse.

QUando alicui est reservata refectio damni, & interesse; tunc ante executionem sententiae est praefigendus terminus pro eorum liquidatione, dummodo de eis constet saltem in genere; alias sufficit, quod praestetur cautio de eis reficiendis, nec interim est retardanda executio, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 5. & *seqq.*

Sub generali obligatione damnorum, & interesse venit etiam fructuum restitutio, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 8.

Maxime si habeatur relatio ad decretum, in quo fructus continentur, *decis.* 30. *lib.* 4. *num.* 9. & 10.

Ad interesse condemnari non potest ille, per quem non stetit, quin obligatio adimpleretur, *decis.* 45. *lib.* 6. *n.* 6.

Damni causam qui dedit, illud reficere tenetur, *decis.* 49. *lib.* 6. *num.* 1.

Ad damna, & interesse tenetur, qui pactum, & obligationem servare nequit, licet observantia sit impossibilis, dummodo tamen impossibilitas non supervenit, sed jam praeexisteret de tempore obligationis, *decis.* 49. *lib.* 6. *n.* 4.

Quando in instrumento post susceptam aliquam obligationem additur clausula *alias &c.* haec importat promissionem damnorum, & interesse, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 6. & *decis.* 51. *n.* 3. *lib. eodem.*

Pro damnis, & interesse competit eadem anterioritas, quae tribuitur sorti, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 7. & *decis.* 51. *n.* 1. *lib. eodem.*

Obligatio Cameralis secum fert promissionem damnorum, & interesse, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 3.

Interesse non debetur ex sola mora, nisi creditori vel lucrum cesset, vel damnum emergat, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 17.

Datio insolutum.

Per dationem insolutum priora jura remanent extincta, *decis.* 19. *lib.* 7. *n.* 2.

Datur tamen eorum reviviscentia, si ista in pactum deducta fuerit, eveniente casu evictionis, *decis.* 19. *lib.* 7. *n.* 3.

Secluso autem dicto pacto per evictionem, priora jura non reviviscunt juxta aliquorum sententiam, *decis.* 19. *lib.* 7. *n.* 4.

Quae tamen non transit sine contradictoribus, *decis.* 19. *lib.* 7. *num.* 5.

Non obstante datione insolutum, datur regressus ad primaeva jura saltem ratione damnorum, & interesse, eo ipso, quod quis amisit possessionem rei insolutum traditae, *decis.* 19. *lib.* 7. *num.* 9.

Datio insolutum de sui natura est perpetua, & non resolubilis, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 11.

Debitor.

Debitor, qui requisitus pro solutione respondit, se velle ordinem creditorie, supponit se vere esse debitorem, *decis.* 37. *lib.* 5. *num.* 7.

Debitor solvens haeredi putativo, liberatur, *decis.* 40. *lib.* 10. *num.* 5.

Debitor quoad beneficium *deducto ne egeat. Vide* Beneficium deducto ne egeat.

Debitum.

Debitum fatetur, qui de compensatione excipit, *decis.* 38. *lib.* 6. *num.* 13.

Debitum approbat, & fatetur, qui terminum suscipit, *decis.* 31. *lib* 7. *num.* 37.

Solvens *a conto* debitum absolute non approbat; licet verisimiliter sciat qualitatem, & quantitatem debiti, *decis.* 3. *lib.* 8. *num.* 9.

Decima.

An equites Hierosolymitani, sint a decimis exempti, valde est ambiguum, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 8.

Archiepiscopo Toletano debetur tertia pars decimarum, *decis.* 18. *lib.* 3. *n.* 1.

Quando tamen Parochiae sunt distinctae, & Ordinarius non est Parochus universalis, tunc non potest directe agere contra laicos, sed tantum contra Parochos; ut canonicam portionem consequatur, *decis.* 17. *lib.* 3. *num.* 2

Inter duas Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, sufficit quadragenaria ad effectum praescribendi jus non solvendi decimae, *decis.* 18. *lib.* 3. *n.* 3.

Si autem concurrat possessio immemorabilis, tunc non est necesse justificare requisitum petitionis, & denegationis cum acquiescentia, *decis.* 118. *lib.* 3. *n.* 4.

Si in libro ubi describuntur bona, ex quibus Episcopo solvitur decima, aliqua bona non repetiuntur adnotata, desumitur exinde argumentum super consuetudine non solvendi, *decis.* 18. *lib.* 3. *n.* 5.

Quod Episcopo competat quitte ex omnibus decimis ratione curae universalis; *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 23.

Consuetudo super decimis servari omnino debet, *decis.* 14. *lib.* 14. *numer.* 8.

Decimae debent duci ad horreum, *decis.* 14. *lib.* 14. *n.* 16. *et* 20.

Ad evitandam taxam decimarum Papalium habent detrahi sumptus super victu, & vestitu cujuslibet religiosi, *decis.* 10. *lib.* 11. *num.* 7.

Consuetudo, & praescriptio juris decimandi, ad hoc ut suffragari possit, debet probari petitio, recusatio, & acquiescentia, *decis.* 14. *lib.* 14. *numer.* 15.

Episcopus acquirit jus decimandi ex simplici decennali praescriptione, *decis.* 14. *lib.* 14. *num.* 1.

Statutum factum a beneficiariis super jure decimandi, Episcopo non praejudicat, si ejus non intervenerit consensus, *decis.* 14. *lib.* 14. *n.* 2.

Episcopus est Parochus universalis, si Parochiae non sint distinctae, & habet jus percipiendi decimas ex quibuscunque bonis decimalibus sitis in sua Dioecesi, *decis.* 14 *lib.* 14. *n.* 5. *et* 6. *et decis.* 15 *n.* 1. & *decis.* 16. *n.* 1. & *decis.* 17. *num.* 1, 2. *et* 11. *et decis.* 18. *n.* 1. *lib. eodem.*

Et tunc

Et tunc contra eum ministri subalterni nequeunt allegare præscriptionem super jure decimandi, *decis. 14. lib. 14. n. 9. & decis. 15. n. 10. & decis. 17. n. 5. & decis. 18. n. 16. lib. eodem.*
Præscriptio juris decimandi contra Episcopum non datur, nisi probetur ejus scientia, & patientia, *decis. 14. lib. 14. n. 10. & decis. 17. n. 9. lib. eodem.*
Quando Episcopus est Parochus universalis, ministri subalterni debent reddere rationem de decimis administratis, *decis. 14. lib. 14. n. 22. & decis. 16. n. 13. & decis. 17. n. 14. & decis. 18. n. 20. lib. eodem.*
Et ad hunc effectum tenentur libros rationis conficere, aliaque peragere, quæ notantur, *decis. 14. lib. 14. n. 23. & decis. 16. n. 14. & decis. 17. n. 14. & decis. 18. n. 20. lib. eodem.*
Decimæ debitæ Ordinario, debent esse immunes a quacunque deductione, *decis. 14. lib. 14. n. 17. & decis. 15. n. 4. & decis. 16. n. 11. & decis. 17. n. 12. & decis. 18. n. 18. lib. eodem.*
Antiquitus Episcopus recipiebat omnes decimas, ut juste aliis Clericis distribueret, *decis. 14. lib. 14. n. 21.*
Ministri subalterni ratione curæ animarum, quam exercent, debent solum habere eam portionem fructuum, quam Episcopi Parochi universales eis relinquere consueverunt, *decis. 15. lib. 14. n. 1. & decis. 16. n. 2. lib. eodem.*
Episcopus universalis decimator non potest omnes decimas pro se retinere, sed tenetur in quatuor partes dividere, unam retinendo pro se, alteram applicando fabricæ Ecclesiæ, aliam pauperibus, & aliam Clericis pro ipsorum sustentatione, *decis. 18. lib. 14. n. 2.*
Quando Parochiæ non sunt distinctæ, tenetur Episcopus ex decimis, quas percipit, dispensare partem inter Clericos secundum qualitatem meriti, & laboris, *decis. 18. lib. 14. n. 3.*
Sed pro hac parte Clerici nullam habent juris assistentiam, cum pendeat ab arbitrio Episcopi regulato ad normam laborum servitii, & meriti, *decis. 18. lib. 14. n. 4.*
Et proinde beneficiati prætendentes certam quotam, tenentur concludenter probare præcisam quantitatem, vel per plenum titulum assignationis, vel per quadragenariam cum titulo colorato, & cum scientia, & patientia Episcopi, vel per immemorabilem sine titulo, *decis. 18. lib. 14. n. 5.*
Iisque probationibus deficientibus Episcopo nequit impediri exactio integratum decimarum indistincte ex quibuscunque fructibus etiam minutis, *decis. 18. lib. 14. n. 6. & seqq.*
Et quidem etiam de fructibus bonorum, quæ dicuntur annexa, & super quibus fuerunt fundata opera pia, *decis. 18. lib. 14. n. 7.*
Decimæ debentur ex omnibus fructibus, nulla facta distinctione, *decis. 14. lib. 14. n. 12. & decis. 16. n. 7. & decis. 17. n. 3. lib. eod.*
Debentur ex novalibus, *decis. 14. lib. 14. n. 13.*
Decimam deberi etiam ex fructibus minutis, probatur tum ex solito, tum ex libro decimarum, tum ex locationibus Juris decimandi, *decis. 14. lib. 14. n. 14. & decis. 18. n. 11. & 12. lib. eodem.*
Episcopus habet Juris assistentia consequendi decimas, etiam ex fructibus bonorum spectantium ad mensam communem Beneficiorum, licet ista propriis sumptibus colant, *decis. 15. lib. 14. n. 2. & decis. 16. n. 8. lib. eodem.*
Et si prætenditur istorum bonorum exemptio, debet concludenter probari, *decis. 15. lib. 14. n. 13.*
Super modo decimas solvendi, & super illarum quota; potest de Jure fieri concordia, *decis. 19. lib. 14. n. 1.*
Et ab ista recedere non licet, *decis. 19. lib. 14. n. 2.*
Maxime si sit confirmata a Papa, *decis. 19. lib. 14. n. 3.*
Et talis concordia ligat etiam successores, *decis. 19. lib. 14. n. 4.*
Præsertim si fuerit utilis Ecclesiæ, *decis. 19. lib. 14. n. 9.*
In causa decimarum defertur dictio testium, licet isti sint de Universitate, ad cujus favorem eorum depositio tendat, *decis. 19. lib. 14. n. 5.*
Solutio decimarum facta ultra debitum modum ab aliquibus particularibus, non præjudicat Universitati, *decis. 19. lib. 14. n. 6.*
Ad præscribendam substantiam decimarum exigitur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, *decis. 19. lib. 14. numer. 7.*
Si tamen agatur vel de alternatione quotæ, vel de ea reducenda ad certam speciem fructuum, tunc sufficit sola quadragenaria; *decis. 19. lib. 14. n. 8.*

Decisiones.

Quæ in decisionibus narrantur, veniunt de stylo Rotæ supponenda, *decis. 2. n. 15. lib. 3. & decis. 5. n. 1. lib. eodem.*
Decisiones sunt supponendæ, *decis. 27. lib. 3. n. 11. & decis. 15. lib. 7. n. 3. & decis. 35. lib. 9. n. 14. & decis. 28. lib. 10. n. 2. & decis. 86. n. 8. & decis. 103. n. 15. lib. eodem.*
Etiamsi emanaverint cum diverso contradictore, *decis. 28. lib. 9. n. 1.*
Perfunctoria mentio absque aliqua discussione facta in decisionibus, non attenditur, & nihil ponit in esse, *decis. 6. lib. 10. n. 20. & decis. 32. n. 2. lib. eodem.*
Decisiones licet sint supponendæ, attamen id non procedit vel quando fuit data facultas eas impugnandi, vel quando corruit suppositum, super quo emanarunt, *decis. 30. lib. 12. num. 27.*

Declaratio.

Declaratio ad unum finem omissa, in alio non præjudicat; *decis. 5. lib. 1. n. 4.*
Declaratio desumitur etiam ex actu nullo, & invalido, *decis. 13. lib. 4. n. 16.*
Declaratio respiciens animum, & voluntatem alicujus, non potest fieri, nisi ab ipsomet, non autem ab hærede, maxime si repugnet tenori instrumenti, *decis. 14. lib. 5. n. 13.*
Declaratio super re dubia potest etiam ex intervallo quandocunque fieri, & retrotrahitur, diciturque inesse principali dispositioni, *decis. 19. lib. 6. n. 9.*
Quando res est dubia, tunc retrotrahitur declaratio, nec dicitur auferre Jus tertio, quia ex dubia dispositione non potest dici alicui Jus quæsitum, *decis. 19. lib. 6. n. 12.*
Declaratio nimis sero, & tempore suspecto emissa non attenditur, *decis. 35. lib. 6. n. 12.*
Declaratio facienda certo tempore, ante tempus fieri non debet, *decis. 109. lib. 10. n. 13.*
Declaratio desumitur etiam ex facto, *decis. 14. lib. 11. n. 16.*

Decoctio, & decoctus.

Decoctio contra tertium non probatur ex mandatis suspicionis fugæ, vel ex literis potestatis, *decis. 18. lib. 5. n. 13. & decis. 19. n. 9. lib. eodem.*
Sed est concludenter justificanda, vel per confugium ad Ecclesiam, vel per sequestrationem effectuum & clausuram irretractabilem tabernæ, vel per formalem cessionem bonorum, & fori, vel per sententiam Judicis, *decis. 18. lib. 5. n. 14.*
Actus facti per decoctum per decem, vel quindecim dies ante decoctionem, de collusione, vel fraude redduntur suspecti, *decis. 18. lib. 5. n. 15.*
Ad effectum, ut gesta per decoctum sint invalida & suspecta de fraude, debent percutere tempus decoctionis, vel paulo ante, *decis. 19. lib. 5. n. 6.*
Sustinentur contractus celebrati per decoctum vigintiduo dies antequam decoctio publicetur, *decis. 19. lib. 5. n. 7.*
Decoctio si allegetur ab aliquo ad effectum evitandi solutionem mandati, seu literarum etiam post acceptationem, sufficit hoc casu qualibet rationabilis suspicio latentis decoctionis, seu mutationis status scribentis, ne solvens sit in damno, *decis. 20. lib. 5. n. 7.*
Quando autem allegatur in præjudicium tertii ad infringendum contractum, tanquam celebratum, a proxime decocturo in fraudem creditorum, requiritur tali casu vel decoctionis, vel vel fraudis plena probatio, *decis. 20. lib. 5. n. 8.*
Confessio debitoris decoctioni proximi, si sit adminiculata, probat, *decis. 36. lib. 6. n. 5.*

Decretum.

Decretum judicis appositum in fine instrumenti complectitur omnia in eodem instrumento contenta, etiamsi agatur de duplici oblatione, altera facta proprio, & altera tutorio nomine, *decis. 1. lib. 6. n. 2.*
Decretum judicis in contractu appositum facit præsumere omnia rite, & recte gesta fuisse, *decis. 8. lib. 6. n. 4.*
Si in causa judici exposita non omnia fideliter expressa fuerunt, decretum corruit, *decis. 8. lib. 6. n. 8.*
Si decretum fuerit interpositum super causa partim vera, & partim falsa, ob ejus individuitatem corruit in totum, & cum eo etiam contractus, *decis. 9. lib. 6. n. 2. & 3.*
Decretum interpretationem recipit ab actis, *decis. 4. lib. 8. num. 11.*
Decretum judicis facit præsumere veritatem causæ, *decis. 16. lib. 9. n. 24.*
Decretum judicis præsumitur interpositum, prævia cognitione veritatis, & tollit suspicionem fraudis, *decis. 65. lib. 9. n. 7.*

Decretum irritans.

Decretum irritans consuetudini resistit, *decis. 29. lib. 3. n. 12.*
Decretum irritans impedit, ut Breve impugnari non possit, non obtenta oris apertione, *decis. 2. lib. 4. n. 5.*
Decretum irritans, & clausula sublata claudunt os judici, & parti, *decis. 107. lib. 10. n. 9. & decis. 113. num. 22. & decis. 114. n. 17. lib. eodem.*
Tollit etiam detentionem, & insistentiam facti, qui privat omni commodo possessionis, *decis. 107. lib. 10. n. 9.*
Inficit possessionem, sive sit capta scienter, sive ignoranter, *decis. 113. lib. 10. n. 22. & decis. 114. n. 18. lib. eodem, & decis. 2. lib. 16. post n. 4. & decis. 4. n. 3. lib. eodem.*
Decretum irritans non operatur, quando contra eum militat longissima, & tricenaria consuetudo, quæ facit præsumere dispensationem, vel coæqualem titulum, *decis. 30. lib. 12. num. 24.*
Decretum irritans inficit quamcunque contrariam observantiam & possessionem, *decis. 1. lib. 16. n. 7.*
Decretum irritans appositum in literis confirmatoriis sacri Concilii Tridentini, dicitur adesse in quolibet ejus capitulo, *decis. 1. lib. 16. n. 7.*

Defalcum.

Exceptio defalchi altiorem requirens indaginem; non admittitur in judicio executivo ad retardandam solutionem pensionis, *decis. 33. lib. 4. n. 1.*
Sub renunciatione defalchi facta a conductore ex causa damni, quod inferre possent grilli, & lucertæ, venit etiam damnum, quod inferre valent locustæ, *decis. 33. lib. 4. n. 2.*
Conductor non potest ex causa inundationis petere defalcum

si tale damnum in se assumpsit, & exceptuavit, *decis.* 33. *lib.* 4. *num.* 3.

Ad regulandum defalcum debet conferri annus sterilis cum fertili, *decis.* 33. *lib.* 4. *n.* 4. & 5. & *decis.* 34. *n.* 16. *lib. eodem*.

Ad hoc ut concedatur defalcum, fructus recollecti debent esse ita modici, ut solvendo pensionem conductor remaneat læsus ultra dimidiam, *decis.* 33. *lib.* 4. *n.* 6. & *decis.* 34. *n.* 20.

Debet conductor pro obtinendo defalco denunciare locatori casum damni, *decis.* 33. *lib.* 4. *num.* 7.

Si conductor defalcum non opposuit, & pensiones libere solvit, præsumitur defalco renunciasse, *decis.* 33. *lib.* 4. *n.* 8.

Conductori est imputandum, si scivit naturam rei conductæ, & periculum cui erat exposita, & prævidere non curavit, *decis.* 33. *lib.* 4. *n.* 9.

Casus damnum afferentes sunt insoliti, magis insoliti, aliique insoliti in gradu superlativo, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 1.

Renunciatio defalchi comprehendit casus, qui verisimiliter prævideri poterant, non autem illos, qui humanam considerationem excedunt, & raro nimis accidunt, *decis.* 34. *lib.* 4. *num.* 2.

Pacta super renunciatione defalchi apposita dicuntur ad removendas cavillosas exceptiones, quæ ex subtilitate juris solent proponi, ideoque intelligi debent æquitative, & discrete, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 3.

Inverisimile est, quod si conductor cogitasset, ex re simili locata fructus consequi non posse, voluisset in se assumere pericula certa, & excessiva, *decis.* 34. *n.* 4. *lib.* 4.

Defalcum conceditur, ubi damnum tangit, & alterat substantiam, videlicet in parte, & non in totum, *decis.* 34. *lib.* 4. *num.* 5.

Damnum illatum ab inundatione, non ex numero dierum ipsius inundationis, sed ex successivis effectibus metiri debet ad bonificationem regulandam, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 6.

Pactum non petendi defalcum, etiam latissime conceptum, non comprehendit casus substantiam rei perimentes, etiamsi perimant in parte, *decis.* 34. *lib.* 5. *n.* 7.

Sub renunciatione defalchi non venit casus, qui prævideri non potuit, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 8.

Remissio defalchi in tacita reconductione repetita non censetur, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 9.

Defalcum debet peti terminato affictu, cum tunc possit fieri compensatio anni sterilis cum fertili, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 10.

Si prædium sit prope flumen, inundatio reputatur inter casus prævisos, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 13.

Maxime si conductor damno inundationis præcise renunciavit, *decis.* 54. *lib* 4. *n.* 14.

In defalco faciendo debet haberi ratio omnium rerum locatarum unica locatione, & omnium fructuum, non autem unius partis, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 15.

Compensatio anni fertilis cum sterili est facienda etiam habito respectu ad tempus post affictus prorogationem, & renovationem, *decis* 34. *lib.* 4. *n.* 21.

Multum defertur consuetudini ad judicandum, an ex damno sit faciendum restaurum, *decis.* 34. *lib.* 4. *n.* 22.

Conductor continuans in affictu, non obstante disdicta, censetur se subjecisse renunciationi defalchi in primo affictu conventa, etiam quoad tempus continuatæ conductionis, *decis.* 34. *n.* 23. *lib.* 4.

Defalcum peti non potest ratione damni provenientis ab impedimento, quo extabat tempore conductionis, *decis.* 34. *lib.* 4. *num.* 24.

Deliberatio.

Extat in Civitate Spoleti stylus confirmandi deliberationem, & graduandi creditores sub unica citatione, *decis.* 41. *lib.* 5. *n.* 1.

In deliberationibus est servandus stylus loci, ubi illæ fiunt, *decis.* 56. *lib.* 6 *n.* 3.

Etiam si mandatum sit in alio Tribunali relaxatum, *decis.* 56. *lib.* 6. *n.* 4.

Pro validitate deliberationis sufficit, quod in adjudicatione interveniat oblatio, & postea sequatur solutio ante captam possessionem, *decis.* 56. *lib.* 6. *n.* 5.

Consensus enim, & non contradictio creditoris supplet defectum non numeratæ pecuniæ, *decis.* 56. *lib.* 6. *n.* 6.

Quando debitor liberationem consecutus fuit, non potest opponere, quod in deliberatione non intervenerit numerata pecunia, *decis.* 56. *lib.* 6. *n.* 7.

Post factam deliberationem non auditur mulier, quæ contra eum excipiat de nullitate obligationis ob excessum ultra medietatem dotis, & defectum relevatoris, *decis.* 56. *lib.* 6. *num.* 8.

Ex oblatione facta a deliberatario restituendi bona, si sibi reddatur pretium, tollitur quælibet fraudis suspicio, *decis.* 56. *lib.* 6. *n.* 11.

Deliberatio facta de bonis hæreditariis non deputato curatore hæreditati jacenti, est nulla, *decis.* 37. *lib.* 7. *n.* 1.

Per spatium triginta annorum præsumitur, quod in deliberatione omnes fuerint adhibitæ solemnitates, *decis.* 37. *lib.* 7. *num.* 2

Vel saltem remanet præscripta actio dandi de nullitate, *decis.* 37. *lib.* 7. *n.* 3.

Delictum.

Pro eodem delicto non potest quis coram diversis judicibus dupliciter puniri, & semel absolutus iterum vexari, *decis.* 17. *lib.* 3. *n.* 1.

Unum delictum potest a duobus judicibus vindicari, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 9.

Intellige, si concurrat diversitas fori, & judicum, secus e contra, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 10.

In quibuscunque delictis ex generali consuetudine proceditur per inquisitionem, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 15.

Ad excludendum delictum omnis capienda est interpretatio, *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 9.

Constitutio Innocentii XII. prohibitiva quarumcunque compositionum, remissionum, vel gratiarum faciendi homicidis, aliisque delinquentibus, absque Romani Pontificis speciali mandato, habetur, *lib.* 15. *Constit.* 5. *fol.* 395.

Depositum.

Depositum vim actualis solutionis non habet, nec cursum usurarum sistit, quando nec petente, nec approbante creditore factum fuit, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 41.

Derogatio.

Princeps eo minus quo fieri potuit, censetur derogare voluntati testatoris, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 15.

Derogatio regulæ de jure quæsito restringitur ad limites voluntatis in Brevi expressæ, *decis.* 17. *lib.* 11. *n.* 15.

Descendentia.

Descendentia probatur ex juribus admissis in judicio favore alterius coæquale jus habentis, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 1.

Descendentia contra tertium possessorem justificatur etiam levioribus probationibus, *decis.* 4. *lib.* 1. *n.* 2.

Descendentia.

Sub appellatione descendentium veniunt etiam descendentes ex femina, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 5. & *decis.* 12. *n.* 1. & *decis.* 13. *n.* 1. & *decis.* 14. *n.* 1. & *decis.* 17. *n.* 3. & *decis.* 18. *n.* 4. *lib. eodem*.

Limita, si agatur de fideicommisso agnatitio, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 6. & *decis.* 12. *n.* 2. & *decis.* 13. *n.* 2 & *decis.* 14. *n.* 13. & *decis.* 18. *n.* 5. *lib. eodem*.

Quando tamen agitur de agnatione ficta, & artificiali, veniunt etiam descendentes ex femina, nisi sint expresse rejecti, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 12. & *decis.* 12. *n.* 21. & *decis.* 13. *n.* 10. & *decis.* 14. *n.* 7. & 19. *lib. eodem*.

Ad evitandum absurdum, quod infans expositus forte eligendus præferatur veris descendentibus hæredis, facilius admittitur, quod descendentes ex femina sub appellatione descendentium veniant, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 13. & *decis.* 12. *num.* 24. & *decis.* 13. *n.* 11. *lib. eodem*.

Sive versemur in ingressu, sive in progressu linearum, descendentes ex feminis non debent excludi a masculis remotioris lineæ, licet testator artificialiter agnationem conservari voluerit, *decis.* 11. *lib.* 10. *n.* 16. & *decis.* 12. *n.* 23. & *decis.* 13. *n.* 14. *lib. eodem*.

Quando cessat concursus masculorum ex masculo, eo facilius sub nomine filiorum, & descendentium admittuntur feminæ, *decis.* 14. *lib.* 10. *n.* 2.

Si testator ad exclusionem substituti non solum posuit in conditione filios, & descendentes, verum voluit, ut linea, & descendentia esset terminata, descendentes ex femina dicuntur comprehensi, quia ipsi quoque sunt de linea, & descendentia, *decis.* 14. *lib.* 10. *n.* 3. & 4.

Si in subsequentibus substitutionibus tantum faciendo transitum ad aliud genus personarum testator locutus fuit de descendentibus hæredis instituti hanc qualitatem ad exclusionem masculorum ex femina non voluit, *decis.* 14. *lib.* 10. *n.* 5.

Si testator subinde vocavit masculos ex aliis feminis, etiam alienarum familiarum, non est credendum, quod masculos descendentes ex filiabus hæredis instituti excludere voluit, *decis.* 14. *n.* 6. *lib.* 10.

Ex quo testator non injunxerit onus delationis cognominis filiis masculis feminarum, prout cæteris descendentibus ex femina vocatis in alia substitutione, non inde arguitur illorum exclusio, quando verba sunt apta illos comprehendere; nam unus vel potest credi consulto omissum, vel conferri repetitum, *decis.* 14. *lib.* 10. *n.* 21. & 22.

Descendentium appellatione veniunt etiam feminæ, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 1.

In fideicommisso ordinato ad favorem descendentium proximior succedit ad exclusionem remotioris, *decis.* 20. *lib.* 10. *num.* 1.

Descendentes in concursu aliorum censentur semper a testatore prædilecti, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 7.

Determinatio.

Unica determinatio plura determinabilia respiciens, ea æqualiter determinat, *decis.* 85. *lib.* 10. *n.* 5. & *decis.* 4. *lib.* 11. *n.* 4. & *decis.* 15. *n.* 8. *lib. eodem*.

Detractiones.

Agens pro detractionibus contra possessorem, tenetur probare illarum quantitatem, *decis.* 5. *lib.* 1. *n.* 5.

Maxime si ipse alienationi consensit, ibid. *n.* 6.

Census impositus super re fideicommissaria, sustinetur ratione detractionum, *decis.* 27. *liber.* 5. *num.* 12. & *decis.* 28. *n.* 5. *lib. eodem*.

Ad evertendam præsumptionem consumptionis detractionum sufficit inventarium tutelare, ac etiam quævis alia so-

lemnis

lemnis descriptio; ex qua status hæreditarius ad certitudinem deduci valeat, *decis. 27. lib. 5. n. 13.*
Contrarium *decis. 54. n. 6. & seqq.* ubi etiam de inventario facto a testatore.
Detractiones non amittuntur per ommissionem inventarii, quando agitur adversus fideicommissarium; secus si agitur adversus creditores, & legatarios, *decis. 29. lib. 9. n. 22. Vide decis. 90. lib. 10.* fere per totam, *& decis. 91. lib. eodem.*
Si etiam aliunde quam ex inventario constet de statu hæreditario, hæres adversus fideicommissarium suas facit detractiones, & hoc casu, in quo constat de statu hæreditario, tenetur fideicommissarius probare, alienationes æquare detractiones, *decis. 19. lib. 9. n. 23. & seqq.*
Pro detractionibus non competit retentio fideicommissi principalis, *decis. 19. lib. 9. n. 26.*
Id procedit, si non constet de statu hæreditario, quia si de illo constet etiam aliunde quam ex inventario, sufficeret hæredi negare, non adesse alia bona sufficientia, *decis. 19. lib. 9. n. 27.*
Hæres gravatus non tenetur imputare in detractiones mobilia consumpta, nec tenetur illa vendere, *decis. 33. lib. 9. numer. 5.*
Neque pensiones domus solitæ inhabitari, & quæ erat necessaria ad conservationem mobilium, *decis. 33. lib. 9. n. 6. & 7.*
Exceptio, quod hæres gravatus gemmas, & pecunias subtraxerit, non impedit retentionem pro detractionibus, nisi subtractio concludentissime probetur, & quæ probationes ad hunc effectum non sufficiant, & ex quibus illa excludatur, *decis. 34. lib. 9.* per totam, *& decis. 48. lib. 10. n. 17.*
Detractionum prohibitio facta primo gradui, habetur pro repetita etiam in gradibus successivis, *decis. 42. lib. 9. n. 7.*
Maxime si etiam in ulterioribus substitutionibus adsint verba totalitatem importantia, *decis. 42. lib. 9. n. 8.*
Et si detractiones fuerunt prohibitæ inter descendentes, eadem prohibitio debet censeri apposita, quando fiebat transitus ad collaterales, *decis. 42. lib. 9. n. 9.*
Si gravatus imponat novum fideicommissum super aliqua re obnoxia restitutioni, censetur illam in suas detractiones elegisse, *decis. 43. lib. 9. n. 1.*
Quando ex præcedentibus alienationibus detractiones sunt effectæ illiquidæ, non possunt immissionem retardare, *decis. 46. lib. 9. n. 14.*
Alienationes factæ a gravatis imputantur in detractiones, *decis. 42. lib. 9. n. 10. & decis. 46. n. 8. lib. eodem, & decis. 48. lib. 10. n. 15. & decis. 53. n. 10. & decis. 103. lib. 10. num. 21.*
Et procedit conclusio, licet alienatio non fuerit facta a primo gravato, sed ab ulterioribus vocatis ipsius gravati hæredibus, *decis. 103. lib. 10. n. 22.*
Ex commissione inventarii, & alienationibus, oritur præsumptio subtractionis, & consumptionis detractionum, *decis. 41. lib. 9. num. 11. & 12. decis. 46. num. 3. & 4. lib. eodem, & decis. 26. lib. 10. n. 12. & decis. 54. n. 5. & decis. 71. n. 7. & decis. 72. n. 2. lib. eodem.*
Hæc tamen præsumptio procedit contra hæredem gravatum, & habentem causam ab eo, non autem contra tertium, contra quem tenetur fideicommissarius probare, quod alienationes absorbeant detractiones, *decis. 46. n. 5. lib. 9. & decis. 48. lib. 10. n. 16. & 17.*
Intellige tamen, si detractiones sunt magni momenti, & alienationes modicæ, *decis. 46. lib. 9. n. 6.*
Secus autem si alienationes sunt in magna quantitate, itaut verisimiliter detractiones adæquent; nam hoc casu tertius gravatur onere probandi, detractiones non fuisse consumptas, *decis. 46. lib. 9. n. 7. & seqq.*
Si fideicommissarius permisit, quod gravatus excessivas faceret detractiones, ubi imputare debet, *decis. 51. lib. 9. n. 25.*
Detractiones semel factæ, bona fides non patitur, ut iterum fieri debeant, *decis. 52. lib. 9. n. 6.*
Quando verisimile est, quod a gravato aliquid supersit detrahendum, æquum non est, ut ipse cogatur restituere ante liquidationem, *decis. 8. lib. 10. n. 9.*
Onus impositum ab hærede gravato super bonis fideicommissariis sustinetur in causam detractionum, *decis. 45. lib. 10. n. 5. & 14.*
Legatum factum a gravato sustinetur super detractionibus, & earum vigore datur legatario manutentio, *decis. 24. lib. 11. num. 18.*
Detractiones quantitativæ impediunt immissionem, etiam pro indiviso, *decis. 15. lib. 9. n. 21. & decis. 34. num. 1. lib. eodem.*
Quando petitur immissio ad universale fideicommissum, Rota illam solet concedere pro indiviso, reservando separationem detractionum in executione, *decis. 32. lib. 9. n. 2.*
Si vero agatur solum de quadam portione a judice pro dd. detractionibus assignata, vel a gravato retenta in causam detractionum, tunc non potest pro indiviso decerni fideicommissario immissio, sed prius sunt detractiones liquidandæ, maxime si aliquæ sint quantitativæ, *decis. 32. lib. 9. num. 3. & seqq.*
Quando turbiditas detractionum provenit ab exceptionibus datis per actores, tunc isti debent illam concludere, alias nequeunt impedire retentionem, *decis. 32. lib. 9. n. 6.*
Detractio legitimæ, utpote certa ratione loci, & quotæ, non impedit fideicommissario immissionem pro indiviso, *decis. 8. lib. 10. n. 8. & decis. 9. num. 12. & decis. 48. num. 18. lib. eodem.*

Quando detractiones sunt quotitativæ, datur immissio pro indiviso, *decis. 30. lib. 10. n. 7.*
Si tamen essent certæ etiam ratione quantitatis, quia constaret de statu hæreditario, tunc datur fideicommissario immissio indefinite, & retentio legitimario pro quantitate debita, *decis. 48. lib. 10. n. 19. & decis. 59. n. 1. lib. eodem.*
Ex fideicommisso pro unica tantum quarta detrahitur, *decis. 17. lib. 9. n. 15. & decis. 51. n. 21. & seqq. & decis. 67. num. 10. lib. eodem, & decis. 71. n. 12. lib. eodem.*
Id autem intelligitur, quando agitur de una eademque persona, quæ eodem tempore duplicem quartam prætenderet, *decis. 67. lib. 9. n. 11.*
Secus si sint duæ personæ, quæ ex diverso, & separato respectu ad duplicem quartam concurrant, *decis. 67. lib. 9. n. 12. & seqq. & decis. 71. n. 11. lib. eodem.*
Imo eadem persona potest diverso tempore duplicem quartam detrahere, *decis. 67. lib. 9. n. 13.*
Testatori debet remanere libera facultas disponendi de oncuncio illæso a quacunque detractione, *decis. 67. lib. 9. n. 14.*
Limita, vel quando dispositio est fideicommissaria, vel quando continet legata ultra dodrantem, vel quando extat persona, cui ex beneficio legis debetur subsidium quartæ, *decis. 67. lib. 9. n. 15. & 16.*
Detractiones modicæ non impediunt immissionem; quia præsumantur ex fructibus consumptæ, *decis. 64. lib. 10. n. 10.*
Alienata a gravato etiam vigore facultatis sibi a testatore elargitæ, imputantur in detractiones, nec talis facultas intelligenda est ultra detractiones, *decis. 83. lib. 10. n. 3. & 4.*
Sola omissio inventarii non impedit detractiones, *decis. 87. lib. 10. n. 23.*
Modicæ alienationes non habentur in consideratione ad inducendam consumptionem detractionum, quando æs hæreditarium est pingue, & detractiones ingentes, *decis. 87. lib. 10. n. 25. & decis. 88. n. 17. lib. eodem.*
Venditiones animalium, & gregis non connumerantur inter alienationes ad prædictum effectum, quia animalia veniunt in fructu, *decis. 87. lib. 10. n. 24.*
Pro detractionibus datur hæredi gravato, & habenti causam ab eo retentio, *decis. 7. lib. 11. n. 1. & 5.*

Dictiones in genere.

Dictiones repetitivæ repetunt omnia præcedentia cum suis qualitatibus, *decis. 28. lib. 10. n. 7.*

Dictiones in specie.

Dictio *ab* apposita tempori præsenti operatur istius exclusionem, & separationem, *decis. 19. lib. 11. n. 5.*
Dictio *ac si* omnimodam similitudinem denotat, *decis. 1. lib. 1. num. 6.*
Dictio *alias* est repetitiva similium qualitatum, nec ad diversas extenditur, *decis. 9. lib. 4. n. 24. & decis. 10. n. 10. lib. eodem.*
Dictio *alios* est implicativa similium, *decis. 116. lib. 10. n. 13.*
Dictiones *detto, o sudetto* sunt relativæ, & repetitivæ qualitatum modi, & temporis, *decis. 17. lib. 5. n. 10. & 13.*
Dictio *di più*, quæ latine sonat *item*, est de sui natura augmentativa, & novam inducit dispositionem a prima distinctam, *decis. 11. lib. 11. n. 4.*
Interpretatur idem, *ac ultra*, & ostendit summam esse diversam, & separatam unum relictum ab alio, *decis. 14. lib. 11. num. 10.*
Dictio *dummodo* restringit dispositionem ad conditionem ibi expressam, & omnes alias modificat, & excludit, *decis. 109. lib. 10. n. 10.*
Dictio *&* est ampliativa præcedentium, *decis. 19. lib. 7. n. 6. & decis. 19. lib. 11. n. 14.*
Posita inter duos, diversitatem copulatorum designat, *decis. 17. lib. 10. n. 15.*
Operatur unicitatem orationis, non obstante, quod unaquæque pars regatur a proprio verbo, *decis. 29. lib. 10. n. 2.*
Non semper separat, & distinguit, cum quandoque ponatur inter synonyma idem importantia, *decis. 15. lib. 10. n. 11.*
Ponitur etiam inter orationes independentes, & separatas, *decis. 19. lib. 11. n. 13.*
Dictio *nam* est de sui natura ratiocinativa, & continuativa, atque operatur, ut subsequens dispositio dependeat ab antecedenti, *decis. 73. lib. 10. n. 13. & decis. 74. n. 3. & 4. & decis. 81. n. 14. lib. eodem.*
Limita, quoties intercedit duas dispositiones, de per se perfectas, *decis. 73. lib. 10. n. 14. & decis. 81. n. 17. lib. eodem.*
Dictio *omnia* refertur ad universa, & complectitur singula superius expressa, *decis. 108. lib. 10. n. 1.*
Dictio *omnimoda* omne comprehendit, *decis. 8. lib. 3. n. 6.*
Et omnem jurisdictionem amplectitur, *decis. 10. lib. 3. numer. 3.*
Dictio *pleno jure* nihil excludit, *decis. 5. lib. 3. n. 8. & decis 8. n. 7. & decis. 10 n. 4. lib. eodem.*
Dictio *pro* denotat improprietatem, & significat idem, ac *vice*, seu loco, *decis. 13. lib. 6. n. 13.*
Dictio *quomodolibet* comprehendit omnes modos, sed non extenditur ultra res expressas, *decis. 66. lib. 9. n. 6.*
Dictio *scilicet* declarat, & restringit superiora, ad ea quæ ex post exprimuntur, *decis. 109. lib. 10. n. 15.*
Dictio *semper* includit omne tempus, *decis. 19. lib 7. num. 7.*
Dictio *sin minus* operatur, ut subsequens dispositio restringatur ad casum antecedentis, *decis. 62 lib 10. n. 5.*
Item repetit verba, & qualitates prioris dispositionis, *decis. 62. lib. 10. n. 7.*

Dictio *tandem* excludit alias quascunque causas praeter expressas, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 8.
Dictio *tunc* restringis dispositionem ad praecisum tempus, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 11.
Dictio *vel* quandoque stat explicative, & accipitur pro *idest*, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 5.
Dictio *ut supra* repetit omnes qualitates, & conditiones praecedenter appositas, *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 7.
Restringit dispositionem ad personas superius vocatas, *decis.* 79. *lib.* 10. *n.* 10.
Et repetit omnia praecedenter expressa, *decis.* 3 *lib.* 1. *n.* 1.

Dies.

Dies, alius naturalis, alius artificialis, alius civilis; quaenam differentia inter istos intercedat, & a quo tempore initia sumpserit, & sumat tam apud diversas nationes, quam juxta morem Romanum, & alia ad materiam, *decis.* 4. *lib.* 12. *n.* 3. *& seqq.*

Dispensatio.

Dispensatus ab uno non dicitur dispensatus ab aliis impedimentis, cum tot requirantur dispensationes, quot sunt obstacula, *decis.* 23. *lib.* 12. *n.* 19.

Dispositio.

Dispositio secunda non potest dici revocatoria primae, si cum ea est compatibilis, *decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 21.
Dispositio generalis per specificam postea moderatur, *decis.* 92. *lib.* 10. *n.* 15.

Dispositio captatoria.

Dispositio captatoria est nulla, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 4.
Captoria dicitur dispositio, si aliquis haeres instituatur, dummodo non revocet alteram dispositionem ad favorem disponentis exaratam, *decis.* 15. *lib* 9 *n.* 5
Conditio captatoria apposita uni substitutioni, caeteras praecedenter non afficit, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 6.
Limitatur tamen, quando eadem conditio est apposita post omnes substitutiones per modum unius sub eadem oratione, & periodo, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 7.
Conditio captatoria, licet non percutiat institutionem, sed solam substitutionem in tempus remotum ordinatam, tamen annullat totam dispositionem, *decis* 15. *lib.* 9. *n.* 8.
Et maxime quando tam substitutio, quam institutio, & sola dispositio tendit ad captandum, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 10.
Si captata sit pars tantum haereditatis alicujus, dispositio in sola parte irritatur, secus autem e contra, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 11. *&* 12.
Dispositio captatoria est nulla, sive captatio tendat in favorem disponentis, sive alterius, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 13.
Omnis facienda est interpretatio, ut captatoria dispositio irritetur, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 14.
Quando utraque dispositio est correspectiva, & una est facta ad impediendam revocationem alterius, tunc utraque est captatoria, & corruit, licet sint factae diverso tempore, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 15. *&* 16.

Diversitas.

Quando duo sunt inter se diversa, uno sublato, aliud non tollitur, *decis.* 26. *lib.* 5. *n.* 22.

Divisio.

Per divisionem factam inter cohaeredes non inducitur fideicommissi renunciatio, nisi de ista appareat ex apertissimis, & indubitatis verbis, *decis.* 70. *lib.* 10. *n.* 12.
Vide Fideicommissum.

Divortium.

Vide Separatio Tori.

Doctor.

Doctorum punctuales auctoritates non habentes contradictorem pro lege sunt habendae, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 7.

Dolus.

Dolus & fraus non praesumitur absque lucro; *decis.* 11. *lib.* 9. *num.* 39.

Domicilium.

Domicilium non contrahitur ex permanentia accidentali in loco, quando quis domum, familiam, & bona retinet in alio, *decis.* 36. *lib.* 9. *n.* 13.
Domicilium non contrahitur per solum incolatum, nisi concurrat animus permanendi, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 5.
Amplia, etiam si in loco quis emerit aliqua stabilia, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 6.
Animus permanendi excluditur ex retentione domus & familiae in patria, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 7.
Item ex quo nulla portio bonorum a patria fuerit in locum habitationis transportata, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 8.
Ex quo aliquis in pluribus actibus se denominaverit de loco originis, excluditur animus contrahendi domicilium in loco habitationis, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 9.
Item ex reversione ad patriam cum subsecuta permanentia in ea, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 10.
Matrimonium contractum a viro extero in aliquo loco non efficit, ut in eo contrahat domicilium, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 11.
Contrarium vero procedit in muliere, quae domicilium viri acquirit, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 12
Procederet etiam in viro, si iste matrimonium contraheret eum pacto, ut non posset mulier alibi traduci, *decis.* 37. *lib.* 9. *num.* 13.
Mutatio domicilii potius, & facilius praesumitur in eo, qui venerit a statu extero, quam in districtuali, *decis.* 37. *lib.* 9. *num.* 14.
In concursu duorum domiciliorum attenditur potius illud originis, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 15.
Ex longa permanentia, contractione matrimonii, emptione stabilium, obitu, & sepultura in aliquo loco, quod acquiratur incolatus, domicilium, *decis.* 61. *lib.* 9. *n.* 12. *cum seqq. & decis.* 62. *n.* 14. *lib. eodem.*
Denominatio, quod quis sit de tali loco, non excludit contractionem domicilii in alio, cum censeatur apposita a Notario demonstrationis gratia, *decis.* 62. *lib.* 9. *n.* 15.

Dominium.

Dominii translatio resultat ex constitutione procuratoris irrevocabiliter, ut in rem propriam, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 1.
Procedit conclusio, quando constitutio est facta in contractu puro, secus si in conditionali, *d. decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 2.
Jus percipiendi fructus non transfert dominium, licet aliquo modo, & improprie pro dominio accipi possit, *decis.* 2. *lib.* 1. *num.* 4.
Datio in pignus non inducit translationem dominii, quia pignoris natura est, ut satisfacto creditore res ad debitorem revertatur, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 5.
Ex electione tributa debitori solvendi in pecunia, vel restituendi bona, non dicitur ipsorum bonorum translatum dominium, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 7.
Maxime si non constet debitorem elegisse mediante solutione pecuniarum, ibid. *n.* 8.
Dominium habere non dicitur, qui habet facultatem repetendi pretium, *decis.* 3. *lib.* 2. *n.* 16.
Facultas percipiendi fructus, & vendendi rem propria auctoritate, non indicat perneccesse dominium, sed quandoque importat specialem hypothecam, & passim apponi solet favore creditoris possidentis jure pignoris, *decis.* 3. *lib.* 2. *num.* 18.
Et talis facultas verificatur tantum in casu morae, & non adimplementi, ibid. *n.* 19.
Ad effectum transferendi dominium sequiritur voluntas transferentis, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 7.
Dominium, & hypotheca super eadem re se compati non possunt, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 12.
Quando quis super se meliorata sibi reservat dominium, & hypothecam, sunt inter se compatibilia, quia dominium cadit super melioramentis, & hypotheca super re meliorata, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 5.
Clausulae *ad habendum*, *tenens*, *&c.* in dubio operantur translationem dominii, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 37.
Constitutus procurator, ut in rem propriam habet dominium, & tanquam verus dominus reputatur, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 7.
Intellige, quando constitutio procuratoris apponitur in actu translativo dominii; secus si contractus non est aptus illud transferre, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 8.
Talisque non reputatur contractus assecurationis dotis, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 9.
Item non procedit conclusio, quando constitutio procuratoris non est restricta ad aliquod certum corpus, sed est universalis, & indefinita, *decis.* 98. *lib.* 10. *n.* 3.

Domus.

In venditione domus cum annexis, & connexis non venit domus intermedia ab alia, in venditione non comprehensa, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 1.
Domus alteri connexa dicitur, quando ex una ad alteram patet aditus, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 2.
Arcus factus ad effectum accedendi ad aliquam domum, pars domus dicitur, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 5.
Sola cohaerentia non facit connexionem unius domus cum alia, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 6.
Licet domus venditio facta sit una cum domunculis connexis, quoties ista expressio verificari potest in aliquibus domibus annexis, non est extendenda ad alias, quae simplicem cohaerentiam habent, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 7.
Pensiones domus non praesumuntur perceptae, nisi probetur eam fuisse locatam, & maxime quando agitur de domo solita inhabitari, de cujus locatione non tenetur quis esse solicitus, *decis.* 32. *lib.* 9. *n.* 9.

Donatarius.

Donatarius universalis habetur loco haeredis, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 3.

Donatio in genere.

Donatio cum onere fideicommissi, tanquam onerosa non comprehenditur sub Statuto simpliciter loquente de donationibus, *decis.* 5. *lib.* 6. *n.* 2.
Statutum Bononiae annullat donationes, quae exaratae non sint coram judice, septem testibus, atque duobus Notariis, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 27.
Donationis irritatio ex vi dicti Statuti procedit, non obstante juramento, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 28.
Dictum Statutum Bononiae super solemnitatibus donationum ligat etiam forenses, quando contractus ibi perficitur, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 31.
Praeparatio ad donandum non inducit perfectionem actus donationis, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 31.
Fidejussoria obligatio excludit animum donandi, *decis.* 17. *lib.* 6. *n.* 18. *& decis.* 28. *n.* 10. *lib. eodem.* ubi idem de obligatione insolidum.
Qui non acceptat onus solvendi debita donatoris donationi annexa, non potest frui commodo donationis, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 22.

Causa

Causa finalis donationis a proœmio dignoscitur & eruitur, *dec. 5. lib. 7. num. 10. & decis. 9. numer. 7. lib. eodem.*

Causa finalis donationis ea dicitur, quæ respicit commodum, & interesse donantis, sive tertii, non autem solius donatarii, *decis. 9. lib. 7. n. 11.*

Ad dignoscendam qualitatem donationis non sunt attendendi actus, qui longo tempore præcesserunt, sed interpretatio sumenda est contextu, & visceribus ejusdem, *decis. 11. lib. 7. num. 4.*

Donationis causa finalis importatur per clausulam *quia sic*, *decis. 14. lib. 7. n. 4.*

Pupillus non est habilis ad donandum, *decis. 16. lib. 7. n. 2.*

Limita, si donatio fiat ex causa ingressus in religionem, in qua non potest considerari læsio, vel deceptio, *decis. 16. lib. 7. numer. 3. & 4.*

Bona donata efficiuntur proprium Patrimonium donatarii, nec cadunt sub hæreditate & fideicommisso donantis, *decision. 4. lib. 9. n. 1.*

Reservatio certarum rerum facta a donante efficit, ut ipse in donatis ultra reservata nil aliud prætendere possit, sed non extendit donationem ad non donata, *decis. 66. lib. 9. n. 8.*

Comprehensio hæredum, & successorum in donatione efficit, ut donatarius possit de donatis disponere etiam ad favorem extraneorum, sed non operatur, ut in donatione veniat id, quod de natura verborum venire non potest, *decision. 56. lib. 9. n. 15.*

Hæredes in donatione censentur comprehensi contemplatione donatarii, & quatenus donatio in illo habeat effectum, *decis. 66. lib. 9. n. 16.*

Donatio dicitur unica, etiamsi plures personæ, & gradus sub ea comprehendantur, quando concurrit unica oratio, & stipulatio, & unica clausula *actum*, *decis. 115. libr. 10. numero 9.*

Maxime si donatio semper explicata fuit per verba numeri singularis, *decis. 115. lib. 10. n. 10.*

Et si fuerit facta per viam fideicommissi, & primogenituræ, prohibitaque primo vocato quælibet detractio, *decis. 115. lib. 10. n. 10.*

Propositio quando tot sint donationes, quot personæ, procedit ad hoc ut quilibet donatarius dicatur venire jure proprio, non autem ad hoc ut secundus donatarius non dicatur succedere primo per viam fideicomissi, *decis. 116. lib. 10. num. 14.*

Donatio quoad insinuationem, *Vide* Insinuatio.

Donatio causa mortis.

Donatio causa mortis exigit præsentiam quinque testium, *decis. 4. lib. 9. n. 2.*

Donatio causa mortis potest fieri coram Parocho, & duobus testibus ad formam *cap. cum esset*, *decis. 4. lib. 9. n. 3.*

Donatio contemplatione matrimonii, vel propter nuptias.

Donatio facta ex causa certi, & determinati matrimonii non subjacet statutariæ dispositioni exoptanti in donatione solemnitates, *decis. 5. lib. 6. n. 1.*

Sustinetur dicta donatio absque solemnitatibus, licet donans nullam habeat necessitatem dotandi, dummodo non sit minor, *decis. 5. lib. 6. n. 3.*

Amplia, licet donatio sit directa in virum, non in mulierem, *decis. 5. lib. 6. n. 4.*

In donatione facta contemplatione certi, & determinati matrimonii, censetur ipsum matrimonium principaliter contemplatum, etiamsi concurrat sanguinis conjunctio, *decis. 5. lib. 6. num. 5.*

Donatio dicitur correspectiva matrimonio, si in eodem instrumento sit stipulata, licet in separato capitulo de per se stante, *decis. 5. lib. 6. n. 6.*

Donatio facta intuitu matrimonii, ut vir possit onera matrimonialia sustentare, non dicitur stipulata ex causa finali matrimonii, sed ad commodum, & utilitatem viri donatarii, *decis. 1. lib. 7. n. 8.*

Ex donatione facta intuitu certi, & determinati matrimonii, quæritur jus irrevocabile uxori, & filiis, itaut alterari, & diminui a donante non possit, *decis. 2. lib. 7. num. 11. & decis. 79. lib. 10. n. 13.*

Multoque minus valent bona fideicommissi onere ex post gravari, *decis. 2. lib. 7. n. 2.*

Procedit tamen conclusio, quando uxor, & filii fuerunt vocati, vel pro ipsis acceptata stipulatio, *decis. 2. lib. 7. numer. 3.*

Secus vero si vocatio, & stipulatio deficiant, quia tunc eorum interesse est secundarium, *decis. 2. lib. 7. num. 3. & decis. 3. num. 7. lib. eodem.*

Et istud per eorum obitum extinguitur, & cessat, *decis. 2. lib. 7. num. 6.*

Imo etiamsi supervivant, non possunt, fideicommissum super bonis donatis constitutum impugnare, quia per istud non tollitur, nec impeditur eorum jus & interesse secundarium, *decis. 2. lib. 7. n. 7. & decis. 3. n. 8. lib. eodem.*

Quando onera, & conditiones fuerunt a donante appositæ in ipsomet actu donationis, tunc tam uxori, quam filiis quæritur solum jus sub dd. conditionibus, & oneribus, *decis. 79. lib. 10. n. 14. & decis. 80. n. 8. lib eodem.*

Quoties filii in donatione sunt contemplati ex propria persona, pater non potest illis præjudicare, *decis. 2. lib. 7. numer. 1.*

De donatione facta contemplatione certi, & determinati matrimonii filiorum contemplatio dicitur facta habito respectu ad eorum personam, non autem ad illam patris, itaut donatio dicitur adventitia, non profectitia, *decis. 1. lib. 7. n. 2. & decis. 38. lib. 9. n. 25.*

Solus intuitus matrimonii, ubi fuit causa finalis donationis, operatur, quod donatio tanquam actus correspectivus adeo confundatur cum ipso matrimoniali contractu, ut jus quod ex ea filii acquirunt, reddatur irrevocabile, *decis. 1. lib. 7. num. 3.*

Maxime si expressa filiorum mentio habita fuerit, *decis. 1. lib. 7. num. 4.*

In urbe sufficit, ut filii sint in conditione positi, quia ex hoc censentur ad bona donata per fideicommissum vocati, *decis. 1. lib. 7. n. 5.*

Etiamsi fuerint positi in conditione in pacto reversivo ad impediendam reversionem ad donantem, *decis. 1. lib. 7. numero 7.*

Si donatio sit facta ad hoc, ut vir possit onera matrimonialia sustentare, tunc matrimonium non dicitur causa finalis, sed potius persona, & commodum viri; ideoque tunc filii veniunt dependenter a patre, *decis. 1. lib. 7. n. 8. & 9.*

Filii si expresse, & dispositive una cum patre tanquam donatarii non appareant considerati, licet pater pro ipsis stipuletur, tamen solum dicuntur vocati cum qualitate hæreditaria patris, *decis. 1. lib. 7. num. 10. & decis. 2. num. 6. lib eodem.*

Et dicto casu favor filiorum consistit in eo, quod habeant patrem locupletem, & familia honorificentius sustineatur, *decis. 2. lib. 7. n. 11.*

Simplex nominatio filiorum facta in donatione non efficit, quod ipsis jus ex propria persona quæratur, *decis. 1. lib. 7. num. 12.*

Maxime si nominati fuerint cum additione qualitatis hæreditariæ, *decis. 1. lib. 7. n. 13.*

Qualitas bonorum ad quoscunque hæredes transitoria suadet, ut filii in dubio censeantur vocati ut patris hæredes, *decis. 1. lib. 7. n. 14.*

Stipulatio in donatione concepta cum clausula *præsenti* exterata, denotat fuisse vocatos quoscunque successores, & etiam extraneos hæredes, *decis. 1. lib. 7. n. 15.*

Donatio si sit facta cum onere, ut cedat in diminutionem legitimæ, indicat, quod filii sint contemplati ut hæredes patris, *decis. 17. lib. 7. n. 16.*

Observantia potest demonstrare, quod filii fuerint in donatione contemplati uti heredes, *decis. 1. lib. 7. n. 17.*

In dubio filii non censentur vocati ex propria persona, *decis. 1. lib. 7. n. 18.*

Quoties ex conjecturis constet de mente contrahentium, noluisse scilicet filios ex propria persona ad donationem vocare, tunc Statutum volens, quod sibi in conditione positi censeantur vocati, nihil operari potest, *decis. 1. lib. 7. num. 19.*

Quando filii ad bona donata veniunt ut hæredes patris, non possunt illum factum impugnare, *decis. 2. lib. 7. num. 6. & decis. 3. n. 9. lib. eodem.*

In donatione facta intuitu certi, & determinati matrimonii, nedum acquirunt jus donatarius, uxor, & filii, verum etiam & consanguinei, qui contractui interfuerunt, *decis. 3. lib. 7. num. 1.*

Ideoque absque eorum placito, & consensu nequit donans in totum, sed in parte donationem revocare, vel ipsis insciis, & invitis donatarius retrodonare, quia id esset contra fidem tabularum nuptialium, & ita sponsæ consanguinei decepti remanerent, *decis. 3. lib. 7. n. 2. & 3.*

Non autem tale jus consanguineorum impedit, quin donans provido consilio consulat filiis ex nepotibus ex propria persona non vocatis, vinculando bona donata fideicommisso ad eorum favorem, *decis. 3. lib. 7. n. 4. & seqq.*

Sicuti nec pariter impedit, quin donatarius, qui est verus dominus bonorum donatorum, quando filii non sunt ex propria persona contemplati, possit libere de bonis donatis disponere, tam in vita, quam in morte, illaque hypothecare, vinculare, & fideicommisso subjicere, *decis. 3. lib. 7. n. 5. & seqq.*

Donatio antenuptialis de jure antiquo solebat fieri mulieri in rea compensationem, seu assecurationem suæ dotis, & in ipsam mulierem transibat, *decis. 38. lib. 9. n. 19.*

Hæc tamen donatio nostris temporibus est pene abrogata, & invaluit altera, quæ fit viro, & in illius dominium transit, nec quæritur mulieri, *decis. 38. lib. 9. n. 20. & 21.*

Et illa multum differt ab antiqua, *decis. 38. lib. 9. n. 22. & 23.*

Donatio inofficiosa.

Legitimam sibi prætendere non possunt super bonis donatis filiæ, nisi donatio probetur inofficiosa, *decis. 1. lib. 6. n. 8.*

Actio dandi de inofficiositate donationis præscribitur per lapsum quinquennii *decis. 44. lib. 9. n. 2.*

Intellige, quando donatio prætenditur inofficiosa re, & consilio, ad effectum eam rescindendi in totum, *decis. 44. lib. 9. num. 4.*

Secus si agatur de ea reducenda ad proportionabilem legitimæ quantitatem, quia hoc casu actio durat per 30. annos, *decis. 44. lib. 9. n. 5.*

Imo quando omnes filii sunt hæredes matris ex testamento, tunc quia actio non potest contra seipsum intentari, id

quod erat in actione, transit in exceptionem, & perpetuatur ideoque semper, & quandocunque potest legitima peti, & dici de inofficiositate, *decis. 44. lib. 9. n. 6.*

Ad dignoscendum vitium inofficiosi attenditur tempus donationis, *decis. 44. lib. 9. n. 7.*

Ad tuendam propriam possessionem etiam tertius potest opponere de inofficiositate donationis, *decis. 44. lib. 9. n. 10.*

Donatio inter virum, & uxorem.

Donatio inter virum, & uxorem morte confirmatur, *decis. 11. lib. 6. n. 4. & decis. 12. n. 6. lib. eodem.*

Confessio viri super quantitate dotis, etiam facta constante matrimonio, probat contra illius hæredes, *decis. 11. lib. 6. num. 2.*

Confessio viri facta constante matrimonio, quando potest se habere ad lucrum, & damnum, non potest præsumi simulata, & in fraudem prohibitæ donationis, *decis. 11. lib. 6. n. 3. & decis. 12. n. 7. lib. eodem.*

Confessio facta constante matrimonio in tantum non valet, in quantum resolvitur in prohibitam donationem inter virum, & uxorem, *decis. 12. lib. 6. n. 4.*

Non est prohibitum inter virum, & uxorem constante matrimonio pascisci de certa quota, vel quantitate reciprochi lucri, *decis. 12. lib. 6. n. 6.*

Donatio inter virum, & uxorem est prohibita, nec sustinetur ex enunciativo; quod fuisset ante matrimonium concordata, *decis. 14. lib. 6. n. 33.*

Donatio omnium bonorum.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum sustinetur ex sola reservatione ususfructus, si sit pinguis, itaut fructus superabundent, quia in eis solvatur facultas arctandi, *decis. 5. lib. 7. n. 20. & decis. 9. lib. 7. n. 16.*

Maxime si accedat amplissima facultas disponendi de eodem ususfructu, quæ intelligitur non de sola dispositione vita durante, sed etiam per ultimam voluntatem, *decis. 5. lib. 7. n. 20. & decis. 9. lib. 7. n. 18.* ubi etiam si adsint verba, *vita naturali durante*, quia hæc denotant durationem ususfructus, non limitant facultatem disponendi.

Limita, si donator esset senex, *decis. 9. lib. 7. n. 17.*

Quando quis sibi reservavit facultatem disponendi per actum inter vivos, hæc non suffragat ad effectum sustinendi donationem omnium bonorum, *decis. 9. lib. 7. n. 17.*

Et si donator si senex, nihilominus, quando mors non est imminens, adhuc reservatio ususfructus suffragat, *decis. 9. lib. 7. num. 8.*

Donatio quoad resolutionem, & revocationem.

Donatio facta sub conditione, quod si donatarius prædecedat donanti, resolvatur; si supervivat, non resolvitur, *decis. 4. lib. 7. n. 1.*

Donationis resolutio in duobus casibus sub eadem verborum structura conventa, utrunque casum æqualiter qualificat, *decis. 4. lib. 7. n. 6.*

Reversio stipulata ad merum commodum donantis, non habet locum, si iste prædecedat, nec operatur ad favorem hæredum, *decis. 4. lib. 7. n. 17.*

In donatione inter vivos, quando non adest pactum reversivum; hæc per mortem donatarii non resolvitur, sed transmittitur ad hæredes, *decis. 5. lib. 7. n. 1. & decis. 9. n. 1. & 2. & decis. 10. num. 1. & decis. 11. n. 1. lib. eodem, & decis. 116. lib. 10. n. 1. & 2.*

Clausula *ad habendum* indicat, quod donans abdicavit a se dominium, illudque transtulit in donatarium, & hæredes, absque ulla spe reversionis, & resolutionis, *decis. 5. lib. 7. num. 2. & decis. 9. num. 5. & 15. & decis. 11. n. 10. & 18. & decis. 13. n. 2. lib. eodem.*

Itemque operatur clausula *constituti*, *decis. 5 lib. 7. n. 3. & decis. 9. n. 5. & decis. 10. n. 7. & decis. 11. n. 16. lib. eodem.*

Reservatio ususfructus facta a donatore sua vita durante, ostendit abdicationem dominii absque spe reversionis, *decis. 5. lib. 7. n. 4. & decis. 9. n. 5. lib. eodem.*

Quando in donatione adest clausula *præsenti* cæterata, sub ea veniunt quicunque hæredes & successores etiam extranei ad effectum excludendi resolutionem, *decis. 5. lib. 7. num. 6. & decis. 9. n. 14. & decis. 11. n. 14. lib. eodem.*

Maxime quando tam donatarius, quam donans pro observantia donationis se, & hæredes obligarunt, *decis. 5. lib. 7. n. 7. & decis. 9. n. 14. & decis. 7. n. 15. lib. eodem.*

Si donatarius non possit ex parte sua adimplere, vel non adimpleat onera donationis, non est locus resolutioni, si onera non fuerint causa finalis donandi, sed tantum impulsiva, *decis. 6. lib. 7. n. 8.*

Et dicitur onus causam impulsivam importare, quando fuit injunctum post perfectam donationem in oratione separata, *decis. 5. lib. 7. n. 9.*

Si donator declaravit, quod ideo donabat, quia sic de rebus suis ei facere placebat, hinc arguitur, quod donatio nequeat resolvi, sed transmittatur ad hæredes, licet per præmorientiam donatarii aliqua ex causis, deficiat, *decis. 5. lib. 7. num. 11.*

Licet donatio sit facta ex causa amoris, & benevolentiæ, non proinde judicanda venit personalis, sed realis, & transitoria ad hæredes, *decis. 5. lib. 7. n. 12.*

Ex quo donator omisit in donatione clausulam resolutivam, videtur restrinctionem, & resolutionem noluisse, *decis. 5. lib. 7. n. 13.*

Onus adimplendi transmittitur una cum emolumento ad hæredes donatarii, *decis. 5. lib. 7. n. 15. & decis. 9. n. 10. lib. eodem*

Donatio non resolvitur ob resolutionem alicujus pacti ab ea disjuncti, *decis. 5. lib. 7. n. 18.*

Pendente lite super resolubilitate donationis, hæres donatarii restituere non tenetur ea, quæ ex administratione ad ejus manus pervenerunt, *decis. 6. lib. 7. n. 3.*

Quando donatarius ob præmorientiam non potest adimplere modum, seu conditionem donationi adjectam, donatio resolvitur, *decis. 9. lib. 7. n. 3.*

Si autem agatur de simplici onere donatario adjecto, tunc non admitteretur resolutio ob præmorientiam, *decis. 9. lib. 7. n. 4.*

Quando donatio fuit facta ex pluribus causis finalibus, sufficit, quod una tantum verificetur, ad hoc, ut non sit locus resolutioni, *decis. 9. lib. 7. numer. 9. & decis. 115. lib. 10. num. 12.*

Licet donatio sit facta post testamentum, tamen non dicitur facta in illius executionem, nec induit naturam revocabilem illius, *decis. 9. lib. 7. num. 13. decis. 11. num. 9. & 11. lib. eodem.*

Expressio beneficiorum receptorum a donatario non impedit, quin donatio sit transitoria ad hæredes, *decis. 9. lib. 7. numer. 15.*

Donationis personalitas, & resolubilitas, tanquam repugnans naturæ actus, debet evidentibus conjecturis probari, *decis. 10. lib. 7. n. 2. & decis. 11. n. 6. lib. eodem.*

Clausulæ *ad habendum & constituti*, denotant, donationem esse realem, non personalem, *decis. 10. lib. 7. n. 3.*

In dubio semper est standum contra resolutionem donationis inter vivos, *decis. 10. lib. 7. n. 5.*

Si donator respexit ad superviventiam donatarii, tunc per istius prædecessum donatio resolvitur, *decision. 11. liber. 7. num. 2.*

Item resolvitur, si donatio sit mere personalis, *decis. 11. lib. 7. num. 3.*

Hæredes in donatione non nominati, si venire non possunt jure vocationis, veniunt jure transmissionis, *decis. 11. lib. 7. num. 19. & decis. 115. lib. 10. n. 4. & decis. 116. num. 1. & 7. lib. eodem.*

Etiamsi donatio sit facta alicui cum taxativa *tantum*, tamen transmittitur, nec resolvitur, si deficiat pactum reversivum *decis. 11. lib. 7. n. 22. & decis. 115. lib. 10. n. 4. & decis. 116. n. 3 lib. eodem.*

Donatio inter vivos est irrevocabilis, & perpetua, nec ullo modo revertitur ad donantem, *decis. 13. liber. 7. numero 1.*

Pactum resolutivum appositum in donatione, casu quod congregatio donataria non progrederetur, & deficeret, non dicitur purificatum per diminutionem personarum congregationis, sed exigitur totalis deficientiæ, *decis. 13. liber. 7. num. 3.*

In donatione ex non implemento pactorum non datur resolutio, sed tantum admittitur actio ad interesse, *decis. 14. lib. 7. n. 1. & decis. 15. n. 1. lib. eodem.*

Limita, si onera, & pacta non adimpleta sunt causæ finales donationis, *decis. 14. lib. 7. numer. 2. & decis. 15. numer. 1. lib. eodem.*

Item limita, si appositum fuerit pactum resolutivum, *decis. 14. lib. 7. n. 3. & decis. 15. n. 4. lib. eodem.*

Clausula, *quia sic*, importat causam finalem donationis, *decis. 14. lib. 7. n. 4. & decis. 15. n. 4. lib. eodem.*

Resoluta donatione datur donanti regressus ad bona donata *decis. 14. lib. 7. n. 6.*

Eique conceduntur omnia remedia possessoria tam reintegrationis, quam rei vindicationis aut manutentionis, *decis. 14. lib. 7. n. 7.*

Resoluta donatione ex defectu adimplementi, dominium bonorum donatorum ipso jure revertitur ad donantem, *decis. 14. lib. 7. n. 8. & 9.*

Ad impediendam resolutionem donationis non admittitur donatarius ad purgationem moræ, & adimplementum pactorum, non observatorum, *decis. 14. lib. 7. n. 10. & decis. 15. 9. lib. eodem.*

Ad hoc, ut donatarius possit impedire effectum resolutionis, tenetur probare adimplementum pactorum, cum sufficiat donanti istud negare, *decis. 14. lib. 7. n. 11.*

Quando onus est causa finalis donationis, tunc ad causandam resolutionem non attenditur, an sit appositum per viam modi, vel per viam conditionis, *decis. 15. lib. 7. numer. 2.*

Promissio non revocandi donationem ex quacunque causa, intelligitur conditionaliter, quatenus pacta a donatario adimpleantur, *decis. 15. lib. 7. n. 6.*

Donatarius tunc dicitur in evidenti culpa, si adsit replicata contumacia in non adimplendo, *decis. 15. lib. 7. n. 7.*

Ad hoc ut donatio resolvatur, sufficit nudum factum non adimplementi, nec exigitur culpa, quia resolutio provenit ex deficientis consensus donantis, *decis. 15. lib. 7. numer. 8.*

Donans petendo præstationes sibi in donatione reservatas, non prohibetur agere ad ejusdem donationis resolutionem, quando petitio fuit facta cum præservativa jurium, non est incongruum, ut donationem impugnet, & præstationes interim petat, *decis. 15. lib. 7. n. 10. & 11.*

Donatio inter vivos facta alicui, & filiis, etiamsi filii non nascantur, non resolvitur, nec redit ad donantem, quoties non adsit pactum reversivum, *decis. 115. lib. 10. n. 1.*

Etiamsi

Etiamsi donatio facta fuerit durante vita naturali donatarii, decis. 115. lib. 10. num. 2. & decis. 116. n. 4. & 8. lib. eodem.

Maxime, quando donatarius stipulatus fuit pro se & aliis successive vocatis, & pro omnibus quorum interesat, decis. 115. lib. 10. num 3. & 7. & decis. 116. num. 9. & 10. lib. eodem.

Et quando donatario fuerunt alii substituti; nam tunc designatio vitæ dicitur adjecta ad ostendendum gravamen, non ad denotandam resolutionem, decis. 115. lib. 10. n. 5. & decis. 116. num. 10. lib. eodem.

Et si sint substitutæ personæ, quæ ab intestato donantibus non succesissent, decis. 115. lib. 10. num. 6.

Prohibitio alienationis in detractionem ostendis; quod donatio non est restricta ad vitam donatarii, decis. 115. lib. 10. n. 7. & decis. 116. n. 11. lib. eodem.

Licet donatio sit facta contemplatione agnationis, tamen si sit inter vivos, etiam defectis agnatis non resolvetur, sed transmittitur ad quoscunque hæredes donatarii, decis. 115. lib. 10. n. 12. & decis. 116. n. 6. lib. eodem.

Verisimilitudines, quod donans noluerit excludere & filios ad favorem hæredum extraneorum donatarii, non habentur in consideratione ad suadendam resolubilitatem donationis, quando ista est pura, irrevocabilis, & inter vivos, decis. 115. lib. 10. n. 13. & decis. 116. lib. eodem n. 5. & 6.

Donator;

Testamentaria dispositio donantis refertur; & intelligitur quoad bona reservata, non autem quoad comprehensa in donatione, decis. 4. lib. 7. num. 23. & decis. 4. lib. 9. n. 1.

Post donationem perfectam non potest donator testando donatario præjudicare, decis. 4. lib. 7. n. 24.

Donator tunc potest donationem perfectam declarare; quando est dubia, non autem quando est clara, quia tollere non valet jus quæsitum, decis. 5. lib. 7. num. 14. & decis. 13. num. 11. lib. eodem.

Quando declaratio tendit ad commodum donantis, tunc non attenditur, etiamsi esset vir probus, & religiosus, decis. 10. lib. 7. num. 6.

Declaratio facta a donante notæ probitatis attenditur, maximo si sit adminiculata, decis. 11. lib. 7. num. 20.

Limita tamen, si sit insubsistens, & erronea, decis. 11. lib. 7. num. 21.

Conjecturæ, & verisimilitudines desumptæ ex contextu ipsius donationis, valde urgent ad donantis mentem patefaciendam.

Observantia ex facto ipsius donantis desumpta ostendit, qualis fuerit illius voluntas, & intentio, decis. 13. lib. 7. n. 10.

Reservatio certarum rerum facta a donante efficit, ut ipse alia ex donatis consequi non possit, sed non extendit donationem ad non donata, decis. 66. lib. 9. num. 8.

Declarationi juratæ donantis, etiamsi tendat ad ipsius commodum, valde deferendum est, quando agitur de re dubia, decis. 66. lib. 9. n. 17.

Donatoris hæreditas dicitur consistere tantum in quantitate reservata ad effectum testandi, non autem in bonis donatis decis. 79. lib. 10. num. 15.

Si autem in ipsamet donatione donans substituendo mentionem fecerit de hæreditate, tunc intelligitur de universo patrimonio donato, de quo donatio loquitur, decis. 79. lib. 10. n. 16. & 17. decis. 80. num. 8. lib. eodem.

Dos in genere.

Pater tenetur filiam dotare, etiamsi ipsa habeat aliunde, decis. 4. lib. 1. num. 8.

Dotis congruitas desumitur ex nobilitate, patrimonio, & solito familiæ, decis. 4. lib. 1. num. 9. & 10. decis. 26. lib. 6. n. 7. & decis. 20. lib. 9. n. 16. & decis. 20. lib. 10. n. 21. & decis. 21. n. 21. lib. eodem.

Dos potest a judice taxari etiam ultra quantitatem demandatam a testatore, si necessitas ita exposcat, decis. 4. lib. 1. num. 12.

Constitutio Sixtina moderatoria dotium non habet locum inter forenses, decis. 4. lib. 1. num. 13.

Potest judex taxam in eadem Constitutione demandatam excedere, addendo clausulam dummodo derogatio impetretur, decis. 4. lib. 1. n. 14.

Licet d. Constitutioni passim, & facile derogari soleat; attamen absque derogatione, si excessive constituitur, non subsistit, decis. 2. lib. 2. n. 46.

Dotis quantitas justificari debet per exhibitionem instrumenti dotalis, nec sufficit docere, quod fundus assignatus in dotem certum valorem non excedat, cum potuerit, vel in mobilibus, vel in pecunia ultra talem fundum recepisse decis. 3. lib. 6. num. 10. & 11.

Si adsit in aliquo loco Statutum mandans, ut in constituendis dotibus non possit excedi certa summa, an si fiat contractus extra locum, & summa excedatur, Statutum operari possit, nec ne, Vide decis. 10. lib. 6. ante numerum primum.

Etiamsi dos fuit promissa in summa excedente taxam statutariam, quando fuit conventum, ut insuper deberet confici instrumentum, talis promissio non potest impugnari, quia debet supponi, quod in instrumento exceodendo suisset reservata impetratio derogationis, & beneplaciti in omnibus instrumentis apponi solita, decis. 10. lib. 6. n. 1. 5. & 6.

Statutum dotis moderatorium non ligat clericum dotantem, decis. 10. lib. 6. n. 2. & decis. 27. n. 37. lib. eodem, ubi quod antiquitus opinio erat valde controversa.

Dotis constitutio est irrevocabilis, sicut est irretractabile matrimonium, decis. 10. lib. 6. n. 4.

Confessio viri super quantitate dotis etiam matrimonio constante probat contra illius hæredes, decis. 11. lib. 6. num. 2. & 3. & decis. 12. num. 1. lib. eodem.

Hæres ad justificandum, quod auctor nihil recuperaverit de juribus in dotem traditis, non sufficit, quod allerat jura fuisse inexercibilia, sed exigitur probatio, maxime quando exceptio proponitur contra confessionem, decis. 12. lib. 6. num. 9.

Dos potest constitui etiam in fructibus, decis. 12. lib. 6. numer. 15.

Mulier prætendens, quod vir ex administratione suorum bonorum satisfactionem dotis consecutus fuerit, ideoque pro illius integra restitutione agat, tenetur id concludenter probare, decis. 14. lib. 6. n. 4.

Dotis exactio spectat ad virum, decis. 16. lib. 6. n. 4.

Extraneus dotans mulierem absque pacto reversionis, censetur voluisse donare, decis. 17. lib. 6. num. 3. & decis. 19. numer. 4. lib. eodem.

Extraneus autem dicitur, qui non habet mulierem dotatam in sua potestate, decis. 17. lib. 6. n. 2.

Præsumptio d. donationis eo magis urget, si dotans sit mulieri sanguine conjunctus, decis. 17. lib. 6. n. 4.

Curator dotans mulierem non curatorio, sed proprio nomine, dicitur se obligare animo donandi, decis. 17. lib. 6. numer. 5.

Administrator dotans, & non habens in manibus effectus mulieris, præsumitur voluisse dotem donare, decis. 17. lib. 6. num. 6.

Maxime si dos superet taxam a Statuto indictam, decis. 17. lib. 6. num. 7.

Dicta præsumptio donationis habet locum, quando agitur de repetenda dote ab ipsa muliere dotata; secus autem si actio dirigatur contra patrem, & alios dotare obligatos, cum contra illos difficilius dos donata censeatur, decis. 17. lib. 6. n. 9. & decis. 18. n. 7. et seqq. & vid. decis. 19. a n. 8. lib. eodem, ubi pro utraque opinione.

Maxime si concurrant conjecturæ ipsam donationem excludentes, decis. 17. lib. 6 num. 10. & decis. 18. num. 7. & decis. 19. n. 13. lib. eodem.

Et sufficiunt in hunc effectum leviores conjecturæ, quia istæ famulantur præsumptioni juris exclusivæ donationis decis. 17. lib. 6. n. 11. & decis. 19. n. 20. lib. eodem.

Atque hinc curator, seu administrator dotans censetur fecisse animo repetendi, & dotatio referenda est ad causam necessariam curæ, & administrationis, non autem ad titulum liberalitatis, & qualitas officii prævalet conjunctioni sanguinis, decis. 17. lib. 6. n. 12. & seqq. & decis. 18. num. 8. & decis. 19. n. 15. lib. eodem.

Etiamsi dotaverit nomine proprio, cum potius talis propria obligatio resolvatur in fidejussionem, & maxime si se obligaverit insolidum, decis. 17. lib. 6. n 17. et seqq.

Ad constituendam congruam dotem judex non alligatur statutariis pragmaticis, decis. 17. lib. 6. n. 21.

Reversio dotis favore mulieris stipulatæ non evellit jus dotanti repetenti dotem a dotare obligato, decis. 17. lib. 9. num. 22. et 23.

Si curator, vel administrator dotans, in libris rationum adnotaverit dotem solutam, excluditur præsumptio donationis, decis. 17. lib. 6. n. 25. et 27.

Dotans etiam nomine proprio, ubi excluditur animus donandi semper habet jus repetendi dotem a dotare debent decis. 16. lib. 6. n. 28. et 29.

Solvens dotem potest eam repetere a dotare obligato vel actione negotiorum gestorum, vel actione mandati, & datur utroque casu actio pro indemnitate, etiamsi non sit promissa, decis. 18. lib. 9. n. 2. et seqq.

Dotare obligatus, si debitum dotis tanquam suum agnoverit, signum evidens, quod alius qui dotem promisit, non habuit animum donandi, decis. 18. lib. 6. n. 12.

Declaratio, seu reservatio repetitionis dotis a dotante ex intervallo facta non suffragatur, decis. 19. lib. 6. n. 4.

Talis autem declaratio etiam ex intervallo facta multum deservit ad excludendum animum donandi in dotante, quando dubium fuit a principio, an donare voluerit, nec ne, decis. 19. lib. 6. n. 9.

Dotans non præsumitur habuisse animum donandi; si dos consistat in considerabili summa, ex qua maximum sentiret detrimentum, & depauperaretur, decis. 19. lib. 6. num. 16. et 17.

Sicuti dotans diu tacens in restitutione dotis censetur habere animum donandi, ita qui declarat eam repetere velle, animum donandi excludit, decis. 19. lib. 6. n. 18. et 19.

Mater constituens dotem filiæ, & reportans renunciationem legitimæ, dicitur solvisse pretium renunciationis, & sic non habuisse animum donandi, decis. 19. lib. 6. n. 22.

Declara, si renunciatio sequatur in actu ipsius dotationis, secus si ea post, decis. 19. lib. 6. n. 23.

Bulla Baronum licet securos reddat emptores bonorum per congregationem districtorum, tamen id non procedit quoad dotes debitas feminis descendentibus, quarum hypotheca semper remanet bonis infixa, decis. 4. lib. 1. n. 4.

Statuta dotium moderatoria non sunt habenda in consideratione ad extenuandam quantitatem legitimæ, decis. 24. lib. 6. num. 5.

Dos succedens legitimæ, jura legitimæ retinet etiam in parte, quæ legitimam excedit, *decis. 24. lib. 6. num. 6. & decis. 26. lib. 6. num. 6.*

Contrarium, *decis. 14. lib. 11. num. 8.*

Statutum Urbis tribuit doti viam executivam, etiam contra tertios possessores, *decis. 26. lib. 6. n. 1.*

Promissio facti alieni favore dotis resolvitur in absolutam ipsius promittentis obligationem, *decis. 26. libr. 6. numero 3.*

Adversus mulierem occupantem bona viri pro suo anteriori credito dotis, competit creditoribus posterioribus facultas eadem bona subhastandi, cum clausula *non amota*, & dummodo oblationes excedant, *decis. 29. lib. 6. num. 3.*

Mulier pro dote non soluta non habet retentionem in bonis viri, *decis. 29. lib. 6. n. 4. & decis. 30. n. 20. & 29. & decis. 31. n. 30 lib. eodem.*

Si mulier se ipsam dotet ultra vires proprii patrimonii, ejus obligatio est nulla, nec potest talis dos peti, nec per viam actionis, nec per viam compensationis, *decis. 31. lib. 6. n. 51. & seqq. & decis. 34. n. 1. lib. eodem.*

Et procedit conclusio, etiam si excessivitas proveniat a subsequuto facto, quod scilicet nomen debitoris insolutum traditum marito reperiatur non exigibile, *decis. 32. lib. 6. num. 55. & 56.*

Mulier tradens pro sua dote omne id quod habet, censetur tradidisse cum suis oneribus, *decis. 34. lib. 6. n. 3.*

Si autem non universitatem bonorum, sed tantum ratam dedit in dotem, tenetur istam reddere immunem a quovis onere *decis. 34. lib. 6. n. 5.*

Solutio dotis potest ex conjecturis probari, *decis. 37. lib. 6. numer. 6. & decis. 38. numer. 5. & decis. 39. numer. 3. lib. eodem.*

Dos soluta præsumitur, si vir onera matrimonii sustinuit; nec dotem petiit, *decis. 37. lib. 6. n. 7.*

Dotis solutio probatur per confessionem de recepto, quando præcessit promissio, *decis. 68. lib. 10. n. 17.*

Maxime si soluta justificetur in majori parte; nam sustentatio onerum matrimonialium cum lapsu temporis inducit præsumptionem solutionis quoad residuum, *decis. 37. lib. 6. numero 8.*

Dotis solutio arguitur ab expeditione inhibitionis dotalis cum expressa assertione, quod dos fuerat integre soluta; maxime si vir tali inhibitione usus fuit, *decis. 37. lib. 6. num. 9.*

Ad probandam dotis solutionem admittuntur testes metu excommunicationis deponentes, etiamsi non essent omnino idonei, quando aliis conjecturis, & præsumptionibus fulciuntur, *decis. 37. lib. 6. n. 10.*

Quando creditum dotis resultat ex instrumento, tunc conjecturæ ad probandam solutionem adductæ debent esse pernecesse concludentes, *decis. 38 lib. 6. num. 6. & decis. 39. num. libr. eodem.*

Solus temporis lapsus ad hunc effectum non sufficit, *decis. 38. lib. 6. num. 7. & seqq. & decis. 39. numer. 5. lib. eodem.*

Probatur dotis solutio ex eo, quod mulier filiorum tutrix in libris tutelaribus se creditorem integræ dotis contra virum descripserit, *decis. 38. lib. 6. n. 11.*

Limita, si etiam deinde ad creditum hæreditatis viri descripserit eandem dotem contra promissorem, *decis. 38. lib. 6. n. 13. & num. 20.*

Solutio dotis debitæ a patre mulieris, non arguitur ex legato ejusdem dotis facto mulieri per virum, nec per tale legatum dotis promissor liberatur, *decis. 38. lib. 6. n. 14. & 15. & seqq.* ubi aliæ conjecturæ refelluntur.

Solutio majoris partis dotis non inducit præsumptionem super solutione residui, quando solutio partis non fuit voluntaria, seu coacta, *decis. 39. lib. 6. n. 6. & decis. 40. num. 3. lib. eodem.*

Quoad dotem debitam a stupratore mulieri stupratæ. *Vide* verbo Stuprum.

Dos pro certis nuptiis constituta, etiam pro aliis debetur, *decis. 41. lib. 6. num. 20.*

Frater tenetur dotare sororem indigentem, *decis. 42. lib. 6. numer. 12.*

Dos augenda venit diminuto numero filiorum, *decis. 7. lib. 6. num. 5.*

Frater non tenetur dotare sororem, nisi in subsidium, *decis. 52. lib. 6. num. 7.*

Non existentibus masculis, dotes pinguiores feminis constitui debent, *decis. 20. lib. 9. n. 17. & 18.*

Si mulier vendat simul cum viro, & cedat favore emptoris jura dotalia, tunc pro rata pecuniarum ex hac venditione provenientium dicitur de sua dote satisfacta, itaut eam contra alios viri creditores proponere non possit, *decis. 54. lib. 6. num. 2. & decis. 55. num. 1. lib. eodem.*

Respectu tamen viri retinet omnia sua jura, & actiones, *decis. 55. lib. 6. num. 2.*

Procedit prima conclusio, etiamsi vir pecunias ceceperit, *decis. 55. lib. 6. n. 3.*

Si autem mulier simpliciter accedat, & consensum præstet, ejus obligatio resolvitur in meram remissionem hypothecæ, *decis. 55. lib. 6. n. 4.*

Evictare, vel fundo pro dotis cautione mulieri assignato reviviscunt omnia jura, & actiones dotales, *decis. 29. lib. 7. numer. 7.*

Si pater reliquit uni filiæ dotem in certa summa, censetur declarasse, eandem summam esse congruam etiam pro aliis filiabus, *decis. 90. lib. 7. n. 17.*

Sub nomine, & appellatione dotis de juris rigore non veniunt fructus, *decis. 31. lib. 7. num. 14. & decis. 32. num. 11. lib. eodem.*

Mulier, quæ bona administravit, censetur de dote satisfacta, si ad ejus manus pervenit quantitas sufficiens, *decis. 41. lib. 7. num. 4. & 5.*

Mulier tutrix ad evitandum cursum usurarum tenetur bona alienare, & sibi de dote satisfacere, & si neglexit, nequit usuras petere, *decis. 41. lib. 7. num. 2. 8. & 9. & decis. 42. num. 2. & 3. lib. eodem.*

Dos constituta per patrem præsumitur justa, *decis. 20. lib. 9. n. 15. & 19. & decis. 14. lib. 11. num. 13.*

Dotis congruitas pendet ab extrinsecis circumstantiis, quæ judicium regulant pro majori, vel minori constitutione, *decis. 20. lib. 9. num. 20.*

Legatum dotis, etiamsi conditionale transmittitur ad hæredes, quando dos succedit loco legitimæ, *decis. 24. lib. 10. num. 10. & decis. 25 n. 14. lib. eodem.*

Pro credito dotis maternæ datur gravato retentio, *decis. 68. lib. 10. num. 16.*

Quando creditum dotis fuit effectum turbidum ob aliquas alienationes bonorum fideicommissariorum, vel ob retentionem aliorum bonorum fideicommissariorum, tunc non potest impedire immissionem fideicommissario, *decis. 86. lib. 10. num. 34.*

Item si fuit effectum turbidum ex administratione, *decis. 95. lib. 10. num. 7.*

Bona fideicommissaria, in quibus sibi dotem mulier constituit cum declaratione, quod illa debat cum suis juris, & oneribus, censentur data in simplici usufructu, quando alias dos esset excessiva; secus autem si juncta etiam proprietate dos remanet congrua, *decis. 25. lib. 10. num. 15. & 16.*

Frater dotans sororem censetur dotasse de bonis paternis, non de propriis, *decis. 26. lib. 11. n. 11.*

Dos quoad augmentum.

Vir in præjudicium creditorum non potest facere dotis augmentum, *decis. 40. lib. 5. n. 5.*

Augmentum dotis meretur suam anterioritatem, tam pro sorte, quam pro fructibus, a die promissionis, & indubitanter quoad sortem, licet fuerit promissum post obitum promittentis, *decis. 23. lib 6. n. 4.*

Id quod in jure disponitur de dote, procedit etiam quoad augmentum, *decis. 14. lib. 10. n. 4.*

Legatum factum filiabus in diversa parte testamenti, ac sub diverso modo, non potest considerari tanquam augmentum dotale, *decis. 14. lib. 11. n. 7.*

Si testator voluit, quod relictum accresceret personæ, & non portioni, non potest dici, quod sit factum in augmentum dotis, *decis. 14. lib. 11. numer. 9.*

Relictum factum cum verbis, *di più della sopradetta dote*, non potest dici augmentum dotale, quia illa verba, *di più*, separant, & distinguunt dotem a relicto, *decis. 14. lib. 11. num. 10. & 11.*

Si pater post relictam dotem filiæ, aliud legatum ei fecit conditionale, illud non potest censeri factum in augmentum dotis; nam tali casu conditioni subjici non voluisse, *decis. 14. lib. 11. n. 15.*

Dos quoad bona fideicommissaria, & Privilegium auth. res quæ.

Dos; quando non extant bona libera, potest ex fideicommisso detrahi, *decis. 4. lib. 1. n. 3. & decis. 15. lib. 6. n. 3. & decis. 19. num. 1. lib. eodem, decis. 20. lib. 9. n. 8.*

Etiamsi bona fideicommissaria fuerint per congregationem Baronum in tertios possessores alienata, *decis. 4. lib. 1. numer. 4.*

Mulier pro dote in bonis fideicommissi anterioritatem desumit a die obitus fideicommittentis, *decis. 4. lib. 1. numer. 5.*

Sufficit, ut bona libera sint litibus intricata, ad hoc, ut dos possit detrahi ex fideicommisso, *decis. 54. lib. 1. num. 9. & 10. & decis. 10. lib. 6. num. 10. & decis. 21. num. 7. lib eodem.*

Dos potest a judice taxari etiam ultra quantitatem demandatam a fideicommittente, si necessitas ita exposcat, *decis. 4. lib. 1. num. 12.*

Pro dote distrahi non possunt bona fideicommissaria, quando mulier ab avo est dotata, *decis. 26. lib. 4 num. 12.*

Bona fideicommissaria, quæ post expirationem fideicommissi in tertium devenerunt, non sunt amplius oneri dotationis obnoxia, *decis. 26. lib. 4. num. 13. & decis. 39. lib. 5. num. 8. & decis. 40. num. 2. lib. eodem.*

Remedium *auth. res quæ* pro dote mulieris est subsidiarium, nec habet locum existentibus bonis liberis, *decis. 38. lib. 5. num 7. & decis. 40. num. 1. lib. eodem. & decis. 3. lib. 7. num. 13. & decis. 28. lib. 9. num. 5. & decis. 46. num. 18. lib. eodem.*

Solvens dotem, consequitur ministerio legis actionem se relevandi super bonis fideicommissariis, etiam nulla reporta-

tata

tata cessione; *decis.* 15. *lib.* 6. *n.* 4. *& seqq. & decis.* 16. *n.* 1. *&* 6. *& decis.* 19. *n.* 2. *lib. eodem.*

Remedium *auth. res quæ* non competit pro fructibus & accessionibus dotalibus, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 11.

Contrarium, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 8.

Bona pro dote semel ex fideicommisso detracta, amplius ad illud non revertuntur, *decis.* 19. *lib.* 6. *n.* 21.

Ad justificandam deficientiam bonorum liberorum sufficit citatio fideicommissarii ad illa indicandum, & quod ipse indicare non curet, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 9.

Quando congregatio Baronum manus apposuit; & bona sunt liberata a vinculo fideicommissi, tunc absque dubio potest super eis mulier petere etiam fructus dotales, *decis.* 21. *lib.* 6. *n.* 6.

Quoties agitur de constituenda dote, in bonis fideicommissi, ad dignoscendam ejus congruitatem attenditur tempus dotationis, non mortis patris, itaut diminuto ex post numero filiorum deveniat in majori quantitate constituenda, *decis.* 52. *lib.* 6. *n.* 4.

Dispositio *auth. res quæ* locum sibi vindicat super omnibus bonis fideicommissariis, non tantum pervenitis ad descendentes, sed etiam ad collaterales; ideoque non solum attenditur portio; quæ obvenit patri feminæ dotandæ, sed etiam illa quæ patruus contigit, *decis.* 52. *lib.* 6. *a num.* 6. *cum seqq.*

Remedium *d. auth.* est fundatum tum in præsumpta voluntate fideicommittentis, tum in publica utilitate, *decis.* 52. *lib.* 6. *numer.* 10. *&* 11.

Onus dotandi feminas de bonis fideicommissariis, dicitur reale; & transit ad quoscumque una cum ipsis bonis, *decis.* 52. *lib.* 6. *n.* 12. *&* 13.

Licet fideicommittentes mandaverint, ut feminæ congrue dotarentur, tamen id intelligitur juxta dispositionem juris, quod scilicet dotes detrahantur a fideicommisso in subsidium, & si bona libera non extant, *decis.* 3. *lib.* 7. *n.* 14. *& decis.* 46. *lib.* 9. *num.* 19.

Lucrum dotale ex fideicommissariis non debetur, nisi in subsidium, *decis.* 3. *lib.* 7. *n.* 16. *& decis.* 83. *lib.* 10. *n.* 9.

Lucrum dotale detrahendum ex bonis fideicommissi, quando filii supersunt, vigore Statuti Urbis non detrahitur, nisi in solo usufructu; unde mortua matre istud consolidatur cum proprietate, & bona remanent eidem fideicommisso subjecta ad favorem ulteriorum substitutorum, *decis.* 3. *lib.* 7. *n.* 17. *&* 18.

Mulier super bonis fideicommissi ascendentalis habet pro dote hypothecam, *decis.* 20. *lib.* 9. *num.* 14. *& decis.* 46. *num.* 17. *lib. eodem.*

Constito de existentia bonorum liberorum, tunc mulieri incumbit probare, quod illa non sufficiunt pro dote, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 8. *& decis.* 46. *n.* 20. *lib. eodem.*

Si autem mulier jam possidet bona fideicommissaria, tunc non tenetur probare deficientiam bonorum liberorum, sed hoc onus trasfunditur in actores, *decis.* 23. *lib.* 10. *n.* 11.

Dos nequit detrahi ex fideicommisso, vel transversali, vel particulari, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 22.

Dos non est restituenda ex bonis fideicommissariis, quando fuit constituta in fundis dotalibus, qui recuperari possunt, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 31.

Conclusio procedit, quando fundi dotales fuerunt ab ipsa uxore una cum viro alienati; secus si a solo viro, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 32. *&* 33.

Si mulier sibi dotem constituit in bonis fideicommissariis cum expressione, quod illa debet cum suis oneribus, quod tunc dos dicatur constituta in solo usufructu dd. bonorum, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 15.

Procedit conclusio, quando bona fideicommissaria considerata in proprietate, constituerunt respectu viri dotem excessivam; secus si congruam dotem non excedant, *decis.* 35. *lib.* 10. *numer.* 16.

Bona data in dotem cum expressione, quod erant fideicommissaria, & quod dabantur talia, qualia &c. remanent cum suo onere, etiam si expressum sit, quod starent pro fundo dotali, *decis.* 70. *lib.* 10. *n.* 13. *&* 14.

Ad hoc ut alienatio bonorum fideicommissariorum facta sub prætextu dotium constituendarum sustineatur, debet probari, quod feminæ fuerint nuptæ, & dotatæ, & quod pecunia ex venditione retracta fuerit versa in talem causam, *decis.* 48. *lib.* 10. *num.* 12.

Insuper, ut alienatio sustineatur, requiritur, ut nuptiæ paratæ sint, & dotatio immineat, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 13.

Probatio versionis, & imminens dotatio ad prædictum effectum non resultaret ab assertione facta in instrumento alienationis, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 14.

Dos æstimata, aut inæstimata, vel quando in specie; seu quantitate consistere dicatur.

Dos dicitur in quantitate consistere, etiamsi bona tradita sint, quoties promissio incipiat a quantitate, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 5. *& decis.* 53. *n.* 4. *lib. eodem.*

Ad dignoscendum, an dos fuerit in quantitate, vel in fundo constituta, multum defertur confessioni viri recipientis, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 7.

Si dos expresse constituta sit partim in quantitate, talis tota censetur, *decis.* 13. *lib.* 6. *num.* 8. *& decis.* 53. *num.* 8. *lib. eodem.*

Dos præsumitur constituta in quantitate, si in capitulis nunquam fuit facta mentio de fundo dotali, *decis.* 13. *lib.* 6. *num.* 9.

In dubio dos præsumitur constituta in quantitate; non autem in fundo, quia in plus expedit mulieri, *decis.* 13. *lib.* 6. *numer.* 10.

Pactum restituendi dotem in eisdem bonis videtur denotare dotem consistere in fundo, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 11.

Declara, si pactum ipsum appositum sit in capitulis; secus si solum in instrumento, quia censetur appositum ex errore Notarii, & stante discrepantia inter capitula, & instrumentum, potius illa attenduntur, quam istud, *decis.* 13. *lib.* 6. *num.* 12.

Expressio, quod bona stent pro fundo, potius fundi dotalis constitutionem excludit, cum dictio *pro* significet, *vice*, seu *loco*, & denotet impropriietatem, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 13. *&* 15. *& decis.* 53. *n.* 5. *lib. eodem.*

Pactum, quod mulier possit propria auctoritate apprehendere possessionem bonorum viri, excludit naturam fundi dotalis, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 14.

Dos non potest alterari, & immutari de quantitate in fundum dotalem, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 16.

Promissio viri conservandi bona dotalia in eodem valore, nedum non probat dotem consistere in fundo, sed potius in quantitate, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 17. *&* 18.

Promissio restituendi dotem iisdem modo, & forma; qua est constituta, si a principio est constituta in quantitate, in ipsa quantitate debetur, & non alterat naturam dotis, *decis.* 43. *lib.* 6. *n.* 19.

Dotis restitutio est facienda in pecunia, & non in bonis, quando ista fuerunt tradita æstimata, *decis.* 14. *lib.* 6. *numer.* 23.

Res quæ traditur viro in dotem æstimata, efficitur propria ipsius viri, *decis.* 14. *lib.* 6. *num.* 37. *& decis.* 28. *numer.* 1. *lib. eodem.*

Quando pecunia, & quantitas est in obligatione, licet bona sint in facultate solvendi, tamen ista non constituunt fundum dotale, *decis.* 13. *lib.* 6. *num.* 6. *& decis.* 21. *num.* 5. *lib. eodem.*

Quando bona dantur in dotem æstimata, contractus licet sit dotis, tamen sub eo latet emptio, & venditio, *decis.* 28. *lib.* 6. *num.* 2.

Si fuerit datum in dotem nomen debitoris pro certa summa, an dicatur datum æstimatum, nec ne. *Vide decis.* 31. *lib.* 6. *a numer.* 31.

Quando in dotem fuit assignatum aliquod creditum cum conditione, quod vir tenetur summas exigendas deponere, & investire, cum expressa mentione, quod investimentum proveniebat ex pecuniis dotalibus, & quod stare deberet pro fundo dotali, dos hoc casu non dicitur consistere in quantitate, sed in ipsis futuris investimentis, *decis.* 31. *lib.* 6. *numer.* 34.

Observantia, quod scilicet uxor egerit, exegerit, & ad transactionem devenerit super effectibus dotalibus, demonstrat, quod dos non erat data æstimata, sed quod consistebat in fundo, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 36.

Dos, quæ in fundo consistit, in eodem fundo debet restitui; nec mulieri in aliis bonis competit actio, *decis.* 53. *numer.* 2. *lib.* 6.

Limita, si fundum dotale fuerit a viro alienatum, *decis.* 53. *lib.* 6. *n.* 3.

Quando dos incipit a quantitate, tunc expressio; quod bona ejus loco tradita, vel ex ipsa emenda stare debeant pro fundo dotali, resolvitur in specialem hypothecam, & intelligitur de fundo dotali improprio, *decis.* 53. *lib.* 6. *numer.* 5.

Maxime si dictum fuerit, quod bona remanerent obligata, & hypothecata pro dotis assecuratione; hypotheca enim opponitur de directo qualitati veri fundi, quod pleno jure dominii spectat ad uxorem, *decis.* 53. *lib.* 6. *n.* 6.

Generalis obligatio bonorum viri pro restitutione; & assecuratione dotis, excludit qualitatem fundi dotalis, *decis.* 53. *lib.* 6. *num.* 7.

Observantia, quod vir quietando pro dote quietaverit tantum de quantitate promissa, atque insuper bona libere alienaverit, & census retrovendiderit absque consensu uxoris, indicat, quod dos non consistebat in fundo, *decis.* 53. *lib.* 6. *numer.* 9.

Promissio restituendi dotem in iisdem bonis non excludit, quin dos consistat in quantitate, quoties hoc unicum fundamentum ab aliis conjecturis destruatur, *decis.* 53. *lib.* 6. *numer.* 10. *&* 11.

Dos quoad fructus.

Fructus dotis durante matrimonio spectant ad virum; qui sustinet onera matrimonii, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 25.

Et debentur in compensationem dictorum onerum, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 6.

Ad illos non tenetur uxor, si dotem non constituerit, nec constituentis sit hæres, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 25.

Pro fructibus, & accessionibus dotalibus non competit remedium *auth. res quæ*, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 11.

Contrarium, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 8.

Vir sustinens onera matrimonii debet consequi fructus dotales; etiamsi nulla præcesserit interpellatio, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 1. *& decis.* 22. *n.* 2. *lib. eodem.*

Fructus dotis non censentur remissi, ex quo vir illos per aliquod tempus petere distulerit, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 3. *& decis.* 21. *n.* 1. *lib eodem*, ubi maxime si vir agere pro eis non potuit.

Ma-

Maxime si adsint filii; quibus patrem præjudicare voluisse non præsumitur, *decis.* 20 *lib.* 6. & *decis* 22. *n* 6. *lib. eodem*.

Subsequens petitio eorundem fructuum indicat, quod quis non habuit in animo illos remittere, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 4. & *decis.* 21. *n.* 4. *lib. eodem*.

Taxa fructuum dotalium à Statuto præscripta est servanda, *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 5.

Si Statutum taxet fructus debitos viduæ post solutum matrimonium, eadem taxa est quoque servanda matrimonio constante, *decis.* 20 *lib.* 6. *n.* 6.

Taxa statutaria super fructibus dotis est servanda, licet stabilia tantum non reddant, quoties dos non in bonis, sed in quantitate consistat, *decis.* 20. *lib.* 6. *numer.* 7. & *decis.* 21. *numer.* 5. *lib. eodem*.

Tacita remissio fructuum dotalium inducta ex illorum non exactione, potest quandoque militare ad favorem uxoris viro superstitis, sed nunquam favore extranei in præjudicium utriusque conjugis, & liberorum, *decis.* 21. *lib.* 6. *n.* 3. & *decis.* 22. *n.* 5. *lib. eodem*.

Quoties congregatio Baronum manus apposuit, & bona sunt liberata à vinculo fideicommissi, tunc super talibus bonis absque dubio potest mulier petere fructus dotales, *decis.* 21. *lib.* 6. *num.* 6.

Tacita fructuum dotalium remissio excluditur ex conjecturis, prout est paupertas uxoris, & aliæ quæ judicis arbitrio remittuntur, *decis.* 22. *lib.* 6. *n.* 6.

Fructus dotis, quæ succedit loco legitimæ, debentur etiam dissoluto matrimonio absque ulla interpellatione, *decis.* 23. *lib.* 6. *num.* 2. & *decis.* 39. *num.* 12. *lib. eodem*, & *decis.* 40. *n.* 7. *lib.* 7.

Licet dos sit constituta in quantitate, quando tamen fuit soluta in stabilibus, parit fructus etiam dissoluto matrimonio adversus virum, & hæredes dotem restituere negligentes, *decis.* 23. *lib.* 6. *n.* 3. & *decis.* 28. *per tot*, *lib. eodem*.

Si dos fuerit promissa in tot paghis faciendis singulo anno, eo ipso quod aliquis terminus quolibet anno maturat, statim pro ea rata fructus producit, *decis.* 23. *lib* 6. *n.* 4.

Quando dos succedit loco legitimæ, tunc fructus ex ea debentur etiam in rata, in qua legitimam excedit, *decis.* 24. *lib.* 6. *numer.* 5. *et* 6.

Si post dissolutum matrimonium vidua possideat bona viri jure pignoris, vigore Statuti urbis non tenetur fructus inde perceptos imputare in satisfactionem dotis, sed illos facit suos, & cedunt loco alimentorum, *decis.* 25. *lib.* 6. *numer.* 4.

Conclusio procedit, etiamsi nulla præcesserit interpellatio, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 5.

Soluto matrimonio licite vidua percipit fructus, dummodo isti congruam alimentorum metam non excedant, *decis.* 25. *lib.* 6. *num.* 6.

Id tamen non procedit in extraneo, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 7.

Fructus autem non præsumuntur alimentorum metam excedere, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, *decis.* 25. *lib.* 6. *num.* 8.

Et habet locum prædicta conclusio; si sit hæres beneficiata mariti, sive ex toto, sive ex parte, nam hoc casu etiam ex titulo hæreditario fructus lucratur, *decis.* 25. *lib.* 6. *numer.* 10.

Soluto matrimonio fructus dotis mulieri non debentur etiam superstitibus filiis, & exacti imputantur in sortem, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 5. *et decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 14. *et* 15.

Quando dos successit in locum stabilium a muliere dotata intuitu dotis renunciatorum, tunc fructus ex ea debentur etiam soluto matrimonio, *decis.* 26. *lib.* 6. *num.* 9. *et decis.* 27. *num.* 3. *lib. eodem*.

Fructus dotales Innocentius XI. reduxit ad rationem quatuor pro centenario, *decis.* 21. *lib.* 4. *n.* 6.

Ad consequendos fructus dotis constitutæ mulieri in locum bonorum renunciatorum, non est opus, quod bona essent jam mulieri delata, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 12. *et decis.* 27. *num.* 4. *et* 5. *lib. eodem*.

Debentur tales fructus à die, qua bona renunciata devenerunt ad manus renunciatarii, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 11.

Quando dos consistit in stabilibus, quæ fuerunt viro tradita, prævia æstimatione, debentur etiam post dissolutum matrimonium mulieri fructus ob dilatam restitutionem, sed isti sunt calculandi ad rationem redituum, qui ex stabilibus percipi poterant, *decis.* 28. *lib.* 6. *n.* 6.

Solutio cedit in causam fructuum dotis, quando mulier se ipsam dotavit, & vir erat eorundem fructuum creditor ob retardatam dotis solutionem, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 5.

Maritus, si recipiat in dotem nomen debitoris æstimatum, licet illud exigere non possit, nequit fructus dotales petere, maxime si uxorem non interpellaverit, *decis.* 30. *lib.* 6. *n.* 18. & *decis.* 31. *n.* 42. *lib. eodem*.

Limita, si nomen debitoris fuit assignatum præcise loco dotis, non vero in solutionem quantitatis antea promissæ, illudque vir acceptaverit pro solvendo, promissa restitutione in casu exactionis, *decis.* 33. *lib.* 6. *n.* 64. *et decis.* 31. *n.* 43. *et* 44. *lib. eodem*, ubi plures tanguntur distinctiones.

Mulier, quæ dotem viro promisit, tenetur ad fructus pro rata dotis non solutæ, *decis.* 31. *num.* 41. *lib.* 6. *et decis.* 32. *num.* 50. *lib. eodem*.

Fructus dotis mulier solvere non tenetur, quando dotem excessivam sibi constituit ultra vires propterii patrimonii, sed tantum debentur fructus ad eam ratam dotis, ad quam patrimonii vires ascendunt, *decis.* 32. *lib.* 6. *n.* 54 *et decis.* 33. *n.* 61. *et* 62. *et decis.* 34. *n.* 4. *lib. eodem*.

Fructus dotis viduæ soluto matrimonio a patre promissore, vel ab ejus hæredibus, aut ratione alimentorum, aut ratione fructuum legitimæ, *decis.* 38. *lib.* 6. *n.* 27.

Ex Parapherno fructus non debentur, *decis.* 39. *lib.* 6. *n.* 13.

Limita, quando Paraphernum est conjunctum, & incorporatum cum ipsa dote, *decis.* 39. *lib.* 6. *num.* 13. *et decis.* 40. *num.* 81. *lib. eodem*.

Sub jurium dotalium nomine veniunt fructus, & interesse dotis *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 11. *et decis.* 51. *n.* 4. *lib. eodem*.

Fructus dotales, quando constante matrimonio a viro petuntur, contra dotis promissorem, habent eandem anterioritatem, quam dos, *decis.* 50. *lib.* 6. *numer.* 2. *et* 13. *et decis.* 51. *numer.* 5. *lib. eodem*.

Similique anterioritate gaudent, quando constante matrimonio illos loco alimentorum petit uxor a viro onera matrimonii non sustinente, *decis.* 50. *lib.* 6. *num.* 3. *et decis.* 51. *numer.* 5. *lib. eodem*.

Quando autem soluto matrimonio petuntur contra hæredes viri ob moram in restituenda dote, tunc anterioritas incipit a die moræ, & interpellationis, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 4.

Contrarium tamen procedit, quando vir in casu retardatæ restitutionis obligavit ad damna, & interesse, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 5. *et seqq. et decis.* 51. *n.* 1. *et seqq. lib. eodem*.

Vel quando hypothecavit omnia sua bona, non solum pro dote, & illius restitutionem; sed etiam pro omnibus accessionibus, & juribus dotalibus, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 10. *et seqq. et decis.* 51. *n.* 4. *et* 5. *lib. eodem*.

Stipulatio fructuum dotalium ad formam Statuti, tam constante matrimonio, quam soluto, intelligitur prout de jure, & pendet a conditione, quod hæres interpelletur, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 16. *et* 17. *et decis.* 51. *n.* 6. *lib. eodem*.

Quod obligatio viri, solvendi fructus mulieri soluto matrimonio ob moram in restituendo dotem sustineatur, & sit valida usque a principio, maxime in terminis Statuti urbis tales fructus permittentis, & proinde quod eveniente dissolutione matrimonii hypotheca mulieris pro illorum fructuum consecutione retrahatur ad diem obligationis, *decis.* 50. *lib.* 6. *a num.* 19. *cum plurib. seqq. et decis.* 51. *n.* 6. *et seqq. lib. eodem*.

Statutum urbis permittit, ut vidua soluto matrimonio possit petere, & percipere ab hæredibus viri fructus dotales in causam alimentorum, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 28. *et seqq. et decis.* 51. *n.* 12. *et* 13. *lib. eodem*.

Eademque actione qua dos peti possint, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 32. *et decis.* 51. *n.* 13. *lib. eodem*.

Requirit tamen dictum Statutum moram regularem provenientem ab interpellatione, *decis.* 51. *lib.* 6. *num.* 14. *et decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 14.

Hæc autem interpellatio efficit, ut fructus ante eam impletam non debeantur, sed non impedit, quin isti post interpellationem debiti desumant anterioritatem, & hypothecam a die promissionis, *decis.* 50. *lib.* 6. *num.* 33. *et decis.* 51. *a num.* 15. *lib. eodem*.

Fructus dotis vidua prætendere non potest, nisi ultra interpellationem concurrat etiam paupertas quando fructus non sunt a Statuto permissi, *decis.* 51. *n.* 17. *lib.* 6.

Mulier, quæ declaravit bona viri sibi pro sua dote appropriasse, non potest amplius prætendere fructus, *decis.* 54. *lib.* 6. *numer.* 3.

Statutum Bononiæ taxans fructus dotales loquitur contra maritum, & ejus hæredes in casu restitutionis, non vero adversus promissorem, contra quem ad mensuram alimentorum, vel fructuum legitimæ peti possunt, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 1.

Id autem procedit soluto matrimonio; secus eo constante, quia hoc casu cum eadem taxa statuaria procedi debet, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 2. *et seqq.*

Taxa fructuum dotalium conventa pendente dilatione, post illam servari non debet, sed sequenda est taxa statutaria, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 7.

Dos quoad quartum, et lucrum dotale.

Confessio super quantitate dotis emissa in precibus porrectis pro obtinenda derogatione Sixtinæ, probant ad effectum regulandi lucrum, nisi probetur erronea, *decis.* 11. *lib.* 6. *n.* 1. *et decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 1. *et* 2.

Non est prohibitum inter virum, & uxorem constante matrimonio pacisci de quantitate lucri dotalis, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 6.

Mulier potest consequi lucrum de tota dote, etiamsi vir illam exigere distulerit, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 11.

Lucrum de dote constituta in bonis vinculatis an debeat commensurari subducto prius onere vinculi, *Vide decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 12. *et seqq.*

Lucrum debetur etiam de dote constituta in fructibus, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 16.

Ad constituendam lucrum favore binubæ, an sit demenda ex quantitate dotis legitima debita filiis primi matrimonii, aliæque portiones eisdem reservatæ, & quid si lucrum debeatur secundo viro, *Vide decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 17. *et* 18.

Si capitulis matrimonialibus, in quibus adest pactum lucri, consensus præstent filii primi matrimonii, an possint ex post isti allegare dispositionem, *l. hac edictali*, pro ejusdem lucri diminutione, *decis.* 12. *lib* 6. *n.* 19.

Lucrum dotale de jure non debetur pro dote non soluta, licet promissa, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 17.

In matr.

In materia lucri dotalis attenditur illud Statutum, ad quod partes se retulerunt super restitutione dotis, *decis. 14. lib. 6. num. 18.*

Lucrum non debetur de dote non soluta; maxime quando juxta vires patrimonii mulieris solvi non poterat, *decis. 29. lib. 6. num. 6.*

Quando vir fuit negligens in exigenda dote, tunc lucrum debetur mulieri etiam pro portione non exacta, *decis. 30. lib. 6. num. 19.*

Lucrum dotale ex bonis fideicommissi non debetur, nisi in subsidium, *decis. 3. lib. 7. n. 16.*

Lucrum dotale detrahendum ex bonis fideicommissi, quando filii supersunt, quæritur matri in solo usufructu, unde ista defuncta consolidatur ususfructus cum proprietate, & bona remanent eidem fideicommisso obnoxia, *decis. 3. lib. 7. num. 17. & 18.*

Lucrum dotale, quando est debitum secundo, & ulteriori viro, debet detrahi post legitimam ex residuo hæreditatis, neque in hoc obstat Statutum urbis, *decis. 45. lib. 9. num. 21. & seqq.*

Lucrum dotale non potest prætendi super bonis fideicommissariis, quando mulier habebit bona libera, & de quibus disponere poterat, *decis. 83. lib. 10. n. 8. & 9.*

Quidquid mulier disponendo relinquit viro, cedit in compensationem lucri dotalis ei debiti, *decis. 83. lib. 10. n. 11.*

Dos quoad restitutionem, seu reversionem.

Maritus non tenetur de dote inexacta vivente socero promissore ratione reverentiæ ei debitæ, *decis. 14. lib. 6. n. 19. & decis. 35. n. 18. lib. eodem.*

Ad hoc ut teneatur de dote inexacta, ei adscribenda venit tam magna negligentia, quæ dolum redoleret, *decis. 14. lib. 6. numer. 20.*

Si Statutum, vel instrumentum disponat, quod dos debeat restitui vel in pecunia, vel in bonis, & in illis, quæ magis uxori placebunt, placitum uxoris non respicit alternativam pecuniæ, vel bonorum, sed supposita restitutione facienda, & electa per debitores in bonis, quod scilicet ex istis possit uxor consequi ea, quæ maluerit, *decis. 14. lib. 6. numero 21. & 22.*

Dos est restituenda in pecunia, & non in bonis, quando ista tradita fuerunt æstimata, *decis. 14. lib. 6. n. 23.*

Mulier prætendens, quod vir ex administratione suorum bonorum satisfactionem dotis consecutus fuerit, ideoque pro illius integra restitutione agat, tenetur id concludenter probare, *decis. 14. lib. 6. n. 21.*

Dotis restitutio impediri non potest mulieri cum exceptione redditionis rationis, *decis. 25. lib. 6. num. 14. & decis. 13. lib. 6. num. 6.*

Præsertim quando non probatur concludenter, quod ad manus mulieris obvenisset summa, qua mediante commode satisfieri potuisset, *decis. 25. lib. 6. n. 15.*

Mulier retinere nequit bona viri pro restitutione dotis non solutæ, *decis. 29. lib. 6 n. 4. & decis. 30. n. 20. & 29. et decis. 31. n. 30. lib eodem.*

Vir negligens exigere dotem, tenetur ad illius restitutionem non secus, ac si exegisset, *decis. 29. lib. 6. n. 7. et decis. 30. n. 17. et 21. et decis. 31. n. 39. et decis. 35. n. 17. et decis. 36. n. 8. lib. eodem, et decis. 68. lib. 10. n. 19.*

Ut vir de dote inexacta teneatur, mulier debet probare negligentiam, & culpam, quodque ex ea creditum dotale a principio facilis exactionis, inexigibile evaserit, *decis. 29. lib. 6. n. 8. et decis. 32. n. 25. et decis. 33. n. 57. lib. eodem.*

Si vir ex justa causa dotem exigere neglexerit, non potest dici culposus, *decis. 29. lib. 6. n. 9. et decis. 33. n. 59. lib. eodem.*

Mulier, quæ dilationem datam a viro debitori dotis semel approbavit, non constito de læsione, eam improbare non potest, *decis. 29. lib. 6. n. 11.*

Ad hoc ut vir negligens in exactione dotis dici non possit, sufficit, quod litem intentaverit, & prosecutus fuerit, *decis. 29. lib. 6. n. 12.*

Vir non tenetur de dote inexacta, quando debitor dotis a principio non erat solvendo, vel ejus bona erant intricata, *decis. 29. lib. 6. n. 14. et decis. 33. n. 58. lib. eodem.*

Licet vir declaraverit uxorem pro tota dote super suis bonis, tamen talis declaratio non attenditur, si de diligentiis, & inexigibilitate constet, quia tenditur ad fraudandum creditores, *decis. 29. lib. 6. n. 16.*

Vir quando in dotem recepit nomen debitoris æstimatum, tenetur ad dotis restitutionem, etiamsi exigere non potuerit, *decis. 30. lib. 6. num. 18. et decis. 31. num. 31. et decis. 33. n. 63. lib. eodem.*

Procedit tamen conclusio, quando vir recepit nomen debitoris pro soluto, secus autem si pro solvendo, *decis. 31. lib. 6. n. 33. et seqq. et decis. 33. n. 64. et 65. lib. eodem.*

Vir dicitur negligens in exigenda dote, si diligentias judiciales fecisse non attendat, *decis. 30. lib. 6. n. 23.*

Vir concedendo debitori dilationem, conditionem deteriorem facit, *decis. 30. lib. 6. n. 24.*

Limita, si dilationem det ex justa causa, *decis. 30. lib. 6. n. 27.*

Vir non tenetur de dote inexacta, si erat exigenda ab eo, qui illam ex mera liberalitate promiserat, cum iste teneatur tantum in quantum facere potest, *decis. 31. lib. 6. n. 46.*

An autem teneatur vir tali casu devenire ad excussionem debitoris, ad hoc ut constet de insufficientia, *decis. 31. lib. 6. n. 47. et 48. ubi pro negativa, si insufficientia jam nota erat, et decis. 35. n. 2. lib. eodem.*

Tunc de negligentia potest redargui maritus in non exigenda dote, quando agitur de dote solvenda & promissa ab extraneo; secus si a socero, vel ab ipsa uxore, *decis. 35. lib. 6. n. 18. et decis. 36. n. 18. lib. eodem.*

Quando dos est solvenda a socero, tunc non tenetur maritus; neque urgere fideicommissores, quia ab istis molestiæ retorquentur in socerum, *decis. 35. lib. 6. n. 19. et 20.*

Etiamsi dos sit exigenda a socero, quando commode hic dotem solvere poterat, imputatur negligentiæ viri, si non exegit, *decis. 36. lib. 6. n. 9.*

Contrarium firmatur, *decis. 36. lib. 6. n. 19.*

Quando dos pervenit ad manus sponsi, tunc obligatio ejus patris pro illius restitutione resolvitur in meram, & simplicem fidejussionem, *decis. 53. lib. 6. n. 12.*

De jure autem præsumitur, quod dos pervenerit ad manus patris, ideoque concludenter justificandum est, quod filius eam recepit, nec ad hunc effectum sufficit sola expressio ab ipso ad alium finem facta, quod remanserit de dote satisfactus, *decis. 53. lib. 6. n. 13.*

Non constito autem, quod dos pervenerit ad manus filii, pater obligatus censetur tanquam principalis, & potest pro restitutione directe conveniri, *decis. 53. lib. 6. n. 14.*

Si pater partem dotis exigendo exprimat se exigere pro residuo, exinde infertur, quod antecedentes summas ipse quoque receperat, *decis. 53. lib. 6. n. 14.*

Si idem pater in testamento demandavit dotis restitutionem, dicitur ex hoc proprium debitum recognovisse, *decis. 53. lib. 6. num. 15.*

Mulier, quæ fuit hæres viri absque beneplacito legis, & inventarii, præsumitur de sua dote satisfacta, *decis. 28. lib. 9. numer. 6.*

Pater stipulando restitutionem dotis favore filiæ, vel ejus de jure, renunciat omne jus, quod pro reversione ejusdem dotis habere poterat, *decis. 30. lib. 9. num. 1. et decis. 31. num. 1. et 2. lib. eodem.*

Quando dos succedit loco legitimæ, tunc licet dotis restitutio sit stipulata ad favorem patris, & filiæ, id non impedit, quin illa quæratur plano jure filiæ, *decis. 30. lib. 9. n. 2. et decis. 31. n. 3. lib. eodem.*

Et talibus casibus etiam si casus restitutionis eveniat, vivente patre, tamen ipse tenetur eam conservare pro secundis nuptiis filiæ, vel restituere hæredibus illius, ad quos transmittitur, *decis. 31. lib 9. n. 11.*

Contra plures hæredes viri pro restitutione dotis competit solum actio pro virili, & hæreditaria portione, non autem insolidum; & hæc exerceri potest super bonis hæreditariis, non autem super propriis, *decis. 44. lib. 9. n. 11. et 12.*

Vigore fideicommissi per mulierem ordinati, non potest concedi immissio super bonis viri pro restitutione dotis eidem mulieri obligatis; sed tamen pro effectu immissionis relaxatur mandatum executivum consummandum super eisdem bonis, *decis. 47. lib. 9. n. 3. et 4.*

In judicio privilegiato restitutionis dotis non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem, *decis. 13. lib. 11. n. 6. ubi de exceptione retentionis mobilium.*

Dos constituta a fratre, ad ipsum non revertitur, etiamsi adsit stipulatio super illius restitutione, etiam de jure, nisi frater probet dotem de proprio, & non de bonis paternis constituisse, *decis. 26. lib. 11. n. 12.*

Dos, an, et quando succedat loco legitimæ.

Dos non succedit loco legitimæ, quando fuit promissa a fratre cum pacto reversivo ad sui favorem, *decis. 26. lib. 6. n. 7.*

Dos succedens loco legitimæ, jura legitimæ retinet, etiam in parte qua legitimam excedit, *decis. 24. lib. 6. n. 6. et decis. 26. n. 6. lib. eodem.*

Juris præsumptio assistit, quando dos succedat loco legitimæ, *decis. 29. lib. 9. n. 4. et decis. 30. n. 2. lib. eodem.*

Dos succedit loco legitimæ, si Statutum feminarum exclusivum incipiat a dotatione, non autem ab exclusione, *decis. 29. lib. 9. num. 5. et decis. 36. num. 3. lib. eodem, et decis. 25. lib. 10. num. 13.*

Ad effectum dignoscendi, an Statutum exclusivum officiat, quod dos succedat loco legitimæ, integer Statuti tenor est inspiciendus, *decis. 29. lib. 9. n. 6.*

Si Statutum mandet, quod dos debeat constitui juxta vires hæreditatis, & conditionem personarum, succedit loco legitimæ, *decis. 29. lib. 9 n. 7. et decis. 31. n. 5. lib. eodem.*

Si Statutum excludendo mandet tamen dotari, illa dictio *tamen* tanquam modificativa, indicat, quod dos debeat succedere loco legitimæ, *decis. 26. lib. 5. n. 8. et decis. 30. n. 5. et decis. 31. n. 6. lib. eodem.*

Statutum remittens constitutionem dotis arbitrio judicis, vel boni viri, censetur velle, ut ille loco legitimæ succedat, *decis. 29. lib. 9. n. 9. et decis. 31. n. 5. lib. eodem.*

Prohibitio Statuti, ne mulier ultra dotem aliud prætendere valeat, ostendit illam loco legitimæ præservari; nam prohibitio perneccesse eadere videtur super legitimæ supplemento, *decis. 29. lib. 9. numer. 10. et decis. 30. num. 6. lib. eodem.*

Quoties in exclusione Statuentes mentionem fecerunt de legitima, semper dos illius loco succedit, *decis. 23. lib. 9. numer. 11.*

An dos

An dos succedat loco legitimæ; potest etiam ex Statuti rubrica dignosci, *decis. 29. lib. 9. n. 12. & 13.*

Quoties in rubrica, seu nigro Statuti fit mentio tantum de dote, nec nominantur filii, vel agnatio, dos succedit loco legitimæ, *decis. 29. lib. 9. n. 14.*

Si feminarum exclusio non fiat propter masculos; sed propter dotem, hæc induit naturam legitimæ, *decis. 29. libr. 9. numer. 15. & decis. 30. numer. 4. & 7. decis. 31. numer. 4. libr. eodem.*

Dos succedit loco legitimæ, licet Statutum differat ejus solutionem ad tempus matrimonii, *decis. 29. lib. 9. n. 18.*

Si Statutum in aliis partibus loquendo de matre, & sorore clare eas exclusit quoque a legitima, id quod non fecit loquendo de filiabus, hæc discretiva indicat, quod istas a legitima excludere noluit; ideoque dos præservativa illius loco succedit, *decis. 30. lib. 6. num. 7. & decis. 31. num. 5. lib. eodem.*

Si feminæ non sint exclusæ perpetuo, sed temporaliter, & fide tempore, quo remanent innuptæ, eis provisum non est de congruis alimentis, hæc indicant, quod dos debet loco legitimæ succedere, *decis. 31. n. 5. lib. 9.*

Dos loco legitimæ non succedit, si Statutum simpliciter excludat, & postea mandet dotari, *decis. 30. lib. 9. n. 3. & decis. 31. n. 8. lib. eodem.*

Id tamen non procedit, quando ex cæteris Statuti partibus deprehenditur, quod exclusio fuit facta non propter masculos, sed primario propter dotem; nam hoc casu ordo scripturæ non attenditur, *decis. 31. lib. 9. n. 9.*

Licet Statutum voluerit, quod masculi integre hæredes existerent, id non efficit, quod dos feminis reservata non succedat loco legitimæ, quia integralitas verificatur deducta feminarum legitima, *decis. 31. lib. 9. n. 10.*

Quando dos succedit loco legitimæ, tunc ejus legatum transmittitur ad hæredes, etiamsi sit conditionale, *decis. 25. lib. 10. n. 10. & decis. 25. n. 14. lib. eodem.*

Dos vigore Statuti Urbis succedit loco legitimæ, *decis. 24. lib. 10. n. 8. & decis. 14. lib. 11. n. 2.*

Quando dos est relicta titulo institutionis, loco legitimæ succedit, *decis. 24 lib. 10. n. 9.*

Etiam vigore Statuti Veliterni dos succedit loco legitimæ, *decis. 25. lib. 10. n. 13.*

Vigore Statuti Florentini dos non succedit loco legitimæ; *resp. 1. ante n. 1. fol. 455. tom. 2.*

E

Ecclesia in genere.

ECclesia debet esse justitiæ cultrix, *decis. 21. libr. 4. numero 8.*

Locupletari non debet cum aliena jactura, *decis. 21. libr. 4. numer. 9.*

Ecclesiæ devastatæ jura amplius extare non dicuntur, *decis. 103. lib. 10.*

Episcopus nequit immutare statum Ecclesiæ, *decis. 1. lib. 12. numer. 21.*

Per unionem non extinguuntur privilegia Ecclesiæ unitæ, sed transeunt in eam, cui facta est unio, *decis. 1. lib. 13. post numer. 4.*

Ecclesia quoad alienationes, & contractus.

Licet contractus ab Ecclesia fuerit gestus absque beneplacito, tamen pecuniæ sunt restituendæ, quoties istæ probantur versæ in ejusdem Ecclesiæ utilitatem, *decis. 23. lib. 5. n. 1. & decis. 24. n. 1. lib. eodem.*

Ex censu imposito ab Ecclesia absque solemnitate, & beneplacito, cujus pecuniæ fuerunt implicatæ in constructionem domus, vel fundi, adhoc ut debeantur fructus, requiritur probatio, quod cum dictis pecuniis domus, vel fundus fuerit perfectionatus, & redditur fructifer, *decis. 1. lib. 12. n. 2.*

Ex censu imposito ab Ecclesia absque solemnitate, & beneplacito, debentur fructus usque ad diem appositæ nullitatis, quia erat in implicito statu validitatis, *decis. 24. lib. 5. numer. 4. & seqq.*

Et debentur etiam post appositam nullitatem saltem ratione damnorum, & interesse, quando constat, quod pecuniæ censuales fuerunt implicatæ in emptionem, vel constructionem rei fructiferæ, *decis. 25. lib. 5. numer. 1. & 2. & decis. 26. numer. 1. lib. eodem.*

Ecclesia contrahens nulliter, vel absque beneplacito, habet electionem, an contractui stare velit, vel non, *decis. 27. lib. 7. num. 3.*

Postquam vero fuit interpellata, & ei præfixus terminus ad declarandum, si non declaret, perdit electionem, & optionem, *decis. 27. lib. 7. n. 4.*

In locatione Ecclesiæ, quæ excedit triennium, & est perpetua, exigitur beneplacitum Apostolicum, *decis. 28. lib. 7. numer. 3.*

Ecclesia Collegiata.

Collegialitas Ecclesiæ desumitur ex provisionibus Apostolicis factis de primis dignitatibus in ea existentibus, tanquam de reservatis, *decis. 1. lib. 12. n. 1.*

Collegialitas probatur ex antiquis enunciativis, etiam absque aliis signis, *decis. 1. lib. 12. n. 10. & 11.*

Eo ipso quod quis probavit, quod Ecclesia olim erat conventualis, & regularis, dicitur etiam probata collegialitas, quia regularis Ecclesia de jure est collegiata, *decis. 1. lib. 12. num. 8. & 9.*

Collegialitas, & Parochialitas in eadem Ecclesia sunt compatibiles, etiam ad effectum reservationis, vigore reg. 4. Cancell. *decis. 1. lib. 12. n. 17. & decis. 2. n. 10. lib. eodem.*

Episcopus nequit immutare statum Ecclesiæ, & de collegiata efficere non collegiatam, seu simplicem Parochialem, *decis. 1. lib. 12. n. 21.*

Et ad hunc effectum requiritur auctoritas Papæ cum suppressione antiqui status absque spe reviviscentiæ, *decis. 1. lib. 12. numer. 22.*

Qualitas collegialitatis est concludenter probanda, quando est fundamentum gratiæ, & ad hunc effectum non admittuntur conjecturæ, & præsumptiones, maxime quando Ordinarius collationem jam effectuatam tuetur, *decis. 2. lib. 12. numer. 11. & seqq.*

Enunciativæ antiquæ loquentes de Capitulo, & Canonicis, non probant qualitatem collegialitatis, nisi ulterius Ecclesia quoque fuerit denominata collegiata, quia abusive beneficiati potuerunt dici Canonici, & eorum convocatio nuncupari Capitulum, *decis. 2. lib. 12. n. 13.*

Et maxime si convocationes non fuerunt expletæ in loco capitulari, sed extra locum, & Ecclesiam, etiam in domibus privatis, *decis. 2. lib. 12. n. 14.*

Provisiones Apostolicæ non probant collegialitatem, quando istæ usque tunc fuerunt impugnatæ, & subinde fuit expedita alia gratia *si neutri*, *decis. 2. lib. 12. n. 18.*

Vel quando emanarunt per viam resignationis cum clausula *sive præmisso, sive alio quovis modo*, *decis. 2. libr. 12. numero 16.*

Conjecturæ, & circumstantiæ excludentes collegialitatem magis attenduntur, quam aliæ eam suadentes, *decis. 2. lib. 12. numer. 17.*

Ecclesia matrix.

Quod Ecclesia sit matrix, probatur ex antiquis historiis, *decis. 31. lib. 12. n. 1.*

Ex partium antiquis confessionibus magnopere fulcitur matricitatis probatio, *decis. 31. lib. 12. n. 7. & 8.*

Item ex antiquis enunciativis factis per Episcopos in visitationibus, *decis. 3. lib. 12. n. 2. & 3. & 13.*

Depositiones testium asserentium Ecclesiam semper habitam, & reputatam tanquam matricem, matricitatem optime probant, *decis. 31. lib. 12. n. 15.*

Si populus ad eam Ecclesiam accedere semper consuevit ad sumenda Sacramenta Paschalia, tanquam in propria Parochia; inde resultat matricitatis probatio, *decis. 31. libr. 12. numero 15.*

Relationes, quæ per Ordinarios ad Congregationem Concilii transmittuntur, ad prædictum effectum plurimum attendi solent, *decis. 31. lib. 12. n. 16.*

Exercitium jurium parochialium in aliis Ecclesiis matricitatem justificant, *decis. 31. lib. 12. n. 17.*

Si Rector Ecclesiæ principalioris possessionem apprehendat etiam in alia, inde infertur, quod ista sit filialis, & dependens, *decis. 31. lib. 12. n. 24.*

Repugnat, quod Ecclesia sit filialis, & quod ejus Rectoria sit collativa, nec deputetur, aut nominetur ab Archipresbytero Ecclesiæ matricis, *decis. 31. lib. 12. n. 25. & 26.*

Potest tamen dari casus, quod Rectoria in Ecclesia filiali sit partim fundata, & erecta alienis sumptibus, & piorum eleemosynis, quo casu ipsa esset collativa; & propterea status collativus non tollit filialitatem Ecclesiæ, quando ista desumitur ex aliis circumstantiis, *decis. 31. lib. 12. n. 27. & seqq.*

Cum non sit in jure determinatum, quasnam præeminentias consequi debeat Rector matricis Ecclesiæ in Ecclesia filiali præter præcedentiam & superioritatem, hinc ad regulandas easdem præeminentias debet recurri ad consuetudinem, & observantiam loci, *decis. 31. lib. 12. n. 31. & 32.*

Ecclesia Parochialis.

Ad Ecclesiarum Parochialium reparationem in casu necessitatis tenentur etiam Parochi, *decis. 12. lib. 3. n. 13.*

Una Ecclesia Parochialis nequit duobus Parochis esse subjecta, *decis. 31. lib. 12. n. 19. & seqq.*

Non repugnat juri, dari in Ecclesia plures curatos, apud quos insolidum cura resideat, *decis. 31. lib. 12. n. 22.*

Exigitur tamen, vel quod adsit tertius, penes quem resideat cura habitualis, vel quod omnes illi qui se prætendunt Parochos, se habeant per modum unius per quandam collegialitatem; unde si unus sit inferior, alter superior, concludendum, quod iste habeat jus habituale, alter vero actuale, *decis. 31. lib. 12. n. 23.*

Vide Beneficium Curatum.

Ecclesia Sæcularis, vel Regularis.

Omnes Ecclesiæ existentes in sæculari Diœcesi sæculares, non autem Regulares præsumuntur, *decis. 3. lib. 3. n. 1. & decis. 5. n. 4. lib. eodem.*

In Ma-

In magno Prioratu Castellæ adsunt nonnullæ Ecclesiæ regulares, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 3.

Ex regularium superiorum visitationibus resultat probatio regularitatis, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 4.

Episcopus potest Ecclesias Parochiales regularium visitare, & si minus idoneos ministros curam animarum exercentes invenerit, potest illos amovere, si sunt amovibiles; si autem titulares, suspendere: non tamen potest deputare œconomos sæculares, nisi prius monitis superioribus regularibus, ut intra brevem terminum alios deputent ab ipso examinandos, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 10.

An autem hæc monitio sive assignatio termini requiratur, quando Episcopo visitanti recusarunt beneficiati, & Parochi exhibere titulum suæ possessionis, *decis.* 10. *lib.* 3. *n.* 1. & 2.

Quid autem dicendum, si ad remotionem Episcopus devenit cum supposito, quod Ecclesia sit sæcularis, quando econtra erat regularis, *decis.* 10. *lib.* 3. *n.* 5.

Lite vertente super sæcularitate, vel regularitate Ecclesiæ, debet judex adiri, nec potest Episcopus sibimet jus dicere, *decis.* 10. *lib.* 3. *n.* 7.

Referuntur Ecclesiæ Parochiales existentes in magno Prioratu Castellæ, quæ sunt regulares sub sacra religione Hierosolymitana, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 1.

Ecclesia ædificata in territorio monasterii dicitur regularis, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 5. & *decis.* 12. *n.* 8. *lib. eodem.*

Ex perceptione decimarum facta per regulares probatur Ecclesiæ regularitas, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 6.

Item ex confessione Episcopi, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 8.

Ex quo non fuerint ab Episcopis visitatæ, desumitur regularitas Ecclesiarum, *decis.* 11. *lib.* 3. *n* 9.

Denominatio Prioris non convenit, nisi Ecclesiæ regulari, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 10. & *decis.* 12. *n.* 12. *lib. eodem*, & *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 6.

Si regulares subeunt onera Ecclesiæ, ex hoc concluditur ejusdem Ecclesiæ regularitas, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 11.

Enunciativæ Episcoporum maxime attenduntur ad probandam regularitatem, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 12.

Ex tolerantia Episcopi, quod Ecclesia habeatur pro regulari, magnum argumentum desumitur pro veritate regularitatis, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 13.

Observantia regularitatem manifestat, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 14.

Non docto de contrario statu antiquo sæcularitatis, satis est, quod regulares per quadraginta annos reperiantur in possessione, ad hoc ut regularitas Ecclesiæ argui possit, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 15. & *decis.* 12. *n.* 7. *lib. eodem.*

Provisionales concordiæ multum faciunt pro inducenda regularitate, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 16.

In dubio præsumitur pro sæcularitate, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 17. & *decis.* 12. *n.* 2. *lib. eodem.*

Sed hæc præsumptio cedit veritati, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 18. & *decis.* 12. *n.* 3. *lib. eodem.*

Existentia insignium, & stemmatum religionis admodum deservit ad concludendam regularitatem, prout etiam melioramenta facta per regulares, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 11.

Regularitas probari potest ex conjecturis, & demonstrationibus, quæ uniri debent ad constituendam plenam probationem, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 1.

Lites, quæ præteise non versabantur super qualitate sæcularitatis, non impediunt effectum antiquæ possessionis regularitatis, & bonam fidem ex ea resultantem, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 4.

Episcopus differens jura sæcularitatis Ecclesiæ proponere, præsumitur agnovisse illius regularitatem, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 5.

Concordia provisionalis, licet non afficiat successorem Episcopum, attamen multum inservit; ut judex percipere possit, Ecclesiam in concordia deductam esse regularem, *decis.* 12. *lib.* 3. *num.* 6.

Etiam ante Concilium Ecclesiæ regulares curatæ visitabantur ab Ordinariis ratione curæ animarum in vim sacrorum Canonum, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 9.

De auctoritate Episcopi in Ecclesia Cathedrali regulari, *Vide decis.* 24. *lib.* 3. *per totam*, *et Vide* verbo Episcopus, & Jurisdictio.

Licet Ecclesiæ regulares nequeant sæcularibus dari in titulum; sed solum in commendam, tamen id non procedit, quoties Ecclesia fuit sæcularizata, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 12.

Ecclesia Monasterio Priorali connexa, dicitur illius pars integralis, & regularis, *decis.* 27. *lib.* 12. *n.* 3.

Ecclesia quoad unionem.

Vide Beneficium quoad unionem.

Electio.

Electio in dubio est debitoris, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 21.

Emancipatio.

Emancipatio absente filio facta, si deinde per ipsum acceptetur est valida, & sustinetur, *decis.* 35. *lib.* 7. *n.* 35.

Emphyteusis in genere.

Durante prima emphyteusi, nequit Ecclesia novam personam, aut generationem supperaddere, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 15.

Bona, quæ probantur ab emphyteuta titulo particulari acquisita, occupari non possunt sub prætextu, quod investitura indefinite loquatur, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 9.

Quando Ecclesia processit per viam renovationis, signum evidens, quod non ammensaverat; nam hoc casu facta fuisset nova concessio, *decis.* 10. *lib.* 4. *n.* 11.

Facultas nominandi data in investitura ultimo comprehenso, intelligitur, quatenus generationes, pro quibus fuit facta concessio, non fuerint effectuatæ; unde si omnes suum habuerunt complementum, nominatio fieri nequit, *decis.* 12. *lib.* 4. *num.* 12. & 13.

Quando beneplacitum, & investitura pugnant inter se, tunc ad declarationem attenditur beneplacitum, quando illud post investituram obtentum fuit, secus si eam præcessit, *decis.* 13. *lib.* 4. *n.* 3. & 4.

Femina in emphyteusi vocata post defectum lineæ masculinæ, donec masculi supersunt in quacunque linea, admitti non potest, *decis.* 15. *lib.* 4. *n.* 1.

Emphyteusis Ecclesiastica pactionata in solis vocatis, verificatur omni exclusa extensione, *decis.* 16. *lib.* 4. *n.* 1.

In emphyteusi Ecclesiastica appellatione hæredum successorum venient solum successores sanguinis, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 2.

Si bona primitus erant divisa in plura corpora, & singula per plures investituras diversis concessa, quando deinde omnia alteri per unicam investituram conceduntur, dicitur concessio nova, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 8.

Item nova dicitur concessio, si proveniat ex liberalitate, & non ex necessitate, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 11.

Et talis efficitur ex alteratione pactorum antecedentium investiturarum, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 17.

Sufficitque additio unius generationis, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 18.

In renovatione emphyteusis beneplacitum Apostolicum non requiritur, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 19.

Renovatio non importat novum contractum, sed continuationem præcedentis; ideoque ad normam illius est regulanda, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 6. *et* 7.

In venditione canonum subalternorum non exigitur consensus domini directi, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 1.

Clausula *constituti* tribuit emphyteutæ, & successive vocatis omne remedium retinendæ, & recuperandæ, *decis.* 30. *lib.* 4. *numer.* 2.

Rem emphyteuticam an possit Ecclesia mediante pecunia a canone liberare, *decis.* 32. *lib.* 4. *n.* 10. *et per totam.*

Investitura anterior est posteriori præferenda, *decis.* 28. *lib.* 7. *numer.* 1.

Maxime quando noviter investitus, & possessor non habet causam ab anteriori, & ultimo investito, *decis.* 28. *lib.* 7. *numero* 2.

Posterior investitura est præferenda primæ, si prima sit nulla, *decis.* 28. *lib.* 7. *n.* 4.

Observantia investituræ probatur ex possessione rei cum canonum solutione, *decis.* 28. *lib.* 7. *n.* 11.

Emphyteusis quoad alienationem, et obligationem.

Vigore Brevis Urbani bona emphyteutica Status Urbini possunt libere alienari, cum onere tamen obtinendi investituras, *decis.* 8. *lib.* 4. *n.* 4.

Emphyteuta ultimus de linea potest alienare in præjudicium proximiorum, consentiente domino directo, *decis.* 9. *lib.* 4. *numer.* 10.

Proximior, in quem ab ultimo emphyteuta fuit translata possessio cum clausula *constituti*, debet manuteneri, etiamsi in investitura adsit prohibitio alienationis, *decis.* 10. *lib.* 4. *num.* 3. *et* 4.

Clausula *ad habendum* in emphyteusi importat facultatem alienandi, *decis.* 25. *lib.* 4. *n.* 1.

In emphyteusi hæreditaria licet sit prohibita alienatio absque consensu domini, non potest iste ad libitum consensum denegare, & si deneget, habetur pro præstito, *decis.* 26. *lib.* 4. *numer.* 8.

Emphyteuta rem alienans in loca pia contra pactum investituræ incurrit caducitatem, *decis.* 14. *lib.* 4. *n.* 1.

Pactum de non alienando in emphyteusi ecclesiastica extenditur etiam ad alienationem factam per viam legati, & hæredis institutionem, *decis.* 14. *lib.* 4. *n.* 2.

Ad hoc ut emphyteuta incurrat caducitatem ob prohibitam alienationem, debet probari scientia certa ipsius prohibitionis, *decis.* 14. *lib.* 4. *n.* 5.

Scientia ad prædictum effectum probatur, si emphyteuta aliquando cum domino contraxerit, promittendo servare pacta investituræ ad differentiam casus, in quo agatur de successore agnato, qui nihil cum domino egit, *decis.* 14. *lib.* 4. *num.* 6. *et seqq.*

Emphyteusis pactionata alienationis prohibitionem præseferet, itaut distractio subsistat solum in præjudicium alienantis, non autem ad exclusionem vocatorum, *decis.* 16. *lib.* 4. *numer.* 2. *et* 3.

Facultas alienandi in investitura pactionata concessa, nec totaliter rejicitur; nec indistincte admittitur, *decis.* 16. *lib.* 4. *numer.* 5.

Dicta facultas alienandi in emphyteusi pactionata operatur in præjudicium alienantis, qui jus suum alienando remittit, *decis.* 16. *n.* 6. *lib.* 4.

Item operatur in præjudicium domini, qui vendicare non potest rem alienatam in remotiorem, *decis.* 16. *lib.* 4. *numero* 7.

Non

Non operatur vero, nec præjudicat vocatis, *decis.* 16. *lib.* 4. *n.* 8. & 9.

Divisio non importat alienationem, maxime quando in ea fuerunt præservatæ leges investituræ, & stipulata reintegratio casu avocationis, *decis.* 16. *lib.* 4. *n.* 10.

Quando emphyteusis est transitoria ad extraneos, tunc pro alienatione non est solvendum laudemium, *decis.* 17. *lib.* 4. *numer.* 3.

Non implicat, quod bona pro hæredibus sanguinis concessa possint cum consensu domini in extraneos alienari, *decis.* 17. *lib.* 4. *num.* 4.

Bona emphyteutica alienari prohibita, quod non possit obligari, & hypotecari plures doctores tenuerunt, *decis.* 23. *lib.* 4. *n.* 2. & *decis.* 24. *n.* 1. & *decis.* 26. *n.* 5. *lib. eodem.*

Alii vero contrariam sententiam amplexi fuerunt, *decis.* 23. *lib.* 4. *num.* 3.

Tutior tamen est opinio distinguens inter emphyteusim pactionatam, & hereditariam, quod scilicet in prima procedat negativa, in secunda affirmativa, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 4. & *decis.* 24. *n.* 2. & *decis.* 16. *n.* 6. *lib. eodem.*

Quando emphyteusis est hæreditaria, potest obligari etiamsi adsit expressa prohibitio alienandi, quia hæc intelligitur solum favore domini directi, & tunc emphyteusis venit sub generali obligatione, *decis.* 23. *lib.* 4. *n.* 4. & 5. & *decis.* 24. *n.* 3. & *decis.* 25. *n.* 2. & 3. & *decis.* 26. *n.* 7. *lib. eodem.*

Licet adsit prohibitio alienationis latissime sumpto vocabulo, nihilominus hypotheca substinetur, & est execibilis super commoditate percipiendi fructus, *decis.* 23. *lib.* 4. *num.* 9. & *decis.* 24. *num.* 6. & *decis.* 25. *num.* 6. & *decis.* 26. *num.* 9. & 10. *lib. eodem.*

Procedit tamen hæc conclusio, donec, & quousque res permaneat penes hypothecantem, secus autem, quando devenit in tertium successorem, *decis.* 23. *lib.* 4. *num.* 10. & *decis.* 24. *n.* 7. *lib. eodem.*

Intellige, si simus in emphyteusi pactionata, nam in hæreditaria transit obligatio, & onus in successorem, *decis.* 23. *lib.* 4. *n.* 11. & 12. & *decis.* 24. *n.* 8. *lib. eodem.*

Et exercitium hujus hypothecæ competit non solum contra successoram universalem, sed etiam contra particularem, maxime quando est ex titulo lucrativo, *decis.* 23. *lib.* 4. *num.* 13. & 14. & *decis.* 24. *n.* 9. & *decis.* 25. *num.* 7. & *decis.* 26. *num.* 11. *lib. eodem.*

Quando consensus domini fuit præservatus ad solum finem, ut solvi deberet laudemium, tunc non censetur absolute prohibita alienatio absque tali consensu, *decis.* 24. *lib.* 4. *n.* 4. & *decis.* 25. *n.* 4. *lib. eodem.*

Ideoque tunc non remanet interdicta obligatio, & hypotheca; quia per istam non tangitur nec substantia, nec dominium, nec infertur præjudicium domino directo, *decis.* 24. *lib.* 4. *numer.* 5.

Quando alienationis prohibitio respicit solum præjudicium domini directi, tunc alienationes & hypothecas potest ipse solus impugnare, *decis.* 25. *lib.* 4. *n.* 5.

Emphyteusis redacta adinstar allodialium.

Bona emphyteutica status Urbini sunt redacta adinstar allodialium; ideoque Ecclesia non potest pro se retinere, sed tenetur proximioribus investire, *decis.* 7. *lib.* 4. *n.* 4. & *decis.* 10. *n.* 7. & *decis.* 11. *n.* 2. *lib. eodem.*

Vigore Brevis Urbani bona Status Urbini emphyteutica possunt libere alienari, cum onere tamen obtinendi investituras, *decis.* 8. *lib.* 4. *n.* 4.

Bona emphyteutica redacta adinstar allodialium sunt transitoria ad quoscunque, etiam ad loca pia, aliasque manus mortuas, *decis.* 8. *lib.* 4. *n.* 4.

Idque procedit etiam ex dicto indulto Urbani *decis.* 8. *lib.* 4. & *num.* 5.

Bona emphyteutica Civitatis Ferrariæ, licet ex Constitutione Bonifaciana sint redacta adinstar allodialium, tamen transire non possunt in manus mortuas, *decis.* 8. *lib.* 4. *n.* 9.

Indultum Urbani differt in hac parte a Bonifaciana, ideoque ab ista ad illud non valet inferri, *decis.* 8. *lib.* 4. *n.* 10.

In Statu Urbini adest consuetudo renovandi, etiam ad favorem locorum piorum, *decis.* 8. *lib.* 4. *n.* 11.

Sub Brevi Urbani cadunt etiam bona jurisdictionalia, *decis.* 4. *lib.* 4. *n.* 31.

An forenses possint gaudere d. Brevi, & an sufficiat habitatio, vel domicilium, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 32.

Consuetudo, quod bona sint redacta adinstar allodialium, non operatur, quando investitura est pactionata, quia lex data a contrahentibus prævalet consuetudini, *decis.* 16. *lib.* 4. *numero* 11.

Concordia Ravennaten. reducens bona emphyteutica adinstar allodialium, non comprehendit novas concessiones post concordiam stipulatam, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 7.

Dicta Concordia prodest tantum Civibus, non autem forensibus, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 9.

Bona emphyteutica Civitatis Cæsenæ sunt ex Statuto dictæ Civitatis redacta ad instar allodialium, *decis.* 71. *libr.* 10. *numero* 10.

Etiam in bonis emphyteuticis redactis ad instar allodialium attendi debet investitura, & si hæc sit pactionata, bona sunt inalienabilia in præjudicium vocatorum, *decis.* 72. *lib.* 10. *numer.* 10.

Emphyteusis quoad caducitatem.

Vide Caducitas.

Emphyteusis quoad devolutionem.

Alienatio, seu donatio non causat devolutionem; quando agitur de emphyteusi, & locatione perpetua transitoria ad quoscumque, *decis.* 28. *lib.* 7. *n.* 12.

Allocatio domino directo concedi nequit, nisi probet, investituram fuisse terminatam, & bonorum identitatem, & hoc licet habeat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 3.

Quando devolutio est clara, & indubitata, ita ut nulla competat exceptio, tunc dominus directus vigore civilis possessionis est manutenendus, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 4. & 8.

Si vero turbidum est jus domini directi, hoc casu danda est manutentio emphyteutæ, vel ejus hæredi, cui sufficit ad hunc effectum sola possibilitas victoriæ, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 4. & *decis.* 10. *n.* 1. & 2. & *decis.* 11. *n.* 11. *lib. eodem.*

Finita linea datur domino directo reintegratio adversus hæredem ultimi emphyteutæ bona occupantem, *decis.* 17. *lib.* 4. *numero* 1.

Emphyteusis quot gradus, seu generationes complectatur; et an acquirens contineatur in prima generatione.

Emphyteusis concessa usque ad tertiam generationem absque aliquo adjecto, non porrigitur ultra acquirentis nepotes, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 1.

Maxime si fuit processum ad graduum specificationem; & in primo apposita persona acquirentis, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 2. & *decis.* 13. *n.* 1. *lib. eodem.*

Ex natura emphyteusis ecclesiasticæ non licet dictum tertium gradum excedere, *decis.* 12. *lib.* 4. *num.* 3. & *decis.* 13. *lib. eodem*, *num.* 5.

Ad effectum cognoscendi, quod concessio ultra gradus a jure permissos non excedatur, observantia plurimum attenditur, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 6.

Si vocetur tertia generatio cum dictione *ejus*, primus acquirens non computatur, sed prima generatio incipit a filiis, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 7.

Limita, si talis dictio non sit in parte dispositiva, sed in ea consulto fuerit omissa, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 8. & 9.

Nec refert, quod illa apposita legatur in beneplacito Apostolico, *decis.* 12. *lib.* 4. *num.* 10. *et* 11. *et decis.* 13. *nu.* 3. *et seqq. lib. eodem.*

Facultas nominandi data in investitura ultimo comprehenso intelligitur, quatenus generationes, pro quibus fuit facta concessio, non fuerint effectuatæ; unde si omnes suum habuerunt complementum, nominatio fieri nequit, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 12. *et* 13.

Quando beneplacitum, & investitura pugnant inter se, tunc ad declarationem attenditur beneplacitum, quando istud post investituram obtentum fuit; secus si eam præcessit, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 3. *et* 4.

Licet in investitura exprimatur, quando concessio fit ad tertiam generationem ipsius primi acquirentis, tamen quando immediate fit specificatio graduum, & in primo ponitur acquirens, tunc investitura non egreditur nepotes, *decis.* 13. *lib.* 4. *a num.* 6.

Non est inconveniens, ut in investitura primus acquirens sit tantum minister, & instrumentum acquisitionis, aliis comprehensis, ipse autem non comprehendatur, *decis.* 13. *lib.* 4. *numer.* 12.

Valet concessio investituræ ad tertiam generationem cum comprehensione primi gradus alterius personæ in beneplacito non nominatæ, dummodo non fiat extensio graduum, *decis.* 13. *lib.* 4. *n.* 13. *et* 14.

Confessio emphyteutæ apprime deservit ad declarandum, quænam gradus sint in investitura comprehensi, *decis.* 13. *lib.* 4. *num.* 15.

Emphyteusis hæreditaria.

Quando emphyteusis est transitoria ad extraneos, tunc pro alienatione non est solvendum laudemium, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 3.

Non implicat, quod bona pro hæredibus sanguinis concessa possint cum consensu domini in extraneos alienari, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 3.

Ad hoc ut observantia demonstret, quod appellatione hæredum veniant etiam extranei, necesse est, ut illa percutiat transitum bonorum in eosdem extraneos, non titulo emptionis, sed titulo hæreditario, *decis.* 17. *lib.* 4. *n.* 4.

Renovatio facta extraneis non probat observantiam super comprehensione extraneorum, quando est facta ob devolutionem; *decis.* 17. *lib.* 4. 5. *et* 6.

Ex pluribus subsecutivis alienationibus deprehenditur, quod emphyteusis erat hæreditaria, vel saltem talis per observantiam evaserit, *decis.* 23. *lib.* 5. *n.* 8.

Emphyteusis acquisita titulo oneroso pro se, & suis hæredibus dicitur hæreditaria, & transit ad quoscunque hæredes, *decis.* 72. *lib.* 10. *n.* 6.

Emphyteusis hæreditaria potest subjici fideicommisso, *decis.* 72. *lib.* 10. *n.* 7.

Emphy-

Emphyteusis hæreditaria potest ex particulari conventione effici pactionata, & restringi ad certum genus personarum, *decis. 72. lib. 10. n. 9.*

Emphyteusis quoad laudemium.

Vide Laudemium.

Emphiteusis quoad læsionem, et reductionem canonum.

Ad constituendam læsionem in contractu emphyteutico est habenda ratio tam caducitatis, quam prohibitionis alienationis, aliorumque pactorum, quæ fructus domini directi augent, *decis. 21. lib. 4. n. 2.*
Fructus qui ex bonis emphyteuticis percipiuntur non augent istorum valorem, quos illos emphyteuta percipiat ex meliorantibus proprio ære peractis, *decis. 21. lib. 4. n. 4. et 13.*
In materia rerum emphyteuticarum disceptandum est cum æquitate, & non cum Juris rigore, *decis. 21. lib. 4. n. 7.*
In metienda læsione contractus emphyteutici non est simpliciter habenda ratio valoris, ac reditus contemporanei, concessionibus, sed etiam fructuum deinceps ab emphyteusi perceptorum, *decis. 21. lib. 4. num. 13. et decis. 22. lib. eadem, numer. 4.*
Et est probandum, quod læsio provenerit ex temporum injuria, & non ex culpa emphyteutæ, *decis. 21. lib. 4. n. 15.*
Emphyteuta non potest ab emphyteusi discedere, licet damnosa fiat, quia nec dominus recedere potest in casu excrescentiæ, *decis. 21. lib. 4. n. 22. et 23. et decis. 22. n. 9. lib. eodem.*
Succurrendum est læsis, etiamsi in contractu emphyteutico, *decis. 21. lib. 4. n. 25.*
Emphyteuta non potest ex causa læsionis reclamare, si meliorationem juxta conventionem non fecerit, *decis. 22. libr. 4. numer. 8.*
Vide Canones.

Emphyteusis quoad manus mortuas.

Bona emphyteutici redacta ad instar allodialium, sunt transitoria ad manus mortuas, & procedit etiam vigore indulti Urbani VIII. *decis. 8. lib. 4. n. 4. et 5.*
Et in Statu Urbini adest consuetudo renovandi, etiam ad favorem locorum Piorum, *decis. 8. lib. 4. n. 1.*
In Civitate Ferrariæ vigore Bonifacianæ bona emphyteutica non possunt transire ad manus mortuas, *decis. 8. lib. 4. n. 9.*
Emphyteuta rem alienans in loca pia contra pactum investituræ incurrit caducitatem, *decis. 14. lib. 4. n. 1.*
Ecclesia potest rem emphyteuticam acquirere ad effectum vendendi, *decis. 14. lib. 4. n. 3.*
Limita, quoties concurrat prohibitio hominis, quia tunc nullo modo acquirere potest, & res devolvitur ad dominum, *decis. 14. lib. 4. n. 4.*
Manus mortua, quæ est rei emphyteuticæ omnino incapax, non potest legitime domino agenti pro devolutione contradicere, *decis. 14. lib. 4. n. 9.*

Emphyteusis quoad moræ purgationem.

Emphyteuta semper admittitur ad purgationem moræ, nisi concurrat evidens protervia, & dolus, *decis. 27. libr. 4. numero 6.*
Purgatio moræ non facit novam investituram, sed continuat antiquam, *decis. 29. lib. 4. n. 5.* ubi etiam si mora purgetur post caducitatis declarationem, *et decis. 31. n. 4. lib. eodem.*
Licet postquam dominium utile fuit consolidatum cum directo emphyteota cadat a jure suo, nec possit remedia possessoria in vim constituti exercere, tamen si admittatur ad purgationem moræ, reviviscunt omnia jura, & effectus clausulæ *constituti*, *decis. 30. lib. 4. n. 3. et 4.*
Ante effectum purgationis moræ præcedere debet refectio damnorum, & interesse, ideoque debet assignari terminus domino directo pro eorum liquidatione; sed requiritur, quod constet de eis saltem in genere, alias sufficit cautio de eis reficiendis, *decis. 30. lib. 4. n. 5.*
Contractus emphyteuticus per caducitatem extinctus, reviviscit per moræ purgationem, *decis. 31. lib. 4. n. 1.*
Dominus directus restituere tenetur fructus perceptos a die motæ litis super admissione ad purgationem moræ, etiamsi habuerit justam causam litigandi, *decis. 31. lib. 4. num. 14. et seqq.*
Emphyteuta non potest prætendere fructus, quos dominus percepit post consolidationem dominii utilis cum directo, etiamsi subsequatur purgatio moræ, *decis. 31. lib. 4. num. 17. et 25.*
Intellige de fructibus perceptis ante petitam moræ purgationem, *decis. 31. lib. 4. n. 21. et 26.*
Tenetur dominus ad restitutionem fructuum a die petitæ purgationis moræ, licet emphyteuta canones a principio non deposuerit, quia quando dominus purgationi se opponit, sufficit oblatio verbalis, *decis. 31. lib. 4. n. 27. et 28.*
Vide Mora.

Emphyteusis pactionata.

Emphyteusis Ecclesiastica pactionata in solis vocatis verificatur omni exclusa extensione, *decis. 16. lib. 4. n. 1.*
Emphyteusis pactionata alienationis prohibitionem præsefert; itaut distractio subsistat solum in præjudicium alienantis, non autem ad exclusionem vocatorum, *decis. 16. libr. 4. numer. 2. & 3.*
Vocati in emphyteusi pactionata veniunt ex propria persona, *decis. 16. lib. 4. n. 4.*
Facultas alienandi in investitura pactionata concessa, nec totaliter rejicitur, nec indistincte admittitur, *decis. 16. numer. 5. lib. 4.*
Et operatur in præjudicium alienantis, qui jus suum alienando remittit, *decis. 16. n. 6. lib. 4.*
Item in præjudicium domini, qui vindicare non potest rem alienatam in remotionem, *decis. 16. lib. 4. n. 7.*
Non operatur vero, nec præjudicat quoad vocatos, *decis. 16. lib. 4. n. 8. & 9.*
Clausula *ad habendum*, aliæque facultatem alienandi præseferentes, non alterant naturam emphyteusis pactionatæ, sed ad istius normam sunt regulandæ, *decis. 16. lib. 4. n. 10.*

Emphyteusis quoad renovationem.

Durante prima emphyteusi nequit Ecclesia novam personam, aut generationem superaddere, *decis. 2. lib. 2. n. 15.*
Ecclesia non potest pro se retinere bona emphyteutica, quoties debita est renovatio, *decis. 6. lib. 4. n. 12.*
Cui competit renovatio in vim Statuti, debetur retentio, omniaque remedia possessoria, tam contra dominum directum, quam contra alium investitum, *decis. 6. lib. 4 n. 13. et seqq. & decis. 7. n. 4. lib. eodem.*
Non sic autem procedit, quando renovatio debetur ex pacto, quia tunc competit solum actio personalis, *decis. 6. lib. 4. numer. 14.*
Renovatio petita in principio litis influit in totum processum, ac si in qualibet parte fuisset respectiva, *decis. 6. lib. 4. numer. 17.*
Dominus directus non potest vigore pacti apprehendere possessionem rei emphyteuticæ propria auctoritate, quoties constat de jure emphyteutæ petendi renovationem, *decis. 8. n. 2. lib. 4. et decis. 9 n. 6. lib. eodem.*
In Statu Urbini adest consuetudo renovandi, etiam ad favorem locorum piorum, *decis. 8. lib. 4. n. 11.*
Indultum Urbanum abrogat pacta de non petendis renovationibus, *decis. 8. lib. 4. n. 12.*
Emphyteutæ competit jus petendi renovationem, vel quando adest consuetudo renovandi, vel quando bona a sui principio fuerunt appodiata Ecclesiæ a laicis, *decis. 9. lib. 4. n. 5. & decis. 10. n. 6. lib. eodem.*
Emphyteuta petens renovationem, non tenetur ab emphyteusi discedere, nam dimissa difficiliter recuperantur, *decis. 9. lib. 4. num. 7.*
Pendente discussione in petitorio super renovatione, debetur emphyteutæ manutentio, *decis. 9. lib. 4. n. 9. & 19.*
Confessiones domini directi circa solitum renovandi enunciativæ factæ probant ad effectum concludendi immemorabilem, cum succedant loco famæ, & probant etiam coactivam, *decis. 9 lib. 4. n. 11. et seqq.*
Dominus directus, licet renovare obligatus, potest alios investire, si proximiores pro renovatione non institerint, *decis. 9. lib. 4. n. 21.*
Renovatio non debetur, quando res devolvitur ob commissum, vel culpam emphyteutæ, *decis. 9. lib. 4. n. 22.*
A denegata renovatione in ratu culpæ non excluditur solitum, & consuetudo renovandi in casu terminationis lineæ, *decis. 9. lib. 4. n. 23.*
Ecclesia non tenetur removere emphyteusim sibi renunciatam, *decis. 9. lib. 4. n. 26.*
Declara, ut procedat, quoties renovatio petatur ab eo, qui habet causam a renunciante, & renunciatio facta fuit ad præcisum finem remittendi jus renovationis, *decis. 9. lib. 4. numero 27.*
Constitutio Urbani VIII. la 51. non tollit consuetudinem immemorabilem circa renovationem, sed tantum vult, ut petatur beneplacitum Apostolicum, *decis. 9. lib. 4. n. 28.*
Vigore Brevis Urbani competit renovatio in bonis emphyteuticis Status Urbini, etiamsi sint jurisdictionalia, *decis. 9. lib. 4. num. 31.*
Emphyteuta ubi valet pro se dispositionem legis vel Statuti allegare, competit ei pro renovatione petenda actio realis, seu rei persecutoria, *decis. 9. lib. 4. n. 36.*
Exceptio, quod alii adsint emphyteutæ, qui non comparent non admittitur ad denegandam renovationem, *decis. 9. lib. 4. num. 37.*
Prox prior, in quem ab ultimo emphyteuta fuit translata possessio, cum clausula *constituti*, debet manuteneri, etiamsi in investitura adsit prohibitio alienationis, *decis. 10. lib. 4. num. 3. et 4.*
Quando Ecclesia processit per viam renovationis, signum evidens, quod non ammensaverat; nam hoc casu fuisset facta nova concessio, *decis. 10. lib. 4. n. 11.*
Coactiva renovandi comprehenditur sub immemorabili, *decis. 10. lib. 4. n. 12.*
Mensa Abbatialis Sancti Paterniani Fani renovare cogitur, vigore indulti Innocentii VIII. *decis. 11. lib. 4. n. 3.*
Renovationem obtinere non potest, qui eam non petiit, nec adimplevit conditiones, sub quibus indultum renovandi est conceptum, *decis. 11. lib. 4. n. 4.*

Tempus

Tempus ad petendam renovationem non dicitur lapsum, nisi doceatur de scientia terminationis investituræ, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 5.

Quando Ecclesia injuste renovationem deneget, habetur pro concessa, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 14.

Fructus quos proximior percepit, vel tempore quo nesciebat terminationem investituræ; vel postquam petiit renovari & Ecclesia recusavit, non tenetur restituere, eos facit suos *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 12, 13. & 16.

Dominus directus denegans proximiori debitam de jure renovationem, tenetur ad restitutionem fructuum a die, quo fuit renovatio petita, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 4.

Emptio.

Ut secura reddatur emptio, necesse est creditores anteriores dimittere, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 14.

Quod hæc necessitas non adsit, sed sufficiat promissio avictionis, vel alia similis securitas, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 16.

Emptor.

Emptor, qui cum pretio rei emptæ dimittit creditores venditoris, non subingreditur in istorum juribus, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 3.

Subintrat tamen ad effectum retinendi contra posteriores, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 5.

Emptor, qui habet obligata omnia bona venditoris, potest istius jura, actiones, & exceptiones proponere, & exercere, *decis.* 24. *lib.* 9. *n.* 3.

Emptor solvendo pretium ad formam instrumenti cum venditore celebrati, remanet ab omni obligatione liberatus, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 2.

Emptor non tenetur esse solicitus de versione, quando venditio fuit voluntaria, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 3.

Emens ab hærede beneficiato bene solvit creditoribus primo venientibus, etiam si sint posteriores, non concurrente notitia anteriorum, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 5.

Hæc tamen conclusio non habet locum, quando creditores posteriores dimissi non sunt solvendo, quia tunc cessat spes avocationis, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 6.

Contrarium tenent alii, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 7.

Et quatenus sequenda esset prima opinio, attamen actio contra solventem est mere subsidiaria, ideoque exerceri non potest, nisi facta excussione aliorum, & constito, quod impossibilis sit avocatio, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 7.

Emptor molestari non potest a creditore anteriore, si isto citato fuit pretium consignatum posterioribus, *dec.* 25. *lib.* 9. *n.* 8. & 12.

Et maxime si solutio fuit facta cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, quia hoc casu pecunia adhuc dicitur extare, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 10.

Emptor bonorum fideicommissariorum tenetur esse solicitus, nec de investimento, & versione, quando venditio secuta fuit cum licentia, & derogatione Principis, qui emptorem ab hoc mere liberavit, *decis.* 99. *num.* 2. & *seqq.* & *Vide* Fideicommissum quoad alienationem.

Enunciativa.

Enunciativæ emissæ in Brevibus obtentis ad petitionem partis, nihil probant, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 44.

Enunciativæ deserviunt ad probandam situationem & Territorium, *decis.* 10. *lib.* 4. *n.* 18.

Enunciativæ emissæ ad unum finem, non attenduntur, & operantur pro alio, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 9.

Enunciativæ, quando sunt antiquæ, probant, *decis.* 31. *libr.* 12. *num.* 5.

Episcopus in genere.

Episcopus non præsumitur voluisse Ecclesiæ præjudicare, & propterea illius confessioni etiam contra successores multum defertur, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 7.

Episcopus est judex competens ad effectum dignoscendi, an quis subsit suæ jurisdictioni, *decis.* 17. *lib.* 3. *n.* 19.

Ad Episcopum spectat cognitio causarum, & præcipue criminalium & matrimonialium, non obstante præsumptione quadragenaria, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 13.

Limita, si in contrarium concurreret immemorabilis, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 14.

Sed donec ista probetur cum suis requisitis, Episcopus est manutenendus, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 15.

Jus instituendi in beneficiis patronatis spectat ad Episcopum, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 17.

Jus conferendi ordines, & dandi dimissorias pro illis suscipiendis, est Episcopale, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 18.

Ac etiam ministrandi Sacramenta Confirmationis, Chrismatis, & Olei Sancti, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 19.

Ad Episcopum pertinet convocare synodum, *decis.* 20. *lib.* 3. *numer.* 20.

Et potest cogere, etiam sacerdotes regulares curam animarum habentes, ut ad illam accedant, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 21.

Ipse concedit licentias audiendi confessiones, prædicandi, interessendi matrimoniis, & dispensandi super tribus denunciationibus, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 22.

Licitum est Episcopo exigere jus cathedraticum, & quartam canonicam ex legatis piis, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 24.

Potest ex justa causa ab omnibus subditis & Ecclesiis subjectis charitativum subsidium exigere; *decis.* 20. *lib.* 3. *numero* 25.

Potest publicare edicta in Ecclesiis, quoad pertinentia ad forum Ecclesiasticum, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 26.

Episcopus potest compellere beneficiatos ad propriorum titulorum editionem, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 1. & 2.

An autem id procedat generaliter in omnibus beneficiis, etiam simplicibus, vel potius in obtinentibus plura beneficia curata, aut aliàs incompatibilia, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 3.

Item an militet solum in facto recenti, vel potius etiam in antiquo, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 4.

Cujusnam temporis lapsus requiratur ad hoc, ut factum dicatur antiquum, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 5. usque ad 8.

An ultra diuturnitatem temporis necesse sit, ut concurrat tacitus, vel expressus consensus superioris, itaut occupatio non proveniat ab istius incuria, & negligentia in visitatione peragendi, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 9.

Nequit Episcopus ad præfatam exhibitionem beneficiatos compellere, quando ei resistit Capitulum habens jura Ordinarii privative etiam quoad ipsum Episcopum, circa talem recognitionem titulorum, adeout eum beneficiati jam semel coram Capitulo de legitimitate collationum docuerint in actu assecutionis beneficiorum ad iteratam exhibitionem nullo modo astringi valeant, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 10.

Si Ordinarius per longum temporis decursum in visitationibus nunquam inquisivit de titulis beneficiorum, signum evidens, quod tale jus non habebat, nam aliàs rem ad quam tenebatur non omisisset, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 14. & 15.

Jus compellendi beneficiatos ad exhibitionem titulorum, quando beneficia sunt simplicia, non provenit a dispositione juris, vel Concilii, sed ab interpretatione, & extensione doctorum, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 16.

Ad effectum, ut dicatur impleta ordinatio juris, & Concilii circa prædictam titulorum exhibitionem, sufficit, ut fuerint ostensi coram habente jura Ordinarii, *decis.* 22. *lib.* 3. *n.* 17. & *decis.* 23. *n.* 4. *lib. eodem*.

Episcopo Portuen. ex Constitutione Benedicti XIII. concessa fuit totalis potestas quoad ea, quæ pertinent ad regulam circa regulares, & novitios Ecclesiæ, & injunctum fuit, quod Canonici in ejus manibus juxta leges regularis instituti professionem emitterent, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 3.

Episcopus dicitur esse loco Abbatis, si in ejus manibus obedientia per regulares præstari debet, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 4.

In quæstione, an Episcopus possit regulares ad professionem admittere, est distinguendum, quod aut agitur de persona, quæ valit tria vota facere, & sub simplici obedientia domi suæ degere, & tunc procedit affirmativa; aut vero professio determinatur ad certam regulam, & pro certo Monasterio, seu loco, & procedit negativa, quia hoc secundo casu facultas spectat solum ad Prælatum regularem, *decis.* 24. *lib.* 3. *numer.* 5. & 6.

Episcopus in Ecclesia Cathedrali regulari recipiens professionem censetur semper uti potestate Abbatiali, & non Episcopali, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 7.

Si Episcopus gerat actus ad Abbatem spectantes, hinc desumitur, quod jura Abbatis habeat, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 8.

Episcopus habens unitam jurisdictionem Abbatialem, illam exercere potest quocunque modo, etiam in concernentibus regularem disciplinam, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 14.

Potestas concessa in minimis Archipresbytero, nihil operatur in gravibus, quorum cognitio totaliter debetur Episcopo, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 15.

Episcopo testanti ad proprium commodum non creditur, *decis.* 4. *lib.* 12. *n.* 11.

Episcopus præsumitur informatus de statu beneficiorum suæ Diœcesis, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 6.

Episcopus de jure secuta sui ipsius electione statim acquirebat ea omnia, quæ sunt jurisdictionis, & signanter jus conferendi beneficia, *decis.* 21. *lib.* 12. *num.* 5. & *decis.* 20. *numer.* 1. *lib. eodem*.

Verum Bonifacius VIII. hanc potestatem eis ademit, vetando ne se ingererent in iis, quæ sunt jurisdictionis, donec actualem Episcoporum possessionem non fuissent adepti, *decis.* 22. *lib.* 12. *n.* 2. *et seqq.*

Hæc autem Constitutio Bonifaciana reputatur exorbitans, & non extendenda, *decis.* 22. *lib.* 12. *n.* 4.

Ante præstitum juramentum de visitandis liminibus Episcopi nequeunt se immiscere administrationi Ecclesiæ, *decis.* 22. *lib.* 12. *num.* 19.

Hoc autem juramentum absque probatione præsumitur, *decis.* 22. *lib.* 12. *n.* 20.

Episcopus habet intentionem fundatam in jure ad effectum deputandi œconomos in Parochialibus vacantibus suæ Diœcesis, *decis.* 11. *lib.* 16. *n.* 1.

Et id sive Ecclesiæ sint effectæ reservatæ, vel exemptæ, *decis.* 3. *lib.* 16. in principio.

Actus facti Sede Episcopali vacante, vel Episcopo absente, illi non præjudicant, maxime si non probetur scientia, & acquiescientia, *decis.* 3. *lib.* 16. *n.* 4.

Episcopus quoad collationem Beneficiorum.

Episcopus nequit propria auctoritate conferre beneficia, quæ sunt in statu regularitatis, non expectata prius declaratione super illorum sæcularitate; vel saltem super hoc magna adsit dubitatio, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 12.

Episcopo

Episcopo competit jus conferendi beneficia, nedum liberæ collationis, sed etiam vacantia ex causa permutationis. *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 16.

Episcopus nequit Parochialem vacantem in mense reservato conferre, sed debet indicere concursum, & Prælatum ad Summum Pontificem transmittere, præelectusque a Sede Apostolica collationem impetrare tenetur, *decis.* 3. *libr.* 12. *n.* 1.

Quando Episcopus habet alternativam, tunc mensis Augusti de reservato fit ordinarius, *decis.* 3. *lib.* 12. *n.* 2.

Sed alternativa comprehendit solum beneficia liberæ collationis, non ea quæ pertinent ad aliorum præsentationem, *decis.* 3. *lib.* 12. *n.* 3.

Episcopus de jure eo ipso quod est electus, acquirebat ea omnia, quæ sunt jurisdictionis, & signanter jus conferendi beneficia, *decis.* 21. *lib.* 12. *n.* 5. & *decis.* 22. *n.* 1. *lib. eodem.*

Verum Bonifacius VIII. hanc potestatem illi ademit prohibendo, ne se ingererent in iis, quæ sunt jurisdictionis, donec actualem Episcopatus possessionem non fuissent adepti, *decis.* 22. *lib.* 12. *n.* 2. & *seqq.*

Episcopus quoad visitationem.

Episcopus potest visitare Ecclesias Parochiales regularium, & si ministros minus idoneos ad curam animarum reperiat, potest illos amovere, si sunt amovibiles; si autem titulares, suspendere: sed nequit œconomos sæculares deputare, nisi prius monitis superioribus religionis, ut intra breve terminum alios deputent ab ipso examinandos, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 10. & *decis.* 10. *n.* 12. *lib. eodem.*

Episcopus ex Constitutione Sancti Pii V. nequit visitare Ecclesias Religionis Hierosolymitanæ pendente lite super jurisdictione, *decis.* 9. *libr.* 3. *n.* 1.

Nisi tamen esset in quasi possessione antiqua exercitii jurisdictionis, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 2.

Episcopus potest jure ordinario arctare beneficiatos, & Parochos ad exhibendum titulum eorum possessionis, alias termino præfixo elapso potest ad eorundem beneficiorum collationem devenire, *decis.* 10. *lib.* 3. *n.* 1.

Nec in hoc casu loquitur Bulla Piana decernens, in amotione Parochorum religionis Sancti Joannis non idoneorum facta ab Ordinariis in actu visitationis monendos esse superiores, *decis.* 10. *lib.* 3. *n.* 2.

Si autem Episcopus ad remotionem deveniat cum supposito, quod Ecclesia sit sæcularis, dicitur excedere, *decis.* 10. *libr.* 3. *numer.* 5.

Visitationes factæ ab Episcopo antecessore suffragantur successori ad consequendam manutentionem, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 11.

Episcopo competit jus visitandi omnes Ecclesias suæ Diœcesis, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 8.

Etiam exemptas, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 9.

Etiam Ecclesias nullius jurisdictionis, quas visitat Episcopus vicinior auctoritate delegata, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 10.

Jus visitandi nequit Episcopo impediri sub prætextu exemptionis, aut Situs nullius, donec de istis cognoscatur, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 11.

Eques Hierosolymitanus.

Miles Hierosolymitanus juxta stabilimenta religionis est intestabilis, *decis.* 7. *lib.* 2. *n.* 1. & *decis.* 8. *n.* 2. *lib. eodem.*

Fit tamen testabilis indultu magni magistri, *decis.* 7. *lib.* 2. *numer.* 2. & *decis.* 8. *num.* 3. & *decis.* 9. *n.* 1. & *decis.* 10. *n.* 1. *lib. eodem.*

Hujusmodi indultum quoad patrimonialia facile conceditur, cum non sit adeo odiosum, sicuti quoad bona quæsita ex propria industria, vel effectibus religionis, *decis.* 7. *lib.* 2. *n.* 8.

Etiamsi sit filiusfamilias, potest eques mediante indulto testari, quia per professionem solvitur patria potestas, *decis.* 7. *libr.* 2. *n.* 3.

Census, & loca montium veniunt sub facultate testandi de immobilibus a magno magistro equiti concessa, *decision.* 7. *lib.* 2. *n.* 6. & *seqq.* & *decis.* 8. *n.* 5. & *seqq. lib. eodem.*

A stabilimentis religionis, & eorum declaratione non est recedendum, *decis.* 8. *lib.* 2. *n.* 12.

Facultas testandi data equiti Hierosolymitano, tunc est stricte interpretanda, quando respicit quæsita ex bonis religionis; secus autem si percutit bona patrimonialia, & propria, quia hoc casu dicitur æqua, & non exorbitans a jure, *decis.* 8. *lib.* 2. *n.* 17. & *seqq.*

Eques Hierosolymitanus quoad paupertatem differt ab aliis religiosis, in illis enim professio radicitus facultatem testandi perimit, in illo autem operatur solum quandam extinctionem modificativam, quæ per indultum reviviscit, *decis.* 9. *lib.* 2. *n.* 2. & *decis.* 10. *n.* 5. *lib. eodem.*

An equites Hierosolymitani sint a decimis exempti, valde est ambiguum, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 8.

Is qui omnibus peractis ad suscipiendum habitum religionis Hierosolymitanæ jam est in itinere, ut Melitam accedat, non gaudet privilegiis militibus, & religioni concessis, *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 10.

Vide Religio Hierosolymitana.

Eremus.

Eremus est locus sacer, *decis.* 35. *lib.* 5. *n.* 2.

Eremi vocabulum nil aliud significat, quam locum desertum; *decis.* 35. *lib.* 5. *n.* 3.

Error.

Error non præsumitur, sed debet concludenter justificari, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 13. & *decis.* 10. *n.* 8. *lib. eodem.*

Actus ex errore factus non præjudicat, *decis.* 28. *lib.* 7. *numer.* 19.

Evictio.

Pactum, quod venditor non teneatur de evictione, non est cum venditione incompatibile, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 6.

Si timeatur evictio, non potest ex hoc evitari solutio, cum satis per reinvestimentum pretii possit esse consultum *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 24.

Contra obligatum tam pro evictione, quam pro liberatione a molestiis, evictione secuta recte agitur pro damnis, nec est necesse, ut petatur liberatio a molestiis, *decis.* 56. *lib.* 6. *numer.* 9.

In contractu emptionis, & venditionis evictio venit ex natura contractus, etiamsi non sit promissa, *decis.* 18. *libr.* 7. *numer.* 1.

Ut evictio præstanda sit, exigitur intimatio molestiarum, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 2.

Non requiritur autem probatio dictæ intimationis, quando ex verbis prægnantibus contentis in promissione evictionis illa censetur remissa, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 3.

Intimatio molestiarum sufficit, etiam domi dimissa copia, vel in manibus domesticorum, si ita sit de stylo loci *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 4.

Non exigitur denunciatio molestiarum, quando venditor istarum scientiam habuit, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 5.

Et dicitur scivisse, quando appellavit a sententia lata contra emptorem, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 6.

Ad hoc ut emptori debeatur evictio, tenetur iste appellare a sententia contraria, & causam defendere, *decis.* 18. *lib.* 7. *numer.* 7.

Procedit conclusio in mera promissione evictionis; secus quando venditor promisit in se suscipere litem, eamque defendere, quia tunc ei imputatur omne damnum, etiam proveniens a facto judicis injusto, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 8.

Evictio secuta in parte, non debetur in totum, *decis.* 18. *lib.* 7. *num.* 9.

Limita si emptio fuit facta cum conventione comprehendendi omnes, & singulas res venditas sub unico pretio, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 10.

Item limita, si evicta sit pars, sine qua emptor non fuisset empturus. *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 11.

Fidejussor evictionis offerendo rem evictam liberatur, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 12.

Evictio dicitur secuta eo ipso, quod quis privatus fuit possessione, *decis.* 19. *lib.* 7. *n.* 8.

Quando emptor molestias venditori intimavit, tunc non tenetur jura deducere, & defendere, *decis.* 26. *lib.* 7. *numer.* 10.

Emptori qui re empta spoliatus remansit, præstanda est evictio, *decis.* 21. *lib.* 7. *n.* 3.

In contractu permutationis debetur de sui natura evictio, *decis.* 21. *lib.* 7. *n.* 4.

Vendens rem alienam tenetur de evictione, etiamsi apposuerit pactum, quod de illa minime teneatur, *decis.* 21. *lib.* 7. *numer.* 5.

Exactio.

Exactio pecuniæ probatur ex confessione illius, qui exigere debebat, *decis.* 21. *lib.* 7. *n.* 5.

Item probatur ex mandato de consignando ab eo expedito, & ex subsequenti erogatione pecuniæ facta in aliam causam, *decis.* 21. *lib.* 5. *n.* 6.

Exceptio.

Exceptio defalchi altiorem requirens indaginem, non retardat judicium executivum instructum pro solutione pensionis, *decis.* 23. *lib.* 4. *n.* 1.

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit nedum contra principalem creditorem, sed etiam contra mandatarium, & giratarios, ex quocunque titulo, & causa, sive lucrativa, sive onerosa, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 6.

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit scribenti literas cambii, *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 1.

Exceptio extinctionis census turbida non potest retardare effectum obligationis cameralis, *decision.* 37. *libr.* 5. *numero* 11.

Minusque retardat immissionem, *decis.* 39. *lib.* 5. *n.* 2.

Turbida dicitur, quando desumitur ex conjecturis, *decis.* 39. *lib.* 5. *n.* 3.

Exceptio, quæ respicit jus tertii, non admittitur, nec potest allegari, *decis.* 3. *lib.* 7. *n.* 11.

Etiamsi jus tertii sit exclusivum juris agentis, quando tertius acquievit, nec illud allegare curavit, *decis.* 3. *libr.* 7. *numero* 12.

Exceptio aliquorum firmat regulam in aliis, *dec.* 5. *lib.* 8. *n.* 9. & *decis.*

decis. 65. *lib.* 10. *n.* 8. & *decis. unica*, *super materia de offic. venal. vacab. n.* 3. *fol.* 452. *tom.* 2.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem, in judicio executivo rejiciuntur, *decis.* 14. *lib.* 9. *n.* 3.

Super exceptionibus dilatoriis non est necesse, ut judex præventive pronunciat, antequam aggrediatur merita causæ; sed sufficit, ut illæ fuerint discussæ, & examinatæ, *decis.* 58. *lib.* 9. *n.* 1. *decis.* 59. ante numerum primum, *lib. eodem.*

Exceptio debet ab allegante probari, *decis.* 26. *lib.* 14. *n.* 11.

Reus in sua exceptione fit actor, & probare tenetur, *decis.* 60. *lib.* 10. *n.* 1.

Excessus.

Excessus non dicitur adesse, quoties in mandato adest generalis, & indefinita expressio, cum illa interpretationem recipere debeat ab actis, ex quibus si constet, eatam, seu partem tantum petitam fuisse, generalitas mandati non officit, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 5.

Dicta regula non procedit, quoties in mandato etiam pars non debita expresse continetur, quia quando istud non potest congruam interpretationem recipere ab actis, tunc mandatum, & non libellus attenditur, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 6. & *decis.* 71. *lib.* 9. *n.* 15.

Excessus in solo decreto, & mandato, potest reformari; secus autem si subsecuta fuerit executio, quia tunc integre spoliatus est restituendus, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 7.

Excessus ad effectum irritandi executionem jam factam, & petendi manutentionem, debet probari ex iisdem actis, non autem ex juribus postmodum productis, *decis.* 44. *lib.* 9. *n.* 2.

Excessus in sola executione, non autem in sententia, non infringit rem judicatam, maxime quando cah betur prompta restitutio, vel compensatio, *decis.* 71. *lib.* 9. *n.* 13. *et* 14.

Intellige, quando in decreto, seu sententia fit condamnatio generalis, nulla expressa summa; secus autem si in eis summa certa exprimatur, quia tunc & in ipsis dicitur adesse excessus, *decis.* 71. *lib.* 9. *n.* 15.

Ex rigore juris mandata executiva excessu laborantia, debent in totum retractari, *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 1.

Ex inveterato tamen stylo A. C. mandata excessiva, licet executioni demandata, non retractantur in totum, sed subducto excessu reformantur, *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 2.

Hocque non ex praxi tantum, sed & æquitate summa fulcitur, *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 3.

Et maxime quando executio sit tantum cœpta, & non consummata, *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 4.

Et quando executio est facta super re, quæ commodam patitur divisionem, *decis.* 1. *lib.* 15 *n.* 5.

Et concurrentibus hisce duabus circumstantiis stylus A. C. observatur, etiam in Signatura Justitiæ, *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 5.

Rota quoque recedit a rigorosa contraria opinione, quando agitur de reformando, vel infirmando mandato obtento ab eodem A. C. *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 6.

Vide Executio.

Executio.

Habens interesse secundarium non est legitimus contradictor ad executionem impediendam, *decis.* 1. *lib.* 3. *n.* 9. ubi varia super hoc exempla.

Executio cœpta habetur pro completa, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 6.

Executio facta in rebus incertis, & nullibi antea per superiorem certificatis, ab excessu in omnibus salvari non potest, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 6.

Executio excessiva est in totum retractanda, & omnia in pristinum debent reponi, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 7.

Et non solum debet retractari executio excessiva, sed omnes alii actus facti in sequelam illius, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 15.

Judex *ad quem* nullum valet præstari impedimentum judici *a quo*, quin iste possit suum decretum exequi, quando causa commissa est cum clausula *sine præjudicio*, *decis.* 4. *lib.* 4. *n.* 6.

Licet de stylo Rotæ mandata excessiva executioni demandata soleant in totum retractari, tamen quandoque si mandatum sit relaxatum ab A. C. sequitur stylum illius, sustinendo executionem pro summa vere debita, *decis.* 14. *lib.* 9. *num.* 1. *et decis.* 1. *lib.* 15. *per totam.*

Executor.

Ad effectum exequendi literas executoriales, etiam simplex clericus potest esse idoneus, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 6. *et decis.* 2. *n.* 10. *lib. eodem.*

Merus executor suspectus allegari nequit, *decis.* 1. *lib.* 3. *n.* 7. *et decis.* 2. *n.* 12. *lib. eodem.*

Merus executor dicitur, qui exequi debet mandata Rotalia etiamsi privare debeat possessorem sua possessione, cum talis privatio tribuenda sit judici mandati, & non executori, *dec.* 2. *lib.* 3. *n.* 11.

In rebus incertis, & dubiis non potest executor jus partibus dicere, nec ad executionem procedere, sed debet partes remittere ad Rotam; alias excedit, & nulliter procedit, *decis.* 4. *lib.* 3. *n.* 1. *et* 8. *et decis.* 5. *num.* 17. *et decis.* 8. *num.* 14. *lib. eodem.*

Executor testamentarius potest defuncti voluntatem interpretari, sed non potest suam declarationem exequi, nisi citato hærede, *decis.* 37. *lib.* 10. *n.* 3.

Executor testamentarius habens facultatem declarandi, addendi, & minuendi, potest etiam voluntatem testatoris commutare, si ita plenius, & pinguius adimpleatur, *decis.* 16. *lib.* 11. *n.* 1. *et seqq.*

Et tale implementum, etiamsi diversificet in aliqua parte a dispositis per testatorem, refertur semper ad talem dispositionem, & non ad propriam liberalitatem executoris, *decis.* 16. *lib.* 11. *n.* 2.

Executoriales.

De praxi servanda ob non paritionem executorialibus Rotalibus cum servatione quatuor terminorum, & remissione causæ ad Rotam, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 13.

Prædicta autem praxis est servanda, si reus in contumacia perseveret, quando discussæ non sunt causæ contradicendi, neque concessæ declaratoriæ, secus econtra, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 14.

Quidquid geritur extra limites executorialium, redolet formalem excessum, & innovationem, sive id fiat a judice executore, sive a parte, *decis.* 4. *lib.* 3. *n.* 7.

Exemptio.

Durante lite subditus eximitur jurisdictione superioris, & Ordinarii, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 3.

Et per dictam exemptionem exercitium) jurisdictionis non præcluditur, sed suspenditur durante causa, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 4.

Pro obtinenda exemptione exigitur probatio malæ tractationis; aut vehementis suspicionis futuræ sævitiæ, juxta sensum aliquorum doctorum, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 7.

Alii autem volunt, quod non sufficiat sola formido, vel suspicio, sed requiratur probatio sævitiæ, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 8.

Exemptio a superiore durat etiam in judicio restitutionis in integrum, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 11.

Nisi tamen sententia esset executioni demandata, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 14.

Judex commissarius, coram quo pendet lis inter subditum, & Episcopum, non potest cognoscere absque speciali commissione, an eidem subdito debeatur exemptio pendante lite ab ordinaria Episcopi jurisdictione, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 15.

Præfata exemptio solet peti vel in Signatura gratiæ, vel in sacra Congregatione Episcoporum, & regularium, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 15.

Exemptio a jurisdictione Episcopi non importat territorium separatum, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 4. *et* 6.

Exemptio bonorum possessorum, & acquirendorum, importat nudam, & simplicem exemptionem & non territorium, *dec.* 20. *lib.* 3. *n.* 5.

Exhibitio.

Ad hoc ut quis ad exhibendum scripturas; vel libros non teneatur, sufficit juret se non habere, nec dolo desiisse habere, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 13.

Expensa.

Expensæ veniunt ex pignore Prætorio æque ac creditum deducendæ, *decis.* 41. *lib.* 5. *n.* 3.

Expensæ dicuntur justificatæ, etiam ex simplici fide illius qui eas fecit, quoties sunt verisimiles, *decis.* 24. *lib.* 6. *n.* 1.

Expensæ litis sunt a collitigante subministrandæ, quoties concurrit bonum jus, & paupertas actoris, *decis.* 2. *lib.* 14. *post n.* 24.

Expressio.

Expressio ejus quod de jure inest, nihil operatur, *decis.* 53. *numer.* 6. *lib.* 9.

Ea quæ veniunt in necessariam consequentiam, habentur pro expressis, *decis.* 59. *lib.* 9. *n.* 24.

Ratio, quæ est unica, habetur pro expressa, *decis.* 58. *lib.* 9. *n.* 42.

Idem est aliquod fuisse expresse repetitum, & quod veniat necessario ab expressis, *decis.* 5. *lib.* 10. *n.* 9.

Extrema.

Extremis probatis media præsumuntur, *decis.* 27. *lib.* 3. *num.* 25.

F

Fabrica Sancti Petri.

HÆreditates, & legata pia relicta personis, & religionibus incapacibus, capit vigore suorum privilegiorum fabrica Sancti Petri, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 45. *et decis.* 2 *lib.* 11. *num.* 13.

Intellige, vel quando agitur de testamento caducato, vel in præjudicium hæredum ab intestato venientium; secus quando est datus cohæres, quia iste, vigore juris accrescendi capit totum, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 46.

Factum.

Consistentiæ in facto debent probari, cum non præsumantur; *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 6.

Factum proprium quis impugnare non potest, *decis.* 32. *lib.* 7. *n.* 8. *et decis.* 99. *lib.* 10. *n.* 12. *et* 16.

Contra factum proprium quis ad sui commodum venire non potest, etiam si alterius personam induat, *decis.* 2. *lib.* 8. *n.* 14.

Facultas

Facultas in genere.

Facultas concedentis est supponenda, ubi Princeps concessionis faciliter confirmare solet, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 25.
Quando Princeps permisit, ut diu quis uteretur aliqua facultate tanquam propria, eamque enunciavit, aut supposuit in actu confirmationis, signum evidens, quod talis facultas ei vere competebat, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 27. & 28.
Facultas providendi officia intelligitur de actu vacantibus, & non de vacaturis, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 11.
Ex concessione facultatis renovandi non oritur facultas prorogandi, & extendendi, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 28.
Concessa alicui facultate aliquid faciendi, intelliguntur concessa ea omnia, quæ ad illud explendum sunt necessaria, *decis.* 97. *lib.* 10 *n.* 13.
Regula procedit in iis, quæ veniunt in necessarium antecedens, & sine quibus consequens stare non potest, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 15.
Habens facultatem declarandi, addendi, & minuendi voluntatem testatoris, potest etiam eam in melius commutare, *decis.* 16. *lib.* 15. *n.* 5. & *per totam*.

Facultas nominandi, vel eligendi.

Nominatio, seu electio facta ab eo, qui habebat facultatem sibi ab alio tributam, dicitur provenire non a nominante, sed ab eo, qui facultatem dedit, *decis.* 5. *lib.* 7. *n.* 57.
Habens facultatem nominandi, si eam explevit per actum inter vivos, non potest revocare, *decis.* 11. *lib.* 7. *n.* 9.
Habens facultatem eligendi, & nominandi ex pluribus filiis quem voluerit, potest omisso primogenito secundogenitum eligere, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 1. *et decis.* 43. *n.* 1. *lib. eodem*.
Procedit conclusio, etiamsi facultas sit data per verba *sia lecito*, seu alia quæ importent arbitrium boni viri, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 2. & 3. *decis.* 43. *n.* 3. & *seqq. lib. eodem*.
Quando facultas est data per verba alternativa, quod tunc eligens teneatur servare ordinem naturæ, & scripturæ, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 43. *n.* 8. *lib. eodem*.
Intellige, quando alternativa cadit inter personas, in quibus considerari potest ordinata charitas, & affectio, & concurrit disparitas gradus, seu sexus; secus autem si intra eundem gradum cadit electio, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 5. & *decis.* 43. *n.* 9. & *seqq. lib. eodem*.
Si in casu non factæ electionis testator vocaverit primogenitum quod teneatur tunc eligens hanc voluntatem sequi, & primogenitum nominare, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 6. & *decis.* 43. *num.* 15. *lib. eodem*.
Hæc opinio habet suos contradictores, *decis.* 42. *lib.* 14. *n.* 7.
Et si concurrant conjecturæ suadentes, quod testator voluerit dare amplam, & liberam facultatem, quæ non debeat regulari a casu non factæ nominationis, tunc per prædictam vocationem factam a testatore non restringitur libertas, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 8. & *decis.* 43. *n.* 16. & *seqq. lib. eodem*.
Pro conjectura autem ad hunc effectum deservit, si facultas nominandi non solum restringatur ad filios, sed extendatur etiam ad fratres, & nepotes, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 9.
Item si sit data etiam facultas variandi ad suum beneplacitum, *decis.* 42. *lib.* 10. *n.* 9. & *decis.* 43. *n.* 2. *lib. eodem*.
Quando hæc facultas variandi dicatur respicere non solum modum, sed etiam personam, *decis.* 43. *lib.* 10. *n.* 6. & 7.
Quod habens facultatem eligendi unum ex filiis, vel filiabus non possit masculo spreto feminam eligere, *decis.* 43. *lib.* 10. *numer.* 12.
Contrariam opinionem quinam tueantur, *decis.* 43. *lib.* 10. *num.* 13.
Procedit hæc secunda opinio, quando facultas est amplissima, & munita prægnantissimis clausulis, & quando concurrunt conjecturæ, de quibus, *decis.* 43. *lib.* 10. *n.* 14.
Successio in fideicommisso debetur ei, qui fuit nominatus vigore facultatis a testatore sibi tributæ, *decis.* 44. *lib.* 10. *numer.* 1.
Quod habens facultatem nominandi unum ex consanguineis, non teneatur præferre agnatos cognatis, *decis.* 44. *lib.* 10. *n.* 2. & *n.* 6. & *seqq.*
Maxime si nominatis fuit injunctum onus assumendi cognomen, & arma, quod onus proprie convenit cognatis, *decis.* 44. *lib.* 10. *n.* 4. & 5.
Habens facultatem nominandi, potest eodem tempore duos nominare, sed successive, scilicet ut quatenus prædecedat pater censeantur nominatus filius, & procedit etiam, si filius de tempore nominationis non esset natus, quando vel expresse, vel tacite fuit post nativitatem nominatio a nominante confirmata, *decis.* 44. *lib.* 10. *n.* 8. & 9.
Si testator voluit, ut nominatio approbaretur a duobus consanguineis, non est opus hoc casu, ut isti consanguinei sint de agnatis, sed sufficit, etiam si sint cognati, *decis.* 44. *lib.* 10. *n.* 10.
Si testator det facultatem hæredi disponendi de bonis, vel etiam nominandi, & adoptandi, adjecto onere fideicommissi in casu nominationis, tunc si hæres disponat, fideicommissum evanescit, *decis.* 46. *lib.* 10 *n.* 1.
Electo, seu nominato ab habente facultatem demandatam a testatore, debetur immissio, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 2.
Substitutus in casu non factæ nominationis admittitur, etiam casu quo nominatio fuit facta, sed nulliter, *decis.* 30. *lib.* 11. *n.* 9.
Habens liberam facultatem eligendi, potest electum onere gravare, *decis.* 40. *lib.* 9. *num.* 11. & *decis.* 45. *num.* 8. *et seqq. lib.* 10.
Conclusio procedit, quando habens facultatem de facto eligit post jam quæsitum emolumentum hæreditatis, *decision.* 40. *lib.* 9. *n.* 12.
Secus autem quando ipse nunquam successit fideicommittenti, utpote quia prædecessit, *decis.* 40. *lib.* 9. *n.* 13.
Facultas gravandi, eo magis eligenti competit, si gravamen tendat in favorem eorum, quos eligere poterat, *decis.* 45. *lib.* 10. *n.* 12.
Quod is, qui habet facultatem nominandi, non possit nominatum gravare, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 3. *et decis.* 47. *n.* 1. *lib. eodem*.
Quod quando quis est gravatus restituere certo generi personarum, & habeat facultatem inter illas eligendi, non possit electum gravare ad favorem extranei, bene tamen ad favorem aliorum de eodem genere, quos eligere poterat, *decis.* 36. *libr.* 10. *n.* 4. *et* 5.
Si vero hæres habeat arbitrium restituendi, vel non, & facultatem eligendi incertum de incertis, quod tunc quocunque modo gravare possit, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 6. *et* 7. *et decis.* 47. *n.* 3. *et* 4. *lib. eodem*.
Et si in casu non adimpleti gravaminis dederit eligens substitutum, electus contraveniens privatur, & substitutus admittitur, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 8.
Quod habens facultatem eligendi incertum de incertis, possit ad sui arbitrium non eligere, quia nulli est jus quæsitum, qui fideicommissum in casum non factæ electionis petere possit, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 9.
Si testator in casu non factæ nominationis dederit substitutum, licet hæredi nulla injuncta fuerit præcisa necessitas nominandi, quod nihilominus non possit nominatus tali casu gravare, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 12. *et decis.* 47. *n.* 10. *lib. eodem*.
Contrarium est verius, quando electio cadit super incertis de incertis, quia semper dicto casu nominatus recognoscit emolumentum a voluntate, & liberalitate nominantis; & si quæ necessitas, aut voluntas testatoris considerari potest, hæc respicit unice substitutum, respectu cujus onera in casu non factæ nominationis non substinerentur, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 13. *et seqq. et decis.* 47. *n.* 9. *et* 15. *lib. eodem*.
Habens facultatem nominandi, non potest præmium pro nominatione reportare, *decis.* 47. *lib.* 10. *n.* 2.
Quando quis est necessario gravatus ad restituendum, & solum habet facultatem eligendi aliquem, de certo tamen genere, & non facta nominatione sit datus substitutus, quod tunc eligens non possit gravare, *decis.* 47. *n.* 5. & *seqq. lib.* 10.
Si testator concessit potestatem nominandi, & minuendi onus a se adjectum, exinde arguitur, quod noluerit, ut alia onera imponere posset, *decis.* 47. *lib.* 10. *n.* 7.
Item prohibuit hæredi quamcunque alienationem, seu detractionem, ad hoc ut hæreditas integra perveniret ad nominatum, multo minus potuit hæres nominando onera adjicere, *decis.* 47. *lib.* 10. *n.* 8.
Quando hæres juxta prædictos casus nominatum gravare non potest, si gravet, & apponat conditionem resolutivam nominationis, quatenus nominatus gravamen non acceptet, conditio vitiatur, & nominatio firma remanet, *decis.* 47. *lib.* 10. *n.* 12.

Falcidia.

Falcidia an detrahatur de legatis piis, quando pia causa pariter est hæres instituta, doctores pro negativa opinione referuntur, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 1.
Alii vero affirmativam sectantes recensentur, *decis.* 64. *lib.* 9. *numer.* 2.
Relicta autem quæstione indecisa in abstracto, quod negativa opinio locum sibi vindicet, quando legatum primum habet annexum onus celebrationis missarum pro anima testatoris, firmatur, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 3. *et* 4.
Falcidia dicitur per testatorem prohibita, si institutio hæredis sit facta per verba *in omnibus aliis bonis*, & cum clausula, *salvis superius expressis*, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 6.
Item prohibitio censetur per facultatem datam legatario capiendi possessionem propria auctoritate, *decis.* 64. *libr.* 9. *numer.* 7.
Falcidia censetur prohibita, si testator legata ordinavit cum verbis totalitatem, & integritatem denotantibus, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 9.
Pro exclusione Falcidiæ sufficit, ut quarta pars bonorum quocunque modo penes hæredem remaneat, *decis.* 64. *lib.* 9. *numer.* 10.
Actio pro Falcidia non datur, si concludenter non probetur, quod hæreditas sit gravata ultra dodrantem, *decis.* 64. *lib.* 9. *num.* 8.
Si penes hæredem remaneat jus honorificum, & spes reversionis legatorum piorum, dicuntur beneficia hæreditaria, nec potest dici gravatus ultra dodrantem, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 10.
Quando causa pia est hæres instituta, licet hæreditas veniat distribuenda in operibus piis, attamen non potest dici nimis onerata ad effectum detrahendi Falcidiam, cum executio potius unius operis pietatis, quam alterius, semper redundet in idem, *decis.* 64. *lib.* 9 *n.* 12.
Falcidia detrahitur ex legato pio, si, non obstante detractione Falcidiæ, adhuc legatum pium adimpleri potest, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 13.

Procedit tamen in legato pio una vice, & simpliciter explendo; secus in eo quod habet tractum successivum, & cui certa, & praecisa quantitas assignata fuit, *decis.* 64. *lib.* 9. *n.* 14. & 15.

Falcidia ex legatis particularibus detrahitur solum in subsidium, *decis.* 90. *lib.* 10. *n.* 14.

Falsitas.

Sola qualitas sacerdotalis sufficit ad excludendam suspicionem falsitatis, *decis.* 1. *lib.* 9. *n.* 4.

Falsitatis suspicio cessat, ubi lucrum deficit, *decis.* 1. *lib.* 9. *n.* 6. & 14.

Falsitatis suspicio in judicio civili sufficit ad tollendam fidem scripturae, *decis.* 7. *lib.* 11. *n.* 8.

Actus publice factus coram nobilibus, & honestis viris, excludit praesumptionem falsitatis, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 4. & *decis.* 9. *n.* 4 & 5. *lib. eodem.*

Fama.

Probatio per famam non sufficit, ubi scientia certa requiritur; *decis.* 42. *lib.* 6. *n.* 5.

Probatio per famam non attenditur, ubi alia adversatur probatio etiam ex conjecturis desumpta, *decis.* 42. *lib.* 6. *n.* 6.

Testes ut famam concludant, debent exprimere, a quibus personis factum adiverint, & de quo tempore, etiamsi interrogati non fuerint, *decis.* 42. *lib.* 6. *n.* 7.

Probatio per famam fallax est, cum testes rem potuerint percipere, vel post motam litem, vel a personis non informatis, *decis* 42. *libr.* 6. *n.* 9. & 11.

Fama plerunque mendax cedit veritati, *decis.* 13. *lib.* 9. *num.* 51.

Testes deponentes de fama, debent deponere, unde & a quo haec habuerit principium, *decis.* 14. *lib.* 9. *n.* 17.

Familia.

Votum conservationis bonorum in familia, quando est appositum accessoriae, & per viam rationis, non ampliat dispositionem ad omnes de familia, *decis.* 7. *lib.* 10. *n.* 7. & *decis.* 34. *lib.* 10. *num.* 1.

Sub nomine familiae veniunt tam agnati, quam cognati, *decis.* 170. *lib.* 10. *n.* 16.

Si testator post vocatam familiam transitum fecerit ad cognatos signum evidens, quod istos sub nomine familiae complecti noluit, *decis.* 17. *lib.* 10 *n.* 16. & 17.

Quando fideicommissum non est ordinatum simpliciter pro domo, & familia, sed pro domo, & familia *ipsius* testatoris, tunc venit solum familia effectiva, *decis.* 34. *lib.* 10. *n.* 2. & *decis.* 35. *n.* 1. & 2. *lib. eodem.*

Maxime quando non fuit additum cognomen familiae, *decis.* 34. *lib.* 10. *n.* 3.

Et non attenditur nec universalitas, nec independentia orationis, nec verba perpetuitatem denotantia, *decis.* 39. *lib.* 10. *n.* 1.

Quando cognomen fuit additum, tunc enervat vim pronominis *ipsius*, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 3.

Si sunt vocati illi de familia, tunc venit etiam contentiva, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 4.

Quando vocatio familiae ipsius testatoris non potest verificari in effectiva, quia testator non habet descendentes, vel fuit facta post descendentium deficientiam, tunc pernecesse debet intelligi de contentiva, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 5.

Prohibitio alienationis, etsi realis, non est sufficiens conjectura pro extensione fideicommissi ad familiam contentivam, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 8.

Mentio domus, licet magis late pateat, quam familia; tamen quando una cum familia copulatur, & adest pronomen *ipsius*, non egreditur familiam effectivam, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 10.

Praecipue quando verbum *domus* procedit, & expressio familiae subsequitur, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 2.

Distinctio inter familiam contentativam non est in fideicommissum vocata, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 11.

Ex simplici vocatione agnatorum non inducitur vocatio, seu contemplatio familiae contentivae, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 4.

Descendentes ex feminis non veniunt in fideicommisso pro familia instituto, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 7.

Favor.

Id quod in gratiam alicujus est concessum; non debet in odium retorqueri, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 5.

Quae in favorem inducta sunt, nequeunt in odium verti, *decis.* 1. *lib.* 8. *n.* 7.

Femina.

Feminae nullo modo venire possunt appellatione masculorum; *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 9. *decis.* 29. *n.* 1. *lib. eodem.*

Minusque veniunt appellatione lineae masculinae, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 10.

Feminae neque subsidiarie censentur vocatae post masculos, quando semel exclusae fuerunt perpetuo, & per modum regulae, *decis.* 43. *lib.* 9. *num.* 12. & *decis.* 27. *numer.* 1. & 2. *lib.* 10.

Quando semper vocati fuerunt masculi, etiam subsidiaria vocatio intelligitur de istis, & non de feminis, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 11.

Feminae ut post masculos venire possint, sufficit, ut in aliqua parte testamenti reperiantur vocatae; *decis.* 43. *lib.* 9. *numer.* 13.

Quod si vocatio feminarum sit facta tantum in certo casu, qui non evenit, tunc nec subsidiarie vocatae censeri possint, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 13.

Licet feminae possint venire sub appellatione descendentium per lineam masculinam, tamen non veniunt; quando est directe vocata linea masculina legitima, & naturalis, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 14.

Sub nomine descendentium a feminis veniunt etiam feminae, quando testator segregavit lineam feminarum a masculina ratione ipsius masculinitatis, *decis.* 21. *lib.* 10. *n.* 7. & 8.

Exclusio feminarum facta in prima parte, ubi agebatur de descendentibus masculis familiae testatoris, non censetur repetita, nec operatur, quando fit transitus ad descendentes a feminis, & ad alias familias, *decis* 21. *lib.* 10 *n.* 14.

Repetita qualitas legitimitatis nihil facit ad effectum desumendi exclusionem feminarum, sed imo potius retorquetur, quia etiam masculinitatem expressisset, si eam testator voluisset, *decis.* 21. *lib.* 10. *n.* 16. & 17.

Idem pariter procedit in exclusione religiosorum, & fisci, *decis.* 21. *lib.* 10. *n.* 18.

Feminae dicuntur exclusae per modum regulae, quando sunt exclusae pure, & simpliciter absque ulla limitatione temporis, & casus, *decis.* 27. *libr.* 10. *n.* 3 & 4.

In fideicommisso agnatitio masculino, etiam post defectus masculos, feminae non admittuntur, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 6. & *dec.* 33. *n.* 2. & 7. *lib. eodem.*

Exclusio presbyterorum, & professorum in religione militari; ea sub ratione, quod familiam conservare non possunt, multum conducit ad suadendam exclusionem feminarum, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 7.

Si testator se restrinxit ad solos masculos, feminae dicuntur perpetue exclusae, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 15.

Descendentium appellatione veniunt etiam feminae, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 1.

Quando masculi sunt simpliciter praelati feminis tunc remoto masculi obstaculo femina venit in illo gradu, in quo frater succedere debuisset, *decis.* 22. *lib.* 10. *num.* 2. & *Vide* verbo Masculus.

Feminae vocatae in defectu masculorum statim succedunt mortuo masculo absque prole masculina, *decis.* 22. *libr.* 10. *numer.* 13.

Amplia, etiamsi in substitutione facta ad favorem extranei sint positi in conditione sub qualitate masculinitatis, quia non est recedendum a dispositiva, in qua filii fuerunt simpliciter vocati, *decis.* 23. *lib.* 10. *n.* 8.

Substitutus extraneus remanet exclusus a feminis descendentibus testatoris, si illae non fuerunt exclusae per modum regulae, & nulla fuit habita ratio agnationis, *decis.* 23. *lib.* 10. *numer.* 9.

Procedit conclusio, licet fuerint positi in conditione soli masculi, quia ubi deficit testator, supplet legis vocatio, *decis.* 23. *lib.* 10. *n.* 10.

Ex observantia desumitur interpretatio super perpetua feminarum exclusione a fideicommisso, maxime quando illa provenit ex facto ipsorummet fideicommittentium, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 13. & 14.

Feminae saltem subsidiarie possunt venire ad fideicommissum agnatitium, quia jura sanguinis, & agnationis aliquo modo diutius conservat, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 8.

Limita, si non solum fuerit volita conservatio, sed etiam ampliatio, & propagatio agnationis, *decis.* 27. *lib.* 10. *numer.* 9.

Item limita, si semper fuerunt vocati masculi, & exclusae feminae, nam tunc conservatio agnationis dicitur volita per solos masculos, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 10.

Tertio limita in primogenituris regularibus, in quibus agnatio propria, & rigorosa desideratur, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 11. & 12.

Quando testator non fuit contentus sola praelatione masculorum, sed feminas comprehendere noluit, tunc non extantibus masculis unius lineae, fit transitus ad aliam, ubi masculi adsunt, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 14.

Quando fideicommissum est masculinum, & feminae sunt exclusae per modum regulae, tunc licet testator in defectu masculorum de lineae effectiva vocaverit proximiore, sub proximiorum nomine veniunt masculi de lineae contentiva, ad exclusionem feminarum de linea effectiva, *decision.* 30. *libr.* 10. *num.* 1. & *decis.* 31. *n.* 1. & *seqq.* & *decis.* 32. *num.* 4. *lib. eodem.*

Feminae non veniunt in fideicommisso ordinato favore primogeniti masculi ex linea masculina, *decis.* 33. *lib.* 10. *n.* 1.

Et procedit conclusio etiam in feminis agnatis, *decis.* 33. *lib.* 10. *n.* 4.

Quando sunt vocati descendentes per lineam, vel ex linea masculina, possunt quandoque comprehendi feminae, sed nullo modo, quando est vocatus masculus per lineam, vel ex linea masculina, *decis.* 33. *lib.* 10. *n.* 5.

Fideicommissum agnatitium non admittit feminas, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 14.

Neque fideicommissum masculorum, *decis.* 86. *libr.* 10. *numer.* 15.

Fideicommissum agnatitium potest aliquando permanere apud feminas, quae donec vivunt, agnationem conservant, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 16.

Limita

Limita in fideicommisso agnatitio masculino, in hoc enim masculi semper præferuntur, donec extant, *decis.* 86, *lib.* 10. *numer.* 17.
Imo censentur semper feminæ exclusæ, si in defectum descendentium masculorum ex masculis testator vocavit masculos ex feminis, feminasque præteriit, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 18.
Prælatio masculorum feminis operatur quoad masculus ejusdem lineæ, non quoad illos diversæ, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 19.
Lineæ autem diversitas ad hunc effectum non consideratur, si sint plures columnelli provenientes ab eodem stipite, & unico filio testatoris, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 20.
Ex lege Moysi feminæ, quibus ob deficientiam fratrum paterna successio competebat, nedum non poterant in aliena Tribu nubere, sed in propria Tribu in eadem familia virum accipere debebant, & id ne possessiones de una familia ad aliam transirent, *respons.* 2. *n.* 4. *fol.* 471. *n.* 2.
Feminæ agnatæ nuptæ in agnatione, & filii ab ea procreati succedunt in feudis diffinitissimis majoratibus, & etiam veniunt sub Statutis exclusivis, in quibus fuit demandata, & volita conservatio agnationis, & id ad exclusionem aliarum feminarum nuptarum extra familiam, nec non masculorum agnatorum, qui sint in gradu remotiores, late *respons.* 2. *per totam com.* 2. *in fine.*
Feminæ veniunt appellatione filiorum, *decis.* 23. *lib.* 10. *n.* 7. *&* *decis.* 24. *n.* 3. *&* *decis.* 25. *n.* 3. *lib. eodem.*
Amplia, etiam in substitutione facta ad favorem extranei sunt filii positi in conditione, cum qualitate masculinitatis, quia non est recedendum a dispositiva, in qua simpliciter fuerunt vocati, *decis.* 23. *lib.* 10. *n.* 8.
A prædicta regula non receditur, nisi concurrant conjecturæ contrariam voluntatem aperte concludentes, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 4.
Statutum exclusivum ad prædictum effectum non attenditur, nec operatur, quando istud est conditum pro conservatione agnationis, & testator de agnatione non cogitavit, ex quo substituit personam extraneam, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 5.
Minusque suffragatur exclusio propriæ filiæ, quando hæc exclusa fuit tanquam dotata, nec ulla dos repetitur constituta neptibus, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 6.
Voluntas testatoris super comprehensione feminarum sub appellatione filiorum, apprime declaratur ab observantia hæredum, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 7.
Femina dicitur comprehensa in fideicommisso ad favorem filiorum ordinato, licet testator masculorum prælationem exoptaverit, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 13.
Feminæ veniunt appellatione liberorum, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 15.
Feminæ non veniunt sub appellatione filiorum, quando resistit voluntas testatoris, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 4. *et decis.* 26. *n.* 4. *et* 8. *lib. eodem.*
Quando testator exclusit proprias filias, hinc eruitur præsumptio, quod sub appellatione filiorum noluerit includere, & comprehendere feminas remotiores, *decis.* 25. *lib.* 10. *num.* 5. *et decis.* 26. *n.* 5. *lib. eodem.*
Maxime quando proprias filias non exclusit propter dotes eis assignatas, sed ut bona conservarentur in masculis, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 6. *et decis.* 26. *n.* 9. *lib. eodem.*
Si in loco adsit Statutum exclusivum, eum eo censetur testatorem se uniformare voluisse, ideoque feminas excludere, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 7. *et decis.* 26. *n.* 6. *lib. eodem.*
Observantia hæredum institutorum, qui non admiserunt feminas ad participationem, deservit pro interpretatione voluntatis testatoris, quod eas vocare non intellexerit, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 8. *et decis.* 26. *n.* 7. *et decis.* 29. *n.* 8. *lib. eodem.*
Imo si quandoque fuerint feminæ admissæ, quando non extabant masculi, non exinde potest erui observantia operativa, in casu, quo masculi concurrant, cum militet diversa ratio, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 10.
Feminæ non veniunt sub appellatione filiorum, quando in defectum eorundem filiorum sunt substitutæ, *decis.* 19. *lib.* 10. *numer.* 8.
Si testator, ubi voluit feminas succedere, illas expresse vocavit, ubi eas non vocavit, deducitur argumentum, quod noluerit, ut possent succedere, *decis.* 33. *lib.* 10. *n.* 8.

Fenestra.

Unicuique permissum est in proprio muro fenestras facere; etiamsi respiciant in atrium vicini, *decis.* 1. *lib.* 4. *n.* 1.
Amplia, etiamsi ageretur de illis faciendis in muro, qui per mille annos steterit absque eis, *decis.* 1. *lib.* 4. *n.* 2.
Et etiamsi quis velit aperire fenestras alias factas, & postea clausas, *decis.* 1. *lib.* 4. *n.* 3.
Prædictæ regulæ non procedunt, quoties fenestræ aperiuntur ad æmulationem, vel si vicino acquisita sit servitus negativa, *decis.* 1. *lib.* 4. *n.* 5.
Ex quibus autem excludatur ad hunc effectum æmulatio, maxime quando fenestræ, quæ tunc aperiri contenduntur, jam adextant, *Vide decis.* 4. *lib.* 4. *a n.* 5.
Servitus ad prædictum effectum non dicitur inducta, ex quo quis semel fenestras clauserit, nisi constet de causa perpetua; nam alias simplex conventio de non aperiendo non expressa causa non sufficeret, nec induceret servitutem realem, quæ successores afficeret, *decis.* 1. *lib.* 4. *a n.* 10.

Feudum.

Forenses nequeunt in Statu Ecclesiastico feudorum dominium acquirere, cum obstent Constitutiones Apostolicæ, *dec.* 2. *lib.* 1. *n.* 9.
An autem ut acquisitio sit nulla, requiratur, ut Camera, vel fiscus nullitatem declaret, vel possit quilibet interesse habens excipere de obstaculo earundem Constitutionum, *d. decis.* 2. *lib.* 1. *a n.* 10. *usque ad* 17.
Prædictæ Constitutiones non solum inhabilitant forenses, sed illos ipso jure declarant incapaces, annullant contractus, & adimunt fidem scripturis; unde omnes de nullitate dicere possunt, *d. decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 13. *et* 14.
Constitutio Clementis VIII. super prohibita alienatione feudorum in forenses, nihil respectu subditorum innovat, sed solum ampliat Constitutionem Sixti V. quoad forenses, *decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 1.
Constitutio Sixti V. post prohibitum omne genus alienationis in forenses inter subditos, tres tantum vetat contractus dominii translativos, nempe venditionem, permutationem, & donationem, *d decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 1.
Dicta Constitutio permittit subditis, quocunque alio, quam venditionis, permutationis, ac donationis, titulo disponere, etiam in forenses, qui vel intra triennium ad habitandum intra Statum venirent, vel ipsa bona in alios subditos, & habitatores, transferrent, *d. decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 2.
Constitutio Clementis VII. declarat, non licere vigore Sixtinæ alienare in communitates, universitates, collegia, & Principes exteros, qui vel non possunt, vel venturi non sunt ad habitandum, *d. decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 3.
Eadem Constitutio extendit Sixtinam ad quæcunque genera contractuum, præter quam ex causa dotis, ac dispositionum inter vivos, nec non etiam ad testamenta, codicillos, legata, fideicommissa, donationes causa mortis, & alias ultimas voluntates; semper tamen intelligendo respectu forensium, *d. decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 4.
Dicta Constitutio Clementis est latior, quam altera Sixti, quia complectitur omnes contractus, & dispositiones inter vivos, excepta duntaxat causa dotis, & extenditur etiam ad ultimas voluntates & donationes causa mortis, *d. decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 5.
Constitutio Pauli V. nil aliud facit, quam confirmare alias Sixti, & Clementis, *d. decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 7.
Omnes prædictæ Constitutiones Apostolicæ non prohibent hypothecam feudorum inter subditos, *decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 14. *et per totam.*
In feudo hæreditario succedunt etiam feminæ, *decis.* 21. *lib.* 10. *num.* 5.
Clericus in minoribus, & beneficiatus, licet regulariter sit incapax feudi, tamen si ante apertum casum successionis clericatum, & beneficium dimiserit, cessat incapacitas, & admittitur, *decis.* 108. *lib.* 10. *n.* 3. *et decis.* 109. *n.* 8. *et* 9. *et decis.* 110. *n.* 3. *et decis.* 111. *n.* 6. *lib. eodem.*

Fictio.

Fictio in casu ficto idem operatur, ac veritas in casu vero; *decis.* 29. *lib.* 4. *n.* 8.
Intellige quoad effectus ex causa resultantes; *decis.* 13. *lib.* 10. *num.* 15.

Fideicommissarius.

Fideicommissarius tenetur capere possessionem de manu hæredis; *decis.* 42. *lib.* 9. *n.* 2. *et decis.* 8. *lib.* 10. *n.* 1.
Fideicommissario debetur manutentio, licet non acceperit possessionem de manu hæredis, quoties fideicommissum est clarum, & nullæ hæredi competunt detractiones, *decis.* 42. *lib.* 9. *n.* 3.
Quando agitur de ulterioribus vocatis, & possessio petitur a judice, tunc obstat regula, quod possessio sit capienda de manu hæredis, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 19.
Item prædicta regula non habet locum, quando ex lege dispositionis possessio defuncti continuatur in successorem vocatum, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 19.

Fideicommissum in genere.

Jura fideicommissi non faciliter præscribuntur, *decis.* 12. *lib.* 6. *n.* 10. *et* 11.
Super fructibus fideicommissi durante vita gravati percipiendis possunt satisfieri ejusdem gravati creditores, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 13.
Sed tamen sunt prius detrahenda alimenta vocatis debita, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 14.
Quando in fideicommisso adest expressa, & amplissima alienationis prohibitio, tunc creditores nullum jus super fructibus fideicommissi acquirunt, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 15.
Maxime si in casu alienationis, vel pignorationis sit per testatorem demandata caducitas, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 16.
Fideicommissum capi debet de manu hæredis, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 2.
Fideicommissum novum non potest gravatus constituere super bonis restitutioni obnoxiis, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 2.
Fideicommissum antiquius impedit immissionem venienti ex posteriori, *decis.* 5. *lib.* 1. *n.* 2. *et decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 2.
Limita si de fideicommisso antiquiori illico non constet, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 3.
Dicitur autem de eo incontinenti constare, quando pendet a mero articulo juris per librorum aperturam statim decidendo, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 4.
Fideicommissum non diversificat successionem testatam ab intestata, quando est conditionale; secus si est purum; *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 34. *et* 36.

In fideicommissis mens, & voluntas testatoris totum facit, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 10.

Ad hoc ut acceptatum dicatur vinculum fideicommissi, exigitur vel aditio hæreditaria, vel actus necessario inferens acceptationem, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 17.

Confessio propria præjudicat quoad interpretationem, & declarationem fideicommissi, & non potest nec a confitente, nec ab habentibus causam ab eo impugnari, *decis.* 27. *lib.* 10. *n.* 15. *et* 16.

Quod confessio hæredis non probet existentiam fideicommissi, quando hæc pendet ab articulo juris, & hæres est persona ignara, *decis.* 67. *lib.* 10. *n.* 15.

Confessio hæredis multum prodest pro interpretatione fideicommissi dubii, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 21.

Per transactionem non censetur alteratum fideicommissum, quando in ea fuit expresse præservatum, *decis.* 33. *lib.* 10. *numero* 11.

Et si in aliqua parte transactio cum fideicommisso disconveniret, omnis capienda est interpretatio, ut ad concordiam reducantur, ut nihil immutatum censeatur, *decis.* 33. *lib.* 10. *a numero* 12.

Quando testator duo ordinavit fideicommissa, non est inconveniens, quod alii succedant in uno, & alii in altero, *decis.* 35. *lib.* 10. *n.* 9.

Nec a vocatis in uno potest desumi regula vocationis in alio, maxime quando casus sunt diversi, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 3.

Data hæredi facultate disponendi, ac etiam nominandi cum onere fideicommissi in casu nominationis, si hæres disponat, fideicommissum evanescit, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 1.

A fideicommisso ordinato, restricto ad casum delicti, non infertur ad alterum ordinatum in casum mortis, *decis.* 62. *lib.* 10. *n.* 22.

Si testator voluit disponere in tempus longævum, & statuere ordinem succedendi per gradus, dicitur ex hoc inductum fideicommissum inter descendentes, *decis.* 68. *lib.* 10. *n.* 2. *et decis.* 86. *n.* 12. *lib. eodem.*

Maxime si concurrat prohibitio alienationis, & Trebellianicæ; *decis* 68. *lib.* 10. *n.* 3.

Fideicommissum est odiosum, ideoque extendi, & multiplicari non debet, *decis.* 69. *lib.* 10. *n.* 1.

Fideicommissum resultans ex prohibitione alienationis ad effectum conservandi bona in familia dicitur agnatitium, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 13.

De fideicommisso reali, & perpetuo dubitari non potest, si testator mandavit, ut bona subjacerent strictissimo fideicommisso, tam inter descendentes, quam inter transversales de familia & agnatione, cum ampla alienationis prohibitione, ad hoc ut illa stare deberent subjecta fideicommisso, *decis.* 101. *lib.* 10. *n.* 2. *et decis.* 103. *n.* 12. *et* 13. *lib. eodem.*

Fideicommissum acceptatum a defuncto non potest ab hærede impugnari, *decis.* 89. *lib.* 10. *n.* 13.

Fideicommissum debet reintegrari, si bona fuerunt alienata, & non reperiantur, *decis.* 95. *lib.* 10. *n.* 9.

Fideicommisso per divisionem non censetur renunciatum, *decis.* 70. *lib.* 10. *n.* 12.

Quando in divisione fuit fideicommisso renunciatum, tunc jura fideicommissi nequeunt a successoribus, licet ex propria persona venientibus, deduci, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 1.

Quando dividentes conscii de fideicommisso promiserunt de evictione amplissime, & nunquam contravenire sub obligatione Camerali &c. tunc censetur fideicommisso renunciatum, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 2.

Præcipue si periculum evictionis non erat mutuum, ex quo uni bona libera, alteri fideicommissaria assignata fuerunt, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 3.

Fortius, si bona æqualiter æstimata fuerunt, nulla habita ratione vinculi fideicommissi, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 4.

Et ad omne pejus non posset in prædictis casibus evitari refusio bonorum liberorum, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 6.

Promissio non molestandi aliquem ratione fideicommissi importat illius remissionem, *decision.* 100. *libr.* 10. *numero* 5. & 6.

Ex quibus autem talis promissio dicatur realis, & non personalis, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 8. & *seqq.*

Sub nova dispositione, vel fideicommisso facto a gravato non censentur comprehensa bona subjecta alteri fideicommisso, quando ipse professus fuit disponere de bonis juris, *decis.* 28. *lib.* 11. *n.* 10. & *decis.* 29. *n.* 15. *lib. eodem.*

Item si de bonis emphyteuticis expressam mentionem fecit, nam & de fideicommissariis idem fecisset, si disponere voluisset; *decis.* 28. *lib.* 11. *n.* 11. & *decis* 29. *n.* 15. *lib. eodem.*

Si de bonis fideicommissariis fecit particularem provisionem, non censentur comprehensa sub generali institutione, *decis.* 20. *lib.* 11. *n.* 12.

Si vocavit personas, quæ sub primo fideicommisso non erant comprehensæ, & diversimode, ac in illo, disposuit, arguitur voluntas bona fideicommissaria non comprehendendi, *decis.* 20. *lib.* 11. *n.* 13.

Si fideicommissum dependeat ab articulo valde dubio, tunc potest sumi temperamentum illud dividendi inter colligitantes, secus si dubietas non adsit, *decis.* 110. *n.* 12. *lib.* 10. *et deci*[illegible] *n.* 10. *lib. eodem.*

Fideicommissum quoad alienationem.

Fideicommissum semper includit tacitam prohibitionem alienationis in præjudicium vocatorum, *decis.* 1. *lib.* 7. *n.* 6.

Alienatio facta a gravato, qui postmodum ingressus sit religionem incapacem, sustinetur durante vita gravati, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 5.

Potest gravatus bona fideicommissaria alienare pro dimittendis debitis fideicommissi, etiam non interpellatis fideicommissariis, *decis.* 98. *lib.* 10. *n.* 6.

Id tamen facere non potest hæres ipsius gravati, *decis.* 98. *lib.* 10. *n.* 9.

Licet pro dissolvendo ære alieno possint bona fideicommissaria distrahi, attamen debet constare de æris alieni præexistentia, & quod pecuniæ fuerint cursæ in talem causam, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 18.

Et requiritur, ut creditores urgeant, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 13. *et decis.* 97. *n.* 17. & *decis.* 98. *n.* 7. *lib. eodem.*

Tales autem non possunt considerari creditores censuum, quia sortem repetere non possunt, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 17. & *decis.* 98. *n.* 7. *lib. eodem.*

Item requiritur, ut debita effective extinguantur, alias fideicommissarius potest bona recuperare, nec sufficit simplex accollatio, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 18. & 19.

Contra alienantem bona fideicommissi datur hypotheca pro reintegratione, quando intervenit scientia, & mala fides, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 9.

Fideicommissarius alienans bona fideicommissaria in alium cohæredem, vel consentiens alienationi per cohæredem factæ in tertium, remittit fideicommissum, nec potest bona vindicare, *decis.* 70. *lib.* 10. *n.* 11.

Conclusio tamen non procedit in simplici divisione, seu assignatione portionis facta cohæredi, *decis.* 70. *lib.* 10. *n.* 12.

Si res fideicommissaria, & alienari prohibita, semel fiat alienabilis, semper remanet talis absque onere revertendi ad alienantes, *decis.* 26. *lib.* 11. *n.* 9.

Quando bona fideicommissaria fuerunt alienata cum Principis licentia, & fideicommisso derogavit, & ordinavit investimentum, & multiplicum, tunc nulla amplius competit actio vocatis super bonis alienatis, *decis.* 99. *lib.* 10. *n.* 2. & 3.

Debet autem ad hunc effectum constare de versione pecuniæ in causam debitorum Pontifici expressorum pro obtinenda derogatione, & de confectione investimenti; alias gratia est nulla, *decis.* 99 *lib.* 10. *n.* 4.

Conclusio non procedit, quando Pontifex liberavit emptorem ab onere procurandi investimentum; nam hoc casu emptor tutus est, etiam si investimentum non sequatur, & non probetur versio, & vocatis competit solum actio contra alienantem, *decis.* 99. *lib.* 10. *n.* 5. & *seqq.*

Versio pecuniæ, existentia, & solutio debitorum ad prædictum effectum probatur, tum ex ipsa derogatione, quæ concedi non solet, nisi cum maturitate, tum ex sententia graduatoria, tum ex lapsu temporis, & acquiescentia creditorum fideicommissi, *decis.* 99. *lib.* 10. *n.* 8. & *seqq.*

Vide Alienatio, & Alienationis prohibitio.

Fideicommissum particulare, seu universale.

Quando testator duo ordinavit fideicommissa, unum particulare, & alterum universale, non est inconveniens, quod in uno succedant diversæ personæ, quam in alio, *decis.* 35. *lib.* 10. *num.* 9.

Nec a vocatis in uno debet desumi regula vocationis in alio, maxime quando actus sunt diversi, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 3.

Nullam secum fert implicantiam, quod fideicommissum particulare citius terminetur, quam universale, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 5.

Quando testator voluit, ut fideicommissum particulare esset suppositum dispositis in suo testamento, tunc cessante specifica dispositione facta respectu fideicommissi particularis, subjicitur istud fideicommisso universali, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 6.

Fideicommissum particulare licet habeat aliqua verba relata ad universale, tamen si est magis amplum, reale, & contineat verba perpetuitatem importantia prohibitionem alienationis, & extendatur ad omnes descendentes, & transversales, tunc non sumit regulam ab universali, sed est in tota sua latitudine servandum, *decis.* 101. *lib.* 10. *n.* 1.

Quando fideicommissum particulare cadit super re insigni, & honorifica, erga quam testator habuit affectionem, tunc eo facilius desumitur perpetuitas fideicommissi, adhoc ut conservetur in familia, *decis.* 101. *lib.* 10. *n.* 5. & *decis.* 103. n. 14. *lib. eodem.*

Fideicommissum quoad personas Religiosas, & capacitatem Religionis.

Regulariter a fideicommissis agnatitiis non repelluntur religiosi professi temporaliter, quousque vivunt, non obstante prohibitione alienationis vestita ratione conservandi bona in agnatione, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 1.

Regula tamen non procedit, quoties resistit disponentis voluntas, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 2.

Enixum votum conservationis agnationis, licet non sit potens demonstratio pro exclusione religiosi, tamen consideratur tanquam urgentissima conjectura, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 3.

Si testator consideravit casum, quo aliquis ex filiis hæredibus in-

stitutis

stituris religionem ingredi posset, & eo casu illum successione privavit, idem voluisse censendum est in cæteris descendentibus, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 4.
Si constituta congrua dote filiabus, quæ carnaliter nuberent istam eis acquiri noluerit in casu monachationis, relicto tantum tenui subsidio, exinde pariter oritur conjectura super perpetua exclusione religiosorum, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 5. *&* 6.
Si ille qui effectus fuerat religiosus, de tempore apertæ successionis sit jam egressus; & reperiatur capax, admittitur, non obstante antecedenti incapacitate, *decis.* 108. *lib.* 10 *n.* 2. *& decis.* 109. *n.* 6. *&* 7. *& decis.* 110. *n.* 2. *&* 3. *& decis.* 111. *n.* 6. *& decis.* 112. *n.* 3. *lib. eodem.*
Ingressum in simplex Conservatorium Oblatorum, ubi non emittuntur vota, non redditur incapax ad succedendum in fideicommisso, *decis.* 108. *lib.* 10. *n.* 3. *& decis.* 109. *n.* 3. *& decis.* 110. *n.* 1. *& decis.* 111. *n.* 4. *&* 5. *& decis.* 112. *n.* 2. *lib. eodem.*
Maxime si concurrat etiam voluntas conditorum fideicommissi, quæ excludere voluerint illos solus religiosos, & clericos, qui essent adstricti perpetuo cœlibatui, nec possent contrahere matrimonium, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 4. *&* 19. *& decis.* 110. *n.* 6. *& decis.* 111. *n.* 5. *lib. eodem.*
Conditio *si sine filiis*, tunc deficit per existentiam religiosi, quando, vel religiosus in particulari, vel religio in communi sunt capaces; secus autem si incapaces omnino sunt, *decis.* 39. *lib.* 10. *n.* 8. *&* 14.

Fideicommissum quoad transmissionem.

Vide Transmissio.

Fidejussio, & Fidejussor.

Fidejussio dicitur idonea; quoties recepta est per Notarium habentem officium proprium, qui pro fidejussore remanet obligatus, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 11.
Quando principalis est solvendo; non attenditur exceptio super non idoneitate cautionis, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 12.
Fidejussio restricta ad unam personam, & ad creditum præsens, non extenditur nec ad personam diversam, nec ad creditum futurum, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 3. *&* 4.
Fidejussio de sui natura est damnosa, ideoque de jure mulieri, & minori interdicta, *decis.* 8. *lib.* 6. *n.* 7.
Fidejussoria obligatio excludit animum donandi, *dec.* 17. *lib.* 6. *n.* 1.
Fidejussor debet a principali indemnis conservari, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 1.
Maxime quando ad revelationem sub obligatione Camerali ipse principalis se adstrinxit, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 2.
Fidejussor obligatus remanet eo modo, quo tenetur debitor, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 14.
Fidejussor post solutionem debiti urgere valet debitorem, *decis.* 35. *lib.* 6. *n.* 20.
Fidejussoris obligatio non extenditur ultra formalitatem verborum, cum quibus reperitur concepta, etiamsi sit contracta in solidum, *decis.* 44. *lib.* 9. *n* 14. *et* 15.
Fidejussio a testatore voluta nequit idonea præstari, nisi citato executore, vel hærede, *decis.* 38. *lib.* 10. *n.* 2.

Fides.

Fides extrajudiciales fidem non faciunt, *decis.* 4. *lib.* 5. *n.* 5.
Fides Parochi desumpta ex libro status animarum, prævalet testibus, *decis.* 27. *lib.* 5. *n.* 15.
Fides extorta, lite pendente, non probat, *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 20.

Filiatio.

Filiatio probatur ex enunciativa emissa in testamento, in quo quis tanquam talis recognoscitur cum reservatione legitimæ, *decis.* 15. *lib.* 10. *n.* 11.
Ex quibus actibus dicatur resultare probatio filiationis, *decis.* 23. *lib.* 10. *n.* 2.

Filii.

Quoties filii in donatione sunt contemplati ex eorum propria persona, pater illis non potest præjudicare, *decis.* 1. *lib.* 7. *n.* 1.
Quando autem ex propria persona vocati dicantur, vel non. *Vide* Donatio contemplatione matrimonii.
Filii nascituri non aliter dicuntur dilecti, quam relative, & contemplatione patris, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 9.
Ideoque non possunt credi magis dilecti, quam pater, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 10.
Sine filiis quisquis decessisse præsumitur, nisi contrarium probetur, *decis.* 15. *lib.* 10. *n.* 1.
Substitutio filiorum pluribus personis facta intelligitur discretive, ut cuilibet proprii filii sint substituti; secus vero si nemo adsit, qui succedere possit, *decis.* 62. *lib.* 10. *n.* 16.
Filii an censeantur vocati uti filii, vel uti hæredes. *Vide* Donatio contemplatione matrimonii.

Filii in conditione positi.

Vigore Statuti urbis filii in conditione positi censentur vocati; *decis.* 1. *lib.* 7. *n.* 5. *& decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 1. *& decis.* 25. *n.* 1. *& decis.* 26. *n.* 1. *& decis.* 58. *n.* 1. *& decis.* 71. *n.* 22. *lib. eodem.*
Quando ex conjectura deprehenditur, testatorem noluisse filios vocare, tunc Statutum disponens, quod censeantur vocati non attenditur, quia istud operatur in dubio, non vero quando contraria voluntas resistit, *decis.* 1. *lib.* 7. *n.* 19.
Filii in conditione positi, ex Statuto vocati, censentur solum vocati ad portionem patris, & non patrui, *decis.* 55. *lib.* 10. *n.* 3. *& decis.* 58 *n.* 2. *lib. eodem.*
Maxime si non concurrant urgentes conjecturæ, prout requirerentur, etiamsi versemur in fideicommisso ascendentis, *decis.* 36. *lib.* 10. *n.* 5. *et* 7.
Nec ad hunc effectum sufficiunt reciproca inter institutos, & quod filii sint positi in conditione cum qualitate legitimitatis, *decis.* 55. *lib.* 10. *n.* 8.
Requiritur contemplatio agnationis, & digressus ad plures gradus, vel saltem alterutra, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 5. *et decis.* 57. *n.* 5. *et decis.* 58. *n.* 4. *lib. eadem.*
Contrarium, quando etiam sine istis sufficiant aliæ, quando sunt urgentes, *decis.* 57. *lib.* 10. *n.* 6. 7. *et* 9. *et decis* 58. *n.* 5. *et seqq. lib. eodem.*
Si concurrant conjecturæ, censentur vocati etiam ad portionem patrui, *decis.* 58. *lib.* 10. *n.* 3.
Et inter descendentes sufficiunt leviores, *dec.* 58. *lib.* 10. *n.* 23. *et* 24.
Censentur vocati etiam ad portionem patruorum, si testator non contentus illos posuisse in conditione, etiam expresse vocavit, & maxime si vocavit in ea parte, in qua institutos reciproce substituit, *decis.* 56. *lib.* 10. *n.* 1. *et* 2. *et decis.* 57. *n.* 1. *et decis.* 58. *n.* 10. *et* 11. *lib. eodem.*
Si in casu alienationis, vel delicti, nepotes tacite, vel expresse sunt substituti ad portionem patruorum, idem censendum etiam in casu mortis, licet sint simpliciter in conditione positi, *decis.* 56. *lib.* 10. *n.* 3. *& decis.* 57. *n.* 2. *&* 4. *& decis.* 58. *n.* 12. *et seqq. lib. eodem.*
Prohibitio Trebellianicæ facta non tantum hæredibus institutis, sed etiam cæteris vocatis, indicat, quod isti erant vocati ad totum, & sic etiam ad portiones patruorum, *dec.* 56. *lib.* 10. *n.* 4. *et decis.* 57. *n.* 3. *et decis.* 58. *n.* 19. *et seqq. lib. eodem.*
Quando filii sunt expresse vocati, tunc etiam deficientibus contemplatione agnationis, & digressu ad plures gradus censentur vocati quoque ad portionem patruorum, *decis.* 56. *libr.* 10. *n.* 5. *et* 6. *et decis.* 57. *n.* 8. *lib. eodem.*
Reciproca inter primos hæredes institutos est conjectura provocatione filiorum ad portionem patrui, & licet ista de per se non sufficiat, tamen juncta cum aliis est relevans, *decis.* 58. *lib.* 10. *n.* 8.
Augetur vis hujus conjecturæ, si filii sint positi in conditione, vel immediate, vel in ventre ipsius reciprocæ, *decis.* 58. *lib.* 10. *n.* 9.
Si patruus sit substitutus nepoti, bene inde infertur, quod nepos etsi in conditione positus, censeatur vocatus ad portionem patrui, *decis.* 58. *lib.* 10. *n.* 16.
Filii in conditione positi ex conjecturis censentur dispositive vocati, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 3
Conjecturæ ad hunc effectum debent uniri, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 12.
Et leviores sufficiunt conjecturæ, si agatur de fideicommisso ascendentis, & de vocatione ad portionem patris, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 4.
Si fuerint vocati ad portionem patrui, multo magis censentur vocati ad portionem patris, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 5.
Limita si ad portionem patrui sunt vocati per vulgarem restrictam ad unicum tempus, & casum, *decis.* 52. *libr.* 10. *numero* 6.
Non sic, si vocatio plura tempora, & casus respiceret, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 7.
Si testator in defectum filiorum vocavit feminam ab institutione exclusam, & istius filius, ex hoc censetur vocasse etiam filios hæredis in conditione positos, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 8.
Reciproca substitutio inter hæredes institutos est conjectura vocationis filiorum in conditione positorum, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 9. *et decis.* 53. *n.* 12. *lib. eodem.*
Item & digressio ad plures substitutionum gradus, quæ adesse dicitur, quoties casus substitutionum sunt differentes, *decis.* 52. *lib.* 10. *n.* 10. *et* 11.
Plures ad hunc effectum conjecturæ enumerantur, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 16. *et decis.* 58. *lib. eodem*, *n.* 22. *et seqq.*
Statutum mandans, quod filii in conditione positi censeantur vocati, intelligitur de filiis expresse in conditione positis, non autem tacite & per subauditum juris intellectum, vigore, *l. cum avus* &c. *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 2. *et seqq.*
Contrarium quod procedat etiam in tacite vocatis, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 14. *et* 15.

Filiorum appellatione.

Appellatione filiorum veniunt solum filii primi gradus, si adsit dictio, *ejus*, *decis.* 19. *n.* 3. vel pronomen *suo*, *decis.* 51. *n.* 10. *lib. eodem.*
Non veniunt nepotes, quando de nepotibus, seu filiis filiorum infra disposuit, *decis.* 19. *lib.* 10 *n.* 4.
Quando in parte conditionali comprehenduntur tantum filii primi gradus, isti solummodo, & non nepotes, censentur in dispositiva vocati, *decis.* 19. *lib.* 10. *n.* 5.
Neque sub appellatione filiorum nasciturorum veniunt nepotes, quando adsunt dictiones restrictivæ, *ejus*, & *ex dicto* att. nam proprie intelligi debet de filiis, qui postea post testamentum orti, *decis.* 19. *lib.* 10. *n.* 6.
Quando in alia substitutione, ubi voluit nepotes, eos clare expressit, ubi non sunt expresse, signum est, quod testator eos complecti noluit, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 12.

Quod filiorum appellatione veniant nepotes, quatenus concurrant conjecturæ id suadentes, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 2. *et decis.* 51. *n.* 1. *et decis.* 69. *n.* 10. *lib. eodem*.

Pro conjectura autem ad hunc effectum consideratur ratio expressa, ut bona perpetuo conservarentur in familia, & agnatione, maxime quando ista est generalis, nec restringitur ad personas expressas, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 3. *et* 4. *et decis.* 69. *n.* 10. *et* 11. *lib. eodem*.

Item verba perpetuitatem denotantia cum prædicto voto conservationis conjuncta, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 6. *et* 7. *et decis.* 69. *n.* 13. *lib. eodem*.

Si testator dedit filiis facultatem alienandi, ut tamen pecuniæ utilius investirentur, & quod investimenta subjacerent fideicommisso, signum evidens, quod sub filiorum appellatione veniebant nepotes, & quod bona in filiis remanebant subjecta ulteriori gravamini, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 8.

Prohibitio alienationis facta tam hæredi instituto, quam filiis, & directa in rem, est conjectura comprehensionis nepotum, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 9. *decis.* 69. *n.* 10. *et* 23. *lib. eodem*.

Et pariter si filii sint vocati cum qualitate legitimitatis, & adsit exclusio fisci in casu delicti a filiis committendi, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 10.

Quando dispositio fuit facta ab ascendente, sub appellatione filii venit nepos, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 2.

Quando filii sunt positi in conditione, tunc facilius veniunt nepotes ad exclusionem substituti, *decis.* 51 *lib.* 10. *n.* 3.

Et maxime si substituti sint de descendentibus a feminis, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 8.

Ad evitandum absurdum, quod masculus volitus a testatore debeat sumi ex linea remota, & non incœpta, exclusa proxima, & cœpta, dici debet, quod filiorum appellatione veniant nepotes, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 9.

Quod pronomen *suo* non excludat, quin sub nomine filiorum veniant nepotes, quando non adsit alia relatio, seu restrictio, per quam designentur solum filii primi gradus, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 11.

Expressio nepotum facta in alia substitutione non est univocum argumentum, quod ubi expressi non sunt, non possint sub nomine filiorum venire, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 14.

Licet comprehensio nepotum sub appellatione filiorum in conditione positorum sit implicita, & desumpta ex conjecturis, tamen deservit ad exclusionem etiam expresse vocatorum, quando ob nepotum existentiam gradus eorum vocationi nondum venit, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 15. *et seqq.*

Observantia deservit ad interpretandum, quod sub nomine filiorum veniant nepotes, *decis.* 69. *lib.* 10. *n* 14.

Filiorum appellatione an veniant legitimati. *Vide* Legitimatio.

An veniant feminæ, *Vide* Femina.

Filiusfamilias.

Statutum urbis irritat contractus initos per filiosfamilias absque consensu patris, *decis.* 35. *lib.* 7. *n.* 2.

Dispositio autem Statuti non habet locum, si filius sit emancipatus, *decis.* 35. *lib.* 7. *n.* 3.

Item locum sibi non vendicat, si pater filio authoritatem contrahendi concesserit, *decis.* 35. *lib.* 7. *n.* 5.

Minusque locum habet, si contractus respiciat rem, in qua pater usumfructum non habet, *decis.* 35. *lib.* 7. *n.* 6.

Filiusfamilias etiam minor valide obligatur pro liberando patre a carceribus, *decis.* 37. *lib.* 7. *n.* 8.

Filiusfamilias si reportet veniam, & consensum a Patre, dicitur per hoc satisfactum Statuto urbis, *decis.* 88. *lib.* 10. *n.* 6.

Vide Emancipatio.

Fiscus.

Fiscus quoties in dispositione, vel contractu fuit expresse exclusus, nullum jus super bonis sub dispositione, vel contractu cadentibus acquirere potest, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 14.

Sola sententia capitalis cum confiscatione bonorum non sufficit, ad hoc ut bona dicantur fisco quæsita, & incorporata, nisi constet de actuali fisci possessione, & descriptione in libris Cameræ, *decis.* 101. *lib.* 10. *n.* 10.

Forenses.

Forenses nequeunt in Statu Ecclesiastico dominium feudorum acquirere, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 9.

An autem, ut acquisitio sit nulla, requiratur, ut Camera, vel fiscus nullitatem declaret, vel possit quilibet interesse habens excipere de Constitutionum Apostolicarum obstaculo, *decis.* 2. *lib.* 1. *a n.* 10. usque ad 15.

Frater.

Fratris appellatione de jure veniunt etiam sorores, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 9.

Et etiam in Statuto, quando concurrunt conjecturæ, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 8.

Quando agitur de exclusione matris, facilius veniunt sorores, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 9.

Quando Statutum in parte inchoativa complicavit fratres, & sorores, tunc in alia parte quoque, in qua loquitur de fratribus, censetur intelligere de sororibus, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 10.

Si ratio Statuti fuit, ne bona transirent ad matrem ejusque descendentes, tanquam extraneos, & de aliena domo, tunc procedit etiam sororibus, quæ sunt de familia, & agnatione, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 11. *et seqq.*

Quando Statutum complectitur alias feminas filias fratrum, multo magis debet convenire sororibus, istæque veniunt sub appellatione fratrum, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 15. *et seqq.*

Fraus.

Fraus in actu licito considerari non potest, *decis.* 47. *lib.* 5. *numer.* 5.

In nobili matrona non præsumitur, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 10.

Fructus.

Fructus dominium sequuntur, *decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 15.

Fructuum recompensativorum conventio est valida, & æqua, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 1.

Etiam si agatur de resignatione officiorum vacabilium, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 2.

Fructus recompensativi debentur ex omni contractu correspectivo, in quo res fructifera traditur, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 3.

Et debentur ministerio legis, quæ onus transfert ipso de jure in emptorem pro modo, & ratione fructuum ex re percipiendorum, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 5.

Certa eorum taxatio est licita, & taxæ standum est, donec non probatur rem minoris reddere, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 6. *et decis.* 8. *lib.* 5. *n.* 2.

Et taxa ad rationem quatuor pro centenario, tanquam juste approbatur, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 7.

Æquitas considerata per l. curabit C. de act. empt. consist. in duplicato usu rei, & pecuniæ, *decis.* 4. *lib* 2. *n.* 8.

Fructus prætendi non possunt ex officio vitalitio, quoties cessat periculum ammittendi sortem, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 10.

Et fructus in isto considerantur tanquam sors, *decis.* 4. *lib.* 2. *numer.* 11.

Fructus recompensativi debentur, etiam res vendita facile perire possit damno emptoris, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 14.

In hoc tamen casu ipsum periculum in fructuum ratione debet deduci, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 15. & 16.

Item debentur, etiamsi venditor ex pretio sibi solvendo nihil fuisset percepturus, si illud in manibus habuisset, *decis.* 4. *lib.* 2. *num.* 20.

Debentur non ratione usurarum, sed in damni reparationem, *decis* 4. *lib.* 2 *n.* 21.

Venditor fructus petens recompensativos, rem suam petere dicitur, *decis.* 4. *lib* 2. *n.* 22.

Fructus ex nominibus debitorum peti non possunt, *decis.* 8. *lib.* 2. *n.* 28.

Proximior, vel si terminationem investituræ nescivit, vel si petiit renovari, & dominus directus recusavit, non tenetur fructus perceptos restituere, sed illos suos facit, *decis.* 21. *lib.* 4. *a num.* 12.

Fructus dotales, & censuum, Innocentius VI. reduxit ad rationem quatuor, *decis.* 21. *lib.* 4. *n.* 6.

Fructus quos creditor percipit ex bonis debitoris, vel præsumuntur illum satisfecisse, vel redduntur creditum turbidum, & illiquidum, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 5.

Fructus perceptos ex pignore conventionali creditor facit suos; nec imputat; secus autem in pignore prætorio, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 5. 6. & 8.

Hæres creditor defuncti de tempore aditæ hæreditatis non imputat fructus in ejus creditum, cum per imaginariam solutionem ministerio legis sibi satisfecisse præsumatur, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 9. *et decis.* 25. *lib.* 6. *num.* 9.

Mulier possidens bona viri pro assecuratione suæ dotis, facit fructus suos, nec illos imputat, *decis.* 2. *lib.* 5 *n.* 10.

Emptor, qui habuit rem emptam, & deinde acquisivit credita anteriora exuberantia valorem rei, pro his creditis non facit fructus suos, nec intrat præsumpta datio insolutum, *decis.* 2. *lib.* 5. *num.* 11. *et* 12.

In judicio associationis fructus non veniunt a die moræ litis, sed a die sententiæ, *decis* 2. *lib.* 5. *num.* 17.

Fructus debentur in judiciis possessoriis a die moræ litis, *decis.* 3. *lib.* 5. *num.* 1. *et decis.* 4. *num.* 1. *lib. eodem*.

Etiamsi judex immissionem concesserit conditionaliter, puta aliqua summa soluta possessori, quando hic sententiæ non acquievit, sed ab ea appellavit, *decis.* 3. *lib.* 5. *num.* 2. *et decis.* 4. *numer.* 2. *lib. eodem*.

Fructus ex pignore percepti imputantur in creditum, *decis.* 3. *lib.* 5. *num.* 3.

Maxime, quando pignoris valor creditum excedit, *decis.* 3. *lib.* 5. *num.* 4.

Fructus a die moræ litis quando veniunt ex natura judicii, tunc non est necessaria quoad eos condemnatio, *decis.* 4. *lib.* 5. *n.* 3.

Quando pignus longe excedit creditum, tunc etiam mulier, quæ pro suis juribus dotalibus possidebat, tenetur fructus imputare, *decis.* 4. *lib.* 5. *n.* 4.

Fructus stabilium computantur ad rationem quatuor pro singulo centenario, *decis.* 5. *lib.* 5. *n.* 11. *et decis.* 15. *lib.* 6. *n.* 11.

Fructus ex credito mere pecuniario exigi non possunt deficientibus requisitis castrensis, *decis.* 6. *lib.* 5. *num.* 2. *et decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 9.

Fructus postquam fuerunt una cum sorte soluti, repeti nequeunt nisi per conditionem indebiti, & excludi debet quælibet possibilitas, & causa debendi, *decis.* 6. *et* 7. *per totam lib.* 5.

Ad pro-

Ad probandum, quod taxatio fructuum recompensativorum fuerit excessiva, requiritur præcisa justificatio fructuum, qui percipi poterant de tempore venditionis, & taxationis, cum exclusione possibilitatis in contrarium, *decis.* 8. *lib.* 5. *num.* 2. *&* 5.

Oblectamentum, & usus rei dicitur esse in fructu; eorumque pretium auget, *decis.* 8. *lib.* 5. *n.* 4.

Observantia excludit excessivitatem super fructuum taxatione, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 6.

Fructus melioramentorum spectant ad melioratatem, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 2.

Æquum est, ut pro melioramentis factis in re fructifera solvantur fructus, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 2.

Faber murarius nequit regulariter exigere fructus impensæ, & laboterii facti pro construenda domo, *decis.* 10. *lib.* 5. *numer.* 3.

Limita, si sibi reservavit dominium super melioramentis, quæ fecit, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 4.

Et tali casu d. dominii reservatio non resolvitur in simplicem hypothecam, licet & ista quoque fuerit specialiter reservata, cum dominium verificetur super melioramentis, & hypotheca super re meliorata, *decision.* 10. *lib.* 5. *numer.* 5.

Fructus tali casu debentur a die completi operis, licet æstimatio ex post subsequatur; nam hæc retrotrahitur usque ad initium, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 6.

Præsertim si æstimatio protracta fuerit ex culpa debitoris, *decis.* 12. *lib.* 5. *n.* 7.

Fructus ex mutuo indebite exacti, imputantur in sortem, *decis.* 5. *lib.* 11.

Fructus ex censo nullo non debentur, *decision.* 13. *lib.* 5. *numer.* 1.

Ex censu imposito ab Ecclesia absque beneplacito debentur fructus, usquequo nullitas apponatur, quia est in implicito statu validitatis, *decis.* 24. *lib.* 5. *a n.* 4.

Itam debentur etiam post oppositam nullitatem, quando constat, quod pecuniæ ad censum sumptæ, fuerunt ab Ecclesia implicatæ in emptionem, vel constructionem rei fructiferæ, *decis.* 25. *lib.* 5. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 26. *num.* 1. *lib. eodem.*

Solutio prius cedit in causam fructuum, *decis.* 30. *lib.* 5. *numer.* 7.

Fructus pendente lite percepti sunt restituendi, *decis.* 15. *lib.* 6. *num.* 8.

Et si plures successive fuerint possessores, restitutio est proportionabiliter facienda ab unoquoque ad mensuram temporis quo possederunt, *decis.* 15. *lib.* 6. *n.* 9.

Æquitas Text. in leg. si me, & Titium, ff. si certum petatur, non extenditur ad fructus, & accessiones, *decis.* 16. *lib.* 6. *num.* 10.

Limita autem, quando agitur de fructibus intrinsecis, & consecutis ratione dominii, fundi, seu rei fructiferæ, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 12.

Testator injungendo hæredi satisfactionem debitorum, non censetur voluisse gravare illum, ut proprium creditum cum fructibus excomputet, *decis.* 45. *lib.* 6. *n.* 11.

Fructus debiti ex contractu conditionali desumunt anterioritatem a die obligationis, non a die purificatæ conditionis, *decision.* 50. *lib.* 6. *per totam, & decis.* 51. *pariter per totam, lib. eodem.*

Depositum non impedit quin fructus decurrant, quando factum fuit nec petente, nec approbante creditore, *decis.* 50. *lib.* 6. *num.* 41.

Fructus fideicommissi durante vita gravati percipiendi, an cadat sub hypotheca, & obligatione ad favorem creditorum ipsius gravati. *Vide decis.* 40. *lib.* 7. *a n.* 13.

Fructus indebite pro uno debito soluti, non possunt imputari in sortem alterius debiti extincti, *decis.* 2. *lib.* 8. *n.* 12. *& decis.* 3. *n.* 2. *lib. eodem.*

Fructus investimenti debentur domino, ex cujus pecuniis provenit investimentum, *decis.* 4. *lib.* 8. *n.* 1.

Fructus percepti ex rata investimenti non debita, veniunt restituendi, *decis.* 4. *lib.* 8. *n.* 2.

Et quidem non a die declaratæ reductionis, seu resolutionis tituli, sed usque ab initio, *decis.* 4. *lib.* 8. *n.* 3.

Ex investimento facto favore creditoris cum decreto judicis, & pro securitate etiam debitoris in casu victoriæ, si hic victoriam consequatur, fructus consequi debet, etiam usque ab initio decursus, & per creditorem perceptos, *decis.* 4. *lib.* 8. *n.* 4.

Conditio resolutiva dominii, & non suspectiva, non impedit intermediam fructuum acquisitionem, *decis.* 4. *lib.* 8. *numer.* 5.

Si investimentum demandatum sit a judice creditori loco simplicis cautionis, tunc in casu succombentiæ non tenetur creditor fructus restituere; secus autem si investimentum fuerit decretum ad omnes effectus magis utiles, & proficuos, *decis.* 4. *lib.* 8. *num.* 6.

Fructus spectant ad eum, qui victoriam consequitur, si favore illius reservatum fuerit dominium in investimento facto de mandato judicis, *decis.* 4. *lib.* 8. *n.* 7.

Fructus ex credito pecuniario non debentur, licet loco illius fuerit subrogatum investimentum, si tale investimentum non emanavit ad hoc, ut species esset principaliter in obligatione; secus econtra, *decision.* 4. *lib.* 8. *numer.* 8. *&* 9.

Fructus prædii Urbani, non sunt restituendi; nisi probentur percepti, *decis.* 32. *lib.* 9. *n.* 9.

Licet fructus stabilium de jure essent taxandi ad rationem quinque pro centenario, tamen ob temporum calamitatem fuerunt redacti ad quatuor, *decis.* 15. *lib.* 6. *n.* 10. *&* 11.

Taxa legalis attenditur tantum in subsidium, & nisi fructuum quantitas aliunde probetur, *decis.* 32. *lib.* 9. *num.* 10.

Ad probandam fructuum quantitatem non requiruntur rigorosæ probationes, *decis.* 33. *lib.* 9. *n.* 10.

Licet ad probandam quantitatem fructuum debeat inspici integrum decennium, tamen attenditur etiam solitum aliquorum annorum, quia intra modicum tempus redituum immutatio non præsumitur, *decis.* 33. *lib.* 9. *num.* 12.

Ad lucrandum fructus sufficit etiam titulus coloratus, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 23.

Hæres creditor censetur sibi bona appropriasse in causam sui crediti ad effectum faciendi fructus suos, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 24.

Possidens jure proprio non tenetur reddere rationem de fructibus, *decis.* 52. *lib.* 11. *n.* 13.

Vide Usuræ.

G

Gemma.

Vide Jocalia.

Gratia.

Gratias expectativæ Canones abhorrent; & Concilium Tridentinum abrogavit, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 24.

Petens aliquid ex gratia, fatetur eam ex justitia consequi non posse, *decision.* 27. *lib.* 3. *num.* 15. *& decis.* 28. *num.* 3. *lib. eodem.*

Gratia, in qua non exprimitur provisum possidere aliud beneficium, est nulla, *decis.* 7. *lib.* 12. *n.* 15.

Gratia, in qua fuerunt expressi plures modi vocanti alternative, sufficit, ut in altero ex illis verificetur, *decis.* 8. *lib.* 12. *num.* 18.

Gratia in forma dignum non est vera provisio, sed tantum mandatum de providendo, tribuens duntaxat actionem implorandi officium judicis, *decision.* 8. *libr.* 12. *numer.* 22.

In dubio semper debet fieri interpretatio pro sustinenda gratia, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 12.

Constitutio Innocentii XII. præscribens cautelas servandas circa signaturam ratum gratiarum, quæ aliquando ægrotante Romano Pontifice per concessum fieri dicuntur, habetur lib. 15. *fol.* 418.

Gratia si neutri.

Gratia *si neutri* sustinetur, ubi non præexistit lis super titulo beneficii, *decis.* 3. *lib.* 12. *n.* 4.

Et lis præexistere ad hunc effectum super titulo non dicitur, quando solum versatur super articulo unionis, *decis.* 3. *lib.* 12. *num.* 5.

Ex clausula *quam & quas* in commissione apposita, dicitur inducta lis super titulo ad effectum justificationis gratiæ *si neutri*, *decis.* 3. *lib.* 12. *n.* 6.

Declara, ut vera sit conclusio, quoties ante commissionem præexistaret in collitigante aliquod jus super titulo beneficii; secus e contra, *decis.* 3. *lib.* 12. *n.* 7. *&* 8.

Quamvis dicta clausula sit apta comprehendere quodcunque jus in judicio deducendum, si tamen jus ad speciem non deducatur, non mutat judicium inceptum, nec porrigitur ad ea, super quibus actori nullum jus competebat, *decis.* 3. *lib.* 12. *n.* 9.

Gratia *si neutri* non suffragat; quando de tempore, quo fuit impetrata, alter collitigans jus habebat, licet ex post tale jus resolutum fuerit, quia gratia ex hoc non convalidetur, *decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 18.

Prorogatio, vel restitutoria prodest non obstante quod alter collitigans prius impetrasset gratiam *si neutri*, quando ista fuit expedita tempore, quo adhuc durabat terminus, & jus non fuerat resolutum, *decis.* 13. *liber.* 12. *numer.* 19. *& seqq.*

Gratiæ quoad subreptionem, & obreptionem.

Gratia impetrationis beneficii non potest dici subreptitia, ex quo non fuit expressa cura, quando ista erat solum habitualis, & non actualis, *decision.* 8. *lib.* 12. *numer.* 7. *& seqq.*

Præsertim, quando ille qui hanc exceptionem proponit, laboret simili defectu in sua provisione, *decis.* 8. *liber.* 12. *numer.* 9.

Si in secunda gratia fuit cura per verba dubitativa expressa, ex hoc sanatur defectus prioris gratiæ, quatenus adesset, nec requiritur ulterior justificatio, *decis.* 8. *lib.* 12. *numer.* 10.

Gratia non potest redargui de subreptione, & defectu intentionis, quando agitur de revocatione, seu confirmatione alterius gratiæ, quam idem Papa concessit, licet mentio in illis non fiat de aliqua qualitate ipsius prioris gratiæ, dummodo ipsa gratia substantialiter commemorata fuerit, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 2.

Quando

Quando quis narravit, quod retinebat plura beneficia incompatibilia ex dispensatione prætendens gratiam obreptitiam, ex quo deficiat dispensatio; tenetur defectum concludenter probare, quando concurrit ex adverso diuturna eorundem beneficiorum possessio; & sumus in iis regionibus, in quibus super retentione facile obtinetur dispensatio, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 11. & 12.

Et maxime si in nova provisione Papa indulsit novam dispensationem retinendi unum ex prioribus beneficiis, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 13.

Ad salvandam gratiam ab obreptione, & etiam ad illius verificationem, sufficit expressio facta juxta ultimum statum, *decis.* 8. *lib.* 12. *num.* 15. & *decis.* 9. *num.* 3. & 4. *lib. eodem.*

Gratia non dicitur subreptitia, ex quo quis non expressit qualitatem residentialem alterius beneficii, quoties erat in bona fide, & illud possidebat absque residentia, sciente, & patiente Episcopo, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 15.

Impetranti gratiam eo sub fundamento; quod alter falsam fecerit narrationem, debet concludenter probare subreptionem fuisse dolosam, & mala fide, *decision.* 9. *liber.* 12. *numer.* 9.

Exceptio subreptionis, quando non est clara, non retardat executionem literarum, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 10.

Ad irritandam gratiam non sufficit probare aliquid fuisse tacitum, sed requiritur justificatio, quod si illud expressum fuisset, difficiliorem reddidisset Pontificem ad concedendam gratiam, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 11.

Non expressio rei, quæ difficiliorem redderet Pontificem ad gratiæ concessionem, causat subreptionem, *decis.* 8. *lib.* 12. *n.* 8. & *decis.* 19. *n.* 24. *lib. eodem.*

Quando expressio exigitur a jure, tunc taciturnitas vitiat rescriptum, etiam si facta expressione nihilominus emanasset; nam sufficit, quod potuisset non emanare, vel non tam facile, *decis.* 18. *lib.* 12. *n.* 18.

Quando gratia est subjecta vitio subreptionis, est nulla, & fit locus novæ gratiæ, *decis.* 9. *lib.* 12. *n.* 1.

Puerilis ætas impetrantis non excusat a subreptione, & nullitate gratiæ, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 13.

Maxime quando post exactam minorem ætatem, non solum impetrans narrativam revocavit procurando gratiæ correctionem, sed illam in judicio pertinaciter defendit, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 13.

Gratia subrogatoria.

Vide Subrogatio gratiosa.

Gravatoria.

Gravatoria est simplex pœna pecuniaria; quam judex imponit contumaci non comparenti, & obedienti ejus præceptis, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 36.

H

Hæredes.

Hæredes possunt conveniri insolidum; quando agitur de obligatione ad factum, & illius implemento, *decis.* 2. *lib.* 6. *num.* 9.

Hæredes continentur sub nomine suorum, &c. *decis.* 17. *lib.* 6. *n.* 31. & 32.

Quando contractus respicit etiam personas hæredum, tunc per mortem contrahentis non potest dici resolutus, *decis.* 17. *lib.* 6. *num.* 33.

In contractibus ultro, citroque obligatoriis pacta tam active, quam passive transeunt ad hæredes, *decis.* 4. *lib.* 7. *numer.* 19.

Omnes obligationes transeunt ad hæredes, quando isti expresse exclusi non sunt, *decis.* 11. *lib.* 7. *n.* 13. & 17.

Maxime accedente clausula *præsenti* exterata, quæ extenditur ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, *decis.* 11. *lib.* 7. *num.* 14.

Si testator vocet aliquem, & ejus hæredes, ipsi quoad bona testatoris dicuntur succedere jure proprio, & independenter ab Auctore; ideoque non tenentur istius factum servare, nisi super bonis ipsius Auctoris, adeout reddita de istis tantum ratione prorsus liberentur, *decis.* 40. *lib.* 9. *num.* 34. & *seqq.*

Hæreditas.

Hæreditas matris ut filiis delata dicatur, est matris probandus prædecessus, *decis.* 3. *lib.* 4. *n.* 1.

Hæreditati jacenti an possit dari manutentio. *Vide* Manutentio.

Dum hæreditas jacet, non potest deveniri ad deliberationem bonorum hæreditariorum, nisi deputetur curator, alias deliberatio est nulla, *decis.* 37. *lib.* 7. *n.* 1.

Curator hæreditati jacenti, non est deputandus, si adsit hæres, *decis.* 37. *lib.* 7. *n.* 5.

Verbum *robba* importat jus universale, non secus ac verbum *hæreditas*, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 18.

Verbum *hæreditas* jus hæreditarium, & universale importat, etiamsi applicetur solæ portioni, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 19.

Verbum *hæreditas* aliquando stat loco bonorum, & comprehendit præsentia, non autem futura, *decis.* 93 *lib.* 10. *n.* 10.

Limita, si adsint verba universalia, & sint concepta per viam observationis, & successionis, *decision.* 93. *lib.* 10. *numer.* 12.

Hæreditatis aditio, & hæreditaria qualitas.

Aditio hæreditatis facta per tutorem absque solemnitatibus; & beneficio legis, non nocet pupillo, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 9. & *decis.* 91. *lib.* 10. *n.* 11. & 12.

Nova hæreditatis aditio non resultat ex actuum continuatione, qui sunt referibiles ad aditionem præventive factam quæ si nulla sit, etiam ipsi actus tanquam consecutivi non præjudicant, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 16. & 17.

Aditio hæreditatis a muliere facta absque solemnitatibus, si inventarium confecit, non sustinetur, nec nocet, *decis.* 21. *lib.* 9. *num.* 32.

Hæreditatis aditio probatur ex solutione debitorum, *decis.* 22. *lib.* 9. *num.* 2.

Item ex enunciativis atque actibus hæreditario nomine factis, *decis.* 22. *lib.* 9. *n.* 3.

In filio ad inducendam qualitatem hæreditariam sola immixtio sufficit, *decis.* 22. *lib.* 9. *n.* 4.

Si hæres declaret se velle adire cum beneficio legis, & inventarii, & non aliis non constito; subinde de inventarii confectione aditio non dicitur facta, nec præjudicat; *decis.* 22. *lib.* 9. *n.* 5.

Quomodo autem procedat hæc conclusio, & in specie quod habeat locum in protestante se velle adire, non autem in declarante se velle esse hæredem, *decis.* 22. *lib.* 5. *n.* 6.

Hæreditatis aditio concludenter est probanda, *decis.* 26. *lib.* 10. *n.* 13. & 17.

Hæreditatis aditio facienda per mulierem, exigit omnes solemnitates, quæ requiruntur in contractibus, *decis.* 26. *lib.* 10. *num.* 14.

Hæreditatis aditio non resultat ex alienatione bonorum hæreditariorum, quando hæc alio titulo fieri potuit, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 13. & *decis.* 25. & 22. & *decis.* 26. *n.* 15. *lib. eodem.*

Hæreditatis aditio excluditur, si fuit allegata cautela Angeli, & declaratum bona retineri alio titulo, *decis.* 24. *lib.* 10. *num.* 13.

Si aliquis comparuit in judicio, non tanquam hæres, sed pro omni suo jure, & interesse, excluditur ex hoc qualitas hæreditaria, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 22. & *decis.* 26. *n.* 17. *lib. eodem.*

Comparitio facta a Procuratore nomine alicujus tanquam hæredis, non probat qualitatem hæreditariam; nisi constet de speciali mandato procuræ, *decis.* 26. *lib.* 10. *n.* 16.

Sententia in qua quis enunciatur hæres, & statim adjungitur; & *alias omni meliori modo, titulo, nomine, &c.* non probat qualitatem hæreditariam, *decis.* 26. *lib.* 10. *n.* 17.

Quoad hæreditatem matris aditio est probanda, cum non militat regula, *filius ergo hæres*, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 20.

Quod prædicta regula sibi locum non vindicet nec respectu patris, sed filius teneatur aditionem hæreditatis probare, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 6.

Hæres in genere.

Hæres creditor defuncti tempore aditionis non imputat fructus in creditum, cum per imaginariam solutionem ministerio legis sibi satisfecisse præsumatur in bonis æquivalentibus, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 9. & *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 24. & *decis.* 68. *num.* 21. *lib. eodem.*

Unus ex filiis, qui fuit hæres matris, ad omnia matris debita tenetur, quando cæteri filii fuerunt exhæredati, *decis.* 1. *lib.* 6. *num.* 7.

Omne jus defuncti secta via transit in hæredem, *decis.* 19. *lib.* 6. *num.* 27.

Quod titulus hæreditarius verteretur in detrimentum hæredis, non censetur testatorem voluisse, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 12.

Favore creditorum hæredis remanent hypothecata etiam bona defuncti, licet post contractum acquisita, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 4. & *decis.* 27. *n.* 1. *lib. eodem.*

Hæres factum defuncti servare tenetur, nec potest impugnare; *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 9. & *decis.* 16. *lib.* 9. *n.* 19. & *decis.* 22. *n.* 1. *lib. eodem*, & *decis.* 95. *n.* 8. *lib.* 10. & *decis.* 99. *n.* 12. & 13. *lib. eodem*, & *decis.* 25. *lib.* 11. *n.* 11.

Hæres hæredis dicitur hæres primo defuncti, *decis.* 27. *lib.* 9. *numer.* 2.

Hæres putativus recipiendo solutionem liberat debitorem, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 5.

Sed tamen non obligat nec hæreditatem, nec hæredem verum; *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 5.

Hæres quandoque accipitur pro domino, *decis.* 93. *lib.* 10. *numer.* 9.

Limita, si jungitur dictioni universali, *decis.* 93. *lib.* 10. *numer.* 11.

Hæres quoad beneficium legis, & inventarii.

Hæres beneficiatus facit fructus suos, nec eos imputat in proprium creditum, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 9.

Procedit etiam si testator injunxerit hæredi satisfactionem debitorum, quia non exinde censetur, quod voluerit, ut

hæres cum fructibus sibi satisfaceret, *decis.* 25. *lib.* 6. *numer.* 11.

Hæres beneficiatus non tenetur reddere rationem de mobilibus quæ usu consumuntur; nisi justificetur fuisse vendita, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 17.

Hæres non docens de inventario, & legitima redditione rationis, non potest proprium creditum deducere, *decis.* 57. *lib.* 6. *num.* 10.

Hæres beneficiatus non præjudicatur ex facto defuncti, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 10.

Beneficium inventarii præservat in omnibus illæsa jura hæredis, tam ad effectum agendi, quam excipiendi, *decis.* 20. *in* 2. *lib.* 7. *num.* 27. & *decis.* 21. *num.* 19. & *seqq. lib. eodem.*

Amplia, etiam si inventarium sit in aliquo defectuosum, dummodo adsit dolus, *decis.* 21. *lib.* 9. *a n.* 19. *ad* 31.

Beneficium inventarii præservat solum hæredem, ne teneatur de proprio, sed eum non liberat, quia tenetur super bonis hæreditariis, *decis.* 24. *lib.* 9. *n.* 6. & 7.

Redditio rationis aliunde desumpta, quam ab inventario; suffragatur quidem hæredi, ne teneatur de proprio, non autem ad effectum effugiendi confusionem actionum, *decis.* 24. *lib.* 9. *n.* 8.

Hæres beneficiatus bene solvit creditoribus primo venientibus, etiam si sint posteriores, dummodo notitiam anteriorem non habeat, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 5.

Quod hæc conclusio non habeat locum, quando creditores posteriores dimissi non sunt solvendo, *decis.* 25. *lib.* 9. *numer.* 6.

Contrarium, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 7.

Et quatenus sequenda esset prima opinio, attamen actio contra hæredem pro reiterata solutione est subsidiaria, nec exerceri potest, nisi possessoribus discussis, *decis.* 25. *lib.* 9. *num.* 7.

Hæres beneficiatus molestari non potest a creditore anteriore, si isto citato fuit pretium consignatum posterioribus, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 8. & 12.

Et maxime si solutio fuit facta posteriori cum cautione de restituendo prioribus, & posterioribus, *decis.* 25. *liber.* 9. *numer.* 10.

Creditor agens contra hæredem beneficiatum pro reiterata solutione, tenetur probare, quod alii creditores dimissi sint posteriores, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 8.

Si hæres super redditione rationis sententiam obtinuit citato creditore, non potest iste opponere, quod posteriores dimiserit, donec sententia non revocetur, *decis.* 25. *lib.* 9. *numer.* 11.

Hæres creditor defuncti, quanquam beneficiatus, nequit creditum petere, quousque vires hæreditariæ suppetunt, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 4.

Vires hæreditariæ semper suppetere præsumuntur, quoties per redditionem rationis non docetur de contrario, *decis.* 17. *lib.* 9. *n.* 5. & *decis.* 6. *lib.* 11. *n.* 11.

Ad repellendum hæredem beneficiatum a retentione pro suo credito, non exigitur instantia, ut reddat rationem, sed sufficit excipere rationem redditam non fuisse, *decis.* 27. *lib.* 9. *num.* 6.

Creditum hæredis inefficax est, donec non reddatur ratio, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 7.

Auctoritates in contrarium in hoc proposito adductæ, quomodo intelligi debeant, & in quo sensu procedant, *decis.* 27. *lib.* 9. *num.* 8.

Hæres beneficiatus tenetur tantum reddere rationem de hæreditate immediate edita, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 11.

Intellige conclusionem ad hoc, ut non teneatur de proprio, non autem ut possit allegare creditum, quod habebat contra auctorem sui auctoris, *decis.* 27. *lib.* 9. *numer.* 1. *per totam.*

Hæres beneficiatus a die, qua creditores urgere cœperunt, non facit fructus suos, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 9.

Hæres etiam sine beneficio legis non confundit actiones, quando fuit gravatus alteri restituere; nam eveniente casu restitutionis, vel ipse, vel ejus successor potest credita deducere & retinere, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 7.

Debet autem excludere præsumptionem satisfactionis firmando statum hæreditarium, & reddendo rationem, alias censetur de suo credito satisfactus; idque procedit, sive ipse sit actor, sive reus, *decis.* 28. *lib.* 9. *num.* 8. & *seqq.*

Hæres absque beneficio legis, & inventarii confundit actiones, nec potest credita deducere, *decis.* 50. *lib.* 10. *numer.* 11.

Licet hæres beneficiatus debeat citare alios creditores in separatione bonorum, quam facere intendit pro suis creditis, attamen quando ista sua credita sunt vere anteriora, non obest, si citatio fuerit omissa, *decis.* 32. *lib.* 10. *num.* 1.

Hæres etiam beneficiatus intra vires hæreditarias omnino servare debet factum defuncti, nec potest se excusare sub prætextu, quod adhuc reditus non exegerit, minusque retardare solutionem legatorum excipiendo de redditione rationis super exactis, *decis.* 25. *lib.* 11. *n.* 9. & 10.

Fideicommissa particularia, & legata tenetur hæres simplex solvere, & præstare, licet vires hæreditarias excedant; *decis.* 87. *lib.* 10. *n.* 19.

Hæres simplex obligatur tantum ad ea, quæ testator lege permittente disposuit, non autem ad ea, quæ a jure irritantur, *decis.* 91. *libr.* 10. *numer.* 36. & *decision.* 92. *numer.* 4 *lib. eodem.*

Hæres gravatus.

Hæres gravatus acquirens ex propria industria, sibi, & non fideicommisso acquirit, *decis.* 19. *lib.* 6. *n.* 26.

Pro debitis contractis ab hærede gravato possunt creditores sua jura experiri super fructibus fideicommissi, ejus vita durante, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 13.

Sed tamen sunt prius ex talibus fructibus detrahenda alimenta debita vocatis ad fideicommissum, & primogenituram, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 14.

Quando in fideicommisso adest expressa, & amplissima prohibitio alienationis, tunc creditores nullum jus acquirunt neque super fructibus, durante vita gravati, *decis.* 40. *libr.* 7. *numero* 15.

Et maxime si ob pignorationes gravatus ceciderat in commissum, juxta præceptum, & ordinationem testatoris, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 16.

Hæres gravatus super bonis restitutioni obnoxiis, non potest novum constituere fideicommissum, *decision.* 19. *libr.* 9. *numero* 1.

Hæres gravatus non tenetur imputare in suas detractiones mobilia consumpta, neque illa tenebatur vendere, *decis.* 33. *lib.* 9. *num.* 5.

Neque pensionem domus solitæ inhabitari, & quæ erat necessaria ad conservationem mobilium, *decis.* 33. *lib.* 9. *n.* 6. & 7.

Quod hæres gravatus subtraxerit pecunias, & gemmas, non præsumitur, ideoque debet concludentissime probari, *decis.* 34. *lib.* 9. *num.* 2.

Et ad hunc effectum requiruntur testes nedum idonei, sed omni exceptione majores, *decision.* 34. *libr.* 9. *numer.* 3. & *sequent.*

Si hæres reddidit rationem de iis, quæ facillime poterat abscondere, non censetur alia subtraxisse, *decis.* 34. *libr.* 9. *numer.* 10.

Cessat subtractionis præsumptio, si hæres statim ad secum cohabitandum vocavit substitutos, *decision.* 34. *lib.* 9. *numero* 11.

Hæres gravatus non potest fideicommissarium onere gravare, *decis.* 45. *lib.* 10. *n.* 4.

Sustinetur tamen gravamen pro rata detractionum, *decis.* 45. *lib.* 10. *n.* 5.

Creditor hæredis gravati repellitur exceptione fideicommissi, *decis.* 68. *lib.* 10. *n.* 1.

Gravatus restituere erga personam incertam de certis, non potest præmittere invitis restitutionem facere in præjudicium eorum, qui se vocatos contendunt, *decis.* 104. *lib.* 10. *n.* 2. & *decis.* 105. *n.* 1. & *seqq. lib. eodem.*

Nec potest declarare, quis sit successurus, cum id pendeat a voluntate testatoris a judice in casu dubietatis explicanda, non a gravato, cui solum declaratio permittitur, quando nemo præter ipsum lædi potest, *decis.* 104. *lib.* 10. *n.* 3. & *decis.* 105. *n.* 5. & *seqq.* & *decis.* 106. *num.* 6. & *seqq. lib. eodem.*

Ad effectum irritandi actum præjudicialem factum a gravato; quilibet de familia, qui succedere possit, habet actionem, *decis.* 104. *libr.* 10. *num.* 3.

Et talis actio potest præventive, & in vita ipsius gravati promoveri, & a judice cognosci, absque eo quod exinde resultet judicium præventivum, *decis.* 105. *lib.* 10. *num.* 9. & *decis.* 106. *num.* 9. *lib. eodem.*

Quinimo & judicio præventivo esset locus, si gravatus perseveraret in non retractando, *decis.* 105. *lib.* 10. *num.* 9.

Contra hæredem gravatum datur hypotheca pro reintegratione fideicommissi, quando alienavit scienter, & cum mala fide, *decis.* 53. *lib.* 10. *num.* 9.

Prohibitio Trebellianicæ, & detractionum ostendit, quod hæres fuit gravatus restituere, *decis.* 106. *lib.* 10. *num.* 11.

Etiamsi prohibitio fuit adjecta in contractu, ideoque inutilis, *decis.* 116. *lib.* 10. *num.* 12.

Historia.

Historiis in re antiqua fides adhibetur, *decis.* 21. *libr.* 3. *numero* 21.

Historiæ antiquæ probant matricitatem Ecclesiæ, *decis.* 31. *lib.* 12. *num.* 1.

Hypotheca.

Censuarius habet specialem hypothecam super fundo censito, *decis.* 3. *lib.* 1. *num.* 10.

Hypotheca specialis tribuit jus in re, *d. decis.* 3. *libr.* 1. *numero* 11.

Generalis vero transfert solum jus ad rem, *d. decision.* 3. *lib.* 1. *num.* 12.

Ex speciali hypothecæ prohibitione non potest inferri ad generalem, *d. decis.* 3. *lib.* 13.

Hypotheca, & dominium super eadem re haberi non possunt; cum sint incompatibilia, *decis.* 2. *lib.* 5. *num.* 12.

Sub hypotheca contracta per hæredem cadunt etiam bona defuncti, licet post contractum debitum quæsita, *decis.* 26. *lib.* 6. *num.* 4. & *decis.* 27. *num.* 1. *lib. eodem.*

Hypotheca solo consensu, & nudo pacto contrahitur; *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 12.

Præci-

Præcipuum privilegium hypothecæ consistit in prioritate temporis, ob quam fit potior, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 14.

Ideoque ubi competit una eademque hypotheca, eidem pariter debitur prioritas, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 15.

Conventionalis hypotheca contrahitur tam pro pura obligatione, quam pro conditionali, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 18.

Sed cum hoc discrimine, quod in obligatione pura hypotheca statim fit exercibilis, in conditionali vero pro exercitio expectat conditionis eventum, *decis.* 50. *lib.* 6. *numer.* 19.

Purificata tamen conditione hypotheca retrotrahitur ad diem contractus, etiam in præjudicium tertii, *decis.* 50. *lib.* 6. *numer.* 20. & *seqq.* & *decision.* 51. *numer.* 17. & *seqq. lib. eodem*.

Hypotheca est principalis obligationis accessio, & induit ejus qualitatem, *decis.* 41. *lib.* 6. *n.* 9.

Bona aliena nequeunt hypothecari, *decision.* 39. *lib.* 7. *numer.* 1.

Sub hypotheca contracta ab hærede gravato an eadem fructus ex bonis fideicommissariis ejus vita durante percipiendi, itaut creditores super istis possint satisfieri, *Vide decis.* 40. *lib.* 7. *a n.* 13.

Ultimus gravatus, in quem bona remanent libera, potest bona hypothecæ subjicere, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 2.

Hypotheca datur contra alienantem bona fideicommissaria pro reintegratione fideicommissi, quando concurrit scientia, & mala fides, *decis.* 53. *lib.* 10. *n.* 9.

Sub generali hypotheca non veniunt ea, quæ sunt necessaria obligato, & ad quæ haber specialem affectionem, nec esset verisimiliter obligaturus, *decis.* 17. *lib.* 11. *numer.* 9.

Limita; si obligato sit dilata post mortem, postquam nec necessitas, nec affectio considerari potest, *decis.* 17. *lib.* 11. *num.* 10.

Sub hypotheca, & obligatione contracta per defunctum non veniunt bona hæredis, nisi id vel explicite declaratum sit, vel aliunde clare appareat de voluntate, *decis.* 17. *lib.* 11. *numer.* 11.

Nec talis voluntas deducitur, ex quo testator dixerit *onero hæredem meum*, quia intelligitur de onere in bonis hæreditariis, non in propriis, *decision.* 17. *lib.* 11. *numer.* 12.

I

Identitas:

Ex identitate loci; denominationis; & confinium; dicitur probata identitas bonorum, *decision.* 20. *lib.* 7. *numer.* 9.

Identitas justificata remanet ex verificatione unius demonstrationis genericæ, & alterius specificæ, quoties sumus in antiquis, *decis.* 2. *lib.* 9. *numer.* 14. & *decis.* 68. *lib.* 10. *numer.* 13.

Identitas bonorum probatur ex instrumentis transitum eorum de uno ad alium justificantibus, *decision.* 28. *lib.* 9. *numer.* 2.

Identitas probatur ex confessione partis, *decis.* 6. *lib.* 10. *numer.* 1.

Ex duobus, vel tribus demonstrationibus satis dicitur probata identitas, licet contracta formaliter differat, cum censeatur potius in ista erratum, *decis.* 16. *lib.* 10. *numer.* 8.

Bona possessa per hæredes censentur eadem, quæ habebat testator, si concurrat denominatio, & aliqua alia circumstantia, *decis* 30. *lib.* 10. *n.* 5.

In antiquis identitas justificatur præsumptionibus, & indiciis, *decision.* 30. *lib.* 10. *n.* 0. & *decis.* 68. *num.* 6. & 7. & *decis.* 101. *num.* 8. & 9. & *decis.* 102. *num.* 6. & *decis.* 103. *num.* 19. *lib. eodem*.

Ex Catastro probatur bonorum identitas, *decis.* 68. *lib.* 10. *numer.* 5.

Item ex testibus deponentibus de fama, *decis.* 68. *lib.* 10. *numer.* 8.

Ex testibus, divisione, enunciativis, & similibus, probatur identitas, *decis.* 101. *lib.* 10. *num.* 7. & *decis.* 103. *num.* 16. *lib. eodem*.

Ex descriptione facta a testatore in testamento probatur identitas, *decis.* 102. *lib.* 10. *numer.* 2. & *decis.* 103. *numer.* 16. *lib eodem*.

Bona possessa per filium in eodemmet loco a communi præsumuntur esse illamet, quæ pater ibi possidebat, *decis.* 68. *lib.* 10. *n.* 10.

Maxime si filius non fecit inventarium, *decis.* 68. *lib.* 10. *numer.* 11.

Bona possessa per gravatum in loco, ubi possidebat testator, præsumuntur eadem, & subjecta fideicommisso, *decis.* 68. *liber.* 10. *numer* 12. & *decis.* 102. *num.* 3. & *decis.* 103. *num.* 17. *lib. eodem*.

Identitas probatur ex depositione testium, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 4.

Probationes debent uniri ad desumendam identitatem, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 5.

Ad probandam identitatem in fideicommisso particulari non sufficit docere, quod testator illam rem possederit, sed necesse est justificare, quod sit illamet, quam fideicommisso particulari subjecit, *decis.* 102. *lib.* 10. *n.* 7.

Identitas bonorum sat est, ut justificetur in limine executionis; si petatur immissio generice ad bona fideicommissaria, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 3.

In antiquissimis unica demonstratio probat identitatem; *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 18.

Ignorantia.

Ignorantibus justæ legis auxilio est succurrendum, *decis.* 23. *lib.* 7. *num.* 7.

Absens præsumitur ignorare, quæ in ejus absentia gesta sunt, *decis.* 45. *lib.* 7. *n.* 5. & *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 6.

Minor ætas multum suffragat pro arguenda ignorantia, *decis.* 45. *lib.* 7. *n.* 6.

In hærede ignorantia præsumitur, & in successore, *decis.* 45. *lib.* 7. *n.* 7. & 8.

Sola ignorantia juris non excusat a pœna a jure inflicta concernente nullitatem actus; secus si concurreretur ignorantia mixta, facti scilicet, & juris, *decis.* 17. *lib.* 12. *n.* 9.

Illatio.

A diversis non fit illatio, *decis.* 24. *lib.* 12. *n.* 18.

Nec ad diversa, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 16.

Illatio fieri non potest ab iis, in quibus militat diversa ratio; *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 6.

Immemorabilis.

Testes licet non deponant cum requisitis glos. in cap. 1. de præscript. tamen faciunt adminiculum pro immemorabili, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 19.

Maxime si admissi fuerint in judicio possessorio, *decis.* 27. *lib.* 3. *num.* 20.

Possessio centenaria habet eundem effectum, ac immemorabilis; *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 22. & *decis.* 28. *lib.* 3. *n.* 1.

Tempus post motam litem non debet deduci ad computandam centenariam, quando lis terminavit ad favorem illam allegantis, *decis.* 27. *lib.* 2. *n.* 28.

Immemorabilis consuetudo non tollitur per cæremoniale Episcoporum editum jussu Clementis VIII. *decis.* 27. *lib.* 3. *num.* 34. & *decis.* 28. *n.* 15. *lib. eodem*.

Ex immemorabili desumi potest melior titulus de mundo, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 35. & *decis.* 28. *n.* 16. *lib. eodem*, & *decis.* 9. *lib.* 4. *num.* 35.

Immemorabilis probatur per confessiones emissas, cum succedant loco famæ, & maxime si sint emissæ in concordiis a Sede Apostolica confirmata, quia tunc afficiunt etiam successores, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 31. & *seqq.*

Renunciatio consuetudini, & præscriptioni etiam longissimi temporis, non comprehendit immemorabilem, tanquam speciali nota dignam, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 25.

Actus qui complectuntur tempus infinitum, immemorabilem secum ferunt, *decis.* 10. *lib.* 4. *n.* 9.

Ad probandam immemorabilem requiritur, ut nihil unquam dictum, visum, aut auditum fuerit in contrarium, *decis.* 14. *lib.* 14. *num.* 11.

Testis non deponens de visu per quadraginta annos, non probat immemorabilem, *decis.* 17. *lib.* 14. *n.* 8. & *decis.* 18. *n.* 15. *lib. eodem*, & *decis.* 1. *lib.* 16. *n.* 5.

Testes ad hoc, ut probare possint immemorabilem, debent habere ætatem annorum 54. *decis.* 1. *lib.* 16. *n.* 5. & *decis.* 3. *sub. n.* 2. *lib. eodem*.

Et ab istis demi debet tempus motæ litis, *decis.* 1. *lib.* 16. *num.* 5. & *decis.* 3. *sub n.* 2. *lib. eodem*.

Immissio.

Immissio in judicio Salviani non denegatur concurrente credito cum hypotheca, possessione antiqua debitoris, & moderna rei conventi, *decis.* 27. *lib.* 5. *n.* 2. & *decis.* 35. *lib.* 7. *n.* 2.

Retentio opposita pro credito illiquido non retardat immissionem, *decis.* 39. *lib.* 5. *n.* 5.

Immissio debetur hæredi scripto, si exhibeat testamentum non vitiatum, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 3. & *decis.* 16. *n.* 1. *lib. eodem*.

Et istam non potest hæres ab intestato impedire, nisi concludenter doceat de aliquo testamenti vitio, quod vel reddatur oculis corporeis visibile, vel clare, & incontinenti probetur, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 4.

Quando nullitas testamenti desumi prætenditur ex testibus formiter examinandis, non dicitur incontinenti probata, nec impedit immissionem, etiamsi agatur de testibus testamentariis, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 12. & *seqq.*

Immissio conceditur hæredi scripto, si constet de testamento, & bonorum identitate. *decis.* 5. *lib.* 9. *n.* 1.

Hæredi ab intestato non debetur immissio, si adsit testamentum, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 1. & *decis.* 13. *n.* 1. *lib. eodem*.

Testamentum efficit, ut non sit locus immissioni ad favorem hæredis ab intestato, quia causa testati facit cessare causam intestati, *decis.* 15. *lib.* 9. *numer.* 2. & *decis.* 17. *num.* 1. *lib. eodem*.

Limitatur tamen, quando testamentum est nullum, *decis.* 25. *lib.* 9. *n.* 3.

Exceptio fideicommissi antiquioris impedit immissionem nieni;

nienti ex posteriori; *decis.* 5. *lib.* 1. *num.* 1. *& decis.* 19. *lib.* 9. *num.* 2.

Limita, si de fideicommisso antiquiori illico non constaret, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 3.

Dicitur autem de eo incontinenti constare, si illud probari possit ex lectura Doctorum, utpote consistens in mero juris articulo, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 4.

Fideicommissario, seu habenti causam ab eo, datur immissio, quoties constet de existentia fideicommissi, illius purificatione, & bonorum identitate, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 3. *& decis.* 46. *n.* 1. *lib. eodem*, *& decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 2. *&* 3. *& decis.* 15. *n.* 1. *& decis.* 28. *n.* 1. *& decis.* 64. *num.* 1. *& decis.* 71. *n.* 1. *& decis.* 95. *n.* 1, *&* 2. *lib. eodem.*

Detractiones, quandonam retardent immissionem, vel potius hæc sit concedenda pro indiviso, *Vide* Detractiones.

In judicio immissionis non admittuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 4. *& decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 21. *& decis.* 75. *n.* 24. *lib. eodem.*

Immissio pro indiviso non retardatur exceptione existentiæ æris alieni, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 24. *& decis.* 71. *n.* 4. *&* 5. *lib. eodem.*

Remedium immissionis est hæreditarium, & competit etiam hæredi hæredis, *decis.* 46. *lib.* 9. *n.* 2.

Vigore fideicommissi per mulierem ordinati non potest peti immissio super bonis viri, pro restitutione dotis ejusdem mulieris obligatis, *decis.* 47. *lib.* 9. *n.* 3.

Immissio non datur ei, qui non probat fideicommissum ad sui favorem fuisse purificatum, *decision.* 4. *liber.* 10. *numer.* 2.

Immissio non datur contra possidentem justo titulo, *decis.* 4. *lib.* 10. *n.* 2.

Immissio, quæ debetur hæredi, nequit ejus procuratori, seu cessionario denegari, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 29.

Immissio datur etiam pro fideicommisso facto in contractu, *decis.* 50. *lib.* 10. *num.* 1. *& decis.* 79. *num.* 2. *& decis.* 87. *n.* 1. *&* 2. *lib. eodem.*

Immissio potest peti, & obtineri etiam a possidente, non ad effectum, ut nova sibi tradatur possessio, sed pro conservatione possessionis jam adeptæ, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 2.

Immissio debetur quoque hæredibus commissariis, seu fiduciariis, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 3.

Immissio non retardatur ex causa crediti, quod ex perceptione fructuum effectum fuit illiquidum, *decis.* 80. *lib.* 10. *num.* 9.

Quando creditum dotis, vel ex alienatione, vel ex retentione aliquorum bonorum fideicommissariorum, fuit effectum illiquidum, tunc ex eo nequit fideicommissario impediri immissio, *decis.* 86. *lib.* 10 *n.* 34.

Minusque si tale creditum fuit effectum illiquidum ex administratione, *decis.* 95. *lib.* 10. *n.* 7.

Succedentibus ab intestato datur immissio ex interdicto quorum bonorum, *decis.* 26. *lib.* 11. *n.* 1.

Quando res, ad quam petitur immissio, fuit cum alia incorporata, itaut difficilis, & incommoda reddatur separatio, tunc decurritur ad temperamentum, demandando, ut exbursetur pretium in pecunia, vel tradatur alia res æquivalens, *decis.* 102. *lib.* 10. *numer.* 25. *& decis.* 103. *numer.* 29. *lib. eodem.*

Ut autem sit locus huic temperamento, probari debet antiquus valor, & incommoda separatio, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 15. *& decis.* 103. *n.* 30. *lib. eodem.*

Impedimentum.

Impeditus legitime non dicitur, qui de facili impedimentum removere potest, & non curat, *decis.* 45. *lib.* 6. *numer.* 7.

Contra eum, qui impedimentum præstat, ne adimpleatur, conditio habetur pro impleta, *decis.* 74. *lib.* 10. *numer.* 15.

Incolatus.

Vide Domicilium.

Indebitum.

Ad concludendam repetitionem indebiti sufficit sola possibilitas debiti, quod removeri debet per concludentes probationes, *decis.* 5. *lib.* 5. *n.* 21.

In actione repetitionis indebiti actor tenetur indebitum probare per adeo concludentes probationes, ut possibilitas quælibet in contrarium removeatur, *decis.* 7. *lib.* 5. *n.* 5.

Limita, quando solutio fuit coacta, & de mandato judicis, *decis.* 7. *lib.* 5. *n.* 6.

Hæc limitatio non est satis tuta, *decis.* 7. *lib.* 5. *n.* 7.

Quando post obtentum mandatum causa fuit iterum commissa, solutio dicitur spontanea & non coacta, *decis.* 7. *lib.* 5. *n.* 9.

Item non dicitur coacta, si solvens declaravit sponte solvere, *decis.* 7. *lib.* 5. *n.* 8.

Solvens post latam sententiam non curando prosecutionem appellationis, excluditur a remedio repetitionis indebiti, *decis.* 7. *lib* 5. *n.* 11.

In judicio repetitionis indebiti non possunt peti fructus, & accessiones, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 11.

Id quod in sequelam laudi, vel sententiæ injustæ fuit solutum, repeti potest, & restitui debet, *decis.* 45. *lib.* 7. *n.* 11.

Inhibitio.

Inhibitio, seu monitorium expeditum ad instantiam alicujus ei non præjudicat, nisi constet, quod illo usus fuerit, *decis.* 25. *n.* 8. *lib.* 10. *& decis.* 26. *n.* 10. *lib. eodem.*

Inhibitio ligat manus nedum inhibito, sed etiam eam impetranti, *decis.* 2. *lib.* 16. *n.* 4.

Insignia.

Valde lugubre est insignia, & imagines majorum a domo gentilitia avulsa videre, *decis.* 45. *lib.* 5. *n.* 12. *& decis.* 46. *n.* 36. *lib. eodem.*

Insinuatio.

Insinuatio expleta per alium quam per procuratorem deputatum valet, si mulier a contractu nunquam in ejus vita reclamavit, *decision.* 2. *lib.* 6. *n.* 3.

Insinuatio non exigitur in remissione debiti litigiosi, *decis.* 17. *lib.* 6. *n.* 36. *&* 38.

Insinuationis defectus non probatur ex sola exhibitione instrumenti, *decis.* 17. *lib.* 6. *n.* 39.

Insinuatio præsumitur ex lapsu 30. vel 40. annorum, *decis.* 17. *lib.* 6. *n.* 30. *& decis.* 36. *lib.* 7. *n.* 3. *& decis.* 20. *lib.* 10. *num.* 19. *& decis.* 21. *n.* 25. *lib eodem.*

Sed non minuet spatio annorum 30. *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 16.

Insinuatio requiritur in contractibus mulierum ex dispositione Ægidianæ, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 13. *& decis.* 38. *n.* 19. *lib. eodem*, *& decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 15.

De jure communi insinuatio non exigitur in renunciationibus, quæ fiunt a muliere ex causa dotis, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 14. *& decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 18. *& decis.* 21. *n.* 17. *lib eodem.*

Minusque tali casu requiritur vigore Ægidianæ, *decis.* 30. *lib.* 7. *num.* 15.

Procedit tamen conclusio, ubi bona renunciata non excedunt ipsam dotis quantitatem, secus econtra, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 16.

Insinuatio requiritur ab Ægidiana pro forma; ideoque suppleri non potest per æquipollens, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 21.

Insinuatio expleta post revocatum mandatum ad insinuandum non attenditur, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 22.

Quando insinuatio adducitur ad corroborandum actum, si illa expleta fuit ab ipso contrahente tempore, & facto separato multum attenditur, secus autem fit in executionem præcepti traditi in ipsomet contractu; nam hoc casu consideratur, tanquam unicus actus, nec inducit voluntatis continuationem, *decis.* 16. *lib.* 9. *n.* 25.

Insinuatio suppletur ex juramento, *decis.* 16. *lib.* 9. *n.* 26.

Institutio, & institutus.

Institutio est pars præcipua, & forma substantialis testamenti, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 9.

Institutio non potest pendere ab aliena voluntate; ideoque facultas data alicui nominandi hæredem, est nulla, *decis.* 30. *lib.* 11. *n.* 6.

Et persona sic in hæredem nominata nullum jus acquirit, *decis.* 30. *lib.* 11. *n.* 6.

Si autem facultas non percuteret ipsam institutionem, sed postquam aliquis fuit institutus, ei daretur facultas nominandi substitutum, vel potius substitueretur is quem institutus nominaret, & eligeret, hoc casu nulla juris repugnantia considerari posset, & actus sustineretur, *decis.* 30. *lib.* 11. *n.* 8.

Instrumentum.

Instrumentum facit probationem probatam, *decis.* 11. *lib.* 3. *n.* 23. *& decis.* 7. *lib.* 5. *n.* 4. *& decis.* 29. *n.* 1. *& decis.* 30. *n.* 1. *lib. eodem*, *& decis.* 38. *n.* 2. *lib. eodem.*

Veniens contra instrumentum publicum, habet contra se casum legis, *decis.* 63. *lib.* 5. *n.* 1.

Instrumentum publicum habet pro se præsumptionem validitatis, *decis.* 12. *lib.* 5. *n.* 2.

Copiæ publicæ instrumenti solemniter ab archivio extractæ omnino standum est, *decis.* 17. *lib* 9. *n.* 8.

Instrumentum, quod in sui facie habet omnia requisita necessaria, & fuit repertum in filcia instrumentorum, quando sumus in antiquis, plenam fidem habere debet, *decis.* 31. *lib.* 10. *n.* 10. *&* 11.

Etiamsi non reperiantur alia instrumenta rogata ab eodem Notario, qui in illo descriptus reperitur, quia non ex hoc possibilis qualitas notariatus excluditur, *decis.* 31. *lib.* 10. *n.* 12.

Insula.

Insula pertinet ad eos, qui habent prædia ipsius fronti viciniora, *decis.* 5. *lib.* 16 *n.* 2.

Insula proprie est terra repente in flumine nata, quam aquæ undique circumluunt, *decis.* 5. *lib.* 16. *n.* 3.

Et quidem plena, ac reali circumstantia, per quam terra in medio fluminis apparens diu supereminens remaneat, *decis.* 5. *lib.* 16. *n.* 3.

Tribus modis insula fit in flumine; primo cum ager qui alveus non erat, flumine circumluitur; secundo cum flumen alveum relinquit, & circa illum undequaque defluit; & tertio cum paulatim alluendo alveum auxit, *decis.* 5. *lib.* 16. *n.* 5. *& decis.* 6. *n.* 8. *lib. eodem.*

Quando insula efformatur altero ex duobus posterioribus modis, tunc fit eorum, qui ripas habent eidem insulæ proximas,

ximas, secus autem si priori modo efformetur, nam hoc casu causa possessionis non immutatur, & remanet insula illi cujus antea erat ager, *decis.* 5. *lib.* 16. *num.* 5. *&* *decis.* 6. *num.* 8. *lib. eodem*.

An insula ad hoc, ut talis vere dicatur, debeat esse in medio amnis, itaut fere æquali aquæ quantitate hinc inde circumfluatur, nec sufficiat ex una parte parvus rivulus, *decis.* 6. *lib.* 16. *n.* 4. *&* 5.

Insula causatur ex circumfluentia aquæ perpetua, non vero ab insolita, & temporali, *decis.* 6. *lib.* 16. *n.* 6.

Ideoque si aqua temporaliter intercedens aliquam partem fundi abstulerit recedendo, eidem domino restituit absque nova apprehensione, *decis.* 6. *lib.* 16. *n.* 7.

Insula tunc dividitur inter dominos utriusque ripæ, quando in medio fluminis nata est; secus si propior sit uni ripæ; nam illius domino acquiritur, & ad metiendam propinquitatem attenditur principium, quando scilicet apparere incœpit, *decis.* 6. *lib.* 16. *n.* 9.

Vide Alluvio.

Interpellatio.

Interpellatio facta ad unum effectum non prodest quoad alium, *decis.* 22. *lib.* 6. *n.* 4.

Interpellationis defectus sanatur ex scientia illius, qui interpellari debebat, etiam in materiis, in quibus interpellatio omnino requiritur, *decis.* 31. *lib.* 6. *n.* 45.

Interpellatio debet fieri personaliter, *decision.* 51. *libr.* 6. *numer.* 19.

Romæ autem vigore Statuti sufficit, ut fiat domi dimissa copia, & quod copia fuerit dimissa in manibus domesticorum, eruitur ex relatione cursoris, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 19.

Licet procurator ad effectum interpellandi debeat habere mandatum speciale, tamen quando agitur de interpellatione judiciali, de eo docere non tenetur, nisi reus illud opponat, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 20.

Interpellatio in qua petitur plus debito, consistit in mora, si in ea adsit clausula, non solum præmisso, *sed omni meliori modo*, vel si se referat ad instrumenta, *decision.* 51. *lib.* 6. *n.* 21.

Interpellatio potest suppleri per æquipollens, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 22.

Interpretatio.

In correctoriis, & exorbitantibus a jure communi, stricta est facienda interpretatio, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 33.

Et tali casu sumenda sunt verba in suo stricto, & vero significatu, nec extendenda ad ea, quæ talia reputantur ex fictione juris, *decis.* 8. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 2.

Etiam in materia odiosa interpretatio fieri debet secundum communem usum & intelligentiam, *decis.* 10. *n.* 6. *lib.* 2.

Ad evitandam repugnantiam est facienda interpretatio, etiam cum impropriatione verborum, *decis.* 17. *lib.* 5. *n.* 11.

In dubio sumenda est ea interpretatio, quæ magis congruat verisimili, ac prudenti modo agendi, licet verba deberent impropriari, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 14.

Interpretatio a natura actus aliena admitti non debet, *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 7.

Intimatio.

Præsentia procuratoris supplet defectum intimationis, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 23.

Inventarium.

Inventarium tutelare, ac etiam quævis alia solemnis descriptio, sufficit ad evertendam præsumptionem consumptionis detractionum, *decis.* 27. *lib.* 5. *num.* 13. *&* *decis.* 28. *num.* 6. *lib. eodem*.

Omissio descriptionis mobilium facta per tutorem in Inventario pupillo non præjudicat, *decis.* 28. *lib.* 5. *n.* 7.

Inventarium tutelare sufficit minori ad hoc, ut non teneatur de proprio ob aditionem factam tempore minoris ætatis absque beneficio legis, *decis.* 19. *lib.* 9. *numer.* 18. *&* *decis.* 91. *lib.* 10. *n.* 10.

Inventarium quoad citatos redargui non potest de aliquo vitio, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 9.

Inventarium quoad citatos habet præsumptionem pro se, licet mobilia non fuerint distincte descripta, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 10. *&* 11.

In Inventario hæreditario non requiritur, quod apponatur valor mobilium, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 12.

Tenuis valor mobilium in inventario expressus non arguit dolum, etiam in hæreditate viri patritii ad pauperis fortunæ statum redacti, *decis.* 20. *lib.* 9. *n.* 13. *&* *decis.* 21. *numer.* 16. *lib. eodem*.

De solemnitatibus requisitis in confectione inventarii remissive, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 1.

Inventarium factum per relationem ad aliquam præcedentem descriptionem sine visione, & exhibitione bonorum, quod sit nullum, *decis.* 20. *lib.* 2. *n.* 2.

Contraria opinio est verior, maxime in curia, ubi ita servatur de stylo, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 6. *&* 17.

Exhibitio nominalis bonorum in confectione inventarii, quatenus requireretur, esset præsumenda, quando intervenit præsentia, & decretum judicis, qui asserat processisse visis videndis, & causa cognita, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 3. *&* 4.

Stilus non citandi creditores in confessione inventarii est attendendus, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *num.* 12. *&* *decis.* 23. *numer.* 2. *lib. eodem*.

Citatio ad inchoandum, & faciendum inventarium importat principium, & perfectionem, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *numer.* 19.

Omissionis suspicio in inventario cessat ex nova paupertate defuncti, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 20.

Item cessat ex legalitate, & probitate hæredis, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 21. *&* *decis.* 21. *n.* 3. *lib. eodem*.

Et si aliquid deficiat, censetur subtractum a famulis, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 22.

Si omissio, & defectuositas non fuit opposita a creditoribus, qui aderant de tempore habili, & proximo, signum evidens, quod opponi non poterat, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 23. *&* *decis.* 21. *n.* 4. *lib. eodem*.

Inventarium probat negativam aliorum bonorum, donec concludenter probetur contrarium, *decision.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *numer.* 24.

Non omnis omissio vitiat inventarium, *decis.* 20. *la* 2. *libr.* 9. *num.* 25.

Præsertim stante clausula *addendi, & minuendi*, *decision.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 26. *&* *decis.* 21. *n.* 10. *lib. eodem*, ubi quod hoc casu potest semper addi.

Inventarium tunc non probat negativam bonorum, quando vel per confessionem hæredis, vel per alias concludentes justificationes convincitur existentia aliorum bonorum non descriptorum, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 28. *&* *decis.* 21. *numer.* 29. *lib. eodem*.

In hæreditate decocti non præsumitur existentia apocharum literarum cambii, seu aliorum creditorum, quæ patrimonium impinguent, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 29. *&* 30.

Creditores certi in confectione inventarii debent citari, *decis.* 21. *lib.* 9. *n.* 1.

Inventarium non irritatur ex quacunque solemnitatis omissione, sed tantum ex ea, quæ potest esse suspecta fraudis, & doli, *decis.* 31. *lib.* 9. *n.* 2.

Licet fuerit omissa citatio alicujus creditoris parvæ summæ, non officit, quando alii majoris summæ fuerint vocati, *decis.* 21. *lib.* 9. *n.* 4. *&* 7.

Creditor incertus, & dubius comprehenditur sub generali citatione per proclama, *decis.* 21. *lib.* 9. *n.* 5.

Vir creditor mulieris nequit opponere de defectu citationis in confectione inventarii, cum in hisce personis scientia præsumatur, quæ supplet citationis defectum, *decis.* 21. *lib.* 9. *numer.* 6.

Possunt licite omitti ea bona, quæ sunt pignorata, & quæ absorbentur a credito illius, qui ea retinet in pignus, *decis.* 21. *lib.* 9. *n.* 8. *&* 9.

Omissio alicujus rei non causat nullitatem, si, antequam inventarium oppignoraretur, fuit de re omissa reddita ratio, *decis.* 21. *lib.* 9. *n.* 11.

Ubi cessat dolus, hæres non privatur ex omissione beneficio inventarii, *decis.* 21. *lib.* 9. *n.* 12.

Etiamsi omissio sit dolosa, non vitiatur inventarium, sed tantum hæres tenetur ad duplum, *decis.* 21. *lib.* 9. *num.* 13. *&* *seqq.*

Inventarium destitutum solemnitatibus juris communis non suffragatur, *decis.* 23. *lib.* 9. *n.* 1.

Si tamen ex stylo loci juris solemnitates non exiguntur, sufficit, ut adhibeantur illæ, quas stylus exoptat, *decis.* 23. *lib.* 9. *num.* 2.

Stylus autem hujusmodi non destruitur ex aliquibus inventariis factis præter eum, nec est necesse, ut sit canonizatus in contradictorio judicio, *decis.* 23. *lib.* 9. *n.* 4. *&* 5.

Inventarium factum coram judice laico citato creditore, qui sit persona Ecclesiastica, etiam respectu istius valet, si in citatione adsit clausula *si sua putaverit interesse*, quæ facit reum voluntarium, *decis.* 23. *lib.* 9. *num.* 6. *&* 7.

Quoties inventarium non redarguitur de dolo, sed simpliciter de solemnitatum defectu, facilius hæres excusatur, & mitius proceditur, *decis.* 23. *lib.* 9. *n.* 8.

Inventarium ad sui validitatem exigit fidelem descriptionem omnium mobilium, & stabilium, *decis.* 24. *lib.* 9. *n.* 4.

Inventarium, quod nihil aliud continet, nisi copiam partitarum catastri, quæ non percutit tempus mortis defuncti, non sustinetur, nec probat negativam aliorum bonorum, *decis.* 24. *lib.* 9. *num.* 5.

Hæres gravatus non tenetur conficere inventarium, nisi urgente fideicommissario, *decis.* 32. *lib.* 9. *n.* 7.

Et si fideicommissarius velit ex se illud conficere, debet gravatum interpellare, alias non attenditur, *decis.* 32. *lib.* 9. *n.* 7. *&* 8. *&* *decis.* 23. *num.* 1. *lib. eodem*.

Quod inventarium non possit fieri in uno loco de rebus existentibus in alio, quia est necessaria præsentia, & inspectio rerum, *decis.* 32. *lib.* 9. *num.* 8. *&* *decis.* 33. *num.* 4. *lib. eodem*.

Usufructuarius, & gravatus tenentur conficere inventarium, non autem substitutus, *decis.* 41. *lib.* 9. *num.* 3. ubi maxime de tempore, quo substitutus bona non possedit.

Inventarii defectus opponi non potest ab eo, qui est hæres illius, ad quem onus faciendi inventarium spectabat, *decis.* 41. *lib.* 9. *num.* 4. *&* *decis.* 47. *num.* 5. *lib. eodem*.

Inventarii omissio non potest dici dolosa, & fraudulenta, quoties ex instrumento constat de toto eo, quod ad manus hæredis pervenit, *decis.* 41. *lib.* 9. *num.* 4.

Generis

Generica descriptio scripturarum non efficit, ut inventarium dicatur defectuosum, *decision. 45. lib. 9. num. 9.*

Virtus probandi negativam existentiæ aliorum bonorum tribuitur solum inventario legitime confecto, ideoque non admittuntur informes descriptiones, *decis. 46. lib. 9. n. 16.*

Idem est inventarium non conficere, ac illud minus legitime conficere, *decis. 37. lib. 10. n. 4.*

In inventario exigitur expressio qualitatis, quantitatis, ponderis, & mensuræ, *decis. 37. lib. 10. n. 4.*

Descriptio bonorum facta in testamento a testatore, inventarium tutelare, & distincta descriptio pecuniarum, removens suspicionem subtractionis, & supplent inventarium hæreditarium, *decis. 90. lib. 10. num. 15. & decis. 91. num. 9. & 10. lib. eodem.*

Qui produxit inventarium, eoque usus fuit, nequit postea illud impugnare, *decis. 91. num. 13. lib. 10. & decis. 92. numer. 19. lib. eodem.*

Descriptio aliquorum bonorum facta in inventario non præjudicat, quando detegitur erronea, *decis. 68. lib. 10. numer. 14.*

Maxime si in inventario adsint clausulæ salutares, & præservativæ, *decis. 68. lib. 10. n. 15.*

Fideicommissarius particularis nequit cogere hæredem ad conficiendum inventarium, sicuti potest fideicommissarius universalis, *decis. 90. lib. 10. num. 13. & decis. 91. num. 32. & decis. 92. num. 6. lib. eodem.*

Quando tam fideicommissarius, quam hæres, omisserunt inventarium, tunc communis culpa mutua compensatione tollitur, & melior est conditio possidentis, *decis. 90. lib. 10. n. 13. & decis. 91. n. 32. & decis. 92. n. 6. lib. eodem.*

Omissio paucorum mobilium existentium in domo rustica, ad quam non sine incommodo, & dispendio poterat transmitti Notarius, non vitiat inventarium, *decis. 91. lib. 10. n. 15.*

Inverisimilitudo.

Inverisimilia quæ sunt, maxime prosunt ad certum judicium efformandum, *decis. 15. lib. 9. n. 17.*

Investimentum.

Investimentum censetur factum in executionem præcedentis obligationis, & sic domino, non administratori acquiritur, *decis. 38. lib. 6. n. 28.*

Investimentum dicitur esse in obligatione, quando judex mandavit, ut pecuniæ investirentur sub nomine ejusdem creditoris, ideoque ad eum spectant fructus medio tempore percepti, *decis. 4. lib. 8. n. 10.*

Jura fideicommissi dicuntur translata super investimento pretii rei fideicommissariæ cum Principis licentia alienatæ, *decis. 99. lib. 10. n. 2.*

Jocalia.

Jocalia præsumuntur extare penes uxorem, *decis. 14. libr. 6. numer. 26.*

Judex.

Judex; cui plures commissæ fuerunt controversiæ, potest modo unam, modo alteram terminare, *decis. 5. liber. 1. numer. 10.*

Limita, si omnes controversiæ fuer simul unitæ, & dependentes, itaut una alteri pariat exceptionem rei judicatæ, ibidem, *n. 11.*

Maxime, si in commissione petitum fuit, ut judex omnes, & singulas causas nominatim expressa decideret, ibidem *num. 12.*

Judex excedendo, seu non servando fines suæ commissionis nulliter, & absque jurisdictione procedit, *decis. 5. lib. 1. numer. 14.*

Recursus ad judices laicos, & ad regios ministros, non est damnatus, quando fit in executionem sententiæ Rotalis, *decis. 1. lib. 3. n. 10.*

Causam tam possessionis, quam principalis quæstionis, apud eundem judicem cognosci debet, *decis. 5. lib. 3. n. 6.*

Judex delegatus ante exercitium debet suam facultatem in actis exhibere, & partis intimare, *decis. 8. lib. 3. n. 8.*

Judex procedens de voto Rotæ, istius votum omnino sequi tenetur, nec potest excedere, *decis. 30. lib. 4. n. 1.*

Judex non præsumitur, quod aliter esset judicaturus, quam secundum tramites juris, *decis. 23. lib. 7. n. 14.*

Judex in decreto censetur se voluisse uniformare cum dispositione juris, *decis. 31. lib. 7. n. 2.*

Judex generalitatem propriæ sententiæ potest ex post declarare, *decis. 31. lib. 7. n. 18. & decis. 32. n. 7. lib. eodem.*

Judex non præsumitur, quod voluerit procedere absque probationibus, *decis. 31. lib. 7. n. 22.*

Judex interponendo decretum censetur adhibuisse eam diligentiam, & cognitionem, ad quam tenebatur, *decis. 43. lib. 7. num. 5.*

Ex tali decreto actu redditur immunis ab omni suspicione fraudis, *decis. 43. lib. 7. n. 6.*

Coram judice laico potest Ecclesiasticus citari cum clausula *si sua putaverit interesse*, quia hæc efficit reum voluntarium, *decis. 23. lib. 9. n. 6. & 7.*

Judicis licentia nulliter obtenta excusat a pœna, non a nullitate, *decis. 33. lib. 9. n. 2.*

Judex permittere non potest indaginem eorum, quæ juris sunt, & si prætermittat, injuste procedit, *decis. 44. lib. 9. numer. 8. & 9.*

Judex *ad quem* vigore clausulæ *quam, & quas* potest procedere, prout in prima etiam contraria sententia non revocata, *decis. 11. lib. 11. n. 9.*

Decursus ad judices laicos non obest, quando fuit habitus a procuratore carenti mandato speciali, *decis. 20. lib. 14. numer. 13.*

Maxime si principalis statim habita notitia recursi renunciavit, *decision. 20. lib. 14. n. 14.*

Constitutio Innocentii XII. super sportulis Tribunalium, & judicium urbis, habetur *lib. 15. constit. 4. fol. 392.*

Judicium petitorium, seu possessorium.

Quando partes collitigantes suspendunt petitorium; & petunt decerni super possessorio, non potest judex absque, vitio nullitatis de petitorio judicare, *decision. 75. lib. 10. n. 2.*

Licet judicium sit mere possessorium, & judex *a quo* super eo Pronunciaverit, tamen in Tribunalibus urbis per appellationem devolvitur ad judicem *ad quem* etiam cognitio petitorii, *decis. 75. lib. 10. n. 3. & 4.*

Quanquam suspensio petitorii in terminis juris operetur, ut quilibet detentor sit manutenendus; tamen id non procedit, ubi adest lex specialis decernens possessionis continuationem habenti certas qualitates, *decis. 107. lib. 10. num. 7.*

Judicium præventivum.

Pro declaratione, quod non competat super fideicommisso detractio Trebellianicæ, potest fideicommissarius præventive, & antequam veniat casus restitutionis, agere, *decis. 54. libr. 9. num. 2. cum seqq. & decis. 57. num. 2. & decis. 58. a num. 2. lib. eodem.*

Quando fideicommissum non pendet e conditione incerta, & eventuali, sed est certo exiturum, tunc potest fideicommissarius præventive agere, ad hoc ut declaretur post mortem hæredis fideicommissum ad se spectare, *decis. 54. lib. 9. num. 5. & 6. & decis. 55. num. 2. & decis. 57. num. 3. lib. eodem.*

Pro defensione, & conservatione bonorum fideicommissi potest quilibet etiam sub conditione, & futuro casu vocatus agere, *decis. 54. lib. 9. n. 7.*

Quando judicium præventivum non lædit reum, & valde consulit actori, tunc æquitas suadet, ut admittatur, *decis. 54. lib. 9. n. 8. & decis. 55. n. 3. lib. eodem.*

Nec dicitur reus lædi ex ipsa lite, quæ est consecutiva dispositioni juris, maxime quando sive nunc, sive tunc lis est inevitabilis, *decision. 54. lib. 9. num. 9. & 10. & decis. 55. n. 3. lib. eodem.*

Licet super jure de futuro judicium fundari non valeat; tamen si tale jus sit jam de præsenti radicatum, & solum in futurum protrahatur executio, atque ex tali jure posset de præsenti fieri alienatio, tunc ad evitandum præjudicium, potest tale jus præventive in judicium deduci, *decision. 54. libr. 9. num. 11. & seqq. 55. num. 7. & 8. & decision. 57. a num. 4. lib. eodem.*

Quoties fideicommissum est & semper, & in omni casu restituendum, tunc nullo modo potest ejus præventivum judicium reddi elusorium, *decis. 54. lib. 9. n. 14.*

Quando conditio, & eventus pendet a mera voluntate, tunc non attenditur ad effectum dicendi, quod judicium possit reddi elusorium, *decis. 54. libr. 9. numer. 16. & decis. 58. n. 3. lib. eodem.*

Quando agitur de conditione non suspensiva, sed resolutiva emolumenti jam quæsiti, & interim super tali emolumento potest evenire damnum fideicommissario, potest iste sibi præcavere præventive agendo, quia præsens status debet attendi non curato de iis, quæ accidentaliter evenire possent ad reddendum judicium elusorium, *decis. 54. lib. 9. num. 17. & 18. & decis. 55. n. 9. & decis. 57. n. 8. & decis. 58. n. 11. & 12. & decis. 59. n. 2. lib. eodem.*

Quomodo autem intelligi debeant, & procedant auctoritates, quæ in hac materia allegari possent in contrarium, *decis. 54. lib. 9. n. 19. & 20.*

Quando ex parte graveti concurrunt jactationes, tunc absque dubio potest fideicommissarius præventive agere pro declaratione sui juris, *decis. 54. lib. 9. num. 21. & decis. 55. num. 4. & decis. 58. num. 14. lib. eodem.*

Idque multo magis procedit, si concurrant alienationes, *decis. 54. lib. 9. n. 22.*

Quoties hæres exhibet cautionem, non est locus judicio præventivo, *decis. 58. lib. 9. n. 6.*

Hoc tamen non procedit respectu Trebellianicæ, *decis. 58. lib. 9. num. 10.*

Jactationum formalis probatio non est necessaria, ubi fuit cumulatum remedium tam legis *diffamari*, quam legis *si contendat*, *decis. 58. lib. 9. n. 15. & 16.*

Jura.

Jurium præservatio facta in partitione nequit obesse quoad expressa, *decis. 2. lib. 3. n. 4.*

Præ-

Præservatio jurium intelligitur quoad alia, quam quoad ea quæ veniunt ex natura actus præjudicialis, *decis.* 5. *lib.* 1. *n.* 7.
Vide Præservatio.
Jus quod quis non habet, in alium transferre non potest, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 6.
Jura regulariter veniunt sub appellatione bonorum, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 4.
Limita, quando de juribus separatim fuit facta mentio, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 5.

Juramentum.

Juramentum nihil operatur, quando fuerunt omissæ solemnitates requisitæ a Statuto pro actus probatione, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 29.
Juramentum suppletorium semper admittitur, quoties constat de credito, sed dubitatur de ejus quantitate, *decis.* 5. *lib.* 8. *num.* 3.

Jurisdictio.

In jurisdictionalibus sufficit paritio verbalis, *decis.* 1. *lib.* 3. *n.* 3. & *decis.* 2. *n.* 2. *lib. eodem.*
Licet omnes Ecclesiæ existentes in sæculari Diœcesi, seculares, & non regulares præsumantur, tamen si cadat probabilis dubitatio, quod aliquæ sint regulares, executor judicari, in quo tribuitur jurisdictio favore Episcopi, non potest generaliter in omnibus Ecclesiis illud executioni demandare, sed debet ad judicem remittere pro cognitione, quænam Ecclesiæ cadant sub judicato; alias dicitur excedere, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 1. & 2. & *decis.* 5. *n.* 4. & 5. *lib. eodem.*
Vicarius Priorum particularium an habeat facultatem erigendi Tribunal, & in specie de Vicariis magni Prioris Castellæ, *decis.* 3. *lib.* 3. *n.* 10. & 11.
Vide Tribunal.
Quænam jurisdictio competat magno Priori Castellæ, recensetur, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 3.
Episcopus habet juris assistentiam pro jurisdictione in omnibus Ecclesiis intra Diœcesim existentibus, *decis.* 5. *n.* 4. *lib.* 3. & *decis.* 19. *n.* 5. & *decis.* 21. *n.* 16. *lib. eodem.*
Causæ matrimoniales, & criminales non subsunt jurisdictioni Prælatorum inferiorum etiam exemptorum, sed debent ab Ordinario cognosci, *decis.* 7. *lib.* 3. *num.* 1. & *decis.* 20. *n.* 13. *lib. eodem.*
Limita, si inferior exemptus habeat privilegium Apostolicum, *decis.* 7. *lib.* 3. *n.* 2.
Ecclesias Parochiales regularium potest Episcopus visitare, & si minus idoneos ministros ad curam animarum reperiat, potest eos amovere, si sunt amovibiles, si autem titulares, suspendere; sed nequit œconomos seculares deputare, nisi prius monitis superioribus religionis, ut intra breve terminum alios deputent ab ipso examinandos, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 10.
Quamnam jurisdictionem habeant superiores religionis Hierosolymitanæ, tam in professos quam etiam in alios addictos servitio; *Vide* in verbo Religio Hierosolymitana.
Consilium, & Constitutio Gregoriana non adimunt a superioribus regularibus jurisdictionem ordinariam vigore suorum privilegiorum, *decis.* 114. *lib.* 3. *n.* 12.
Ex interdictis, & alteri tributa jurisdictione desumitur personarum exemptio, *decis.* 14. *lib.* 3. *n.* 13.
Sacra religio Hierosolymitana nequit impedire Episcopo, Vicariis, aliisque ministris, ne exerceant jurisdictionem ordinariam spiritualem in populum laicum utriusque sexus, Ecclesias, & personas omnes Ecclesiasticas, sæculares existentes in Territorio Prioratuum, *decis.* 15. *lib.* 3. *num.* 1. & *decis.* 16 *n.* 1. *lib eodem.*
An autem sub tali ordinaria jurisdictione comprehendantur ministri familiares equitum, Priores, Coloni, Procuratores, factores, aliique non professi carentes tribus requisitis Concilii, recensentur utrinque opiniones, sed articulus indecisus relinquitur, *decis.* 15. *lib.* 3. *n.* 2. & 3.
Episcopo, ejusque Vicario impediri non potest delegata jurisdictio in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, tam in Ecclesiis regularibus curatis, quam in personis illam exercentibus, *decis.* 15. *lib.* 3. *n.* 4. & *decis.* 16. *n.* 2. *lib eodem.*
Nedum in visitatione, verum etiam extra, *decis.* 15. *lib.* 3. *n.* 5. & *decis.* 16. *n.* 3. *lib eodem.*
Sed cum expressione in omnibus actibus, hoc fieri ex jure delegato, *decis.* 15 *lib* 3. *n.* 6.
Non potest tamen Episcopus ob delegatam jurisdictionem excludere superiorem regularem a cumulativa visitatione earundem Ecclesiarum, & Parochorum, *decis.* 15. *lib.* 3. *numer.* 7.
Nec implicat Ecclesias, vel personas a pluribus superioribus visitari, ab Episcopo scilicet jure delegato, & a superiore regulari Jure ordinario, *decis* 15. *lib.* 3. *n.* 8.
Prædicta tamen cumulativa non ita intelligenda est, ut unus puniendo alterum impediat, sed de compatibili simultanea, quod scilicet uterque, sive prius sive postea, sua jurisdictione uti possit, *decis* 15. *lib.* 3. *n.* 9. & *decis.* 16. *n.* 9. & 10. & *decis* 17. *n.* 3. & *seqq lib eodem.*
Et si forte ex dicta cumulativa jurisdictionum oriretur discrepantia decretorum utriusque superioris, prævalere debent decreta Episcopi, *decis.* 15. *lib.* 3. *num.* 10. & *decis.* 17. *num.* 8. *lib. eodem.*
Delegata jurisdictio prædicta competens Episcopo; tam in visitatione, quam extra locum habet etiam quoad personas professas, & habentes tria requisita, *decis.* 16. *lib.* 3. *num.* 4. & *seqq.*
Cumulativa jurisdictio ea est, ut pluribus competat insolidum, sed totaliter, ut præferatur, qui præoccupavit, *decis.* 17. *lib.* 3. *n.* 2.
Episcopus suam delegatam jurisdictionem potest exercere libere, & absque ulla licentia, & approbatione Prælati inferioris, in Ecclesiis curatis regularibus, *decis.* 17. *lib.* 3. *num.* 2. & 23.
Cum concernentibus curam animarum sua jurisdictio delegata sit major, & dignior ordinaria, *decis.* 17. *lib.* 3. *numer.* 22.
In dubio, an delictum concernat necne curam animarum, spectat ad Episcopum definire salva in casu gravaminis appellatione ad Sedem Apostolicam, *decis.* 17. *n.* 23. *lib.* 3.
Omnia loca ab origine præsumuntur esse in aliqua Diœcesi; & in illa cujus finibus magis adjacent, & circumdatur, maxime quando alius Episcopus non est in causa, *decision.* 19. *lib.* 3. *n.* 1.
Confirmatio Abbatum de jure antiquo competebat Episcopis, in quorum Territorio, & Diœcesi erant sita monasteria, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 2.
Accessio regularium ad Synodum Diœcesanam indicat, quod monasterium est situm in Diœcesi, *decision.* 19. *lib.* 3. *numer.* 3.
Episcopus pro exercenda jurisdictione debet probare situationem, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 4.
Ex sola juris assistentia oriente a situatione in propria Diœcesi debetur Episcopo quoad jurisdictionem manutentio, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 6. & 7. & *decis.* 21. *n.* 16. *lib. eodem.*
Fortius si Episcopus doceat de actualis jurisdictionis possessione, *decis* 19. *lib.* 3. *n.* 8.
Non est necesse, ut Episcopus probet actus jurisdictionis factos fuisse cum scientia, & patientia Prælati inferioris, ac acquirendam manutentionem, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 9.
In concursu actuum jurisdictionalium hinc inde magis sunt attendendi facti ab Episcopo ob ejus juris assistentiam, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 10.
De jure solus Episcopus habet territorium in tota sua Diœcesi, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 1.
Prælati inferiores adversus Episcopum nequeunt habere territorium separatum, nisi ex privilegio Apostolico, vel legitima præscriptione, *decis.* 20. *lib.* 3. *n.* 2.
Et privilegium ad prædictum effectum debet esse clarum, alias non suffragatur, *decis.* 20. *lib* 3. *n.* 3.
Possessor in exercitio jurisdictionis est manutenendus, & possessio antecessoris suffragat etiam successori, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 1. & 2.
Visitationes, cum sint actus ad ordinariam jurisdictionem specifice pertinentes, satis probant jurisdictionis possessionem, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 3.
Jurisdictio Episcopi probatur ex processibus, sententiis, præceptis, mandatis, atque edictis contra subditos, *decis.* 22. *lib.* 3. *num.* 4.
Possessio jurisdictionis justificatur ex obedientia præstita, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 7.
Actus, qui citra jurisdictionem, & superioritatem fieri non poterant, eam necessario convincunt, *decis.* 21. *lib.* 3. *numer.* 8.
Jurisdictionem delegatam in aliquo loco acceptans, fatetur non habere ordinariam, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 9.
Ex enunciativis probatur, quod aliquis locus sit de tali Diœcesi, & Episcopo subsit, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 10. & 19.
Item ab executione Brevium eidem Episcopo directa, & si quando alia fuit injuncta ex ordine, quod registretur in Tribunali ejusdem Episcopi, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 11.
Ad acquirendam possessionem jurisdictionis unicus actus sufficit, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 12.
Possessio continuata cum titulo expressæ Diœcesanæ referri non potest ad jurisdictionem metropoliticam, *decis.* 21. *lib.* 3. *num.* 15.
Sola assistentia juris non sufficit ad obtinendam manutentionem in exercitio jurisdictionis, quando alter est in possessione, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 17.
Et maxime si agatur in judicio mere possessorio cum suspensione petitorii, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 18.
Territorium Massanense pertinebat ad Ecclesiam Surrentinam, etiam quoad temporale dominium, sed fuit dismembratum, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 21.
Episcopo possidenti Territorium dismembratum incumbit onus probandi, locum controversum in eo fuisse comprehensum, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 22.
Et interim est manutenendus alter, qui habet Territorium, a quo supponitur, quod facta fuerit dismembratio, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 24.
Episcopus in Ecclesia Cathedrali regulari gerit vices Abbatis, & utramque potestatem Episcopalem, & Abbatialem habet, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 1.
Ideoque ipse solus potest punire delicta in excessibus gravibus commissa a regularibus, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 2.
Capitulum nequit pœnam correctionalem Canonicis regularibus injungere, quando Episcopus est Abbas, & caput etiam regulare ipsius Capituli, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 10.
Ex quo Capitulo fuerit concessa limitata facultas corrigendi in ex-

In excessibus levibus; oritur exceptio quoad casus graves, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 11.

Capitulum non potest nec correctionaliter mulctare Canonicos, nisi speciale privilegium ostendat, cum talis jurisdictio sit in Episcopo, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 13.

Episcopus habens unitam jurisdictionem Abbatialem, illam exercere velet quocunque modo, etiam in concernentibus disciplinam regularem, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 14.

Jus.

Jus oritur ex facto; *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 1.

Jus accrescendi.

Quando res est unica; & relicta duobus sub unica oratione; dicuntur isti inter se conjuncti re, & verbis, *decis.* 66. *lib.* 10. *num.* 22.

Et virtute talis conjunctionis datur jus accrescendi, seu non decrescendi, itaut uno deficiente tota res maneat penes alium, *decision.* 66. *lib.* 10. *n.* 13.

Jus accrescendi lorum sibi non vindicat post quæsitum emolumentum, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 15.

Limitatur conclusio, vel quando res non solum fuit relicta pluribus legatariis, sed etiam eorum filiis, & descendentibus, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 17.

Vel quando testator consideravit plures legatarios per modum unius lineæ, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 18.

Vel quando habuit rem legatam pro individua, & omnes sunt legatarii insolidum, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 19.

Jus pascendi.

Si sit prohibitum laicis in Territorio pascere; est etiam prohibendum Ecclesiasticis, ne laici cogantur bona habere subjecta damnis Ecclesiasticorum, & isti sint exempti, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 2.

Ordinatio, quod ad evitanda damna animalia sint pascenda in certo loco, cum non tollat in totum jus pascendi, ligat etiam clericos, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 4.

Ex prohibitione pascuorum in locis damno obnoxiis oritur permissio pascendi in montaneis, in quibus damnum timeri nequit, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 8.

Jus pascendi in bonis propriis, tanquam jure naturali cuicunque competens, tolli nequit de ordinaria potestate, etiam a Principe, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 9.

Limita, si concurrant utilitas publica, & scandalorum amotio, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 10.

Item limita, si jus tantummodo modificetur, vel restringatur; & compensetur cum aliis bonis *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 11.

In materia pascuorum potest imponi pœna adversus contravenientes, quæ damnum superet, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 12.

Ac etiam valet ipsa pœna exigi, ubi nullum probetur damnum, cum non ratione istius, sed ratione contemptus exigatur, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 13.

In Territoriis satis vineatis, & olivatis, nec post collectas segetes permissum est animalia mittere ad pascendum, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 14.

In quolibet Territorio reservari solet etiam adversus Ecclesiasticos aliqua pars, ut assidati valeant in accessu, & recessu oves pascere, & macellarii animalia retinere, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 17.

Quando ordinatio indicta pro laicis de animalibus in Territorio non pascendis esset ad Ecclesiasticos extendenda, debet ordinari, ut causas contravenientium cognoscat judex Ecclesiasticus & mulcta applicatur locis piis, *decis.* 2. *lib.* 4. *n.* 18.

Juspatronatus.

Episcopus non potest alterare naturam, & qualitatem fundationis, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 16.

Juspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reservationibus Apostolicis, *decis.* 29. *lib.* 12. *n.* 9.

Quando fundator non est certus, vel sibi expresse aut tacite jus præsentandi non reservavit, hoc spectat ad Ordinarium, *decis.* 31. *lib.* 12. *n.* 30.

Jus quæsitum.

Juri quæsito solet Papa ex justitia, & æquitate derogare; *decis.* 21. *lib.* 5. *n.* 12.

Regulæ de jure quæsito non tollendo, non est necessaria expressa derogatio, quando agitur de gratia ex sui natura præjudiciali, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 5 & *decis.* 3. *n.* 7. *lib. eodem.*

Etiamsi agatur de re non consecutive, sed directe præjudiciali; quando præjudicium non venit ex narratis, sed ex natura actus, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 6.

Et tali casu præjudicium non est metiendum ab una, vel altera dispositionis & gratiæ parte, sed ab omnibus simul sumptis, *decis.* 11. *lib.* 13. *n.* 7.

L

Laudemium.

EX emphyteusi perventa ad manus mortuas absque spe ulterioris devolutionis, debentur loco laudemii quindennia, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 1. & *decis.* 19. *lib. eodem*, *n.* 1.

In qualibet nova investitura laudemium commensurari debet, etiam habito respectu ad melioramenta facta in re emphyteutica, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 2.

Intellige, quando res emphyteutica in tertium alienatur, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 4.

Secus autem, quando proceditur per viam renovationis, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 5. & *decis.* 19. *n.* 2. *lib. eodem.*

Et id quoque militat in statuenda quantitate quindenniorum, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 6. & *decis.* 19. *n.* 3. & 7. *lib. eodem.*

Laudemium in tantum de melioramentis solvitur, in quantum ratione directi dominii acquiruntur domino fundi, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 10.

Unde si melioramenta consistunt in Æde Sacra vel Ecclesia, quæ solo cedere non possunt, ex eis nullum debetur laudemium, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 11. & *decis.* 19. *n.* 14. *lib. eodem.*

Si res vendita fuit tanquam libera, vel empta vigore retractus tunc ad regulandum laudemium debet deduci illud plus, in quo vel attenta supposita libertate, vel ratione retractus fuit appretiata, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 12.

Laudemium calculari debet ad mensuram veræ æstimationis, hoc est deducto quolibet onere, & extraneo augmento valoris, *decis.* 18. *lib.* 4. *n.* 13.

Laudemium, seclusa contraria consuetudine, suam habet mensuram statutam in l. ne avaritia, C. de jur. emphyt. *decis.* 19. *lib.* 4. *n.* 5.

Quindennia nil aliud sunt, quam ipsum laudemium determinato tempore cujuslibet decimiquinti anni solvendum, *decis.* 19. *lib.* 4. *num.* 4.

Ideoque cum ipso laudemio commensurantur, *decis.* 19. *lib.* 4. *n.* 6.

Nec de jure, neque ex consuetudine cavetur, quod quindennia solvi debeant etiam pro melioramentis, *decis.* 19. *lib.* 4. *n.* 10. & 12.

Quidquid practicatur in quindenniis Cameræ Apostolicæ debitis; practicari quoque debet in quindenniis subrogatis loco laudemii, *decision.* 19. *lib.* 4. *n.* 13.

Onus laudemii est odiosum, & non extenditur ultra casum scriptum, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 1.

Laudemium debetur domino pro consensu, labore, ac possessione tradenda novo emphyteutæ, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 2.

Laudemium non debetur ex translatione, seu venditione canonum subalternorum, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 3. & 5.

Neque debetur ex impositione census super re emphyteutica, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 3. & 5.

Ex venditione melioramentorum in tantum debetur laudemium, in quantum ista sunt rei emphyteuticæ, & possidentur; secus autem in alienatione subcanonum, quæ nullatenus respicit dominium utile, neque possessionem rei emphyteuticæ, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 4. & 5.

In alienatione quam facit secundus emphyteuta, an sit solvendum laudemium primo emphyteutæ, vel domino directo. *Vide* remissive, *decis.* 20. *lib.* 4. *n.* 6.

Laudum.

Ad hoc ut laudum possit reduci ad arbitrium boni viri, debet probari clara injustitia, itaut concurrente dubietate standum sit laudo, *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 26.

Et sibi imputet, qui cum posset adire judicem, arbitros elegit, eorumque judicio stare promisit, *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 27.

Legatarius.

Legatarius adinstar fideicommissarii tenetur capere possessionem de manu hæredis, *decis.* 37. *lib.* 10. *n.* 2.

Legatarius portionis hæreditatis habetur loco successoris universalis, & pro rata in eum transeunt jura activa, & passiva, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 20.

Licet legatarius admittatur ad probandam voluntatem testatoris, tamen id non procedit, quando agitur de probando legato contra hæredem, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 11.

Legatum in genere.

Legatum onerosum ex sola taciturnitate non dicitur acceptatum; *decis.* 22. *lib.* 6. *n.* 3.

Minusque ex scientia præsumpta, *decis.* 22. *lib.* 6. *n.* 4.

Legata peti possunt etiam caducato testamento, quando hæres per contractum se, & hæredes ad solutionem obligavit, *decis.* 5. *lib.* 7. *n.* 16. & *decis.* 9. *n.* 12. *lib. eodem.*

Licet legatarius admittatur ad probandam voluntatem testatoris; tamen id non procedit, quando agitur de probando legato contra hæredem, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 11.

Legata, & fideicommissa possunt fieri per nutus, *decis.* 12. *lib.* 9. *n.* 1.

Legata contenta in testamento nitido, & claro; debent omnino executioni demandari, *decis.* 14. *lib.* 9. *n.* 2.

Legata annua debent solvi ab usufructuario, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 18.

Legatum factum filio, an & ex quibus censeatur relictum ipsius filii, & non patris contemplatione, *decis.* 35. *lib.* 9. *per totam.*

Rota legatis non tribuit viam executivam, & si mandatum sit ab A. C. relaxatum, respondet tantum mandatum esse justum, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 1. & 2. & *decis.* 45. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 2. & *decis.* 6. *n.* 1. *lib. eodem*, & *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 7.

Idque juxta antiquum stylum procedebat, etiam si causa esset commissa cum clausula *si quid exequendum*, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 3. & *decis.* 6. *lib.* 11. *n.* 2. & *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 10.

Juxta vero stylum moderniorem, quando causa est commissa

cum dicta clausula, rescribit pro executione, quando mandatum est validum, & justum, *decis.* 14. *lib.* 9. *n.* 1. *&* *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 11.

Si vero causa esset commissa cum clausula *qui ad ulteriorem*, tunc Rota rescribit pro ulteriori executione, *decis.* 1. *lib.* 15. *n.* 8. *&* 9.

In legatis Piis etiam Rota admittit viam executivam, quando constat de justitia mandati ad A. C. relaxati, *decis.* 45. *lib.* 10. *n.* 2.

Legatum, cujus possessio est nulliter capta, dicitur adhuc vacare, *decis.* 37. *lib.* 10. *n.* 1. *& seqq. et decis.* 38. *n.* 4. *et decis.* 39. *n.* 1. *lib.* 9.

Legatum etiam si sit relictum jure institutionis, non facit aliquem hæredem, nec immutat propriam naturam, quando alter est datus hæres universalis, *decis.* 62. *lib.* 9. *n.* 10.

Legatum factum in testamento favore creditoris importat debiti confessionem, quando non agitur contra alios creditores, sed contra hæredes, & maxime si concurrat expressio causæ, & declaratio summæ, cum aliis facti circumstantiis, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 2. *et decis.* 6. *n.* 7. *lib. eodem.*

Actio petendi legatum, seu debitum in testamento confessum oritur tantum a die aditæ hæreditatis, & ab ea die incipit currere præscriptio, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 3. *et decis.* 6. *n.* 12. *lib. eodem.*

Legatum dicitur solum deberi a die obitus testatoris, *decis.* 33. *lib.* 11. *n.* 15.

Si legatum sit factum cum certa causa, cessante causa, cessat legatum, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 2.

Legatum semper præsumitur relictum intuitu oneris, quod ei adjicitur, *decis.* 14. *lib.* 11. *n.* 3.

Causa finalis legati semper dicitur ea, quæ respicit utilitatem tertii, & non legatarii, *decis.* 11. *lib.* 11. *n.* 4.

Si res legata sit totaliter implicanda in opus destinatum, tunc non potest dici, quod legatum respiciat utilitatem, & commodum legatarii, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 5.

Pro legato competit hypotheca, tam ex dispositione legis, quam ex præsumpto judicio testatoris, *decis.* 17. *libr.* 11. *n.* 1. *et* 2.

Competitque utilis serviana, *decis.* 17. *lib* 11. *n.* 3.

Etiamsi agatur contra tertium possessorem, *decis.* 17. *lib.* 11. *numer.* 4.

Et talis hypotheca datur etiam pro legato ordinato ad construendum monumentum, pro quo licet non competat actio, sed solum officium judicis, tamen etiam officio judicis convenit compulsio realis, *decis.* 17 *lib.* 11. *n.* 5. *et seqq.*

Sub hac hypotheca non cadunt res, quas testator speciali affectione prosequebatur, & quas verisimiliter non fuisset obligaturus, *decis.* 17. *lib.* 11. *n.* 9.

Contrarium est verius, ubi agitur de relictis in testamento, quia cum tunc hypotheca non sit exercibilis, nisi post obitum testatoris, nulla potest considerari amplius affectio, *decis.* 17. *lib.* 11. *n.* 10.

Pro legatis non censetur, quod testator voluerit gravare bona hæredis, etiamsi dixerit *onero hæredem meum*, quia intelligitur de onere restricto ad bona hæreditaria, *decis.* 17. *libr.* 11. *n.* 11. *et* 12.

Legatum venit appellatione fideicommissi, *decis.* 33. *lib.* 11. *num.* 17.

Legatum relictum pauperi an, & quando debeatur, & quomodo probetur ad hunc effectum paupertas, & alia ad materiam. *Vide decis.* 11. *lib.* 11. *per totam.*

Legatum relictum pauperibus proximioribus, si fuerit remotioribus distributum, non potest proximior præstationes distributas prætendere, nisi comparendo, & petendo constituerit hæredem in mala fide, *decis.* 12. *libr.* 11. *n.* 2. *et* 3.

Legatum quoad acceptationem.

Legatum onerosum ex sola taciturnitate non dicitur acceptatum; *decis.* 22. *lib.* 6. *n.* 3.

Neque ex scientia præsumpta, *decis.* 22. *lib.* 6. *n.* 4.

Continuans in possessione rei legatæ videtur injunctum onus acceptasse, itaut illud amplius rejicere nequeat, *decis.* 7. *lib.* 11. *n.* 2.

Procedit conclusio, quando emolumentum legati excedit onus ei injunctum; secus autem quando incertum est, an utilitas præponderet onari, vel quando aperte dignoscitur legatum damnosum; nam hoc casu requiritur vera, & specifica acceptatio; nec sufficiunt nec scientia, nec acquiescentia, nec actus dubii, *decis* 7. *lib.* 11. *n.* 3. *et decis.* 8. *n.* 2. *lib. eodem.*

Et actus possessionis, si potest referri ad alium titulum, nempe condominii, multo minus inducere valet acceptationem legati, *decis.* 7. *lib.* 11. *n.* 4.

Acceptans legatum sibi relictum, pro omni, & toto eo inducit compensationem, & credita amplius petere non potest, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 1.

Ex locatione rei legatæ probatur legati acceptatio, *decis.* 8. *libr.* 11. *n.* 5.

In legato utili, & lucroso in aliqua parte, ex sola scientia, & retentione rei legatæ inducitur acceptatio, licet sit etiam in parte onerosum, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 1.

Legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, *dec.* 10. *lib.* 11. *n.* 13.

Per acceptationem legati facti pro omni, & toto eo &c. legatarius non sibi præjudicat quoad successionem debitam in bonis alterius quam testatoris, *dec.* 25. *lib.* 11. *n.* 19.

Legatum factum ad favorem Ecclesiæ, & operis pii, præsumitur acceptatum a Deo absque ulla humana stipulatione, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 13.

Intellige de legato mere lucrativo, non de correspectivo, & oneroso, *dec.* 10. *lib.* 11. *n.* 14.

Legatum annuum.

In legato annuo oneroso annualitates præteritæ peti non possunt, si onus adjectum per legatarium adimpletum minime fuit, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 1.

Non procederet conclusio, si non implementum proveniret ex culpa hæredis, *dec.* 10. *lib.* 11. *n.* 7.

Excluditur tamen culpa hæredis, si legatarius pertinaciter litigare voluit super acceptatione, & viribus legati, *dec.* 10. *lib.* 11. *n.* 9.

Si legatum annuum non fuit a legatario agnitum, & acceptatum annualitates præteritæ non debentur, *dec.* 10. *lib.* 11. *numer.* 11.

Nec instant regulæ, quando legatum recta via transeat in legatarium, quodque fructus legati debeantur a die obitus testatoris, quia istæ procedunt, quando legatum fuit acceptatum, *dec.* 10. *lib.* 11. *n.* 12.

Si legatum sit pium, tunc licet annualitates decursæ legatario non debeantur, quando onus non adimplevit, tamen hæres adimplere omnino tenetur; ideoque onera in præteritum omissa poterunt in futurum suppleri, *dec.* 10. *lib.* 11. *n.* 15.

Et in specie de legato annuo missarum, *dec.* 1. *lib.* 11. *n.* 11. *et dec.* 2. *n.* 8. *et dec.* 10. *n.* 15. *lib. eodem.*

Ex legato annuo distribuendo proximioribus, nequit proximior annualitates decursas, & remotioribus distributas prætendere, si ipse tacuit, & petendo non constituit hæredem in mala fide, *dec.* 12. *lib.* 11. *n.* 2. *et* 3.

Legata annua debent solvi ab usufructuario, *dec.* 18. *lib.* 9. *numero* 18.

Legata annua debent solvi in principio cujuslibet anni, vel saltem de semestre in semestre anticipate, *decision.* 15. *libr.* 11. *num.* 1.

Limita, si concurrat contraria voluntas testatoris; nam hæc suadente postieipate solvi possunt, *dec.* 15. *lib.* 11. *n.* 2. *et* 3.

Talis autem præsumitur mens testatoris, si in hæreditate non adessent fructus, & reditus qui anticipate colligerentur, & exigerentur, & ipse demandavit, ut legata solverentur ex fructibus, *dec.* 15. *lib.* 11. *n.* 4. *et* 5.

Etiamsi testator eandem quantitatem legatam, dum vixit, anticipate solvisset, tamen inde non desumitur conjectura pro uniformi solutione facienda etiam post mortem, quando ejus voluntas dignoscitur diversa, *dec.* 15. *lib.* 11. *n.* 7. *et* 8.

Legatum conditionale.

In legatis conditionalibus tunc dicitur eorum dies cedere, quando conditio advenit, & adimpletur, & conditio suspendit illius acquisitionem, *dec.* 37. *lib.* 10. *n.* 5.

Ætas adjecta substantiæ legati facit conditionem, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 1.

Et dicitur adjecta substantiæ, quoties sub una eademque periodo legatum, & ætas continetur, *dec.* 3. *lib.* 11 *n.* 2.

Et maxime si ætas præcedat legatum, & sit concepta per ablativum absolutum, & concurrat alia conditio negativa, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 3. *et* 4.

Et etiamsi ex post legato sit adjecta qualitas honorabilis institutionis, dummodo id sit actum in diversa oratione, & postquam substantia legati jam erat perfecta, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 5. *et seqq.*

Favore filiorum ætas intelligitur adjecta executioni, & non substantiæ, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 10.

Contrarium, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 11.

Tunc favor filii esset considerabilis, quando esset in concursu extranei, secus in concursu alterius sibi primogeniti, & magis dilecti, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 13.

Ætas non dicitur adjecta ad favorem filiorum, quando excedit terminum minoritatis, & maxime si interim fructus, & eventualiter dependentes a morte civili legatarii cadere debent ad commodum hæredis, *dec.* 1. *lib.* 11. *n.* 14. *et* 15.

Etiam si legatum sit relictum jure institutionis, & pro legitima, tamen id non tollit, quin possit esse conditionale, quando testator est usus cautela Soccini, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 15. *et* 16.

Reciproca substitutio inter filios non est conjectura apta ad suadendum, quod legatum non sit conditionale, quando non percutit ipsum legatum, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 19. *et* 20.

Conjecturæ adductæ ad suadendum, quod legatum sit purum, non attenduntur, quando concurrunt aliæ ostendentes, illud esse conditionale, *dec.* 3. *lib.* 11. *n.* 23.

Et quænam sint istæ conjecturæ, *dec.* 3. *lib.* 11. *post n.* 13.

Legatum conditionale per mortem legatarii ante eventum conditionis caducatur, & non transmittitur, *decis.* 14. *libr.* 11. *num.* 1.

Legatum dotis conditionale transmittitur, quando dos succedit loco legitimæ, *dec.* 24. *lib.* 10. *n.* 10. *et decis.* 25. *numer.* 14. *lib. eodem.*

Et procedit conclusio non solum in legato dotis, sed etiam augmenti, *dec.* 14. *lib.* 11. *n.* 4.

Requiritur tamen, quod sit verum augmentum, & datum cum tali præservativa, ut licet conditionaliter relictum, pure debeatur, ex quo superadditum fuit doti pure debitæ, *decis.* 14. *lib.* 11. *n.* 5.

Tale

Tale autem dici nequit; quando fuit relictum in diversa parte testamenti, ac sub diverso modo, & forma, sub qua non fuit relicta dos, *decis.* 14. *lib.* 11. *n.* 7.

Legatum dotis in ea parte, in qua excedit legitimam, potest conditione gravari, itaut non sit transmissibile, *decis.* 14. *lib.* 11. *n.* 8.

Legatum factum creditori.

Legatum usufructus relictum uxori, non censetur relictum in compensationem dotis, quando legatum fuit factum ultra dotem, *decis.* 13. *lib.* 11. *n.* 1.

Legatum pingue factum a marito uxori, censetur factum animo compensandi cum dote, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 20.

Ex dilectione, quam testator erga uxorem demonstravit, oritur conjectura exclusiva compensationis, *decis.* 13. *lib.* 11. *n.* 5. ubi ex quibus dilectio desumatur.

Legatum pium.

Ex legato relicto pro construendo monasterio, vel alio opere pio, licet ex aliquo impedimento constructio, & perfectio fieri non potuit, tamen fructus medii temporis sunt pro monasterio, & opere pio reservandi, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 56.

In legatis piis etiam Rota admittit viam executivam, *decision.* 45. *lib.* 10. *n.* 2.

Legata pia cum onere missarum, aut simili, sive sint relicta ad favorem alicujus religionis incapacis, itaut ad ejus commodum non sustineatur, sive quocunque modo non fuerint acceptata, tamen debent omnino ab hærede adimpleri, *decis.* 2. *lib.* 11. *num.* 11. *& seqq. & decis.* 2. *n.* 10. *& seqq. & decis.* 10. *n.* 15. *lib. eodem.*

Ex pluribus legatis pii, si omnes nequeant cum redditibus adimpleri, debent potius exequi ea, quæ testator prius solvi, & satisfieri mandavit, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 17.

Legatum factum ad favorem Ecclesiæ, & operis pii, præsumitur acceptatum a Deo absque humana stipulatione, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 13.

Intellige de legato mere lucrativo, non correspectivo, & oneroso, *decis.* 10. *lib.* 11. *n.* 54.

Legata ordinata pro construendis sepulchris, dicuntur legata pia, *decis.* 17. *lib.* 11. *n.* 8.

Pro legatis piis multo magis competit hypotheca, *decis.* 17. *lib.* 11. *n.* 7.

Legitima in genere:

Legitima comprehenditur sub dispositione generali facta per viam ultimæ voluntatis. *decis.* 7. *lib.* 2. *n.* 4.

Maxime quando in aliis bonis dispositio verificari nequit; *decis.* 7. *lib.* 2. *n.* 5.

Filius magis gravatus, quam honoratus in testamento paterno, potest, licet sit hæres, legitimam deducere, *decis.* 30. *lib.* 6. *num.* 26.

Legitima relinqui non potest in fructibus, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 10.

Matri etiamsi binubæ præteritæ in testamento filii, in quo extraneus fuit institutus, debetur legitima, *decis.* 38. *lib.* 9. *n.* 1.

Talis autem legitima an debeatur super bonis donatis contemplatione primi matrimonii, *decis.* 38. *lib.* 9. *a n.* 2. *& Vide* Legitima super quibus bonis debeatur.

Filius si constituat novum fideicommissum super aliqua re obnoxia restitutioni, censetur illam in suam legitimam elegisse, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 1.

Jus petendi legitimam transmittitur etiam ad hæredes extraneos, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 2. *& decis.* 49. *n.* 5. *lib. eodem.*

Legitima non potest prætendi in uno tantum corpore meliori, sed est sumenda a qualibet gleba, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 6.

Legitima debetur filio in bonis matris, *decis.* 44. *lib.* 9. *n.* 1.

Actio dandi de inofficiositate donationis, ex quo non superstit legitima, non præscribitur per lapsum quinquennii, *decis.* 44. *lib.* 9. *n.* 2. *& seqq.*

In bonis aviæ nepotibus debetur legitima, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 1.

Debita sunt ante legitimam detrahenda, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 3. *& decis.* 71. *n.* 2. *lib. eodem.*

Legitima detrahitur ante lucrum dotale, debitum secundo, & ulteriori viro, neque in hoc resistit Statutum urbis, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 21. *& seqq.*

Legitima detrahitur ante legata, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 20.

Pro legitima relicta in testamento competit remedium immissionis, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 2.

Quando non fuit relicta in testamento, non competit dictum remedium, *decis.* 47. *lib.* 9. *n.* 2. *& decis.* 48. *n.* 1. *lib. eodem.*

Intellige, quando petitur contra voluntatem testatoris, ut quia sit prohibita; secus autem si testatoris voluntas non resistat, *decis.* 47. *lib.* 9. *n.* 4.

Quando legitima fuit relicta in pecunia, nec minus debetur immissio ad corpora hæreditaria, *decis.* 48. *lib.* 9. *n.* 2. *&* 3.

Patri præterito, & per clausulam codicillarem obligato restituere competit detractio legitimæ per querelam inofficiosi, *decis.* 51. *lib.* 9. *n.* 12.

In generali renuntiatione, seu donatione nunquam venit legitima, nisi de ea fiat specialis mentio, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 1.

Idque procedit, sive agatur de legitima delata, sive de deferenda, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 2.

Legitima fratribus solum debetur; quando fuit instituta turpis persona, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 2.

Legitima est prius detrahenda quam Trebellianica, quando Trebellianica est detrahenda ab extraneo; *decis.* 67. *lib.* 9. *num.* 1.

Item detrahitur ante legata relicta extraneo, non habenti ullum jus succedendi, *decis.* 67. *lib.* 9. *n.* 2. *& decis.* 68. *n.* 29. *lib. eodem.*

Ubi vero detractio Trebellianicæ, & legatorum fieri debet ab eo, qui esset testatori ab intestato successurus, tunc ista prius, & subinde legitima detrahi debent, *decis.* 67. *lib.* 9. *n.* 3. *& seqq. & decis.* 68. *n.* 30. *& decis.* 70. *n.* 10. *lib. eodem.*

Rejiciuntur Doctores contrarium sentientes, *decis.* 67. *lib.* 9. *num.* 6.

Et conclusio procedit tam in relictis titulo particulari, quam in eo quod capitur jure, & titulo universali, *decis.* 67. *lib.* 9. *n.* 7. *& seqq.* ubi reprobantur, qui hanc opinionem impugnant.

Si legata sint relicta fratribus, vel sororibus, sed tamen isti ea capiant non tanquam portionem consuccessionis, tunc est ac si extraneis relicta forent, & detrahuntur post legitimam, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 31. *decis.* 70. *n.* 11. *lib. eodem.*

Similiter si legatum esset adeo pingue, quod portionem ab intestato debitam excederet, tunc in excessu deduceretur post legitimam, *decis.* 60. *lib.* 9. *n.* 11.

Legitima nepoti in bonis avi tunc debetur, quando pater prædecessit; secus si iste adhuc vivat, *decis.* 71. *lib.* 10. *num.* 4. *&* 5. *& decis.* 72. *n.* 1. *lib. eodem.*

Qui prætendit legitimam ex alterius persona, tenetur concludenter probare, quod sit illius hæres, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 5. *& decis.* 72. *n.* 1. *lib. eodem.*

Legitima est detrahenda ex bonis hæreditariis patris, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 8.

Ideoque non censetur consumpta, vel prælecta in alienatione bonorum emphyteuticorum, quæ non sunt hæreditaria patris, *decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 9. *& decis.* 72. *n.* 4. *lib. eodem.*

Limita tamen si bona essent redacta ad instar allodialium, *decision.* 71. *lib.* 10. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 72. *num.* 8. *lib. eodem.*

Legitima est portio successionis, & dicitur quota hæreditaria, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 18.

Mater quæ est exclusa a legitima, non dicitur reintegrata ex aliquo relicto facto per filium, sed capere tantum potest id quod ei relinquitur, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 8.

Legitima an; & quando sit tertia tertiæ, vel tertia totius.

Quando ob præteritionem ascendentis testamentum contratabulatur, & vigore clausulæ codicillaris est facienda restitutio hæredi scripto, si concurrant vel fratres, vel sorores defuncti, quibus in restitutione nil aliud debetur nisi Trebellianica; an hoc casu legitima ascendentis sit tertia tertiæ, vel tertia totius, rationes pro opinione, quod sit tertia tertiæ recensentur, *decis.* 68. *lib.* 9. *a n.* 1. *ad* 9.

Sed contrarium, quod sit tertia totius plenissime firmatur, *decis.* 68. *lib.* 9. *a n.* 10. *& per totam, & decis.* 69. *per totam, & decis.* 70. *per totam, lib. eodem.*

Quando simul cum ascendente succedunt fratres vel sorores utrinque conjunctæ, tunc legitima ascendentis est tertia tertiæ, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 2. *&* 4. *& n.* 10. *& seqq. & decis.* 70. *n.* 2. *&* 3. *lib. eodem.*

Neque in hoc repugnat *text. in Auth. de trient. & semiss.* Quia in eo fuit solum aucta legitima a tribus ad quatuor unciis, quando vel ascendentes, vel descendentes de per se succedunt, sed nihil innovatum, quando una cum ascendentibus concurrunt fratres, vel sorores, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 3. *& decis.* 70. *n.* 1. *&* 2. *lib. eodem.*

Vigore prædicti *Text.* legitima est semper invariabilis in ratione universali, & collectiva omnium consuccedentium: variabilis vero in ratione particulari, & distributiva singulorum, qui succedunt; unde si fratres non succedant, remanent omnes quatuor unciæ pro ascendente, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 23. *& seqq.*

Quarta debita fratri quando fuit instituta turpis persona efficit, quod legitima matris sit duntaxat tertia tertiæ, *decis.* 68. *lib.* 9. *num.* 9.

Contrarium firmatur, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 36. & explicatur conclusio, *decis.* 69. *n.* 12. *lib. eodem.*

Ad hoc autem ut per concursum fratrum legitima ascendentis minuatur ad tertiam tertiæ, requiritur, quod fratres actualiter & cum effectu succedant; quia diminutio fit ad eorum favorem, & commodum, non autem debet redundare in commodum extranei, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 14. *& seqq. & decis.* 69. *n.* 2. *& seqq. & decis.* 70. *n.* 5. *lib. eodem.*

Ideoque quando successio ex testamento se habet eodem modo, & forma, quo se habuisset successio ab intestato; tunc etiam in successione testamentaria legitima ascendentis minuitur ad tertiam tertiæ; secus autem si fratres ex testamento, prout ab intestato non caperent, *decis.* 68. *lib.* 9. *num.* 17. *et* 26. *et seqq. et. decis.* 69. *num.* 5. *et* 6. *et decis.* 70. *num.* 6. *et* 18. *cum seqq. lib. eodem.*

Legitima ascendentis minuitur tantum habita ratione ad id; quod fratres vere, & realiter capiunt, & hoc sive capiant ex titulo particulari, sive universali, *decis.* 69. *lib.* 9. *n.* 8. *et decis.* 70. *n.* 9. *lib. eodem.*

Pro diminuenda legitima ascendentis habetur tantum ratio de portione emolumenti, quam fratres realiter capiunt, &

pro dicta rata, duntaxat fit proportionabilis diminutio: unde regula est, quod legitima ascendentis sit tertia ejus, quod fratres non capiunt, dummodo non sit minus tertiæ, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 18. & 35. & *decis.* 69. *num.* 7. & *decis.* 70. *n.* 7. & 20. *lib. eodem.*

Atque hinc fit, quod si fratres non succedant in integra virili, sed aliquam minorem portionem tantum capiant, & reliquum restituant hæredi scripto in testamento contratabulato, hoc casu minuatur legitima ascendentis respectu ejus portionis, quam fratres actualiter retinent, cum in alia portione restituta remaneant hæredes puri nominis, & sine effectu, ideoque non dicantur cum ascendente concurrere, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 20. & *seqq.* & *n.* 33. & *decis.* 69. *n.* 6. & *decis.* 70. *n.* 15. & *n.* 21. & *seqq. lib. eodem.*

Vigore authenticæ de trience, & semisse, legitima ascendentis erat tertia totius, quia fratres non concurrebant per Auth. defuncto, fuerunt fratres admissi ad consuccessionem; & ita diminuta legitima ascendentis ad tertiam tertiæ; sed ubi termini hujus posterioris authenticæ non retineantur, quia fratres non succedunt actualiter, tunc remanent illibata jura vetera, nec legitima ascendentis minuitur, *decision.* 68. *lib.* 9. *num.* 28.

Quando testator institutis hæredibus avo, & fratribus eos gravat onere restitutionis, tunc legitima avi, quæ sub fideicommisso non cadit, est tertiæ, *decis.* 69. *lib.* 9. *n.* 10. & *decis.* 70. *n.* 26. *lib. eodem.*

De hac conclusione dubitatur, *decision.* 70. *lib.* 9. *n.* 27.

Sed quatenus esset vera, intelligi debet, si fideicommissum eis injunctum sit conditionale, in quo respectu fratrum gravatorum verificatur verus & effectivus titulus hæreditarius; secus autem in fideicommisso puro, ubi effectus veræ successionis non habetur, *decis.* 69. *lib.* 9. *n.* 11. & *decis.* 70. *n.* 78. *lib. eodem.*

Quando una cum ascendente succedunt extranei, tunc semper legitima est tertia totius, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 4.

Si Statutum excludat matrem a successione in concursu fratrum, reservata solum legitima, tunc legitima matris est tertia tertiæ. *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 5. & *seqq.*

Si autem Statutum excluderet matrem etiam ad favorem fratrum consanguineorum, tunc in istorum concursu legitima matris est tertia totius, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 7.

Si una cum fratribus ad successionem concurrant etiam extranei tunc legitima matris est tertia totius portionis, quam fratres non capiunt, dummodo non sit minor tertia tertiæ, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 7. & 24.

Et in hac successione mixta cum extraneo, si frater declaret nolle facere partem matri in diminutione legitimæ, tunc ista remanet in tertia totius, & hoc licet frater jam adivisset, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 8.

Legitima filii est tantum tertia tertiæ, quando ad successionem testamentariam concurrunt etiam ejus sorores, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 10.

Esset autem tertia totius, si feminæ a Statuto exclusæ reperiuntur, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 20.

Limita si sorores, etsi per Statutum exclusæ, tamen fuerunt per testamentum patris reintegratæ ad jura successionis, & æqualiter institutæ, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 21.

Legitima super quibus bonis debeatur.

Filius non tenetur recipere legitimam in nominibus debitorum, nisi quando illa duntaxat in hæreditate reperiuntur, *decis.* 7. *lib.* 2. *n.* 9. & *decision.* 8. *lib. eodem*, *n.* 5.

Si testator mandavit investiri nomina debitorum, videtur noluisse assignare legitimam filio in hac bonorum specie, *decis.* 8. *lib.* 2. *num.* 26.

Legitimam filii prætendere non possunt super bonis donatis, vel datis a matre in dotem filiæ, nisi donatio, & dos probentur inofficiosæ, *decision.* 1. *lib.* 6. *n.* 8.

Legitima debetur etiam super bonis alteri filio donatis; *decis.* 29. *lib.* 9. *n.* 2.

Legitima matri binubæ debita, ex quo in testamento filii fuerit præterita, quod non debeatur super bonis donatis contemplatione primi matrimonii, *decision.* 38. *lib.* 9. *n.* 2.

Intellige, si agatur de præjudicio aliorum filiorum ex primo matrimonio superextantium, non autem si agatur de extraneo; nam respectu istius matri binubæ debetur legitima, tam in proprietate, quam in usufructu, etiam super bonis provenientibus a primo viro, *decis.* 38. *lib.* 9. *n.* 3. & 4. & *n.* 14.

Item declara, si agatur de donatione facta a patre viri; secus autem si a patruo, vel extraneo cum onere fideicommissi favore filiorum, & ut decentius onera matrimonii sustineantur, *decis.* 38. *lib.* 9. *a n.* 9.

Legitima quoad fructus.

Fructus legitimæ debentur a die obitus testatoris, *decis.* 46. *lib.* 9. *n.* 10. *decis.* 50. *n.* 5. *lib. eodem.*

Et eorum petitio transit ad hæredes, prout ipsa legitima, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 12. & *decis.* 50. *n.* 10. *lib. eodem.*

Debentur, quanquam legitima sit relicta in pecunia; quando hæreditas consistebat in stabilibus, *decis.* 49. *lib.* 9. *num.* 13. & 14. & *decis.* 50. *n.* 9. *lib. eodem.*

De dote quæ succedit loco legitimæ, debentur fructus, etiam dissoluto matrimonio, absque ulla interpellatione, *decis.* 23. *lib.* 6. *n.* 2. & *decis.* 32. *n.* 12. *lib. eodem*, & *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 7.

Quando dos succedit loco legitimæ, fructus ex ea debentur, etiam in ea rata in qua legitimam excedit, *decis.* 24. *lib.* 6. *num.* 5. & 6.

Legitima quoad imputationem.

Relictum filio contemplatione patris, in legitimam imputatur, *decis.* 31. *lib.* 9. *n.* 2.

Non imputatur, si sit relictum contemplatione solius filii, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 3.

In dubio relictum filio, ipsius filii contemplatione relictum censetur, non autem contemplatione patris, licet proveniat a consanguineo, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 5.

Præsertim si filius relinquenti sit cognitus *decis.* 35. *lib.* 9. *num.* 6. & 17.

Quando relictum est factum filio pro causa, ad quam tenetur pater, contemplatione patris factum censetur, *decis.* 35. *lib.* 9. *num.* 7.

Limita, si causa non fuerit a relinquente considerata per modum finis, sed tantum per modum consilii, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 9.

Expensæ pro studio non sunt filio in legitimam imputandæ, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 11.

Legatum relictum a consanguineo filio, non censetur relictum contemplatione patris, nec imputatur, quando ipsemet pater fuit a consanguineo hæres institutus, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 12.

Quomodo intelligantur, & procedant auctoritates in contrarium adduci solitæ, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 13.

Item non censetur relictum contemplatione patris, quando isti fuit prohibitus ususfructus, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 14. & *seqq.*

Quando pater est dives, tunc relictum non censetur factum ejus contemplatione, sed filii, *decis.* 75. *lib.* 9. *n.* 18.

Si pater statim consignavit relictum filio, ex hac observantia arguitur, quod non fuerat relictum contemplatione patris, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 19.

Dicitur factum contemplatione filii, etiamsi fuerit expressa persona patris, nisi tamen indicata fuerit patria potestas, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 20.

Licet pater habeat in re legata propriam portionem, hoc non impedit, quin relictum non censeri debeat contemplatione filii, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 21.

Pater non potest demandare, ut filius imputet rem, quæ ad ipsum filium, & non ad patrem spectat, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 22.

Quidquid pervenit ad filium ex substantia, & judicio patris imputatur in legitimam, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 7. & *decis.* 83. *n.* 3. *lib. eodem.*

Legitima quoad prohibitionem, & onera.

Si legitima fuit prohibita in contractu a legitimario expresse acceptato, non potest amplius peti, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 12.

Hocque procedit, etiamsi non fuerit in contractu adhibita cautela Soccini, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 13.

Legatum relictum pro omni, & toto eo &c. si acceptetur, impedit, quod non possit amplius prætendi nec legitima, nec supplementum, *decis.* 40. *lib.* 9. *n.* 2. & *seqq.* & *decis.* 8. *n.* 2. & *seqq. lib.* 11. & *decis.* 9. *n.* 8. *lib. eodem.*

Si servata sit cautela Soccini, & legitimarius acceptetur hæreditatem, onus quoque legitimæ absque alia declaratione acceptatum censetur, *decis.* 42. *lib.* 9. *n.* 6.

Clausula *omni meliori modo* operatur adinstar cautelæ Soccini quoad prohibitionem legitimæ, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 3.

Intellige, quando explicite ipsi prohibitioni legitimæ cohæret; *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 5.

Verba *per quanto puole, e sia lecito*; non æquipollent cautelæ Soccini, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 4.

Cautela Soccini non dicitur servata, si ultra privationem testati non relinquatur etiam legitima libera, *decis.* 50. *lib.* 9. *num.* 1.

Quando cautela non fuit servata, tunc debet concurrere acceptatio expressa, & specifica, alias consecutio legitimæ non impeditur, *decis.* 50. *lib.* 9. *n.* 2.

Magis proficuum reputatur habere legitimam immunem, quam illam oneri subjicere propter solam spem succedendi in fideicommisso conditionali, *decis.* 50. *lib.* 9. *n.* 4.

Super dote succedente loco legitimæ non censetur acceptatum tum fideicommissum sine specifica & individua acceptatione testamenti, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 18.

Adeout si dentur in dotem bona partim debita pro legitima, & partim non debita, cum expressione, quod dantur cum suis oneribus, intelligendum est de oneribus quoad bona, non autem quoad congruentia quantitati legitimæ, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 19.

Legitima nullum recipit onus, & conditionem, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 6. & *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 15. & *decis.* 14. *num.* 3. *lib. eodem.*

Onus a legitima rejicitur ipso jure absque ulla reclamatione legitimarii; ideoque non præsumitur acceptatum ex sola scientia, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 7.

Acceptatio oneris super legitima debet concludentissime probari, nec admittuntur actus aliam possibilem intelligentiam patientes, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 8. & *seqq.* & *decis.* 50. *n.* 7. *lib. eodem.*

Si legitimarius onus expresse non acceptavit, prout testator injunxerat, & insuper in pluribus contractibus obligavit propriam legitimam, ex utroque actu resultat probatio, quod onus rejecit, & acceptare noluit, *decis.* 49. *n.* 10. *lib.* 9. & *decis.* 50. *n.* 3. *lib. eodem.*

Exactio

Exactio alicujus præstationis relictæ, donec adveniret tempus petendi legitimam, non facit, ut censeatur super legitima onus acceptatum, quia præstatio refertur ad fructus legitimæ, *decis. 50. lib. 9. n. 5.*

Illius qui fuit præsens testamento, & disposita in eo observare promisit, censetur acceptasse etiam prohibitionem legitimæ, licet illa cum Soccini cautela prohibita non sit, *decision. 64. lib. 10. n. 8.*

Quando fuit servata cautela Soccini, tunc clare constat, testatorem voluisse gravare filium in legitima, *decision. 3. lib. 11. num. 16.*

A relicto loco legitimæ rejicitur onus intra terminos ipsius legitimæ, non quoad excessum, *decis. 3. lib. 11. n. 17.*

Legatum ususfructus relictum pro omni, & toto eo &c. non impedit, quin possit detrahi legitima in proprietate, nisi stet de positiva agnitione, & individuali acceptatione legati, *decis. 7. lib. 11. n. 6.*

Nec ad hunc effectum admittuntur actus æquivoci, & patientes aliam interpretationem, *decis. 7. lib. 11. n. 7.*

Si autem acceptatio probetur, tunc legitima amplius peti non potest, *decis. 8. n. 2. & seqq. lib. 11, & decis. 9. n. 6. lib. eodem.*

Legitima quomodo calculetur, & quænam personæ ad hunc effectum computentur.

Ad commensurandam legitimam, seu virilem portionem, attenditur numerus filiorum de tempore obitus patris, *decis. 52. n. 1. & 3. lib. 6.*

Legitima ascendit ad semissem, quando filii sunt quinque, *decis. 29. lib. 9. n. 2. & decis. 36. n. 1. & decis. 37. n. 1. lib. eodem, & resp. 1. n. 1. fol. 456. tom. 2.*

Licet non omnes filii sint hæredes patris, tamen si Statutum simpliciter excludit propter fratres, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ, tunc feminæ exclusæ faciunt numerum, etiam ad favorem fratris, qui non sit patris hæres, *decis. 36. lib. 9. n. 6. & 7. & decis. 37. n. 2. lib. eodem.*

Augmentum legitimæ proveniens masculis ex dispositione Statuti propter exclusionem feminarum, non potest pater minuere, & tollere, *decis. 37. lib. 9. n. 3. & 16.*

Ex Statuto urbis augmentum legitimæ debitum filiis ob exclusionem feminarum, debetur filiis, qui sint hæredes patris, *decis. 37. lib. 9. n. 4.*

Debita ante legitimam sunt detrahenda, *decis. 45. lib. 9. numer. 3.*

Si legitimæ jungatur Trebellianica, ascendunt simul ad semissem, *decis. 47. lib. 9. n. 1. & decis. 71. n. 6. lib. eodem, & decis. 87. lib. 10. n. 20.*

Legitima a triuncio ad tertiam hæreditatis partem, vel ad dimidiam, si legitimarii sint ultra quatuor, fuit aucta per dispositionem Text. *in auth. de trient. & semiss. decision. 58. lib. 9. num. 3.*

Quando per præteritionem ascendantis testamentum rumpitur, & vigore clausulæ codicillaris fit restitutio, tunc si concurrant una cum ascendente fratres, quibus est debita Trebellianica, tunc ista prius detracta, legitima matris reducitur ad tres uncias, & tertiam partem alterius unciæ, & Trebellianica ad duas uncias ascendit, *decis. 71. lib. 9. num. 9.*

Si Statutum exclusivum reservet feminis dotem loco legitimæ; itaut dos loco legitimæ succedat, hoc casu feminæ, licet non admittantur ad partem, faciunt tamen numerum, & partem ad augendam legitimam masculorum, sive masculis expediat, sive non, *respons. 1. n. 3. & seqq fol. 456. tom 2. decis. 29. lib. 9. n. 3. & decis. 36. n. 4. lib. eodem.*

Et indubitanter, quando masculis est utile; *decision. 36. lib. 9. num. 5.*

Si vero dos vigore Statuti non succedat loco legitimæ, hoc casu aut agitur de interesse ipsarum feminarum, an scilicet ipsæ admittantur ad partem, vel faciunt numerum, & partem ad proprium favorem, & absolute procedit opinio negativa, *resp. 1. n. 6. fol. 456. tom. 2.*

Aut vero agitur de interesse masculorum, an scilicet in istorum favorem faciant numerum, & partem pro augenda eorum legitima, & procedit opinio affirmativa, quoties masculis expedit, & est utile, *resp. 1. num. 7. & per totam, fol. 456. tom. 2.*

Rejicitur, & explicantur Doctores, qui pro contraria sententia recenseri possent, *d. resp. 1. numer. 22. & seqq. fol. 460. tom. 2.*

Si feminæ non computarentur in numero pro statuenda legitima masculorum, sequeretur; ut minus masculi quandoque perciperent, illis exclusis, quam si essent vocatæ, *d. resp. 1. n. 9. fol. 458. tom. 2.*

Ad conculcandam legitimam attenditur unice numerus filiorum; ideoque cum feminæ etsi exclusæ non desinant esse de liberis, merito numerari debent ad legitimam augendam, *respons. 1. n. 10, fol. 458. tom. 2.*

Feminæ per Statutum exclusæ reputantur pro non extantibus quoad proprium favorem; secus quoad commodum masculorum, cum Statutum eas excludat, istos includat; ideoque earum exclusio, tanquam facta contemplatione masculorum; istis tribuit eam portionem legitimæ, quæ feminis competere posset, *resp. 1. num. 11. fol. 458. tomo 2.*

Tunc feminæ non computarentur ad augendam legitimam; quando Statutum eas excluderet simpliciter, nullo habito respectu ad masculos; secus autem dicendum, quando est in istorum favorem & contemplationem, *respons. 1. n. 15. fol. 459. tom. 2. & n. 13. fol. 460.*

Licet admodum controversa sit opinio, an feminæ exclusæ, quibus pater dotem reliquit, jure institutionis admittantur ad partem, non secus ac si Statutum eas non exclusisset; tamen paterna institutio apprime deservit ad hoc, ut facilius feminæ faciant numerum, & partem ad favorem masculorum, *ref. 1. n. 20. fol. 459. tom. 2.*

Opinio, quod feminæ computentur, & faciant partem ad favorem masculorum, procedit, etiamsi unus ex fratribus dissentiatur, *decision. 29. lib. 9. num. 17. & respons. 1. num. 25. fol. 461. tom. 2.*

Et etiamsi plures fratres, qui sint hæredes patris, repugnent; *decis. 37. lib. 9. num. 2. & respons. 1. num. 26. fol. 461. tom. 2.*

Dissensus alicujus ex fratribus non attenditur etiam in casu; dos non succedat loco legitimæ, *respons. 1. num. 25. fol. 461. tom 2.*

Et si dos succedat legitimæ, tamen quando masculi nolunt feminas computare, contenti, quod legitima sit triens, tunc dotes non sunt detrahendæ de legitima, sed tanquam æs alienum ante legitimam deducendæ, *respons. 1. num. 30. fol. 463. tom. 2.*

Feminæ volentibus masculis faciunt numerum, etiamsi agatur de legitima debita ab hæreditate materna, a qua propter dotem remaneant exclusæ, *decis. 29. lib. 9. n. 18. & respons. 1. n. 32. fol. 464. tom. 2.*

Filius exhæredatus ob ingratitudinem, bannitus, seu deportatus, & Religiosus in religione incapaci non computantur ad calculandam legitimam, *respons. 1. n. 14. & seqq. fol. 459. tom. 2.*

Legitima quoad supplementum.

Si relictum factum a patre filio impar detegatur portioni legitimæ, potest iste petere supplementum, *decis. 35. lib. 9. numer. 1.*

Legitimatio; & legitimatus.

Legitimati per subsequens matrimonium veniunt sub appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, *decis. 23. lib. 10. num. 1.*

Legitimatio per subsequens matrimonium non habilitat ad succedendum in præjudicium tertii, nisi probetur custodia ventris, *decis. 23. lib. 10. n. 3.*

De jure tamen Canonico hæc custodia non est necessaria, sed sufficit, mulierem retentam fuisse domi in famulatu, & ex illius concubitu fuisse filios procreatos, *decis. 23. lib. 10. n. 4.*

Si exigeretur exacta, & rigorosa probatio super ventris custodia, nulli, aut pauci per matrimonium legitimarentur, *decis. 23. lib. 10. n. 5.*

Læsio

Læsio non solum a pretio, sed etiam ab exorbitantia pactorum desumitur, *decis. 5. lib. 5. n. 10.*

Ad desumendam læsionem debet haberi respectus ad rem, non ad fructus, *decis. 5. lib. 15. n. 30. & 33.*

Item debet haberi ratio non de taxa legali, sed de fructibus; qui vere retrahuntur, *decis. 5. lib. 5. n. 32.*

Pacta maxime onerosa dicuntur pars contractus, & sunt attendenda commensurandam illius injustitiam, *decis. 8. lib. 1. n. 4.*

Læsio enormissima dicitur continere dolum, & irritat ipso jure contractum, *decis. 22. lib. 7. num. 1. & decis. 24. num. 1. lib. eodem.*

Læsio considerari non potest in re incerta, & dubia; quæ jactum retis continere dicitur, *decis. 22. lib. 7. n. 2. & decis. 23. n. 3. lib. eodem, & decis. 40. lib. 9. n. 6. & decis. 6. lib. 10. n. 17.*

Incertitudo autem adesse non dicitur in re, quam quis mature ponderavit, *decis. 22. lib. 7. n. 4.*

Et ad hunc effectum etiam in rebus incertis cadit æstimatio arbitrio judicis commensuranda, *decis. 22. lib. 7. n. 5.*

In spe incerta, quæ jactum retis, & aleam fortunæ continet; intrare potest læsio, quoties contractus æque se non habet ad lucrum, & ad damnum, *decis. 22. lib. 7. n. 6.*

Læsio probari, & desumi non potest ex juribus, & scriptis post contractum repertis, *decis. 22. lib. 7. n. 7.*

Contrarium quoties scripturarum noviter editarum vel fuit, vel esse potuit notitia penes contrahentes, & quando scripturæ noviter repertæ non inducunt, sed potius comprobant ipsam læsionem, *decis. 22. lib. 7. n. 8. & 9. decis. 23. n. 12. lib. eodem.*

Læsio est consideranda de tempore contractus; *decis. 23. lib. 7. num. 2.*

Etiam si quis scienter læsus fuerit, tamen legis remedio est juvandus, si læsio sit enormissima, *decis. 23. lib. 7. n. 8.*

Læsio enormissima efficit, ut contractus nulla indigeat rescissione, & absque ista possit remedium possessorium intentari, *decis. 23. lib. 7. n. 1. & 2.*

Enormissima dicitur læsio, si nedum dimidiam, sed duas tertias partes valoris excedat, *decis. 24. lib. 7. n. 7.*

In fideicommisso reciproco nulla potest considerari læsio, quia poterat se habere ad lucrum, & ad damnum, *decis. 27. lib. 14. num. 17.*

Idque procedit; etiamsi ex post in damnum sit versum ob purifi-

purificationem, quæ evenit ad favorem alterius, quia non eventus, sed possibilitas inspiciunt, *decis.* 87. *lib.* 10. *n.* 8.
Multoque minus poterit considerari læsio, si fideicommissum sit laudabile, & factum pro conservatione & decoro familiæ, *decis.* 87. *lib.* 10. *n.* 16.
Læsio quomodo consideretur in transactione. *Vide* Transactio læsiva.

Lex.

Lex, vel constitutio nova non trahitur ad præterita; nisi de istis nominatim caveat, *decis.* 8. *lib.* 2. *num.* 23. & *decis.* 20. *n.* 9. *lib. eodem*, & *decis.* 22. *lib.* 11. *n.* 5. & *decis.* 23. *lib.* 14. *n.* 11.
Legibus, & non exemplis est judicandum, *decis.* 8. *lib.* 2. *n.* 24.
Lex inter partes stabilita servari debet, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 1.
Legis beneficium frustra implorat, qui eam contemnere non dubitavit, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 16.
Lex, seu constitutio posterior, quæ emanavit per viam declarationis, trahitur etiam ad præterita, *decis.* unica super materia de offic. venal. vacab. *n.* 3. *fol.* 452. *tom.* 2.
Legem expressam semper attendere debet judex, non obstante quacunque contraria Doctorum opinione, *decis.* 49. *lib.* 19. *n.* 28.
Post legem primum locum obtinet auctoritas glossæ, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 29.
Leges Mosaicæ possunt in præsens ad decisionem causarum allegari, maxime si non fuerunt per posteriorem legem correctæ, vel altem ab eis sumenda est norma, & argumentum in dijudicandis controversiis, *respons.* 2. *n.* 9. & *seqq. fol.* 472. *tom.* 2.
Lex, seu constitutio particularis alicujus Regni, Provinciæ, vel Civitatis, potest ad decisionem similium casuum, nedum in finitimis regionibus, sed etiam in aliis Regnis, Provinciis, & Civitatibus allegari, aut in argumentum trahi, quando agitur de articulo dubio ab interpretibus non explicato, & in quo nec jus commune, nec locale aliquid determinant, *resp.* 3. *n.* 17. *fol.* 472. *tom.* 2.
Etiamsi ageretur de lege abrogata, & non recepta, ibidem *num.* 18.

Liber.

Libro antiquo deferendum venit, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 11.
Liber productus dicitur in omnibus qualitatibus approbatus; nec per producentem impugnari potest, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 15.
Liber Mercatoris decocti non probat, si partitæ sint inverisimiles, *decis.* 33. *lib.* 6. *n.* 60.

Licentia.

Licentia potest ad cautelam peti etiam ubi non est necessaria, ideoque petita non præjudicat, *decis.* 26. *lib.* 14. *n.* 4.

Linea.

Quando agitur de ingressu fideicommissi de una linea ad aliam, & non de progressu, attenditur prioritas gradus, non prærogativa lineæ, *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 4.
Maxime si testator vocavit proximiores cum dictione *suos*, *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 5.
Sub vocatione masculi de linea masculina non veniunt masculi ex femina, *decision.* 22. *lib.* 10. *n.* 14. & *decis.* 30. *n.* 2. & *decis.* 31. *n.* 4. *lib. eodem*.
Etiamsi talis masculus de linea masculina fuerit positus in conditione, postquam in dispositiva fuerunt vocati masculi in genere, quia conditionalis dispositivam restringit, & declarat, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 15.
Si testator respexit ad lineam nudæ masculinitatis, hæc potest complecti etiam masculos ex femina, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 16.
Limita, quando sunt considerati masculi de linea masculina, quia tunc non nuda qualitas masculinitatis, sed etiam descendentia a masculo dicitur volita, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 17.
Linea masculina dicitur illa, quæ continuatur in masculis ex masculis, unde sub ejus vocatione non veniunt masculi ex femina, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 18. & 19.
Quando testator non fuit contentus sola prælatione masculorum, sed feminas comprehendere voluit, tunc non extantibus masculis unius lineæ fit transitus ad aliam, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 14.
Vocatio illius lineæ importat exclusionem alterius, & descendentes ab una non possunt dici descendere ab alia, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 21. & *decis.* 61. *n.* 9. *lib. eodem*.
Frater non dicitur de linea alterius fratris, *decis.* 59. *lib.* 10. *num.* 23.
Substitutio facta in casum extinctionis lineæ, locum habere non potest, si linea nunquam inceperit, *decis.* 64. *lib.* 10. *n.* 3.
Contraria opinio est verior, *decis.* 64. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 73. *n.* 10. *lib. eodem*.
Substitutio facta finita linea importat gravamen substitutionis ultimo de linea, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 79. *n.* 3. & *decis.* 81. *n.* 5. *lib. eodem*.
Superextante aliquo de linea prius vocata, non potest dici purificata substitutio ad favorem alterius, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 9.
Substitutio facta finita linea non restringitur ad aliquem certum, & determinatum eventum, sed habet locum, quandocunque linea defecerit, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 9. & *decis.* 81. *n.* 12. & 13. *lib. eodem*.
Lineæ appellatione veniunt omnes descendentes, *decis.* 74. *lib.* 10. *n.* 12. & 13. & *decis.* 81. *n.* 12. *lib. eodem*.
Linea dicitur eadem, & non diversa, quando provenit ab eodem stipite, & filio testatoris, licet sit subdivisa in plures columnellos, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 20.

Liquidatio.

Quando certe constat de credito in genere ad effectum liquidationis, non requiruntur probationes rigorosæ, sed omne earum genus admittitur, *decis.* 42. *lib.* 5. *n.* 3.

Lis.

Commissio restitutionis in integrum operatur, ne lis dicatur extincta, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 5.
Lis non dicitur extincta, etiamsi adsit res judicata, ubi super istius intellectu, & executione adhuc agitur, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 6.
Lis dicitur extincta ex relaxatione executorialium, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 9.
Maxime si executioni fuerint demandatæ, *decis.* 9. *lib.* 3. *numer.* 10.
Commissio sine citatione ad dicendum contra, non inducit pendentiam litis, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 12.
Lis actionem temporalem efficit perpetuam, *decis.* 3. *lib.* 4. *n.* 7.
Lis, & instantia promota per fideicommissarium, continuatur, & transit in alios quoscunque successive vocatos, *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 15.
Post litis contestationem non licet uni collitiganti recedere, & retractare in præjudicium alterius, cui fuit jus quæsitum, *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 25. & *decis.* 58. *num.* 17. *lib. eodem*, ubi quod est necessaria effectiva renunciatio litis.
Cedens liti fatetur se jus non habere, *decis.* 26. *lib.* 12. *n.* 6.
Per lapsum 30. annorum lis, & instantia perimitur, *decis.* 2. *lib.* 13. *n.* 3.

Litigiosi vitium.

Alienatio, quæ fit pendente lite, efficit, ut actor possit executionem facere, etiam contra acquirentem, eo non citato, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 1.

Literæ Apostolicæ.

Literis Apostolicis, Curiæque Romanæ, ex dispositione Canonum, & legum imperialium non solum cæremonialis reverentia, sed etiam effectiva parendi voluntas debetur, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 7.
Executio literarum Apostolicarum debet fieri ab habente jurisdictionem ordinariam, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 9.
Literæ Apostolicæ expeditæ in forma Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, quando sunt justificatæ in iis quæ continentur sub clausula *constito*, habent paratam executionem, nec ulla alia indigent justificatione, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 20.
Quando literæ Apostolicæ sunt justificatæ, non intrat arbitrium pro earum retardatione, sed sunt exequendæ, *decis.* 4. *lib.* 12. *n.* 2. & *decis.* 8. *n.* 5. & *decis.* 14. *n.* 1. *lib. eodem*.
Literæ Apostolicæ, quoties sunt justificatæ, debitam executionem exposcunt, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 1. *decis.* 17. *n.* 8. *lib. eodem*.
Quando sententia lata super executione literarum Apostolicarum est injusta, tunc intrat arbitrium pro retardanda illius executione, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 1.

Literæ Cambii.

Si literæ cambii redeunt a nundinis protestatæ; & non solutæ mandatario, sive cessionario competit regressus contra scribentem, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 1.
Ac etiam contra fidejussorem, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 2.
Literæ cambii plura possunt continere mandata, *decis.* 18. *lib.* 5. *num.* 7.
Mercatoribus in materia literarum cambii est deferendum, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 12. & *decis.* 19. *n.* 2. *lib. eodem*.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, an possit per scribentem literas cambii opponi, tam contra mandatarium, quam contra giratarios. *Vide decis.* 18. *lib.* 5. *per totam*, ubi pro negativa, quando literæ sunt scriptæ, *all' ordine senza procura*, ipsius mandatarii, & *decis.* 19. *pariter per totam*, & *decis.* 20. *lib. eadem*.
Verbum *contanti* præambulum numerationem, saltem præsumptive, contra scribentem probat, *decis.* 19. *lib.* 5. *n.* 3. & *decis.* 20. *n.* 2. *lib. eodem*.
Verba, *a per me ad NN.* regulariter important cessionem, & subrogationem giratarii in locum & vicem girantis, *decis.* 19. *lib.* 5. *n.* 4.
Decoctio si allegetur ad effectum evitandi solutionem literarum cambii, post illarum acceptationem sufficit qualibet rationabilis suspicio latentis decoctionis, seu mutationis status scribentis, *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 7.
Secus autem si allegetur in præjudicium tertii ad effectum impugnandi cessionem, seu giratam, tanquam peractam a proxime decocturo in fraudem creditorum, hoc enim casu requiritur decoctionis plena probatio, *decis.* 20. *lib.* 5. *num.* 8.

Loca montium.

Loca montium licet recipiant hypothecam, itaut respectu ipsius debitoris possit tentari Salvianum; attamen id non procedit, ubi in alium sunt translata, *decis.* 5. *n.* 3. *lib.* 2.

Amplia

Amplis etiam si probetur; quod sint eademmet, quæ per debitorem possidebantur, *decis. 5 lib. 2. n 4.*

Loca montium aliud non recipiunt vinculum, quem expressum in literis patentibus, *decis 5. lib. 2. n. 5.*

Prædictæ omnes conclusiones procedunt de stricto rigore juris, non autem de æquitate, quæ potest a judice exerceri, quando alia bona debitoris non reperiantur, permittendo tali casu, quod creditor veniat per viam avocationis, *dec. 5. n. 6. & 7. lib. 2.*

Loca montium etiam penes tertium existentia avocari, & repeti possunt, quando vincula sunt expressa in literis patentibus, cum sibi imputare debeat emptor, si sciens jus eventuale emere voluit, *decis. 6. lib. 2. n. 2. & seqq.*

Etiamsi vinculum appareat in literis patentibus, dicitur dolus commissus, quoties venditor sciebat statim evictionem eventuram; sed quomodo id veniat intelligendum, *decis. 6. lib. 2. n. 5. & 6.*

Loca montium inter immobilia reputantur, *decis. 7. lib. 2. n. 7. & decis. 8. n. 9. 13. & 16. & decis. 9. n. 3. & decis. 10. n. 3. & 11. lib. eodem, & decis 5. n. 22. lib. 4.*

Loca montium veniunt in confiscatione, & pro eis solvitur gabella debita ex contractibus super immobilibus, *decis. 8. lib. 2. n. 14. & decis. 10. n. 8. lib. eodem.*

Item comprehenduntur sub Statuto exclusivo feminarum a bonis immobilibus, *decis. 10. lib. 2. n. 7.*

Fructus locorum montium Innocentius XI. reduxit ad tria, *decis. 21. lib. 4. n. 6.*

Loca montium vinculata minus valent, *decis. 12. lib. 6. n. 13.*

Attergatio locorum montium non est necesse, ut fiat de licentia thesaurarii, sed sufficit simplex rogitus secretarii montium, *decis. unica super materia de offic. venal. vacab. n. 1. et per totam fol. 451. tom. 2.*

Attergatio non solum potest fieri in tergo literarum patentium, sed etiam in Brogliardo & Regestris Secretariæ, *d. decis. unica, n. 5.*

Creditor attergatarius locorum montium præfertur super eisdem aliis creditoribus anterioribus, *dicta decis. unica, per totam.*

Restitutionem pretii locorum montium vacabilium alienatorum non potest quis evitare eo sub prætextu, quod ille, in cujus faciem cantabant, mortuus sit; ideoque quod si districta non essent, tamen fuissent amissa, quando in alienatione promisit, vel illa redimere, vel reemere; nam cum huic obligationi non satisfecerit, semper remanet debitor pretii, *decis. 45. lib. 9. n 17.*

Constitutio Innocentii XI. mandans, quod officia, & loca montium vacabilia amplius non vacent per assumptionem ad Cardinalatum, habetur *tom. 2. fol. 441.*

Constitutio Innocentii XI. continens provisiones, ordinationes, & taxas pro recta montium Romanæ Curiæ administratione habetur *tom. 2, fol. 442.*

Locatio, et Locator.

Si locationis contractus vel a principio, vel ex post detegatur læsivus, ad justitiæ terminos reduci debet, *decis. 22. lib. 4. num. 1.*

Locator locans prædium, seu tenutam ad corpus, & non ad mensuram, non tenetur rigorose manutenere conductorem in parvo spatio diminuto ob aliqua servitute, *decis. 33. lib. 4. n. 10.*

Locator non præsumitur velle locare jus, quod in re locata non habebat, *decis. 33. lib. 4. n. 11.*

Locatori competit via executiva pro pensionibus, tam de jure, quam vigore Statuti urbis, *decis. 33. n. 13. et 14. lib. 4.*

Locator non tenetur manutenere conductorem a libertate servitutis, quam non promisit, *decis. 34. lib. 4. n. 11.*

Locupletatio.

Non congruit, ut quis cum aliena jactura locupletior fiat, *decis. 16. lib. 6. n. 8. et decis. 15. n. 6. lib. eodem, et decis. 33. lib. 7. n. 7. et decis. 12. lib. 4. n. 12.*

Lucrum dotale.

Vide Dos quoad lucrum.

M

Magistratus.

Magistratus nequit futuras successiones concedere; cum sint reservatæ supremis principibus, *decis. 2. lib. 2. n. 1.*

Decuriones, similesque magistratus nequeunt peragere ea, quæ successoribus præjudicant, ibid. *n. 2.*

Inter pares magistratus non datur imperium; ibidem, *n. 4.*

Prorex Neapolis, Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ, cæterique omnes magistratus, qui jus supremi imperii non habent, nequeunt suam auctoritatem in futuris exercere, ibid. *n. 5. et seqq.*

Majoratus.

Quando majoratus est linealis, tunc in eo primo spectatur linea, secundo gradus, tertio sexus, & quarto ætas, *decis. 1. lib. 10. n. 1.*

Ideoque ille qui est de linea, in qua majoratus reperiatur, præfertur cæteris, licet sit ætate minor, *decis. 1. lib. 10. num. 2. et decis. 3. n. 2. et decis. 51. n. 18. lib. eodem.*

Et donec extat aliquis de hac linea, non potest fieri transitus ad alias, *decis. 1. lib. 10. n. 3.*

Prædicta tamen procedunt, quando sumus in progressu & continuatione lineæ, & inter descendentes illius, in quo successio fuit radicata, *decis. 1. lib. 10. n. 4.*

Vel quando versamur in vocatione primogeniti alicujus tertiæ personæ, vel lineæ, quo casu jus primogeniale in ipsa hora nativitatis radicatur in persona primogeniti, itaut si hic decedat, antequam aperiatur successio, tamen admittuntur ejus descendentes, non secus ac ipse successisset, *decis. 1. lib. 10. n. 4. et decis. 3. n. 6. lib. eodem.*

Secus autem, quando extincta linea possessoris pernecesse fieri debet transitus ad aliam, in cujus initio testator nullum habuit respectum ad certam personam, sed indeterminate vocavit masculum proximiorem ultimi possessoris ætate majorem; nam hoc casu dicitur respexisse non ad tempus nativitatis, sed ad illud apertæ successionis, *decis. 1. lib. 10. n. 5. et decis. 3. n. 7. lib. eodem.*

Ideoque nullum quæritur jus illi qui primo natus est, ante tamen eventum conditionis, sed solum spectatur, quisnam de tempore aperti fideicommissi sit ætate major, *decision. 1. libr. 10. n. 6. et 8.*

Et primogenitus, qui jam prædecessit, non dicitur in hac substitutione comprehensus, *decis. 1. lib. 10. n. 7. et 10.*

Nec transmittere potuit in suos descendentes jus, quod in ipso radicatum non fuit, *decis. 1. lib. 10. n. 9.*

Etiam in majoratu lineali, quando ingressus in una linea non est legitimus, sed vitiosus, & usurpativus, tunc potest semper major natu, ad quem successio spectabat, lineam intrusam expellere, *decis. 3. lib. 10. n. 2.*

In majoratibus facti, seu saltuariis, attenditur sola prærogativa ætatis, non curato de linea, aut gradu, *decis. 2. lib. 10. numer. 1. et decis. 3. n. 1. et decis. 4. n. 6 & decis. 5. numer. 5. et 8. lib. eodem.*

Si majoratus sit partim linearis, & partim saltuarius, tunc attenditur prærogativa ætatis intra sphæram ejusdem lineæ, *decis. 2. lib. 10. n. 2.*

Excluditur autem qualitas linearis, si testator respectum habuit ad totam familiam contentivam in sua latitudine, *decis. 2. lib. 10. n. 2. et 5.*

Si testator intra lineam descendentem prætulit quandoque majorem natu juniori, & filio possessoris, exinde arguitur, quod multo magis saltuarium majoratum voluerit, quando inter collaterales majorem natu absolute vocavit, *decis. 2. lib. 10. numer. 6.*

Observantia multum facit ad demonstrandum, quod majoratus sit saltuarius, *decis. 2. lib. 10. num. 7. et decis. 5. num. 23. lib eodem.*

Si testator vocavit seniorem, ætas, & non proximitas attenditur, *decis. 4. lib. 10. n. 4.*

Si testator vocavit seniorem, non attenta proximitate, quando agebatur de linea hæredis magis dilecti, præsumitur, quod id multo magis voluerit in linea hæredis minus dilecti, *decis. 4. lib. 10. n. 5.*

In majoratu saltuario non attenditur ingressus, vel progressus lineæ, sed senioritas, *decis. 4. lib. 10. n. 7.*

Si testator ordinem veræ, & regularis primogenituræ voluit, ut servaretur tantum in progressu lineæ senioris jam admissæ, & hac extincta vocavit iterum seniorem; intelligitur de seniore habito respectu ad omnes lineas universaliter vocatas, non autem illam, quæ sit proximior ultimo defuncto, *decis. 4. libr. 10. numer. 8. et seqq. et decision. 5. num. 10. lib. eodem.*

Majoratus potest esse mixtus, scilicet saltuarius in ingressu, & regularis in progressu, & quando talis dicatur, *dec. 5. lib. 10. n. 4.*

Si vocatio primogeniti sit facta cum qualitate filiationis, signum evidens, quod ordo primogenituræ est servandus in linea recta tantum, non in transversali, cui qualitas filiationis non convenit, *decis. 5. lib. 10. n. 10. et 11.*

Successio in majoratu debetur ei, qui habet qualitates a testatore præscriptas, *decis. 4. lib. 10. n. 1.*

Ad dignoscendum, quodnam genus majoratus fuerit a testatore institutum, attente illius voluntas est observanda, *decis. 5. lib. 10. n. 2.*

Idem est, quod vocatio senioris legatur expresse repetita in ulteriori progressu, ac quod eadem fuerit per testatorem ordinata cum verbis collectivis, & denotantibus successivitatem, & perpetuitatem, *decis. 5. lib. 10. n. 6.*

Quando testator discretive terminum senioris, & alterum primogeniti adhibuerit, signum evidens, quod ea non habuit pro synonymis, *decis 5 lib. 10. n. 12.*

Testator dicitur voluisse constituere majoratum facti, etiam in progressu lineæ, si de tempore conditi testamenti talis linea habebat alias lineas subalternas, & testator absque prædilectione alicujus vocavit indefinite seniorem de linea universaliter contemplata, *decis. 5. lib. 10. n. 14.*

Testator si voluit majoratum facti in ingressu, censetur quoque voluisse in progressu, *decis 5. lib. 10. n. 15.*

Majoratus facti censetur constitutus, si materno idiomate fuerit vocatus, *il più vecchio*, *decis. 5. lib. 10. n. 16.*

Si testator, ubi voluit servandam esse proximitatem gradus, clare explicavit, & in alio casu talem explicationem omisit, inde arguitur, quod diversimode in uno, quam in alio casu, disponere voluerit, *decis. 5. lib. 10. n. 18.*

Successio per saltum dicitur odiose, & exorbitans a jure, *decis. 5. lib. 10. n. 19.*

Ideoque præsumitur semper, quod fuerit institutus majoratus regularis, non saltuarius, *decis. 5. lib. 10. n. 20.*

Prædicta procedunt in majoratu vere irregulari, secus in mixto, in quo nulla consideratur ratio odiositatis, *decis. 5. lib. 10. n. 21. & 23.*

Et in hac materia non est quærendum, quid testator facere debuisset, sed id quod fecit, *decision. 5. lib. 10. n. 22.*

Quando testator fuit transversalis, multo facilius credendum, quod voluerit majoratum saltuarium, *decis. 5. lib. 10. n. 33.*

Mandatum.

Mandatum consumptum, & adimpletum, in totum fit irrevocabile, *decis. 18. lib. 5. n. 8. & 9.*

Contrahens cum adjecto, vel procuratore alio mandante, non dicitur cum adjecto, & procuratore negotium fecisse, sed cum ipso mandante, *decis. 18. lib. 5. n. 10. & decis. 19. n. 1. & decis. 20. n. 3. lib. eodem.*

Mandati revocatio facta re non integra non suffragatur, *decis. 18. lib. 5. n. 11. & decis. 19. lib. 5. n. 5.*

Ex status deterioratione oritur revocatio mandati, *decis. 19. lib. 5. n. 8.*

Mandatum ad nominandum secuta nominatione efficitur irrevocabile, *decis. 20. lib. 5. n. 4.*

Decoctio mandantis facit expirare mandatum; *decis. 20. lib. 5. n. 6.*

Quando mandatum est validum, & justum, tunc ejus executio retardari non debet, *decis. 34. lib. 5. n. 1. & decis. 35. num. 1. lib. eodem, & decis. 12. n. 1. lib. 7.*

Mandatum procuræ potest elici etiam ex pluribus conjecturis simul unitis, *decis. 46. lib. 5. n. 35.*

Mandatum procuræ, etiam ubi requiritur expressum, suppletur ex actibus illud inducentibus, *decis. 47. lib. 5. num. 7.*

Mandatum per appellationem interpositam remanet inexequibile, *decis. 14. lib. 6. n. 4.*

Mandatum speciale requiritur in præjudicialibus, *decis. 24. lib. 6. num. 4.*

Mandatum relaxatum contra non obligatum non est exequendum, *decis. 26. lib. 6. n. 2.*

Mandatum habens relationem ad acta, censetur expeditum eodem nomine, & ex eodem jure, ex quo fuit in actis petitum, *decis. 55. lib. 6. n. 6. & decis. 32. lib. 7. n. 9.*

Licet cohæres non fuerit citatus, non potest mandatum dici nullum, quando istud fuit concessum favore hæreditatis, *decis. 12. lib. 7. n. 2.*

Si mandatum non concordet cum decreto, & ab isto discrepet, id præsumitur provenire ex errore Notarii, *decis. 31. lib. 7. n. 19.*

Secus autem si mandatum possit cum decreto comparari, & sit magis speciale, & restrictum, quia restrictio, & specificatio tribuenda est judici, *decis. 31. lib. 7. n. 20.*

Mandatum expeditum cum relatione ad jura, de quibus in actis intelligitur de juribus in eo judicio productis, non de aliis, *decis. 31. lib. 7. n. 21.*

Mandata judicis sunt stricte interpretanda, itaut includant tantum id quod ex eis per necesse infertur, *decis. 32. lib. 7. n. 3.*

Ea sumenda est interpretatio, quæ judicis mandatum ab injustitia removet, *decis. 32. lib. 7. n. 5.*

Mandatum de immittendo conditionale, si non adimpleatur conditio, nullam transfert possessionem aut titulum, *decis. 39. lib. 10. n. 2.*

Mandatum validum, & justum, est executioni demandandum, *decis. 31. lib. 11. n. 2. & decis. 25. lib. 12. n. 1.*

Mandatum suspicionis fuga.

In mandato suspicionis fugæ rigorosa crediti probatio non exigitur, *decis. 6. lib. 6. n. 2.*

Manutentio.

Spoliato ex civili possessione debetur manutentio, *decis. 5. lib. 3. num. 2.*

Adversus excessivam executionem datur manutentio, *decis. 8. lib. 3. n. 1.*

Possessor, donec per sententiam non constet de suo malo jure, est manutenendus, *decis. 17. lib. 3. n. 11.*

Actus exerciti ab Episcopo antecessore suffragantur successori ad reportandam manutentionem, *decis. 19. lib. 3. n. 11. & decis. 21. n. 2. lib. eodem.*

Bonum jus facit, ut facilius concedatur manutentio, *decis. 19. lib. 3. n. 12.*

Ex sola juris assistentia datur manutentio, dummodo tamen de alterius possessione non constet, *decis. 19. lib. 3. n. 6.*

Ad consequendam manutentionem ex actibus possessoriis, non est necesse, ut probetur quoad istos scientia, & patientia partis, *decis. 21. lib. 3. n. 6.*

Unicus actus sufficit ad acquirendam possessionem manutenibilem, *decis. 21. lib. 3. n. 12.*

Sola juris assistentia non sufficit ad obtinendam manutentionem, quando alter docet de possessione, *decision. 21. lib. 3. n. 17.*

Manutentio, seu reintegratio datur etiam adversus factum judicis quoties detectum est evidenter nullum, & injustum, *decis. 6. lib. 4. n. 2. & 3. & decis. 20. lib. 14. n. 2.*

Possessor est manutenendus, licet agatur de emphyteuta contra dominium directum, *decis. 9. lib. 4. n. 2.*

Exceptiones petitorium respicientes non sunt in judicio manutentionis proponendæ, *decis. 9. lib. 4. n. 3. & 37.*

Manutentio, seu reintegratio non datur adversus factum judicis, nisi constet de injustitia, vel nullitate clara, & notoria, *decis. 27. lib. 4. n. 1.*

Postquam creditor associatus, vel immissus fuit satisfactus, danda est antiquo possessori manutentio, *decision. 54. lib. 6. n. 1.*

Possessio spoliativa non impedit manutentionem, *decision. 12. lib. 7. n. 3.*

Manutentio favore hæreditatis jacentis dari non potest, *decision. 12. lib. 7. n. 4.*

Procedit conclusio, quando hæreditas est taliter jacens, ut non adsit spes, quod possit adiri, vel fuit alias repudiata, *decis. 12. lib. 7. n. 5.*

Secus, quando non adita, nec repudiata fuit, neque deficit spes futuræ aditionis, *decis. 12. lib. 7. n. 6.*

Manutentio in vim Statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem, non datur venienti ab intestato, si exhibeatur testamentum, in quo alter appareat institutus, *decis. 3. lib. 9. n. 1.*

Sed pendente discussione super validitate testamenti, debet poni possessio sub subsequestri, & post adjudicari habenti potentiora jura, *decis. 3. lib. 9. n. 2.*

Exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem, non attenduntur in summarissimo judicio manutentionis, *decis. 18. lib. 9. n. 21.*

Manutentio est danda hæredi scripto adversus hæredes ab intestato, licet isti habeant possessionem anteriorem, *decis. 26. lib. 9. n. 1. & 2.*

Statutum Bononiæ prohibet, ut nullus præterquam hæres possit capere possessionem, ideoque cui qualitas hæreditaria non assistit, manutentionem petere non potest, *decis. 26. lib. 9. num. 4.*

Exceptio super falsitate testamenti, non admittitur in judicio manutentionis, *decis. 26. lib. 9. n. 14.*

Manutentio datur possidenti, *decis. 42. n. 1. lib. 9. & decis. 113. lib. 10. n. 13. & decis. 21. lib. 11. n. 1.*

Manutentio sine possessione non datur, *decis. 41. lib. 10. n. 1.*

Exceptio renunciationis non admittitur in judicio manutentionis, *decis. 108. lib. 10. n. 10.*

Et maxime si dubietatem involvat, *decis. 107. lib. 10. post numer. 11.*

Quando exceptio resultat ex ventre, & verbis ipsius instrumenti, tunc potest proponi, & debet discuti etiam in ipso judicio manutentionis *decis. 108. lib. 10. n. 7.*

Quando est suspensum petitorium, regulariter quilibet detentor est manutenendus, sed id non procedit, ubi adest lex specialis decernens continuationem possessionis in habente certam qualitatem, *decis. 107. lib. 10. n. 7.*

Quæcunque possessio, etiamsi vera, & realis, quando est legi contraria, non est manutenibilis, *decis. 107. lib. 10. n. 13.*

Manutentio potius datur possidenti cum titulo, *decis. 2. lib. 16. post n. 4. & decis. 4. n. 3. lib. eodem.*

Judex cui fuit commissa causa cum clausula *alteri cum facultate manutenendi &c.* potest adversus factum judicis injustam manutentionem concedere, *decis. 21. lib. 11. n. 3.*

Manutentio debet dari possessori anteriori, *decis. 24. lib. 11. n. 1. & decis. 2. lib. 16. post n. 4. & decis. 4. n. 3. lib. eodem.*

In judicio manutentionis attenduntur etiam dispositiones extrajudiciales testium, *decis. 24. lib. 11. n. 8.*

Exceptio de per se clara cognosci debet in judicio manutentionis, maxime quando turbiditas non versatur circa exceptionem, sed super replicationibus contra eam datis, *decis. 2. lib. 14. n. 2. & decis. 4. n. 2. lib. eodem.*

Quasi possessio exigendi non prodest ad manutentionem obtinendam, quando clare constat de resolutione, & invaliditate tituli, *decis. 2. lib. 13. num. 1. & decis. 4. numer. 1. lib. eodem.*

Et maxime, quando quis per aliquod tempus ab exigendo cessavit; nam ex hoc vel dicitur amissa quasi possessio, saltem minius agendum est contra debitorem, *decis. 2. lib. 13. n. 3.*

Manutentio datur ex simplici juris assistentia absque possessione, *decis. 3. lib. 16. n. 6.*

Etiamsi concurrat contraria alterius possessio, quando hæc redditur turbida, *decis. 3. lib. 16. n. 6.*

Et quando istius possessio inficitur ex clausula, *sublata*, & decreto *irritanti*, *decis. 13. lib. 16. n. 6.*

Manutentio datur etiam possidenti adversus dictam clausulam, & decretum, quoties dubium est, an clausula, & decretum locum habeant; secus vero si clare constet quod illa habeant locum, *decis. 3. lib. 16. n. 6.*

Mappa Geographica.

Mappæ, & chartæ geographicæ probant situationem locorum, *decis. 10. lib. 4. n. 14.*

Maritus.

Maritus accedendo in actu per uxorem expleto non dicitur actum ipsum gerere, sed actus refertur ad uxorem, *decis. 14. lib. 6. n. 8.*

Et consensus mariti refertur ad illam assistentiam, quam in negotiis uxoris vir præstare debet, *decis. 14. lib. 6. n. 9.*

Si maritus aliquam parvam summam exegerit ex effectibus spectantibus ad uxorem, non inde inferri potest, quod fuerit bonorum uxoris administrator, sed de summa exacta solum tenebatur, *decis. 14. lib. 6. n. 10.*

Maritus fatendo; quod dos non fuit exacta ex propria culpa, ideoque cautelans uxorem super suis bonis pro tota dote, si constet de inexigibilitate, non praejudicat per talem confessionem creditoribus, quos fraudare voluisse praesumitur, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 16.

Conventio, quod maritus teneatur habitare, vel permanere in aliquo loco, est valida, & ex ea committitur stipulatio, vel poena, *decis.* 68. *lib.* 10. *n.* 18.

Masculinitatis qualitas.

Qualitas masculinitatis repetita non censetur, quando militat diversitas orationis personarum, & rationis, etiamsi adsit dictio *ut supra*, quia haec refertur ad modum succedendi, non ad qualitates, *decis.* 1. *lib.* 10 *n.* 16. & *decis.* 20. *n.* 2. & *decis.* 21. *n.* 3. & *seqq. lib. eodem.*

Postquam testator vocavit masculos, si in conditionali ponat verba, & *sic*, quod ista operentur repetitum qualitatis masculinae, & restrictionem ad solos masculos, *decis.* 14. *numer.* 9. *lib.* 10.

Limita, si pars conditionalis sit magis lata, & ampla, & complectatur indefinite lineam, seu descendentiam; nam tunc stat ampliative, & augmentative, *decis.* 14. *num.* 11. & 12. *lib.* 10.

Masculinitatis qualitas non censetur repetita inter personas diversi gradus, *decis.* 15. *lib.* 10. *num.* 4. & *decis.* 16. *numer.* 2. *lib. eodem.*

Dicta qualitas inter descendentes a feminis a testatore non apposita, censetur consulto omissa, *decis.* 20. *lib.* 10. *num.* 3. & *decis.* 21. *n.* 2. & 12. *lib. eodem.*

Dictio *ut supra* non facit repetitionem hujus qualitatis, maxime quando non percutit ipsos vocatos, sed potius perpetuitatem, & ordinem succedendi, & quando testator saepe hac dictione usus fuit ad diversum effectum, *decis.* 21. *lib.* 10. *numer.* 10. & *seqq.*

Qualitas masculinitatis censetur repetita in parte conditionali, quando sunt positae in conditione illaemet personae, quae cum tali qualitate fuerant dispositive vocatae, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 3. & *decis.* 29. *n.* 2. *lib. eodem.*

Et hoc procedit, licet non fuerit contemplata agnatio, sed tantum valida qualitas masculinitatis, *decis.* 28. *lib.* 10. *numero* 4.

Et maxime si adsit dictio repetitiva, *ut supra*, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 6. *et decis.* 29. *n.* 3. *et decis.* 33. *n.* 10. *lib. eodem*, *ubi de verbis relativis ad testamentum.*

Nec talis dictio potest referri ad solam qualitatem legitimitatis, vel quando masculinitatis qualitas est magis proxima, vel quando legitimitas in eadem substitutione fuit expressa, vel demum quando nulla potest assignari ratio cur potius ad unam, quam ad aliam referri debeat, *decision.* 30. *libr.* 10. *numer.* 8. & *seqq.*

Ex sola diversitate substitutionum, quia una sit vulgaris, altera fideicommissaria, non excluditur repetitio masculinitatis, *dec.* 29. *lib.* 10. *n.* 4.

Dictio *et* operatur unitatem orationis ad effectum inducendi repetitionem; quamvis intercedat duas substitutiones rectas a proprio verbo, *decis.* 29. *lib.* 10. *n.* 5.

Masculinum concipit femininum, quando agitur de materia indifferenti, & ubi ratio aeque adaptatur masculis, & feminis, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 13. *et* 14.

Masculus.

Vocatis masculis lineae contentivae testatoris, quod descendens per unicum medium femininum praefertur descendenti per duplex, maxime quando testator artificiali agnatione prospexit, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 11.

Contrarium, quod in vocatione masculorum cognatorum omnes aequaliter veniant, sive per unum, sive per duplex medium femininum procedant, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 12.

Et id etiam si artificialis agnatio fuerit contemplata, quae aeque bene potest a masculo conservari, sive ab unica, sive a duplici femina procedat, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 13.

Nisi tamen ex conjecturis appareat de voluntate contraria testatoris, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 14.

Et ad hunc effectum conjectura sufficiens non reputatur dictio repetitiva, *ut supra*, ex qua testator videatur habuisse relationem ad fideicommissum ordinatum in vera agnatione, quia dictio, *ut supra*, respicit modum succedendi, non qualitates, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 15. *et seqq.*

Si testator apposuit ipse certas qualitates, istae solum sunt attendendae, & non an masculus proveniat ab uno, vel duplici medio feminino, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 17.

Idem dicendum, si consideravit tempus remotissimum, in quo non est verisimile, quando voluerit, ut inquireretur, an per plures, vel per pauciores feminas quis descenderet, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 18.

Affectio testatoris magis praesumitur urgere erga masculum provenientem ab una, quam a duplici femina, *decis.* 51. *lib.* 10. *n.* 7.

Masculus descendens a femina ultimi possessoris, eique proximior, est praeferendus masculis provenientibus a feminis transversalibus, & sororibus ipsis ultimi possessoris, *decis.* 14. *libr.* 10. *n.* 25.

Sub appellatione masculorum veniunt etiam masculi ex femina; quando non est contemplata agnatio, *decis.* 15. *lib.* 10. *num.* 3. & *decis.* 16. *n.* 1. & *decis.* 18. *n.* 1. *lib. eodem*, & *respons.* 2. *n.* 278. *fol.* 492. *tom.* 2.

Consilium 85. Fulgosii procedit in casu, quo testator vocaverat masculos, eisque substituerat *eorum* descendentes masculos, *decis.* 18. *lib.* 10. *n.* 3.

Contrarium, quod scilicet in casu Fulgosii vocatio complectebatur etiam masculos ex feminis, & proinde subsequens substitutio, sub qua continebantur eorum descendentes masculi non erat pernecesse intelligenda de masculis, *decis.* 18. *lib.* 10. *num.* 8.

Quando qualitas masculinitatis requiritur tam in generante, quam in generato, masculi ex feminis invenire non possunt, *decis.* 18. *lib.* 10. *n.* 9. & *decis.* 19. *n.* 2. *lib. eodem.*

In fideicommisso ordinato pro masculis ex masculis, masculi ex feminis nec in subsidium admittuntur, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 19. *n.* 1. & *decis.* 31. *n.* 7. *libr. eodem.*

Et in ultimo masculo ex masculis bona libera remanent, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 2.

Et contraria conclusio, quando scilicet masculi ex feminis veniant sub nomine masculorum, tunc solum vendicat sibi locum, quando non repugnat testatoris voluntas, *decis.* 17. *libr.* 10. *n.* 4. & *decis.* 18. *n.* 4. *lib. eodem.*

Si sunt vocati filii masculi, eorumque proles masculina, tunc masculi ex femina veniant, *decis.* 17. *lib.* 10. *num.* 5. *et* 12. *et decis.* 18. *n.* 7. *lib. eodem.*

Quod sub nomine prolis, & generationis masculinae veniant solum masculi ex masculis, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 7. *et* 8.

Contrarium, quod scilicet comprehendantur etiam masculi ex femina, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 8.

Et quod prima opinio procedat tantum, vel quando versamur in materia emphyteutica, vel quando agitur de excludendis feminis, vel demum ubi nomen prolis participatur cum altero generationis, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 10. *et* 11.

Si ubi testator voluit masculos ex feminis, illos aperte vocavit inde arguitur, quod in caeteris dispositionis partibus eos vocare noluerit, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 18.

Masculi ex feminis non veniunt appellatione masculorum, quando daretur absurdum, quod masculi proximiores, & praedilecti, imo & filii ipsius testatoris excluderentur a masculo de aliena familia, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 19. & *decis.* 18. *num.* 12. *lib. eodem.*

Quando masculi ex femina non sunt in dispositione comprehensi, tunc non admittuntur, neque defectis masculis ex masculis, sed potius bona remanent libera, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 20 *et decis.* 18. *n.* 13. *et decis.* 19. *n.* 9. *lib. eodem.*

Qualitas agnatitia fideicommissi excludit masculos ex femina, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 13. *et* 14. *et decis.* 18. *n.* 5. *et* 6. *et decis.* 32. *n.* 6. *lib. eodem.*

Quando testator exclusit feminas, aut voluit ut masculi in portione solius parentis succederent, tunc masculi ex femina venire non possunt, quia femina eorum mater non comprehenditur sub nomine parentis, *decis.* 18. *n.* 11. *lib.* 10.

Si testator vocavit illos masculos, & subinde substituit eorundem filiorum filios masculos, licet qualitas masculinitatis post expressionem filiorum iterum apposita non sit, tamen habetur pro repetita, quia agitur de iisdem filiis immediate cum hac qualitate vocatis, & hoc casu dicitur volita qualitas masculinitatis, tam in generato, quam in generante, *decis.* 19. *libr.* 10. *n.* 7.

Etiam sine contemplatione agnationis receditur a consilio Fulgosii, & sufficit, quod habita sit ratio masculinitatis, tam in generante, quam in generato, *decision.* 19. *libr.* 10. *num.* 9.

Etiamsi fideicommissum incipiat a femina, tamen id non efficit, quod in progressu masculi ex feminis non possint esse exclusi, *decis.* 19. *lib.* 10. *n.* 11.

Quando fuerunt vocati, vel positi in conditione masculi de linea masculina, tunc non veniunt masculi ex femina, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 4. *et decis.* 22. *n.* 14. *lib. eodem.*

Quando testator praetulit masculos feminis, tunc masculi ex feminis, etiamsi remotiores, excludunt feminas proximiores, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 3.

Limita, quando aliter constet de mente testatoris, qui voluit praelationem solum in paritate gradus, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 4. & *seqq.*

Dicitur autem ita voluisse, quando quoad successionis ordinem nihil immutavit, aut recessit a dispositione juris, in qua servatur gradus praerogativa, *decis.* 22. *libr.* 10. *n.* 5. *et seqq.*

Item si voluit, quod succederetur in stirpes, & non in capita, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 8.

Et si demandavit quoque, quod servaretur ordo successivus, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 9.

Contraria opinio procedit, quando testator voluit praelationem quandocunque, & in omni casu servandam, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 11.

Nec ad hunc effectum attenduntur verba in posterum, & in infinitum, quando ipsam praelationem non percutiunt, seu sunt apposita in alia parte, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 12.

Masculus ex femina venit sub appellatione agnatorum ex linea masculina, quando femina nupsit cum agnato, & in familia, *respons.* 2. *n.* 301. *et seqq. fol.* 493. *tom.* 2.

Masculum ex femina non venit sub appellatione masculorum ex linea masculina, *decis.* 30. *lib.* 10. *n.* 2. *et dec.* 31. *n.* 4. *lib. eodem.*

Nec quando feminae sunt exclusae per viam regulae, *decis.* 31. *lib.* 10. *n.* 5.

Neque sub appellatione proximiorum, quando testator tam in dispo-

dispositiva, qua in conditionali vocavit semper masculos ex masculis, & exclusit feminas per modum regulæ, *decis.* 32. *lib.* 10. *n.* 5.

Et maxime si prospexit conservationi agnationis, *decis.* 32. *lib.* 10. *n.* 8.

Mater.

Mater binuba filio prioris conjugii succedit tantum in usufructu si adsit alter ex ipsius filiis, *decis.* 4. *lib.* 4. *n.* 2.

Mater tutrix post transitum ad secunda vota non potest amplius se ingerere in negotiis pupilli, *decis.* 43. *libr.* 7. *numer.* 4.

Matri binubæ prætoritæ in testamento filii instituentis extraneum debetur legitima, *decis.* 38. *lib.* 9. *num.* 1. & *Vide* verbo legitima.

Vide Mulier binuba.

Mater, quæ ex Statuto non potest de ejus dote disponere, nequit etiam fideicommissum super ea imponere, cum filii non ex voluntate matris, sed Statuti capiant, *decision.* 64. *lib.* 10. *num.* 11.

Matris incapacitas non obstat filiis ex propria persona & jure venientibus, quando successio aperitur post mortem matris, *respons.* 2. *n.* 230. & *seqq. fol.* 488. *tom.* 2.

Matrimonium in genere.

In contractibus matrimonialibus minor habetur pro majore, *decis.* 41. *lib.* 6. *n.* 15.

Consensus in contractu matrimonii probatur, si mulier ad interrogationem capite annuerit, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 1.

Ad probandum matrimonium sufficiunt testes, qui sint contestes in substantialibus, licet in aliis partibus discrepent, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 3. 5. & 10.

Exceptiones personales contra testes deponentes de contractu matrimonii non attenduntur, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 4.

In causis matrimonialibus arbitrio judicis remissum est, quinam sint testes omni exceptione majores, *decis.* 11. *lib.* 14. *num.* 27.

Ad probandum matrimonium clandestinum exiguntur testes omni exceptione majores, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 6.

Id autem non procedit, quando matrimonium fuit contractum coram Parocho, & testibus, quia tunc non dicitur clandestinum, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 7.

Nec procedit, quando non concurrit præjudicium alterius matrimonii, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 8.

Testium conciliatio eo magis procuranda venit in casu matrimoniali *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 9.

Testes impuberes adversus matrimonium testificare non possunt, *decis.* 5. *libr.* 14. *n.* 11.

Sententia contra matrimonium nunquam transit in judicatum, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 13.

Sententia lata in judicio criminali non obstat in judicio civili, & spirituale matrimonii, maxime quando per Principem fuit separatum unum judicium ab alio, *decis.* 5. *libr.* 14. *numer.* 14. & 15.

In jure nullam habemus præscriptam formam præcisam præstandi consensum ad essentiam matrimonii, sed sat est, ut quoquo modo exprimatur, *decision.* 5. *libr.* 14. *numer.* 16.

Ideoque consensus bene explicatur etiam per nutus in illis quoque personis, quæ loqui valent, *decis.* 5. *lib.* 14. *num.* 17. *et seqq.*

Præsertim si nutus facti fuerint per mulierem post explicatum consensum per verba a sponso, *decis.* 5. *libr.* 14. *numer.* 20.

Etiamsi matrimonium contractum fuerit in absentia parentum, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 21.

Doctores firmantes, quod consensus nequeat probari per signa, vel absolute rejici debent, vel procedere solum possunt, quando nulla data præordinatione matrimonii ageretur de personis incognitis, aut quando actus, & signa essent æquivoca, itaut certa contrahentium voluntas desumi non posset, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 22. & *seqq.*

Ad effectum eliciendi veritatem consensus in actu matrimonii debet judex combinare circumstantias antecedentes, & subsequentes, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 25.

Elicitur autem ex amore præcedenti colloquiis præliminaribus, aliis actibus, de quibus, *decis.* 5. *lib.* 14. *numer.* 25. & *seqq.*

Item si mulier post desponsationem, licet esset in sua libertate non aufugit, aut reclamavit, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 28.

Et si fassa fuerit coram testibus matrimonium contractum fuisse absque ulla violentia, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 29.

Item si repugnaverit intrare in conservatorium, *decis.* 5. *lib.* 14. *num.* 30.

Præsumptiva deceptio elicita a tenera ætate non admittitur contra positivas probationes consensus determinatis actibus explicati, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 31.

Ex dispositione Sacri Concilii Tridentini in matrimonio requiritur Parochi præsentia, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 32.

Matrimonium est validum, licet Parochus verba conjugum non audiverit, quando ipse, vel aures obturando, vel conclamando, vel aufugiendo, aut quocunque alio modo, causam dedit quo minus audiret, *decis.* 5. *libr.* 14. *numer.* 33. *et seqq.*

Sacrum Concilium Tridentinum vult in matrimonio, quod conjuges ad interrogationem Parochi consensum explicent, sed quando descendit ad irritationem, nequaquam repetit Parochi intelligentiam, sed tantum præsentiam, *decis.* 5. *libr.* 14. *n.* 34. *et* 35.

Doctores tenentes, quod si Parochus data opera noluerit verba conjugum consensum explicantia audire, matrimonium sit nullum, rejiciuntur, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 40.

Matrimonium per verba de præsenti contractum dicitur, si verba sint expressiva simultanei consensus, *decis.* 9. *lib.* 14. *numer.* 1.

Præsertim si præcesserint tractatus, & capitula matrimonialia, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 2.

Ex maxime si verba prolata fuerint ad interrogationem Parochi, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 3.

Actus subsequentes, scilicet receptio munerum nuptialium, & acceptatio congratulationum, demonstrant, fuisse contractum matrimonium, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 4.

Verba *volo* seu *sono contenta*, juncta infinitivo non important matrimonium per verba de præsenti, sed tantum per verba de futuro, *decis.* 9. *libr.* 14. *n.* 5.

Ad investigandum, an matrimonium sit per verba de præsenti, vel de futuro, sunt perpendendæ singulæ facti circumstantiæ, *decis.* 9. *libr.* 14. *n.* 6.

Si interrogatio facta a Parocho, & responsiones datæ a conjugibus tendant ad solum finem habendi, & dandi respective consensum, ut fierent publicationes, non potest dici ex illis contractum matrimonium de præsenti, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 7. *et seqq.*

Non præsumitur, nec quod conjuges voluerint, nec quod Parochus permiserit contractum matrimonii per verba de præsenti, antequam fierent publicationes, quæ sine peccato, & delicto postponi non poterant, *decis.* 9. *libr.* 14. *numero* 12. *et* 13.

Consensus matrimonium præstitus non dicitur, ubi metus & coactio intercedit, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 16.

Si clare constet, quod consensus præstitus non fuit ad effectum contrahendi per verba de præsenti, tunc non attenduntur nec antecedentes tractatus, nec quod verba sint prolata ad interrogationem Parochi, *decis.* 9. *lib.* 14. *numero* 17.

Minusque actus subsequentes, si illi emanarunt, antequam mulier esset in libertate, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 18.

Matrimonium permittitur hæreticis cum catholicis in regionibus, in quibus catholici permixtim cum hæreticis vivunt, *decis.* 8. *lib.* 14. *num.* 9.

Ad contrahendum matrimonium requiritur sola paritas baptismatis, non fidei, *decis.* 8. *libr.* 14. *n.* 10.

Ut ex antecedentibus sponsalibus oriatur publicæ honestatis impedimentum quoad alterum matrimonium, debet de sponsalibus concludenter constare, & quidem cum reciproca utriusque partis repromissione, *decis.* 6. *lib.* 24. *numero* 1.

Matrimonium quoad dissolutionem.

Matrimonium est omnino dissolvendum, si vir impotens sit, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 2. *et decis.* 11. *n.* 1. *lib. eodem.*

Et si impotentia sit perpetua, & certa, statim fieri debet dissolutio, nec expectatur triennii cursus, *decis.* 10. *lib.* 14. *num.* 3. *et* 17. *decis.* 11. *n.* 15. *lib. eodem.*

Triennalis cohabitatio incipit a die decreti judicis, quando impedimentum est accidentale, secus si naturale, & perpetuum; quia tunc triennalis non requiritur, & remittitur arbitrio judicis aliquem brevem terminum denuo assignare, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 4.

Impotentia probatur ex confessione viri, *decis.* 10. *lib.* 14. *numero* 5.

Quæ si sit adminicula, plene probat; *decis.* 10. *lib.* 14. *numero* 6.

Testes etiam domestici admittuntur ad probandam impotentiam in judicio dissolutionis matrimonii, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 7. *et decis.* 11. *n.* 23. *lib. eodem.*

Impotentia concludi potest ex relatione peritorum, quibus est standum, *decis.* 10. *libr.* 14. *n.* 8.

Probatur ex virginitate mulieris, non obstantibus actibus exercitis pro consummatione matrimonii, *decis.* 10. *lib.* 14. *num.* 8.

Ut mulier virgo sit affirmanda, sufficit, quod duæ obstetrices illam recognoverint, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 10.

Juramentum propinquorum non exigitur, si ex recognitione constet, mulierem esse virginem, *decis.* 10. *libr.* 14. *numer.* 11.

Minusque requiritur, quando de impotentia constat ad evidentiam, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 12.

Impotentia probata dicitur, si de illa deponant periti, licet isti minime referant de aciditate, vel defectu membri virilis, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 13.

Impotentia dicitur perpetua, si periti affirmant; quod arte humana tolli non possit, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 14. *et decis.* 11. *num.* 14. *lib. eodem.*

An impotentia arte humana possit removeri, datur judicio peritorum, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 15.

Periti in affirmanda impotentia coeundi non possunt deponere, nisi per probabile, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 16. *et decis.* 11. *n.* 13. *lib. eodem.*

A

Ad probandam impotentiam evidentem exiguntur signa necessaria, & evidenter illam concludentia, *dec.* 11. *lib.* 11. *n.* 2.

Quando impotentia est verisimilis, sufficit ad ejus probationem jurata confessio conjugum asserentium se coire non posse, & septima manus propinquorum jurantium se credere eos verum fateri, *decis.* 11. *libr.* 14. *n.* 3. & 16.

In casu impotentiæ dubiæ requiritur pro dissolutione inspectio utriusque conjugis, & insuper triennalis condormitio in eodem lecto, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 4.

Ad effectum autem dignoscendi, an impotentia sit certa, verisimilis, vel dubia, est recurrendum ad Judicium medicorum, quod in hac materia attenditur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 5.

Impotentia dicitur probata per signa certa, & evidentia, si virile membrum dignoscatur siccum, *decis.* 11. *lib.* 14. *numero* 6.

Vel si sit turgidum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 7.

Vel si instantaneam habeat erectionem illico flocescentem; *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 8.

Vel si sit flaccidum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 9.

Vel si erigatur tortuose, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 10.

Impotentia certa, & evidens non excluditur ex aliquali inepta erectione, quam periti insufficientem recognoverunt, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 11. & 12.

Quando impotentia est verisimiliter evidens, hæc quoque sufficiat ad hoc, ut statim dissolvatur matrimonium, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 17.

Impotentia coeundi concludenter probata de tempore præterito, magis præsumitur durare de tempore præsenti, & quod augebitur in futurum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 18.

Impotentia præsumitur perpetua post triennalem experientiam; *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 19.

Potentia minime superventa dicitur, si mulier intacta dignoscitur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 20.

Septima manus propinquorum potest ex testium dispositionibus suppleri, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 21.

Non est requirendum juramentum propinquorum ad probandam impotentiam, quando conjugi agenti propinqui sunt suspecti, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 22.

Testes viles, & alias inhabiles ad testificandum admittuntur ad probandam impotentiam, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 23.

Testium contrarietas debet in hac materia benigniter interpretari ad hoc, ut concilietur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 24.

Et sufficit, ut testes concordent in substantialibus, licet in cæteris discordent, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 25.

Impotentia dubia probatur, si vir se voluit commiscere cum uxore, quæ se non subtraxit, & tamen ex post mulier intacta, virgo reperitur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 28.

Impotentia indubia redditur, si non obstante continua, & longa cohabitatione matrimonium non fuit consummatum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 29.

Ex recusatione viri accidendi ad mulierem pro facienda experientia intra terminum a judice præscriptum, oritur præsumptio impotentiæ, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 30.

Triennium experientiæ requisitum in casu impotentiæ dubiæ incipit a die directi judicii, non a die contracti matrimonii, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 31.

Hæc conclusio admittitur in casu impotentiæ provenientis ex maleficio, non autem in casu impotentiæ provenientis ex mala partium constructione, & ex frigiditate; *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 32.

Tutius tamen est eam admittere etiam in casu frigiditatis, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 33.

Sed non est recipienda indistincte in quolibet casu, cum veniat moderanda juxta facti circumstantias, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 34.

Hinc si conjuges longeve simul habitaverint, & concurrant insuper aliæ probationes super impotentia tunc triennalis computatur a die matrimonii, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 35.

Oculus, & manus obstetricum sæpe falluntur, *decis.* 11. *lib.* 14. *numer.* 36.

Sed tamen ad dignoscendum, an matrimonium fuerit consummatum, solet demandari mulieris recognitio mediantibus obstetricibus, & probatio promanans ex illarum relatione superat omne probationis genus, *decis.* 11. *libr.* 14. *numer.* 37. & 38.

Et maxime quando recognitio fuit facta in Balneo; & obstetrices sunt peritæ, & expertæ, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 39.

Atque ad dictum effectum duæ tantum, vel alternative sufficiunt, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 40.

Mulier si tacuerit per annum, & ultra, non auditur judicio dissolutionis matrimonii contra virum se potentem affirmantem, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 42.

Limita, si ex signis probetur impotentia viri, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 43.

Item si mulier probet se esse virginem, *decis.* 11. *lib.* 14. *num.* 44.

Melioramenta.

Fructus melioramentorum spectant ad meliorantem; *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 1.

Pro melioramentis factis in re fructifera æquum est, ut solvantur fructus, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 2.

Maxime si melioranti sibi reservavit dominium super melioramentis, *decis.* 10. *libr.* 5. *n.* 4.

Melioramenta debent probari & quoad qualitatem, & quoad quantitatem, *decis.* 4. *lib.* 6. *n.* 5. & *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 23. & 26.

Ille qui considerabiliter melioravit, an possit petere retentionem, & offerre actori pretium rei, antequam melioraretur. *Vide decis.* 4. *lib.* 6. *n.* 5.

Melioramentorum probatio resultat ex augmento valoris, quando istud est adeo notabile, & excessivum, ut verisimiliter ex solo temporis beneficio provenire non possit, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 7. & 8.

In refectione melioramentorum attenditur quid minus inter impensum, & melioramentum, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 1. & *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 24.

In melioramentis vero necessariis refectio debetur habito respectu ad impensas, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 2.

Status antiquus, & modernus ad effectum melioramentorum quomodo probetur, *decis.* 65. *lib.* 9. *num.* 3. & 8. ubi quod sufficit assertio partium, & descriptio ad alium finem facta.

Ea melioramenta quæ uberiorem fructuum recollectionem concernunt, reficienda non sunt, *decis.* 65. *libr.* 9. *numero* 4.

Usufructuarius melioramenta utilia non deducit, *decision.* 65. *lib.* 9. *n.* 5.

Possessor rei, qui scit illam fideicommisso obnoxiam, refectionem melioramentorum prætendere non potest, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 6.

Quando non agitur de subrogatione plantarum novarum in locum demortuarum, sed de nova plantatione, & excavatione, tunc quia dicuntur respicere perpetuitatem duraturam etiam ultra vitam meliorantis, sunt reficienda, *decis.* 65. *lib.* 9. *num.* 11.

In repetendis melioramentis utilibus magna differentia intercedit inter gravatum, & usufructuarium, *decis.* 65. *lib.* 9. *numer.* 12.

Ad excludendam malam fidem pro repetitione melioramentorum sufficit qualibet præsumptio dominii, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 13.

Melioramenta necessaria sunt reficienda tam usufructuario, quam cuilibet possessori malæ fidei, *decis.* 65. *libr.* 9. *numero* 14.

Nisi tamen concurreret dolus, ut scilicet domino fiat difficilior recuperatio, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 15.

Melioramenta etiam utilia refici debent usufructuario, & cuilibet alio habenti dominium resolubile, dummodo utilitas sit perpetua, & res effecta fuerit pretiosior, *decis.* 65. *libr.* 9. *n.* 16.

Melioramenta facta in vim pacti dicuntur necessaria, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 17.

Melioramenta necessaria dicuntur, quæ consistunt in reductione rei ad statum fructiferum, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 18.

Melioramenta perpetua dicuntur, si adhuc existant post deventam rem melioratam in manibus substituti, *decis.* 65. *lib.* 9. *numer.* 19.

Melioramenta cum fructibus compensantur, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 20. *decis.* 102. *lib.* 10. *n.* 13.

Id tamen non habet locum in possessore ratione dominii etiam resolubilis, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 21.

Usufructuarius gravatus, & emphyteuta, fructus cum melioramentis non compensant, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 22.

Minusque emptor cum pacto de retrovendendo, *decis.* 65. *libr.* 9. *n.* 23.

Nec possidens ex decreto judicis, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 25.

Contraria opinio in omnibus prædictis procedere posset in melioramentis respicientibus temporalem utilitatem, *decision.* 65. *lib.* 9. *n.* 24.

Retinens aliena melioramenta, tenetur restituere fructus ex illis perceptos, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 26.

Reputaturque congrua eorum taxatio ad rationem quatuor pro centenario, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 27.

Pro melioramentis, quæ non probantur; nec in genere, cui in specie non datur retentio, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 23.

Ad hoc, ut competat retentio pro melioramentis, debet concludenter probari antiquus, & modernus rei status, impensa esse liquida, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 8. & *decis.* 103. *num.* 23. *lib. eodem*.

Cum melioramentis compensari debet totum id, quod ex re meliorata amotum fuit, *decis.* 102. *libr.* 10. *n.* 12.

Quando melioramenta effecta sunt illiquida ex perceptione fructuum, non retardant immissionem, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 13.

Et solum potest prætendi obligatio de illis reficiendis, quando fuerint liquidata, etiamsi constet de melioramentis in genere, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 13. & *decis.* 103. *num.* 30. *lib. eodem*.

Mercator.

Mercatoribus in re restante ad eorum manus creditur; *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 5.

Metus.

Præsentia judicis, & consanguineorum excludit præsumptionem metus, *decis.* 16. *libr.* 9. *numer.* 21. & *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 20.

Nisi tamen ex conjecturis de metus verisimilitudine constet *decis.* 16. *lib.* 9. *n.* 22.

Protestationes clandestinæ non attenduntur ad justificandum metum,

metum, quando, ultra præsentiam judicis, & consanguineorum, concurrit acquiescentia, & observantia diuturna unacum plena libertate actum impugnandi, *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 20. & *decis.* 21. *n.* 30. *et seqq. lib. eodem.*

Per vim, & metum non præsumitur gestus contractus, qui sit laudabilis, & tendat ad conservationem bonorum in familia, atque sit celebratus coram Notario, & Testibus, *decis.* 2. *lib.* 7. *n.* 8.

Minor in genere.

Minor habetur pro majore in contractibus matrimonialibus, *decis.* 41. *lib.* 6. *n.* 15.

Minor non tenetur de proprio, licet inventarium non confecerit, si aliunde constet de statu hæreditario, quodque nihil fuerit subtractum, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 18.

Sufficit inventarium tutelare ad hoc, ut minor non teneatur de proprio ob non confectionem inventarii in aditione facta tempore minoris ætatis, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 19.

Minor si acceptet onus sibi per patrem injunctum absque solemnitatibus, acceptatio non sustinetur, maxime si concurrat læsio, *decis.* 45. *lib.* 10. *n.* 6. & 7.

Minor non dicitur in urbe, qui excessit annum 20. ex dispositione Statuti, *decis.* 88. *lib.* 10. *n.* 5.

Minores tanquam majores reputantur in actibus expletis cum necessariis solemnitatibus, *decis.* 99. *lib.* 10. *n.* 15.

Minor quoad contractus.

Minor ex se ipso non potest censum valide retrovendere, *decis.* 37. *lib.* 5. *n.* 6.

Primum debitum, licet nullum ex defectu solemnitatum, quoties nullitas non est detecta, & in judicium deducta, deservit pro legitima causa ad hoc, ut minor possit alterum debitum in illius extinctionem contrahere, *decis.* 9. *lib.* 6. *n.* 9.

Et procedit conclusio, etiam si in secundo contractu addita fuerit clausula citra approbationem primi, *decis.* 9. *lib.* 6. *n.* 10.

In contractibus minorum ex Statuto Bononiæ exigitur licentia Antianorum, & Tribunorum plebis, *decis.* 16. *lib.* 7. *numero* 7.

Suppletur tamen hæc solemnitas ex præsentia Auditoris Vicelegati cum derogatione Statuti specialiter deputati, *decis.* 16. *lib.* 7. *n.* 8.

Impugnans contractum minoris ex defectu præsentiæ consanguineorum, tenetur probare, quod illi die stipulati contractus degerent in loco, & commode possent intervenire, *decis.* 16. *lib.* 7. *n.* 9. & *decis.* 36. *n.* 2. *lib. eodem.*

Et probatio eorum existentiæ facta per testes post tempus remotissimum, redditur valde suspecta, cum nimis animose dicantur deponere de re, quæ ad eos non pertinebat, & in qua debet præsumi oblivio, *decis.* 17. *lib.* 7. *n.* 9.

Contractus minoris factus absque solemnitatibus statutariis non sustinetur, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 4. & *dec.* 38. *n.* 1. & *decis.* 40. *n.* 2. *lib. eodem.*

Minor potest lædi etiam in renunciatione, & remissione juris incerti, & eventualis, & proinde & in istis quoque exiguntur solemnitates, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 19.

Lex providet, ne minores lædantur, non autem patitur, ut ipsi alios lædant, *decis.* 33. *lib.* 7. *n.* 5.

Statutum Perusiæ habilitat majores 20. annorum ad contrahendum, *decis.* 36. *lib.* 7. *n.* 1.

Ob deficientiam proximiorum de jure non requiritur in contractibus minorum curatoris deputatio, sed sufficit decretum judicis, *decis.* 36. *lib.* 7. *n.* 4.

Constitutio Ægidiana in contractu minoris non requirit causam, *decis.* 36. *lib.* 7. *n.* 6.

Causa legitima obligationis minorum est debitorum extinctio, *decis.* 36. *lib.* 7. *n.* 6.

Minor, valide obligatur ad effectum liberandi patrem a carceribus, *decis.* 47. *lib.* 7. *n.* 8.

Minor, qui factus major non solum per actum negativum non reclamationis, sed per positivos contractum approbavit, non potest amplius nullitatem opponere, *decis.* 37. *lib.* 7. *numero* 9.

Et licet ad prædictum effectum requiritur scientia facti, & juris, tamen illa facti dicitur concurrere, quando contractus fuit ab eo stipulatus; illa vero juris vel præsumitur in re facilis vulgari, maxime quando facile poterant adiri juris periti, *decis.* 37. *numer.* 10. & *decis.* 38. *num.* 22. & 23. *libr. eodem.*

Quando causa expressa in contractu minoris detegitur inepta, & vaga, tunc decretum judicis non suplet illius defectum, & hoc procedit, sive Statutum exigat causæ expressionem, sive non plures casus distinguendo, *decis.* 38. *lib.* 7. *numer.* 2. & *seqq.*

An & quando minor, qui proximiores habere negavit, possit ex eorum non interventu dare de nullitate contractus, *decis.* 38. *libr.* 7. *a n.* 32.

Minor tacens per quinquennium censetur renunciare nullitati provenienti ex defectu decreti judicis, *decis.* 38. *lib.* 7. *numer.* 20.

Taciturnitas prædicta non operatur, quando Statutum præsumit contractum dolose extortum, *decision.* 38. *libr.* 7. *numero* 21.

Quod scientia facti, & juris omnino requiratur in majore ad hoc ut possit dici, quod contractum ratificaverit, & quod non sufficiat sola consideratio; quod contractus fuerit ab ipsomet gestus, quodque poterit juris peritos consulere, *decis.* 38. *lib.* 7. *n.* 24. *cum pluribus seqq.*

Decretum judicis facit præsumere veritatem causæ in contractu minoris expressæ, *decis.* 39. *lib* 7. *n.* 2.

Contractus minoris, licet solemnitatibus destitutus; est in implicito statu validitatis, adeout irritari solum possit minore volente, non autem allegari ejus nullitas a tertio, *decis.* 34. *libr.* 7. *n.* 3.

Amplia etiam si Statutum præsumat ob non adhibitas solemnitates contractum dolosum, *decis.* 39. *lib.* 7. *n.* 4.

Item si nullitas sit per Statutum ipso jure inducta; *decis.* 39. *lib.* 7. *n.* 5.

Hæres autem minoris potest nullitatem apponere, licet minor non opposuerit, *decis.* 39. *libr.* 7. *n.* 6.

Tertius vero, si sit verus possessor, per viam exceptionis eam allegare non prohibetur, *decis.* 39. *libr.* 7. *n.* 7.

Si autem sit actor, tunc solum potest nullitatem deducere, quando ista fuit a minore opposita; secus econtra, *decis.* 39. *lib.* 7. *n.* 8. & 9.

Quando minor contractum ratificavit; tunc multo minus potest tertius illius nullitatem allegare, *decis.* 39. *lib.* 7. *numero* 10.

Quando minor cum solemnitatibus constituit procuratorem ad contrahendum, an sit iterum necesse, ut in ipso contractu solemnitates serventur, distinguere oportet, aut procurator est constitutus ad certum negotium super speciali re, & tunc procedit negativa, *decis.* 40. *lib.* 7. *numero* 2.

At vero agitur de procuratore generaliter constituto ad omnia negotia, & ad omnes contractus, & hoc casu quolibet actu debent reperi solemnitates, *decis.* 40. *lib.* 7. *numer.* 3. & 4.

Si causa in contractu minoris judici exposita detegatur falsa, & erronea, concurrit contractus ex defectu consensus, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 5.

Etiamsi sit erronea solum in parte, nam ob individuitatem decreti corruit in totum, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 6.

Ad effectum sustinendi contractum minoris; ex quo pecuniæ versæ fuerint in ejus utilitatem, debet versio concludenter probari, nec sufficit assertio, *decis.* 40. *lib.* 7. *numero* 10.

Minor cum præsentia judicis, cui asseritur subdelegatus, valide contrahit, si de subdelegatione perquisitis actis non constat; *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 13.

Maxime si talis subdelegatus non enunciatur, nec Doctor, nec juris peritus, quodque talis esset, aliunde non apparet *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 14.

Contractus minoris, qui detegitur dolosus, & damnosus, etiam cum præsentia judicis non sustinetur, *decis.* 50. *lib.* 10. *numer.* 17.

Minor quoad restitutionem in integrum.

Minori læso ob non confectum inventarium datur restitutio in integrum, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 10.

Dicitur autem læsus, si cogitur ob omissionem inventarii servare dispositionem defuncti super suis propriis bonis, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 11.

Et talis restitutio ei datur etiam post quam effectus est major, licet lapsum sit quadriennium, si non probetur scientia præjudicii, & omissionis inventarii, quam fecit tutor, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 12.

Restitutio in integrum adversus inconsulto adita hæreditatem in supremis tribunalibus datur etiam post lapsum quadriennii, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 13.

Jus petendi restitutionem in integrum nedum datur minori, sed transit etiam ad ejus hæredes, *decis.* 19. *n.* 14.

Minor major factus, continuando possessionem bonorum hæreditariorum, non censetur approbare aditionem nullam, nisi probetur scientia nullitatis, tam facti, quam juris, *decis.* 19. *lib.* 9. *n.* 15.

Nova hæreditatis aditio non resultat ex actuum continuatione; qui sunt referibiles ad aditionem semel factam, & si hæc sit nulla, ipsi actus tanquam consecutivi etiamsi facti in majori ætate non præjudicant, *decis.* 19. *lib.* 9. *numer.* 16. & 17.

Mobilia.

Mobilia; & supellectilia pretiosa non præsumuntur adesse in domo personæ debitis involutæ, quæ degat in civitate, non adeo conspicua, & luxui addita, *decis.* 24. *lib.* 6. *numero* 15.

Mobilia non tenetur vendere hæres gravatus, nec eorum consumptionem imputat in detractiones, *decis.* 33. *libr.* 9. *numero* 5.

Molestia.

Obligationi liberandi a molestiis dicitur factus locus; quoties illæ fuerunt illatæ, *decis.* 24. *lib.* 9. *n.* 1.

Obligatus pro liberatione a molestiis non potest alium molestare, quia molestiæ contra eum retorquerentur, & esset inutilis circuitus, *decis.* 24. *lib.* 9. *n.* 2.

Prohibitio testatoris facta de non molestando hæredem; intelligitur

ligatur de molestiis injustis, & calumniosis, non de justis; & rationabilibus, tendentibus ad conservandam, & adimplendam voluntatem ipsius disponentis, *decis.* 54. *lib.* 9. *num.* 26. *decis.* 57. *lib.* 9. *n.* 11.

Monasterium.

Monasterium erigendum fruitur ejusdem privilegiis, quibus Ecclesia, *decis.* 103. *lib.* 10 *n.* 2.
Contrarium *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 6.
Quod monasterium erigendum non possit stare in judicio, *dec.* 103. *lib.* 10. *n.* 6.
Monasterium Sanctæ Mariæ septem dolorum Urbis non est regulare, nec per oblationem inibi factam impeditur subsequens matrimonium, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 3. & *decis.* 111. *n.* 3. *lib. eodem.*
In construendis monasteriis distantiæ, & forma tradita per Constitutiones Apostolicas non servantur in magnis urbibus, *decis.* 3. *lib.* 14 *n.* 15.
Et servari non debet, ubi non agitur de præjudicio alterius monasterii quoad administrationem sacramentorum, & de aliis quæstionibus, quæ sunt rationes motivæ dd. Constitutionum, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 15.
Præfatæque constitutiones procedunt tantum in nova constructione integri Monasterii, non autem in ampliatione jam erectorum, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 16.
An uno Monasterio ad aliud non dicitur impediri psalmodia quando intercedit congrua distantia, neque ex hoc potest impediri constructio, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 18.
Monasteria monialium, quod possint ædificare prope Monasteria monachorum, quando intercedit congrua distantia, nec adsunt fenestræ ad prospectum, & quomodo intelligatur, & procedat in hac parte dispositio Concilii Agatensis, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 17. *et seqq.*

Moneta.

Locus solutionis attenditur ad effectum dignoscendi, in quanam moneta sit solvendum, *decision.* 62. *libr.* 9. *n.* 16.

Mons.

Ex bullettinis, seu tesseris sub nomine provisorum montis traditis contrahitur pignus, & depositum, & oritur actio exercibilis contra montem, *decis.* 5. *lib.* 8 *n.* 2.
Mons de dolo, & culpa suorum ministrorum, & deputatorum tenetur, *decis.* 5. *lib.* 8. *n.* 4.
Oppignoratio pecuniarum non est de jure prohibita, quinimo expresse permittitur, tam a jure, quam a Statutis montis pietatis Urbis, *decis.* 5. *libr.* 8. *n.* 5. & 6.

Mora.

Ad moræ purgationem semper admittitur emphyteuta, nisi concurrat evidens protervia, & dolus, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 6. & *decis.* 30. *n.* 16. *lib. eodem.*
Moræ purgatio admittitur, licet in investitura adsit pactum resolutivum, & etiamsi emphyteuta fuerit ad eam alias admissus, & dominus directus consummaverit executionem, *decis.* 27. *libr.* 4. *n.* 10. & *decis.* 28. *n.* 13. & 16. & *dec.* 30. *n.* 15. *lib. eodem.*
Ad obtinendam moræ purgationem solvi debent damna, & interesse, nec non canones, exceptis illis decursis tempore, quo dominus possedit, & fructus collegit, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 11.
Judex promptus esse debet in admittenda moræ purgatione, *dec.* 28. *libr.* 4. *n.* 11.
Emphyteuta ex æquitate canonica ad eam admittitur, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 19. & *decis.* 30. *n.* 14. *lib. eodem.*
Admittitur ejus purgatio, etiamsi sit triplicata, & etiamsi post executionem, quoties adsit aliqua excusabilis causa, maxime contra Ecclesiam, quæ debet esse pia mater, nec decet, ut ipsa sit tenax in exigendis pœnis, *decis.* 28. *lib.* 4. *a n.* 12. & *decis.* 30. *n.* 17. *libr.* 4.
Deterioratio jurium Ecclesiæ non excludit moræ purgationem; quoties consulatur per resarcitionem cujuscunque damni, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 17.
Est concedenda moræ purgatio, licet petatur ad commodum creditorum emphyteutæ, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 18.
Emphyteuta tenetur restituere omnes fructus, quos percepit ab ea die, qua dominus rem emphyteuticam accepit, quia purgatio moræ operatur ex nunc, & non ex tunc, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 19. 22. & 23. *et decision.* 31. *n.* 7. *lib. eodem.*
Intellige conclusionem, quoties effectum habet caducitas, & devolutio; secus si emphyteuta admittatur ad purgationem moræ: quia hoc casu non tenetur fructus restituere attenta bona fide, quæ oritur ex spe obtinendi moræ purgationem, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 21. *et* 22. *et decis.* 29. *n.* 2. & *decis.* 31. *n.* 2. & *n.* 8. *cum seqq. lib. eodem.*
Et procedit, etiamsi dominus possessionem instrumentalem apprehendit de mandato judicis, *decis.* 29. *lib.* 4. *n.* 2. & *seqq.*
Maxime si ex post permiserit, quod emphyteuta corporaliter possideret, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 5.
Quod purgatio moræ operetur ex tunc, & non ex nunc, *decis.* 29. *lib.* 4. *n.* 7.
Damnum quod ex purgatione moræ sensit dominus in restitutione fructuum perceptorum, non est attendendum, *dec.* 30. *lib* 4. *n.* 18.
Licet purgatio moræ exposcat celerem canonum satisfactionem; itaut non concedatur, quando emphyteuta diu petere eam distulit, tamen id non procedit, quando ipse est inops, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 19. & *seqq.*
Purgatio moræ facit, ac si nunquam fuisset incursa caducitas, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 3.
Dominus directus tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum a die moræ litis super admissione ad purgationem moræ, etiamsi habuerit justam causam litigandi, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 4. *et seqq. et n.* 20.
Moræ purgatio non provenit a mera gratia, sed ab æquitativa juris dispositione, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 19.
In mora an constituatur debitor per interpellationem, quando creditor plus debito petit; & quid si duo sint separata credita, & excessus consistat in uno tantum, *decis.* 9. *lib.* 5. *a num.* 5.
In contractibus ultro citroque obligatoriis sola prima mora consideratur, itaut hæc tribuenda sit illi, qui primo defecit, *decis.* 45. *lib.* 6. *n.* 6.
Mora, alia realis, seu irregularis, quæ inducitur ministerio legis ob solam debiti subsistentiam, alia personalis, quæ regularis quoque dicitur, & contrahitur per solam interlationem, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 14.
Mora nil aliud est, quam solvendi debiti, vel exigendi crediti injustitia, & frustratoria dilatio, *decis.* 51. *lib.* 6. *numero* 16.
Mora præsupponit debitum, nullamque novam inducit obligationem, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 16.
Mora considerari nequit, ubi nullum adest debitum, seu obligatio, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 16.
Mora non committitur a debitore, qui ex justa causa se debitorem non esse credebat, *dec.* 51. *lib.* 6. *n.* 17.
Licet interpellatio continens plus debito non constituat in mora, tamen id non procedit, vel quando adest clausula, *non solum præmisso, sed omni alio meliori modo*, vel quando habita fuit relatio ad instrumenta, *decis.* 51. *lib.* 6. *numero* 22.
Donatarius, ad impediendam resolutionem donationis, non admittitur ad moræ purgationem, *decis.* 14. *lib.* 7. *n.* 10. *et decis.* 15. *n.* 9. *lib. eodem.*
Mora absque interpellatione non contrahitur, *decis.* 97. *lib.* 10. *num.* 5.
Ignorantia excusat a mora, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 7.

Mulier in genere.

Mulier occupans bona viri pro suo credito dotali anteriori, non debet pati subhastationem eorum bonorum ad instantiam creditorum posteriorum, nisi cum clausula *non amota etc.* & dummodo oblationes excedant, *decis.* 29. *libr.* 6. *numer.* 3.
Mulier pro dote non soluta non habet retentionem in bonis viri, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 4. *et decis.* 30. *n.* 20. *et* 29. *et decis.* 31. *n.* 30. *lib. eodem.*
Mulieris confessio tendens ad patefaciendam veritatem, tenetur etiam si sit solemnitatibus destituta, *decis.* 30. *libr.* 6. *numero* 28.
Mulier, quæ sibi appropriavit bona viri, non potest amplius fructus dotales prætendere, *decis.* 54. *lib.* 6. *numero* 3.
Mulieris assertio, & confessio non attenditur, quia ad eam faciendam facilis fuisse præsumitur, *decis.* 29. *lib.* 7. *numero* 6.
Mulier tutrix, & administratrix, præsumitur de suo credito dotali satisfacta, si id commode fieri poterat, & patrimonium erat pingue, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 4. *et* 5.
An autem hæc præsumptio noceat solum mulieri, vel etiam ejus creditoribus, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 11.
Mulier tutrix ad evitandum cursum usurarum tenetur bona alienare, & sibi de dote satisfacere, & si neglexit, usuras petere non potest, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 8. *et* 9. *et decis.* 42. *n.* 2. *et* 3. *lib. eodem.*
Mulier adiens hæreditatem sine debitis solemnitatibus, præservatur a damno, *dec.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 31.
Et excusatur, si ejus procurator minus legitime inventarium ejus nomine confecerit, *dec.* 2. *lib.* 9. *n.* 31.
Mulier, quæ administravit, & rationem non reddiderit, præsumitur de suo credito dotali satisfacta, vel saltem istud est effectum turbidum, itaut non possit ammissionem retardare *dec.* 95. *lib.* 10. *n.* 7.

Mulier binuba.

Mulier binuba filio prioris conjugis succedit tantum in usufructu, si adsit alter ex ipsis filiis, *dec.* 3. *lib.* 4. *n.* 2.
Dispositio text. in leg. hoc æditali porrigitur etiam ad amasios; *dec.* 14 *lib.* 9 *n.* 26.
Requiritur tamen, quod intercesserit turpis consuetudo, quæ non præsumitur, sed est concludentissime probanda, *dec.* 14. *lib.* 9. *n.* 27.
Dispositio dictæ legis habet unice locum in relictis lucrativis, non autem in onerosis, & remuneratoriis, *dec.* 14. *lib.* 9. *numer.* 28.
Pœnæ inductæ mulieri binubæ respicit favorem filiorum, ideoque ad istorum hæredes extraneos non transit, adeout in extranei præjudicium omnia jura matri faventia exerceri va-

pro dicta rata, duntaxat fit proportionabilis diminutio: unde regula est, quod legitima ascendentis fit tertia ejus, quod fratres non capiunt, dummodo non sit minus tertiæ, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 18. & 35. & *decis.* 69. *num.* 7. & *decis.* 70. *n.* 7. & 20. *lib. eodem.*

Atque hinc fit, quod si fratres non succedant in integra virili, sed aliquam minorem portionem tantum capiant, & reliquum restituant hæredi scripto in testamento contratabulato, hoc casu minuitur legitima ascendentis respectu ejus portionis, quam fratres actualiter retinent, eum in alia portione restitutæ remaneant hæredes puri nominis, & sine effectu, ideoque non dicuntur cum ascendente concurrere, *decis.* 68. *lib.* 9. *n.* 20. & *seqq.* & *n.* 33. & *decis.* 69. *n.* 6. & *decis.* 70. *n.* 15. & *n.* 21. & *seqq. lib. eodem.*

Vigore authenticæ de eriente, & semisse, legitima ascendentis erat tertia totius, quia fratres non concurrebant per Auth. defuncto, fuerunt fratres admissi ad consuccessionem; & ita diminuta legitima ascendentis ad tertiam tertiæ; sed ubi termini hujus posterioris authenticæ non retineantur, quia fratres non succedunt actualiter, tunc remanent illibata jura vetera, nec legitima ascendentis minuitur, *decision.* 68. *lib.* 9. *num.* 28.

Quando testator institutis hæredibus avo, & fratribus eos gravat onere restitutionis, tunc legitima avi, quæ sub fideicommisso non cadit, est tertiæ, *decis.* 69. *lib.* 9. *n.* 10. & *decis.* 70. *n.* 26. *lib. eodem.*

De hac conclusione dubitatur, *decision.* 70. *lib.* 9. *n.* 27.

Sed quatenus esset vera, intelligi debet, si fideicommissum eis injunctum sit conditionale, in quo respectu fratrum gravatorum verificatur verus & effectivus titulus hæreditarius; secus autem in fideicommisso puro, ubi effectus vere successionis non habetur, *decis.* 69. *lib.* 9. *n.* 11. & *decis.* 70. *n.* 78. *lib. eodem.*

Quando u... eom ascendente succedunt extranei, tunc semper legitima est tertia totius, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 4.

Si Statutum excludat matrem a successione in concursu fratrum, reservata solum legitima, tunc legitima matris est tertia tertiæ. *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 5. & *seqq.*

Si autem Statutum excluderet matrem etiam ad favorem fratrum consanguineorum, tunc in istorum concursu legitima matris est tertia totius, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 7.

Si una cum fratribus ad successionem concurrant etiam extranei tunc legitima matris est tertia totius portionis, quam fratres non capiunt, dummodo non sit minor tertia tertiæ, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 7. & 24.

Et in hac successione mixta cum extraneo, si frater declaret nolle facere partem matri in diminutione legitimæ, tunc ista remanet in tertia totius, & hoc licet fratre jam audivisset, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 8.

Legitima filii est tantum tertia tertiæ, quando ad successionem testamentariam concurrunt etiam ejus sorores, *decis.* 24. *lib.* 10. *n.* 10.

Esset autem tertia totius, si feminæ a Statuto exclusæ reperiantur, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 20.

Limita si sorores, etsi per Statutum exclusæ, tamen fuerunt per testamentum patris reintegratæ ad jura successionis, & æqualiter institutæ, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 21.

Legitima super quibus bonis debeatur.

Filios non tenetur recipere legitimam in nominibus debitorum, nisi quando illa duntaxat in hæreditate reperiuntur, *decis.* 7. *lib.* 2. *n.* 9. & *decision.* 8. *lib. eodem*, *n.* 5.

Si testator mandavit investiri nomina debitorum, videtur noluisse assignare legitimam filio in hac bonorum specie, *decis.* 8. *lib.* 2. *num.* 16.

Legitimam filii prætendere non possunt super bonis donatis, vel datis a matre in dotem filiæ, nisi donatio, & dos probentur inofficiosæ, *decision.* 1. *lib.* 6. *n.* 8.

Legitima debetur etiam super bonis alteri filio donatis, *decis.* 29. *lib.* 9. *n.* 2.

Legitima matri binubæ debita, ex quo in testamento filii foerit præterita, quod non debeatur super bonis donatis contemplatione primi matrimonii, *decision.* 38. *lib.* 9. *n.* 2.

Intellige, si agatur de præjudicio aliorum filiorum ex primo matrimonio superextantium, non autem si agatur de extraneo; nam respectu istius matri binubæ debetur legitima, tam in proprietate, quam in usufructu, etiam super bonis provenientibus a primo viro, *decis.* 38. *lib.* 9. *n.* 3. & 4. & *n.* 14.

Item declara, si agatur de donatione facta a patre viri; secus autem si a patruo, vel extraneo cum onere fideicommissi favore filiorum, & ut decentius onera matrimonii sustineantur, *decis.* 38. *lib.* 9. *a n.* 9.

Legitima quoad fructus.

Fructus legitimæ debentur a die obitus testatoris, *decis.* 46. *lib.* 9. *n.* 10. *decis.* 50. *n.* 5. *lib. eodem.*

Et eorum petitio transit ad hæredes, prout ipsa legitima, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 12. & *decis.* 50. *n.* 10. *lib. eodem.*

Debentur, quamquam legitima sit relicta in pecunia, quando hæreditas consistebat in stabilibus, *decis.* 49. *lib.* 9. *num.* 13. & 14. & *decis.* 50. *n.* 9. *lib. eodem.*

De dote quæ succedit loco legitimæ, debentur fructus, etiam dissoluto matrimonio, absque ulla interpellatione, *decis.* 23. *lib.* 6. *n.* 2. & *decis.* 32. *n.* 12. *lib. eodem*, & *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 7.

Quando dos succedit loco legitimæ, fructus ex ea debentur, etiam in ea rata in qua legitimam excedit, *decis.* 24. *lib.* 6. *num.* 5. & 6.

Legitima quoad imputationem.

Relictum filio contemplatione patris, in legitimam imputatur, *decis.* 31. *lib.* 9. *n.* 2.

Non imputatur, si sit relictum contemplatione solius filii, *decis.* 37. *lib.* 9. *n.* 3.

In dubio relictum filio, ipsius filii contemplatione relictum censetur, non autem contemplatione patris, licet proveniat a consanguineo, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 5.

Præsertim si filius relinquenti sit cognitus *decis.* 35. *lib.* 9. *num.* 6. & 17.

Quando relictum est factum filio pro causa, ad quam tenetur pater, contemplatione patris factum censetur, *decis.* 35. *lib.* 9. *num.* 7.

Limita, si causa non fuerit a relinquente considerata per modum finis, sed tantum per modum consilii, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 9.

Expensæ pro studio non sunt filio in legitimam; imputandæ, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 11.

Legatum relictum a consanguineo filio, non censetur relictum contemplatione patris, nec imputatur, quando ipsemet pater fuit a consanguineo hæres institutus, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 12.

Quomodo intelligantur, & procedant auctoritates in contrarium adduci solitæ, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 13.

Item non censetur relictum contemplatione patris, quando isti fuit prohibitus usufructus, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 14. & *seqq.*

Quando pater est dives, tunc relictum non censetur factum ejus contemplatione, sed filii, *decis.* 75. *lib.* 9. *n.* 18.

Si pater statim consignavit relictum filio, ex hac observantia arguitur, quod non fuerat relictum contemplatione patris, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 19.

Dicitur factum contemplatione filii, etiamsi fuerit expressa persona patris, nisi tamen indicata fuerit patria potestas, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 20.

Licet pater habeat in re legata propriam portionem, hoc non impedit, quin relictum non censeri debeat contemplatione filii, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 21.

Pater non potest demandare, ut filius imputet rem, quæ ad ipsum filium, & non ad patrem spectat, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 22.

Quidquid pervenit ad filium ex substantia, & judicio patris imputatur in legitimam, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 7. & *decis.* 83. *n.* 3. *lib. eodem.*

Legitima quoad prohibitionem, & onera.

Si legitima fuit prohibita in contractu a legitimario expresse acceptato, non potest amplius peti, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 12.

Hocque procedit, etiamsi non fuerit in contractu adhibita cautela Soccini, *decis.* 28. *lib.* 9. *n.* 13.

Legatum relictum pro omni, & toto eo &c. si acceptetur, impedit, quod non possit amplius prætendi nec legitima, nec supplementum, *decis.* 40. *lib.* 9. *n.* 2. & *seqq.* & *decis.* 8. *n.* 2. & *seqq. lib.* 11. & *decis.* 9. *n.* 8. *lib. eodem.*

Si servata sit cautela Soccini, & legitimarius acceptetur hæreditatem, onus quoque legitimæ absque alia declaratione acceptatum censetur, *decis.* 42. *lib.* 9. *n.* 6.

Clausula *omni meliori modo* operatur adinstar cautelæ Soccini quoad prohibitionem legitimæ, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 3.

Intellige, quando explicite ipsi prohibitioni legitimæ cohæret; *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 5.

Verba *per quanto puole, e sia lecito*; non æquipollent cautelæ Soccini, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 4.

Cautela Soccini non dicitur servata, si ultra privationem relicti non relinquatur etiam legitima libera, *decis.* 50. *lib.* 9. *num.* 1.

Quando cautela non fuit servata, tunc debet concurrere acceptatio expressa, & specifica, alias consecutio legitimæ non impeditur, *decis.* 50. *lib.* 9. *n.* 2.

Magis proficuum reputatur habere legitimam immunem, quam illam oneri subjicere propter solam spem succedendi in fideicommisso conditionali, *decis.* 50. *lib.* 9. *n.* 4.

Super dote succedente loco legitimæ non censetur acceptatum tum fideicommissum sine specifica & individua acceptatione testamenti, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 18.

Adeout si dentur in dotem bona partim debita pro legitima, & partim non debita, cum expressione, quod dantur cum suis oneribus, intelligendum est de oneribus quoad bona, non autem quoad congruentia quantitati legitimæ, *decis.* 25. *lib.* 10. *n.* 19.

Legitima nullum recipit onus, & conditionem, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 6. & *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 15. & *decis.* 14. *num.* 3. *lib. eodem.*

Onus a legitima rejicitur ipso jure absque ulla reclamatione legitimarii; ideoque non præsumitur acceptatum ex sola scientia, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 7.

Acceptatio oneris super legitima debet concludentissime probari, nec admittuntur actus aliam possibilem intelligentiam patientes, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 8. & *seqq.* & *decis.* 50. *n.* 7. *lib. eodem.*

Si legitimarius onus expresse non acceptavit, prout testator injunxerat, & insuper in pluribus contractibus obligavit propriam legitimam, ex utroque actu resultat probatio, quod onus rejecit, & acceptare noluit, *decis.* 49. *n.* 10. *lib.* 9. & *decis.* 50. *n.* 3. *lib. eodem.*

Exactio

Exactio alicujus præstationis relictæ, donec adveniret tempus petendi legitimam, non facit, ut censeatur super legitima onus acceptatum, quia præstatio refertur ad fructus legitimæ, *decis. 50. lib. 9. n. 5.*

Illius qui fuit præsens testamento, & disposita in eo observare promisit, censetur acceptasse etiam prohibitionem legitimæ, licet illa cum Soccini cautela prohibita non sit, *decision. 64. lib. 10. n. 8.*

Quando fuit servata cautela Soccini, tunc clare constat, testatorem voluisse gravare filium in legitima, *decision. 3. lib. 11. num. 16.*

A relicta loco legitimæ rejicitur onus intra terminos ipsius legitimæ, non quoad excessum, *decis. 3. lib. 11. n. 17.*

Legatum ususfructus relictum pro omni, & toto eo &c. non impedit, quin possit detrahi legitima in proprietate, nisi stet de positiva agnitione, & individuali acceptatione legati, *decis. 7. lib. 11. n. 6.*

Nec ad hunc effectum admittuntur actus æquivoci, & patientes aliam interpretationem, *decis. 7. lib. 11. n. 7.*

Si autem acceptatio probetur, tunc legitima amplius peti non potest, *decis. 8. n. 2. & seqq. lib. 11. & decis. 9. n. 6. lib. eodem.*

Legitima quomodo calculetur, & quænam personæ ad hunc effectum computentur.

Ad commensurandam legitimam, seu virilem portionem, attenditur numerus filiorum de tempore obitus patris, *decis. 52. n. 1. & 3. lib. 6.*

Legitima ascendit ad semissem, quando filii sunt quinque, *decis. 29. lib. 9. n. 2. & decis. 36. n. 1. & decis. 37. n. 1. lib. eodem, & resp. 1. n. 1. fol. 456. tom. 2.*

Licet non omnes filii sint hæredes patris, tamen si Statutum simpliciter excludit propter fratres, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ, tunc feminæ exclusæ faciunt numerum, etiam ad favorem fratris, qui non sit patris hæres, *decis. 36. lib. 9. n. 6. & 7. & decis. 37. n. 2. lib. eodem.*

Augmentum legitimæ proveniens masculis ex dispositione Statuti propter exclusionem feminarum, non potest pater minuere, & tollere, *decis. 37. lib. 9. n. 3. & 16.*

Ex Statuto urbis augmentum legitimæ debitum filiis ob exclusionem feminarum, debetur filiis, qui sint hæredes patris, *decis. 37. lib. 9. n. 4.*

Debita ante legitimam sunt detrahenda, *decis. 45. lib. 9. numer. 3.*

Si legitimæ jungatur Trebellianica, ascendunt simul ad semissem, *decis. 47. lib. 9. n. 1. & decis. 71. n. 6. lib. eodem, & decis. 87. lib. 10. n. 20.*

Legitima a triuncio ad tertiam hæreditatis partem, vel ad dimidiam, si legitimarii sint ultra quatuor, fuit aucta per dispositionem Text. *in auth. de trient. & semiss. decision. 58. lib. 9. num. 3.*

Quando per præteritionem ascendentis testamentum rumpitur, & vigore clausulæ codicillaris fit restitutio, tunc si concurrant una cum ascendente fratres, quibus est debita Trebellianica, tunc ista prius detracta, legitima matris reducitur ad tres uncias, & tertiam partem alterius unciæ, & Trebellianica ad duas uncias ascendit, *decis. 71. lib. 9. num. 9.*

Si Statutum exclusivum reservet feminis dotem loco legitimæ; itaut dos loco legitimæ succedat, hoc casu feminæ, licet non admittantur ad partem, faciunt tamen numerum, & partem ad augendam legitimam masculorum, sive masculis expedist, sive non, *respons. 1. n. 3. & seqq fol. 456. tom 2. decis. 29. lib. 9. n. 3. & decis. 36. n. 4. lib. eodem.*

Et indubitanter, quando masculis est utile; *decision. 36. lib. 9. num. 5.*

Si vero dos vigore Statuti non succedat loco legitimæ, hoc casu aut agitur de interesse ipsarum feminarum, an scilicet ipsæ admittantur ad partem, vel faciunt numerum, & partem ad proprium favorem, & absolute procedit opinio negativa, *resp. 1. n. 6. fol. 456. tom. 2.*

Aut vero agitur de interesse masculorum, an scilicet in istorum favorem faciant numerum, & partem pro augenda eorum legitima, & procedit opinio affirmativa, quoties masculis expedit, & est utile, *resp. 1. num. 7. & per totam, fol. 456. tom. 2.*

Rejicitur, & explicantur Doctores, qui pro contraria sententia recenseri possunt, *d. resp. 1. numer. 22. & seqq. fol. 460. tom. 2.*

Si feminæ non computarentur in numero pro statuenda legitima masculorum, sequeretur; ut minus masculi quandoque perciperent, illis exclusis, quam si essent vocatæ, *d. resp. 1. n. 9. fol. 458. tom. 2.*

Ad conculcandam legitimam attenditur unice numerus filiorum; idenque cum feminæ etsi exclusæ non desinant esse de liberis, merito numerari debent ad legitimam augendam, *respons. 1. n. 10. fol. 458. tom. 2.*

Feminæ per Statutum exclusæ reputantur pro non extantibus quoad proprium favorem; secus quoad commodum masculorum, cum Statutum eas excludat, istos includat; ideoque earum exclusio, tanquam facta contemplatione masculorum, istis tribuit eam portionem legitimæ, quæ feminis competere posset, *resp. 1. num. 11. fol. 458. tome 2.*

Tunc feminæ non computarentur ad augendam legitimam; quando Statutum eas excluderet simpliciter, nullo habito respectu ad masculos; secus autem dicendum, quando est in istorum favorem & contemplationem, *respons. 1. n. 15. fol. 459. tom. 2. & n. 23. fol. 460.*

Licet admodum controversa sit opinio, an feminæ exclusæ, quibus pater dotem reliquit, jure institutionis admittantur ad partem, non secus ac si Statutum eas non exclusisset; tamen paterna institutio apprime deservit ad hoc, ut facilius feminæ faciant numerum, & partem ad favorem masculorum, *res. 1. n. 20. fol. 459 tom. 2.*

Opinio, quod feminæ computentur, & faciant partem ad favorem masculorum, procedit, etiamsi unus ex fratribus dissentiatur, *decision. 29. lib. 9. num. 17. & respons. 1. num. 25. fol. 461. tom. 2.*

Et etiamsi plures fratres, qui sint hæredes patris, repugnent; *decis. 37. lib. 9. num. 2. & respons. 1. num. 26. fol. 461. tom. 2.*

Dissensus alicujus ex fratribus non attenditur etiam in casu; dos non succedat loco legitimæ, *respons. 1. num. 25. fol. 461. tom 2.*

Et si dos succedat legitimæ, tamen quando masculi nolunt feminas computare, contenti, quod legitima sit triens, tunc dotes non sunt detrahendæ de legitima, sed tanquam æs alienum ante legitimam deducendæ, *respons. 1. num. 30. fol. 463. tom. 2.*

Feminæ volentibus masculis faciunt numerum; etiamsi agatur de legitima debita ab hæreditate materna, a qua propter dotem remaneant exclusæ, *decis. 29. lib. 9. n. 18. & respons. 1. n. 32. fol. 464. tom. 2.*

Filius exhæredatus ob ingratitudinem, bannitus, seu deportatus, & Religiosus in religione incapaci non computantur ad calculandam legitimam, *respons. 1. n. 14. & seqq. fol. 459. tom. 2.*

Legitima quoad supplementum.

Si relictum factum a patre filio impar deregatur portioni legitimæ, potest iste petere supplementum, *decis. 35. lib. 9. numer. 1.*

Legitimatio, & legitimatus.

Legitimati per subsequens matrimonium veniunt sub appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, *decis. 23. lib. 10. num. 1.*

Legitimatio per subsequens matrimonium non habilitat ad succedendum in præjudicium tertii, nisi probetur custodia ventris, *decis. 23. lib. 10. n. 3.*

De jure tamen Canonico hæc custodia non est necessaria, sed sufficit, mulierem retentam fuisse domi in famulatu, & ex illius concubitu fuisse filios procreatos, *decis. 23. lib. 10. n. 4.*

Si exigeretur exacta, & rigorosa probatio super ventris custodia, nulli, aut pauci per matrimonium legitimarentur, *decis. 23. lib. 10. n. 5.*

Læsio

Læsio non solum a pretio, sed etiam ab exorbitantia pactorum desumitur, *decis. 5. lib. 5. n. 10.*

Ad desumendam læsionem debet haberi respectus ad rem, non ad fructus, *decis. 5. lib. 15. n. 30. & 33.*

Item debet haberi ratio non de taxa legali, sed de fructibus, qui vere retrahuntur, *decis. 5. lib. 5. n. 32.*

Pacta maxime onerosa dicuntur pars contractus, & sunt attendenda commensurandam illius injustitiam, *decis. 8. lib. 1. n. 4.*

Læsio enormissima dicitur continere dolum, & irritat ipso jure contractum, *decis. 22. lib. 7. num. 1. & decis. 24. num. 1. lib. eodem.*

Læsio considerari non potest in re incerta, & dubia; quæ jactum retis continere dicitur, *decis. 22. lib. 7. n. 2. & decis. 23. n. 3. lib. eodem, & decis. 40. lib. 9. n. 6. & decis. 6. lib. 10. n. 17.*

Incertitudo autem adesse non dicitur in re, quam quis mature ponderavit, *decis. 22. lib. 7. n. 4.*

Et ad hunc effectum etiam in rebus incertis cadit æstimatio arbitrio judicis commensuranda, *decis. 22. lib. 7. n. 5.*

In spe incerta, quæ jactum retis, & aleam fortunæ continet; intrare potest læsio, quoties contractus æque se non habet ad lucrum, & ad damnum, *decis. 22. lib. 7. n. 6.*

Læsio probari, & desumi non potest ex juribus, & scriptis post contractum repertis, *decis. 22. lib. 7. n. 7.*

Contrarium quoties scripturarum noviter editarum vel fuit, vel esse potuit notitia penes contrahentes, & quando scripturæ noviter repertæ non inducuntur, sed potius comprobant ipsam læsionem, *decis. 22. lib. 7. n. 8. & 9. decis. 23. n. 12. lib. eodem.*

Læsio est consideranda de tempore contractus; *decis. 23. lib. 7. num. 2.*

Etiam si quis scienter læsus fuerit, tamen legis remedio est juvandus, si læsio sit enormissima, *decis. 23. lib. 7. n. 8.*

Læsio enormissima efficit, ut contractus nulla indigeat rescissione, & absque ista possit remedium possessorium intentari, *decis. 23. lib. 7. n. 1. & 2.*

Enormissima dicitur læsio, si nedum dimidiam, sed duas tertias partes valoris excedat, *decis. 24. lib. 7. n. 7.*

In fideicommisso reciproco nulla potest considerari læsio, quia poterat se habere ad lucrum, & ad damnum, *decis. 87. lib. 10. num. 17.*

Idque procedit; etiamsi ex post in damnum sit versum ob

purificationem; quæ evenit ad favorem alterius, quia non eventus, sed possibilitas inspiciunt, *decis.* 87. *lib.* 10. *n.* 8.
Multoque minus poterit considerari læsio, si fideicommissum sit laudabile, & factum pro conservatione & decore familiæ, *decis.* 87. *lib.* 10. *n.* 16.
Læsio quomodo consideretur in transactione. *Vide* Transactio læsiva.

Lex.

Lex, vel constitutio nova non trahitur ad præterita; nisi de istis nominatim caveat, *decis.* 8. *lib.* 2. *num.* 23. & *decis.* 10. *n.* 9. *lib. eodem*, & *decis.* 22. *lib.* 11. *n.* 5. & *decis.* 23. *lib.* 14. *n.* 11.
Legibus, & non exemplis est judicandum, *decis.* 8. *lib.* 2. *n.* 24.
Lex inter partes stabilis servari debet, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 1.
Legis beneficium frustra implorat, qui eam contemnere non dubitavit, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 16.
Lex, seu constitutio posterior, quæ emanavit per viam declarationis, trahitur etiam ad præterita, decis. anira super materia de offic. venal. vacab. *n.* 3. *fol.* 452. *tom.* 2.
Legem expressam semper attendere debet judex, non obstante quacunque contraria Doctorum opinione, *decis.* 49. *lib.* 19. *n.* 28.
Post legem primum locum obtinet auctoritas glossæ, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 29.
Leges Mosaicæ possunt in præsens ad decisionem causarum allegari, maxime si non fuerunt per posteriorem legem correctæ, vel altem ab eis sumenda est norma, & argumentum in dijudicandis controversiis, *respons.* 2. *n.* 9. & *seqq. fol.* 471. *tom.* 2.
Lex, seu constitutio particularis alicujus Regni, Provinciæ, vel Civitatis, potest ad decisionem similium casuum, nedum in finitimis regionibus, sed etiam in aliis Regnis, Provinciis, & Civitatibus allegari, aut in argumentum trahi, quando agitur de articulo dubio ab interpretibus non explicato, & in quo nec jus commune, nec locale aliquid determinant, *resp.* 3. *n.* 17. *fol.* 472. *tom.* 2.
Etiamsi ageretur de lege abrogata, & non recepta, ibidem *num.* 18.

Liber.

Libro antiquo deferendum venit, *decis.* 12. *lib.* 3. *n.* 11.
Liber productus dicitur in omnibus qualitatibus approbatus; nec per producentem impugnari potest, *decis.* 29. *lib.* 6. *n.* 15.
Liber Mercatoris decocti non probat, si partitæ sint inverisimiles, *decis.* 33. *lib.* 6. *n.* 60.

Licentia.

Licentia potest ad cautelam peti etiam ubi non est necessaria, ideoque petita non præjudicat, *decis.* 26. *lib.* 14. *n.* 4.

Linea.

Quando agitur de ingressu fideicommissi de una linea ad aliam, & non de progressu, attenditur prioritas gradus, non prærogativa lineæ, *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 4.
Maxime si testator vocavit proximiores cum dictione *suos*, *decis.* 6. *lib.* 10. *n.* 5.
Sub vocatione masculi de linea masculina non veniunt masculi ex femina, *decision.* 22. *lib.* 10. *n.* 14. & *decis.* 30. *n.* 2. & *decis.* 31. *n.* 4. *lib. eodem*.
Etiamsi talis masculus de linea masculina fuerit positus in conditione, postquam in dispositiva fuerunt vocati masculi in genere, quia conditionalis dispositivam restringit, & declarat, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 15.
Si testator respexit ad lineam nudæ masculinitatis, hæc potest complecti etiam masculos ex femina, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 16.
Limita, quando sunt considerati masculi de linea masculina, quia tunc non nuda qualitas masculinitatis, sed etiam descendentia a masculo dicitur volita, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 17.
Linea masculina dicitur illa, quæ continuatur in masculis ex masculis, unde sub ejus vocatione non veniunt masculi ex femina, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 18. & 19.
Quando testator non fuit contentus sola prælatione masculorum, sed feminas comprehendere voluit, tunc non extantibus masculis unius lineæ fit transitus ad aliam, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 14.
Vocatio illius lineæ importat exclusionem alterius, & descendentes ab una non possunt dici descendere ab alia, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 21. & *decis.* 61. *n.* 9. *lib. eodem*.
Frater non dicitur de linea alterius fratris, *decis.* 59. *lib.* 10. *num.* 23.
Substitutio facta in casum extinctionis lineæ, locum habere non potest, si linea nunnquam inceperit, *decis.* 64. *lib.* 10. *n.* 3.
Contraria opinio est verior, *decis.* 64. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 73. *n.* 10. *lib. eodem*.
Substitutio facta finita linea importat gravamen substitutionis ultimo de linea, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 79. *n.* 3. & *decis.* 81. *n.* 5. *lib. eodem*.
Superexistente aliquo de linea prius vocata, non potest dici purificata substitutio ad favorem alterius, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 9.
Substitutio facta finita linea non restringitur ad aliquem certum, & determinatum eventum, sed habet locum, quandocunque linea defecerit, *decis.* 73. *lib.* 10. *n.* 9. & *decis.* 81. *n.* 12. & 13. *lib. eodem*.
Lineæ appellatione veniunt omnes descendentes, *decis.* 74. *lib.* 10. *n.* 12. & 13. & *decis.* 81. *n.* 12. *lib. eodem*.
Linea dicitur eadem, & non diversa, quando provenit ab eodem stipite, & filio testatoris, licet sit subdivisa in plures columnellos, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 20.

Liquidatio.

Quando certe constat de credito in genere ad effectum liquidationis, non requiruntur probationes rigorosæ, sed omne earum genus admittitur, *decis.* 42. *lib.* 5. *n.* 3.

Lis.

Commissio restitutionis in integrum operatur, ne lis dicatur extincta, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 5.
Lis non dicitur extincta, etiamsi adsit res judicata, ubi super illius intellectu, & executione adhuc agitur, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 6.
Lis dicitur extincta ex relaxatione executorialium, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 9.
Maxime si executioni fuerint demandatæ, *decis.* 9. *lib.* 3. *numer.* 10.
Commissio sine citatione ad dicendum contra; non inducit pendentiam litis, *decis.* 9. *lib.* 3. *n.* 12.
Lis actionem temporalem efficit perpetuam, *decis.* 3. *lib.* 4. *n.* 7.
Lis, & instantia promota per fideicommissarium, continuatur, & transit in alios quoscunque successive vocatos, *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 15.
Post litis contestationem non licet uni collitiganti recedere, & retractare in præjudicium alterius, cui fuit jus quæsitum, *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 25. & *decis.* 58. *num.* 17. *lib. eodem*, ubi quod est necessaria effectiva renunciatio litis.
Cedens litis fatetur se jus non habere, *decis.* 26. *lib.* 12. *n.* 6.
Per lapsum 30. annorum lis, & instantia perimitur, *decis.* 2. *lib.* 13. *n.* 3.

Litigiosi vitium.

Alienatio, quæ fit pendente lite, efficit, ut actor possit executionem facere, etiam contra sequientem, eo non citato, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 1.

Litera Apostolica.

Literis Apostolicis, Curiæque Romanæ, ex dispositione Canonum, & legum imperialium non solum cæremonialis reverentia, sed etiam effectiva parendi voluntas debetur, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 7.
Executio literarum Apostolicarum debet fieri ab habente jurisdictionem ordinariam, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 9.
Literæ Apostolicæ expeditæ in forma Brevis de capienda possessione nomine Cameræ, quando sunt justificatæ in iis quæ continentur sub clausula *constito*, habent paratam executionem, nec ulla alia indigent justificatione, *decis.* 1. *lib.* 12. *n.* 10.
Quando literæ Apostolicæ sunt justicatæ, non intrat arbitrium pro earum retardatione, sed sunt exequendæ, *decis.* 4. *lib.* 12. *n.* 2. & *decis.* 8. *n.* 5. & *decis.* 14. *n.* 1. *lib. eodem*.
Literæ Apostolicæ, quoties sunt justificatæ, debitam executionem exposcunt, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 1. *decis.* 17. *n.* 8. *lib. eodem*.
Quando sententia lata super executione literarum Apostolicarum est injusta, tunc intrat arbitrium pro retardanda illius executione, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 1.

Litera Cambii.

Si literæ cambii redeunt a nundinis protestatæ; & non solus ille mandatario, sive cessionario competit regressus contra scribentem, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 1.
Ac etiam contra fidejussorem, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 2.
Literæ cambii plura possunt continere mandata, *decis.* 18. *lib.* 5. *num.* 7.
Mercatoribus in materia literarum cambii est deferendum, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 12. & *decis.* 19. *n.* 2. *lib. eodem*.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, an possit per scribentem literas cambii opponi, tam contra mandatarium, quam contra giratarios. *Vide decis.* 18. *lib.* 5. *per totam*; ubi pro negativa, quando literæ sunt scriptæ, *all' ordine senza procura*, ipsius mandatarii, & *decis.* 19. *pariter per totam*, & *decis.* 20. *lib. eodem*.
Verbum *contici* præambulam numerationem, saltem præsumptive, contra scribentem probat, *decis.* 19. *lib.* 5. *n.* 3. & *decis.* 20. *n.* 2. *lib. eodem*.
Verba, *e per me ad NN*, regulariter important cessionem, & subrogationem giratarii in locum & vicem girantis, *decis.* 19. *lib.* 5. *n.* 4.
Decoctio si allegetur ad effectum evitandi solutionem literarum cambii, post illarum acceptationem sufficit qualibet rationabilis suspicio latentis decoctionis, seu mutationis status scribentis, *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 7.
Secus autem si allegetur in præjudicium tertii ad effectum impugnandi cessionem, seu giratam, tanquam peractam a proxime decocturo in fraudem creditorum, hoc enim casu requiritur decoctionis plena probatio, *decis.* 20. *lib.* 5. *num.* 8.

Loca montium.

Loca montium licet recipiant hypothecam, itaut respectu ipsius debitoris possit tentari Salvianum; attamen id non procedit, ubi in alium sunt translata, *decis.* 5. *n.* 3. *lib.* 2.

Amplia

Amplia etiam si probetur; quod sint eademmet, quæ per debitorem possidebantur, *decis. 5 lib. 2. n 4.*
Loca montium aliud non recipiunt vinculum, quem expressum in literis patentibus, *decis 5. lib. 2. n. 5.*
Prædictæ omnes conclusiones procedunt de stricto rigore juris, non autem de æquitate, quæ potest a judice exerceri, quando alia bona debitoris non reperiantur, permittendo tali casu, quod creditor veniat per viam avocationis, *dec. 5. n. 6. & 7. lib. 2.*
Loca montium etiam penes tertium existentia avocari, & repeti possunt, quando vincula sunt expressa in literis patentibus, cum sibi imputare debeat emptor, si sciens jus eventuale emere voluit, *decis. 6. lib. 2. n. 2. & seqq.*
Etiamsi vinculum appareat in literis patentibus, dicitur dolus commissus, quoties venditor sciebat statim evictionem eventuram; sed quomodo id veniat intelligendum, *decis. 6. lib. 2. n. 5. & 6.*
Loca montium inter immobilia reputantur, *decis. 7. lib. 2. n. 7. & decis. 8. n. 9. 13. & 16. & decis. 9. n. 3. & decis. 10. n. 3. & 11. lib. eodem, & decis 5. n. 22. lib. 4.*
Loca montium veniunt in confiscatione, & pro eis solvitur gabella debita ex contractibus super immobilibus, *decis. 8. lib. 2. n. 14. & decis. 10. n. 8. lib. eodem.*
Item comprehenduntur sub Statuto exclusivo feminarum a bonis immobilibus, *decis. 10. lib. 2. n. 7.*
Fructus locorum montium Innocentius XI. reduxit ad tria, *decis. 21. lib. 4. n. 6.*
Loca montium vinculata minus valent, *decis. 22. lib. 6. n. 13.*
Attergatio locorum montium non est necesse, ut fiat de licentia thesaurarii, sed sufficit simplex rogitus secretarii montium, decis. unica super materia de offic. vacal. vacab. *n. 1. et per totam fol. 451. tom. 2.*
Attergatio non solum potest fieri in tergo literarum patentium, sed etiam in Broliardo & Regestris Secretariæ, *d. decis. unica, n. 5.*
Creditor attergatarius locorum montium præfertur super eisdem aliis creditoribus anterioribus, *dicta decis. unica, per totam.*
Restitutionem pretii locorum montium vacabilium alienorum non potest quis evitare eo sub prætextu, quod ille, in cujus faciem cantabant, mortuus sit; ideoque quod si districta non essent, tamen fuissent amissa, quando in alienatione promisit, vel illa redimere, vel reemere; nam cum huic obligationi non satisfecerit, semper remanet debitor pretii, *decis. 45. lib. 9. n 17.*
Constitutio Innocentii XI. mandans, quod officia, & loca montium vacabilia amplius non vacent per assumptionem ad Cardinalatum, habetur *tom. 2. fol. 441.*
Constitutio Innocentii XI. continens provisiones, ordinationes, & taxas pro recta montium Romanæ Curiæ administratione habetur *tom. 2, fol. 442.*

Locatio, et Locator.

Si locationis contractus vel a principio, vel ex post detegitur læsivus, ad justitiæ terminos reduci debet, *decis. 22. lib. 4. num. 2.*
Locator locans prædium, seu tenutam ad corpus, & non ad mensuram, non tenetur rigorose manutenere conductorem in parvo spatio diminuto ab aliqua servitute, *decis. 33. lib. 4. n. 10.*
Locator non præsumitur velle locare jus, quod in re locata non habebat, *decis. 33. lib. 4. n. 11.*
Locatori competit via executiva pro pensionibus, tam de jure, quam vigore Statuti urbis, *decis. 33. n. 13. et 14. lib. 4.*
Locator non tenetur manutenere conductorem a libertate servitutis, quam non promisit, *decis. 34. lib. 4. n. 11.*

Locupletatio.

Non congruit, ut quis cum aliena jactura locupletior fiat, *decis. 16. lib. 6. n. 8. et decis. 15. n. 6. lib. eodem, et decis. 33. lib. 7. n. 7. et decis. 12. lib. 4. n. 12.*

Lucrum dotale.

Vide Dos quoad lucrum.

M

Magistratus.

Magistratus nequit futuras successiones concedere; cum sint reservatæ supremis principibus, *decis. 2. lib. 2. n. 1.*
Decuriones, similesque magistratus nequeunt peragere ea, quæ successoribus præjudicant, ibid. *n. 2.*
Inter pares magistratus non datur imperium; ibidem, *n. 4.*
Prorex Neapolis, Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ, cæterique omnes magistratus, qui jus supremi imperii non habent, nequeunt suam auctoritatem in futuris exercere, ibid. *n. 5. et seqq.*

Majoratus.

Quando majoratus est linealis, tunc in eo primo spectatur linea, secundo gradus, tertio sexus, & quarto ætas, *decis. 1. lib. 10. n. 1.*
Ideoque ille qui est de linea, in qua majoratus reperiatur, præfertur cæteris, licet sit ætate minor, *decis. 1, lib. 10. num. 2. et decis. 3. n. 2. et decis. 5 2. n. 18. lib. eodem.*
Et donec extat aliquis de hac linea, non potest fieri transitus ad alias, *decis. 1. lib. 10. n. 3.*
Prædicta tamen procedunt, quando sumus in progressu & continuatione lineæ, & inter descendentes illius, in quo successio fuit radicata, *decis. 1. lib. 10. n. 4.*
Vel quando versamur in vocatione primogeniti alicujus tertiæ personæ, vel lineæ, quo casu jus primogeniale in ipsa hora nativitatis radicatur in persona primogeniti, itaut si hic decedit, antequam aperiatur successio, tamen admittuntur ejus descendentes, non secus ac ipse successisset, *decis. 1. lib. 10. n. 4. et decis. 3. n. 6. lib. eodem.*
Secus autem, quando extincta linea possessoris pernecesse fieri debet transitus ad aliam, in cujus initio testator nullum habuit respectum ad certam personam, sed indeterminate vocavit masculum proximiorem ultimi possessoris ætate majorem; nam hoc casu dicitur respexisse non ad tempus nativitatis, sed ad illud apertæ successionis, *decis. 1. lib. 10. n. 5. et decis. 3. n. 7. lib. eodem.*
Ideoque nullum quæritur jus illi qui primo natus est, ante tamen eventum conditionis, sed solum spectatur, quisnam de tempore aperti fideicommissi sit ætate major, *decision. 1. libr. 10. n. 6. et 8.*
Et primogenitus, qui jam prædecessit, non dicitur in hac substitutione comprehensus, *decis. 1. lib. 10. n. 7. et 10.*
Nec transmittere potuit in suos descendentes jus, quod in ipso radicatum non fuit, *decis. 1. lib. 10. n. 9.*
Etiam in majoratu lineali, quando ingressus in una linea non est legitimus, sed vitiosus, & usurpativus, tunc potest semper major natu, ad quem successio spectabat, lineam intrusam expellere, *decis. 3. lib. 10. n. 2.*
In majoratibus facti, seu saltuariis, attenditur sola prærogativa ætatis, non curato de linea, aut gradu, *decis. 2. lib. 10. numer. 1. et decis. 3. n. 1. et decis. 4. n. 6 & decis. 5. numer. 5. et 8. lib. eodem.*
Si majoratus sit partim linearis, & partim saltuarius, tunc attenditur prærogativa ætatis intra sphæram ejusdem lineæ, *decis. 2. lib. 10. n. 2.*
Excluditur autem qualitas linearis, si testator respectum habuit ad totam familiam contentivam in sua latitudine, *decis. 2. lib. 10. n. 2. et 5.*
Si testator intra lineam descendentem prætulit quandoque majorem natu juniori, & filio possessoris, exinde arguitur, quod multo magis saltuarium majoratum voluerit, quando inter collaterales majorem natu absolute vocavit, *decis. 2. lib. 10. numer. 6.*
Observantia multum facit ad demonstrandum, quod majoratus sit saltuarius, *decis. 2, lib. 10. num. 7. et decis. 5. num. 23. lib eodem.*
Si testator vocavit seniorem, ætas, & non proximitas attenditur, *decis. 4. lib. 10, n. 4.*
Si testator vocavit seniorem, non attenta proximitate, quando agebatur de linea hæredis magis dilecti, præsumitur, quod id multo magis voluerit in linea hæredis minus dilecti, *decis. 4. lib. 10. n. 5.*
In majoratu saltuario non attenditur ingressus, vel progressus lineæ, sed senioritas, *decis. 4. lib. 10. n. 7.*
Si testator ordinem veræ, & regularis primogenituræ voluit, ut servaretur tantum in progressu lineæ senioris jam admissæ, & hac extincta vocavit iterum seniorem; intelligitur de seniore habito respectu ad omnes lineas universaliter vocatas, non autem illam, quæ sit proximior ultimo defuncto, *decis. 4. libr. 10. numer. 8. et seqq. et decision. 5. num. 10. lib. eodem.*
Majoratus potest esse mixtus, scilicet saltuarius in ingressu, & regularis in progressu, & quando talis dicatur, *dec. 5. lib. 10. n. 4.*
Si vocatio primogeniti sit facta cum qualitate filiationis, signum evidens, quod ordo primogenituræ est servandus in linea recta tantum, non in transversali, cui qualitas filiationis non convenit, *decis. 5. lib. 10. n. 10. et 11.*
Successio in majoratu debetur ei, qui habet qualitates a testatore præscriptas, *decis. 4. lib. 10. n. 1.*
Ad dignoscendum, quodnam genus majoratus fuerit a testatore institutum, attente illius voluntas est observanda, *decis. 5. lib. 10. n. 2.*
Idem est, quod vocatio senioris legatur expresse repetita in ulteriori progressu, ac quod eadem fuerit per testatorem ordinata cum verbis collectivis, & denotantibus successivitatem, & perpetuitatem, *decis. 5. lib. 10. n. 6.*
Quando testator discretive terminum senioris, & alterum primogeniti adhibuerit, signum evidens, quod ea non habuit pro synonymis, *decis. 5 lib. 10. n. 12.*
Testator dicitur voluisse constituere majoratum facti, etiam in progressu lineæ, si de tempore conditi testamenti talis linea habebat alias lineas subalternas, & testator absque prædilectione alicujus vocavit indefinite seniorem de linea universaliter contemplata, *decis. 5. lib. 10. n. 14.*
Testator si voluit majoratum facti in ingressu, censetur quoque voluisse in progressu, *decis 5. lib. 10. n. 15.*
Majoratus facti censetur constitutus, si materno idiomate fuerit vocatus, *il più vecchio*, *decis. 5. lib. 10. n. 16.*
Si testator, ubi voluit servandam esse proximitatem gradus, clare explicavit, & in alio casu talem explicationem omisit, inde arguitur, quod diversimode in uno, quam in alio casu, disponere voluerit, *decis. 5. lib. 10. n. 18.*
Successio per saltum dicitur odiosa, & exorbitans a jure, *decis. 5. lib. 10. n. 19.*

Ideoque præsumitur semper, quod fuerit institutus majoratus regularis, non saltuarius, *decis.* 5. *lib.* 10. *n.* 20.

Prædicta procedunt in majoratu vere irregulari, secus in mixto, in quo nulla consideratur ratio odiositatis, *decis.* 5. *lib.* 10. *n.* 21. & 23.

Et in hac materia non est quærendum, quid testator facere debuisset, sed id quod fecit, *decision.* 5. *lib.* 10. *n.* 22.

Quando testator fuit transversalis, multo facilius credendum, quod voluerit majoratum saltuarium, *decis.* 5. *lib.* 10. *n.* 33.

Mandatum.

Mandatum consumptum, & adimpletum, in totum sit irrevocabile, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 8. & 9.

Contrahens cum adjecto, vel procuratore alio mandante, non dicitur cum adjecto, & procuratore negotium fecisse, sed cum ipso mandante, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 10. & *decis.* 19. *n.* 1. & *decis.* 20. *n.* 3. *lib. eodem*.

Mandati revocatio facta re non integra non suffragatur, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 11. & *decis.* 19. *lib.* 5. *n.* 5.

Ex status deterioratione oritur revocatio mandati, *decis.* 19. *lib.* 5. *n.* 8.

Mandatum ad nominandum secuta nominatione efficitur irrevocabile, *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 4.

Decoctio mandantis facit expirare mandatum, *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 6.

Quando mandatum est validum, & justum, tunc ejus executio retardari non debet, *decis.* 34. *lib.* 5. *n.* 1. & *decis.* 35. *num.* 1. *lib. eodem*, & *decis.* 12. *n.* 1. *lib.* 7.

Mandatum procuræ potest elici etiam ex pluribus conjecturis simul unitis, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 35.

Mandatum procuræ, etiam ubi requiritur expressum, suppletur ex actibus illud inducentibus, *decis.* 47. *lib.* 5. *num.* 7.

Mandatum per appellationem interpositam remanet inexequibile, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 4.

Mandatum speciale requiritur in præjudicialibus, *decis.* 24. *lib.* 6. *num.* 4.

Mandatum relaxatum contra non obligatum non est exequendum, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 2.

Mandatum habens relationem ad acta, censetur expeditum eodem nomine, & ex eodem jure, ex quo fuit in actis petitum, *decis.* 55 *lib.* 6. *n.* 6. & *decis.* 32. *lib.* 7. *n.* 9.

Licet cohæres non fuerit citatus, non potest mandatum dici nullum, quando istud fuit concessum favore hæreditatis, *decis.* 12. *lib.* 7. *n.* 2.

Si mandatum non concordet cum decreto, & ab isto discrepet, id præsumitur provenire ex errore Notarii, *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 19.

Secus autem si mandatum possit cum decreto compati, & sit magis speciale, & restrictum, quia restrictio, & specificatio tribuenda est judici, *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 20.

Mandatum expeditum cum relatione ad jura, de quibus in actis intelligitur de juribus in eo judicio productis, non de aliis, *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 21.

Mandata judicis sunt stricte interpretanda, itaut includant tantum id quod ex eis per necesse infertur, *decis.* 32. *lib.* 7. *n.* 3.

Ea sumenda est interpretatio, quæ judicis mandatum ab injustitia removet, *decis.* 32. *lib.* 7. *n.* 5.

Mandatum de immittendo conditionale, si non adimpleatur conditio, nullam transfert possessionem aut titulum, *decis.* 39. *lib.* 10. *n.* 2.

Mandatum validum, & justum, est executioni demandandum, *decis.* 31. *lib.* 11. *n.* 2. & *decis.* 25. *lib.* 12. *n.* 1.

Mandatum suspicionis fuga.

In mandato suspicionis fugæ rigorosa crediti probatio non exigitur, *decis.* 6. *lib.* 6. *n.* 2.

Manutentio.

Spoliato ex civili possessione debetur manutentio, *decis.* 5. *lib.* 3. *num.* 2.

Adversus excessivam executionem datur manutentio, *decis.* 8. *lib.* 3. *n.* 1.

Possessor, donec per sententias non constet de suo malo jure, est manutenendus, *decis.* 17. *lib.* 3. *n.* 11.

Actus exerciti ab Episcopo antecessore suffragantur successori ad reportandam manutentionem, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 11. & *decis.* 21. *n.* 2. *lib. eodem*.

Bonum jus facit, ut facilius concedatur manutentio, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 12.

Ex sola juris assistentia datur manutentio, dummodo tamen de alterius possessione non constet, *decis.* 19. *lib.* 3. *n.* 6.

Ad consequendam manutentionem ex actibus possessoriis, non est necesse, ut probetur quoad istos scientia, & patientia partis, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 6.

Unicus actus sufficit ad acquirendam possessionem manutenibilem, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 12.

Sola juris assistentia non sufficit ad obtinendam manutentionem, quando alter docet de possessione, *decision.* 21. *lib.* 3. *n.* 17.

Manutentio, seu reintegratio datur etiam adversus factum judicis quoties detectum est evidenter nullum, & injustum, *decis.* 6. *lib.* 4. *n.* 2. & 3. & *decis.* 20. *lib.* 14. *n.* 2.

Possessor est manutenendus, licet agatur de emphyteuta contra dominium directum, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 2.

Exceptiones petitorium respicientes non sunt in judicio manutentionis proponendæ, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 3. & 37.

Manutentio, seu reintegratio non datur adversus factum judicis, nisi constet de injustitia, vel nullitate clara, & notoria, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 1.

Postquam creditor associatus, vel immissus fuit satisfactus, danda est antiquo possessori manutentio, *decision.* 54. *lib.* 6. *n.* 1.

Possessio spoliativa non impedit manutentionem, *decision.* 12. *lib.* 7. *n.* 3.

Manutentio favore hæreditatis jacentis dari non potest, *decision.* 12. *lib.* 7. *n.* 4.

Procedit conclusio, quando hæreditas est taliter jacens, ut non adsit spes, quod possit adiri, vel fuit alias repudiata, *decis.* 12. *lib.* 7. *n.* 5.

Secus, quando non adita, nec repudiata fuit, neque deficit spes futuræ aditionis, *decis.* 12. *lib.* 7. *n.* 6.

Manutentio in vim Statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem, non datur venienti ab intestato, si exhibeatur testamentum, in quo alter appareat institutus, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 1.

Sed pendente discussione super validitate testamenti, debet poni possessio sub sequestri, & post adjudicari habenti potentiora jura, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 2.

Exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem, non attenduntur in summarissimo judicio manutentionis, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 21.

Manutentio est danda hæredi scripto adversus hæredes ab intestato, licet isti habeant possessionem anteriorem, *decis.* 26. *lib.* 9. *n.* 1. & 2.

Statutum Bononiæ prohibet, ut nullus præterquam hæres possit capere possessionem, ideoque cui qualitas hæreditaria non assistit, manutentionem petere non potest, *decis.* 26. *lib.* 9. *num.* 4.

Exceptio super falsitate testamenti, non admittitur in judicio manutentionis, *decis.* 26. *lib.* 9. *n.* 14.

Manutentio datur possidenti, *decis.* 42. *n.* 1. *lib.* 9. & *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 13. & *decis.* 21. *lib.* 11. *n.* 1.

Manutentio sine possessione non datur, *decis.* 41. *lib.* 10. *n.* 1.

Exceptio renunciationis non admittitur in judicio manutentionis, *decis.* 108. *lib.* 10. *n.* 10.

Et maxime si dubietatem involvat, *decis.* 107. *lib.* 10. *post numer.* 11.

Quando exceptio resultat ex ventre, & verbis ipsius instrumenti, tunc potest proponi, & debet discuti etiam in ipso judicio manutentionis *decis.* 108. *lib.* 10. *n.* 7.

Quando est suspensum petitorium, regulariter quilibet detentor est manutenendus, sed id non procedit, ubi adest lex specialis decernens continuationem possessionis in habente certam qualitatem, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 7.

Quæcunque possessio, etiamsi vera, & realis, quando est legi contraria, non est manutenibilis, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 13.

Manutentio potius datur possidenti cum titulo, *decis.* 2. *lib.* 16. *post n.* 4. & *decis.* 4. *n.* 3. *lib. eodem*.

Judex cui fuit commissa causa cum clausula *alteri cum facultate manutenendi &c.* potest adversus factum judicis injustam manutentionem concedere, *decis.* 21. *lib.* 11. *n.* 3.

Manutentio debet dari possessori anteriori, *decis.* 24. *lib.* 11. *n.* 1. & *decis.* 2. *lib.* 16. *post n.* 4. & *decis.* 4. *n.* 3. *lib. eodem*.

In judicio manutentionis attenduntur etiam dispositiones extrajudiciales testium, *decis.* 24. *lib.* 11. *n.* 8.

Exceptio de per se clara cognosci debet in judicio manutentionis, maxime quando turbiditas non versatur circa exceptionem, sed super replicationibus contra eam datis, *decis.* 2. *lib.* 14. *n.* 2. & *decis.* 4. *n.* 2. *lib. eodem*.

Quasi possessio exigendi non prodest ad manutentionem obtinendam, quando clare constat de resolutione, & invaliditate tituli, *decis.* 2. *lib.* 13. *num.* 1. & *decis.* 4. *numer.* 1. *lib. eodem*.

Et maxime, quando quis per aliquod tempus ab exigendo cessavit; nam ex hoc vel dicitur amissa quasi possessio, saltem mitius agendum est contra debitorem, *decis.* 2. *lib.* 13. *n.* 3.

Manutentio datur ex simplici juris assistentia absque possessione, *decis.* 3. *lib.* 16. *n.* 6.

Etiamsi concurrat contraria alterius possessio, quando hæc redditur turbida, *decis.* 3. *lib.* 16. *n.* 6.

Et quando istius possessio inficitur ex clausula, *sublata*, & decreto *irritanti*, *decis.* 13. *lib.* 16. *n.* 6.

Manutentio datur etiam possidenti adversus dictam clausulam, & decretum, quoties dubium est, an clausula, & decretum locum habeant; secus vero si clare constet quod illa habeant locum, *decis.* 3. *lib.* 16. *n.* 6.

Mappa Geographica.

Mappæ, & chartæ geographicæ probant situationem locorum, *decis.* 10. *lib.* 4. *n.* 14.

Maritus.

Maritus accedendo in actu per uxorem expleto non dicitur actum ipsum gerere, sed actus refertur ad uxorem, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 8.

Et consensus mariti refertur ad illam assistentiam, quam in negotiis uxoris vir præstare debet, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 9.

Si maritus aliquam parvam summam exegerit ex effectibus spectantibus ad uxorem, non inde inferri potest, quod fuerit bonorum uxoris administrator, sed de summa exacta solum tenebatur, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 10.

Maritus fatendo; quod dos non fuit exacta ex propria culpa, ideoque cautelans uxorem super suis bonis pro tota dote, si constet de inexigibilitate, non præjudicat per talem confessionem creditoribus, quos fraudare voluisse præsumitur, *decis. 29. lib. 6. n. 16.*

Conventio, quod maritus teneatur habitare, vel permanere in aliquo loco, est valida, & ex ea committitur stipulatio, vel pœna, *decis. 68. lib. 10. n. 18.*

Masculinitatis qualitas.

Qualitas masculinitatis repetita non censetur, quando militat diversitas orationis personarum, & rationis, etiamsi adsit dictio *ut supra*, quia hæc refertur ad modum succedendi, non ad qualitates, *decis. 1. lib. 10 n. 16. et decis. 20. n. 2. et decis. 21. n. 3. et seqq. lib. eodem.*

Postquam testator vocavit masculos, si in conditionali ponat verba, *et sic*, quod ista operentur repetitum qualitatis masculinæ, & restrictionem ad solos masculos, *decis. 14. numer. 9. lib. 10.*

Limita, si pars conditionalis sit magis lata, & ampla, & complectatur indefinite lineam, seu descendentiam; nam tunc stat ampliative, & augmentative, *decis. 14. num. 11. et 12. lib. 10.*

Masculinitatis qualitas non censetur reperita inter personas diversi gradus, *decis. 15. lib. 10. num. 4. et decis. 16. numer. 2. lib. eodem.*

Dicta qualitas inter descendentes a feminis a testatore non apposita, censetur consulto omissa, *decis. 20. lib. 10. num. 3. et decis. 21. n. 2. et 12. lib. eodem.*

Dictio *ut supra* non facit repetitionem hujus qualitatis, maxime quando non percurrit ipsos vocatos, sed potius perpetuitatem, & ordinem succedendi, & quando testator sæpe hac dictione usus fuit ad diversum effectum, *decis. 21. lib. 10. numer. 10. et seqq.*

Qualitas masculinitatis censetur repetita in parte conditionali, quando sunt positæ in conditione illæmet personæ, quæ cum tali qualitate fuerunt dispositive vocatæ, *decis. 28. lib. 10. n. 3. et decis. 29. n. 2. lib. eodem.*

Et hoc procedit, licet non fuerit contemplata agnatio, sed tantum valida qualitas masculinitatis, *decis. 28. lib. 10. numero 4.*

Et maxime si adsit dictio repetitiva, *ut supra*, *decis. 28. lib. 10. n. 6. et decis. 29. n. 3. et decis. 33. n. 10. lib. eodem, ubi de verbis relativis ad testamentum.*

Nec talis dictio potest referri ad solam qualitatem legitimitatis, vel quando masculinitatis qualitas est magis proxima, vel quando legitimitas in eadem substitutione fuit expressa, vel demum quando nulla potest assignari ratio cur potius ad unam, quam ad aliam referri debeat, *decision. 30. libr. 10. numer. 8. et seqq.*

Ex sola diversitate substitutionum, quia una sit vulgaris, altera fideicommissaria, non excluditur repetitio masculinitatis, *dec. 29. lib. 10. n. 4.*

Dictio *et* operatur unitatem orationis ad effectum inducendi repetitionem; quamvis intercedat duas substitutiones rectas a proprio verbo, *decis. 29. lib. 10. n. 5.*

Masculinum concipit femininum, quando agitur de materia indifferenti, & ubi ratio æque adaptatur masculis, & feminis, *decis. 96. lib. 10. n. 13. et 14.*

Masculus.

Vocatis masculis lineæ contentivæ testatoris, quod descendens per unicum medium femininum præferatur descendenti per duplex, maxime quando testator artificiali agnatione prospexit, *decis. 1. lib. 10. n. 11.*

Contrarium, quod in vocatione masculorum cognatorum omnes æqualiter veniant, sive per unum, sive per duplex medium femininum procedant, *decis. 1. lib. 10. n. 12.*

Et id etiam si artificialis agnatio fuerit contemplata, quæ æque bene potest a masculo conservari, sive ab unica, sive a duplici femina procedat, *decis. 1. lib. 10. n. 13.*

Nisi tamen ex conjecturis appareat de voluntate contraria testatoris, *decis. 1. lib. 10. n. 14.*

Et ad hunc effectum conjectura sufficiens non reputatur dictio repetitiva, *ut supra*, ex qua testator videtur habuisse relationem ad fideicommissum ordinatum in vera agnatione, quia dictio, *ut supra*, repetit modum succedendi, non qualitates, *decis. 1. lib. 10. n. 15. et seqq.*

Si testator apposuit ipse certas qualitates, istæ solum sunt attendendæ, & non an masculus proveniat ab uno, vel duplici medio feminino, *decis. 1. lib. 10. n. 17.*

Idem dicendum, si consideravit tempus remotissimum, in quo non est verisimile, quando voluerit, ut inquireretur, an per plures, vel per pauciores feminas quis descenderet, *decis. 1. lib. 10. n. 18.*

Affectio testatoris magis præsumitur urgere erga masculum provenientem ab una, quam a duplici femina, *decis. 51. lib. 10. n. 7.*

Masculus descendens a femina ultimi possessoris, eique proximior, est præferendus masculis provenientibus a feminis transversalibus, & sororibus ipsis ultimi possessoris, *decis. 14. libr. 10. n. 25.*

Sub appellatione masculorum veniunt etiam masculi ex femina; quando non est contemplata agnatio, *decis. 15. lib. 10. num. 3. et decis. 16. n. 1. et decis. 18. n. 1. lib. eodem, et respons. 2. n. 278. fol. 492. tom. 2.*

Consilium 85. Fulgosii procedit in casu, quo testator vocaverat masculos, eisque substituerat *eorum* descendentes masculos *decis. 18. lib. 10. n. 3.*

Contrarium, quod scilicet in casu Fulgosii vocatio complectebatur etiam masculos ex feminis, & proinde subsequens substitutio, sub qua continebantur eorum descendentes masculi non erat pernecesse intelligenda de masculis, *decis. 18. lib. 10. num. 8.*

Quando qualitas masculinitatis requiritur tam in generante, quam in generato, masculi ex feminis invenire non possunt, *decis. 18. lib. 10. n. 9. et decis. 19. n. 2. lib. eodem.*

In fideicommisso ordinato pro masculis ex masculis, masculi ex feminis nec in subsidium admittuntur, *decis. 17. lib. 10. n. 1. et decis. 19. n. 1. et decis. 31. n. 7. libr. eodem.*

Et in ultimo masculo ex masculis bona libera remanent, *decis. 17. lib. 10. n. 2.*

Et contraria conclusio, quando scilicet masculi ex feminis veniant sub nomine masculorum, tunc solum vindicat sibi locum, quando non repugnat testatoris voluntas, *decis. 17. libr. 10. n. 4. et decis. 18. n. 4. lib. eodem.*

Si sunt vocati filii masculi, eorumque proles masculina, tunc masculi ex femina veniant, *decis. 17. lib. 10. num. 5. et 12. et decis. 18. n. 7. lib. eodem.*

Quod sub nomine prolis, & generationis masculinæ veniant solum masculi ex masculis, *decis. 17. lib. 10. n. 7. et 8.*

Contrarium, quod scilicet comprehendantur etiam masculi ex femina, *decis. 17. lib. 10. n. 8.*

Et quod prima opinio procedat tantum, vel quando versamur in materia emphyteutica, vel quando agitur de excludendis feminis, vel demum ubi nomen prolis patrificatur cum altero generationis, *decis. 17. lib. 10. n. 10. et 11.*

Si ubi testator voluit masculos ex feminis, illos aperte vocavit inde arguitur, quod in cæteris dispositionis partibus eos vocare noluerit, *decis. 17. lib. 10. n. 18.*

Masculi ex feminis non veniunt appellatione masculorum, quando daretur absurdum, quod masculi proximiores, & prædilecti, imo & filii ipsius testatoris excluderentur a masculo de aliena familia, *decis. 17. lib. 10. n. 19. et decis. 18. num. 12. lib. eodem.*

Quando masculi ex femina non sunt in dispositione comprehensi, tunc non admittuntur, neque defectis masculis ex masculis, sed potius bona remanent libera, *decis. 17. lib. 10. n. 20 et decis. 18. n. 13. et decis. 19. n. 9. lib. eodem.*

Qualitas agnatitia fideicommissi excludit masculos ex femina, *decis. 17. lib. 10. n. 13. et 14. et decis. 18. n. 5. et 6. et decis. 32. n. 6. lib. eodem.*

Quando testator exclusit feminas, aut voluit ut masculi in portione solius parentis succederent, tunc masculi ex femina venire non possunt, quia femina eorum mater non comprehenditur sub nomine parentis, *decis. 18. n. 11. lib. 10.*

Si testator vocavit illos masculos, & subinde substituit eorundem filiorum filios masculos, licet qualitas masculinitatis post expressionem filiorum iterum apposita non sit, tamen habetur pro repetita, quia agitur de iisdem filiis immediate cum hac qualitate vocatis, & hoc casu dicitur volita qualitas masculinitatis, tam in generato, quam in generante, *decis. 19. libr. 10. n. 7.*

Etiam sine contemplatione agnationis receditur a consilio Fulgosii, & sufficit, quod habita sit ratio masculinitatis, tam in generante, quam in generato, *decision. 19. libr. 10. num. 9.*

Etiamsi fideicommissum incipiat a femina, tamen id non efficit, quod in progressu masculi ex feminis non possint esse exclusi, *decis. 19. lib. 10. n. 11.*

Quando fuerunt vocati, vel positi in conditione masculi de linea masculina, tunc non veniunt masculi ex femina, *decis. 17. lib. 10. n. 4. et decis. 22. n. 14. lib. eodem.*

Quando testator prætulit masculos feminis, tunc masculi ex feminis, etiamsi remotiores, excludunt feminas proximiores, *decis. 22. lib. 10. n. 3.*

Limita, quando aliter constet de mente testatoris, qui voluit prælationem solum in paritate gradus, *decis. 22. lib. 10. n. 4. et seqq.*

Dicitur autem ita voluisse, quando quoad successionis ordinem nihil immutavit, aut recessit a dispositione juris, in qua servatur gradus prærogativæ, *decis. 22. libr. 10. n. 5. et seqq.*

Item si ordinavit, quod succederetur in stirpes, & non in capita, *decis. 22. lib. 10. n. 8.*

Et si demandavit quoque, quod servaretur ordo successivus, *decis. 22. lib. 10. n. 9.*

Contraria opinio procedit, quando testator voluit prælationem quandocunque, & in omni casu servandam, *decis. 22. lib. 10. n. 11.*

Nec ad hunc effectum attenduntur verba in posterum, & in infinitum, quando ipsam prælationem non percutiunt, sed sunt apposita in alia parte, *decis. 22. lib. 10. n. 12.*

Masculus ex femina venit sub appellatione agnatorum ex linea masculina, quando femina nupsit cum agnato, & in familia, *respons. 2. n. 301. et seqq. fol. 493. tom. 1.*

Masculum ex femina non venit sub appellatione masculorum ex linea masculina, *decis. 30. lib. 10. n. 2. et dec. 31. n. 4. lib. eodem.*

Nec quando feminæ sunt exclusæ per viam regulæ, *decis. 31. lib. 10. n. 5.*

Neque sub appellatione proximiorum, quando testator tam in

dispositiva, qua in conditionali vocavit semper masculos ex masculis, & exclusit feminas per modum regulæ, *decis.* 32. *lib.* 10. *n.* 5.
Et maxime si prospexit conservationi agnationis, *decis.* 32. *lib.* 10. *n.* 8.

Mater.

Mater binuba filio prioris conjugii succedit tantum in usufructu si adsit alter ex ipsius filiis, *decis.* 4. *lib.* 4. *n.* 2.
Mater tutrix post transitum ad secunda vota non potest amplius se ingerere in negotiis pupilli, *decis.* 43. *libr.* 7. *numer.* 4.
Matri binubæ prætermissæ in testamento filii instituentis extraneum debetur legitima, *decis.* 38. *lib.* 9. *num.* 1. & *Vide* verbo legitima.
Vide Mulier binuba.
Mater, quæ ex Statuto non potest de ejus dote disponere, nequit etiam fideicommissum super ea imponere, cum filii non ex voluntate matris, sed Statuti capiant, *decision.* 64. *lib.* 10. *num.* 11.
Matris incapacitas non obstat filiis ex propria persona & jure venientibus, quando successio aperitur post mortem matris, *respons.* 2. *n.* 130. & *seqq. fol.* 488. *tom.* 2.

Matrimonium in genere.

In contractibus matrimonialibus minor habetur pro majore, *decis.* 41. *lib.* 6. *n.* 15.
Consensus in contractu matrimonii probatur, si mulier ad interrogationem capite annuerit, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 1.
Ad probandum matrimonium sufficiunt testes, qui sint contestes in substantialibus, licet in aliis partibus discrepent, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 3. 5. & 10.
Exceptiones personales contra testes deponentes de contractu matrimonii non attenduntur, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 4.
In causis matrimonialibus arbitrio judicis remissum est, quinam sint testes omni exceptione majores, *decis.* 11. *lib.* 14. *num.* 27.
Ad probandum matrimonium clandestinum exiguntur testes omni exceptione majores, *decis.* 5. *lib* 14. *n.* 6.
Id autem non procedit, quando matrimonium fuit contractum coram Parocho, & testibus, quia tunc non dicitur clandestinum, *decis.* 5 *lib.* 14. *n.* 7.
Nec procedit, quando non concurrit præjudicium alterius matrimonii, *decis.* 5. *lib* 14. *n.* 8.
Testium conciliatio eo magis procuranda venit in casu matrimoniali *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 9.
Testes impuberes adversus matrimonium testificare non possunt, *decis.* 5. *libr.* 14. *n.* 11.
Sententia contra matrimonium nunquam transit in judicatum, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 13.
Sententia lata in judicio criminali non obstat in judicio civili, & spirituale matrimonii, maxime quando per Principem fuit separatum unum judicium ab alio, *decis.* 5. *libr.* 14. *numer.* 14. & 15.
In jure nullam habemus præscriptam formam præcisam præstandi consensum ad essentiam matrimonii, sed sat est, ut quoquo modo exprimatur, *decision.* 5. *libr.* 14. *numer.* 16.
Ideoque consensus bene explicatur etiam per nutus in illis quoque personis, quæ loqui valent, *decis.* 5. *lib.* 14. *num.* 17. *et seqq.*
Præsertim si nutus facti fuerint per mulierem post explicatum consensum per verba a sponso, *decis.* 5. *libr.* 14. *numer.* 20.
Etiamsi matrimonium contractum fuerit in absentia parentum, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 21.
Doctores firmantes, quod consensus nequeat probari per signa, vel absolute rejici debent, vel procedere solum possunt, quando nulla data præordinatione matrimonii ageretur de personis incognitis, aut quando actus, & signa essent æquivoca, itaut certa contrahentium voluntas desumi non posset, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 22. & *seqq.*
Ad effectum eliciendi veritatem consensus in actu matrimonii debet judex combinare circumstantias antecedentes, & subsequentes, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 25.
Elicitur autem ex amore præcedenti colloquiis præliminaribus, aliis actibus, de quibus, *decis.* 5. *lib.* 14. *numer.* 25. & *seqq.*
Item si mulier post desponsationem, licet esset in sua libertate non aufugit, aut reclamavit, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 28.
Et si fassa fuerit coram testibus matrimonium contractum fuisse absque ulla violentia, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 29.
Item si repugnaverit intrare in conservatorium, *decis.* 5. *lib.* 14. *num.* 30.
Præsumptiva deceptio elicita a tenera ætate non admittitur contra positivas probationes consensus determinatis actibus explicati, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 31.
Ex dispositione Sacri Concilii Tridentini in matrimonio requiritur Parochi præsentia, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 32.
Matrimonium est validum, licet Parochus verba conjugum non audiverit, quando ipse, vel aures obturando, vel concitando, vel aufugiendo, aut quocunque alio modo causam dedit quo minus audiret, *decis.* 5. *libr.* 14. *numer.* 33. *et seqq.*
Sacrum Concilium Tridentinum vult in matrimonio, quod conjuges ad interrogationem Parochi consensum explicent, sed quando descendit ad irritationem, nequaquam repetit Parochi intelligentiam, sed tantum præsentiam, *decis.* 5. *libr.* 14. *n.* 34. *et* 35.
Doctores tenentes, quod si Parochus data opera noluerit verba conjugum consensum explicantia audire, matrimonium sit nullum, rejiciuntur, *decis.* 5. *lib.* 14. *n.* 40.
Matrimonium per verba de præsenti contractum dicitur, si verba sint expressiva simultanei consensus, *decis.* 9. *lib.* 14. *numer.* 1.
Præsertim si præcesserint tractatus, & capitula matrimonialia, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 2.
Et maxime si verba prolata fuerint ad interrogationem Parochi, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 3.
Actus subsequentes, scilicet receptio munerum nuptialium, & acceptatio congratulationum, demonstrant, fuisse contractum matrimonium, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 4.
Verba *volo* seu *sono contenta*, juncta infinitivo non importante matrimonium per verba de præsenti, sed tantum per verba de futuro, *decis.* 9. *libr.* 14. *n.* 5.
Ad investigandum, an matrimonium sit per verba de præsenti, vel de futuro, sunt perpendendæ singulæ facti circumstantiæ, *decis* 9. *libr.* 14. *n.* 6.
Si interrogatio facta a Parocho, & responsiones datæ a conjugibus tendant ad solum finem habendi, & dandi respective consensum, ut fierent publicationes, non potest dici ex illis contractum matrimonium de præsenti, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 7. *et seqq.*
Non præsumitur, nec quod conjuges voluerint, nec quod Parochus permiserit contractum matrimonii per verba de præsenti, antequam fierent publicationes, quæ sine peccato, & delicto postponi non poterant, *decis.* 9. *libr.* 14. *numero* 12. *et* 13.
Consensus matrimonium præstitus non dicitur, ubi metus & coactio intercedit, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 16.
Si clare constet, quod consensus præstitus non fuit ad effectum contrahendi per verba de præsenti, tunc non attenduntur nec antecedentes tractatus, nec quod verba sint prolata ad interrogationem Parochi, *decis.* 9. *lib.* 14. *numero* 17.
Minusque actus subsequentes, si illi emanarunt, antequam mulier esset in libertate, *decis.* 9. *lib.* 14. *n.* 18.
Matrimonium permittitur hæreticis cum catholicis in regionibus, in quibus catholici permixtim cum hæreticis vivunt, *decis.* 8. *lib.* 14. *num.* 9.
Ad contrahendum matrimonium requiritur sola paritas baptismatis, non fidei, *decis.* 8. *libr.* 14. *n.* 10.
Ut ex antecedentibus sponsalibus oriatur publicæ honestatis impedimentum quoad alterum matrimonium, debet de sponsalibus concludenter constare, & quidem cum reciproca utriusque partis repromissione, *decis.* 6. *lib.* 14. *numero* 1.

Matrimonium quoad dissolutionem.

Matrimonium est omnino dissolvendum, si vir impotens sit, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 2. *et decis.* 11. *n.* 1. *lib. eodem.*
Et si impotentia sit perpetua, & certa, statim fieri debet dissolutio, nec expectatur triennii cursus, *decis.* 10. *lib.* 14. *num.* 3. *et* 17. *decis.* 11. *n.* 15. *lib. eodem.*
Triennalis cohabitatio incipit a die decreti judicis, quando impedimentum est accidentale, secus si naturale, & perpetuum; quia tunc triennalis non requiritur, & remittitur arbitrio judicis aliquem brevem terminum denuo assignare, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 4.
Impotentia probatur ex confessione viri, *decis.* 10. *lib.* 14. *numero* 5.
Quæ si sit adminicula, plene probat, *decis.* 10. *lib.* 14. *numero* 6.
Testes etiam domestici admittuntur ad probandam impotentiam in judicio dissolutionis matrimonii, *decis.* 10, *lib.* 14. *n.* 7. *et decis.* 11. *n.* 23. *lib. eodem.*
Impotentia concludenter potest ex relatione peritorum, quibus est standum, *decis.* 10. *libr.* 14. *n.* 8.
Probatur ex virginitate mulieris, non obstantibus actibus exercitis pro consummatione matrimonii, *decis.* 10. *lib.* 14. *num.* 8.
Ut mulier virgo sit affirmanda, sufficit, quod duæ obstetrices illam recognoverint, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 10.
Juramentum propinquarum non exigitur, si ex recognitione constet, mulierem esse virginem, *decis.* 10. *libr.* 14. *numer.* 11.
Minusque requiritur, quando de impotentia constat ad evidentiam, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 12.
Impotentia probata dicitur, si de illa deponant periti, licet isti minime referant de ariditate, vel defectu membri virilis, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 13.
Impotentia dicitur perpetua, si periti affirmant; quod arte humana tolli non possit, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 14. *et decis.* 11. *num.* 14. *lib. eodem.*
An impotentia arte humana possit removeri, datur judicio peritorum, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 15.
Periti in affirmanda impotentia coeundi non possunt deponere, nisi per probabile, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 16. *et decis.* 11. *n.* 13. *lib. eodem.*

A

Ad probandam impotentiam evidentem exiguntur signa necessaria, & evidenter illam concludentia, *dec.* 11. *lib.* 11. *n.* 2.

Quando impotentia est verisimilis, sufficit ad ejus probationem jurata confessio conjugum asserentium se coire non posse, *&* septima manus propinquorum jurantium se credere eos verum fateri, *decis.* 11. *libr.* 14. *n.* 3. *&* 16.

In casu impotentiæ dubiæ requiritur pro dissolutione inspectio utriusque conjugis, & insuper triennalis condormitio in eodem lecto, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 4.

Ad effectum autem dignoscendi, an impotentia sit certa, verisimilis, vel dubia, est recurrendum ad Judicium medicorum, quod in hac materia attenditur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 5.

Impotentia dicitur probata per signa certa, & evidentia, si virile membrum dignoscatur siccum, *decis.* 11. *lib.* 14. *numero* 6.

Vel si sit turgidum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 7.

Vel si instantaneam habeat erectionem illico flocceſcentem; *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 8.

Vel si sit flaccidum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 9.

Vel si erigatur tortuose, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 10.

Impotentia certa, & evidens non excluditur ex aliquali inepta erectione, quam periti insufficientem recognoverunt, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 11. *&* 12.

Quando impotentia est verisimiliter evidens, hæc quoque sufficiat ad hoc, ut statim dissolvatur matrimonium, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 17.

Impotentia coeundi concludenter probata de tempore præterito, magis præsumitur durare de tempore præsenti, & quod augebitur in futurum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 18.

Impotentia præsumitur perpetua post triennalem experientiam, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 19.

Potentia minime superventa dicitur, si mulier intacta dignoscitur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 20.

Septima manus propinquorum potest ex testium dispositionibus suppleri, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 21.

Non est requirendum juramentum propinquorum ad probandam impotentiam, quando conjugi agenti propinqui sunt suspecti, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 22.

Testes viles, & alias inhabiles ad testificandum admittuntur ad probandam impotentiam, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 23.

Testium contrarietas debet in hac materia benigniter interpretari ad hoc, ut concilietur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 24.

Et sufficit, ut testes concordent in substantialibus, licet in cæteris discordent, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 25.

Impotentia dubia probatur, si vir se voluit commiscere cum uxore, quæ se non subtraxit, & tamen ex post mulier intacta, virgo reperitur, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 28.

Impotentia indubia redditur, si non obstante continua, & longa cohabitatione matrimonium non fuit consummatum, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 29.

Ex recusatione viri accidendi ad mulierem pro facienda experientia intra terminum a judice præscriptum, oritur præsumptio impotentiæ, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 30.

Triennium experientiæ requisitum in casu impotentiæ dubiæ incipit a die directi judicii, non a die contracti matrimonii, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 31.

Hæc conclusio admittitur in casu impotentiæ provenientis ex maleficio, non autem in casu impotentiæ provenientis ex mala partium constructione, & ex frigiditate, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 32.

Tutius tamen est eam admittere etiam in casu frigiditatis, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 33.

Sed non est recipienda indistincte in quolibet casu, cum veniat moderanda juxta facti circumstantias, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 34.

Hinc si conjuges longeve simul habitaverint, & concurrant insuper aliæ probationes super impotentia tunc triennalis computatur a die matrimonii, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 35.

Oculus, & manus obstetricum sæpe falluntur, *decis.* 11. *lib.* 14. *numer.* 36.

Sed tamen ad dignoscendum, an matrimonium fuerit consummatum, solet demandari mulieris recognitio mediantibus obstetricibus, & probatio promanans ex illarum relatione superat omne probationis genus, *decis.* 11. *libr.* 14. *numer.* 37. *&* 38.

Et maxime quando recognitio fuit facta in Balneo; & obstetrices sunt peritæ, & expertæ, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 39.

Atque ad dictum effectum duæ tantum, vel alternative sufficiunt, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 40.

Mulier si tacuerit per annum, & ultra, non auditur judicio dissolutionis matrimonii contra virum se potentem affirmantem, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 42.

Limita, si ex signis probetur impotentia viri, *decis.* 11. *lib.* 14. *n.* 43.

Item si mulier probet se esse virginem, *decis.* 11. *lib.* 14. *num.* 44.

Melioramenta.

Fructus melioramentorum spectant ad meliorantem; *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 1.

Pro melioramentis factis in re fructifera æquum est, ut solvantur fructus, *decis.* 10. *lib.* 5. *n.* 2.

Maxime si meliorans sibi reservavit dominium super melioramentis, *decis.* 10. *libr.* 5. *n.* 4.

Melioramenta debent probari & quoad qualitatem, & quoad quantitatem, *decis.* 4. *lib.* 6. *n.* 5. *&* *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 23. *&* 26.

Ille qui considerabiliter melioravit, an possit petere retentionem, & offerre actori pretium rei, antequam melioraretur. *Vide decis.* 4. *lib.* 6. *n.* 5.

Melioramentorum probatio resultat ex augmento valoris, quando istud est adeo notabile, & excessivum, ut verisimiliter ex solo temporis beneficio provenire non possit, *decis.* 43. *lib.* 9. *n.* 7. *&* 8.

In refectione melioramentorum attenditur quid minus inter impensum, & melioramentum, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 1. *&* *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 24.

In melioramentis vero necessariis refectio debetur habito respectu ad impensas, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 2.

Status antiquus, & modernus ad effectum melioramentorum quomodo probetur, *decis.* 65. *lib.* 9. *num.* 3. *&* 8. ubi quod sufficit assertio partium, & descriptio ad alium finem facta,

Et melioramenta quæ uberiorem fructuum recollectionem concernunt, reficienda non sunt, *decis.* 65. *libr.* 9. *numero* 4.

Usufructuarius melioramenta utilia non deducit, *decision.* 65. *lib.* 9. *n.* 5.

Possessor rei, qui scit illam fideicommisso obnoxiam, refectionem melioramentorum prætendere non potest, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 6.

Quando non agitur de subrogatione plantarum novarum in locum demortuarum, sed de nova plantatione, & excavatione, tunc quia dicuntur respicere perpetuitatem duraturam etiam ultra vitam meliorantis, sunt reficienda, *decis.* 65. *lib.* 9. *num.* 11.

In repetendis melioramentis utilibus magna differentia intercedit inter gravatum, & usufructuarium, *decis.* 65. *lib.* 9. *numer.* 12.

Ad excludendam malam fidem pro repetitione melioramentorum sufficit qualibet præsumptio dominii, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 13.

Melioramenta necessaria sunt reficienda tam usufructuario, quam cuilibet possessori malæ fidei, *decis.* 65. *libr.* 9. *numero* 14.

Nisi tamen concurreret dolus, ut scilicet domino fiat difficilior recuperatio, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 15.

Melioramenta etiam utilia refici debent usufructuario, & cuilibet alio habenti dominium resolubile, dummodo utilitas sit perpetua, & res effecta fuerit pretiosior, *decis.* 65. *libr.* 9. *n.* 16.

Melioramenta facta in vim pacti dicuntur necessaria, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 17.

Melioramenta necessaria dicuntur, quæ consistunt in reductione rei ad statum fructiferum, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 18.

Melioramenta perpetua dicuntur, si adhuc existant post deventam rem melioratam in manibus substituti, *decis.* 65. *lib.* 9. *numer.* 19.

Melioramenta cum fructibus compensantur, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 20. *decis.* 102. *lib.* 10. *n.* 13.

Id tamen non habet locum in possessore ratione dominii etiam resolubilis, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 21.

Usufructuarius gravatus, & emphyteuta, fructus cum melioramentis non compensant, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 22.

Minusque emptor cum pacto de retrovendendo, *decis.* 65. *libr.* 9. *n.* 23.

Nec possidens ex decreto judicis, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 25.

Contraria opinio in omnibus prædictis procedere posset in melioramentis respicientibus temporalem utilitatem, *decision.* 65. *lib.* 9. *n.* 24.

Retinens aliena melioramenta, tenetur restituere fructus ex illis perceptos, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 26.

Reputaturque congrua eorum ratatio ad rationem quatuor pro centenario, *decis.* 65. *lib.* 9. *n.* 27.

Pro melioramentis, quæ non probantur, nec in genere, nec in specie non datur retentio, *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 23.

Ad hoc, ut competat retentio pro melioramentis, debet concludenter probari antiquus, & modernus rei status, impensa esse liquida, *decis.* 103. *lib.* 10. *num.* 8. *&* *decis.* 103. *num.* 23. *lib. eodem.*

Cum melioramentis compensari debet totum id, quod ex re meliorata amotum fuit, *decis.* 102. *libr.* 10. *n.* 12.

Quando melioramenta effecta sunt illiquida ex perceptione fructuum, non retardant immissionem, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 13.

Et solum potest prætendi obligatio de illis reficiendis, quando fuerint liquidata, etiamsi constet de melioramentis in genere, *decis.* 102. *lib.* 10. *num.* 13. *&* *decis.* 103. *num.* 30. *lib. eodem.*

Mercator.

Mercatoribus in re restante ad eorum munus creditur; *decis.* 20. *lib.* 5. *n.* 5.

Metus.

Præsentia judicis, & consanguineorum excludit præsumptionem metus, *decis.* 16. *libr.* 9. *numer.* 21. *&* *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 20.

Nisi tamen ex conjecturis de metus verisimilitudine constet *decis.* 16. *lib.* 9. *n.* 22.

Protestationes clandestinæ non attenduntur ad justificandum

metum,

ligatur de molestiis injustis, & calumniosis, non de justis; & rationabilibus, tendentibus ad conservandam, & adimplendam voluntatem ipsius disponentis, *decis.* 54. *lib.* 9. *num.* 26. *decis.* 57. *lib.* 9. *n.* 11.

Monasterium.

Monasterium erigendum fruitur ejusdem privilegiis, quibus Ecclesia, *decis.* 103. *lib.* 10 *n.* 2.

Contrarium *decis.* 103. *lib.* 10. *n.* 6.

Quod monasterium erigendum non possit stare in judicio, *dec.* 103. *lib.* 10. *n.* 6.

Monasterium Sanctæ Mariæ septem dolorum Urbis non est regulare, nec per oblationem ibi factam impeditur subsequens matrimonium, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 3. & *decis.* 111. *n.* 3. *lib.* *eodem.*

In construendis monasteriis distantiæ, & forma tradita per Constitutiones Apostolicas non servantur in magnis urbibus, *decis.* 3. *lib.* 14 *n.* 15.

Et servari non debet, ubi non agitur de præjudicio alterius monasterii quoad administrationem sacramentorum, & de aliis quæstionibus, quæ sunt rationes motivæ dd. Constitutionum, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 15.

Præfatæque constitutiones procedunt tantum in nova constructione integri Monasterii, non autem in ampliatione jam erectorum, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 16.

Ab uno Monasterio ad aliud non dicitur impediri psalmodia quando intercedit congrua distantia, neque ex hoc potest impediri constructio, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 18.

Monasteria monialium, quod possint ædificare prope Monasteria monachorum, quando intercedit congrua distantia, nec adsunt fenestræ ad prospectum, & quomodo intelligatur, & procedat in hac parte dispositio Concilii Agatensis, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 17. *et seqq.*

Moneta.

Locus solutionis attenditur ad effectum dignoscendi, in quanam moneta sit solvendum, *decision.* 62. *libr.* 9. *n.* 16.

Mons.

Ex bullettinis, seu tesseris sub nomine provisorum montis traditis contrahitur pignus, & depositum, & oritur actio exercibilis contra montem, *decis.* 5. *lib.* 8 *n.* 1.

Mons de dolo, & culpa suorum ministrorum, & deputatorum tenetur, *decis.* 5. *lib.* 8. *n.* 4.

Oppignoratio pecuniarum non est de jure prohibita, quinimo expresse permittitur, tam a jure, quam a Statutis montis pietatis Urbis, *decis.* 5. *libr.* 8. *n.* 5. & 6.

Mora.

Ad moræ purgationem semper admittitur emphyteuta, nisi concurrat evidens protervia, & dolus, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 6. & *decis.* 30. *n.* 16. *lib.* *eodem.*

Moræ purgatio admittitur, licet in investitura adsit pactum resolutivum, & etiamsi emphyteuta fuerit ad eam alias admissus, & dominus directus consummaverit executionem, *decis.* 27. *libr.* 4. *n.* 10. & *decis.* 28. *n.* 13. & 16. & *dec.* 30. *n.* 15. *lib.* *eodem.*

Ad obtinendam moræ purgationem solvi debent damna, & interesse, nec non canones, exceptis illis decursis tempore, quo dominus possedit, & fructus collegit, *decis.* 27. *lib.* 4. *n.* 11.

Judex promptus esse debet in admittenda moræ purgatione, *dec.* 28. *libr.* 4. *n.* 11.

Emphyteuta ex æquitate canonica ad eam admittitur, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 10. & *decis.* 30. *n.* 14. *lib.* *eodem.*

Admittitur ejus purgatio, etiamsi sit triplicata, & etiamsi post executionem, quoties adsit aliqua excusabilis causa, maxime contra Ecclesiam, quæ debet esse pia mater, nec decet, ut ipsa sit tenax in exigendis pœnis, *decis.* 28. *lib.* 4. *a* *n.* 12. & *decis.* 30. *n.* 17. *libr.* 4.

Deterioratio jurium Ecclesiæ non excludit moræ purgationem; quoties consulatur per resarcitionem cujuscunque damni, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 17.

Est concedenda moræ purgatio, licet petatur ad commodum creditorum emphyteutæ, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 18.

Emphyteuta tenetur restituere omnes fructus, quos percepit ab ea die, qua dominus rem emphyteuticam accepit, quia purgatio moræ operatur ex nunc, & non ex tunc, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 19. 22. & 23. *et decision.* 31. *n.* 7. *lib.* *eodem.*

Intellige conclusionem, quoties effectum habet caducitas, & devolutio; secus si emphyteuta admittatur ad purgationem moræ: quia hoc casu non tenetur fructus restituere attenta bona fide, quæ oritur ex spe obtinendi moræ purgationem, *decis.* 28. *lib.* 4. *n.* 21. *et* 22. *et decis.* 29. *n.* 2. & *decis.* 31. *n.* 2. & *n.* 8. *cum seqq.* *lib.* *eodem.*

Et procedit, etiamsi dominus possessionem instrumentalem apprehendit de mandato judicis, *decis.* 29. *lib.* 4. *n.* 2. & *seqq.*

Maxime si ex post permiserit, quod emphyteuta corporaliter possideret, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 5.

Quod purgatio moræ operetur ex tunc, & non ex nunc, *decis.* 29. *lib.* 4. *n.* 7.

Damnum quod ex purgatione moræ sensit dominus in restitutione fructuum perceptorum, non est attendendum, *dec.* 30. *lib* 4. *n.* 18.

Licet purgatio moræ exposcat celerem canonum satisfactionem; itaut non concedatur, quando emphyteuta diu petere eam distulit, tamen id non procedit, quando ipse est inops, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 19. & *seqq.*

Purgatio moræ facit, ac si nunquam fuisset incursa caducitas, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 3.

Dominus directus tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum a die moræ litis super admissione ad purgationem moræ, etiamsi habuerit justam causam litigandi, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 4. *et seqq. et* *n.* 20.

Moræ purgatio non provenit a mera gratia, sed ab æquitativa juris dispositione, *decis.* 31. *lib.* 4. *n.* 19.

In mora an constituatur debitor per interpellationem, quando creditor plus debito petiit: & quid si duo sint separata credita, & excessus consistat in uno tantum, *decis.* 9. *lib.* 5. *a* *num.* 5.

In contractibus ultro citroque obligatoriis sola prima mora consideratur, itaut hæc tribuenda sit illi, qui primo defecit, *decis.* 45. *lib.* 6. *n.* 6.

Mora, alia realis, seu irregularis, quæ inducitur ministerio legis ob solam debiti subsistentiam, alia personalis, quæ regularis quoque dicitur, & contrahitur per solam interpellationem, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 14.

Mora nil aliud est, quam solvendi debiti, vel exigendi crediti injustitia, & frustratoria dilatio, *decis.* 51. *lib.* 6. *numero* 16.

Mora præsupponit debitum, nullamque novam inducit obligationem, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 16.

Mora considerari nequit, ubi nullum adest debitum, seu obligatio, *decis.* 51. *lib.* 6. *n.* 16.

Mora non committitur a debitore, qui ex justa causa se debitorem non esse credebat, *dec.* 51. *lib.* 6. *n.* 17.

Licet interpellatio continens plus debito non constituat in mora, tamen id non procedit, vel quando adest clausula, *non solum præmisso, sed omni alio meliori modo*, vel quando habita fuit relatio ad instrumenta, *decis.* 51. *lib.* 6. *numero* 22.

Donatarius, ad impediendam resolutionem donationis, non admittitur ad moræ purgationem, *decis.* 14. *lib.* 7. *n.* 10. *et decis.* 15. *n.* 9. *lib.* *eodem.*

Mora absque interpellatione non contrahitur; *decis.* 97. *lib.* 10. *num.* 5.

Ignorantia excusat a mora; *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 7.

Mulier in genere.

Mulier occupans bona viri pro suo credito dotali anteriori, non debet pati subhastationem eorum bonorum ad instantiam creditorum posteriorum, nisi cum clausula *non amota etc.* & dummodo oblationes excedant, *decis.* 29. *libr.* 6. *numer.* 3.

Mulier pro dote non soluta non habet retentionem in bonis viri, *decis* 29. *lib.* 6. *n.* 4. *et decis.* 30. *n.* 20. *et* 29. *et decis.* 31. *n.* 30. *lib.* *eodem.*

Mulieris confessio tendens ad patefaciendam veritatem, tenetur etiam si sit solemnitatibus destituta, *decis.* 30. *libr.* 6. *numero* 28.

Mulier, quæ sibi appropriavit bona viri, non potest amplius fructus dotales prætendere, *decis.* 54. *lib.* 6. *numero* 3.

Mulieris assertio, & confessio non attenditur, quia ad eam faciendam facilis fuisse præsumitur, *decis.* 29. *lib.* 7. *numero* 6.

Mulier tutrix, & administratrix, præsumitur de suo credito dotali satisfacta, si id commode fieri poterat, & patrimonium erat pingue, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 4. *et* 5.

An autem hæc præsumptio noceat solum mulieri, vel etiam ejus creditoribus, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 11.

Mulier tutrix ad evitandum cursum usurarum tenetur bona alienare, & sibi de dote satisfacere, & si neglexit, usuras petere non potest, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 8. *et* 9. *et decis.* 42. *n.* 2. *et* 3. *lib.* *eodem.*

Mulier adiens hæreditatem sine debitis solemnitatibus, præservatur a damno, *dec.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 31.

Et excusatur, si ejus procurator minus legitime inventarium ejus nomine confecerit, *dec.* 2. *lib.* 9. *n.* 31.

Mulier, quæ administravit, & rationem non reddiderit, præsumitur de suo credito dotali satisfacta, vel saltem istud est effectum turbidum, itaut non possit ammissionem retardare *dec.* 95. *lib.* 10. *n.* 7.

Mulier binuba.

Mulier binuba filio prioris conjugis succedit tantum in usufructu, si adsit alter ex ipsis filiis, *dec.* 3. *lib.* 4. *n.* 2.

Dispositio text. in leg. hac ædictali porrigitur etiam ad amasios; *dec.* 14 *lib.* 9 *n.* 26.

Requiritur tamen, quod intercesserit turpis consuetudo, quæ non præsumitur, sed est concludentissime probanda, *dec.* 14. *lib.* 9. *n.* 27.

Dispositio dictæ legis habet unice locum in relictis lucrativis, non autem in onerosis, & remuneratoriis, *dec.* 14. *lib.* 9. *numer.* 28.

Pœnæ inductæ mulieri binubæ respicit favorem filiorum, ideoque ad istorum hæredes extraneos non transit, adeout in extranei præjuditium omnia jura matri faventia exerceri va-

ti valeaot, ac si non esset binuba, *decis. 37. lib. 9. num. 5. 6. & seqq.*

Mulier binuba privari non debet proprietate bonorum filii, si noo sint directe quæsita ab istius patre, *decis. 38. libr. 9. n. 15. et seqq.*

Pœna inflicta matri binubæ restringitur ad bona paterna, sub quorum nomine noo veniunt avita, *decis. 38. lib. 9. num. 10. & seqq.*

Nec ea, quæ a patruo, vel extraneo donata fuerunt sponsæ intuitu matrimonii, ad hoc ut onera decentius sustineantur, *decis. 38. lib. 9. n. 13. & 14.*

Mulier binuba excluditur a bonis a Patre donatis filio propter nuptias, *decis. 38. lib. 9. n. 17.*

Si tamen donatio non proveniat a Patre, sed ab alio, qui viro donavit cum onere fideicommissi favore filiorum, mulier non excluditur, *decis. 38. lib. 9. n. 17.*

Mater binuba, cui nihil pro legitima fuit relictum, quando instituta extitit extranea persona, potest contratabulare testamentum ad effectum detrahendi Trebellianicam, *decis. 38. lib. 9. n. 27.*

Vide Mater.

Mulier quoad contractus, & obligationes.

Si mulier afferat cum juramento proximiores non habere; statur ejus assertioni, donec contrarium probetur, *decis. 1. lib. 6. n. 3. & decis. 2. n. 2. lib. eodem.*

Mulier major potest se pro dote obligare absque solemnitatibus volitis a Statuto in contractu mulierum, *decis. 2. lib. 6. num. 4. & decis. 2. n. 4. & decis. 3. n. 5. lib. eodem.*

Deficientibus proximioribus, cum Ægidiana nihil disponat, sufficit interventus duorum civium, nec exigitur deputatio curatoris, *decis. 2. lib. 6. n. 2. & decis. 4. n. 4. lib. eodem.*

Mulier potest se pro dote obligare absque solemnitatibus, etiam si nulla adsit necessitas dotandi, & illa constituatur ad favorem extraneæ, *decis. 2. lib. 6. num. 5. & decis. 3. numero 6. lib. eodem.*

Declara, ut conclusio procedat, quando causa finalis dotationis est matrimonium; secus si dos respiciat renunciationem a dotata exarandam, *decis. 2. lib. 6. n. 6.*

Ubi tamen dos constituitur pro certo, & determinato matrimonio, illud dicitur causa finalis, renunciatio vero causa impulsiva, *decis. 2. libr. 6. n. 7. & decis. 3. n. 7. et 8. lib. eodem.*

Quando deficiunt consanguinei in contractu mulieris, quod sit adhibendus alius judex, vel deputandus curator, *decis. 3. lib. 6. n. 1.*

Mulieris obligatio unico actu expleta, quæ excedit dotis medietatem, remanet nulla in totum, *decis. 3. lib. 6. n. 2. et decis. 7. lib. 6. n. 3. et 4. et decis. 8. n. 19. lib. eodem.*

In Civitate Laureti extat stylus subrogandi duos cives loco proximiorum in contractu mulieris, *decis. 3. lib. 6. n. 3.*

Ad hoc ut possit impugnari obligatio mulieris tanquam excedens medietatem dotis, debet de ejusdem dotis quantitate doceri per eum, qui nullitatem allegat, *decis. 3. libr. 6. numer. 9.*

Mulier, licet se obliget ultra medietatem dotis, si habeat relevatorem, obligatio tenet, *decis. 3. libr. 6. n. 12.*

Si creditor dummodo sibi admittantur bona dotalia, offerat solvere mulieri dotis medietatem, tunc non præsumitur, quod obligatio talem medietatem excedat, ideoque sustinetur, *decis. 3. lib. 6. n. 13.*

Actio impugnandi obligationem mulieris, tanquam excedentem medietatem dotis, tunc transit ad hæredes, vel quando mulier in vita reclamavit, vel quando ipsa fuit dolo, & metu seducta; alias ex sola ratione excessus hæredes agere, & impugnare non possunt, *decis. 3. libr. 6. n. 14. et seqq. et decis. 56. numer. 10. et decis. 57. numer. 10. et 11. lib. 6.*

Ad effectum autem probandi, quod mulier reclamaverit, non sufficit sola expeditio monitorii generalis, in quo certa causa non exprimitur, etiam si tale monitorium fuerit creditori intimatum, quando deinde nil ultra actum fuit *decis. 3. lib. 6. n. 19. et 20.*

Mulieris obligatio ad hoc, ut sit valida, requirit causam, *decis. 4. lib. 6. n. 1. et 37. lib. 7. n. 6.*

Quando mulier est major, sufficit, quod causa sit vera, & honesta, nec requiritur, quod sit necessaria, & utilis, *decis. 4. lib. 6. numer. 2. et decis. 8. numer. 9. lib. eodem, et decis. 31. ubi in terminis Statuti Urbis, et decis. 32. numer. 14. libr. eodem.*

Mulier potest se pro dote obligare, & accedere etiam; postquam matrimonium fuerat contractum, *decis. 4. libr. 6. num. 6.*

Donec non constat, quod mulier relevatorem non haberet; ejus obligatio sustinetur, *decis. 4. lib. 6. n. 4. et decis. 57. lib. eodem*, ob quod sufficit sola possibilitas.

Mulieris obligatio ad effectum liberandi virum ab imminenti carceratione, tenet, etiamsi specifice debita expressa non sint, ubi adsit relatio ad acta, *decis. 6. lib. 6. n. 1. et decis. 57. n. 1. lib. eodem.*

Obligatio mulieris intra medietatem dotis sustinetur etiam absque spe relevationis, *decis. 6. lib. 6. n. 3. et decis. 31. lib. 7. numer. 36.*

Quod obligatio sit excessiva ultra medietatem dotis, debet probari ab ipsa muliere, *decis. 6. lib. 6. n. 3.*

Quando obligatio mulieris excedit medietatem dotis, tunc non attenditur, an illa sit destructiva; vel tantum hypothecativa rei, & juris dotalis, cum utroque casu sit nulla, *decis. 7. lib. 6. n. 5.*

Constito, quod obligatio mulieris sit ultra medietatem dotis, tunc qui prætendit ipsam habuisse relevatorem, debet id probare, *decis. 7. lib. 6. n. 6.*

Mulieris obligatio habet præsumptionem validitatis, quando apparent servatæ omnes solemnitates Statuti, *decis. 8. lib. 6. n. 1. et decis. 9. n. 4. lib. eodem.*

In contractu mulieris Statutum Urbis exigit; quod curator loco proximiorum adhibendus asserat, nullum in contractu habere interesse, & quod ille non sit damnosus, *decis. 8. lib. 6. num. 2.*

Sed prædicta forma dicitur adimpleta; si in instrumento dicatur, quod curator omnia adimplenda adimplevit, maxime accedente decreto judicis, qui illud non imposuisset, nisi servatis per Statutum servandis, *decis. 8. lib. 6. n. 3.*

Statutum urbis non exigit, ut curatoris juramentum in scriptis redigatur; & propterea si illius interpositionem circumstantiæ suadeant, mulier tenetur negativam probare, *decis. 8. lib. 6. n. 5.*

Limita si juramentum in scriptis redactum sit, sed ex eo non appareat integralem formam fuisse servatam, quia tunc verisimile est, quod si super omnibus juramentum fuisset appositum, super omnibus de eo in scriptura appareret, *decis. 8. lib. 6. n. 6.*

Fidejussio de sui natura est damnosa, ideoque mulieribus a jure prohibita, *decis. 8. lib. 6. n. 7.*

Causa in contractu mulieris necessaria, si judici fuit exposita; præsumitur vera, *decis. 8. libr. 6. n. 10.*

Et dicitur expressa, quoties in contractu fiat mentio de ratione, ob quam mulier contrahit, *decis. 8. 6. n. 11.*

Mulier fidejubens ad effectum eximendi filium a carceratione; dicitur actum necessarium gerere, *decision. 8. libr. 6. numero 12.*

Sufficit, ut talis causa exprimatur, quæ de jure sufficiens, sit; licet retineantur circumstantiæ, quæ si expressæ fuissent, judicem ab interponendo decreto non retraxissent, *decis. 8. lib. 6. n. 13.*

Ad sustinendam mulieris obligationem sufficit, quod causa tempore contractus sit sufficiens, licet ex post inutilis reddatur, *decis. 8. lib. 6. n. 14.*

Si plures causæ disjunctive narratæ fuerunt; & aliqua ex eis non sit vera, ubi una subsistat, quæ sit sufficiens, integer contractus sustinetur, *decis. 8. lib. 6. n. 15.*

Decretum judicis facit præsumere veritatem causæ, & eam impugnanti incumbit probare contrarium, *decis. 8. lib. 6. n. 16. et decis. 9. n. 4. lib. eodem, et decis. 57. n. 2. lib. eodem, et decis. 38. lib. 7. n. 4 et 5. et decis. 39. n. 2. lib. eodem.*

Mulier ad effectum irritandi contractum ex defectu relevatoris debet probare illum non adfuisse, & quidem de tempore contractus, *decis 8. lib. 6. n. 17. et decis. 31. lib. 7. n. 33. et seqq. et decis. 32. n. 14. lib. eodem.*

Dicitur autem adesse relevator, quoties adsunt bona, ex quibus indemnitatem mulier consequi potest, *decis. 8. lib. 6. numer. 18.*

Licet mulieris obligatio excedens dotis medietatem sit nulla in totum, tamen id non habet locum, si executio dictæ obligationis sit dilata post mortem mulieris, nec in ejus vita exerceri possit, *decis. 8. libr. 6. n. 20.*

Item non habet locum, quando mulier erat in senili ætate. & obligatio tenebat ad favorem filiorum, *decis. 8. libr. 6. num. 21.*

In contractibus mulierum; si non fuerit servata forma Statuti Urbis, contractus corruit ipso jure, *decis. 9. libr. 6. n. 1.*

Causa non vera in parte facit corruere contractum mulieris in totum ob individuitatem decreti judicis, *decis. 9. libr. 6. numer. 2. et 3. et decis. 33. libr. 7. num. 2. et decision. 34. n. 1. lib. eodem.*

Ad hoc ut mulier possit obligationem per ipsam stipulatam ex defectu consanguineorum impugnare, tenetur probare illorum existentiam, & quod potuerint commode intervenire, *decis. 9. lib. 6. n. 5.*

Quando contractus est utilis, tunc mulier etiam absque solemnitatibus valide se obligat, *decis. 9. lib. 6. n. 6,*

In contractu mulieris voluntario, & utili, creditor non tenetur esse solicitus de versione pecuniæ, *decis. 9. libr. 6. numer. 7.*

Debitum præexistens, etiamsi sit nullum tanquam contractum absque solemnitatibus, tamen quoties nullitas non est detecta, & in judicium deducta, dicitur esse in implicito statu validitatis, & tribuit legitimam causam ad contrahendum alterum debitum, *decis. 9. lib. 6. num. 9. et decis. 31. lib. 7. n. 40.*

Amplia, etiam si in secundo contractu addita fuerit clausula citra approbationem primi, *decis. 9. lib. 6. n. 10.*

Beneficium salvæ medietatis dotis non competit mulieri, quæ ad suum commodum, & pro negotio ad ipsam spectante se obligavit, *dec. 9. lib. 6. n. 11.*

Dictum beneficium non potest mulier proponere adversus secundum creditorem, de cujus pecuniis fuit primus dimissus cum subingressu in istius juribus, quando tale beneficium contra primum non competebat, *decision. 9. lib. 6. numer. 12.*

Mulier non potest de nullitate obligationis, vel ob excessum

ultra

ultra medietatem dotis; vel ob defectum relevationis, opponere post secutam deliberationem, *decis. 56. lib. 6. n. 8.*

Quando causa in contractu mulieris expressa vera detegitur in parte, præsumitur vera in totum, donec contrarium concludentissime probetur, *decis. 57. lib. 6. n. 4.*

Valida est obligatio mulieris contrahentis debitum sub gravioribus usuris, ad effectum solvendi aliud sub minoribus contractum, ubi creditor urget; secus si non urgeat, *decis. 57. lib. 6. n. 5.*

Etiamsi fiat favore ejusdem creditoris, conveniendo primum debitum in aliam stipulationem cum augmento fructuum, *decis. 57. libr. 6. n. 6.*

Ad hoc ut mulier dicatur se obligasse ultra medietatem dotis, nedum inspici debet ipsa dos, sed totum mulieris patrimonium, *decis. 57. lib. 6. num. 9. & decis. 58. numer. 1. lib. eodem.*

Mulier non potest alienare fundum assignatum pro securitate suæ dotis, ob vergentiam viri ad inopiam, *decis. 19. lib. 7. n. 1.*

Si mulier se obligavit ex causa falsa, & erronea, contractus corruit, non obstante decreto judicis, *decis. 29. lib. 7. num. 2. & decis. 33. n. 1. lib. eadem.*

Causa nimis vaga, & generica non sufficit ab sustinendum contractum mulieris, *decis. 29. lib. 7. n. 3. & decis. 34. num. 2. & decis. 38. n. 2. lib. eodem.*

Mulieris obligatio, quæ excedit medietatem dotis, non sustinetur, *decis. 29. lib. 7. n. 5.*

Qua facilitate inducitur mulier ad contrahendum, eadem, imo majori inducitur ad asserendum, & confitendum, *decis. 29. lib. 7. n. 6.*

Mulier absque solemnitatibus non potest recipere pecunias in diminutionem sortis fructiferæ, ubi aderat causa fructuum, *decis. 31. lib. 7. n. 23.*

Limita, si exactio facta fuerit in vim mandati judicis; nam hoc casu læsio non ex facto mulieris, sed judicis, provenire dicitur, *decis. 31. lib. 7. n. 24. & 25.*

Obligatio, seu fidejussio mulieris pro viro cum causæ cognitione, & solemnitatibus, est valida, & dicitur facta ex quadam necessitate legis permittentis, ut mulier subveniat inopiæ viri, *decis. 31. lib. 7. n. 32.*

Contractum quem mulier in vita approbavit; non possunt ejus hæredes impugnare tanquam nullum, *decis. 31. lib. 7. n. 38. & 39. & decis. 32. n. 16. & 17. lib. eodem.*

Contractus mulieris non potest tanquam nullus impugnari, postquam cum ejus scientia fuit ex pecuniis tertii omni bona fide extinctus, *dec. 32. lib. 7. n. 41. & decis. 23. n. 8. lib. eodem.*

Si mulier asserat se obligare, quia erat tuta super bonis viri; talia verba non inducunt conditionem, quod scilicet sine relevatione voluit obligari, *decis. 32. lib. 7. n. 55.*

Si mulier se obliget ad effectum liberandi duos filios ab imminenti carceratione, si in dubio unus tantum filius esset obligatus, itaut unius tantum immineret carceratio, obligatio corruit, *decis. 33. lib. 7. a numero 2. & decis. 34. numer. 1. lib. eodem.*

Si causa in contractu mulieris expressa non est vera, tunc non sufficit; quod concurrat alia sufficiens, & vera quæ non fuit expressa, *decis. 33. lib. 7. n. 3.*

Licet statutario beneficio gaudere non debeat mulier, quæ alios circumvenit, tamen dolus ex parte ipsius non præsumitur, sed potius ex parte contrahentis cum ea, *decis. 33. lib. 7. n. 5. et 6.*

Versio pecuniæ in causam præcisam debiti, pro quo mulier se obligavit, tunc facit, ut ipsa teneatur ad restitutionem etiamsi obligatio sit nulla, quando debitum est proprium mulieris, non autem si sit alienum, *decis. 33. lib. 7. n. 8.*

Si mulier obligans se pro liberando filio ab imminenti carceratione, suum finem non consequitur, quia filius est aliis debitis involutus, pro quibus vel exinde carceratur, vel latitare cogitur, obligatio non sustinetur, *decis. 33. lib. 7. n. 4.*

Mulier potest se pro conjuncta persona obligare, si concurrant solemnitates, absit fraus, & circumventio, & ipsa habeat relevationem, *decis. 37. lib. 7. n. 7.*

Obligatio mulieris facta absque solemnitatibus Statuti, & Ægidianæ, est ipso jure nulla, *decis. 38. lib. 7. n. 1.*

Decretum judicis tunc facit præsumere veritatem, & existentiam causæ, quando Statutum nullam exigit causæ expressionem, & in contractu non fuit expressa, sed solum generaliter dicatur, quod judex prævia causæ cognitione decretum interposuit; *decis. 38. lib. 7. n. 6.*

Si vero Statutum causam exigat, & hæc fuerit taliter in contractu expressa, ut ejus subsistentia, & veritas facile desumi possit, in hoc casu præsumptio pariter stat pro decreto judicis, *decis. 38. libr. 7. n. 7.*

Quando autem causa expressa detegitur omnino inepta, & vaga; tunc sive Statutum illius exigat, sive non, solum decretum judicis nihil operatur, aut attenditur, quia constat, quod iste clausis oculis processit, *decis. 38. lib. 7. n. 8. et 11.*

Licet Statutum non exigat, quod causa reducatur in scriptis, tamen quotiescunque requirit decretum judicis, ex hoc dicitur velle concursum causæ, quia judex sine causa decretum interponere non potest, *decision. 38. libr. 7. n. 9.*

Mulier, quæ proximiores habet, & jurat non habere, non potest ex eorum defectu dare de nullitate obligationis, *decis. 38. libr. 7. n. 12.*

Contrarium, quando Statutum præsumit, quod mulier fuerit seducta, & mandat, ut non stetur ejus assertioni, nisi tamen vere seductio excludatur, & constet, quod contrahens cum muliere, omni bona fide, & sine dolose gessit, *decis. 38. lib. 7. n. 13. et seqq.*

Si proximior fuerit citatus ad interessendum, & renuat comparere, potest judex alium in ejus locum deputare, *decis. 20. lib. 10. n. 15.*

Et in citatione non exigitur specificatio contractus, & loci, sed sufficit, ut exprimatur substantia, *decis. 20. lib. 10. n. 16.*

Maxime si talis sit stylus loci, prout practicatur Viterbii, *decis. 20. libr. 10. n. 16.*

N

Narrativa.

NArrativa; quæ probatur erronea, non est attendenda, *decis. 5. lib. 3. n. 13.*

Quando narrativa repugnat cum dispositiva, tunc potius ista, quam illa est attendenda, *decis. 15. lib. 5. n. 2.*

Necessitas.

Actus potius tribuitur causæ necessariæ, quam voluntariæ, & liberali, *decis. 23. lib. 7. n. 11.*

Negativa.

Fundans se in negativa, debet illam coarctare per exclusionem possibilitatis in oppositum, *decis. 31. libr. 12. n. 12.*

Testes deponentes de negativa, debent removere sensum ab actu specificando, quod res non poterat evenire absque eo quod ipsi viderent, & audirent, *decis. 5. lib. 14. n. 12. et 42.*

Negligentia.

Verisimile non est, quod diu quis negligere voluerit; deductionem proprii juris, si illud realiter sibi competiisset, *decis. 18. lib. 3. n. 12. et 13.*

Super privilegio, & Brevi concesso dignitati, negligentia antecessoris non præjudicat successori, *decis. 29. lib. 3. n. 3.*

Negligentia nisi probetur, diligentiæ intrat præsumptio, *decis. 30. lib. 5. n. 8.*

Negligentia creditoris in non exigendo non prodest nec debitori, nec fidejussori, *decis. 30. libr. 5. n. 9.*

Nepotes.

Nepotes an; & quando veniant appellatione filiorum. *Vide* Filiorum appellatione.

Nix.

Ordinatio facta a Principe, ne quis possit nivem colligere, & vendere, non afficit clericos, & alias personas Ecclesiasticas quoad collectionem ad usum proprium, licet Ecclesiastici eam vendere non possint, *decision. 4. lib. 14. per totam.*

Nec potest appaltator nivis impedire Ecclesiasticis collectionem offerendo se eis nivem gratis daturum, & hoc ut evitentur fraudes, quia tale temperamentum esset incommodum, & damnosum, *decis. 4. lib. 14. n. 11. et 12.*

Nobilitas.

Nobilis in uno loco, in alio ignobilis reputari potest propter consuetudinem, & Statutorum diversitatem, *decis. 25. lib. 3. num. 8.*

Notarius.

Licet juvenis Notarii non possit instrumenta, & testamenta rogare nomine titularis officii, tamen id non habet locum in Urbe, ubi contrarium de stylo servatur, *decis. 6. lib. 9. num. 30. et seqq.*

Notarius, seu Cancellarius testans de re a se non gesta, non probat plus quam unicus Testis, *decis. 15. libr. 12. numer. 18.*

Novatio.

Ubi adest nova causa productiva fructuum; dicitur adesse vera novatio, *decis. 1. lib. 5. n. 19.*

Clausula *citra novationem*, potest intelligi, & operari quoad sortem, & non quoad fructus, *decis. 1. lib. 5. n. 20.*

Novatio extinguit ipso jure primum creditum, *decis. 14. lib. 5. numer. 12.*

Novatio non inducitur ex sola variatione modi accidentalis executionis primi contractus, *decis. 21. lib. 7. n. 6.*

Ex novatione actio ex primævis juribus derivans penitus extincta remanet, *decis. 27. lib. 7. n. 1.*

Quod tamen non procedit, si novatio non habuerit effectum; vel remanserit resoluta, *decision. 27. lib. 7. n. 2.*

Protestatio retinendi, & conservandi præventivam conventionem, excludit animum novandi, *decis. 1. libr. 8. n. 5.*

Nullitas.

Quod nullum a principio est, per approbationem non convalidatur, *decis. 33. libr. 9. n. 4.*

Nullitas intrinseca jam acceptata per impugnationem; amplius approba-

approbari, & convalidari non potest, dec. 51. lib. 9. n. 13. & decis. 52. n. 10. lib. eodem.
Postquam nullitas est deducta in judicium, nec per Principem sanari potest, decis. 51. lib. 9. n. 13.

Obligatio, & Obligatus.

OBligatio sumit naturam, & conditionem ab actu, ad quem refertur, non autem ab eo, in quo fuit adjecta, decis. 5. dec. 7. n. 19.
Per adimplementum facti promissi, omnis extinguitur obligatio, decis. 44. libr. 9. n. 16.
Sub obligatione defuncti non veniunt bona hæredis, nisi id specialiter expressum sit, vel constet de voluntate, nec sufficiunt verba *obligo hæredem meum*, decis. 17. libr. 11. numer. 11. & 12.

Obligatio Cameralis.

Obligatio Cameralis paratam habet executionem, decis. 4. lib. 5. n. 6. & decis. 14. libr. 5. n. 1. & decis. 25. lib. 6. n. 3.
Sub obligatione camerali continetur stipulatio favore omnium, quorum interest, decis. 8. lib. 5. n. 1.
Exceptio extinctionis census turbida non retardat executionem obligationis cameralis, decis. 37. libr. 5. n. 11.
Obligatio cameralis secum fert promissionem damnorum, & interesse, decis. 51. lib. 6. n. 3.
Executio obligationis cameralis retardari non debet, decis. 56. lib. 6. num. 2.
Obligatio cameralis paratam habet executionem tam contra hæredem, quam contra bona hæreditaria debitoris, decis. 13. lib. 11. ante n. 1.

Obligatio insolidum.

Si plures sint obligati insolidum, potest creditor a quolibet ex correis integram satisfactionem consequi, decision. 9. lib. 6. n. 8.
Obligatio solidalis præsupponit aliorum obligationem, decis. 17. lib. 6. n. 19. & decis. 18. n. 10. lib. eodem.
Inter correos ille est quoad ipsos principalis debitor, ad quem revera negotium pertinet, dec. 17. lib. 6. n. 20.
Obligationis solidalis executio non impeditur exceptione reportandæ indemnitatis a debitore, decis. 17. libr. 6. numero 24.
Obligatus insolidum habetur pro principali, & correo debendi in omnibus, & per omnia respectu creditoris, dec. 19. libr. 5. n. 10.
Hæredes debitoris tenentur singuli pro portionibus hæreditariis; non autem insolidum, decis. 44. lib. 9. n. 21.

Observantia.

Observantia actus veritatem concludit, decis. 1. libr. 1. numero 12.
Observantia, etiam interpretativa, non probatur ex actibus, de quorum executione non constat, decis. 2. libr. 2. numero 38.
In actuum diversitate ea recipi debet observantia, quæ fuit frequentius observata, ibidem, n. 23.
Observantia non remanet probata ex omnino conformibus, dec. 2. lib. 2. n. 40.
Observantia interpretativa non concluditur ex actibus facultativis, decis. 2. lib. 2. n. 41.
Item non elicitur ex actibus factis ad gratificandum; decis. 2. lib. 2. n. 42.
Ad observantiam præjudicialem inducendam requiritur contradictio, & acquiescentia partis, decis. 2. lib. 2. num. 43.
Observantia, quæ casum præcisum non percutit, non est attendenda, decis. 9. lib. 2. n. 5.
Observantia non minus desumitur ex facto, quam non facto; decis. 22. lib. 3. n. 15.
Ea quæ diu observata fuerunt, non debent innovari, & immutari, decis. 27. libr. 3. n. 39.
Observantia plurimum deservit ad dignoscendum, quotnam gradus sint in concessione emphyteutica comprehensi, decis. 32. lib. 4. n. 6.
Observantia ex facto contrahentis desumpta ostendit; qualis fuerit illius voluntas, & intentio, decis. 13. libr. 7. numero 10.
Observantia interpretative admittitur in dubiis, non autem in claris, decis. 21. libr. 7. n. 8.
Observantia declarat, quid in venditione fuerit comprehensum, decis. 52. lib. 7. n. 11.
Observantia universalis est optima interpres, si ex istorum verbis aliqua oriatur dubietas, decision. 5. lib. 8. n. 10.
Observantia sententiæ uniformis facit præsumere, quod sententia fuerit acceptata, decision. 5. libr. 9. numero 14.
Observantia non potest desumi ab actibus impugnative gestis decis. 35. lib. 10. n. 12.
Observantia attenditur ad interpretationem dispositionis dubiæ, non in dispositione clara, decis. 3. lib. 10. n. 8. & decis. 73. n. 20. lib. eodem.
Observantia non potest inducere gravamen; quod a testatore non fuit injunctum, decis. 83. lib. 10. n. 8.
Observantia consistens in actibus negativis, non est sufficiens ad interpretationem fideicommissi dubii, sed exiguntur actus positivi, ex quibus hæredum consensus elici possit, decis. 83. lib. 10. n. 19.
Et prævalet semper observantiæ deductæ ab actibus positivis, dec. 73. lib. 10. n. 21.
Observantia, quæ oritur ex facto auctoris, non potest per successorem impugnari, decis. 109. lib. 10. n. 18. & decis. 115. lib. 10. n. 10.
Observantia debet recipi cum qualitate, cum qua reperitur, nec scindi valet, decis. 18. lib. 11. n. 11.
Observantia, quæ elicitur ex facto, prævalet alteri, quæ consistit in verbis, & nomine, decis. 10. lib. 11. n. 19.
Observantia erronea promanans ex falsa credulitate, & contraria dispositione non attenditur, decis. 29. lib. 11. numero 14.
Observantia adversus Constitutiones Apostolicas clausula irritanti munitas, attendenda non est, decision. 23. libr. 12. numero 12.
Et adversus dictas Constitutiones observantia debet esse continua, dec. 23. lib. 12. n. 14.
Concilium Tridentinum habere censetur in quolibet ejus capitulo decretum irritans, quod inficit quamcunque contrariam observantiam, decis. 1. lib. 16. n. 7.
Observantia plurimum inservit pro interpretatione rerum dubiarum, decis. 26. lib. 12. n. 7.
Observantia ad hoc ut uni tollat, alteri det adversus juris dispositionem, debet esse legitime præscripta, decis. 1. libr. 13. num. 9.
Observantia est optima interpres etiam Constitutionum Apostolicarum, decis. unica super materia de offic. venal. vacab. num. 4. fol. 452. tom 2.

Odium.

In odiosis non fit extensio, decis. 91. lib. 10. n. 30.

Officialis, & Officium.

Conservatores Populi Romani nequeunt conferre jus ad officia Capitolina, quæ actu non vacent de tempore, quo ipsi jurisdictionem habent, & conservatoris munere funguntur, decis. 1. lib. 2. n. 1.
Privilegium Leonis X. tribuens Populo Romano collationem officiorum Capitolii, non dat eis effrænatam jurisdictionem, sed providam, & discretam, ideoque reducitur ad regulas juris, nec debet successoribus præjudicare, decis. 1. libr. 2. n. 2. 3. & 4. et decis. 2. lib. eodem n. 18.
Conservatores Populi Romani duas habent facultates, alteram distribuendi annuatim officia cum participatione Pontificis concessam a Leone X. & alteram distribuendi ad libitum indulta officiorum ad vitam tributam a Statuto, decis. 2. lib. 2. n. 5.
Statutum Urbis lib. 1. cap. 15. de prædictis officiis loquens, contradistinguit renovationem a concessione, decis. 3. libr. 2. num. 8.
Renovatio autem dupliciter sumitur, tam scilicet quando durante adhuc concessione, ad alias personas, seu tempus extenditur, quam etiam quando finita concessione protrahitur, decis. 2. lib. 2. n. 6.
Prima vero renovationis species est minus odiosa, ibidem n. 7.
Dicta renovatio non mutat causam possessionis, ibidem numero 10.
Concessio vero consumitur in primo actu, & non transmittitur; ac mutat causam possessionis, ibid. n. 9.
Officium prorogatum cum jure accrescendi ad novas personas; & insolidum per obitum alterius ex officialibus non vacat, decis. 1. lib. 2. n. 10.
Concessio, seu electio ad officium distinguitur a prorogatione concessionis ad novas personas, decis. 1. lib. 2. n. 18.
Aditio simplex unius personæ in officio non dicitur præjudicialis, itaut possit censeri facta in supplantationem successorum, decis. 1. lib. 2. n. 20.
Secus tamen est, quando adducuntur plures generationes, quæ tunc dicuntur illatum successori præjudicium, decis. 1. lib. 2. num. 21.
Concessio officii quando vacaverit, & prorogatio illius, vivente, & consentiente officiali, inter se differunt, ibidem num. 22.
Sicuti officialis potest officium dimittere ea lege, ubi, & alteri personæ cumulative concedatur; ita valet prorogationem ad alterius personæ vitam reportare, dicta decis. 1. lib. 2. numer. 23.
Constitutiones Innocentii X. Alexandri VII. & Clementis X. in quibus annullantur prorogationes officiorum, utpote loquentes de officiis tabellæ suppressæ, ad alia non extenditur, ibidem n. 24.
Conservatores Urbis non possunt concedere jus ad officia vacatura futuris temporibus, dec. 2. lib. 2. n. 3. cum pluribus seqq. ubi exemplificat de Prorege Neapolis, & magno magistro Religionis Hierosolymitanæ.
Concessio facta per dictos conservatores de officiis vacaturis, dicitur facta tempore inhabili, & est, ac si expleta non fuisset, decis. 2. lib. 2. n. 9. & 10.

Facultas

Facultas providendi officia restringitur ad illa, quæ actu vacant; nec extenditur ad vacatura, *dec. 2. lib. 2. n. 11.*

Successor in administratione non tenetur stare provisioni factæ per antecessorem de officio ejus tempore non vocato, *dicta dec. 2. lib. 2. n. 12.*

Officialis non potest falcem in successoris segetem immittere, *ib. n. 13.*

Additio novæ personæ in officio dicitur nova concessio, & sapit speciem expectativæ, quæ reprobatur, *ibid. n. 15.*

Prorogationes officiorum ad vitam novarum personarum in toto Statu Ecclesiastico improbantur, & irritantur per Bullam Urbani VIII. hæcque comprehendit etiam Magistratus Urbis, *dicta dec. 2. lib. 2. n. 16.*

Præventiva officii collatio jurisdictionem successoris eludit, *ibid. n. 20.*

Eventualitas prædecessus officialis superadditi non reddit licitam officii prorogationem, quia adhuc remanet sub periculo duplicis vitæ, veteris scilicet officialis, & alterius superadditi; secus autem si ageretur de permutatione, quæ totum jus adimeret a primo officiali, totumque periculum refunderet in vitam secundi, *ibid. n. 22.*

Præjudicium ex concessione officii non vacantis non consideratur ex quo certo successori præjudicetur, sed ex quo successoribus in genere damnum inferat, *dicta dec. 2. lib. 2. n. 23.*

Concessionem officii non adhuc vacantis solum admittunt Doctores, quando prorogatur ad vitam primi officialis in favorem alterius, quando fit a Principe supremo, *ibid. n. 25.*

In prorogatione, vel additione novæ personæ in officio exigitur consensus ipsius officialis, *ibid. n. 27.*

Officiorum non amovibilium proprietas favore conservatorum non provenit a Statuto Urbis lib. 1. cap. 15. sed a Constitutione Leonis X. *d. dec. 1. lib. 2. n. 32.*

Opinio, quod conservatores non possint officia non vacantia providere, fuit quoque amplexa a Fenzonio ad evitandum præjudicium, & supplantationem successorum, *ibid. n. 34. et 35.*

Reservatarii officiorum dicuntur veri domini, itaut damna ipsos sequantur, *dec. 3. lib. 2. n. 2.*

In emptione officiorum reservatio decreti non semper importat dominium, sed multoties resolvitur in simplicem hypothecam; *dec. 3. lib. 2. n. 3.*

An autem dominium, vel hypothecam importet, desumi potest cum ex natura contractus, tum ex origine reservationis, tum ex qualitate actuum, *decis. 3. lib. 2. n. 4.*

Officiales antiquitus pro invenïendis pecuniis præstabant cautiones, *dec. 3. libr. 2. n. 6.*

Sed ex post loco cautionis fuit inventa reservatio decreti, per quam reservatarius quibuscunque aliis præfertur, *dec. 3. libr. 2. n. 7.*

Dicta reservatio decreti cum inventa fuerit loco cautionis, sicuti ista non importabat condominium, ita nec illa ipsum præsupponit, *dec. 3. lib. 2. n. 8.*

Si Princeps non obstante reservatione decreti ad favorem alterius ipsum officialem tanquam dominum considerat, inde arguitur, quod officium est sub officialis dominio, *dec. 3. lib. 2. n. 9.*

Officialis actus gerens in officio nomine proprio indicat, quod non sit simplex administrator, sed verus dominus, *dec. 3. lib. 2. n. 10.*

Si officialis enunciet officium tanquam proprium, tale contra ipsum præsumitur, *decis. 3. lib. 2. n. 11.*

Officialis habens facultatem extinguendi debita cum reservatariis, indicat penes istos non adesse dominium; *dec. 3. lib. 2. n. 12.*

Officium tanquam de Regalibus Principis de uno in alium absque licentia transferri non potest, *decision. 3. lib. 3. n. 13.*

Reservatio decreti stipulata non primario, sed ad cautelam, resolvitur in simplicem hypothecam super officio, *dec. 3. lib. 2. n. 17.*

In resignatione officiorum vacabilium ob pretium non solutum; possunt conveniri fructus recompensativi, *dec. 4. lib. 2. numer. 2.*

Officia vacabilia Romanæ Curiæ inter res fructiferas requiruntur, *dec. 4. lib 2. n. 4.*

Officialis officiorum vacabilium lucrum percipit ex mera gratia Principis, illudque ab eo recognoscit, *dec. 4. lib. 2. n. 9.*

Ex officio vacabili fructus prætendi non possunt, quoties cessat periculum amittendi sortem, *dec. 4. lib. 2. n. 10.*

Et fructus in isto considerantur tanquam sors, *dec. 4. lib. 2. n. 11.*

Papa facilis est in concedenda resignatione officiorum, & propterea ista considerantur inter cætera bona patrimonialia officialis, *dec. 4. lib. 2. n. 13.*

Dominium directum officiorum spectat ad Principem, & sine ipso transferri non potest; utile vero est in commercio, & a quolibet potest possideri, *dec. 4. libr. 2. n. 18.*

Quod fructus officiorum non reputentur tanquam sors; nec dicantur pars pretii, sed sint veri fructus, ac reliqui, *dec. 4. lib. 2. n. 17. & 18.*

In resignationibus officiorum ex stylo Romanæ Curiæ integra restituitur sors, *dec. 24. lib. 2. n. 19.*

Omissio.

Quod consulto omissum fuit, denegatum censetur, *decis. 24. lib. 3. n. 16.*

Si testator onus expresse aliquibus tantum adjecit, quoad alios censetur consulto omissum, *decis. 12. lib. 10. n. 16.*

Expressum in una parte, & non in alia, censetur in ista apposite omissum, *dec. 5. lib. 10. n. 6.*

Ea quæ non sunt expressa, consulto omissa censentur, *decis. 4. lib. 7. n. 21.*

Onus.

Onus assumendi cognomen, & arma certis tantum personis adjectum, quoad alias consulto omissum censetur, nec eas afficit, *decis. 2. lib. 10. n. 16. & decision. 13. n. 7. lib. eodem.*

Quod possit saltem tacite in aliis quoque censeri repetitum, *decis. 14. lib. 10. n. 22.*

Onus assumendi cognomen, & arma, debet tantum impleri post quæsitum emolumentum, ideoque si antea spernatur, non officit, *decis. 61. lib. 10. n. 17.*

Onus sibi magis bene visum super suis bonis quilibet imponere potest, *decis. 45. libr. 10. n. 13.*

Opinio.

In iis, quæ consistunt in opinione, magis attenditur opinio, quam veritas, *decis. 11. lib. 9. n. 17. & dec. 58. n. 48. lib. eodem.*

Opinio hominum est valde fallax, *decis. 14. lib. 9. n. 16.*

Oratio.

Oratio unica, & sub eadem verborum structura omnia expressa inter se copulat, & individua reddit, *decis. 4. libr. 7. n. 4.*

Duæ etiam perfectæ orationes vigore conjunctionis habentur pro unica, *decis. 4. lib. 7. n. 5.*

Oratio dicitur unica, si sub unico verbo perficiatur, *dec. 4. lib. 7. n. 6.*

Duæ dicuntur orationes, quando unaquæque habet sensum perfectum, *decis. 3. lib. 11. n. 6.*

Ordinarius.

Prælatus inferior limitatam jurisdictionem habens ad aliquos actus, & personas, non dicitur Ordinarius, *decis. 13. lib. 3. n. 12.*

Ad certos tamen effectus, & in materia adaptabili dicitur Ordinarius, *decis. 13. libr. 3. n. 13.*

Priores Religionis Hierosolymitanæ declarati sunt in pluribus decisionibus Ordinarii, *decis. 13. libr. 3. n. 14.*

Capitulum ex privilegio, vel consuetudine potest habere jura, & facultates Ordinarii, *decis. 23. libr. 3. n. 3.*

P

Pactum in genere.

PActa intelligenda juxta subjectam materiam, & ad limites contractus, *dec. 3. lib 2. n. 21.*

Pacta contra naturam contractus, si non respiciant illius substantiam, vitiantur, & non vitiant, *decis. 7. lib. 5. n. 37.*

Pacta onerosa sunt pars contractus, ideoque attenduntur ad arguendam illius justitiam, vel injustitiam, *decis. 8. lib. 5. n. 4.*

Pactum, licet favore certæ personæ conceptum, non exinde sequitur, quod sit personale, *dec. 17. lib. 6. n. 34.*

Etiamsi sit expressa causa impulsiva, quæ sit personalis, dummodo adsint aliæ causæ personalitatem excludentes, *dec. 17. lib. 6. n. 35.*

Rite in pactum deducitur, quidquid lege, vel Statuto permittente fit, & tali casu pactum dicitur executor legis, vel Statuti, *dec. 50. lib. 6. n. 31. & decis. 51. n. 15. lib. eodem.*

Idem pactum eisdem verbis conceptum, non potest inter easdem personas diverso jure censeri, *decis. 100. lib. 10. n. 7.*

Pactum dicitur reale, quoties stipulatum fuit etiam pro hæredibus, & successoribus, *dec. 110. lib. 10. n. 8.*

Item si adsint clausulæ *ad habendum, et libere disponendum*, *dec. 100. libr. 10. n. 9.*

Prout etiam si sit correspectivum, & ex una parte interveniat res transitoria ad hæredes, *dec. 100. lib. 10. n. 10.*

Observantia declarat realitatem pacti, *decis. 100. libr. 10. n. 11.*

Pactum etiam negativum dicitur reale, quando est correspectivum, & super materia ad hæredes transitoria, *decis. 100. lib. 10. n. 12.*

Realitas pactorum non ex cortice, & formula verborum; sed ex ratione, & causa desumi debet, & si ista habeat tractum successivum, pactum dicitur reale, etiam si sit negativum, & certæ personæ tantum sint expressæ, *decis. 100. libr. 10. n. 13*

Pactum futuræ successionis.

Hæres quis non potest fieri per pactum, *decis. 51. lib. 9. n. 14. & decis. 52. n. 11. libr. eodem.*

Pactum impeditivum libertatis disponendi non sustinetur, *dec. 6. lib. 10. n. 12.*

Pactum futuræ successionis est a jure improbatum, nec sustinetur, *decis. 93. libr. 10. n. 3. & dec. 94. lib. eodem, & decis. 31. libr. 11. n. 1.*

Dictum pactum irritatur, si sit super tota, vel quota hæreditatis, & istius mentionem faciat; secus si super quota bonorum cadat, & de ista loquatur, *decis. 93. lib. 10. n. 4. & decis. 94. n. 3. lib. eodem, & decis. 32. libr. 11. n. 3.*

Dicitur autem continere, & respicere hæreditatem, si expressum sit, *sarà erede della metà de miei beni*, *decis. 93. lib. 10. n. 4.*

Ad dignoscendum, an pacta sint futuræ successionis, verba paciscentia sunt primario inspicienda, *decis. 93. libr. 10. n. 5.*

Et si ex istis appareat; quod paciscentes voluerunt hæreditatem transferre jure successionis, & non jure contractus, pactum inutile redditur; secus si jure contractus pactum initum videatur, *decis. 93. lib. 10. n. 6.*

Unde si habita sit mentio hæredis, hæreditatis, & successionis, licet verba sonant in contractum, tamen pactum dicitur successorium, *decis. 93. lib. 10. n. 7. et 8.*

Et licet verbum *hæres* quandoque capiatur pro domino, & hæreditas pro bonis, tamen id non procedit, quoties adsunt dictiones universales, & promissio est facta per viam obventionis, & successionis, *decis. 93. lib. 10. num. 9. et seqq. et dec. 32. libr. 11. n. 3. et 4.*

Promissio facta de bonis post mortem est contractus inter vivos dirigens actionem contra hæredes, & sustinetur, *dec. 95. libr. 95. lib. 10. n. 14. et dec. 31. libr. 11. n. 1.*

Si promissio respiciat personam promittentis, vel hæredis, ita ut ab isto obligatio incipere debeat, valet contractus; secus si tangat bona, & ista absque ullo facto hæredis transeant in promissarium, *decis. 97. lib. 10. n. 14. et decis. 32. lib. 11. n. 2.*

Pactum futuræ successionis non validatur juramento, *decis. 93. lib. 10 n. 15. et decis. 94. n. 4. et seqq. lib. eodem, et dec. 31. libr. 11. n. 3. et 4. et dec 32. n. 5. lib. eodem.*

Neque ex favore matrimonii, *decis. 93. libr. 10. n. 16. et decis. 94. n. 8. et seqq. lib. eodem, et decis. 31. lib. 11. num. 5. et decis. 32. n. 6. libr. eodem.*

Neque correspectivitas ad dotem, *decision. 93. libr. 10. num. 17. et decis. 94. n. 11. lib. eodem, et decis. 31. lib. 11. n. 5. et decis. 32. n. 6. lib. eodem.*

Pactum successorium negativum juramento validatur, *decision. 94. lib. 10. n. 6.*

Quod pactum futuræ successionis ex generali consuetudine sustineatur, si sit appositum in nuptialibus instrumentis, vel saltem competat contra inobservantes actio ad interesse, *decis. 94. lib. 10. n. 13 et 14.*

Quod talis consuetudo vel non probetur, vel non relevet, & ad summum operari possit, quatenus pactum non revocetur, *decis. 94. lib. 10. n. 15. et 16. et dec. 31. lib. 11. n. 5.*

Et quod nec competat actio ad interesse, *decis. 94. lib. 10. n. 17. et 18. et decis. 31. lib. 11. n. 6.*

Licet pactum cadat tantum super quota, & portione hæreditatis, itaut sublata non remaneat paciscenti facultas disponendi, & testandi de reliquo, tamen semper pactum improbatur, *decis. 32. lib. 11. n. 7.*

Renunciatio facta de hæreditate viventis est nulla; si vivens consensus non præstet, *decis. 30. lib. 11. n. 1. Vide* Renunciatio hæreditatis viventi.

Pactum redimendi.

Redimendi facultas extinguitur per lapsum temporis præscripti; *decis. 3. lib. 4. n. 3. et decis. 4. n. 2. lib. eodem.*

Pendente lite tempus ad redimendum non currit, *decis. 3. lib. 4. num. 4.*

Post tamen litem terminatam novus, & integer non subingreditur terminus, sed cum tempore ante litem lapso subsequens conjungitur, *decis. 3. lib. 4. n. 5.*

Quamquam lis perpetuet actionem, tamen id intelligitur in terminis præscriptionis, non vero in facultate redimendi, *decis. 3. libr. 4. n. 7.*

Creditor potest exercere facultatem redimendi, quam debitor habebat, *decis. 4. libr. 4. n. 1.*

Impedimentum præstitum ab emptore, ne venditor redimere posset, non facit, quod remoto impedimento novus terminus decurrere debeat, sed tollitur duntaxat de medio tempus, quo impedimentum duravit, *decis. 4. libr. 4. n. 4.*

Ad dictum effectum dicitur impedimentum cessasse, si Signatura rescripsit cum clausula *sine præjudicio*, *decis. 4. lib. 4. num. 5.*

Si in pretio adsit læsio excessiva; pactum redimendi potest etiam post tempus conventum exerceri, *decis. 4. lib. 4. n. 8.*

Pactum redimendi perpetuum solet æstimari in tertia parte valoris rei, *decis. 2. lib. 4. n. 3. et decis. 5. n. 14. et 35. libr. 5.*

Pactum redimendi tam de jure civili, quam canonico, est licitum, *decis. 5. libr. 5. n. 7.*

Venditio cum pacto redimendi an, & quando dicatur facta ad palliandam usuram. *Vide* in verbo Usura.

Venditio cum pacto redimendi, & successiva locatione est contractus undique validus, & admissus, *decis. 5. lib. 5. n. 24.*

Paraphernum;

Ex paapherno non debentur fructus, *decis. 39. lib. 6. n. 13.*

Limita, quando paraphernum est conjunctum, & incorporatum cum ipsa dote, *decis. 39. libr. 6. n. 13. et dec. 40. n. 8. lib. eodem.*

Parentela.

Nomine parentelæ veniunt etiam descendentes a feminis, si non fuit contemplata agnatio, seu parentela masculina, *decis. 67. libr. 10. n. 16.*

Partus.

Partus septimestris est legitimus, & vitalis, *decis. 23. lib. 10. n. 6.*

Pater.

Pater tenetur, imo compelli potest ad expensas studii pro filio; *decision. 35. lib. 9. n. 7.*

Patris votum, & desiderium est, ut filius ei succedat, non ut ipse succedat filio, *dec. 66. lib. 9. n. 19.*

Ideoque nunquam præsumitur, quod voluerit disponere de iis; quæ sibi obvenire poterant per mortem filii non intentatam, nec cogitatam, *decis. 66. lib. 9. n. 11.*

Pater habet administrationem, & usumfructum in bonis adventitiis filii, *decis. 97. lib. 10. n. 4.*

Paupertas,

Paupertas excluditur ex eo, quod quis possideat bona stabilia; vel habeat credita libera, *decis. 42. libr. 6. n. 12. et decis. 43. n. 7. libr. eodem.*

Paupertas quoties ad aliquem præcisum effectum, & non simpliciter probanda venit, tunc non justificatur ex fama, sed requiritur probatio per negativam coarctatam, quæ peremptorie concludat, *decis. 43. lib. 6. n. 8.*

Pauper dicitur etiam, qui possidet bona, vel intricata, vel debitis insufficientia, *decis. 44. libr. 6. n. 7.*

Paupertas operatur diminutionem, *decis. 13. lib. 7. n. 5.*

Paupertas semel probata censetur continuare, donec, & quousque non justificetur causa extrinseca, ex qua sequi poterat locupletatio, *dec. 11. lib. 11. n. 1.*

Paupertas non præsumitur propter culpam evenisse, nisi concludenter probetur, *decis. 11. lib. 11. n. 5.*

Pecunia.

Pecunia investimento destinata venit nomine immobilium, *dec. 7. lib. 2. n. 10. et decis. 8. n. 27. et dec. 10. n. 11. lib. eodem.*

Versio pecuniæ probatur ex deposito, ac subsequenti illius extractione mediantibus ordinibus, *decis. 24. lib. 5. n. 2.*

Ex quibus probetur pecuniarum identitas, *dec. 25. lib. 5. n. 3.*

Ex pecuniæ versione non tenetur creditor esse solicitus, quando mulier, vel minor se obligavit ex causa voluntaria, & utili, *decis. 9. lib. 6. n. 7.*

Pecunia continetur sub proprio significatu verbi *roba*, *decis. 5. lib. 8. n. 7.*

Item venit sub nomine *argenti*, *dec. 5. lib. 8. n. 8.*

Pœna.

Pœna potest etiam ultra damnum imponi, & exigi; quia non ratione damni, sed ratione contemptus exigitur, *dec. 2. lib. 14. n. 12. et 13.*

De gravitate pœnæ non possunt Ecclesiastici conqueri, si eadem sit imposita contra laicos, *dec. 2. lib. 4. n. 16.*

In pœnalibus nulla admittitur extensio, *dec. 90. lib. 10. n. 14. et dec. 91. n. 35. lib. eodem.*

Pensio Ecclesiastica in genere.

Ad reconvalidationem pensionis non sufficit consensus partium; sed requiritur nova auctoritas Papæ, *dec. 1. lib. 13. numer. 13.*

Manutentio in quasi possessione exigendi pensionem non datur, quando clare constat de nullitate, seu extinctione tituli, *decis. 2. lib. 13. n. 1. et dec. 4. n. 1. lib. eodem.*

Et maxime postquam quis per aliquod tempus cessavit ab exactione; nam ex hoc aut dicitur amissa quasi possessio, aut saltem mitius agendum est contra titularem, *dec. 2. lib. 13. n. 2.*

Pensio non potest dici pro dote Ecclesiæ, vel loci pii reservata, quando id in reservatione expressum non fuit, & quando jam antecedenter Ecclesia, seu locus pius dotati reperiantur, *dec. 3. lib. 13. n. 2.*

Pensionarius in judicio petitorio contra titularem, qui pensioni non consensit, tenetur plene, & concludenter justificare valorem beneficii per assensum, alias pensio non sustinetur, *dec. 5. lib. 13. n. 1.*

Præsertim stante clausula, *ut asseris*, quæ facit conditionem, & ostendit, Papam fuisse de valore beneficii dubium, deque eo velle a pensionario doceri, *dec. 5. lib. 13. n. 2.*

Valor debet a pensionario justificari, sive pensio sit reservata pure, sive sub conditione, quando pensionarius pensioni non consensit; quando autem consensit, tunc in pura nulla est necessaria justificatio, *dec. 5. lib. 13. n. 3.*

Licet in reservatione pensionis facta occasione provisionis per obitum nulla requireretur expressio valoris, tamen si fuit expressus, & pensio reservata cum clausula, *ut asseris*, tunc est necessaria justificatio, *dec. 5. lib. 13. n. 3.*

Consensus titularis non afficit successores, maxime, quando quoad successores respicit actum solutionis, & non ipsam reservationem pensionis, *dec. 5. lib. 13. n. 4.*

Ad hoc ut ex solutionibus inferatur præsumptio justificationis valoris, requiritur lapsus 30. annorum, *dec. 5 lib. 13. n. 5.*

Et ad hunc effectum non computantur solutiones factæ post motam litem vigore mandati de manutenendo, nec fit conjunctio temporum, etiamsi lis quandoque quieverit, *dec. 5. lib. 13. n. 5.*

Narrativa ejusdem valoris facta a novo titulari non inducit consensum pensionibus jam impositis, quando fuit facta cum protestatione non consentiendi valori, nam hoc casu dicitur facta ad parendum officialibus Datariæ, *dec. 5. lib. 13. n. 6.*

Et maxime si narrativa fuerit facta per non excessum, *dec. 5. lib. 13. n. 7.*

Expressio antecedentis pensionis facta in nova provisione, ut potest emissa vel ob regulandam solutionem annatæ, vel ut nova pensio tanquam subreptitia non corrueret, non inducit ejusdem antiquæ pensionis approbationem, itaut impugnari per novum titularem non possit, *dec. 7. lib. 13. n. 8.*

Valor beneficii, ex quibus justificatus remaneat, vel non pro sustinen-

sustinenda; vel irritanda pensione. *Vide* Beneficium quoad valorem.

Pensio quoad extinctionem.

Pensio extincta, seu cassata, amplius solvi non debet, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 1. *&* *decis.* 3. *n.* 1. *lib. eodem.*

Papa extinguens pensionem a se impositam, licet mentionem non faciat, quod eadem pensio erat dotalis alicujus loci pii, attamen non potest extinctio redargui de subreptione ex defectu intentionis, quia non potest præsumi, quod idemmet Papa talem qualitatem ignoraret, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 2. *&* *decis.* 3. *n.* 3. *&* 4. *lib. eodem.*

Cassatio facta motu proprio, & cum clausula generali *non obstantibus &c.* sufficit, ut tollatur prima concessio etiam sine speciali mentione derogatoriæ, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 3. *&* *decis.* 3. *n.* 6. *lib. eodem.*

Regula de consensu procedit in reservationibus, & assignationibus pensionis, non autem in cassatione, *dec.* 1. *lib.* 13. *num.* 8. *&* *decis.* 3. *n.* 8. *lib. eodem.*

Pensio bene extinguitur cum consensu ejus, cum quo fuit imposita, *dec.* 1. *lib.* 13. *n.* 10. *&* *decision.* 3. *n.* 9. *lib. eodem.*

Per continuatam solutionem pensionis etiam post extinctionem non potest desumi inefficacia ipsius extinctionis, quando in ista adest decretum irritans, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 11.

Quando cassatio, & unio sunt inter se correspectivæ, ex effectuatione unionis dicitur effectuata etiam cassatio, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 12.

Ad reconvalidationem pensionis extinctæ non sufficit consensus partium, sed requiritur nova gratia, & authoritas Papæ, *decis.* 1. *libr.* 13. *n.* 13. *&* *decis.* 3. *n.* 11. *lib. eodem.*

Cassatio executionem habet ex facto Papæ, nec circa eam procedit acceptatio, vel recusatio titularis, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 14. *&* *decis.* 3. *n.* 11. *lib. eodem.*

Pensio quoad reductionem.

Pensio reservata sub narrativa certi valoris *per assensum*, & cum clausula, *ut asseria*, corruit in totum ex defectu justificationis, nec potest proportionabiliter reduci, *decis.* 5. *lib.* 13. *numer.* 11.

Et contra opinio procedit, quando pensio est reservata cum clausula, *dummodo*, ex qua eruitur intentio Papæ, quod pensio subsisteret in eo, quod superesset, *decis.* 5. *lib.* 13. *n.* 12.

Puerilis ætas Pensionarii non salvat expressionem valoris, nec efficit, ut pensio ex hoc capite possit reduci, *decis.* 5. *lib.* 13. *numer.* 13.

Pensio quoad translationem.

Quando pensio transfertur, licet translatarius possit prædecedere transferenti, tamen quia additur nova persona, inducit novum onus, reputaturque materia odiosa, nec facit simplicem prorogationem, *decis.* 8. *lib.* 2. *n.* 16.

Peritia, & peritus.

Relationi periti de consensu partium electi standum est, non obstante allegatione suspicionis, si nulla nova causa justificetur, *decis.* 7. *lib.* 4. *n.* 2. *&* *decis.* 21. *lib.* 14. *n.* 41.

Peritus non potest firmare statum hæreditatis, non visis libris, & inventario, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 11.

Et si adhuc illum firmare voluerit, peritia dicitur collusiva, *dec.* 42. *libr.* 7. *n.* 12.

Peritus debet singulas partitas dati, & accepti distinctissime calculare, nec potest in confuso asserere, *dec.* 42. *libr.* 7. *n.* 13.

Peritus redditur suspectus, si ejus peritia contineat inverisimilis, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 16.

Si a periti relatione reclamatum non fuerit, amplius impugnari non potest, *decision.* 33. *lib.* 9. *n.* 11.

Peritia confecta a perito electo cum clausula, *poni ad partes*, si subsequenter a judice non admittatur, dicitur extrajudicialis, & non attenditur, *decis.* 45. *lib.* 9. *n.* 12.

Permutatio.

Non obstante, quod in aliqua parte contractus fuerit nuncupatus venditionis, & emptionis, tamen si ejus substantia, & contextus indicet illum esse permutationis, talis reputari debet, *decis.* 27. *lib.* 7. *n.* 4.

In contractu permutationis debetur de sui natura evictio, *decis.* 21. *libr.* 7. *n.* 4.

An in contractu permutationis detur regressus. *Vide* Regressus.

Pignus.

Natura pignoris est, ut satisfacto creditore res pignorata ad debitorem revertatur, *decis.* 2. *libr.* 2. *n.* 5.

Fructus, quos creditor percipit ex pignore conventionali, creditor facit suos, & lucratur; non ita tamen in pignore prætorio, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 5. *et seqq.*

Quod fructus ex pignore percepti imputentur in creditum, *decis.* 3. *libr.* 5. *n.* 3.

Maxime, quando pignoris valor creditum excedit, *decis.* 3. *lib.* 5. *numero* 4.

Facultas data creditori vendendi pignus propria auctoritate intelligitur, dummodo debitor sit in mora, *decis.* 97. *libr.* 10. *n.* 2. *&* *decis.* 98. *n.* 1. *lib. eodem.*

De jure autem præscindendo a pacto requiritur prius debitoris citatio, *decis.* 97. *lib.* 10. *n.* 6.

Licet sit data creditori prædicta facultas, tamen non per hoc censetur remissa interpellatio, quæ est necessaria contra hæredes debitoris ob istorum ignorantiam, *dec.* 97. *lib.* 10. *n.* 7.

Pignus est de sui natura resolubile, *dec.* 97. *lib.* 10. *n.* 10.

Creditor retinens pignus coæquale, vel inferius suo credito, ob cessantem spem luitionis potest illud sibi appropriare, & acquirit ejus dominium, *decis.* 98. *libr.* 10. *n.* 4.

Hæc autem immaginaria solutio, seu appropriatio, cum consistat in præsumptione, cessat, si appareat de veritate in contrarium, & quod creditor rem retinebat in pignus, *decis.* 98. *libr.* 10. *n.* 7.

Pluralitas.

Pluralis numerus in uno verificari non potest, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 7.

Pluralitas an, & quando resolvatur in singularitates. *Vide* Substitutio.

Pontifex.

Pontifex habet absolutam potestatem, quæ semper in eo residet, quarunque collatione alteri facta non obstante, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 33.

Pontifex ad evitandum partium præjudicium summopere solet esse intentus, *dec.* 27. *lib.* 3. *n.* 17.

Pontifex per quodcunque decretum, nec sibi, nec successoribus suis legem dicere potest, a qua recedere non liceat, nec censetur sibi ex aliis manus ligare, *decis.* 1. *lib.* 13. *n.* 4. *&* *decis.* 3. *n.* 6. *lib. eodem.*

In Papa non præsumitur oblivio, quando agitur de facto recenti, & insigni, secus in aliis materiis levioris ponderis, *dec.* 3. *lib.* 13. *n.* 3.

Constitutio Innocentii XII. moderatoria donationum, & distributionis redituum Ecclesiasticorum, quæ per Summos Pontifices fieri continget in suos consanguineos, vel affines, aut in istorum loco adlectos, habetur, *lib.* 15. *fol.* 418.

Pontificalia.

Ut exerceri possit usus Pontificalium, requiritur plenitudo potestatis, & omnimoda jurisdictio, quæ de jure residet in Episcopo, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 1.

Abbas prætendens exercere usus Pontificalium, qualitatem omnimodæ jurisdictionis probare tenetur, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 2.

Episcopus, licet Pontificalium usus habet, non potest tamen illa exercere in aliena Diœcesi, nec in locis, ubi ipsi non competit totalis jurisdictio, sub pœna suspensionis, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 3.

Usus Pontificalium in inferioribus Prælatis regulandus est ad tenorem privilegiorum, quæ adsunt, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 4.

Privilegium utendi Pontificalibus in Ecclesia monasteriali non est ultra illam extendendum, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 5.

Ut Abbas possit uti insignibus Pontificalibus per Civitatem, Castra, & Villas, debet expressum habere privilegium, adeout generale non sufficiat, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 6.

In Ecclesiis, in quibus Abbas habet parem jurisdictionem cum Episcopo, potest ipso absente exercere Pontificalia, si habeat privilegium illis utendi in Ecclesiis sibi subjectis, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 7.

Et ad dictum effectum sufficit jurisdictio cumulativa, nec exigitur plenaria, & independens, quæ solum requiritur, quando exercitium Pontificalium prætenditur ex sola juris assistentia, vel quando privilegium vult extendi ultra expressa, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 8.

De jure prævalet qualitas territorialis præeminentiæ jurisdictionis cumulativæ Abbatis, ideoque iste præsente Episcopo uti nequit Pontificalibus, *decis.* 26. *lib.* 3. *n.* 9. *&* 10.

Possessio.

Possessio, quæ non habuit effectum, & est nulla, non habetur in consideratione, *decision.* 2. *lib.* 1. *n.* 17.

Possessionis apprehensio justificatur ex decreto executoris, in quo illa apprehensa supponitur, *decis.* 4. *lib.* 3. *n.* 4.

Actus possessorii subsequenter gesti, antecedentis possessionis apprehensionem probant, *decision.* 4. *lib.* 3. *n.* 5.

Actus gesti pro deferenda possessione probant illius occupationem, & inducunt ratificationem omnium gestorum in illa occupanda, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 10. *&* 11.

Ex violenta occupatione possessionis oritur probatio super non anteriori possessione occupantis, & super antecedenti possessione adversarii, *decis.* 5. *n.* 16. *lib.* 3.

Possessio probata ex multiplicitate actuum præsumere facit scientiam, & patientiam partis, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 5.

Ex unico actu possessio conservatur integra, & ad quemcunque effectum, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 13.

Actus possessorii turbativi non sunt habendi in consideratione, *decis.* 21. *lib.* 3. *n.* 14.

Possessio capta de principali trahitur etiam ad accessoria, *decis.* 21. *libr.* 3. *n.* 20.

Possessio, quæ non probatur interrupta, censetur continuata, *dec.* 27. *libr.* 3. *n.* 23. *&* *decision.* 28. *n.* 6. *lib. eodem*, *&* *dec.* 29. *libr.* 7. *n.* 4. *&* *decis.* 68. *n.* 9. *lib.* 10.

Possessio probatur ex eo, quod quis obtinuit in ea manuteneri, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 26. *&* *decis.* 28. *lib. eodem.*

Item ex judicio intentato per adversarium, ut possessor desisteret, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 27.

Intermedia possessio præsumitur, quando fuerunt probata extrema, *decis.* 27. *libr.* 3. *n.* 25 *&* *decis.* 28. *n.* 7. *lib. eodem.*

Ex circumscriptione possessionis noviter occupatæ probatur antiqua possessio spoliati, *decis.* 28. *libr.* 3. *n.* 10.

Possessio posterior capta, non citato possessore, dicitur spoliativa, nec est manutenibilis, *decis.* 9. *lib.* 5. *n.* 3. *et* *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 17. *et* *decis.* 24. *lib.* 11. *n.* 3.

Possessio capta in vim mandati cum clausula *dummodo possessio sit vacans etc.* tribuit titulum validæ possessionis, donec comparent alter, qui vel de antecedenti possessione, vel de meliori jure doceat, *decis.* 25. *libr.* 6. *n.* 1.

Possessio probatur per testes deponentes de circumstantiis cadentibus sub sensu corporeo, licet rationem aliam non reddant, *decis.* 44. *lib.* 7. *n.* 3.

Possessio jure familiaritatis; non potest innovari jure proprio, & titulato converti, quando novus legitimus titulus non supervenit, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 22.

Clausula *omni meliori modo*, tribuit facultatem hæredi capiendi possessionem propria auctoritate. *decis.* 17. *libr.* 9. *n.* 16.

Sententia executioni non demandata, possessione non privat, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 10.

Maxime quando possessio etiam post sententiam probatur, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 11.

Possessio nulliter capta, nullum jus legitimum titulum tribuit, *decis.* 38. *lib.* 10. *n.* 1.

Retentio aliquorum mobilium, & simultanea cohabitatio non probant compossessionem, quando ad titulum urbanitatis referri possunt, *decis.* 41. *lib.* 10. *n.* 2.

Possessio non potest in alios præventive transferri, quando talis translatio potest esse præjudicialis vocatis, & si fuerit translata, debet revocari, *decis.* 104. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 105. *n.* 4. *et seqq. lib. eodem.*

Juste possidet, qui authoritate judicis possidet, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 114. *n.* 1. *lib. eodem.*

Licet bona dotalia mortuo viro debeantur uxori, attamen eorum possessio remanet in hæreditate viri, donec uxor illam actualiter apprehendat, & proinde hæredes viri capiendo possessionem hæreditatis dicuntur etiam bona dotalia possidere, *dec.* 113. *lib.* 10. *n.* 14. *et decis.* 114. *n.* 5. *lib. eodem.*

Dimittens possessionem ad tempus cum clausula resolutiva ipso tempore, statim possessionem recuperat absque nova apprehensione, *decis.* 114. *n.* 6. & *seqq. lib.* 10.

Maxime si possessor ad tempus constituit se possidere nomine dimittentis, *decis.* 114. *lib.* 10. *n.* 10.

Licet in aliqua dispositione demandetur, ut quis ante adeptam possessionem teneatur aliquid adimplere, intelligitur de possessione corporali, non de civili, itaut ex illa etiam ante implementum possint exerceri remedia possessoria, *decis.* 107. *libr.* 10. *n.* 6.

Possessio habentis certas qualitates censetur eadem cum possessione defuncti, quando in eum demandetur continuatio per literas, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 8.

Permittens alium possidere, cadit a possessione, & commodo constituti, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 30.

Limita, si possessionem capere non poterat, utpote quia vivebat constituens, *decis.* 114. *n.* 11. *lib.* 10.

Declaratio possessoris, ex quo titulo possidere intendat, est omnino attendenda, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 16.

Causa possessionis potest mutari ex novo titulo, & ex ea potest acquiri possessio manutenibilis, sed tamen postquam ex nova causa quis possidere declaravit, non potest ex primo titulo manutentionem reportare, *decis.* 107. *n.* 16. *libr.* 10.

Quando concurrit lex continuans ipso jure possessionem in habente certam qualitatem sine ulla apprehensione, tunc in alia persona non potest dari mutatio causæ possidendi ad subvertendam præstitam continuationem, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 17.

Volens uti beneficio continuationis possessionis, lege, vel dispositione demandata, tenetur probare concursum qualitatis per legem, & dispositionem volitæ, maxime quando concurrit legitimus contradictor, *decision.* 108. *lib.* 10. *ante n.* 1.

Statutum, seu dispositio continuativa possessionis exigit, ut eam prætendens sit habilis, & capax de tempore apertæ successionis, *decis.* 108. *libr.* 10. *ante n.* 2.

Postquam Princeps, vel judex possessionem avocavit, omnis alia possessio apprehensa a partibus dicitur nulla, & attentata, etiam si avocatio fuerit facta sine præjudicio jurium interessatorum, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 14. & *decis.* 113. *n.* 18. & *decis.* 114. *n.* 15. *lib. eodem.*

Princeps quoad effectum juris efficere potest, quod possessio capta habeatur pro non capta, *decis.* 107. *lib.* 10. *n.* 18.

Princeps avocando possessionem, non tollit eam possidenti, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 6.

Possessio avocata per judicem, seu Principem non dicitur vacare, *decis.* 113. *lib.* 10 *n.* 3.

Exceptio avocationis non impedit manutentionem possidenti, *decis.* 113. *lib.* 10 *n.* 4.

Avocatio impedit effectum constituti ad favorem alicujus appositi, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 5.

Avocatio possessionis, si non fuerit parti intimata, non impedit, quin possit possessionem capere, *decis.* 113. *lib.* 10. *numer.* 7. & *seqq.*

Quod ignorantia excuset solum ab attentatis, & a pœna, non autem a nullitate, *decis.* 113. *libr.* 10. *n.* 19. & 20. & *dec.* 114. *n.* 15. *lib. eodem.*

Repugnat, ut quis possideat, & contra bona possessa creditum exerceat, *decis.* 114. *lib.* 10. *n.* 13.

Possessio capta vigore mandati cum clausula *dummodo* &c. si possessio erat jam plena, remanet nulla, & inefficax, *decis.* 114. *lib.* 10. *n.* 8.

Judex injuste procedens non privat quemcunque sua possessione, *decis.* 21. *libr.* 11. *n.* 2.

Administrator non possidet sibi, sed domino, *dec.* 24. *lib.* 11. *n.* 17.

Possidens ex causa universali acquirit jus quoad omnes actus ab eadem causa derivantes, & exercitium quod unum constituit in quasi possessione quoad omnes, *decis.* 2. *libr.* 12. *n.* 6.

Possessor.

Possessor se tueri potest ex juribus creditoris dimissi sibi cessis, *decis.* 1. *lib.* 5. *n.* 8.

Possessor potest cumulare plures titulos suæ possessionis, *decis.* 3. *lib.* 5. *n.* 13.

Declara, ut procedat, quando tituli sunt compatibiles, *decis.* 8. *lib.* 5. *n.* 14. & 15.

Possessor non tenetur probare titulum suæ possessionis, *decis.* 19. *libr.* 7. *n.* 10.

Limita, quando habet contra se juris præsumptionem, *decis.* 19. *libr.* 7. *n.* 11.

Possessor vitiosus non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem, *decis.* 37. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 38. *n.* 1. & *decis.* 39. *n.* 1. *lib. eodem.*

Præcedentia.

De jure Canonici majoris Ecclesiæ priorem locum consequuntur, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 1.

Limita, quando contraria adest consuetudo, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 2. & 3.

Consuetudo in materia præcedentiæ servari debet, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 3.

Etiamsi legum dispositioni obstaret, *dec.* 28. *lib.* 3. *n.* 2.

Tam in possessorio, quam in petitorio, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 4.

Præcedentiæ amissio dicitur res magni præjudicii, unde si alicui hæc competiisset, non tolleraret, ut alii præcederent, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 10.

Rituale antiquum probat in materia præcedentiæ, & attendi debet, prout de rituali Coloniensium habetur, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 11.

Verisimilitudo in hac materia multum attenditur, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 14.

Revocatio indulti præcedentiam concedentis facta in figura judicii indicat, quod vere talis præcedentia competere non poterat, *decis.* 27. *libr.* 3. *n.* 18.

Rituale in materia præcedentiæ præsumitur observatum, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 24. & *decis.* 28. *n.* 11.

Irrationabilis non dicitur consuetudo in materia præcedentiæ; si dignitates Collegiatarum per modum unius corporis incedant cum Capitulo Metropolitanæ, & misceantur, retenta præeminentia cujuslibet ordinis, *decision.* 27. *lib.* 3. *n.* 31. & *decis.* 28. *n.* 17. *lib. eodem.*

Distinctio, & unio crucium facit unionem, & separationem corporum, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 32. & *decis.* 28. *n.* 14. *lib. eodem.*

Ritualia Ecclesiarum, quæ in materia præcedentiæ sunt in viridi observantia, non dicuntur abrogata per Cæremoniale Episcoporum editum jussu Clementis VIII. *decis.* 27. *lib.* 3. *numer.* 33.

Licet regulariter extranei non debeant misceri, & admitti cum corpore Capituli, tamen limitatur, quoties adest consuetudo legitime præscripta, *decis.* 27. *lib.* 3. *n.* 37. & 38.

In synodo an Vicarius præcedat Capitulum. *Vide* Sedes.

Præceptum.

Præceptum non obligat, si qualitas non verificetur, ... *lib.* 10. *n.* 14.

Præjudicium.

Res inter alios acta, tertio non præjudicat, *decis.* 28. *libr.* 7. *numer.* 13.

Prælatio.

Creditori census competit prælatio in emptione fundi censiti, *decis.* 45. *lib.* 5. *n.* 1. & *decis.* 46. *n.* 7. *lib. eodem.*

Et tale jus prælationis est cum ipso censu cessibile, *decis.* 45. *lib.* 5. *n.* 2. & *dec.* 46. *n.* 8. *libr. eodem.*

Nec extinguitur per extinctionem census secutam post venditionem fundi censiti, *decision.* 45. *lib.* 5. *n.* 3. *et decis.* 46. *n.* 15. *lib. eodem, et n.* 23. *cum seqq. et decis.* 47. *n.* 4. *lib. eodem.*

Contrarium firmatur in eadem, *decis.* 45. *libr.* 5. *n.* 4.

Si autem ante extinctionem fuit jus prælationis in judicium deductum, tunc per subsequentem extinctionem non tollitur, *decis.* 45. *lib.* 5. *n.* 6.

Ad effectum conservandi jus prælationis non exigitur speciale mandatum, sed sufficit etiam præsumptum, *dec.* 45. *lib.* 5. *numer.* 10. *et decis.* 46. *n.* 30. *lib. eodem.*

Jus prælationis semel per præscriptionem extinctum, exerceri non potest, etiamsi res denuo distrahatur, *decis.* 45. *libr.* 5. *n.* 13.

Declara, ut procedat in retractu personali, non in illo qui competit in vim census, cum in isto quotiescunque venditur fundus, semper oriatur nova actio duratura per triginta annos, quæ prosequitur fundum adversus quoscunque possessores, *decis.* 45. *lib.* 5. *n.* 14. *et seqq. et decis.* 46. *numer.* 28. *libr. eodem.*

Instrumentum ineffectuatum, vel executioni non demandatum, non est sufficiens ad prælationem obtinendam, *decis.* 45. *libr.* 5. *n.* 21.

Si fundus censitus fuerit venditus una cum aliis corporibus, est in arbitrio emptoris tradere retrahenti vel solum fundum, vel omnia corpora, *dec.* 45. *lib.* 5. *n.* 23.

Per extinctionem census extinguitur prælatio ejus creditori competens, *dec.* 46. *lib.* 5. *n.* 9.

Intellige, quando extinctio præcedit venditionem, *dec.* 46. *libr.* 5. *n.* 12. *et dec.* 47. *n.* 3. *lib. eodem.*

Si quis censum acquirat cum pretio fundi censiti, vel censum in se accollet, nullum acquirit jus prælationis, *dec.* 46. *lib.* 5. *n.* 13.

Si census acquisitio fiat per viam extinctionis, & non translationis, tunc nullum quæritur jus prælationis, *dec.* 46. *libr.* 5. *n.* 14.

Etiamsi extinctio fiat ante venditionem, tamen si appareat procurata in fraudem supervenientis retractus, illum non tollit,

tollit; & reputatur; ac si effectuata fuisset post venditionem, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 16.
Non est incompatibile, quod census vigeat, & jus prælationis sit extinctum, ut intra bimestre disdictæ accidere potest, *dec.* 46. *lib.* 5. *n.* 19.
Facta intimatione per lapsum unius mensis jus prælationis extinguitur, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 18.
Si autem non sit facta denunciatio, durat per spatium 30. annorum, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 21.
Pro obtinenda prælatione acquiri possunt jura, etiam pendente lite, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 41. & *dec.* 47. *n.* 12. *lib. eodem.*
Jus prælationis est quid distinctum a censu, *dec.* 47. *lib.* 5. *n.* 1. 2. & 6.
Licitum est acquirere censum ad præcisum effectum consequendi prælationem, *dec.* 47. *lib.* 5. *n.* 12.
Extinctio census facta post venditionem, etiam si sit absque ulla præservativa, non tollit jus prælationis, *dec.* 47. *lib.* 5. *n.* 11.
Servitus nullum præstat prælationis beneficium, *dec.* 25. *lib.* 7. *n.* 4.

Prælegatum.

Prælegatum regulariter non cadit sub generali fideicommisso; *dec.* 82. *lib.* 10. *n.* 3. & *dec.* 86 *n.* 21. & *dec.* 94. *n.* 12. *lib. eodem.*
Procedit conclusio, si legatum sit ordinatum per viam particularis bonorum separationis; secus si per modum successionis universalis, & distributionis hæreditatis, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 83. *n.* 2. *lib. eodem.*
Et id militat, etiam si simus in prælegato dotis, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 83. *n.* 2. *lib. eodem.*
Maxime quando prælegatum est valde pingue, itaut testator valde dubitaverit, an vires hæreditatis essent sufficientes, quasi quod voluerit integram hæreditatem dividere, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 5. & *decis.* 83. *n.* 2. & *decis* 86. *n.* 25. *lib. eodem.*
Concurrente vel tacita, vel expressa voluntate testatoris, absque dubio etiam prælegatum dotis cadit sub restitutione, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 6. & *decis.* 83. *n.* 2. & *decis.* 86. *n.* 24. *lib. eodem.*
Si post facta prælegata testator prohibuit alienationem, & demandavit conservationem in familia, etiam antequam deveniret ad institutionem, tunc prohibitio nequit referri, nisi ad prælegata, ideoque veniunt in restitutione, *dec.* 86. *lib.* 10. *n.* 23.
Universalis prohibitio alienationis vestita ratione, ut omnia bona conserventur &c. denotat, quod prælegata cadunt sub fideicommisso, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 26.
Prælegatum non venit in restitutione, quando testator post ordinata prælegata deveniendo ad constitutionem fideicommissi dixit *in omnibus autem aliis bonis &c. decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 22.
Præceptum quod in casu, in quo bona prælegata ab antiquis dominis recuperarentur vigore pacti de retrovendendo, debeat pretium reinvestiri in aliis bonis prohibitionis alienationis subjiciendis efficit, ut prælegata veniant in restitutione, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 27.
Onus expressum restitutionis appositum quoad aliqua prælegata restitutionem excludit ab aliis, in quibus expressa non fuit, *decision.* 86. *libr.* 10. *n.* 29.
Intellige, quando omnia prælegata sunt facta eidem personæ; secus si diversis, & sub separatis substitutionibus, *decis.* 86. *lib.* 10. *n.* 30.

Præscriptio.

Ad interrumpendam præscriptionem non sufficit lis generaliter promota, sed exigitur specialis, *dec.* 18. *lib.* 3. *n.* 14.
Tantum censetur præscriptum, quantum possessum, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 22.
In materia præscriptionis nulla admittitur extensio neque ab accessoria, & connexa, nec militat identitas, vel majoritas rationis, *decis.* 24. *lib.* 3. *n.* 13.
Præscriptio allegari non potest super non usu Brevis Apostolici; si non doceatur adfuisse personam, quæ valeret illud allegare, & allegare non curavit, *decis.* 29. *lib.* 3. *n.* 2.
Breve quod emanavit per viam legis, & stabilimenti; præscribi non potest, *dec.* 29. *lib.* 3. *n.* 4.
In præscriptione non admittitur temporum conjunctio, *decis.* 3. *libr.* 4. *n.* 8.
Jura fideicommissi non facile præscribuntur, *decis.* 12. *lib.* 6. *numer.* 10.
Ad præscribendam viam executivam requiritur spatium quadraginta annorum, quando in contractu adest juramentum, *dec.* 25. *lib.* 6. *n.* 2.
Præscriptio non currit contra agere non valentem, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 3. *et decis.* 95. *lib.* 10. *n.* 11.
Contra minorem, & hæredem nulla currit præscriptio, *dec.* 21. *lib.* 7. *n.* 7.
Præscriptio statutaria comprehendit etiam quasi contractus, & actiones tutelæ, *decis.* 43. *lib.* 7. *n.* 7.
Præscriptio per litem interrumpitur, *dec.* 16. *lib.* 10. *n.* 10.
Tempus habile ad præscribendum requiritur ad hoc, ut inducatur legalis præsumptio super validitate actus, *decis.* 38. *libr.* 10. *n.* 3.
Monitorium expeditum, licet non executum, tollit acquiescentiam, & præscriptionem, *decis.* 95. *lib.* 10. *n.* 10.
Pro legatis, & debitis confessatis in testamento incipit currere præscriptio a die aditæ hæreditatis, non a die conditi testamenti, *dec.* 5. *libr.* 11. *n.* 3. *et* 4. *et decis.* 6. *num.* 12. *libr. eodem.*

Ad effectum præscribendi requiritur scientia creditoris, seu legatarii, ex qua resultet negligentia in petendo, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 5.
Ignoranti datur restitutio in integrum adversus præscriptionem 30. vel 46. annorum, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 7.
Mala fides impedit præscriptionem, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 8.
Et hæc transit etiam in hæredem, *decis.* 5. *lib.* 11. *n.* 9.
Minister possidet pro Domino, ideoque contra eum non præscribit, *decis.* 14. *lib.* 14. *n.* 9. *et decis.* 16. *n.* 10. *et decis.* 17. *num.* 5. *lib. eodem.*
Socius contra socium non præscribit, *decis.* 17. *lib.* 14. *n.* 6.
In testibus deponentibus de quadragenaria, sumi non debet totum tempus pupillaris, quando agitur de factis cadentibus sub sensu visus; nam in istis possunt deponere etiam paulo ante pubertatem, *dec.* 26. *lib.* 12. *n.* 8.
Quadragenaria probatur etiam per duos testes, *dec.* 26. *libr.* 12. *n.* 9.
Præscriptio centenaria. *Vide* Centenaria.

Præservatio.

Præservatio jurium intelligitur, tam quoad alia, quam quoad ea quæ veniunt ex natura actus præjudicialis, *decis.* 5. *libr.* 1. *n.* 7. *et decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 25. *et decis.* 11. *n.* 19. *lib. eodem.*
Jurium præservatio facta in partitione nequit obesse quoad expressa, *decis.* 2. *lib.* 3. *n.* 4.
Quidquid concessum non est, præservatum semper intelligitur, *dec.* 24. *libr.* 3. *n.* 12.
Præservatio nihil de novo inducit, sed relinquit rem in suo primo esse, & statu, *decis.* 17. *lib.* 5. *n.* 12.
Præservativa fideicommissi operatur illius approbationem, *dec.* 33. *lib.* 10. *n.* 11.
Præservativa contraria facto non attenditur, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 33.
Præservatio jurium operatur, tam in possessorio, quam in petitorio, *decis* 113. *lib.* 10. *n.* 12.
Præservatio non operatur quoad expressa, *decis.* 113. *lib.* 10. *n.* 25. *et decis.* 114. *n.* 19. *lib. eodem.*

Præsumptio.

Nemo præsumitur velle jactare suum, *decis.* 37. *lib.* 5. *num.* 8. *et decis.* 38. *n.* 3. *lib. eodem.*
Præsumptio semper stat pro actus validitate, *decis.* 12. *lib.* 7. *n.* 7. *et* 8.
Præsumptio cedit veritati, *decis.* 19. *lib.* 7. *n.* 12. *et decis.* 13. *lib.* 12. *n.* 15.
Præsumptionibus fortioribus statur in concursu aliarum, *dec.* 32. *lib.* 7. *n.* 4.
Nemo præsumitur immemor salutis æternæ, *dec.* 34. *lib.* 9. *n.* 12.

Præteritio.

Vide Testamentum nullum ex causa præteritionis.

Primogenitura.

Primogenitus ad primogenituram invitatus, potest petere alimenta super bonis primogenialibus, etiam vivente genitore, & ad exclusionem creditorum istius, *dec.* 40. *lib.* 7. *n.* 14.
Ordo primogenituræ volitus in antecedenti dispositione, censetur volitus & in subsequenti, attenta dictione repetitiva, *ut supra*, *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 1. *et* 16.
Vocatio primogeniti indicat testatorem voluisse facere primogenituram, *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 3.
Idque procedit, licet non fuerit habitus respectus nec ad lineam, nec ad descendentiam, quoties primogenitus in alia parte testamenti fuit vocatus jure primogenituræ, *decision.* 7. *libr.* 10. *n.* 4.
Primogenitura dicitur volita, si testator exoptavit bonorum conservationem in familia, *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 5.
Item, si testator suam dispositionem nuncupavit primogenituram; *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 9.
Qualitas primogenialis eruitur etiam ab observantia, *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 10.
Substitutio per fideicommissum non disconvenit primogenituræ; *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 13.
Per mortem primogeniti illius locum ingreditur secundogenitus, nec primogenitura caducatur, *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 14.
Maxime quando adest votum perpetuæ conservationis bonorum in familia, *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 15.
Primogenitura secum fert tacitum onus assumendi cognomen, & arma, *dec.* 17. *lib.* 10. *n.* 18.
Pro exclusione descendentium a primogenito non sufficit, quod testator respexerit ad incompatibilitatem personalem plurium majoratuum; secus autem si respexerit ad incompatibilitatem realem, & linealem, *dec.* 59. *lib.* 10. *n.* 25. *et* 26.
In primogenituris nulla admittitur extensio de linea vocata ad non vocatam, *dec.* 59. *lib.* 10. *n.* 33.
Verbum *capaci* in primogenituris refertur solum ad expresse vocatos, *dec.* 59. *lib.* 10. *n.* 40.
In primogenituris sequens in gradu admittitur ex propria persona, etiamsi ejus auctor non successerit, dummodo aliquo tempore saltem in potentia fuerit habilis, *dec.* 107. *lib.* 10. *n.* 12.
In primogenituris attenditur capacitas de tempore apertæ successionis, nec curatur de antecedenti incapacitate, *dec.* 108. *lib.* 10. *n.* 2. *et dec.* 109. *n.* 6. *et* 7. *et dec.* 110. *num.* 2. *et* 3. *et dec.* 111. *n.* 6. *et dec.* 112. *n.* 5. *lib. eodem.*
Primogenituræ bona nequeunt alienari, quando adest persona, quæ succedere prætendit tempore obitus alienantis, *dec.* 106. *lib.* 10. *n.* 1.

Primogenito venienti ex propria persona non obstat renunciatio facta a matre, *decis.* 108. *lib.* 10. *post n.* 7.

Primogenitura debetur ei, in quo concurrunt qualitates volitæ a testatore, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 1. & *decis.* 110. *ante n.* 1. *et decis.* 112. *n.* 1. *lib. eodem.*

Primogenitus, etsi incapax ad generandum; postquam fuit admissus, non potest amplius repelli a primogenitura, in qua conditores voluerunt, & exoptarunt matrimonium, & propagationem sobolis, quia incapacitas superveniens non inducit privationem, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 5.

Primogenitus dicitur ille, qui talis reperitur de tempore evenientis conditionis, & maxime si ad talem tempus testator respexit, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 12. & *decis.* 110. *n.* 4. & *decis.* 111. *n.* 7. *lib. eodem.*

Jus primogenituræ non defertur ad eum, qui tempore apertæ successionis non habet qualitates volitas a testatore, *decis.* 109. *lib.* 10. *n.* 20.

Declaratio emissa a primogenito vivendi in statu cælibatus, ei non præjudicat, si expleta fuerit ante apertam successionem, & si hoc tempore jam matrimonium contraxerit, declaratio, & jus quod ex ea desumi poterat, *decis.* 100. *lib.* 10. *n.* 7. & *seqq.* & *decis.* 111. *n.* 4. *et* 8. *lib. eodem.*

Primogenitura divisionem non patitur, *decis.* 112. *lib.* 10. *n.* 6.

In primogenitura præmorientibus substitutis bona remanent libera penes institutum, & ad quoscunque hæredes transmittuntur, *decis.* 115. *lib.* 10. *n.* 8.

Possessio bonorum primogenituræ de primogenito in primogenitum absque ulla apprehensione continuata ipso jure censetur, si Princeps eam confirmans, ita expresse declaravit, *decis.* 107. *lib* 10. *n.* 1. *et* 2.

Quod maxime procedit, si primogenitura sit realis cum prohibitione alienationis sub pœna nullitatis, *decis.* 107. *lib.* 10. *numer.* 3.

Et licet in lege primogenituræ demandetur, quod ante adeptam possessionem debeat aliquid ad impleri, tamen intelligitur de possessione corporali, non autem de civili, & continuata, ex dispositione legis, vel hominis, itaut etiam ante implementum possint ex ista exerceri remedia possessoria, *dec.* 107. *lib.* 10. *n.* 6.

Ad fideicommissum ordinatum pro secundogenito, & ejus descendentibus, primogenitus aspirare non potest, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 19.

Expressa vocatio secundogeniti importat exclusionem primi; *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 20.

Descendens a linea primogeniti exclusa non juvatur substitutione facta pro secundogenito, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 27. & 28. & *dec.* 61. *n.* 3. *lib. eodem.*

Vocatio secundogeniti facta nomine appellativo, & non proprio potius corroborat exclusionem descendentium a primogenito; *decis.* 50. *lib.* 10. *n.* 29. & 30.

Etiamsi vocatio secundogeniti sit protracta in remotissimum tempus, quando testator procedit vocando ejus descendentes, & in defectum istorum lineam tertiogeniti, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 31. *et* 32.

Deficiente linea vocata secundogeniti fit retrogradatio ad lineam primogeniti, *decis.* 59. *lib.* 10. *num.* 35.

Limita, si vocatio secundogeniti sit facta non nomine proprio; sed appellativo; nam tunc fit progressio ad tertiogenitum, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 36. *et* 37.

Item limita, si post lineam secundogeniti sit datus alius substitutus, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 38.

Vel si retrogradationi resistat voluntas testatoris desumpta ex discretivo modo loquendi, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 39.

Ut descendentes ex secundogenito jus irrevocabiliter acquirant; sufficit, ut eorum pater temporis momentum secundogenitus extiterit, adeout per successivum illius ascensum ad gradum primogeniti non remaneant præjudicati, *decis.* 60. *libr.* 10. *n.* 3. *et decis.* 61. *n.* 4. *lib. eodem.*

Intellige conclusionem, si testator secundogenitum nomine proprio vocaverit, secus si nomine appellativo; nam hoc casu non sufficit ad acquirendum jus, quod quis semel extiterit secundogenitus, sed talis qualitas exigitur de tempore purificatæ conditionis, *decision.* 60. *lib.* 10. *n.* 4. *et seqq. et decis.* 61. *n.* 12. *lib. eodem.*

Si secundogenitus antequam filios procrearet effectus fuit primogenitus, ideoque incapax secundogenituræ filii ex eo postea nati dicuntur filii primogeniti, ideoque ipsi quoque sunt incapaces, *decis.* 60. *lib.* 10. *n.* 7. *et seqq.*

Apud Gallos idem significat secundogenitus, ac secundo natus; *decis.* 61. *lib.* 10. *n.* 14.

Privatio;

Privatio supponit habitum, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 13. *et decis.* 109. *n.* 14. *libr.* 10. *et decis.* 110. *n.* 5. *lib. eodem.*

Privilegium.

Dispositiones in privilegiorum renovatione sunt stricte intelligendæ, *decis.* 14 *lib.* 3. *n.* 11.

Super privilegiis tributis a Sede Apostolica nequit inferior judicare, sed ad eam est recurrendum, *decis.* 17. *lib.* 3. *n.* 17.

Sed id procedit, ubi quæstio principaliter versatur super substantia, mente, & validitate privilegii, non autem ubi agatur, an allegans privilegium, sit vel ne capax, & an habeat qualitates in eo requisitas, *decision.* 17. *lib.* 3. *n.* 18.

Privilegium amittitur, censeturque ei renunciatum per non usum, *decis.* 20. *libr.* 3. *n.* 7.

Privilegium Principis decet esse mansurum, *decis.* 27. *libr.* 3. *numer.* 16.

Privilegiatus non utitur privilegio contra magis privilegiatum; *decis.* 64. *libr.* 9. *n.* 5.

Probationes.

Probationes paratæ pro decisione causæ non sunt angustiandæ; & impediendæ, sed potius demandandæ, *decis.* 6. *libr.* 3. *numero* 1.

In causis profanis ut admittantur probationes, sola illarum relevantia sufficit, *decis.* 6. *lib.* 3. *n.* 3.

Ad hoc ut judex debeat probationes admittere, sufficit justificatio quod aliquo modo illæ faciant ad causam etiam pro solo adminiculo, & conjectura, rejecto rigoroso examine post exhibitionem, ne inverso ordine de relevantia probationum, ante illarum complementum disputetur, *decis.* 6. *libr.* 3. *numer.* 5.

Probandi facultas concurrente calumniæ suspicione denegatur, *decis.* 6. *lib.* 3. *n.* 6.

Excluditur autem hæc suspicio, si facultas probandi petatur ante ferias, in quibus processus potest expleri, *decision.* 6. *libr.* 3. *numer.* 7.

Adversus rem judicatam quodlibet probationis genus probatur; *decis.* 6. *lib.* 3. *n.* 8.

Pro concessione facultatis probandi sufficit sola dubietas relevantiæ, *decis.* 6. *lib.* 3. *n.* 9.

Ubi constat de articulorum relevantia allegata, suspicio calumniæ non attenditur, *decis* 6. *lib.* 3. *n.* 10.

Ea quæ in facto consistunt cum non præsumantur, debent plene probari, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 6.

In materia probationis adminicula, & circumstantiæ debent simul sumi, & uniri, *dec.* 6. *libr.* 13. *n.* 1.

Procurator.

Procurator, aliique ministri impedimentum præstare non possunt, ubi principalis, & superior patere voluit, *dec.* 1. *libr.* 3. *numer.* 5.

Procurator ad certam rem constitutus, dicitur habere omnes facultates ad actum explendum necessarias, *decis.* 11. *lib.* 4. *n.* 8. *et decis.* 33. *lib.* 5. *num.* 1. *et decis.* 34. *numer.* 4. *lib. eodem.*

Contrahens cum procuratore vigore mandati, non cum ipso, sed cum mandante negotium fecisse dicitur, *dec.* 18. *lib.* 5. *n.* 10.

Procurator, qui uti talis semel fuit approbatus, amplius reprobari non potest, *dec.* 45. *libr.* 5. *n.* 9. *et dec.* 47. *num.* 8. *lib. eodem.*

Pacta, quæ sunt de natura contractus, potest apponere procurator ad contrahendum constitutus, *decis.* 6. *libr.* 10. *numer.* 13.

Productio.

Producens scripturam censetur fateri, & approbare omnia in ea contenta tanquam vera, *decis.* 11. *lib.* 13. *numer.* 3. *et* 24. *et decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 4.

Etiamsi productio sit facta in parte, & partibus; quoties illa producta sit pro fundamento intentionis, *dec.* 11. *libr.* 3. *num.* 4.

Producens librum, illum in omnibus suis qualitatibus approbare dicitur, nec potest impugnare, *decision.* 29. *libr.* 5. *numer.* 15.

Productio jurium facta in uno judicio ad alium finem, non præjudicat in diverso judicio ad alium effectum instructo, *decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 39.

Productio facta cum protestatione non approbandi, producenti non præjudicat, *dec.* 2. *lib.* 8. *n.* 8.

Professio.

Professio emissa ante decimumsextum annum completum est nulla, *dec.* 2. *libr.* 4. *num.* 7. *et post num.* 24.

Quando fuit obtenta restitutio in integrum tunc lapsus quinquennii non attenditur, nec obstat amplius, *decis.* 14. *lib.* 14. *n.* 2. *et post n.* 24.

Monachus per annum retinens, & gestans habitum, & exercens actus ad professos spectantes, censetur emittere novam tacitam professionem, etiam si nullitatem præcedentis ignoraverit, *dec.* 2. *lib.* 14. *n.* 3.

Contraria opinio est verior, quoties concurrit justa; & probabilis ignorantia, *dec.* 2. *lib.* 14. *n.* 4. *et seqq.*

Ad inducendam tacitam professionem, seu ratificationem, exigitur consensus profitentis, *decis.* 14. *numer.* 7. *et* 17.

Et consensus debet esse omnino certus, & liber, *dec.* 2. *lib.* 14. *n.* 8.

Nec sufficit præsumptio continuationis veteris voluntatis, *decis.* 2. *lib.* 14. *n.* 14. *et* 18.

Professus præsumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli, de quo constat, *decis.* 2. *lib.* 14. *numer.* 11.

Professio tacita excluditur ex quibuscunque actibus, seu declarationibus factis in contrarium, *decis.* 2. *libr.* 14. *n.* 22. *et seqq.*

Prohibitio.

Prohibitio restricta ad unum casum, potius comprobat; quam excludit permissionem in aliis, *dec.* 13. *lib.* 1. *n.* 6.

Promissio.

Promittens factum alienum cum clausula *alias*; de proprio tenetur ad id, quod interest, si factum non adimpletur, *decis.* 1. *lib.* 6. *n.* 1. *et decis.* 2. *n.* 1. *lib. eodem.*

Promissio solvendi in certa specie infert, quod pecunia est in obligatione, species vero in solutione, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 6.

Promissio facti alieni favore dotis resolvitur in absolutam ipsius promittentis obligationem, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 3.

Prorogatio.

Prorogatio dicitur prioris tituli continuatio; & conservatio; & uti naturalis communiter admittitur, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 14. *et* 15.

Prorogatio habetur, ac si a principio actus fuisset apposita, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 19.

Prorogatio

Prorogatio verificari ; & intelligi non potest, quando additur nova persona, quæ nullum jus habebat, quia hoc casu dicitur nova concessio, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 14.

Prorogatio præsupponit, quod concessio adhuc duret, & respiciat diversas personas, *ibid. n.* 29.

Protestatio.

Protestationes clandestine emissæ non attenduntur, quando constat de sinceritate, & laudabilitate actus, & concurrit subsequens protestantis consensus elicitus ex conjecturis, & demonstrationibus recessum a protestatione suadentibus, *decis.* 2. *lib.* 7. *n.* 8.

Protestatio contraria facto non attenditur, *dec.* 114. *lib.* 10. *n.* 14.

Proximior.

Quoad proximiores, qui intervenire debent in contractu mulieris. *Vide* in verbo Minor, & Mulier.

Proximior adesse non præsumitur, si nullus comparet, qui se talem contendat, *dec.* 2. *lib.* 9. *n.* 7.

In fideicommisso ordinato ad favorem descendentium proximior succedit ad exclusionem remotioris, *decis.* 20. *lib.* 10. *num.* 1, & *decis.* 21. *n.* 1. *lib. eodem.*

Successio in fideicommissis est regulanda juxta gradus prærogativam, nisi clare constet de voluntate in contrarium, *decis.* 22. *lib.* 10. *n.* 5. & 6.

In legato, seu fideicommisso relicto familiæ, proximior admittitur, *decis.* 41. *lib.* 10. *n.* 4.

Maxime si accedat explicita voluntas testatoris præscientis proximiores, *decis.* 41. *lib.* 10. *n.* 4.

Et licet proximiores sint vocati in numero plurali, quia intelligitur de pluralitate successiva, non de simultanea, *decis.* 41. *libr.* 10. *n.* 5.

Proximitas.

Quod proximitas sit metienda non habito respectu ad sanguinem, & gradum, sed ad successionem, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 19. & *dec.* 3. *n.* 3. *lib. eodem.*

Id non habet locum, quando testator habito respectu ad omnes cognatos vocavit proximiorem, quia tunc proximitas desumitur a gradu, & parentela, non a successione, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 20. & *decis.* 3. *n.* 4. & 5. *lib. eodem.*

Proximitas desumitur a gravato, non a gravante, *decis.* 2. *lib.* 10. *n.* 3. & *decis.* 4. *n.* 3. *lib. eodem.*

Limita, si vocatus fuerit proximior *ipsius testatoris*, *decis.* 2. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 6. *n.* 5. *lib. eodem.*

Proximitas non est necesse, ut probetur specifice, & per gradus distinctos, quando nullus alius comparet, qui se proximiorem probet, *decis.* 101. *lib.* 10. *n.* 6.

Proximitas satis est, ut concurrat, & metiri potest ex uno latere tantum, & quidem ex latere matris, *respons.* 2. *n.* 160. & *seqq. fol.* 486. *tom.* 2.

Vocatis agnatis proximioribus potest quis, ut succedat, qualitatem agnatitiam a patre desumere, & proximitatem a matre, *d. respons.* 2. *n.* 167. & *seqq. fol.* 406. *tom.* 2.

Quando mulier agnata nubit viro de eadem agnatione, sed remotiori, quod tunc vir, cui qualitas agnatitia in se non deest, assumat ipse quoque gradum, & proximitatem uxoris ad effectum succedendi consanguineis ejusdem uxoris, *d. respons.* 3. *n.* 182. *et seqq. fol.* 486. *tom.* 2.

Pupillus.

Pupillus non est capax donandi, *decis.* 16. *lib.* 7. *n.* 2.

Limita, si donet ex causa ingressus in Religionem, cum hoc casu actus dicatur laudabilis, nec in eo possit considerari læsio, aut deceptio, *decis.* 16. *lib.* 7. *num.* 3. *et* 4. *et decis.* 17. *num.* 8. *lib. eodem.*

Pupillus in anno decimotertio completo existens, dicitur proximus pubertati, *decision.* 16. *lib.* 7. *n.* 5.

Pupillus pubertati proximus adstringitur ad observantiam donationis juratæ, *dec.* 17. *libr.* 7. *n.* 1.

Magna est contentio inter Doctores, quandonam pupillus possit dici pubertati proximus; alii enim volunt, quod tunc quis dicatur talis, quando solum per sex menses ab ea distat, *Rota dec.* 17. *lib.* 7. *n.* 3.

Alii volunt, pubertati proximum dici, quando annum decimum cum dimidio jam excessit, *decis.* 17. *lib.* 7. *n.* 4.

Sed tutior est sententia media, quod scilicet totum id sit repositum in arbitrio judicis, qui perspecto pupilli ingenio, & temperamento, necnon regionis qualitate, quænam ætas sit sufficiens, determinet, *dec.* 17. *lib.* 7. *n.* 6.

Q

Qualitas.

Qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi, *dec.* 109. *lib.* 10. *n.* 13.

Qualitas si non verificetur, præceptum non obligat, *dec.* 109. *libr.* 10. *n.* 14.

Utens scriptura qualificata, tenetur probare qualitatem in scriptura contentam, *dec.* 3. *lib.* 8. *n.* 6.

In quantitatibus, quæ habilitatem personæ respiciunt, attenditur tempus delatæ successionis, *dec.* 60. *lib.* 10. *n.* 2.

Qualitas masculinitatis, *Vide* Masculinitatis qualitas.

Quartum Dotale.

Vide Dos quoad lucrum.

Quietantia.

Quietantia suppleta a judice in contumaciam creditoris non comparentis pro effectu necessario liberationis debitoris pro summa, quæ solvebatur, etiamsi sit amplis clausulis munita; non solutis, & ab eo prætensis, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 53.

Ad inducendam quietantiam, & liberationem, etiam verba dubia sufficiunt, cum ita debeant semper interpretari, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 9.

Quindennia.

Vide Beneficium, & Laudemium.

R

Ratificatio.

Ratificatio æquiparatur mandato speciali, & illud supplet, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 12.

Ratificatio multum prodest ad declarandum, quænam fuerit voluntas a principio, *decis.* 46. *lib.* 5. *n.* 34.

Ratificatio promissa intelligitur de valida, *decis.* 1. *lib.* 6. *n.* 5. *et decis.* 2. *lib. eodem n.* 8.

Promissio de faciendo ratificare transit ad hæredes, *decis.* 1. *lib.* 6. *n.* 6.

Ratificatio inducitur ab exhibitione scripturæ, *decis.* 41. *libr.* 6. *n.* 14. & *decis.* 42. *n.* 8. *lib. eodem.*

Ratificatio retrotrahitur ad diem stipulationis, *decis.* 41. *lib.* 6. *numero* 14.

Ratificatio in præjudicialibus non inducitur per scientiam genericam, *decis.* 43. *lib.* 6. *n.* 4.

Sed requiritur præcisa, specifica, & individualis, *decis.* 44. *lib.* 6. *n.* 5. *et decis.* 46. *n.* 6. *et* 7. *et decis.* 47. *n.* 8. *lib. eodem.*

Ratificans habetur, ac si ipse actum a principio gessisset, *decis.* 18. *lib.* 7. *n.* 13.

Ad inducendam ratificationem exigitur individualis scientia omnium nullitatum facti, & juris, *decis.* 30. *lib.* 7. *numero* 20.

Ratificatio non inducitur ex productione scripturarum facta in alio judicio, & ad alium effectum, *decis.* 40. *lib.* 7. *n.* 11.

Maxime si productio fuerit facta cum præservativa, & citra approbationem, *dec.* 40. *lib.* 7. *n.* 12.

Ratificatio supplet quemcunque defectum, *decis.* 16. *lib.* 9. *n.* 27.

Quod nullum a principio est, per ratificationem non convalidatur, *dec.* 33. *lib.* 9. *n.* 4.

Ratificatio præsumitur ex longo temporis intervallo absque contradictione, *dec.* 50. *lib.* 10. *n.* 18.

Ex petitione, & receptione pretii censetur quis alienationem ratificasse, *dec.* 99. *lib.* 10. *n.* 10.

Ratio.

Ubi eadem militat ratio, ibi eadem esset debet juris dispositio, *dec.* 18. *lib.* 4. *n.* 9. *et dec.* 19. *n.* 9. *lib. eodem*, *et dec.* 23. *lib.* 12. *n.* 10.

Eadem ratio, quæ militat in toto, militat quoque in parte *dec.* 26. *lib.* 4. *n.* 21.

Ratio, quæ est unica, habetur pro expressa, *dec.* 58. *lib.* 9. *numer.* 42.

Ab iis in quibus diversa militat ratio, nulla potest fieri illatio, *dec.* 6. *lib.* 10. *n.* 6.

Ratio amplior dicto dictum auget, tam in tempore, quam in personis, & rebus, nec ab eo restringitur, *dec.* 74. *lib.* 7. *numer.* 8.

Rationis redditio.

Liberatus a redditione rationis, ad illam non tenetur, nisi concurrat dolus positivus, *decis.* 25. *lib.* 6. *numer.* 16.

Hæres non tenetur reddere rationem de mobilibus, quæ usu consumuntur, nisi justificetur fuisse vendita, *decis.* 25. *lib.* 6. *num.* 17.

Redditio rationis non prodest contra creditorem non citatum, qui habet coæquale interesse jam præcognitum, & notum, *decis.* 57. *lib.* 6. *n.* 25.

Rationis redditio ex omissione citationis interesse habentium; & ex peritia pluribus defectibus notata, dicitur collusiva, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 10. & *decis.* 42. *n.* 8. *lib. eodem*, ubi si non fuerit deputatus curator.

Hæres tenetur tantum reddere rationem de hæreditate immediate addita, *decis.* 41. *lib.* 7. *n.* 12.

Redditio rationis redditur de collusione suspecta, si personæ, quæ judicio interfuerunt, habebant causam gratificandi eum, qui rationem reddidit, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 6.

Fundamentum redditionis rationis est inventarium, *decis.* 42. *lib.* 7. *num.* 10.

Sententia super redditione rationis corruit, si peritia, in qua fundatur, sit collusiva, *decis.* 42. *lib.* 7. *n.* 17.

Ratio semel reddita, amplius reddi non debet, *decis.* 43. *libr.* 7. *numer.* 1.

Per lapsum triginta annorum præscribitur actio tutelæ, nec tutor, aut hæres potest amplius pro redditione rationis molestari, *decis.* 43. *lib.* 7. *n.* 2.

Minister a tutore deputatus tenetur tutori rationem reddere, tutor vero pupillo, *dec.* 43. *lib.* 7. *n.* 3.

In actione tutelæ, & administratione intrat etiam præscriptio statutaria, *decis.* 43. *lib.* 7. & *seqq.*

De redditione rationis opponere non potest ille, qui scripturas & libros penes se retinet, *dec.* 45. *lib.* 9. *n.* 8.

Rationis redditio inter sanguine conjunctos præsumitur ex acquiescentia, & solutione facta illi, qui eam reddere tenebatur, *dec.* 35. *lib.* 9. *n.* 14.

Redditio rationis potest probari etiam ex conjecturis, *dec.* 45. *lib.* 9. *n.* 16.

Exceptio redditionis rationis, & præsumptio satisfactionis ex administratione proveniens non potest allegari ab eis, qui vel mediate, vel immediate sunt hæredes administratoris, *decis.* 47. *lib.* 9. *n.* 5.
Exceptio redditionis rationis non retardat administratori consecutionem crediti liquidi, quod nullam habet dependentiam cum administratione, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 32. & 33.
Duæ receptæ etiam summam diversam continentes, quando dicantur importare eandem solutionem, itaut minor summa in altera majori complicata dicatur. Vide late *decis.* 35. *libr.* 6. *per totam*, ubi plures conjecturæ complicationem suadentes, & *decis.* 36. *pariter per totam lib. eodem*, & *Vide* verbo Solutio.

Recognitio.

Vide Scriptura, & Subscriptio.

Recognitio bonæ fidei.

Recognitio bonæ fidei ostendit, quod creditum usque ab initio spectabat ad illum, cujus favore facta fuit, *decis.* 18. *lib.* 5. *n.* 5. & *decision.* 20. *n.* 9. *lib. eodem*.

Referens.

Vide Relatio.

Regressus.

Si in permutatione fuerit reservatus regressus in casu evictionis, hac secuta, regressui locus aperitur, *decision.* 20. *libr.* 7. *n.* 1.
Conventio regressus quandoque resolvitur in specialem hypothecam pro refectione damnorum, & interesse, *decis.* 20. *libr.* 7. *n.* 2.
Regressus non datur; nec exerceri potest contra tertium, *decis.* 20. *libr.* 7. *n.* 3.
Regressus denegari non debet, quando in contractu fuit expresse reservatus, *decis.* 20. *libr.* 7. *n.* 5.
Et tali casu exerceri potest etiam contra tertium, *decis.* 20. *lib.* 7. *n.* 6.
Et datur ad exclusionem cujuscunque creditoris anterioris, *decis.* 20. *lib.* 7 *n.* 7.
Regressus ad rem datur, quoties ad est pactum, & venit casus illius stipulationis, *decis.* 6. *lib.* 2. *n.* 1.

Relatio, & referens.

Referens non excedit limites relati, *decis.* 3. *lib.* 1. *n.* 9.
Referens sine relato non probat, *decis.* 23. *lib.* 4. *n.* 6. & *dec.* 31. *lib.* 12. *n.* 4.
Relatio idem operatur, ac individualis expressio, maxime quando agitur de sustinendo actu, *decis.* 30. *lib.* 4. *n.* 10.
Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *decis.* 47. *lib.* 5. *n.* 10.
Verba in fine posita, & cum tota dispositione complicata, ad omnia referuntur, *decis.* 4. *lib.* 7. *n.* 8.
Stante relato, quoties referens aliter non disponat, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 16.
Verba, *ut in mandato*, expressam relationem importante, *decis.* 13. *lib.* 7. *n.* 4.
Et operantur, ut expressa in referente limitentur ad id, quod in relato continetur, *decis.* 21. *lib.* 7. *n.* 5.
Ea est virtus relationis, ut restitutionem referentis ad relatum operetur, *decis.* 31. *libr.* 7. *n.* 6.
Referens qualificatur a relato, *decis.* 32. *lib.* 7. *n.* 6.
Relatum censetur de verbo ad verbum translatum in referentem, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 5.
Referens sine relato probat, quando versamur in antiquis, *dec.* 31. *lib.* 12. *n.* 5.
Item probat, quando in referente habetur tota substantia actus, *decis.* 31. *lib.* 12. *n.* 6.
Stante discordia inter relatum, & referentem, relatum potius attenditur, *decis.* 79. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 80. *n.* 1. *lib. eodem*.
Procedit conclusio, quoties in referente dispositio est suppositiva, & relativa, itaut dignoscatur, ut præter contenta in celato nil ulterius addi, aut innovari voluit, *decision.* 79. *lib.* 10. *n.* 5. *et decis.* 80. *n.* 4. *lib. eodem*.
Secus autem, quando referens est certum, & determinatum; & emanavit per viam novæ dispositionis ab habente facultatem disponendi: nam hoc casu, sive concordet, sive discordet a relato, attendi debet referens, *decis.* 79. *lib.* 10. *n.* 6. *et decis.* 80. *n.* 2. *et* 3. *lib. eodem*.
Et in his terminis relatio operatur tantum quoad circumstantias, & qualitates in referente non expressas, nec immutatas; secus vero quoad expressa, & innovata, *decis.* 79. *lib.* 10. *n.* 8. *et decis.* 70. *n.* 5. *lib. eodem*.
Relatio fit ad proxima, *decis.* 5. *lib.* 10. *num.* 9. *et decis.* 108. *n.* 1. *lib. eodem*.
Limita, quando prægnantia verborum, & congruentia dispositionis, suadent, ut relatio fit facienda ad omnia antecedentia, *decis.* 108. *lib.* 10. *n.* 10.
Et maxime si concurrat non solum identitas; sed & majoritas rationis, *decis.* 108. *lib.* 10. *n.* 1.

Religio, et Religiosus in genere.

Religio habet successionem in bonis professi, *decis.* 8. *lib.* 2. *num.* 8.
Religioni non potest dari immissio ex persona religiosi, quoties iste vel donavit, vel renunciavit ante ingressum, *decis.* 16. *lib.* 7. *n.* 1.
Legatum relictum non intuitu religionis, sed religiosi, per ipsius egressum religioni non debetur, *decis.* 1. *lib.* 14. *n.* 4.
Secus tamen, si ipsa religio fuerit contemplata, *decis.* 1. *libr.* 14. *num.* 4.
Et ubi voluntas erga religionem est clara, non attenduntur conjecturæ, & deductiones in contrarium, *decis.* 1. *lib.* 14. *n.* 6.
Quando transitus religiosi de una religione ad aliam fit ex ejus culpa, tunc bona relicta religioso intuitu religionis apud primam religionem remanet, *decis.* 1. *lib.* 14. *n.* 7.
Et conclusio procedit etiam quoad bona patrimonialia professi, *decis.* 1. *libr.* 14. *n.* 8.
Constitutio Innocentii XII. moderans facultatem protectorum religionum, & ordinum regularium, habetur, *lib.* 15. *fol.* 414.
Religio militaris Sancti Stephani, utpote composita ex uxoratis, & bigamis, improprie dicitur religio, *decis.* 3. *libr.* 16. *num.* 3.

Religio quoad capacitatem, vel incapacitatem bonorum.

Minores observantes, & reformati sunt totaliter incapaces bonorum, & hæreditatem, tam in particulari, quam in communi, *decis.* 49. *libr.* 10. *n.* 9. & *decis.* 1. *lib.* 11. *n.* 1.
Sunt incapaces legatorum, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 11.
Intellige de legatis particularibus non immodicis, & unica vice præstandis, *decis.* 49. *lib.* 10. *numer.* 12. & *decis.* 1. *lib.* 11. *numer.* 9.
Si legata respiciant proprietatem, sunt omnino incapaces, *dec.* 2. *lib.* 11. *n.* 8.
Non solum non sunt capaces hæreditatis relictæ per vim institutionis; sed neque per viam substitutionis, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 13.
Et procedit conclusio, etiam hæreditas sit relicta eorum Ecclesiis, *decis.* 49. *libr.* 10. *n.* 15. & 16.
Et non tantum in tota, sed etiam in quota hæreditatis, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 17. & *seqq.*
Quod licet sint incapaces ad effectum retinendi, tamen locum non obtineat incapacitas, quando agitur ad effectum vendendi, & convertendi pretium in usus laicos sacristiæ, infirmariæ, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 24.
Etiamsi testator non adjecerit conditionem, ut venderentur, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 35.
Maxime si adsit in testamento clausula codicillaris, quæ efficit, ut relictum valeat jure legati, & donationis, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 26.
Contrarium, quod neque ad effectum vendendi sint capaces hæreditatum, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 27. & *seqq.*
Et prædicta opinio ad effectum vendendi procedit in aliis mendicantibus, ut sunt Prædicatores, Jesuitæ, &c. non autem in Minoribus observantibus, & reformati, *decis.* 49. *lib.* 10. *num.* 34.
Imo & quoad alios mendicantes procedit solum in legatis, & relictis particularibus, *decis.* 49. *lib.* 10. *n.* 35.
Et hæc posterior conclusio procedit, non obstante clausula codicillari, quæ est tantum operativa quoad legata, non quoad institutionem, & substitutionem, *decis.* 49. *libr.* 10. *numer.* 42.
Licet Minores Sancti Francisci sint incapaces cujuscunque juris; & proprietatis, tamen id procedit quoad ea quæ concernunt ipsorum commoda, non autem quoad ea quæ concernunt decorem Ecclesiarum, & usum cultus divini, *decis.* 1. *lib.* 11. *n.* 2. & *decis.* 2. *n.* 1. *lib. eodem*.
Unde legatum vini, & frumenti pro sacrificiis & hostiis, & pecuniæ pro luminaribus, ad eorum favorem ordinatum sustinetur, *decis.* 2. *lib.* 11. *n.* 3.
Et tale legatum utpote non collatum in Fratres, sed in Ecclesias, potest istarum nomine peti per syndicum apostolicum, *decis.* 1. *lib.* 11. *n.* 14.
Quanquam controversa sit opinio, an legatum factum pro infirmaria sustineatur, necne, tamen si non agatur de rebus pertinentibus ad alimoniam, & sustentationem Fratrum, sed ad sublevamen, & quendam majorem eorum curam, utpote de syndonibus pro infirmis, sustinetur, *decis.* 1. *lib.* 11. *numero* 9. *et seqq.*
Hoc autem legatum non potest peti a syndico, sed competit solum officium judicis, quod succedit loco deficientis actionis, *decis.* 1. *libr.* 11. *n.* 8.
Quod legatum absolute pro infirmaria non sustineatur, *decis.* 2. *lib.* 11. *n.* 3. & 4.
Sed tamen quod possit ab hæredibus executoribus, vel judice præstari juxta temperamentum inferius expressum, maxime quando non respicit directe alimoniam infirmorum, *decis.* 2. *lib.* 11. *n.* 5. & 6.
Legata annua pro anniversariis, ac missis non sustinentur; quia non possunt possidere annuos reditus, sed tantum possunt recipere stipendia missarum per viam eleemosynæ manualis, non autem per modum assignationis perpetuæ, *decis.* 1. *lib.* 11. *n.* 9. & 10. & *decis.* 2. *n.* 7. *lib. eodem*
Nihilominus, quia ex parte hæredum talia legata sunt omnino adimplenda, possunt Fratres illa recipere ab hæredibus executoribus, vel judice sponte dantibus per modum simplicis eleemosynæ, & missis, aliisque oneribus satisfacere, facta tamen prius solemni protestatione, quod ipsi ex tali præstatione nullum jus sibi acquirunt, *decis.* 1. *libr.* 11. *n.* 11. *et seqq.* & *dec.* 2. *num.* 8. & 10. *lib. eodem*: ubi tamen quod traditio istarum eleemosynarum est arbitraria respectu hæredis, & executorum.
Et pro istis potest agere syndicus, non tanquam syndicus, sed tanquam unus de populo, *decis.* 1. *libr.* 11. *n.* 16.
Contrarium, quod nullo modo agere possit, quia tantum ab hærede, & executore sponte dante possunt Fratres recipere, *dec.* 2. *lib.* 11. *n.* 8.
Omnes regulares, exceptis Capuccinis, & Minoritis, sunt bonorum capaces, *decis.* 1. *lib.* 14. *n.* 2.

Theatini

Theatini ex Constitutione Clementis X. declarantur bonorum capaces, & hæc declaratio comprehendit etiam dispositiones, & legata antecedenter facta, *decis.* 1. *lib.* 14. *n.* 3.

Religio Hierosolymitana.

Monasteria, Ecclesiæ, Hospitalia, aliaque loca regularia, Priores, equites, familiares, vasalli religionis Hierosolymitanæ, ex Bulla Pii IV. in ordine 136. eximuntur a jurisdictione Ordinariorum, & ista transfertur in magnum magistrum, & alios superiores religionis, *decision.* 13. *lib.* 3. *n.* 4.
Et stante dicta exemptione Priores facti sunt ordinarii intra limites suarum jurisdictionum, *decision.* 13. *lib.* 3. *n.* 5.
Jurisdictio ordinaria, & facultas deputandi Vicarios, & Visitatores, nedum competit magno Priori Melitensi, sed & aliis Prioribus particularibus, si consueverint illam in suis Prioratibus exercere, *decision.* 13. *lib.* 3. *n.* 6. *& decis.* 14. *a n.* 1. *lib. eodem.*
Ex indulto Alexandri VII. habetur, quod pluribus in locis sacra religio Hierosolymitana judices ordinarios, & tribunalia ad decidendas causas contentiosas retineat, *decision.* 13. *lib.* 3. *num.* 7.
Consuetudo retinendi tribunalia adest in magno Prioratu Castellæ, & Legionis, aliisque Prioratibus enumeratis in *decis.* 13. *lib.* 3. *n.* 8. *& seqq.*
Priores religionis Hierosolymitanæ declarati sunt in pluribus decisionibus Ordinarii, *decis.* 13. *lib.* 3. *n.* 14.
Jurisdictio hujus religionis non restringitur ad simplicem correctionem jure monastico, & in concernentibus duntaxat regularem observantiam, *decision.* 13. *lib.* 3. *n.* 16. *& decis.* 14. *n.* 5. *&* 6. *lib. eodem.*
Sed superiores habent omnimodam jurisdictionem civilem, & criminalem in causis professorum, & eorum, qui copulative potiuntur tribus requisitis Concilii Tridentini sess. 24. de reformat. cap. 11. vers. exceptis, & Constitutionis Gregorii XIII. in ordine 67. *decis.* 13. *lib.* 3. *n.* 17. *& decis.* 14. *n.* 9. *& decis.* 15. *n.* 11. *& decis.* 16. *n.* 13. *lib. eodem.*
In causis vero illorum, qui carent tribus requisitis, & sunt addicti servitio Sac. Religionis, superiores illius habent privativam, & ordinariam jurisdictionem in civilibus, cumulativam vero cum Episcopo in criminalibus, *decis.* 13. *lib.* 3. *a n.* 18. *& decis.* 14. *n.* 10. *lib. eodem.*
An autem ministri, familiares equitum, Priores, coloni, Procuratores, factores, & alii non professi, qui sunt destituti aliquo ex dd. tribus requisitis, sint exempti a jurisdictione ordinaria, vel delegata Episcopi, & an in causis criminalibus quoque, vel civilibus tantum, referuntur opiniones hinc inde, sed articulus indecisus relinquitur, *decis.* 15. *lib.* 3. *n.* 2. *&* 3.
Quænam sint prædicta Concilii requisita, & quod veniant coram Episcopo verificanda, *decis.* 15. *lib.* 3. *n.* 11. *&* 12. *& decis.* 17. *n.* 12. *& seqq. lib. eodem.*
Examinantur dicta requisita, & illa declarantur, quomodo veniant intelligenda, *decis.* 15. *lib.* 3. *n.* 13.
Coloni, factores, & affictuarii hujus religionis gaudent exemptionibus, si habitent sub oculis superioris; secus si alibi vivant more cæterorum laicorum, *decision.* 15. *lib.* 3. *numer.* 10.
Fratres religionis Hierosolymitanæ recipi debent in ea lingua, in qua nati sunt, *decis.* 5. *lib.* 3. *n.* 1.
Consuetudo religionis admittendi tres tantum Helveticos; respicit tantum eos, qui sunt minus capaces, non vero eos, qui assumunt modum rigorosum probandi nobilitatem, *decis.* 25. *lib.* 3. *n.* 5.
Qui in Prioratu, & lingua Alemaniæ recipi volunt probationem suæ nobilitatis facere debent per sexdecim gradus; juxta peculiare Statutum hujus prioratus, *decis.* 25. *lib.* 3. *numer.* 6.
Vide Eques Hierosolymitanus.

Renovatio.

Renovatio supponit concessionem esse finitam; & cadit super ejusdem personis, *decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 29.

Renunciatio.

Renunciatio hæreditatis, & successionis deferendæ; facta illi, qui jus coæquale habebat, resolvitur in meram repudiationem, & abdicationem, & renunciatarius recognoscit hæreditatem, vel successionem a lege, vel Statuto, non vero a renunciante, *decis.* 26. *lib.* 6. *n.* 13.
Quando renunciatio est correspectiva ad aliquod receptum; ut puta doti, tunc dicitur translativa, & non abdicativa, *decision.* 26. *lib.* 6. *numer.* 14. *& decision.* 27. *numer.* 6. *lib. eodem.*
Maxime si accedant clausulæ importantes cessionem, & translationem, *decision.* 26. *lib.* 6. *num.* 15. *& decis.* 27. *num.* 6. *lib. eodem.*
Et etiamsi agatur de renunciatione hæreditatis deferendæ, quia quando ex post ista defertur, præsumitur, quod eodem instanti renuncians adiverit, & in renunciatarium transtulerit, *decision.* 26. *lib.* 6. *num.* 16. *& decision.* 27. *numer.* 6. *lib. eodem.*
Ad bona renunciata non datur regressus, *decis.* 30 *lib.* 7. *num.* 3. *& decis.* 20. *lib.* 10. *num.* 13. *& decis.* 21. *num.* 20. *lib. eodem,* *& decis.* 25. *lib.* 11. *num.* 6. *& decis.* 28. *num.* 8. *& decis.* 29. *num.* 1. *lib. eodem.*
Renunciatio hæreditatis, quæ dependet ab obitu fratris sine filiis, licet sit eventualis, tamen est pretio æstimabilis, *decis.* 30. *lib.* 7. *n.* 18.
In renunciatione etiam juris de futuro considerari potest læsio, ideoque exiguntur solemnitates, *decis.* 30. *lib.* 6. *numer.* 19.
Renunciatio hæreditatis jam aditæ non potest esse abdicativa, sed est translativa, *decis.* 51. *lib.* 9. *num.* 24. *& decis.* 62. *n.* 9. *lib. eodem.*
Renunciatio nunquam extenditur ad jus succedendi ipsi renunciatario, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 12.
Sub renunciatione nunquam venit id quod renunciatario acquiri non potest, *decis.* 66. *lib.* 9. *n.* 12.
Sub renunciatione facta a filia ad favorem patris non venit fideicommissum, de quo pater capax non est, & etiamsi pater stipulatus fuit pro se, & filiis qui essent capaces, dummodo stipulatio sit facta pro eis, tanquam hæredibus patris, *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 9.
Conclusio maxime procedit, si testator voluit, ut servaretur prærogativa gradus; nam tunc non potest ordo succedendi mediante renunciatione interverti, *decis.* 20. *lib.* 10. *numer.* 10.
Renunciatio addicativa non comprehenditur sub prohibitione alienationis, *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 11.
Quando renunciatio est facta cum verbis importantibus cessionem, & translationem, dicitur translativa, etiamsi agatur de jure deferendo, *decis.* 20. *lib.* 10. *n.* 12.
Renunciatio dicitur correspectiva ad dotem, etiam si sit facta post aliquod tempus a promissione ipsius dotis, si in ipsa renunciatione fuit talis correspectivitas expressa, & in ipsa dotis constitutione fuerat antecedenter renunciatio promissa, *decis.* 21. *lib.* 10. *n.* 28. *&* 29.
Bona fideicommissaria renunciata remanent in hæreditate renunciatarii, ad hoc ut transmitti possint ad ejus hæredes, & quousque durat vita renunciantis, *decis.* 28. *lib.* 11. *n.* 9. *& decis.* 29. *n.* 16. *lib. eodem.*
Intellige in renunciatione translativa, non autem in abdicativa, hæc enim relinquit bona juxta eorum naturam, cum renuncians se solum tollat de medio, *decis.* 28. *lib.* 11. *numer.* 9.
Ad hoc ut dicatur renunciatum fideicommisso, requiritur scientia præcisa promanans a lectura testamenti, *decis.* 89. *lib.* 10 *num.* 14.
Intellige, quando agitur de translativa, seu abdicativa renunciatione fideicommissi; secus si de acceptatione ultimi fideicommissi, sub quo supponantur bona antiquioria, *decis.* 89. *lib.* 10. *n.* 15.
Ex amplitudine verborum nullam patientium restrictionem censetur sub renunciatione comprehensum fideicommissum, *decision.* 27. *lib.* 1. *numer.* 4. *&* 5. *& decis.* 29. *num* 10. *lib. eodem.*
Renunciatio non potest comprehendere fideicommissum in actu renunciationis ignoratum, *decis.* 28. *lib.* 11. *num.* 6. *& decis.* 33. *n.* 11. *lib. eodem.*
Si tamen fideicommissi expressio in renunciatione adsit, & nullum aliud probetur fideicommissum, quem purificandum, illud dicitur præcise in renunciatione comprehensum, *decis.* 28. *lib.* 11. *n.* 7.
Si renuncians a renunciatario hæres instituatur, dicitur ad jura renunciata omnino reintegratus, *decis.* 48. *lib.* 10. *num.* 8. *& decis.* 30. *n.* 2. *lib. eodem.*
Intellige quoad bona indifferentia, & libera; secus quoad fideicommissaria; nam quoad ista quæsitum fuit jus ex renunciatione cæteris vocatis, renunciatarius præjudicare non potest, *decis.* 48. *lib.* 10. *n.* 9. *&* 10.
Tunc per dispositionem testamentariam renunciatarii dicitur renuncians reintegratus, & restitutus, quando inter testamentum, & renunciationem adest incompatibilitas, ex qua appareat testatorem voluisse renunciationem abrogare; secus econtra, *decis.* 27. *lib.* 11. *n.* 9.
Si renunciatarius reliquit renuncianti aliquid certum, in hoc tantum, & non in cæteris potest dici renuncians reintegratus, *decis.* 29. *lib.* 11. *n.* 12.
Renunciatarius ordinando, quod bona restituantur cui de jure, non potest intelligere de renunciante, cui obstat renunciatio, ne ad bona aspirare possit, *decis.* 28. *lib.* 11. *n.* 8. *& decis.* 29. *n.* 13. *lib. eodem.*
Filio venienti ex jure proprio non obstat renunciatio facta a matre, *decis.* 108. *lib.* 10. *post. n.* 7.
Renunciatio intelligitur tantum de bonis præsentibus, ac de juribus de præterito, ideoque non comprehendit hæreditatem ab intestato deferendam, *decision.* 20. *liber.* 11. *numer.* 6.
Sub renunciatione amplissime concepta, venit legatum ante renunciationem renuncianti relictum, *decis.* 33. *lib.* 11. *numer.* 1.
Et etiam si sit ignoratum, quando renunciatio est ampla; & fuit cogitatum de juribus obventuris, *decis.* 33. *lib.* 11. *n.* 13 *& seqq.*
Legatum relictum in testamento jam condito; dicitur provenire ex causa aliqualiter de præterito, *decis.* 33. *lib.* 11. *numer.* 16.
In renunciatione legati revocabilis nulla læsio considerari potest, *decis.* 33. *lib.* 11. *n.* 19.

Re-

Renunciatio personalis, & facta contemplatione certæ personæ deficiente renunciatario evanescit, decis. 20. lib. 11. n. 7. & decis. 19. lib. 6. n. 25.

Renonciatio facta ad favorem unius fratris, non extenditur ad bona alterius, etiamsi proveniant a paterna, vel materna hæreditate, nisi de illis facta sit specialis mentio, decis. 25. lib. 11. n. 17.

Renunciatio temporalis, & ad vitam renunciatarii, istius morti expirat, nec prodest hæredi, decis. 25. lib. 11. numer. 18.

Renunciantis voluntas desumitur tam ex precibus porrectis ad effectum deveniendi ad eam, quam etiam ex proœmio renunciationis, decis. 27. lib. 10. n. 2.

Interveniens in acto pro solemnitate, non dicitur sua jura renunciare, nec sibi præjudicat, decision. 9. lib. 11. numer. 7.

Renunciatio resolvitur per supervenientiam novi juris ob deficientiam personarum contemplatarum, decis. 107. lib. 10. num. 11.

Terminus donationis appositus in renunciationis, non alterat illius naturam, decis. 107. lib. 10. n. 7.

Mulier, quæ sufficienter, & etiam ultra vires dotata fuit, præsumitur, quod omnia jura in renunciatione comprehendere voluerit, decis. 33. lib. 11. n. 20.

Renunciatio juribus de futuro, intelligitur de jure futuro habente causam de præterito, vel de præsenti, non autem de proveniente ex causa omnino de futuro, decis. 33. lib. 11. num. 14.

Jus proveniens ex testamento jam condito, licet revocabili, dicitur jus aliqualiter habens causam de præterito, decis. 33. lib. 11. n. 16.

Renuncians fideicommissis omnibus; tam illis quorum conditio evenit, quam aliis quæ in futurum competere, & evenire possent, comprehendit jus ex testamento jam condito, licet adhuc suspenso per supraviventiam testatoris, decis. 33. lib. 11. n. 17.

Clausula *nihil penitus excepto, seu exclusio*, trahitur ad jus futurum ex causa de futuro, decis. 33. lib. 11. n. 18.

Renunciatio hæreditatis viventis.

Renunciatio facta de hæreditate viventis est nulla; nisi vivens consensum præstet, decis. 30. lib. 11. n. 1. & decis. 33. n. 2. lib. eodem.

Et quatenus etiam consensum præstitisset, si deinde renunciantem instituat, renunciatio resolvitur, decis. 30. lib. 11. num. 2.

Juxta tamen sensum aliquorum Doctorum, licet valida sit institutio, attamen tenetur sic institutus restituere hæreditatem renunciatario, decis. 30. lib. 11. n. 3.

Contrarium firmant alii relati, decis. 30. lib. 11. n. 4.

Quatenus tamen sequenda esset prima opinio, illa non procederet, si non constaret de primordiali consensu illius, de cujus hæreditate agitur, multoque minus si appareret de dissensu, decis. 30. lib. 11. n. 5.

Renunciatio legati particularis sibi relicti a vivente non cadit sub prohibitione, & sustinetur, decis. 33. lib. 11. numer. 3.

Item quando renonciatio est concepta per viam donationis universalis, non improbatur, decis. 33. libr. 11. numer. 4.

Tunc renunciatio non sustinetur; si percotiat specificam, & particularem hæreditatem alicujus hominis viventis; secus si generaliter renoncietur omnibus hæreditatibus, decis. 33. lib. 11. n. 5.

Si autem quis specificet prius hæreditatem paternam, & maternam, & subinde generaliter addat omnes hæreditates, quod tunc renunciatio dicatur percutere hæreditatem certi hominis, decis. 33. lib. 11. n. 6.

Intellige conclusionem, quoties expressio est individua, scilicet hæreditatis patris, & matris propriis nominibus designatorum, vel quoties generalitas contineret solummodo personas certi gradus, puta ascendentium, decis. 33. lib. 11. num. 7. & 8.

Secus quando non individuantur personæ, & non una, sed multiplex exprimitur species hæreditatum tam ascendentium, quam collateralium, & præcedunt verba, omnem, & quamcunque hæreditatem &c. decision. 33. liber. 11. num. 9. & 10.

Renunciatio ob ingressum in Religionem.

Solemnitates per Concilium volitæ sunt adimplendæ in renonciatione, seu donatione quæ fit intra annum probationis, non autem in ea, quæ fit ab existente in sæculo, licet sit contemplatione proximi ingressus, decis. 16. lib. 7. num. 10.

Si quis occasione ingressus renunciavit quibuscunque fideicommissis; tam purificatis, quam purificandis, ad favorem renunciatarii, & hæredum quorumcunque, nullum potest ad eadem fideicommissa habere regressum, decision. 48. lib. 10. num. 7.

Renunciatio, quæ emanavit ex causa ingressus; latius interpretatur, & extenditur, etiam ad fideicommissa, decis. 27. lib. 11. num. 6.

Renunciatio facta contemplatione ingressus in religionem resolvitur, si ingressus non sequatur; vel licite retractatur; decis. 107. lib. 10. num. 11. & decis. 108. num. 4. lib. eodem.

Etiam si sit facta per viam donationis, decis. 108. lib. 10. numer. 7.

Renunciatio dicitur mere facta ex causa ingressus, isteque dicitur causa finalis, licet aliæ quoque causæ fuerint expressæ, decis. 107. lib. 10. post numer. 11. & decis. 108. num. 6 lib. eodem.

Preces porrectæ Ordinario ad effectum deveniendi ad renunciationem, declarant, quid in renunciatione comprehensum sit, decis. 27. lib. 11. num. 2. & decis. 29. num. 10. lib. eodem.

Et si in istis precibus exponantur bona fideicommissaria, hæc debent censeri sub generalitate renunciationis comprehensæ, maxime quando preces fuerunt renunciationi insertæ, decis. 27. lib. 11. n. 3. & decis. 29. n. 11. lib. eodem.

Per renunciationem factam ex causa ingressus in religionem censetur renuncians de medio sublatus, & reputatur tanquam mortuus ad effectum aperiendi successionem ad favorem renunciatarii, & habentium causa ab eo, decis. 27. lib. 11. n. 1. & decis. 29. n. 8. & 9. lib. eodem.

Renonciatio ex causa ingressus præsumitur semper realis, & non personalis, decis. 27. lib. 11. n. 7.

Et sine dubio, quando adest stipulatio renunciatarii pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, decis. 27. lib. 11. num. 8.

Non dicitur realis, quando est stipulata ad favorem solius patris, & illius contemplatione, decision. 35. lib. 11. numer. 1.

Adeout per prædecessum patris resolvatur; decis. 35. lib. 11. num. 2.

Procedit conclusio; etiamsi adsit clausula *præsenti* cæterata, quando hæc non fuit apposita in periodo renunciationis, sed in alio quietationis dotis, decis. 35. lib. 11. num. 3. & seqq.

Et in hac renunciatione nihil operatur amplitudo clausularum; nam istæ tunc attenduntur, vel quando adest tacita stipulatio pro hæredibus, vel quando dubium emergit super illorum comprehensione; secus si clare pateat, renunciationem esse restrictam ad personam renunciatarii, decis. 35. lib. 11. n. 6.

Repetitio.

Pacta onerosa; & odibilia nunquam censentur repetita; decis. 17. lib. 5. n. 5. & 6.

Contractuum diversitas excludit pactorum onerosorum repetitionem, decis. 17. lib. 5. n. 7.

Promissionis repetitio de jure non admittitur ab uno capitulo ad aliud, decis. 17. lib. 5. n. 8.

Maxime quando inter unum capitulum, & aliud considerari potest diversitas rationis, decis. 17. lib. 5. n. 9. & decis. 76. lib. 10. num. 11.

Conditio, vel qualitas nunquam censetur repetita, ubi diversa militat ratio inter unam dispositionem, & aliam, decis. 4. lib. 7. num. 2. & decision. 76. lib. 10. num. 6. & decis. 78. n. 5. & 8. lib. eodem.

Repetitio inducitur, vel ratione conjunctionis, & connexitatis, vel quando oratio est unica, vel quando subest eadem ratio repetendi, decis. 4. lib. 7. n. 3.

Duæ etiam perfectæ orationes virtute conjunctionis habentur pro unica ad effectum inducendi repetitionem, decis. 4. lib. 7. n. 5. & decis. 29. lib. 10. n. 5.

Repetitio facilius admittitur; quando non gravamen, sed commodum, & libertatem, gravati respicit, decis. 4. lib. 7. num. 11.

Ad hoc ut ex identitate rationis admittatur repetitio; sufficit, quod concurrat ratio conformis in genere, licet in specie, & in individuo non sit eadem, decis. 4. lib. 7. numer. 12.

Verba *modo & ordine quibus supra*, repetunt tantum ordinem succedendi, decis. 2. lib. 10. num. 5. & decis. 21. lib. 10. num. 9. & seqq.

De natura dictionis repetitivæ est omnia præcedentia cum suis qualitatibus in posteriori parte repetere, decis. 28. lib. 10. n. 7.

Quando orationes, & substitutiones sunt de se perfectæ, & regulatæ a propriis verbis, suum integrum habent sensum, tunc dicuntur independentes, nec de una ad aliam datur repetitio, decis. 76. lib. 10. num. 7. & decis. 78. n. 5. lib. eodem.

Quando militat diversa ratio, tunc nulla debet fieri repetitio, etiam si orationes sint conjunctæ per adversativam, decis. 76. lib. 10. n. 10. & decis. 78. n. 6. lib. eodem.

Solvens debitum alterius, habet repetitionem contra debitorem, decis. 15. lib. 6. n. 2.

Maxime si reportaverit a creditore cessionem jurium, decis. 22. lib. 6. n. 1.

Etiamsi nullam habuerit jurium cessionem, quia potest agere utili actione negotiorum gestorum, decis. 25. lib. 6. num. 5. & 6.

Repetitio indebiti. *Vide* indebitum.

Repræsentatio.

In fideicommisso potest dari repræsentatio ad hoc, ut filius subingrediendo in locum patris admittatur ad participationem una cum proximioribus in gradu, *decis. 20. lib. 10. num. 5.*

Limita, si testator voluit; ut attenderetur proximitas; & servaretur gradus prærogativa, *decis. 20. lib. 10. n. 6.*

In fideicommisso ascendentis datur repræsentatio, *decis. 55. lib. 10. num. 9.*

Limita, ubi hæredes instituti sunt inter se, propriis nominibus reciproce substituti, *decis. 55. lib. 10. n. 10.*

Succedentes per viam repræsentationis repræsentant solum gradum, & non personam, itaut ex propria persona gradum subintrent, atque id non solum procedit in descendentibus, sed etiam in collateralibus, *decis. 23. lib. 11. n. 2. & seqq. & respons. 2. n. 236. fol. 489. tom. 2.*

Residentia.

Canonicatus in Collegiatis Ecclesiis præcisam; & personalem residentiam exigunt, *decis. 6. lib. 12. num. 4. & decis. 7. num. 1. lib. eodem.*

Ita ut non excuset nec Statutum; neque alia quæcunque consuetudo, *decis. 6. lib. 12. n. 5.*

Residentiæ necessitas probatur ex confessione ipsiusmet Canonici, *decis. 6. lib. 12. n. 7.*

Quod ex Statuto Ecclesiæ Sancti Andreæ Vormatiæ requiratur solum residentia causativa, non autem personalis, *decis. 7. lib. 12. num. 4.*

Si Ecclesia sit destructa, quia personalis residentia est impossibilis, tunc Canonicatus remanet tantum residentialis habitu, non actu, *decis. 7. lib. 12. n. 5.*

Quod prædictum Statutum Ecclesiæ Sancti Andreæ Vormatiæ disponat tantum, quod non residens ammittat medietatem fructuum, & proinde, quod non tollat obligationem residendi provenientem a jure, *decis. 7. lib. 12. n. 9.*

Et quatenus etiam residentiam tolleret, non esset attendendum, nisi in forma specifica, & ex certa scientia a Sede Apostolica fuisset confirmatum, *decis. 7. lib. 12. n. 10.*

Devastatio Ecclesiæ non liberat a residentia actuali, donec adest spes probabilis reparationis, *decis. 7. lib. 12. n. 12.*

Modicitas redituum præbendæ non excusat a residentia; *decis. 7. lib. 12. n. 13.*

Etiam beneficiis simplicibus potest ex lege fundationis inhærere præcisa necessitas residendi, *decis. 9. lib. 12. n. 13.*

Non diceretur tamen adjecta talis necessitas, si residentia sit remissa arbitrio Episcopi, *decis. 9. lib. 12. n. 14.*

Et tali casu possidens beneficium absque eo quod resideat sciente, & patiente Episcopo, vel dicitur dispensatus, vel est in bona fide, quæ illum excusat a residentia, *decis. 9. lib. 12. num. 15.*

Onus residendi in dubio intelligitur de residentia causativa, *decis. 9. lib. 12. n. 16.*

Sententia privationis ob non residentiam ferri nequit, nisi præviat in monitione, etiam si agatur de Parocho, *decis. 20. lib. 14. n. 7. & 8.*

Causa gravis infirmitatis excusat a residentia; itaut deveniri non possit ad privationem, *decis. 20. lib. 14. n. 9.*

Et infirmitas probatur ex attestatione medicorum, *decis. 20. lib. 14. n. 8. & decis. 26. n. 6. lib. eodem.*

Et eo magis quis excusari debet, si interim cura exerceatur per Vicarium idoneum, *decis. 20. lib. 14. n. 10.*

Et indubitanter, quando obtinuit licentiam a Sac. Congregatione Concilii, quæ incipit non a die concessionis, sed a die præsentationis, *decis. 20. lib. 14. n. 11.*

Et licet talis licentia esset remissa arbitrio Episcopi; tamen hæc non poterat denegari a Vicario, cui non erat directa, nec ab Episcopo, ex quo aderat justa causa *decis. 20. lib. 14. num. 12.*

Tempus indulti non residendi ex causa litis, vel studii; incipit a die discessus; & cœpit studii, *decis. 26. lib. 14. n. 5.*

Legitime dispensatus, vel justo impedimento detentus, etiam in absentia residere dicitur, *decision. 22. lib. 14. numer. 4.*

Habens privilegium non residendi, licet petat licentiam; non sibi præjudicat, nec videtur privilegio renunciare, *decis. 26. lib. 14. num. 4.*

Retinens ex dispensatione; vel consuetudine duas dignitates, seu beneficia incompatibilia, residendo in uno satisfacit utrique, *decis. 21. lib. 14. num. 2. & decis. 22. num. 2. & decis. 23. num. 2. & decis. 24. num. 2. & decision. 25. num. 7. lib. eodem.*

Et propterea si sit legitime absens ex causa unius, lucratur etiam fructus alterius, *decis. 21. lib. 10. n. 3. & decis. 22. n. 3. & decis. 23. n. 3. & decis. 24. n. 1. & 3. & decis. 25. num. 8. & decis. 26. num. 10. lib. eodem.*

Maxime si absens habuit licentiam superiorum, itaut fuerit in bona fide, & credulitate, se fuisse legitime dispensatum super utroque, *decis. 21. lib. 14. num. 4. & 5. & decis. 22. num. 6. & liber. 23. num. 9. & decis. 24. num. 9. & decis. 26. num. 9. lib. eodem.*

Lis, quæ dedit legitimam causam absentiæ; non dicitur terminata, si in judicio spolii non sit quoque facta restitutio fructuum, *decis. 21. lib. 14. num. 6. & decis. 22. num. 7. & decis. 2. num. 6. & decision. 24. n. 5. & decis. 25. n. 3. & decis. 26. num. 1. & 8. lib. eodem.*

Ad effectum lucrandi fructus tempore absentiæ sufficit licentia Ordinarii cum causa, etiam si minus legitima, *decis. 23. lib. 14. num. 7. & decision. 23. num. 9. & decision. 26. num. 9. lib. eodem.*

Lis respiciens titulum beneficii tribuit justam causam non residendi, *decision. 22. lib. 14. num. 1. & decision. 23. num. 1. lib. eodem.*

Lis non dicitur justa causa absentiæ, si non sit gravis, nec tangat statum personæ, vel beneficii, *decis. 21. lib. 14. n. 8.*

Limita quoties lis sit cum capitulo; nam hoc casu sufficit etiam, ut respiciat fructus beneficii, *decis. 21. lib. 14. n. 9. & decis. 22. n. 5. & decis. 23. n. 7. & 8. decis. 24. num. 6. & decis. 25. n. 3. lib. eodem.*

Capellani Regis Catholici ex indulto Apostolico etiam absentes lucrantur fructus canonicatuum, & beneficiorum residentiam requirentium, *decis. 21. lib. 14. n. 10. & decis. 23. n. 10. & decis. 24. n. 7. & decis. 25. n. 4. lib. eodem.*

Statuta demandantia renunciationem privilegiorum non residendi intelliguntur de privilegiis gratiosis, non autem de onerosis, seu mixtis, *decis. 21. lib. 14. num. 13. & decis. 25. n. 6. lib. eodem.*

Privilegium non residendi a Pontifice concessum; idem operatur, ac si quis actu resideret, *decis. 21. lib. 14. n. 11. & decis. 23. num. 10. & decis. 24. n. 8. & decis. 25. n. 5. lib. eodem.*

Res judicata.

Res judicata celerem executionem exposcit, maxime quando jam cœpta fuit, *decis. 39. lib. 6. n. 1.*

Res judicata habet pro se præsumptionem justitiæ; donec in gradu restitutionis in integrum contrarium probetur, *decis. 40. lib. 6. num. 9.*

Comparens in termino sibi præfixo ad transportandum acta impedit, ne sententia transeat in judicatum, *decision. 6. lib. 9. num. 1.*

Si post interpositam appellationem nihil actum sit, nec prorogata fatalia, sententia transit in rem judicatam, *decis. 55. lib. 10. num. 1.*

Adversus rem judicatam quis audiri non potest; nisi imploret beneficium restitutionis in integrum, *decis. 81. lib. 10. num. 3.*

Res judicata tertio non nocet; nisi concurrat identitas rei, actionis, & juris, *decis. 81. lib. 10. n. 4.*

Sententia transit in judicatum, si in primo anno commissio impetrata non fuerit, & affecta commanis per citationem ad dicendum contra, & in secundo anno non fuerit prosecuta lis, *decis. 10. lib. 12. n. 1.*

Res judicata habetur pro veritate, *decis. 10. lib. 12. n. 2.*

Ligat nedum cedentem, sed etiam cessionarium; *decis. 10. lib. 12. num. 13.*

Res Sacra.

Super re, & loco sacro non potest imponi census; *decis. 35. lib. 5. num. 4.*

Sola destinatio non efficit; ut locus, seu res efficiatur sacra; *decis. 35. lib. 5. n. 5.*

Laico non permittitur super re sacra reservare dominium, *decis. 35. lib. 5. num. 6.*

Absque beneplacito Apostolico res sacra donari non potest; *decis. 35. lib. 5. n. 7.*

Resolutio.

Resoluto jure debitoris, resolvitur etiam ejus creditoris; *decis. 34. lib. 5. num. 5.*

Regula non procedit, si resolutio juris debitoris fuerit voluntaria, *decis. 34. lib. 5. num. 5.*

Resoluto jure datoris, resolvitur & jus acceptoris, *decis. 40. lib. 10. num. 7.*

Responsio.

Responsio ad limites requisitionis, seu propositionis, de jure interpretari debet, *decis. 2. lib. 3. num. 8.*

Restitutio in integrum.

Fundamentum restitutionis in integrum est læsio; & sine ista non datur, *decis. 5. lib. 1. numer. 2. & decis. 1. lib. 14. num. 1.*

Restitutio in integrum; si gratiose a Principe concedatur, non extenditur ad fructuum perceptorum restitutionem; secus autem si concedatur ex justitia, vel ex æquitate juris, *decis. 31. lib. 4. n. 18. & seqq.*

Restitutio in integrum adversus sententiam non datur, quando ista est valida, & justa, *decis. 15. lib. 6. n. 1. & decis. 62. lib. 9. num. 1. & decis. 99. lib. 10. num. 1.*

Restitutio in integrum non datur, nisi constet de injustitia; vel nullitate sententiæ, *decis. 22. lib. 6. n. 1. & decis. 38. num. 1. & decis. 47. n. 2. lib. eodem.*

Ad obtinendam restitutionem in integrum adversus præscriptionem, tam juris, quam Statuti, debet concurrere ignorantia; & quidem probabilis, & justa, *decis. 43. lib. 7. num. 11. & 12*

Restitutio in integrum adversus inconsulto aditam hæreditatem in supremis Tribunalibus datur etiam post lapsum quadriennium, *decision. 19. lib. 9. numer. 13. & decis. 90. lib. 10. num. 17.*
Restitutio in integrum adversus inconsulto aditam hæreditatem datur etiam majori, si concurrat justa causa, constet de læsione & cesset fraus, *decis. 41. lib. 9. n. 1. & decis. 90. lib. 10. n. 17. & decis. 92. n. 20. lib. eodem.*
Et hujusmodi beneficium transit, & transmittitur etiam ad hæredes, *decis. 41. lib. 9. n. 2.*
Læsio ad hunc effectum probatur, si hæreditas sit debitis valde gravata, *decis. 41. lib. 9. n. 5.*
Restitutio in integrum non datur a præjudicio resultante in exceptionibus dilatoriis, *decis. 50. lib. 9. n. 18.*
Concurrente injustitia judicati datur semper restitutio in integrum, *decision. 71. lib. 9. num. 1. & decis. 21. lib. 14. numer. 1.*
Læsio, & injustitia ad effectum obtinendi restitutionem in integrum debet probari, & deduci ex eisdem actis *decis. 71. lib. 9 num. 3.*
Tempus ad petendam restitutionem in integrum non venit, nisi a die sententiæ læsionis, *decis. 90. lib. 10. num. 17. & decis. 92. n. 20. lib. eodem.*

Retentio.

Retentio non competit pro credito posteriori, *decis. 27. lib. 5. num. 16.*
Pro credito illiquido non datur retentio; *decis. 39. lib. 5. numer. 5.*
Retentio facilius conceditur; quam actio, *decision. 19. lib. 5. num. 3.*
Quando creditum est certum in substantia, & quantitate, non potest creditori denegari retentio, *decis. 32. lib. 9. ante num. 1.*
Retentio facile conceditur ad evitandos inutiles circuitus, *decis. 44. lib. 9. n. 17.*
Retentio non datur pro alio titulo diverso ab illo, cujus vigore provenit ad manus retentionem petentis, *decis. 44. liber. 9. num. 19. & decis. 45. n. 10. lib. eodem.*

Retractus.

Gregorius XIII. ad Urbis ornatum dedit viciniis jus retrahendi rem vicinam, *decis. 5. lib. 4 n. 1.*
Et suæ Constitutioni subjecit bona tam fideicommissaria, quam Ecclesiastica, subrogando pretium vinculis pro securitate fideicommissi & Ecclesiæ, *decis. 5. lib. 4. n. 2.*
Ratio dictæ Constitutionis fuit publica utilitas privato commodo præferenda, *decis. 5. lib. 4. n. 3.*
Si dicta Constitutione viciniis rem Ecclesiæ retrahere volentibus nullum aliud onus imponitur, quam ut justum pretium una cum duodecimæ partis augmento in æde sacra deponant, ac postea in stabilibus investiant, non curatu, quod investimenti fructus reditui fundi retracti adæquent, *decision. 5. lib. 4. num. 4.*
Onus, quod investimentum æquet fructus rei retrahendæ, cum Pontifex non præscripserit, nec judex indicere potest, *decis. 5. lib. 4. num. 5.*
Si res retrahenda sit subjecta canoni, potest a retrahente liberari, sed debet tradi alia res stabilis æqualis & in pretio, & in reditu, & hoc quia liberatio respicit privatum commodum, *decis. 5. lib. 4. n. 6. & 8.*
Cumque tale onus non fuerit in Constitutione repertum quoad retrahenda bona Ecclesiæ, consequens est, quod in hoc casu Pontifex illud noluerit, cum agatur de ornatu, & commodo publico, *decis. 5. lib. 4. n. 7. & 9.*
Difficultas, quæ occurrit in reperiendo stabile æqualis valoris, & fructus, efficeret, ut ornatus urbis, & mens Pontificis remaneret elusoria, *decis. 5. lib. 4. n. 10.*
Antedicta Constitutio purificavit bona Ecclesiæ; & illa fideicommissi, unde sicuti fideicommisso est satis consultum, si emptor justum pretium cum augmento persolvat absque adæquatione fructuum, idem pariter est de bonis Ecclesiæ dijudicandum, *decis. 5. lib. 4. n. 11. & 12.*
Utilitas Ecclesiæ considerata in Constitutione respicit investimentum pretii, non æqualitatem reditus, *decis. 5. lib. 4. numer. 13. & seqq.*
Licet in alienatione rei Ecclesiæ exigatur utilitas; tam in pretio, quam in fructu, tamen id non procedit in alienatione coactiva vigore Bullæ Gregorianæ, quæ anteponere voluit ornatum urbis utilitati Ecclesiæ, *decis. 5. lib. 4. n. 16. & 17.*
In casu dubio Gregoriana ita interpretari debet, ut faveat publico ornatui, *decis. 5. lib. 4. n. 19.*
Pro implemento formæ dictæ Constitutionis sufficit investimentum in locis montium, quæ inter stabilia reputantur, & quæ sunt meliora, quam domus, cum istæ subjaceant dislocationibus, aliisque periculis, *decision. 5. lib. 4. numer. 22. & 23.*
Retractus personalis, qui regulariter extincta persona evanescit, si tamen ante fuerit in judicio deductus, etiam mortua persona conservatur, *decis. 45. lib. 5. num. 7. & 8. & decis. 46. n. 26. lib. eodem.*
Retractus personalis, ut puta competens ratione sanguinis, vel vicinitatis, semel per præscriptionem extinctus exerceri nequit, etiamsi denuo distrahatur; secus autem procedit in retractu competente super fundo censito; *decis. 45. lib. 5. n. 14. & decis. 46. n. 26. & seqq lib. eodem.*
Bulla Gregoriana super retractu locum non obtinet, si domus retrahenda sit undequaque perfecta *decision. 45. libr. 5. numer. 22.*
Ad effectum obtinendi retractum ex Bulla Gregoriana requiritur vicinitas præexistens de tempore venditionis, *decis. 46. lib. 5. n. 38. & seqq.*
Ornatus inutilis, & qui sapit æmulationem, non admittitur ad retractum obtinendum, *decision. 46. lib. 5. numer. 41.*

Retrotractio.

Clausula *ex nunc* inducit retrotractionem ad initium, *decis. 50. lib. 6. numer. 24.*
Retrotractio requirit habilitatem extremorum, & quod utroque tempore actus sit validus, & obligativus, *decis. 50. lib. 6. n. 25. et seqq. & decis. 51. n. 10. lib. eodem.*
Fructus debiti ex contractu conditionali; quod purificata conditione retrotrahantur ad diem contractus, & ab eo desumant anterioritatem. *Vide decis. 50. lib. 6. per totam, et decis. 51. per totam lib. eodem.*

Rota.

Rota potest novum mandatum executivum concedere vigore facultatum A. C. sibi communicatarum, *decision. 3. lib. 2. numer. 1.*
Rotæ Auditor, cui tanquam Prælato causa commissa fuit de stylo, etiam in ista debet Coadjutores consulere, *decis. 12. lib. 5. num. 1.*
Rota solet causas resolvere, etiamsi altera tantum pars informet, quando alia debitum terminum habuit, & fuit monita, licet dilationem petat, *decis. 63. lib. 6. n. unico.*
Rotales Constitutiones non arctant ad proponendum quodcunque dubium, sed solum ut consulantur Auditores, antequam deveniatur ad actum expeditionis, *decis. 28. lib. 11. num. 4. & decis. 29. num. 4. lib. eodem.*

S

Sacerdos.

Ex juramento facto per aliquem tacto pectore more sacerdotali, præsumitur, quod sit sacerdos, *decis. 23. lib. 12. num. 13.*

Scientia.

Scientia tanquam quid facti non præsumitur; *decis. 2. lib. 2. num. 2.*
Scientia, & patientia partis non requiritur in actibus possessoriis ad consequendam manutentionem, *decis. 21. liber. 3. numer. 6.*
Sed tamen illa ex multiplicitate actuum præsumitur; *decis. 21. lib. 3. num. 3.*
Scientia generica in præjudicialibus non sufficit, *decis. 43. lib. 6. numer. 4.*
Scientia probatur ex cohabitatione, *decis. 43. lib. 6. n. 5. & decis. 24. num. 5.*
Ex arcta sanguinis conjunctione, & cohabitatione probatur scientia, *decis. 45. lib. 7. num. 3.*
Intellige tamen de actibus successivis; qui fiunt domi, & oculari inspectioni subsunt; non vero de momentaneis, qui per instrumenta celebrantur, *decis. 45. lib. 7. n. 4.*
Scientia in genere idem operatur, ac scientia in specie, *decis. 89. lib. 10. n. 9.*
Scientia præcisa requiritur ad hoc, ut dicatur renunciatum fideicommisso, *decis. 89. lib. 10. n. 14.*
Intellige, quando agitur de translativa, seu abdicativa renunciatione fideicommissi; secus autem si de acceptatione fideicommissi recentioris, sub quo supponantur bona antiquiori fideicommisso obnoxia, *decision. 89. liber. 10. numer. 15.*
Scientia testamenti paterni, & fideicommissi in filio præsumitur, maxime accedentibus circumstantiis, de quibus, *decis. 87. lib. 10. num. 7. & 8. & decis. 88. numer. 9. & decis. 89. num. 9. & seqq. lib. eodem.*
Scientia legati sibi relicti probatur ex consanguinitate; ac ex dilectione, & confidentia, quæ intercedebat inter legatarium, & testatorem, *decis. 33. lib. 11. n. 12.*

Scriptura.

Scripturæ nulliter compulsatæ probant; ubi concurrunt adminicula, & observantia, *decis. 11. lib. 3. n. 22. & decis. 12. num. 14. lib. eodem.*
Et idem procedit in scripturis etiam informibus, *decis. 12. libr. 3. numer. 10. & decision. 9. liber. 4. numer. 29.*
Oppositio contra legalitatem scripturæ facta nimis serotine, & post longam litem, non attenditur, *decision. 27. libr. 3. num. 13. & decision. 28. numer. 13. libr. eodem.*
Maxime si alias fuit in judicio scriptura admissa; *decision. 28. libro 3. numer. 13.*
Scriptura præsumitur subtracta ab eo, contra quem urgebat; *decision. 29. libr. 3. numer. 23.*

Limita, si agatur de processu remissoriali clauso, *decis. 29. lib. 3. num. 14.*

Item si agatur de scriptura, quæ non remansit in publico officio, sed in domo privata, *decis. 29. lib. 3. n. 14.*

Contra occultantem scripturas militat præsumptio, quod illæ sint ei adversæ, *decis. 11. lib. 7. n. 10. & decis. 1. lib. 9. n. 16. & decis. 45. n. 13. lib. eodem.*

Scripturæ licet insertæ, & transcriptæ reperiantur in aliquo antiquo summario, tamen si originaliter non exhibeantur, non probant, *decis. 31. lib. 10. n. 1.*

Ad effectum tribuendi fidem scripturis informibus requiritur observantia, *decis. 1. lib. 16. n. 4.*

Scripturæ quando sunt extrahendæ ab archivio publico, tunc nec requiritur citatio partis, nec compulsoria, *decis. 3. lib. 16. post num. 3.*

Scripturæ informes, etsi repositæ in archivio, tamen non exinde robur assumunt, *decis. 3. lib. 16. n. 5.*

Scriptura etiam antiqua, si non excedat metam centum annorum, indiget recognitione, *decis. 29. lib. 11. n. 1.*

Sufficiunt autem septuaginta anni, ubi non agitur de legalitate ipsius scripturæ, vel instrumenti, sed de recognitione characteris subscriptionis a partibus in eodem instrumento de se legali exaratæ, *decis. 9. lib. 11. n. 2.*

Et in hoc non attenditur tempus moræ, litis, sed tempus, quo recognitio fuit apposita; *decis. 9. lib. 11. n. 3.*

Si scriptura sit adminiculis fulcita, tunc probat absque recognitione, etiamsi necessarium tempus non effluxerit, *decis. 9. lib. 11. n. 4 & 5.*

Vide Productio.

Sedes, & Jus sedendi.

Allegans consuetudinem, quod Vicarius non soleat sedere in synodo post Episcopum, tenetur eam probare, *decis. 29. lib. 3. num. 5.*

Refertur opinio, quod Vicarius in synodo non debeat præcedere Capitulum, *decis. 29 lib. 3. n. 5.*

Contraria autem opinio recensetur, ibid. *n. 6.*

Pro hac secunda opinione adest declaratio Summi Pontificis, nisi contraria adsit consuetudo, unde hæc est attendenda, *decis. 29. lib. 3. n. 7.*

Et dicta præservatio consuetudinis intelligitur de quadragenaria, *decis. 29. lib. 3. n. 8.*

Et hæc consuetudo inchoari non potuit, absente, & non existente Vicario, *decis. 29. lib. 3 n. 9.*

Sententia.

Sententia transit in judicatum, si judex det reverentiales in forma, & intra decem dies commissio non impetretur, *decis. 5. lib. 2. n. 1.*

Sententia non transit in judicatum; quando est injusta, *decis. 5. lib. 2. num. 2. & decis. 8. num. 1. lib. 4. & decis. 11. lib. 5. n. 1. & decision. 11. libr. 10. numer. 4. decision. 23. libr. 11. numer. 14.*

Sententiæ Rotales declarantur a decisionibus in causa editis, *decis. 8. lib. 3. n. 13.*

Sententia etiamsi nulla ex defectu jurisdictionis, tamen multum deservit ad probandum factum antiquum, *decision. 18. lib. 3. num. 6.*

Sententia occupata impugnari amplius non potest, *decis. 18. lib. 3. n. 7. & decis. 22. num. 12. lib. eodem.*

Sententia antiqua probat etiam sine actis; *decis. 22. lib. 3. n. 11. & decis. 28. lib. 12. n. 12.*

Sententia reperta in Archivio Capituli; antiqua, & observata probat, licet non inveniatur originale, *decis. 22. lib. 3. n. 13. & decis. 23. n. 1. lib. eodem.*

Sententia debet justificari ex iisdem actis, quando est executioni demandata, itaut scripturæ denuo productæ non sufficiant, *decis. 7. lib. 4. n. 2.*

Sententia lata per Vicarium Ecclesiæ contra ipsam Ecclesiam magnam habet juris præsumptionem, *decision. 10. libr. 4. numer. 13.*

Sententia lata contra plures fratres sustinetur cum citatione executa contra solum fratrem majorem, qui negotia communia gerebat, *decis. 26. lib. 4. n. 2. & 3.*

Sententiæ nullitatem si allegare non potuisset actor, quatenus succubuisset, ita nec potest reus qui succubuit, *decis. 26. lib. 4. n. 4.*

Sententiæ dicuntur inter se conformes, si una alteram confirmet, *decis. 46. lib. 5. n. 4. & decis. 25. lib. 11. n. 4.*

Sententiæ validitas probatur ex revolutione actorum; *decis. 46. lib. 5. n. 6. & decis. 47. lib. 6. n. 1. & decis. 75. lib. 10. n. 5. & decis. 81. n. 1. lib. eodem.*

Adversus sententiam validam, & justam non datur restitutio in integrum, *decis. 25. lib. 6. n. 1.*

Sententia sine actis non probat, *decision. 37. liber. 6. numer. 13.*

Sententia inter alios lata tertio, etiam coæquale jus habenti, non præjudicat, *decis. 37. lib. 6. n. 14.*

Sententia in diverso casu emanata allegari non potest, *decis. 3. lib. 7. num. 15.*

Sententia plene probat contra eum, ad cujus favorem lata fuit, & qui eam produxit, illaque usus fuit, *decis. 5. lib. 8. num. 2.*

Si sententiam subsequatur uniformis observantia, censetur ex hac sententia ipsa acceptata *decis. 5. lib. 9. n. 14. & decis. 28 lib. 11. n. 13.*

Ex non usu sententiæ, & ex observantia illi adversativa præsumitur consensus interesse habentis, qui eam ex consuetudine abrogari promiserit, *decis. 26. lib. 11. n. 11.*

Sententia executioni non demandata, possessione non privat; *decis. 27. lib. 9. n. 10.*

Duæ sententiæ vigore Statuti urbis inter cives & incolas habent vim trium, *decis. 60. lib. 9. n. 1.*

Sententia lata contra unum non afficit alium ex propria persona, & jure venientem, *decis. 11. lib. 10. n. 2. & decis. 62. n. 18. lib. eodem.*

Sententia absque citatione prolata est nulla, *decis. 11. lib. 10. n. 3. & decis. 20. lib. 14. num. 4.*

Sententia recipit interpretationem a libello, & petitione, *decis. 73. lib. 10. n. 17.*

Sententia nulla non reputatur in numero, *decis. 75. numer. 1. lib. 10.*

Sententia posterior debet revocare primam nullam, alias & ipsa corruit, *decis. 75. lib. 10. numer. 6. & decis. 29. lib. 11. num. 5.*

Procedit conclusio, quando judex *ad quem* procedit tanquam in secunda, non si tanquam in prima, *decis. 75. lib. 10. num. 6. & decis. 11. lib. 11. n. 9.* ubi maxime si in commissione adsit clausula *quam, & quas.*

Quando prima sententia est notorie nulla, tunc neque est opus illam revocare, *decis. 75. lib. 10. n. 7.*

Quando de prima sententia non fuit in actis oppositum per viam exceptionis peremptoriæ, tunc non est necesse illam revocare, *decision. 28. lib. 11. n. 5. & decis. 29. numer. 7. lib. eodem.*

Sententia justa est executioni demandanda, *decis. 103. lib. 10. num. 20.*

Injusta exequi non debet, *decis. 19. lib. 12. n. 1.*

Bononiæ vigore Constitutionis Gregorianæ, duæ sententiæ validæ, & justæ faciunt rem judicatam, & id procedit etiam in foro, & personis Ecclesiasticis, *decis. 25. lib. 11. num. 1.*

Quanquam sententiæ sint latæ in Curia, & sint revocatoriæ alterius de partibus, quando hic in Curia non fuit processum, prout in prima, sed per viam appellationis; nam attenditur Statutum loci, ubi lis fuit inchoata, *decis. 25. libr. 11. n. 2. & seqq.*

Sententia lata super statu contra legitimum contradictorem, afficit etiam non citatos, *decis. 26. lib. 4. n. 14. & decis. 73. lib. 10. n. 15. & decis. 81. n. 2. lib. eodem, & decis. 28. lib. 12. n. 11. & decis. 14. lib. 14. n. 19. & decis. 15. n. 5. & decis. 16. n. 12. & decis. 18. n. 14. lib. eodem.*

Limita, si jus non citatorum sit diversum ab illo citati, *decis. 73. lib. 10. n. 16. & decis. 81. n. 4. lib. eodem.*

Sententia non afficit non citatum, *decision. 12. lib. 14. numer. 6.*

Sententia injusta non privat aliquem sua possessione, *decis. 20. lib. 14. n. 1.*

Licet ex duabus sententiis una contineat summam majorem, & altera minorem, quoad minorem utraque dicitur conformis, *decis. 25. lib. 14. n. 1.*

Separatio Tori.

Pendente judicio super separationem Tori, mulier tenetur præstare viro obsequia matrimonialia, *decis. 12. lib. 14. numer. 1.*

Limitatur, quoties ex causa sævitiæ viri separatio a muliere petitur, & probationes super ea fuerint prompte coram judice exhibitæ, *decis. 12. lib. 14. n. 2. & decis. 13. n. 1. lib. eodem.*

Et procedit limitatio, quanquam judex dignoscat, quod probationes pro effectiva, & perpetua separatione Tori sint inefficaces, *decis. 12. lib. 14. n. 3.*

Mulier non est viro restituenda; si inter eos adhuc considerabiles pendent lites, *decis. 12. lib. 14. n. 4. et 5. et decis. 13. n. 2. lib. eodem.*

Etiamsi vir favorabiles reportaverit sententias; quando ab istis pendet appellatio, *decis. 13. lib. 14. n. 3. et 4.*

Text. in cap. & transmissa, & in cap. literas de restitut. spoliatorum, procedunt, quando mulier propria auctoritate a viro divertit, non autem quando annuente viro, & judice vel Principe auctorizante discessit, *decis. 12. lib. 14. numer. 6.*

Relevantia probationum in causis separationis Tori, in arbitrio judicantis reponitur, *decision. 12. libr. 14. numer. 7.*

Sævitia, ut causare possit Tori separationem, debet esse intolerabilis, & gravis, *decision. 12. libr. 14. numer. 8. et decision. 13. numer. 5. libr. eodem.*

Et tales debent esse actus, ex quibus implacabile odium viri sævientis, & rationabilis metus mulieris reclamantis promanent, *decision. 12. libr. 14. numer. 9. et decision. 13. numer. 5. libr. eodem.*

Metus tunc dicitur ad hunc effectum justus, si actus etiam constantes timere faciant, *decision. 12. libr. 14. numer. 10.*

Mulieres pauperes, & ancillæ uxoris non probant in causa separationis Tori, in qua concludentes exoptantur probationes, *decision. 12. libr. 14. numer. 11.*

Animi alienatio, quæ potest referri vel ad ætatis disparitatem, vel ad aliquod leve inter conjuges contingibile jurgium,

non

non præstat argumentum sævitiæ ad hunc effectum, *decis.* 12. *lib.* 14. *num.* 12.

Arcta custodia mulieris, & prohibitio, ne extra domum vagetur, aliique actus provenientes ex nimia zelotypia, non concludunt sævitiam sufficientem ad Tori separationem, *decis.* 12. *lib.* 14. *n.* 13. *& seqq.*

Simplex, & unica percussio non sufficit, cum requiratur actuum frequentia, *decision.* 12. *lib.* 14. *n.* 18.

Aggressio cum ense ture est sufficiens ad separationem Tori, quando in aggressore probetur animus feriendi, vel occidendi uxorem, secus si talis animus cesset, *decis.* 12. *lib.* 14. *n.* 19. *&* 20.

Sævitia non probatur ex minis, si non justificetur, quod vir sit naturæ terribilis, & quod minas exequi consueverit, *decis.* 12. *lib.* 14. *n.* 22.

Præsertim si emanaverint a viro discreto, & qualificato, *decis.* 12. *lib.* 14. *n.* 23.

Excessus viri inopinatus, & non consuetus, non probat sævitiam, *decis.* 12. *lib.* 14. *n.* 24.

Levis, & moderata uxorum castigatio, viris licita est, *decis.* 13. *lib.* 14. *n.* 6.

Reconciliatio si fuerit inter conjuges secuta, actus antecedentes censentur remissi, nec attenduntur ad probationem sævitiæ, *decis.* 12. *lib.* 14. *n.* 25.

Maxime si antecedentes amaritudines processerunt ex levibus causis, *decis.* 12. *lib.* 14 *n.* 26.

Lites civiles inter virum, & uxorem, præbere non possunt justam causam separationis Tori, si ex illis orta non sit irreconciliabilis inimicitia, & capitale odium, *decis.* 12. *lib.* 14. *num.* 17.

Sequestrum.

Sequestrum inhibet, ut res sequestrata alicui tradi; & consignari non possit, *decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 5.

Sequestrum magis proprie, & facilius debet apponi super mobilibus, propter facilem eorum dissipationem, & occultationem, *decis.* 8. *lib.* 7. *n.* 1.

Ad evitandum sequestrum non sufficit cautio juratoria oblata a persona, qui possidet bona restitutioni obnoxia, *decis.* 8. *lib.* 7. *num.* 2.

Creditores, quibus nulla competit defensio, non sunt citandi in appositione sequestri, sed sufficit, ut citetur principalis possessor, *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 1.

Judicium incipere debet a sequestro, *decision.* 40. *lib.* 10. *numer.* 2.

Limita, quando constat de vitio, & nullitate possessionis, quia hæc quocunque tempore sequestrari potest, *decis.* 40. *lib.* 10. *num.* 2.

Maxime quando adest timor dilapidationis, *decis.* 40. *lib.* 10. *num.* 3.

Vel etiam quando fructuum recuperatio redditur valde difficilis; *decis.* 40. *lib.* 10. *n.* 3.

Servitus.

Servitus non probatur; nisi constet de expressa conventione; & pacto, vel de legitima præscriptione, *decision.* 1. *lib.* 4. *num.* 10.

Ut acquiratur servitus prohibitiva ex conventione, hæc debet esse clara, & continuare causam perpetuam, alias non transit in singularem successorem, *decis.* 1. *lib.* 4. *n.* 11.

Multoque minus in hæredem fideicommissarium, *decis.* 1. *lib.* 4. *num.* 12.

Rem servituti, & oneri subjectam, an quis possit mediante pretio liberare, etiam coactive. *Vide decis.* 32. *lib.* 4. *n.* 10. ubi affirmative, maxime si concurrat causa pia.

Debet autem in tali liberatione solvi pretium, habito respectu ad veram rei æstimationem, *decision.* 32. *lib.* 4. *numer.* 13.

Servitus est accidentalis habitudo, & extrinseca qualitas prædii, *decis.* 25. *lib.* 7. *n.* 3.

Servitus pascendi. *Vide* Jus pascendi.

Signatura.

Auditor Eminentissimi Cardinalis Præfecti Signaturæ non solum habet facultatem, & jurisdictionem in iis causis, in quibus proceditur per viam appellationis, sed etiam in levioribus, in quibus proceditur per viam recursus; ideoque potest remissum admittere, & denegare a sententia, seu decretis latis in Tribunalibus Vicarii, Gubernatoris, & A. C. aliisque adnotantur circa jurisdictionem, & præeminentias utriusque Signaturæ, tam justitiæ, quam gratiæ, in discursu unico, *per totam, fol.* 398. *tom.* 2.

Constitutio Innocentii XII. super electione votantium Signaturæ justitiæ, & indulto eis concesso deferendi Rocchetum, & Cappam, habetur *lib.* 15. *fol.* 406.

Simulatio.

Simulationis exceptio non admittitur; nisi probetur causa simulandi, *decision.* 1. *lib.* 1. *num.* 7. *& decis.* 5. *numer.* 26. *lib.* 5.

Simulatio excluditur, si actus publice, & palam, ac auctoritate judicis expletus fuerit, *d. decis.* 1. *lib.* 1. *n.* 9.

Rursus excluditur, si non adsit necessitas simulandi; *d. decis.* 1. *lib.* 1. *num.* 10.

Simulationis suspicio eliminatur ex qualitate contrahentium, *d. decis.* 1. *lib.* 1. *n.* 11.

Contractus emptionis dicitur simulatus, si adhuc venditor in possessione permansit, *decision.* 5. *lib.* 5. *numer.* 20. *&* 56. *cum seqq.*

Limita, si adsit subsequens locatio, *decis.* 5. *lib.* 5. *n.* 39.

Societas, & socius in genere.

Socius ad ratam effectivæ participationis tenetur ad damni, & onera societatis, *decis.* 3. *lib.* 2. *n.* 20.

De natura societatis est, ut lucra, & damna promiscue sociorum commodo, vel incommodo cedant, *decis.* 16. *lib.* 14. *num.* 3.

Socius adversus consocium non præscribit, *decis.* 17. *lib.* 14. *num.* 6.

Societas officii.

Societas officii de sui natura non exigit, ut socius dans officiali pecunias, admittatur ad condominium officii, *decis.* 3. *lib.* 2. *num.* 5.

Fructus societatum officiorum Innocentius XI. reduxit ad octo pro centenario, *decis.* 21. *lib.* 4. *n.* 6.

Societas officii potest contrahi cum fructibus primæ redactis in novum capitale, *decis.* 14. *lib.* 5. *n.* 6.

Vide Officium.

Societas universalis, seu omnium bonorum.

Inter socios omnium bonorum bona unius remanent hypothecata pro debito alterius, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 12.

Communio omnium bonorum probatur, tum per testes deponentes de promiscua, & indivisa bonorum communicatione, tum ex dotibus assignatis ab uno socio filiabus alterius, tum ex venditionibus factis communi nomine, & ex negotiatione simul exercita, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 13.

Ad inducendam societatem universalem, ultra convictum; & communicationem lucrorum exigitur quoque, quod nunquam fuerit reddita ratio, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 14.

Quoties tamen de ea non constet, vel doceatur, præsumitur non intervenisse, *decis.* 27. *lib.* 9. *n.* 15.

Solemnitates.

Solemnitates statutariæ requiruntur etiam in remissione debiti; *decis.* 17. *lib.* 6. *n.* 8.

Solutio, & solvens.

Solutio facta in causam expressam non potest ad aliam referri; *decis.* 33. *lib.* 4. *n.* 12. *&* 15. *& decis.* 50. *lib.* 6. *n.* 38. *& decis.* 55. *n.* 5. *lib. eodem.*

Solutio prius cedit in extinctionem fructuum, *decis.* 30. *lib.* 5. *num.* 7. *& decis.* 31. *num.* 4. *lib. eodem. & decis.* 14. *lib.* 6. *n.* 13. *& decis.* 57. *num.* 8. *lib. eodem, & decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 14. *& decis.* 32. *n.* 1. *lib. eodem.*

Si quis promittat solvere quantitatem pecuniæ in certa specie, pecunia dicitur esse in obligatione, & species in solutione, *decis.* 13. *lib.* 6. *n.* 6. *& decis.* 21. *n.* 5. *lib. eodem.*

Solvens debitum alterius, habet repetitionem contra debitorem, *decision.* 15. *lib.* 6. *n.* 2.

Etiamsi nullam reportaverit jurium cessionem, cum possit agere utili actione negotiorum gestorum proveniente ab æquitate, quæ non patitur, ut quis cum aliena jactura locupletetur, *decis.* 15. *lib.* 6. *numer.* 5. *&* 6. *& decis.* 16. *numer.* 6. *lib. eodem.*

Limita in emptore solvente ex pretio rei emptæ debita venditoris, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 3.

Quod solvens pro alio non possit petere fructus, & accessiones, nisi agatur de fructibus intrinsecis debitis ratione dominii rei fructiferæ, *decis.* 16. *lib* 6. *n.* 10. *&* 12.

Quando autem reportavit jurium cessionem, tunc absque dubio potest solvens a debitore repetere solutum, *decis.* 22. *lib.* 6. *num.* 1.

Solutio refertur ad debitum antiquius, quod dicitur habere causam duriorem, *decis.* 27. *lib.* 6. *n.* 9.

Non cedit solutio in causam debiti fructiferi; quando alia aderat causa infructifera, & debitor post solutionem continuavit fructus persolvere, *decision.* 27. *lib.* 6. *numer.* 10.

Complicatio; seu comprehensio unius minoris partitæ; seu solutionis in alia majori, ex quibus infertur, adeout duæ summæ diversæ pro una eademque summa reputentur, quamvis ex duplici diversa scriptura probentur, *decis.* 35. *lib.* 6. *num.* 1. *& seqq.*

Infertur autem dicta complicatio; si debitor de tempore solutionis certam summam tantum debebat, quam excessisset, si partitæ duplicarentur, *decis.* 35. *lib.* 6. *n.* 2.

Et maxime, si subductis rationibus debitor parvam summam, tanquam anticipate solutam, repetiit; unde inverisimile fiat, quod longe majorem summam præventive solvere voluerit, *decis.* 35. *lib.* 6. *n.* 3.

Anticipata solutio pecuniæ nondum debitæ, non convenit debitor

bitori exiguæ fortunæ, *decis. 35. lib. 6. num. 4. & decis. 36. n. 13. lib. eodem.*

Magnæ quantitatis ante parta solutio non præsumitur; *decis. 35. lib. 6. n. 5. & decis. 36. n. 11. lib. eodem.*

Maxime si properatio in tempore sit notabilis, [*decis. 35. lib. 9. num. 6.*

Solutio in computorum solidatione facta *per compimento*, præsefert finalem computorum discussionem cum omnium præcedentium partitarum comprehensione, & excludit excessivam solutionem ultra summam debitam, *decis. 35. lib. 6. n. 8. & 9. decis. 36. n. 10. lib. eodem.*

Minor partita in majori complicata censetur, quando admissa complicatione solutiones correspondent debito, *decis. 35. lib. 6. num. 10.*

Complicatio præsumenda est, quando in generali computorum solidatione fuerint etiam minimæ partitæ superatæ, itaut nulla subsit ratio, cur considerabilis quantitas omissa fuerit, *decis. 35. lib. 6. n. 11.*

Diversitas temporis, quantitatis, & personarum, ostendit diversitatem partitarum, *decis. 35. lib. 6. n. 13. & decis. 36. num. 1. & seqq. lib. eodem.*

Declara, id procedere in dubio, non autem quando ex conjecturis identitas demonstratur, *decis. 35. lib. 6. n. 13. & decis. 36. n. 1. & seqq. lib. eodem.*

Complicatio summarum non præsumitur, quando ex ea sequeretur, quod creditor pauper creditum inexactum reliquisset, *decis. 35. lib. 6. n. 15.*

Fallit, si talis præsumptio contraria facti veritate tollatur, *decis. 35. lib. 6. n. 16.*

Solutio duplicata dicitur, si de ea appareat ex diversa scriptura; *decis. 36. lib. 6. n. 1.*

Idque procedit, sive agatur de instrumentis actualium solutionum, sive de simplicibus confessionibus de recepto, *decision. 36. lib. 6. num. 2.*

Maxime si adjungatur diversitas temporis, & summæ, *decis. 36. lib. 6. num. 3.*

Prima solutio non continetur in secunda confessione, si partes id non exprimant, *decision. 36. lib. 6. n. 4.*

An solutiones præsumantur plures, vel unica, etiamsi appareant ex diversis scripturis, est res, quæ integre reponitur in arbitrio judicantis, qui pensatis conjecturis, & circumstantiis hinc inde, sibi magis probabilem opinionem admittere debet, *decis. 36. lib. 6. n. 9.*

Sola præsumptio desumpta ex inverisimilitudine anticipatæ solutionis non destruit probationem duplicatæ solutionis resultantem ex duplicata scriptura, *decision. 36. liber. 6. numer. 11.*

Declara, quod prædicta conclusio procedat, quando unice concurrit inverisimilitudo anticipatæ solutionis; secus autem si jungantur debitoris paupertas, & impotentia, nec non illius mora in cæteris solutionibus, *decis. 36. lib. 6. num. 12. & 13.*

Præsumptio super duplicata solutione promanans a pluralitate scripturarum, potest contraria probatione etiam conjecturali elidi, *decis. 36. lib. 6. n. 14.*

Nec illi multum roboris addit diversitas summæ; cum ista semper concurrat, quando agitur de complicatione summæ minoris in majori, *decis. 36. lib. 6. n. 15.*

Minusque est considerabilis diversitas temporis, quando pauci intercesserunt dies inter unam & alteram scripturam, *decis. 36. lib. 6. n. 15.*

Diversitas quoad modum solutionis non dicitur adesse, si in una scriptura asseratur intervenisse numeratam pecuniam, in alia vero depositum, nam illa verba *in numerata pecunia* non sunt tribuenda Notario, quasi quod de numeratione se rogavit, sed important meram confessionem creditoris pecuniæ satisfactionem fatentis, & mentio depositi est compatibilis cum schedula alicujus banchi, quæ numeratæ pecuniæ æquivalet, *decis. 36. lib. 6. n. 16.*

Solutio dicitur facta in causam præambulæ obligationis, si alia non adest causa, ad quam referri possit, *decis. 37. lib. 6. n. 2. & decis. 3. lib. 7. n. 19.*

Etiamsi dies solutionis adhuc non advenisset, quia de jure quis non prohibetur ante diem solvere., *decis. 37. lib. 6. num. 3.*

Solutio referri non potest ad debitum adhuc non maturatum; quando alterum adesset, quod tunc solvi debebat, *decis. 37. lib. 6. num. 4.*

Solvens cum pecuniis debitoris, nullum jus, nullamque actionem acquirit, *decis. 37. lib. 6. num. 5.*

Solutio non potest referri in causam fructuum, quando isti tunc non debebantur, *decis. 50. lib. 6. n. 36.*

Item si expresse facta fuerit in causam sortis, *decis. 50. lib. 6. num. 38. & decis. 31. lib. 7. num. 16. & decis. 32. numer. 2. lib. eodem.*

Si judex mandavit, ut quantitas soluta deberet reinvestiri; signum evidens, quod non cedebat in causam fructuum, *decis. 50. lib. 6. num. 42.*

Solvens potest declarare, in quam causam solutionem fecit; *decision. 78. lib. 7. n. 18.*

Solutio in dubio cedit in causam sortis, quando creditum fructuum est dubium, & illiquidum, *decis. 31. lib. 7. n. 1. & 3. & decis. 32. n. 12. lib. eodem.*

Creditor acquiescens decreto judicis mandantis recipi in causam sortis, & illius vigore pecunias exigens, impugnare non potest, quin solutio in causam sortis cesserit, *decis. 31. lib. 7. n. 8.*

Etiamsi exactio facta fuerit a Procuratore; & principalis pecunias receperit, & investiverit ad formam decreti, *decis. 31. lib. 7. num. 10.*

Si ex post fuerint fructus petiti, & exacti, signum evidens; quod antecedens solutio cesserat in causam sortis, *decis. 31. lib. 7. num. 12.*

Ad dignoscendum, in quam causam cesserit solutio judicialis, non est attendenda petitio creditoris, sed decretum judicis, *decis. 31. lib. 7. n. 17. & decis. 32. n. 10. lib. eodem.*

Quando solutio processit de mandato judicis, tunc respectu solventis nulla injustitia considerari potest, *decision. 31. lib. 7. num. 41.*

Solutio facta *a conto*, agnitionem debiti absolute non importat, etiamsi agatur de solvente, qui probabiliter qualitatem, & quantitatem sui debiti sciebat, *decis. 3. lib. 8. numer. 9.*

Solvens non tenetur esse sollicitus de versione, quoties tale onus recipienti, & non solventi injustum fuit, *decis. 99. lib. 10. num. 7.*

Solutio præsumpta.

Statutum urbis ex lapsu 16. annorum inducens præsumptionem solutionis, non procedit, quando creditor fuit absens, nec valuit sua jura experiri, *decis. 22. lib. 6. numer. 7.*

Tempus sexdecim annorum non completur, nec currit contra minores, & pupillos ad prædictum effectum, *decis. 22. lib. 6. num. 7.*

Ignoranti datur restitutio in integrum adversus hanc statutariam præscriptionem, *decis. 22. lib. 6. n. 7.*

Sed ignorantia debet esse probabilis, & justa, *decis. 43. lib. 7. num. 11. & 12.*

Solutio præsumitur, si ille, qui se prætendebat creditorem, passus fuit pro alio debito relaxationem mandati, & executionem, absque eo, quod compensationem opposuisset, *decis. 37. lib. 6. n. 8.*

Quando de credito constat ex publico instrumento, tunc solutio non præsumitur, sed debet de ea constare per aliud instrumentum, *decis. 38. lib. 6. num. 22. & decis. 39. num. 9. lib. eodem.*

Vel si illa prætendatur deduci ex conjecturis, istæ debent esse pernecesse concludentes, *decis. 38. lib. 6. n. 6. & decis. 39. num. 4. lib. eodem.*

Solus lapsus temporis non sufficit ad arguendam solutionem; nam alias esset frustratoria præscriptio; ideoque talis conjectura admodum levis reputatur, *decis. 38. lib. 6. n. 7. & 9. & decis. 39. n. 5. lib. eodem.*

Præsertim si usque ad mortem creditoris pauci intercesserint anni, *decis. 38. lib. 6. n. 8. & decis. 39. num. 5. & decis. 40. n. 2. lib. eodem.*

Et subinde agatur contra pupillum, & hæredem; quorum taciturnitas potest referri vel ad imbecillem ætatem, vel ad ignorantiam, *decis. 38. lib. 6. num. 10. & decis. 39. num. 5. & decision. 40. n. 2. lib. eodem.*

Qualitas creditoris non soliti tenere pecunias otiosas nihil excludit, si creditum pariat honestas usuras, & hæc proprie non est conjectura, sed qualificatio taciturnitatis, *decis. 38. lib. 6. n. 13. & decis. 40. n. 5. lib. eodem.*

Solutio non probatur ab existentia apocæ penes debitorem, si ista ad eum pervenire potuit alio medio, quam per solutionem, *decis. 38. lib. 6. n. 16.*

Conjecturæ solutionem excludentes magis urgent, quam illæ quæ pro solutione stvent, *decis. 38. lib. 6. n. 16.*

Solutionis præsumptio excluditur, si debitor, quando partem debiti solvit, quietantiam reportavit, quia similiter fecisset, si residuum solvisset, *decis. 38. lib. 6. n. 19.*

Item ex solito debitoris non solvendi alia debita, *decis. 38. lib. 6. n. 21. & decis. 39. n. 8. lib. eodem.*

Solutio potest præsumptionibus & conjecturis probari, *decis. 39. lib. 6. n. 3.*

Opulentia debitoris, ac creditoris egestas, necnon solertia in exigendo, & procrastinatio usque ad mortem informatorum, non sunt conjecturæ de per se distinctæ, sed potius qualificant taciturnitatem, *decis. 39. lib. 6. n. 7.*

Solutio excluditur, si creditor fecit mentionem de ejus credito in testamento, *decis. 39. lib. 6. n. 10. & decis. 40. num. 6. lib. eodem.*

Item si debitoris hæres fassus fuerit se esse debitorem, *decis. 39. lib. 6. n. 11. & decision. 40. n. 6. lib. eodem.*

Creditoris paupertas ad prædictum effectum non probatur ex simplicibus, *decision. 40. lib. 6. n. 4.*

Lapsus temporis, & taciturnitas inducit præsumptionem solutionis, *decis. 43. lib. 7. n. 8.*

Item opulentia debitoris, & creditoris paupertas, *decis. 43. libr. 7. num. 9.*

Item si expectata fuerit mors debitoris informati, *decis. 43. libr. 7. num. 10.*

Solutio præsumitur, ex quo prætensus creditor a debitore pecuniam mutuo acceperit, *decis. 45. lib. 9. n. 15.*

Confitens se esse debitorem, præsumitur de suo antecedenti credito satisfactus, *decis. 8. lib. 11. n. 10.*

Quod confessio debiti non inducat præsumptionem satisfactionis antecedentis crediti, *decis. 9. lib. 11. n. 8.*

Procedit hæc conclusio in simplici confessione, vel approbatione, non autem quando fuit facta calculorum exhibitio,

bitio, & secuta istorum diligens visio, & approbatio; *decis. 9. lib. 11. num. 9.*

Spolium.

Spoliato debetur manutentio ex civili possessione; *decis. 5. lib. 3. n. 2.*
Ex violenta occupatione possessionis oritur probatio super præventiva possessione spoliati, & super privatione spoliantis, *decis. 5. lib. 16. n. 3.*
Spoliato est succurrendum remedio reintegrationis, *decis. 6. lib. 4. n. 8. & decis. 7. n. 1. lib. eodem.*
Spoliato competit manutentio, & quatenus opus sit, reintegratio, *decis. 8. lib. 4. n. 13.*
Constitutio Innocentii XII. super exemptione Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum inferiorum Regni Neapolis a spoliis antea ad Cameram Apostolicam spectantibus, & imposterum in beneficium Ecclesiarum applicandis, habetur, *lib. 15. fol. 409.*

Sponsalia.

Actus gesti in sequelam sponsalium, indicat conjugum præventivum consensum, *decis. 41. lib. 6. n. 10.*
Filius præsumitur certioratus a patre de sponsalibus pro ipso initis, *decision. 41. lib. 6. n. 12.*
Ad hoc, ut sponsalia dicantur contracta, requiruntur clara, & aperta verba, nec sufficit, quod filia patri interroganti respondeat, *starò a quel tanto, che ella farà, e trattorà*, *decis. 6. lib. 14. n. 2.*
Et dicta verba ad summum possent importare consensum de contrahendis sponsalibus in futurum, qui non inducit obligationem de illis ineundis, nec intrat coactio per Sacros Canones præfinita, *decis. 6. lib. 14. n. 3.*
Sponsalia obligatoria contracta non dicuntur, si uterque conjux præsens non sit, *decis. 6. lib. 14. n. 4.*
Sponsalia facta in absentia conjugis non possunt dici ab isto ratificata ex actibus qui tribui possunt causæ amatoriæ servitutis, juxta consuetudinem regionis inter amasios permissæ, *decis. 6. lib. 14. n. 5.*
Si post sponsalia alter ex sponsis dixerit se nolle contrahere matrimonium, ex hoc censetur restituta alio sponso libertas nubendi, cui maluerit, *decision. 6. lib. 14. n. 6.*
Nec potest sponsus a dissensu prædicto recedere in præjudicium alterius, *decis. 6. lib. 14. n. 7.*
Quando post sponsalia inter sponsos supervenerunt graves turbationes, & dissidia, quæ odium probabiliter excitare potuerunt, tum sponsalibus non obstantibus restituitur sponsis primæva libertas, *decis. 6. lib. 14. n. 8.*

Statutum in genere.

Statutum non comprehendit ea, de quibus non loquitur, *decis. 8. lib. 2. n. 20.*
Statutum limitate loquens de certa re, aliam non comprehendit, quæ diversam habet qualitatem, *decis. 8. lib. 2. numer. 21.*
Statutum est stricte interpretandum; *decis. 8. lib. 2. n. 22.*
Statutum mentionem faciens de aliqua re, adjecta peculiari qualitate, non tribuit ad ea, quæ talem qualitatem non habent, *decis. 9. lib. 2. n. 4.*
Statutis, & ordinationibus laicorum editis pro bono publico æquitas suadet, ut Ecclesiastici per suos superiores submittantur, *decis. 2. lib. 4. n. 1.*
Statutum laicale non comprehendit contractus juratos, *decis. 30. lib. 7. n. 5.*
Intellige conclusionem, quando Statutum vel non loquitur de contractibus juratis, vel faciendo mentionem super illos, directe disponat, *decis. 30. lib. 7. n. 6.*
Secus autem si Statutum principaliter, & directe non super juramento, sed super contractibus disponat, eos irritando, & præsumendo simpliciter, quod juramentum fuerit dolo, & metu extortum; hoc enim casu ejus dispositio extenditur etiam ad contractus juratos, *decis. 30. lib. 7. n. 7. & seqq.*
Et hæc opinio maxime procedit, quoties Statutum concernit publicam utilitatem, & minorum indemnitatem, intenditque fraudibus obviare, *decis. 30. lib. 7. n. 11.*
Testatoris voluntas præsumitur uniformis cum patrio Statuto, *decis. 26. lib. 9. n. 12.*
In Statutis multum rubrica attenditur, & hæc quoque est sufficiens pro decisione causarum, & deservit ad interpretationem nigri, *decis. 29. lib. 9. n. 12.*
Rubrica Statuti generalibus verbis concepta informari debet ex ratione, & causa finali in nigro adjecta, *decis. 31. lib. 9. num. 6.*
Statutum patriæ attenditur, & non illud loci, in quo fuit conditum testamentum, quando testator in tali loco degebat accidentaliter, nec contraxerat domicilium, imo ex post reversus ad patriam, ibi fecit codicillos, se denominando de tali patria, *decis. 36. lib. 9. n. 13. & seqq. & decis. 37. n. 4. lib. eodem.*
Si autem quis diu a Patria absuit in alio loco, diu permanens ibi moriens sepulturam elegit, bona emit, incolatum acquisivit, hoc casu censetur se voluisse conformare cum Statuto loci, ubi degebat, & non cum illo patriæ, late *decis. 61. a n. 2. lib. 9. & decis. 62. n. 6. & 7. lib. eodem; & decision. 71. lib. 10. n. 23.*
Licet ad effectum arguendi voluntatem conformem legi, & Statuto loci, in quo quis dedit, requirantur actus, qui præcedant contractum, vel percutiant illius tempus; tamen id non procedit, quando agitur de arguenda voluntate difformi a patrio Statuto; nam ad hunc effectum etiam actus subsecuti attenduntur, & maxime si agatur de testamento, *decis. 61. lib. 9. num. 5. & 6. & decis. 62. n. 4. lib. eodem.*
In minori, & dispositionis statutariæ ignaro, non potest præsumi uniformitas voluntatis, si a Patria absit, *decis. 61. lib. 9. n. 2. & decis. 61. n. 4. & 5. lib. eodem.*
Rigorosa domicilii probatio tunc exigitur, quando agitur de probanda uniformitate voluntatis cum Statuto loci; secus autem si de excludenda uniformitate cum Statuto Patriæ, *decis. 62. lib. 9. n. 13.*
Ad hoc ut quis dicatur se cum statutaria dispositione conformare voluisse, sufficit, ut expresse non declaraverit velle ab ea recedere, *decis. 26. lib. 10. n. 10.*
Si testator se referat ad dispositionem juris, intelligitur de jure statutario, & municipali, non autem de jure communi, *decis. 95. lib. 10. n. 5. & 6. & decis. 96. num. 3. & 5. lib. eodem.*
Limita, si testator locutus fuerit, *della ragione commune*, *decis. 96. lib. 10. n. 4.*
Statutum de dubus locum sibi vindicat, si sententiæ sint justæ, non si injustæ, *decis. 11. lib. 10. n. 1.*
Quod una pars Statuti sit alteri directe contraria, non est admittendum, *decis. 20. lib. 10. n. 23.*
Statutum novum non porrigitur ad contractus antecedenter gestos, *decis. 21. lib. 10. n. 26.*
Statutum non extenditur ad casum, qui est idem secundum juris fictionem, non secundum veritatem, *decis. 53. lib. 10. num. 5.*
Casus omissus a Statuto, regulatur juxta dispositionem Juris, *decis. 96. lib. 10. n. 2. & decis. 21. lib. 11. n. 10.*
Non dicitur autem casus omissus ille, cui mens & ratio Statuti adaptatur, & convenit, etiam si esset casus raro contingibilis, *respons. 2. numer. 265. & seqq. fol. 491. tomo 2.*
Ad jus commune non recurritur, nisi in subsidium, & in iis, in quibus deficit Statutum, *decis. 96. lib. 10. n. 6.*
Statutum loquens de fratre, potest ex conjecturis comprehendere etiam sorores, & quænam sint conjecturæ, *decis. 96. lib. 10. n. 8. & seqq. & Vide* in verbo Frater.
Ubi eadem militat ratio Statuti, non dicitur fieri extensio, sed comprehensio, *decis. 96. lib. 10. n. 18.*
Ubi verba Statuti adaptantur, ibi ejus dispositio locum habere debet, *resp. 2. num. 36. fol. 474. tom. 2. & num. 247. fol. 490.*
Mens, & ratio Statuti potissime attendi debet, *dicto resp. 2. num. 37.*
Etiamsi verba non convenirent, & impropriandа forent, *d. resp. 2. num. 38.*
Argumentum a contrario sensu passim admittitur in Statutis, *resp. 2. n. 98. & 101. fol. 479. tom. 2.*
Non Statutum antiquum, sed novum, per quod antiquum fuit correctum, attendi debet, *res. 2. num. 279. & seqq. fol. 292. tom. 2.*
Ex quibus autem novum Statutum dicatur correctorium, & abrogativum veteris, *resp. 2. num. 284. & seqq. fol. 492. tomo 2.*
Confirmatio Statuti facta ab Episcopo cum clausula *dummodo non sit præjudiciale juribus Episcopatus*, non est allegabilis in Præjudicium Episcopalis Ecclesiæ, *decis. 14. lib. 14. n. 4. & decis. 16. n. 6. lib. eodem.*
Statutum conditum absque consensu Episcopi, illi non præjudicat, *decis. 16. lib. 14. n. 4.*
Statutum quoad Clericos. *Vide* Clericus quoad Statuta.

Statuta particularia.

Ex Statuto *Anconitano* dos feminarum exclusarum succedit loco legitimæ, *decision. 29. lib. 9. per tot.*
Statutum *Auximanum* disponit, quod aliquo decedente absque legitima prole mater succedat in iis, quæ ad defunctum ex materna linea provenerunt, in aliis vero pater ex consanguineis ex latere paterno, *decision. 34. lib. 11. numer. 1.*
Statutum *Bononiæ* annullat donationes sine certis solemnitatibus exaratas, & habet locum in donatione jurata, porrigitque vires etiam ad forenses Bononiæ contrahentes, *decis. 14. lib. 6. n. 27. & seqq.*
Idem Statutum in contractibus minorum exigit licentiam antianorum, & tribunorum plebis, *decision. 16. lib. 7. numer. 7.*
Sed hæc solemnitas suppletur ex præsentia Auditoris Vicelegati cum derogatione Statuti specialiter deputati, *decis. 16. lib. 7. n. 8.*
Idem Statutum defert legitimam matri in solo usufructu, dummodo non transiverit ad secunda vota, *decis. 8. lib. 11. num. 6.*
Statutum *Cesenæ* redigit omnia bona emphyteutica, etiam de directo dominio Ecclesiæ, ad instar allodialium, *decis. 71. lib. 10. n. 10.*

Idem Statutum mandat, ut fratri defuncto succedant solum fratres, & matri atque aviæ reservat solum usumfructum, *decis. 95. lib. 10. n. 3.*

Et quod tale Statutum operetur, etiam ad favorem sororum; quando fratres non existunt, *decision. 96. libr. 10. a numero 8.*

Statutum *Florentinum* excludit feminas a successione, *respons. 1. ante n. 1. fol 455. tom. 2.*

Statutum *Maceratense* requirit in contractibus minorum interventum quatuor consanguineorum, decretum judicis cum causæ cognitione, saltem per duos dies ante interpositionem, *dec. 30. lib. 7. n. 4.*

Dictum Statutum extenditur etiam ad contractus juratos, *decis. 30. lib. 7. n. 12.*

Statutum *Perusiæ* habilitat majores viginti annorum ad contrahendum, *decis. 36. libr. 7. n. 1.*

Defert lucrum dotale marito superstiti in tertia parte dotis, *decis. 83. lib. 10. n. 7.*

Et disponit, quod relictum ab uxore marito, in dictum lucrum imputetur, *dec. 83. lib. 10. n. 10.*

Ex Statuto *Pisauri* dos feminarum exclusarum succedit loco legitimæ, *decis. 30. lib. 9 per totam.*

Statutum *Viterbii* auget legitimam filiorum, & filiarum ad novem ex decem unciis successionis maternæ, *decis. 20. libr. 10. n. 21. & decis. 21. n 24. lib. eodem.*

Sed tamen respectu filiarum debet intelligi non extantibus masculis, *decis. 20. lib. 10. num. 23. & decis. 21. num. 24. libr. eodem.*

Statutum *Urbis cap. 15. lib. 1.* loquitur de officiis amovibilibus, *dec. 2. lib. 2. n. 30.*

Idem Statutum *cap. 125. libr. 1.* loquitur de officiis non amovibilibus, *decis. 2. lib. 2. n. 31.*

Statutum *Urbis* de duabus conformibus consilio, de conformitate, validitate, & justitia sententiarum inter vivos, & incolas omnino observari debet, *dec. 46. lib. 5. n. 1. & decis. 60. n. 1. lib. 9.*

Constituit annum vigesimum pro termino minoris ætatis, *dec. 88. lib. 10. n. 5.*

Extenditur etiam ad Civitatem Veliternam, quæ est in districtu, *dec. 24. lib. 10. n. 2. et 8. et decis. 25. n. 1. et dec. 26. n. 1. lib. eodem, et dec. 26. lib. 11. n. 10.*

Statutum continuativum possessionis.

Statutum continuativum operatur, ut alter non possit mutare causam possidendi ad subvertendam continuationem, *dec. 108. lib. 10. n. 17.*

Volens uti beneficio continuationis a lege; vel Statuto demandatæ, tenetur probare concursum qualitatis a lege, vel Statuto volitæ, *dec. 108. lib 10. ante n. 1.*

Statutum continuativum exigit, ut continuationem prætendens sit habilis, & capax de tempore apertæ successionis, *dec. 108. lib. 10. ante n. 1.*

Quando defunctus transtulit possessionem in alium; mediante clausula *constituti*, tunc Statutum continuativum operari non potest, *dec. 24. lib 11. n. 10.*

Maxime si constituto addita sit clausula *ex nunc prout ex tunc; decis. 24. lib. 11. n. 11. et 12.*

Statutum continuativum non operatur in instanti mortis, *decis. 24. lib. 11. n. 13.*

Sed requiritur, ut hæres declaret velle adire hæreditatem, *decis. 24. lib. 11. n. 15.*

Et hæc declaratio non retrotrahitur ad tempus mortis in præjudicium alterius possidentis, *dec. 24. lib. 11. n. 15.*

Statutum exclusivum feminarum.

Statutum exclusivum feminarum, clericum, illiusque bona non comprehendit, *dec. 26. lib. 6. n. 8.*

Statutum *Urbis lib. 1. cap. 146.* excludit sororem dotatam a successione fratrum, *decis. 52. lib. 6. n. 2.*

Ad constituendam dotem feminæ a Statuto exclusæ attenditur tempus, & statum rerum de tempore dotationis, non de tempore obitus patris, *dec. 52. lib. 6. n. 4.*

Statutum exclusivum feminarum dicitur conditum pro conservatione agnationis, *decis. 36. lib. 9. n. 9. et respons. 1. n. 8. fol. 458. tom. 2. et n. 12. fol. 459. et respons. 2. n. 5. et seqq. fol. 472. tom. 2. et n. 41. fol. 474.*

Ex lege Moysi existentibus masculis feminæ non succedebant, *decision 36. libr. 9. numer. 9. et respons. 2. numer. 3. fol. 471. tom. 2.*

Ex jure antiquo in Italia masculi excludebant feminas, *decis. 36. lib. 6. n. 10.*

Itemque repertebatur sancitum in lege duodecim tabularum, *decis. 36. lib 9. n. 11.*

Statutum exclusivum feminarum est favorabile, ideoque ad hoc ut sustineatur, sufficit sola confirmatio in forma communi, *dec. 36. lib. 9. n. 12.*

Statutum urbis excludit feminas ad favorem masculorum, qui sunt hæredes patris, *decis. 37. lib. 9. n. 4.*

Statutum excludens feminas dotatas propter masculos, eas excludit etiam a legitima, *decis. 20. lib. 10. num. 22. et decis. 21. n. 22. lib. eodem.*

Præsertim si mandet feminas recepta dote, nil aliud petere posse, *dec. 21. lib. 10. n. 23.*

Statutum excludens feminam maritatam, non comprehendit viduam, quæ iterum nubere potest, *decis. 109. lib. 10. num. 17. et decis. 110. n. 6. lib. eodem.*

Statutum exclusivum feminarum potest quidem efficere, ut dos feminarum sit minor legitima, sed non potest operari, ut in dote valeat apponi onus, *decis. 14. lib. 11. n 14.*

Licet Statutum exclusivum feminarum non comprehendat bona extra territorium statuentium posita, tamen si testator disponendo vocaverit venientes ab intestato ad formam Statuti, tunc statutaria sanctio operatur in omnibus bonis hæreditariis ubilibet sitis, *decis. 18. lib. 11. fere per totam, et dec. 19. libr. eodem.*

Statutum excludens feminas ab hæreditate dotantis, nec disponens, quod unica dos sufficiat pro universa exclusione non extenditur ultra dotantis hæreditatem, & constituta dote a patre non operatur quoad hæreditatem fratris, *decis. 20. lib. 11. n. 2.*

Ad hoc, ut intret Statutum exclusivum, requiritur utraque subjectio, personarum scilicet, & bonorum, nec admittitur conjunctio, *dec. 20. lib. 11. n. 3.*

Statutum exclusivum feminarum non extenditur nec de casu ad casum, nec de persona ad personam, *decis. 21. lib. 11. n. 11. et dec. 26. n. 4. et 5. libr. eodem.*

Statutum exclusivum loquens de hæreditate ascendentium, & fratrum, non comprehendit hæreditatem sororis, *dec. 26. lib. 11. n. 3.*

Idque procedit, etiamsi Statutum habeat expressam rationem conservationis agnationis, *decision. 26. libr. 11. numer. 6. et seqq.*

Ad hoc ut ex identitate rationis in Statuto expressæ possit fieri extensio Statuti, requiritur, quod ratio sit eadem, tam respectu personæ excludentis, quam exclusæ, nec non etiam respectu bonorum, itaut nullum discrimen intercedat de casu ad casum, *dec. 26. lib. 11. n. 7.*

Statutum exclusivum feminarum non operatur ad favorem fratrum uterinorum, *respons. 1. numer. 32. fol. 464. tomo 2.*

Statutum excludens matrem, ne bona transeant in extraneas familias, non dicitur odiosum, *decis. 96. lib. 10. numer. 19. et 20.*

Statutum mandans, quod mater filio succedat in iis tantum bonis, quæ defuncto obvenerunt ex linea materna, non dicitur odiosum, nec indiget confirmatione specifica, & efficit, ut amita excludat matrem in bonis a latere patris provenientibus, *dec. 34. lib. 11. per totam, et respons. 2. n. 294. et seqq. fol. 494. tom. 2.*

Non extantibus, vel incapacibus existentibus masculis, cessat feminarum exclusio, *dec. 25. lib. 11. n. 12.*

Si masculi beneficio Statuti renuntient, vel sorores ad successionem admittant, cessat exclusio statutaria, *respons. 1. n. 17. fol. 459. tom. 2.*

Ex lege Moysi filiæ non succedebant in hæreditate paterna, nisi filiis masculis non extantibus, *respons. 2. numer. 3. fol. 471. tom. 2.*

Et quando non extabant filii masculi; tunc ne possessiones transirent de una tribu ad aliam, & de una in aliam familiam, vetitum erat feminas, non solum extra propriam tribum, sed extra propriam familiam nubere, *respons. 2. n. 4. fol. 471. tom. 2.*

Statuta exclusiva feminarum condita dicuntur ad imitationem legis Mosaicæ, ut bona in agnatione, & familia conserventur, *respons. 2. n. 5. et seqq. fol. 471. tom. 2.*

Ideoque ab ea declaratione accipiendo dicendum venit, quod masculi ex femina nupta in eadem familia, sint in Statuto inclusi ad exclusionem aliarum feminarum nuptarum in alienas familias, & masculorum ab istis provenientium, *respons. 2. n. 8. fol. 471. tom. 2.*

Per Statuta exclusiva dicitur fieri reditus ad legem Mosaicam, & Divinam, & propterea ista ad eorum interpretationem attendi, & inspici debet, si non tanquam lex Israelitica, saltem tanquam lex antiqua per eadem Statuta renovata, *respons. 2. n. 12. et seqq. fol. 472. tom. 2.*

Feminis in agnatione nuptis etiam jus commune favet ad hoc, ut Statutum exclusivum in earum favorem interpretari debeat, *respons. 2. n. 20. et seqq. fol. 473. tom. 2.*

Statutum mandans, quod existentibus agnatis feminæ non succedant, inducit dispositionem ad favorem agnatorum, non secus ac si ipsi vocati essent, exclusis quibuscunque aliis sub dictis verbis non comprehensis, *respons. 2. n. 35. fol. 474. tom. 2. et n. 255. et seqq. fol. 490.*

Et tale Statutum dicitur favorabile; & trahi debet ad omnes casus, in quibus agnationibus favor versatur, *dec. respons. 2. n. 257. et seqq. fol. 490. tom. 2.*

Ratio tam inclusiva, quam exclusiva Statuti, attendi debet ad hoc, ut quis ex eo ad exclusionem aliorum succedere possit, *respons. 2. n. 39. fol. 474. tom. 2.*

Ratio unica Statuti Florentini, per quod feminæ excluduntur, est conservatio bonorum in agnatione, *respons. 2. n. 40. fol. 474. tom. 2. et n. 42. et seqq. fol. 475.*

Statutum vocans feminas agnatas ad exclusionem feminarum non agnatarum, adhuc dicitur favore agnationis conditum, *d. respons. 2. n. 44. fol. 475. tom. 2.*

Quando Statutum fuit conditum sub unica ratione conservandi agnationem, tunc sub appellatione agnatorum veniunt etiam transversales, & de linea contentiva, *respons. 2. n. 51. et seqq. fol. 475. tom. 2.*

Etiamsi distent ultra decimum gradum, quia non per hoc de-

sinunt esse agnati; nec deficit in eis habilitas conservandi agnationem, *dicto respons. 2. numer. 65. & seqq. fol. 476. tom 2.*

Et sub hoc Statuto nequeunt ullo modo comprehendi feminæ, quæ vel monasterium sunt ingressæ, vel in alienas familias nupserunt, *dicto respons. 2. numer. 85. & seqq. fol. 478. tomo 2.*

Quando autem feminæ sunt nuptæ in agnatione, tunc masculi ab eis provenientes beneficio Statuti potiri debent, etiam si ipsa femina succedere non posset, quando vel Statutum ipsas feminas absolute, & semper non exclusit, sed in aliquo casu vocavit, vel ratio exclusiva feminarum fuit sola animadversio, quod ipsæ non possent agnationem conservare, *dicto respons. 2. numer. 91. et seqq. fol. 478. tomo 2.*

Imo non solum filii, sed & ipsamet femina, quando est in agnatione nupta, & tali Statuto non arcetur, *respons. 2. num. 104. & seqq. fol. 479.*

Et id procedit, etiamsi verba Statuti sint directa in masculos, nam non verba, sed ipsa ratio agnationis attendi debet, *dicto resp. 2. n. 110. et seqq. fol. 480. tom. 2.*

Et non tantum ad exclusionem alienarum feminarum, sed etiam masculi agnati in gradu remotiori, *d. respons. 2. n. 118. & seqq. fol. 482. tom. 2.*

Adducuntur rerum judicatarum exempla in prædictorum comprobationem, *dicto resp. 2. n. 125. & seqq. fol. 481. tom. 2.*

Et opinio procedit nedum in feudis, fideicommissis, & aliis hominis dispositionibus, sed etiam in Statutis, *dicto resp. 2. numer. 135. et seqq. fol. 482. tom. 2.*

Filii feminæ sic ut supra cum agnato, & in familia nuptæ possunt ad effectum aspirandi ad successionem mensurare proximitatem & gradum a persona matris, & qualitatem agnatitiam a patre desumere, *dicto respons. 2. numer. 160. & seqq. fol. 484. tom. 2.*

Et quatenus etiam mater fuisset incapax; tamen ejus incapacitas illis non obest, maxime si successio aperitur post mortem matris, & ipsi veniant ex proprio jure, & persona, *resp. 2. n. 228. & seqq. fol. 488. tom. 2.*

Contraria opinio procederet, quando Statutum ultra qualitatem agnatitiam voluisset etiam illam masculinitatis in singulo gradu, *dicto respons. 2. numer. 314. & seqq. fol. 494. tomo 2.*

Statutum exclusivum an comprehendat hæreditatem Clerici. *Vide* Clericus quoad Statuta.

Stipulatio.

Una eademque stipulatio potest continere contractus diversæ naturæ, *decis. 11. lib. 7. n. 12.*

Omnis stipulatio transit ad hæredem, quando isti non sunt expresse exclusi, *dec. 11. lib. 7. n. 17.*

Stuprum.

Stuprator tenetur stupratam dotare, & actio transit etiam contra hæredes, *decis. 41. lib. 6. n. 1. & decis 47. numer. 3. & 4. lib. eodem.*

Stuprator tenetur alternative, vel dotare, vel ducere stupratam, *dec. 41. lib. 6. n. 2.*

Et postquam via matrimonii electa fuit, non est locus dotationi, *decis. 41. lib. 6. n. 3. & decis. 43. num. 2. & 3. lib. eodem.*

Si stuprum sit commissum sub fine matrimonii, tunc cessat alternativa, sed tenetur stuprator ducere, *decis. 14. lib. 6. n. 4. & seqq. & dec. 44. n. 2.* ubi etiam auctoritates in contrarium, *& dec. 45. n. 2. & dec. 46. n. 2. & decis. 47. n. 5. lib. eodem, & decis 7. lib 14 n. 2.*

Contra stupratorem non datur actio ad pœnas inflictas a sacris Canonibus, ubi per transactionem fuerunt injuriæ remissæ, *decis. 41. libr. 6. n. 8. & decision. 43. n. 3. lib. eodem.*

Damnum ex stupro illatum est pretio inæstimabile; & melius reparari non potest, quam cum matrimonio, *decis. 41. lib. 6. n. 17.*

Stuprator ad nihilum tenetur, si per ipsum non steterit, quin fides matrimonii per ipsum præstita executioni demandata non fuerit, *decis. 41. lib. 6. n. 19. & decis. 43. n. 7. & decis. 46. n. 3. lib. eodem.*

Si stupratori imputari non possit mora in adimplemento promissæ fidei, contra ipsum non est locus alicui pœnæ, *decis. 41. lib. 6. n. 23.*

Amplia, etiamsi id provenerit ex culpa patris stupratæ, qui nocet in hac materia filiæ, *decis. 41. lib. 6. n. 24.*

Stuprum pluries commissum non præsumitur violentum; & ex reiteratis copulis arguitur consensum mulieris super repromissione matrimonii, *decis. 42. lib. 6. n. 2.*

Consensus mulieris probatur, si in concubitu ab aliquo deprehensa istum deprecata fuerit, ne genitori factum propalaret, *decis. 42. libr. 6. n. 3.*

Transactio super crimine stupri stipulata valet, & servanda est, *decis. 43. lib. 6. n. 1.*

Scientia transactionis initæ super stupro probatur respectu mulieris stupratæ, tum ex istius cohabitatione cum patre transigente, tum ex querimoniis, quod pater promissa non adimplebat, *decis. 43. lib. 6. n. 5. & 6.*

Stuprator etiam cum promissione matrimonii tenetur stupratam dotare, si matrimonium non sequatur ob ipsius obitum, & obligatio dotandi transit etiam ad hæredes, *decis. 44. lib. 6. num. 2. & 3. & dec. 45. numer. 1. & 4. & seqq. & decis. 46. numer. 1. & 2. & decision. 47. numer. 6. libr. eodem.*

Etiamsi super stupro inita sit transactio, in qua simpliciter promissum fuit matrimonium, si istud ex casu fortuito sequi non possit, reviviscit actio pro dote, *decision. 44. lib. 6. numero 4.*

Transactio facta a genitoribus puellæ stupratæ, in qua remissa fuit dos ob promissum matrimonium, si istud sequi non potuit, non sustinetur, quia puella remaneret enormiter læsa, *dec. 44. lib. 6. num. 6. & dec. 46. num. 4. & dec. 47. numer. 7. lib. eodem.*

Item dicitur læsiva dicta transactio, quando ex aliqua conditione fuerunt mulieri procrastinatæ nuptiæ, quarum medio poterat unice honorem reparare, *decision. 44. libr. 6. numero 8.*

Quando mulier patiens se stuprari, promissionem matrimonii ex parte sua per sui corporis traditionem adimplevit, nullam habet stuprator legitimam causam, ob quam matrimonium vel differat, vel evadat, *dec. 45. libr. 6. num. 6. & decis. 7. lib. 14. n. 2.*

Ex stupro cum etiam parentibus fiat injuria, hæc non potest a sola puella remitti, *dec. 47. n. 7. lib. 6.*

Stuprum non committitur, quoties procedunt sponsalia, licet vir possit arbitrio Episcopo puniri, *dec. 47. lib. 6. numero 10.*

Dos contra stupratorem est taxanda judicis arbitrio, *dec. 47. lib. 6. n. 11.*

Dos puellæ stupratæ debetur nedum in ea quantitate, quam juxta conditionem, & facultates habere a primogenitoribus potuisset, sed addi quoque debet congrua recompensa, quam macula per stuprum illata promeretur, *decis. 47. lib. 6. numer. 12.*

Stupratæ debentur etiam fructus dotis statim & irrevocabiliter, & absque ulla conditione, vel obligatione nubendi, cum succedant loco alimentorum, & isti transmittuntur etiam ad hæredes, *dec. 47. lib. 6. n. 13.*

Si pater puellæ stupratæ dedit causam, ne promissum matrimonium cum stupratore sequeretur, licet stuprator ad dotem puellæ teneatur, tamen potest se contra patrem puellæ relevare, *dec. 49. lib. 6. per totam.*

Stuprans sub fide matrimonii tenetur stupratam ducere, etiamsi ficte promisisset, *decision. 7. lib. 14. n. 2. & decision. 8. n. 1. lib. eodem.*

Maxime quando uterque est æqualis conditionis, *decis. 8. lib. 14. n. 2.*

Defloratio probatur etiam ex adminiculis, & conjecturis, cum non sit de actibus, qui palam fiunt, *dec. 7. lib. 14. n. 3. & decis. 8. n. 3. lib. eodem.*

Probatur ex concubitu in eodem lecto, *dec. 7. lib. 14. num. 4. & dec. 2. n. 4. lib. eodem.*

Ex responsionibus ambiguis datis per stupratorem positionibus judicialibus stupratæ oritur suspicio veræ deflorationis, *dec. 7. lib. 14. n. 5. & dec. 8. n. 4. lib. eodem.*

Judiciale juramentum mulieris adminiculatum probat deflorationem, *dec. 7. lib. 14. n. 6.*

Promissio matrimonii in defloratione præsumitur, si mulier sit nobilis, *& dec. 8. n. 5. lib. eodem.*

Probatur per testes etiam singulares, quando sunt adminiculati, *dec. 7. lib. 14. n. 8. & dec. 8. n. 6. lib. eodem.*

Probatur per verisimilitudines, & conjecturas, arbitrio discreti judicis pensare debentis qualitatem personarum, & facti circumstantias, *dec. 7. lib. 14. n. 9.*

Repromissio mulieris elicitur, si sub fide, & matrimonio suum corpus tradiderit, *dec. 8. lib. 14. n. 8.*

Stylus.

Stylus est tanquam lex servandus, & probatur per attestationem curialium, *dec. 41. lib. 5. n. 1.*

Item probatur ex jurata attestatione Notariorum, *decis. 3. lib. 6. num. 3. & decis. 20. la 2. lib. 9. num. 9. & decis. 20. lib. 10. n. 17.*

Stylus Curiæ est attendendus, etiamsi juri contrarietur; *dec. 20. la 2. lib. 9. n. 8. & 11. & dec. 23. n. 2. lib. eodem.*

Stylus probatur ex magna copia actuum, vel instrumentorum ad ejus formam expletorum, *decision. 20. la 2. lib. 9. numero 10.*

Et ex tali frequentia actuum evadit notorius, *decision. 20. la 2. lib. 9. n. 14.*

Stylus servari debet, si ejus eversio urbem litibus impleret, *dec. 20. la 2. lib. 9. n. 15.*

Stylus non dicitur difformis, quando res pluribus modis fieri potest, *dec. 20. la 2. lib. 9. n. 18.*

Stylus ex diuturnitate temporis, actuum frequentia, & judiciali approbatione, dicitur sufficienter probatus, *dec. 20. la 2. lib. 9. n. 9. & dec. 23. n. 2. lib. eodem.*

Ad destruendum stylum non sufficit ostendere, quod aliqui actus fuerint præter eum gesti, sed ulterius exigitur probatio, quod actus juxta stylum gesti fuerint reprobati, *decis. 23. lib. 9. numer. 4.*

Quando agitur de stylo non respiciente decisoria, sed tantum solemnitates extrajudiciales, tunc non est opus ostendere, quod sit confirmatus in contradictorio judicio, *dec. 23. lib. 9. n. 5.*

Ad ex-

Ad excludendum stylum sufficit etiam, ut unica vice contrarium praeticatum fuerit, *decis.* 18. *lib.* 11. *num.* 7. & *decis.* 19. *n.* 17. *lib. eodem.*

Ad stylum Notarii possunt quandoque referri clausulae generales, nunquam autem substantia dispositionis, quia haec semper de testatoris mandato exarata censetur, *decis.* 18. *lib.* 11. *num.* 8.

Stylus praecise probari debet de illa Curia, in qua fuit judicatum, quando ex eo praetenditur evitari nullitas promanans ex defectu alicujus requisiti a jure exoptati, *decis.* 20. *lib.* 14. *num.* 5.

Judex appellationis in decernenda validitate, vel invaliditate mandati, attendere debet stylum judicis *a quo*, *decis.* 1. *lib.* 15. *num.* 6.

Subingressus.

Solvens ex proprio dotem, ministerio legis subingreditur in juribus mulieri competentibus adversus bona fideicommissaria, etiam nulla reportata jurium cessione, *decis.* 15. *lib.* 6. *num.* 4. & *decis.* 16. *n.* 1. *lib. eodem.*

Emptor solvens debita venditoris, ex pretio rei emptae nullam potest subingressionem habere, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 3.

Ad effectum tamen retinendi contra posteriores, etiam nullo accedente pacto, subingreditur in juribus dimissis, *decis.* 16. *lib.* 6. *n.* 5. & *decis.* 68. *lib.* 10. *n.* 20.

Creditor viri utitur juribus dotalibus uxoris, quando ista pro viro fidejussit, *decis.* 31. *lib.* 7. *n.* 27.

Et in eisdem juribus subingreditur etiam ille, ex cujus pecuniis creditor fuit dimissus, dummodo reportaverit cessionem, *decis.* 32. *lib.* 7. *numer.* 28. & *decision.* 32. *numer.* 13. *lib. eodem.*

Proceditque conclusio, licet pecuniae proveniant ex pretio bonorum viri, quia emptor ad tuendam propriam possessionem utitur juribus creditorum dimissorum, *decis.* 31. *lib.* 7. *num.* 29.

Contraria opinio haberet locum, vel quando ageretur de subingressu legali absque pacto, & cessione, vel quando pecuniae fuissent libere per emptorem traditae viro, vel quando mulier accessisset ad tempus, *decis.* 33. *lib.* 7. *n.* 30.

Subrogatio.

Subrogatum induit naturam ejus, cujus loco subrogatur, *decision.* 18. *libr.* 4. *num.* 3. *decision.* 19. *num.* 3. *lib. eodem*, & *decision.* 39. *num.* 3. *lib.* 5. & *decis.* 15. *lib.* 10. *num.* 9. & *decis.* 16. *n.* 7. *lib. eodem.*

Res empta cum capitalibus donatis, loco illorum subrogatur, *decis.* 6. *lib.* 7. *n.* 2.

In particularibus pretium non succedit, nec subrogatur loco rei; *decis.* 65. *lib.* 10. *n.* 9.

Limita in investimento secuto ad formam Bullae juris congrui, *decis.* 65. *lib.* 10. *n.* 10.

Item limita, si appareat de voluntate, & intentione subrogandi, *decis.* 65. *lib.* 10. *num.* 11.

Subrogatio facta super corpore non libero contra mentem Principis, non sustinetur in praejudicium creditorum anteriorum, *decis.* 17. *lib.* 11. *num.* 14.

Subrogatio gratiosa.

Subrogatio gratiosa dicitur justificata, quoties constat de clericatu impetrantis, de lite, & de obitu adversarii in possessione beneficii, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 4.

Et istis requisitis concurrentibus datur subrogato immissio, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 5.

Lis autem ad hunc effectum debet esse super titulo beneficii, nec sufficit super sola possessione, *decis.* 10. *lib.* 12. *num.* 6.

Dicitur constare de lite super titulo, quando in commissione adsunt clausulae *cum omnibus & singulis incidentibus, emergentibus &c. ac quam & quas*, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 7.

Etiamsi a principio causa esset introducta super mero possessorio, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 8.

Lis dicitur introducta super titulo, si provisus illud petiit tanquam suum, & collatum, non tanquam conferendum, *decis.* 10. *lib.* 12. *num.* 9.

Enunciativae impetrationis, & provisionis, incidenter in prosecutione litis emissae ad colorandam possessionem, non inducunt litem super titulo; secus autem si earum narrativa sit facta in prima commissione inchoativa, & excitatoria litis cum praegnantibus clausulis, *decision.* 10. *libr.* 12. *numer.* 9.

Si in commissione expositae solum fuerint molestationes meram possessionem beneficii respicientes, & possessorium fuerit tantum in litem deductum, nulla habita mentione petitorii, tunc etiam virtute praedictarum clausularum non potest dici inducta lis super titulo, *decision.* 10. *lib.* 12. *num.* 10.

Licet in exordio commissionis fuerint tantum expositae molestationes super possessione, tamen si in conclusione fuit postulatum, causam committi indefinite *super omnibus incidentibus, dependentibus, &c.* ac cum clausula *quam, & quas*, nec non cum mentione provisionis, & impetrationis, tunc censetur judicium introductum etiam super petitorio, non obstante, quod istud non fuerit deductum ad speciem, *decis.* 10. *lib.* 11. & *seqq.*

Si vivente collitigante literas suae provisionis quis non expedivit, lis redditur inefficax pro obtinenda subrogatione gratiosa, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 14.

Id tamen procedit, quoties lis fuit introducta; & commissio impetrata ab eo, qui literas non expediverat; secus si ab alio collitigante, qui literis non erat destitutus, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 15. & 16.

Lis calumniosa non suffragat pro sustinenda subrogatione gratiosa, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 17.

Qualibet vero causa etiam levis, & colorata, sufficit ad excludendam calumniam, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 18.

Calumnia ad hunc effectum debet esse adeo manifesta, ut nullo colore obumbrari possit, *decision.* 10. *libr.* 12. *numer.* 19.

Excluditur autem calumnia, tum si quis litem introduxit de consensu Capituli, tum si quis habeat aliqualem juris assistentiam, licet consuetudo, & Statutum ei resistat, & fuerit consuetudo in judicio canonizata, quando talis consuetudinis, & judicati non probetur in litigante scientia, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 20. & 21.

Subrogatio gratiosa non concedi debet, nec suffragat; quando quis impetravit beneficium viventis senio infecti, & infirmitatibus obnoxii, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 23.

Quia tamen id provenit, & fundatur in praesumpta fraude, locum non obtinet, quoties fraudis suspicio cessat, & removetur, *decis.* 10. *lib.* 12. *n.* 24.

Subscriptio.

Subscriptio si non sit recognita, & involvat aliquam suspicionem, non debet attendi, *decis.* 7. *lib.* 11. *n.* 7. & 8.

Limita, si sit antiqua, quia tunc recognitione non indiget, *decis.* 8. *lib.* 11. *n.* 3.

Et sufficit meta 70. annorum ad hoc, ut dicatur antiqua, *decis.* 9. *lib.* 11. *num.* 2.

Substitutio in genere.

Substitutio per praedecessum substituti expirat; *decis.* 18. *lib.* 9. *num.* 1. *decision.* 16. *lib.* 10. *num.* 3. & *decis.* 34. *num.* 7 *lib. eodem.*

Vigore substitutionis, in qua vocati sunt proximiores superstites, succedere possunt solum illi, qui eveniente casu fideicommissi supervivunt, & praedefuncti excluduntur una cum filiis, *decis.* 1. *lib.* 10. *n.* 10.

Sub prima, & generali substitutione, non possunt censeri comprehensi illi, quibus per aliam substitutionem particulariter provisum fuit, *decis.* 14. *lib.* 10. *num.* 22. & *decis.* 19. *lib.* 11. *num.* 12.

Absurdum est, quod quis possit dici sibimet substitutus, *decis.* 14. *lib.* 10. *n.* 22. & *decis.* 19. *n.* 8. *lib. eodem.*

Substitutio non dicitur purificata ad favorem aliorum, donec extat aliquis de genere prius vocato, *decision.* 14. *lib.* 10. *num.* 24.

Discretiva locutio de una substitutione ad alteram, & inter diversas personas, non habetur in consideratione, *decis.* 51. *lib.* 10. *num.* 13.

Substitutio filiorum facta pluribus personis intelligitur discretive cuilibet propriis; secus vero si nemo adsit qui succedere possit, *decis.* 62. *lib.* 10. *n.* 16.

Digressus ad plures substitutionum gradus ad hoc, ut dicatur adesse, considerandae sunt substitutiones, quae subsequuntur casum, de quo agitur, non quae praecedunt, *decision.* 62. *lib.* 10. *num.* 16.

Dicitur adesse, quoties casus substitutionum sunt differentes, *decis.* 52. *lib.* 10. & 11.

Substitutioni locus factus dicitur, si purificatio conditionis advenerit, *decis.* 64. *lib.* 10. *num.* 2. & *decis.* 75. *num.* 10. & *decis.* 95. *n.* 4. *lib. eodem.*

Substitutio facta in casu deficientiae filiorum dicitur purificata, etiamsi filii non nascantur, *decis.* 64. *lib.* 10. *n.* 5.

Substitutio subsequens, quando, & ex quibus dicatur independens a prima, ita ut e casu illius non regatur. *Vide late decis.* 73. *lib.* 10. *a n.* 6. *cum plur. seqq.* & *decis.* 75. *a num.* 11. & *decis.* 81. *a n.* 10. *lib. eodem.*

Caducata una substitutione, caducantur etiam subsequentes cum ea dependentiam, & cohaerentiam habentes, *decision.* 74. *lib.* 10. *num.* 2.

Etiamsi in subsequentibus fuerint additae, & contemplatae aliae personae, *decis.* 74. *lib.* 10. *n.* 5.

In substitutionibus distinctis nequit de una ad aliam fieri extensio, *decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 17.

Non est inconveniens, ut ad diversas substitutiones diversae personae sint vocatae, *decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 19.

Substitutio facta sub conditione, quod quis filios non susciperet, extenditur ad omnem casum, in quo gravatus sine prole decedat, *decis.* 76. *lib.* 10. *num.* 2. & *decis.* 77. *num.* 4. & *seqq.* & *decis.* 78. *num.* 2. & *seqq. lib. eodem.*

Et specifice ad casum quod non nubet, *decis.* 76. *lib.* 10. *num.* 3. 5. & 9. & *decision.* 77. *num.* 4. & *seqq. decis.* 78. *num.* 2. & *seqq. lib. eodem.*

Substitutio distributive pluribus facta, per uniuscujusque mortem purificata dicitur, *decis.* 8. *lib.* 10. *n.* 2. & *decis.* 65. *n.* 2. *lib. eod.*

Limita, si adsit persona praedilecta, quia tunc distributa resolvitur in conjunctivam, *decis.* 8. *lib.* 10. *n.* 3.

Limitatio non procedit, quando substitutio non solum est ... distri-

distributive, sed etiam collective, *decis.* 8. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 65. *lib.* 10. *n.* 3. & 4.
Et prima conclusio habet locum, etiamsi instituti fuerint verbis conjuncti, & reciproce substituti, quoties tam conjunctio, quam reciproca est restricta ad casum vulgaris, *decis.* 65. *lib.* 10. *n.* 6. & 7.
Substitutio facta pluribus non resolvitur in singularitates, quando adest persona prædilecta, *decis.* 34. *lib.* 10. *n.* 5.
Personæ prædilectæ ad hunc effectum dicuntur filii fratris præmortui, qui sint ex liberis testatoris, & qui ab intestato substitutum excluderent, *decis.* 34. *lib.* 10. *n.* 6.
Ex quibus aliis circumstantiis desumatur prædilectio, *decis.* 66. *lib.* 10 *n.* 21. & 22.
Quod substitutio facta pluribus resolvitur in suas singularitates; *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 1 & 4.
Non procedit conclusio, si substitutio sit facta copulative; *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 2. & 3.
Tunc resolutio pluralitatis in singularitates admittitur, quando concurrit præsumpta voluntas testatoris, *decision.* 66. *lib.* 10. *num.* 5.
Secus vero si testatoris voluntas tendat in contrarium, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 6.
Et de hac voluntate dicitur constare, si versatur in fideicommisso particulari ordinato super re insigni, quæ testator optavit, ut in familia conservaretur, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 7.
Resolutio pluralitatis in singularitates non admittitur, quando subjecta materia id non patitur, *decis.* 66. *lib.* 10. *numer.* 8.
Nec quando testator consideravit rem tanquam individuam, & per modum unius, *decis.* 66. *lib.* 10. *n.* 10. & 11.
Minusque quando inter institutos adest conjunctio verbalis, & realis, *decis.* 66 *lib.* 10. *n.* 14.
Substitutio sub conditione *si sine filiis*. *Vide* Conditio si sine filiis.

Substitutio compendiosa.

Substitutio facta sub commemoratione mortis, dicitur compendiosa, *decis.* 8. *lib.* 10. *num.* 3. & *decis.* 9. *num.* 4. *lib. eodem.*
Et sub se continet vulgarem anomalam, *decis.* 8. *lib.* 10. *n.* 4. & *decis.* 9. *numer.* 5. & *decis.* 15. *numer.* 7. & *decision.* 16. *numer.* 5. *lib. eodem.*
Cujus virtus est, ut quamvis caducentur intermediæ substitutiones, tamen aperiatur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducatorum, *decis.* 8. *lib.* 10. *num.* 5. & *decis.* 9. *num.* 1. & *decis.* 15. *numer.* 8. & *decis.* 16. *n.* 6. *lib. eodem.*
Et tali casu substitutus substituto dicitur substitutus instituto; *decis.* 8. *lib.* 10 *n.* 6.
Limita conclusionem, si secunda substitutio sit nominatim facta primo, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 6.
Vel si sit facta cum verbis denotantibus ordinem succedendi, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 7.
Vel si fuerit facta sub conditione, quæ non remansit purificata; *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 8.
Quando ultra mentionem mortis adsunt in substitutione verba imperfonalia, & directa, seu communia, tunc absque dubio substitutio est compendiosa, *decis.* 9. *libr.* 10. *numer.* 9. & *decis.* 15. *num.* 6. ubi etiamsi deficiat verbum *quandoque*. & *decis.* 16. *numer.* 15. & *decis.* 82. *numer.* 12. & *seqq. lib. eodem.*
Substitutio compendiosa continet sub se pupillarem, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 13.

Substitutio fideicommissaria.

In substitutionibus fideicommissariis caducato gradu antecedenti, etiam subsequentes evanescunt, *decis.* 9. *lib.* 10. *n.* 2. & *decis.* 16. *n.* 3. *lib. eodem.*
Substitutio facta per verba directa, & communia, non potest restringi ad solam fideicommissariam, *decis.* 9. *lib.* 10. *numer.* 10.
Maxime si substituta fuerit causa pia, *decision.* 9. *libr.* 10. *numer.* 11.

Substitutio pupillaris.

Substitutio pupillaris facta a patre filio privat matrem legitima; *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 9. & *decis.* 8. *lib.* 10. *n.* 7.
Et sufficit ad hunc effectum etiam pupillaris contenta sub compendiosa, *decis.* 82. *lib.* 10 *n.* 13.
Quod compendiosa resolvatur in fideicommissariam, quando mater est in medio, ne excludatur a luctuosa filii hæreditate, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 14.
Id tamen intelligitur, quoties testator se restrinxit ad bona propria, secus si simpliciter substituit non res, sed personas respiciendo, *decis.* 82. *lib.* 10. *num.* 15. & *decis.* 84. *n.* 16. *lib. eodem.*
Et maxime, quando concurrunt aliæ conjecturæ, quæ ostendant, testatorem voluisse facere substitutionem pupillarem, *decis.* 82. *lib.* 10. *numer.* 16. & *decision.* 84. *numer.* 10. *lib. eodem.*
Conjecturæ autem sunt, si testator mentionem fecit de minori, vel adulta ætate filii, *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 17. & *decis.* 84. *n.* 11. *lib. eodem.*
Idem si substituit alios filios, qui præsumuntur prædilecti; *decis.* 82. *lib.* 10. *n.* 18.
Insuper si matri fuit provisum per alia legata continentia victum, vestitum &c. cum conditione, ut nil ultra prætendere posset, *decis.* 82. *lib.* 10. *num.* 19. & *decis.* 84. *num.* 2. *lib. eodem.*
Si mater fuit exclusa a tutela, & cura filiorum, destinato ad manus extraneo, *decis.* 80. *lib.* 10. *n.* 20.
Si post mortem filiorum fuerint substituti extranei, non mater, *decision.* 28. *libr.* 10. *numer.* 21. & *decision.* 84. *numer.* 13. *lib. eodem.*
Clausula *omni meliori modo*, juncta cum aliis, deservit pro conjectura ad inducendam pupillarem, *decis.* 82. *lib.* 10. *numer.* 22.
Rejicitur hæc conjectura, *decis.* 85. *lib.* 10. *n.* 26. & 27.
Substitutio facta in tota hæreditate, & toto eo, quod relinquebatur filio, est pariter conjectura pupillaris ad excludendam matrem; nam alias si mater caperet legitimam, non verificaretur substitutio in tota, *decis.* 84. *lib.* 10. *n.* 14. *decis.* 85. *n.* 17. *lib. eodem.*
Limita, si filius habebat bona propria; nam sicuti respectu istorum non potest considerari gravamen restitutionis per expressionem totius hæreditatis, ita nec in reliquis, *decis.* 85. *lib.* 10. *n.* 24.
Si pupillaris sit expressa, eo magis excludit matrem a legitima, *decis.* 84. *lib.* 10. *n.* 3.
Quoties testator habuit respectum ad pupillarem ætatem, tunc substitutio pupillaris dicitur expressa, *decis.* 74. *lib.* 10. *numer.* 4.
Quando substitutio est concepta verbis obliquis, non pupillaris, sed fideicommissaria reputanda venit, etiamsi adsit mentio pupillaris ætatis, & facta sit sub conditione, si in pupillari ætate decesserit, *decision.* 84. *lib.* 10. *numer.* 5. & *seqq.*
Verbum *accipere* est directum, & facit pupillare, *decis.* 84 *lib.* 10. *n.* 8.
Verba *volo bona mea vendi, & distribui pauperibus*, an inducant pupillarem, vel fideicommissariam remissive, *decis.* 84. *lib.* 10. *n.* 9.
Substitutio causæ piæ est conjectura ad suadendam pupillarem, *decis.* 84. *lib.* 10. *n.* 15.
Limita, si causa pia sit vocata sub conditione incerta, *decis.* 84. *lib.* 10. *n.* 25.
Quando pupillaris est expressa, desumpta vel ex verbis, vel ex urgentibus, & convincentibus conjecturis, tunc non attenditur, an testator substituendo relationem habuerit ad propria bona, *decis.* 84. *lib.* 10. *n.* 17.
Substitutio facta per verbum obliquum, seu commune *ricada*; absque ulla mentione pupillaris ætatis, & restricta ad bona testatoris, non pupillarem, sed fideicommissariam importat, *decis.* 85. *lib.* 10. *n* 13. & 23.
Avia non potest nepotibus pupillariter substituere, *decis.* 85. *lib.* 10. *num.* 3.
Si substitutio sit facta a duobus insimul, quorum unus pupillariter substituere non poterat, tunc nec respectu alterius substitutio potest censeri pupillaris, *decision.* 85. *lib.* 10. *num.* 4. & 5.
Si Testator intellexit tantum disponere de propriis bonis, substitutio nequit esse pupillaris, *decision.* 85. *lib.* 10. *numero* 6.
Quod autem de propriis bonis only disponere intellexerit, sumitur ex eo, quod expressit velle suum condere testamentum, nam suum testamentum non potest esse testamentum filii, *decis.* 85. *lib.* 10. *n.* 7.
Si duo se invicem instituentes voluerunt, ut uno moriente hæreditas recaderet ad alterum; sicuti respectu istius primæ substitutionis, nulla potest considerari pupillaris, ita neque in sequentibus factis ad favorem filiorum, & successive post illos, & maxime si filii habebant bona propria, de quibus nulla mentio facta fuit, *decision.* 85. *num.* 8. & *seqq. lib.* 10.
Si in nulla parte testamenti pupillaris ætas expressa fuit, imo potius cogitatum fuerit de matrimonio, quod pupillari ætati non concurrit, eadem excludit substitutio pupillaris, *decision.* 85. *n.* 12. *lib.* 10.
Quod si duo disponant in eodem testamento, quorum unus possit pupillariter substituere, alter non, tunc debent reputari duæ dispositiones, itaut una possit continere pupillarem, & altera non, *decision.* 85. *lib.* 10. *num.* 15. & 16.
Contrarium, *decis.* 85. *lib.* 10. *n.* 4. & 19.
Licet testator expresserit, quod disponebat de tota hæreditate, tamen non inde trahi potest substitutio ad bona filii, maxime quando filius habebat de propriis, nisi tamen etiam de istis disponere velle aperte dignoscatur, *decision.* 85. *lib.* 10. *num.* 22.
Qui non habet facultatem substituendi pupillariter, an possit tacite, vel expresse per viam conditionis, vel modi, pupillarem facere, *decis.* 85. *lib.* 10. *n.* 20.

Substitutio reciproca.

Substitutio reciproca considerari non potest, ubi deficit principalissimum requisitum, quod ab ultimo ex honoratis sit tota hæreditas restituenda, *decis.* 8. *lib.* 10. *num.* 7. & *decis.* 10. *n.* 1. & 2. *lib. eodem.*
Verba *quos, & eorum filios, & descendentes quandocunque decedentes*

dentes absque filiis ad invicem sustinuit, importent reciprocam non solum inter primos vocatos, sed etiam inter descendentes, *decis. 63. lib. 10. n. 2.*

Declara, ut conclusio procedat quoad activam vocationem, non vero quoad passivam, & quoad reciprocum gravamen, *decis. 63. lib. 10. n. 3.*

Reciproca non censetur inducta, si deficiant tria requisita Text. in l. Titia Sejo, §. Seja libertis, ff. de legat. 2. *decis. 69. lib. 10. n. 2.*

Reciproca inter personas ejusdem lineæ facilius inducitur, quam de linea ad lineam, *decis. 70. lib. 10. n. 2.*

Si testator voluit, ut bona semper, & in perpetuum remanerent inter descendentes, vel transversales de familia, & agnatione, exinde dicitur inductum reciprocum fideicommissum, *decis. 101. lib. 10. n. 3.*

Substitutio reciproca facta solum inter institutos non extenditur ad filios in conditione positos, *decision. 35. libr. 10. numer. 2.*

Reciproca inter filios in conditione positos, & patruum censetur inducta, si testator prohibuit ipsis filiis alienationem, nec ullus sit datus alius substitutus, *decis. 58. lib. 10. num. 15.*

Reciproca linearis nunquam inducta dicitur, quoties verba possunt verificari inter descendentes uniuscujusque lineæ, *decis. 67. lib. 10. n. 2. & 11.*

Ad hoc ut reciproca linearis volita dicatur, necesse est, ut verba sint adeo expressa, ut sine ea salvari non possint, *decis. 67. lib. 10. n. 3.*

Idque multo magis locum habet in fideicommisso transversali, *decis. 67. lib. 10. n. 4.*

Et maxime quando testator a principio plures personas, & lineas instituit, & consideravit, *decis. 67. lib. 10. n. 5.*

Licet reciproca sit facta inter primos institutos, & postea testator addiderit, *e così anco li figli, e descendenti*, ista verba repetunt quidem eandem substitutionem reciprocam, sed discretivam in qualibet linea non autem linearum, *decis. 67. lib. 10. n. 6. & 7.*

Reciproca linearis in fideicommisso transversali non dicitur volita, nisi prægnantia verborum, & ratio recti sermonis aliter non patiatur, vel concurrant vehementes conjecturæ aliter non verificabiles, *decis. 67. lib. 10. n. 8.*

Si testator etiam post institutos plures mentiones fecit de linea in singulari, censetur eos tanquam unam lineam considerasse ad effectum inducendi promiscuam reciprocam, *decis. 67. lib. 10. num. 9.*

Maxime, quando deficiente prædicta linea masculina vocavit feminas, *decis. 67. lib. 10. n. 10.*

Limita, quando ista unicitas lineæ est imperceptibilis, quia agitur de masculis transversalibus, & a diversis stipitibus provenientibus, & quando vocatio feminarum potest salvari in defectu masculorum cujuscunque lineæ, *decis. 67. lib. 10. numer. 11.*

Reciproca inter primos institutos, prælatio masculorum, digressus ad plures substitutiones, & prohibitio alienationis, non sunt conjecturæ sufficientes ad inducendam reciprocam linearem, cum possit operari in unaquaque linea, *decis. 67. lib. 10. n. 12.*

Omnis sumenda est interpretatio, ut reciproca linearis excludatur, *decis. 67. lib. 10. n. 13.*

Ex ampla prohibitione alienationis ad hoc ut integra hæreditas deferatur ad descendentes masculos, & semper remaneat in agnatione, dicitur inducta reciproca linearis, per quam impeditur scissura, & transitus ad extraneos, *decis. 68. lib. 10. n. 4. & decis. 71. n. 15. & decis. 72. n. 10. lib. eodem.*

Nec talis prohibitio, ac ratio, dicitur tunc stare consecutive, *decis. 69. lib. 10. n. 13. & decision. 17. n. 71. & decis. 72. num. 12. lib. eodem.*

Ex conjecturis potest induci, & desumi reciproca linearis, licet deficiant tria solita requisita, *decis. 69. lib. 10. n. 3. & decis. 30. n. 8. lib. eodem.*

Si testator voluit conservationem agnationis, & quod bona semper permanerent in linea masculina usque ad ultimum masculum, censetur exinde inducta reciproca linearis, *decis. 69. lib. 10. n. 4. & 5.*

Et procedit conclusio, licet testator a principio plures lineas invitaverit, *decis. 69. lib. 10. n. 6. & 7.*

Inter descendentes facilius præsumitur inducta reciproca linearis, *decis. 69. lib. 10. n. 8.*

Reciproca inter primos vocatos, votum conservandæ agnationis alienationis prohibitio, sunt circumstantiæ reciprocam linearem suadentes, *decis. 69. lib. 10. n. 9.*

Reciproca linearis inducitur ex concursu trium requisitorum, quod scilicet omnes sint vocati, substitutio sit facta ultimo morienti, & in tota hæreditate, *decis. 70. lib. 10. n. 3.*

Vocati dicuntur omnes, si testator sustinuit descendentes usquequo aliquis ex eis extiterit, *decis. 70. lib. 10. n. 4.*

Substitutio dicitur facta ultimo morienti, si sit facta deficiente linea, vel descendentia, *decis. 70. lib. 10. n. 5. & 6. & decis. 73. n. 1. lib. eodem.*

Ut substitutio dicatur facta in tota hæreditate, non requiritur, quod id expressis verbis dicatur; sed sufficit, quod indefinite de hæreditate restituenda mentio fiat, *decis. 70. lib. 10. n. 7.*

Digressus ad plures substitutionum gradum cum verbis perpetuitatem denotantibus est conjectura suadens reciprocam linearem, *decis. 70. lib. 10. n. 9.*

Si testator voluit, ut in defectu descendentiæ bona pervenirent ad locum pium, vel alios substitutos, de necesse dicitur inducta reciproca inter descendentes, *decision. 70. lib. 10. n. 10.*

Substitutio vulgaris.

Vocatio copulative facta de filiis, nepotibus, pronepotibus &c. dicitur facta per vulgarem, *decis. 15. lib. 10. n. 5. & decis. 16. n. 4. lib. eodem.*

Ideoque per prædecessum primi substituti, alii illius locum occupant, & subingrediuntur, *decis. 15. lib. 10. n. 6. & decis. 16. n. 4. lib. eodem.*

Substitutio vulgaris per actum aditionis expirat, *decis. 45 lib. 10. n. 12. & decis. 63. n. 1. lib. eodem.*

Substitutio facta sub conditione non existentiæ, dicitur vulgaris, & per solam existentiam expirat, *decis. 62. lib. 10. numer. 1.*

Maxime si concurrant verba restrictiva, & hæc restrictio non solum haberi potest per verba *tunc*, & *eo casu*, sed etiam ex aliis dictionibus æquipollentibus, *decis. 72. lib. 10. numer. 2.*

Talis autem dicuntur tam dictio *vi*, quæ apposita post verbum *morendo* æquipollet dictioni, *tunc*; *decis. 62. lib. 10. num. 3.*

Quam etiam dictio *sin minus*, *decis. 62. lib. 10. n. 4.*

Quam demum verba *li sostituisco*, quæ pariter personalitatem, & restrictionem inducunt, *decision. 61. lib. 10. numer. 9.*

Verbum *morendo* restringit pariter ad prædictum effectum substitutionem ad tempus mortis, *decis. 62. lib. 10. n. 12.*

Prædicta substitutio eo maxime dicitur vulgaris, quando non adsunt verba tractum temporis designantia, *decision. 62. lib. 10. num. 13.*

Licet vocati sub prædicta conditione reperiantur ex post gravati, exinde non infertur, quod substitutio sit fideicommissaria, quia gravamen operatur tantum casu, quo vulgaris locum habere potuisset, *decis. 62. lib. 10. n. 17.*

Absurdum, quod meliores essent conditionis extranei, quam proximiores, non attenditur pro arguenda in prædicto casu substitutione fideicommissaria, *decis. 62. lib. 10. n. 18. & 19. & decis. 81. n. 22. lib. eodem.*

Minusque suffragat, quod filii sint positi in conditione, *decis. 62. lib. 10. n. 20.*

Nec attenditur privatio in casu delicti, quia hæc pariter potest verificari in vulgari, *decis. 62. lib. 10. n. 22.*

Conjectura desumpta ex qualitate legitimitatis, & naturalitatis, pariter rejicitur, *decis. 62. lib. 10. n. 23.*

Ad evitandum absurdum, quod remotiores sint melioris conditionis, quam proximiores, substitutio potius dici debet vulgaris, quam fideicommissaria, *decis. 74. lib. 10. n. 6. & decis. 81. n. 15. lib. eodem.*

Limita, si fideicommissaria vocatio sit clara, nam tunc absurdum non attenditur, *decis. 81. n. 21. lib. eodem.*

Vulgaris anomala contenta in compendiosa efficit, ut caducato gradu intermedio substitutus in illius locum ingrediatur; *decis. 8. lib. 10. n. 4. & 5. & decis. 9. n. 10. & decis. 15. n. 8. & decis. 71. n. 2. lib. eodem.*

Conclusio procedit etiam in filiis in conditione positis, qui vigore Statuti censentur vocati; nam isti quoque subingrediuntur in locum patris prædefuncti, *decis. 23. lib. 10. numer. 11.*

Vigore vulgaris anomalæ filius subingreditur in locum patris prædefuncti, illiusque personam repræsentat ad effectum succedendi una cum patruis, *decis. 20. lib. 10. n. 5.*

Limita, si testator voluit, ut attenderetur proximitas, & servaretur gradus prærogativa, *decis. 20. lib. 10. n. 6.*

Item limita, si filii sint solum vocati ad portionem proprii parentis; nam tunc per vulgarem non subintrant ad succedendum in portione patruorum, cum ad hunc effectum requiratur, ut sint vocati ad totam hæreditatem, *decis. 55. lib. 10. n. 21. & seqq.*

Substitutio descendentium dicitur facta per vulgarem; *decis. 63. lib. 10. n. 3.*

Maxime si sint substituti in stirpes, & non in capita, *decis. 63. lib. 10. n. 4.*

Et procedit conclusio, etiamsi descendentes sint junctim nominati una cum filiis & filiorum respectu vocatio sit fideicommissaria; quia non est inconveniens, ut una determinatio respectu filiorum sit passiva, respectu vero descendentium simpliciter activa, quando in illis, & in istis diversa militat ratio, *decis. 63. lib. 10. n. 5. & 6.*

Limita generalem conclusionem, si adsit verbum *quandocunque*, quod importat tractum successivum, *decis. 63. lib. 10. num. 7.*

Sed limitatio non procedit, quando verbum *quandocunque* non percutit verbum *substituit*, sed est appositum post verbum *decedentes*, *decis. 63. lib. 10. n. 8.*

Substitutus.

Ultimus substitutus admittitur, si nullus compareat de comprehensis in aliis substitutionibus, *decision. 59. lib. 10. num. 42. & decis. 61. n. 2. lib. eodem.*

Substitutus sub duabus conditionibus alternativis ad hoc, ut admittatur, sufficit, ut altera ex ipsis purificetur, *decis. 65. lib. 10. num. 1.*

Qui prætendit se substitutum fuisse, debet suam vocationem ex verbis substitutionis probare, *decis. 75. lib. 10. n. 15.*

Successio.

Successio eventualis non est in consideratione habenda, *decis. 26. lib. 6. n. 10.*

Quod recipiat æstimationem *decis. 89. lib. 10. n. 19.*

In successione duplicitas vinculi parentelæ non attenditur ultra fratres, & fratrum filios, *decis. 22. lib. 7. n. 3.*

Soror ex utroque latere conjuncta excludit sorores consanguineas a defuncti fratris successione, *decis. 30. lib. 7. numero 2.*

Frater succedit sorori sine liberis defunctæ, *decis. 15. lib. 9. numero 1.*

Mater filia absque filii defuncto succedit, *decis. 17. lib. 9. numero 3.*

Succedere non dicitur, qui cum effectu non succedit, *decis. 68. lib. 9. num. 21.*

Licet onus restituendi per fideicommissum non diversificet successionem testatam ab intestata, tamen hoc procedit in fideicommisso conditionali, non autem in puro, *decis. 68. lib. 9. n. 34. & 36.*

Fratres, & sorores concurrunt in successione intestata una cum ascendentibus, *decis. 68. lib. 9. num. 10. & decis. 69. n. 1. & decis. 71. n. 7. lib. eodem.*

Procedit in utrinque conjunctis, non in consanguineis, *decis. 70. lib. 9. n. 4.*

Et tale jus successionis non porrigitur ultra fratres ad ulteriores gradus, *decis. 08. lib. 9. n. 13.*

Successio de jure regulatur juxta gradus prærogativam, *decis. 22. lib. 10. n. 5.*

Et ab ista juris dispositione non est recedendum, nisi clare constet de disponentis voluntate in contrarium, *decis. 22. lib. 10. num. 6.*

Nepos ex filio præmortuo succedit æqualiter cum aliis filiis, *decis. 51. lib. 10. n. 4.*

Mater ad successionem filii concurrit una cum fratre, *decis. 96. lib. 10. n. 1.*

Sorores, & fratres æqualiter concurrunt in successione fratris, *decis. 20. lib. 11. n. 1.*

Æquales in gradu æqualiter succedunt, sublata qualibet agnationis, seu cognationis differentia, *decision. 21. libr. 11. num. 4.*

Et sublata etiam qualibet differentia sexus, *decis. 22. lib. 11. num. 1.*

Nepotes ex fratre, vel sorore, concurrunt æqualiter cum patruo, vel avunculo in successione, *decis. 25. lib. 11. n. 1. & decis. 26. n. 1. lib. eodem.*

Successio inter æquales in gradu datur in capita, & non in stirpes, *decis. 21. lib. 11. n. 2.*

Succedentes per viam repræsentationis, quod repræsentent solum gradum, & non personam, ita ut ex propria persona gradum subintrent, atque id tam si agatur in successione descendenti, quam etiam in collaterali, *decision. 23. lib. 11. a num. 2.*

Succedentibus ab intestato datur immissio ex interdicto quorum bonorum, *decis. 26. lib. 11. n. 2.*

Si testator revocando testamentum dixerit se velle decedere intestatum, & quod in ejus hæreditate succederent ab intestato venientes ad formam Statuti, an hoc casu successio dicatur testata, vel intestata, *decis. 18. lib. 11. per totum, & decis. 19. lib. eodem.*

Si Statutum mandet, quod mater succedat filio in iis tantum, quæ defuncto obvenerunt ex linea materna, tunc omnia in bonis provenientibus ex latere paterno matrem excludit, *decis. 34. lib. 11. n. 2. & 8.*

Nec ad excludendam efficaciam hujus Statuti requiritur, quod in hæreditate defuncti concurrant bona utriusque qualitatis, *decis. 34. lib. 11. n. 3. 4. & 5.*

Tale Statutum non dicitur prospicere conservationi agnationis, sed potius reversioni bonorum ad suum principium, ideoque favet etiam feminis ex latere paterno attinentibus, *decis. 34. lib. 11. n. 5. & seqq.*

Successio intestata debet regulari ad formam Statuti municipalis, quod Civitatis testamentum dicitur, & cum quo voluntas defuncti uniformis creditur, *respons. 2. num. 32. & seqq. fol. 474. tom. 2.*

Successor.

Licet appellatione successorum legitimorum possit venire quilibet successor extraneus, tamen id non habet locum, quando subjecta materia, & voluntas disponentis suadet restitutionem ad solos successores sanguinis, *decis. 7. lib. 10. n. 9. & decis. 80. n. 5. lib. eodem.*

Et deducitur talis voluntas, ex quo in cæteris partibus dispositionis semper de sanguinis successoribus testator locutus fuit; ideoque etiam in conditionali, ubi successionis, vel successionum defectum consideravit, intelligi debet de eisdem sanguinis successoribus, maxime stante dictione relativa, *ut supra, decis. 79. lib. 10. num. 9. & 10. & decis. 80. num. 6. & 7. lib. eodem.*

Dictio *successio*, & *successor* æquivalent, ac si dictum fuisset, prolis, seu posteritas, *decis. 79. lib. 10. n. 11.*

Sumptum.

Sumptum de sumpto fidem non facit, *decis. 1. lib. 16. num. 2.*

Synodus.

Constitutio synodalis edita de censura Cleri, tanquam jus particulare ab omnibus de diœcesi servari debet, *decis. 14. lib. 14. num. 7. & decis. 15. num. 6. & decis. 16. num. 9. & decis. 18. num. 13. lib. eodem.*

Constitutio synodalis approbata a Papa, debet attendi, & servari, *decis. 14. lib. 14. n. 18.*

T

Testamentum in genere.

Testamentum condere potest etiam filius familias quando est clericus, *decis. 7. lib. 2. n. 3.*

Confessarii attestationi in re testamentaria multum defertur, *decis. 1. lib. 9. n. 11.*

Præsertim si cum sua depositione decesserit, *decis. 1. lib. 9. numer. 12.*

Ex Statuto Bononiæ ultra testes in testamento de jure requisitos exigitur Sacerdos, qui cum Notario testetur de sana mente, *decis. 2. lib. 9. n. 1.*

Testamenti validitas non consistit in veritate, & sinceritate actus, sed in solemnitatibus a jure communi, vel municipali requisitis, *decis. 2. lib. 9. n. 2. et decis. 16. lib. 12. n. 17.*

Si testamentum prudenter fuerit confectum, sustinetur, etiamsi non intervenerit testis a Statuto requisitus ad probationem sanæ mentis, *decis. 2. lib. 9. n. 3. & 4.*

Formalitates, quæ exiguntur in testamento cæci, non sunt necessariæ, si illud exaretur sincere, & ad favorem venientium ab intestato, *decis. 2. lib. 9. n. 5.*

Statutum Bononiæ non exoptat interventum Sacerdotis, vel Religiosi, quando testamentum est conditum favore venientium ab intestato, *decis. 2. lib. 9. n. 6.*

Forma volita a Statuto pro certitudine sanæ mentis, potest per æquipollens suppleri, *decis. 2. lib. 9. n. 8.*

Nullitas testamenti probanda ex testibus formiter examinandis, non dicitur incontinenti justificata, *decis. 3. lib. 9. num. 11. & 13.*

Etiamsi agatur de testibus testamentariis, *decis. 3. lib. 9. numer. 12.*

Attestationes testium, qui fuerunt præsentes in rogitu testamenti, admittuntur tanquam coadjuvativæ ad ipsos, *decis. 3. lib. 9. num. 14.*

Priores testium depositiones tanquam magis proximæ actui testamenti præferuntur posterioribus, quæ per subornationem censentur extortæ, *decis. 3. lib. 9. num. 15. & decis. 5. num. 6. lib. eodem.*

Multum confert pro validitate testamenti, si sit institutus hæres, qui familiam testatoris valeat conservare, *decis. 3. lib. 9. num. 19.*

Fraudis suspicio in testamento cessat, si testator supervixerit, & testamentum revocare non curaverit, *decis. 3. lib. 9. n. 20.*

Ex conjecturis potest coadjuvari sinceritas, & bona fides testamenti, & istæ debent uniri, & simul considerari, *decis. 3. lib. 9. num. 21.*

Testamentum in quo Notarius ad sui favorem scripsit legatum, non remanet ex hoc vitiatum, *decis. 3. lib. 9. n. 22.*

Error qui tribui potest scriptori, non vitiat testamentum, *decis. 3. lib. 9. n. 23.*

Postquam testator subscripsit testamentum, & jussit publicari, non requiritur, ut aliam verbalem approbationem faciat in ipsa publicatione, *decis. 5. lib. 9. n. 8.*

In testamento verba, *e questa dichiaro essere la mia volontà*, æquipollent clausolæ actuum, *decis. 4. lib. 9. n. 9.*

Observantia testamenti efficit, ut illud præsumatur verum, legale, *decis. 4. lib. 9. num. 10. & decis. 5. n. 12. lib. eodem, & decis. 9. n. 17. & seqq. lib. 10 & decis. 10. n. 8. & decis. 33. n. 18. & decis. 86. n. 8. & seqq. lib. eodem.*

Non est prohibitum blanditiis, & suasionibus absque tamen violentia, & dolo, aliquem inducere ad sibi relinquendum, & ad testandem, *decis. 4. lib. 9. n. 12.*

Verisimilitudo, & laudabilitas dispositionis multum attenditur ad illius veritatem suadendam, *decis. 4. lib. 9. n. 13. & decis. 5. n. 10. lib. eodem.*

In dubio quantum fieri potest curandum est, ut dispositio sustineatur, *decis. 4. lib. 9. n. 15.*

Testamentum juris solemnitatibus destitutum non valet, *decis. 5. lib. 9. num. 2.*

Quando constat de præordinatione voluntatis, facilius illius perfectio suadetur, *decision. 5. lib. 9. num. 10. et decis. 6. num. 2. lib. eodem.*

Testa-

Testamentum dignoscitur a testatore dictatum, si in eo sint descripta ea, quæ scribens ex se scire non poterat, *decis. 5. lib. 9. num. 12.*

Affectio animi erga hæredem institutum, & aversio ab eo, qui erat successurus ab intestato, multum conferunt ad veritatem testamenti fundendam, *decis. 6. lib. 9. n. 3. & decis. 8. num. 5. lib. eodem.*

Præordinatio voluntatis probatur, si testator in ipsa infirmitate dixerit, se velle instituere eum, quem post hæredem fecit, *decis. 6. lib. 9. n. 4. & decis. 10. n. 7. lib. eodem.*

Et ad hunc effectum sufficit, ut coram quavis persona testator voluntatem declaraverit, & junguntur actus tam antea, quam post emissi, *decis. 6. lib. 9. n. 6.*

Notarius præsumitur vocatus de ordine testatoris, *decis. 6. lib. 9. num. 7.*

Testes domestici, & feminæ admittuntur ad probandam voluntatem testatoris, *decis. 6. lib 9. n. 10.*

Ac etiam legatarii, *decis. 6. lib. 9. n. 11. & decis. 11. n 22. & 23. & decis. 12. n. 19. lib. eodem.*

Legatarius non admittitur, quando agitur de probando legato contra hæredem, *decis. 6. lib. 9. n. 11.*

Nec quando agitur de relevando testamento per testes, *decis. 12. lib 9. n. 20.*

Monachus non rejicitur a testificando super testamento ob legatum quod in eo fuit scriptum favore monasterii, *decis. 6. lib. 9. num. 12.*

Maxime si ab aliis testibus adminiculetur, *decision. 6. libr. 9. numer. 13.*

Sanitas mentis in testatore præsumitur, & ex quibus illa arguatur, & quod attendatur attestatio Notarii, *decision. 6. lib. 9. num 14. & seqq. & decis. 9. n. 7. & seqq. & decis. 11. a n. 29. lib. eodem.*

Notarius debet fideliter recensere, quæ coram se gesta fuerunt in actu testandi, non autem interpretari, *decis. 6. libr. 9. num. 20.*

Si testator audita lectura testamenti omnia approbavit, excluditur suspicio fraudis, *decis. 6. lib. 9. n. 23.*

Item eliminatur suspicio, si testamentum fuit publice, & aliis adstantibus exaratum, *decision 6. lib. 9. n. 24. & decis. 8. n. 6. lib. eodem.*

In materia testamentaria quælibet levis suspicio sufficit ad repellendos testes, *decision. 6. lib. 9. n. 25.*

Testamentum publicatum non vacillat ex contradictione unius vel duorum testium, *decision. 6. lib. 9. num. 27. & decision. 8. n. 10. lib. eodem.*

Revelationes non attenduntur ad prosternendam fidem testamenti, *decision. 6. lib. 9. n. 28.*

Juvenis Notarii nequit rogare testamenta, etiam nomine titularis officii, *decision. 6. lib. 9. n. 29.*

Limita in Urbe, ubi contrarium de stylo practicatur, *decision. 6. lib. 9. n. 30. & seqq.*

Præordinatio voluntatis probatur ex duobus testibus, *decision. 7. lib. 9. n. 2. & decision. 10. n. 10.*

Item ex attestatione Notarii, & ex minuta præventive extensa, *decis. 9. lib. 9. n. 3 & 5. & decision. 10. n. 13. lib. eodem.*

Sanitas mentis non excluditur, ex quo quis fuerit correptus morbo apoplectico, quia iste quandoque lædit solum organum linguæ, non intellectum, *decis. 9. lib. 9. num. 10. & 11. & decis. 10. n. 16. lib. eodem.*

Ex laceratione, & combustione testamenti deducitur pœnitentia testatoris, *decis. 10. lib. 9. num. 8. & decision. 12. num. 8. lib. eodem.*

Sed quando laceratio fuit facta, vel causa modificandi legata, vel ad effectum denuo illud conscribendi proprio charactere, tunc ex eo nulla desumitur mutatio voluntatis circa hæredis institutionem, *decision. 10. lib. 9. num. 9. & decis. 12. num. 10. lib. eodem.*

Voluntatis perseverantia probatur levioribus probationibus, *decis. 10. n. 12. lib. 9.*

Testis, qui passus fuit se describi in testamento, non admittitur ad probandum contrarium, *decision. 10. lib. 9. n. 12.*

Ad probandam voluntatem testatoris signa probationis, & conjecturæ simul uniri debent, & licet de per se sint imperfectæ, tamen unitæ probant, *decision. 11. lib. 9. n. 14.*

Nomen hæredis in minuta in albo relictum non excludit præordinationem voluntatis, si circumstantiæ denotent, quod certam personam instituere volebat, *decision. 11. lib. 9. n. 16.*

Ex quo Notarius non fuerit a testatore accersitus, non inde excluditur præordinata voluntas, *decision. 11. lib. 9. n. 27.*

Fraus, & machinatio in testamento non præsumitur, sed debet probari, *decision. 11. lib. 9. n. 34.*

Excluditur, si hæres testamenti factioni se non immiscuerit, *decision. 11. lib. 9. n. 35.*

Item excluditur, si Notarius repetitas fecerit interrogationes, testesque admonuerit, ut attenti manerent, *decis. 11. lib. 9. num. 36*

Ejectio adstantium e cubiculo testatoris facta per Notarium non probat machinationem, *decis. 11. lib. 9. n. 37.*

Reponitur in judicis arbitrio discernere, an in testamento fraus intercesserit, *decision. 11. lib. 9. n. 41.*

Vociferationes serio emissæ probant præordinationem voluntatis, *decis. 12. lib. 9. n. 11.*

Statutum Urbis exigit, ut in testamentis in ea conditis servetur juris rigor, *decis. 12. lib. 9. n. 24.*

Puer 14. annorum, & puella duodecimum annum egressa, possunt testamentum condere, *decis. 43. lib. 9. n. 37.*

Ad hoc ut testamentum ex suggestionibus exaratum collabatur requiritur dolus, & malæ artes, *decis. 14. lib. 9. n. 24.*

Et istæ exclusæ remanent, si testator per aliquod tempus supervixerit, nec testamentum mutaverit, *decis. 14. lib. 9. numer. 25.*

Quoad testamentum factum ab illo, qui sit vehementi amore correptus. *Vide* Testamentum Dementis.

Testamentum conditum calore iracundiæ non valet, *decis. 13. lib. 9 n. 57.*

Limita, si post remissum iracundiæ calorem testator diu supervixerit, & illud non revocaverit, *decis. 13. lib. 9. n. 58.*

Testamentorum pluralitas non præsumitur, & est ab allegante probanda, *decis. 15. lib 9. n. 19. & 20.*

Identitas autem testamenti ex quibus circumstantiis arguatur, *decis. 15. lib. 9. n. 21.*

Testamentum impugnare non potest, qui illius vigore petiit legitimam, *decis. 26. lib. 9. n. 13.*

Testamentum unus pro alio condere non potest, etiam testatore volente, *decis. 51. lib. 9. n. 14.*

Testamentum nullum non potest per pactum convalidari tanquam testamentum, sed efficitur, ut valeat secundum quid per modum nudi pacti, *decis. 51. lib. 9. num. 15. & decis. 52. n. 12. lib. eodem.*

Una pars testamenti aliam declarat, *decis. 58. lib. 9. n. 38. & decis. 5. lib. 10. n. 17. & decis. 79. n. 16. lib. eodem.*

Ab una testamenti parte licet inferre ad aliam, cui fuit particulari lege provisum, *decis. 111. n. 2. lib. 10. & decis. 112. n. 5 lib. eodem.*

Ex testamento revocato elicitur voluntas testatoris, *decis. 11. lib. 9. n. 15. & decis. 12. n. 10. lib. eodem*, & *Vide* Voluntas.

Limita, quando in altero testamento fuit voluntas substantialiter immutata, *decis. 6. lib. 10. n. 7.*

Publicum instrumentum testamenti, quod non sit in ulla parte vitiatum; plene probat ad favorem hæredis, *decis. 8. lib. 10. n. 10. & decis. 9. n. 14. & decis. 10. n. 7. lib. eodem.*

Et quotiescumque exhibetur solemne publicum manu ejusdem Notarii confectum, non præsumitur, quod in originali, seu matrice adsint vitia, & nullitates, quia de istis appareret etiam in publico, quod a Notario extrahi debet, & solet, prout jacet, *decis. 8. lib. 10. n. 11. & decis. 9. nu. 15. & 16. lib. eodem.*

Multoque magis publico fides habetur, si testamentum fuerit in pluribus Curiis exhibitum, & executum, *decis. 8. lib. 10. num. 12. & 13. & decis. 9. num. 17. & seqq. & decis. 10. n. 8. lib. eodem.*

Binæ subscriptiones in schedula testamenti, quarum una sit amplior altera, non inducunt suspicionem falsitatis, *decis. 8. lib. 10. n. 14. & decis. 9. n. 20. & 21. lib. eodem.*

Testamentum præsumitur testatori fuisse lectum, si illud subscripserit, *decis. 8. lib. 10. num. 15. & decis. 9. num. 22. et 23. lib. eodem.*

Ex quibus desumatur præsentia testium consignationi testamenti, licet id illorum subscriptionibus non asseratur, *decision. 8. lib. 10. n. 16. et decis. 9. n. 26. lib. eodem.*

Testes possunt se subscribere etiam post rogitum Notarii, *decis. 8. lib. 10. num. 18. et. decis. 9. num. 25. et decis. 10. num. 10. et 11. lib. eodem.*

Contra publicum instrumentum testamenti non attenditur fides, & attestatio unius testis, *decis. 9. lib. 10. n. 27.*

Testium rogitus semper dicitur adesse, quoties constat de deliberata voluntate, *decis. 10. lib. 10. n. 9.*

Probatio contra testamentum facienda per testes dicitur requirere altiorem indaginem, ideoque illius executionem non retardat, *decis. 10. lib. 10. n. 12.*

Conjecturæ suadentes validitatem testamenti, aliis contrariis prævalent, *decis. 33. lib. 10. n. 17.*

Qualitas hæredis inservit pro demonstratione exclusiva falsitatis testamenti, *decis. 33. lib. 10. n. 19.*

Item & legalitas Notarii, *decis. 33. lib. 10. n. 20.*

Abolitiones, & cancellationes existentes in testamento, retardant illius executionem, *decis. 86. lib. 10. n. 20.*

Limita, si cancellationes non respiciunt substantialia testamenti, nec impediunt illius lecturam, *decis. 86. lib. 10. numer. 3. et 4.*

Et maxime si suspicari potest, quod cancellationes sint recentes, & factæ pendente lite, ex quo in antecedentibus exemplaribus non inspiciantur, nec memorentur, & quia fuit eidem testamento alias data judicialis executio, *decis. 86. lib. 10. n. 5. et seqq.*

Approbatio testatoris operatur idem, ac si ipse omnia de verbo ad verbum dictasset, *decis. 17. lib. 11. num. 9. et decis. 19. num. 18. lib. eodem.*

Causa testati facit cessare causam intestati, *decision. 33. lib. 10. num. 16.*

Si testator dicat, quod in sua hæreditate succedant illi, qui ex forma Statuti ab intestato succedere deberent, hæc declaratio importat dispositivam voluntatem ad favorem eorum, qui a Statuto vocantur, & exclusionem eorum, qui a Statuto excluduntur, *decis. 18. lib. 11. num. 1. et 5. et decis. 19. n. 1. lib. eodem.*

Declarans se velle decedere ab intestato, an censeatur disponere favore hæredum ab intestato venientium, anceps est quæstio, & Doctores eam pertractantes referuntur, *decis. 18. lib. 11. n. 2. et 3.*

Si tamen testator ulterius progrediatur, demandando, ut succedant illi, qui ab intestato succedere deberent ad formam

Statuti, tunc planum est; quod isti non veniunt, & admittuntur ex permissione legis, sed ex dispositione testatoris, *decis.* 18. *lib.* 11. *n.* 4. & *decis.* 19. *n.* 4. & *seqq. lib. eodem.*
Dispositio testatoris, in quale retulit ad Statutum exclusivum suæ patriæ, complectitur bona ubique existentia, etiam extra territorium statuentium, *decis.* 18. *lib.* 11. *n.* 6. & *decis.* 19. *n.* 2. & 3. *lib. eodem.*

Testamentum ad formam capituli cum esses.

Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus, sustinetur, *decision.* 4 *lib.* 9. *n.* 3.
Non solum si sit exaratum ad pias causas, sed etiam in causas profanas, *decis.* 4. *lib.* 9. *n.* 4.
Loco Parochi potest intervenire confessarius, qui actualiter gerit curam animæ testatoris, *decis.* 4 *lib.* 9. *n.* 5.
Ut autem tale testamentum possit executioni demandari, requiritur, ut Parochus, & testes in formali examine deponant de toto tenore dispositionis, *decis.* 4. *lib.* 9. *n.* 6.
Hæc conclusio procedit, si testamentum, seu testatoris dispositio non sit a testatore subscripta; secus econtra, *decis.* 4. 9. *num.* 7.
Postquam testator subscribit testamentum, & mandavit, ut legeretur a Parocho, non est opus, ut post lecturam aliam faciat verbalem approbationem, *decis.* 4. *lib.* 9. *n.* 8.

Testamentum ad interrogationem, & per nutus.

Valet testamentum, in quo testator interrogatus a Notario respondeat per verbum *si*, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 7. & *decis.* 6. *n.* 17. & *decis.* 7. *n.* 5. *lib. eodem.*
Præordinatio voluntatis multum prodest ad hoc, ut sustineatur testamentum ad interrogationem, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 2.
Præordinatio autem desumitur, si testator in infirmitate dixerit velle facere hæredem illum, quem postea instituit, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 4. & *decis.* 9. *n.* 4. & *decis.* 10. *n.* 7. & *decis.* 11. *n.* 18. *lib. eodem.*
Et sufficit, ut quoquo modo ex conjecturis constiterit de aliquali voluntatis declaratione facta cum qualibet persona, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 5.
Maxime si de voluntate constet, tam antea, quam post, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 6.
Præordinatio non est necessaria, quando testator est sanæ mentis, & articulatæ locutionis, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 9.
Sanitas mentis præsumitur, nisi contrarium probetur, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 14 & *decis.* 9. *n.* 7. & *decis.* 10. *n.* 14. & *decis.* 11. *a num.* 29. *lib. eodem.*
Sanitas mentis desumitur ex pandentibus, & aptis responsionibus, & ex articulata locutione, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 15. & *decis.* 9. *n.* 9. & *decis.* 10. *n.* 15. *lib. eodem.*
Notario defertur super sanitate mentis, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 16. & *decis.* 8. *n.* 8. & *decis.* 9. *n.* 8. *lib. eodem.*
Item & physico, *decis.* 8. *lib.* 9. *n.* 8.
Testamentum ad interrogationem non valet, vel quando adest suspicio machinationis, & fraudis, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 18.
Vel quando testator non est sanæ mentis, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 19.
Vel quando articulate non loquebatur, *decis.* 6. *lib.* 9. *n.* 19.
Notarius potest scribere, quod testator hæredem ore proprio nominaverit, licet institutio secuta fuerit ad interrogationem per verbum *si*, vel per nutus, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 10. & *decis.* 6. *n.* 21. & *decis* 10. *n.* 6. & *decis.* 11. *n.* 26. *lib. eodem.*
Valet testamentum ad interrogationem Notarii, si adsit præordinatio voluntatis, & cesset fraudis suspicio, & constet de sana mente, *decis.* 7. *lib.* 9. *n.* 1. & 4. & *decis.* 8. *num.* 1. & 7. *lib. eodem.*
Præordinatio voluntatis probatur duobus testibus, *decis.* 7. *lib.* 9. *n.* 2. & *decis.* 8. *n.* 3. & *decis.* 10. *n.* 10. & *decis.* 11. *num.* 19. & 20. *lib. eodem*, ubi etiamsi sint singulares.
Stante tali præordinatione responsio testatoris per verbum *sì*, vel per nutus æquipollet articulatæ nominationi hæredis, *decis.* 8. *lib* 9. *n.* 9. & *decis.* 11. *n.* 7. & 8. *lib. eodem.*
Quando responsio testatoris per verbum *sì* potest censeri emissa ad evitandas molestas suggestiones, tunc testamentum ad interrogationem non valet, *decis.* 8. *lib.* 9. *n.* 2.
Testamentum factum ab ægroto vi morbi loquela impedito ad interrogationem Notarii per nutus, & signa, non valet, *decis.* 9. *lib.* 9. *n.* 1. & *decis.* 11. *n.* 2. & *decis.* 12. *n.* 1. *lib. eodem.*
Limita, si constet de præordinatione voluntatis, & sana mente, atque cesset fraudis suspicio, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 8. *decis.* 6. *n.* 22. & *decis.* 9. *n.* 2. & *decis.* 10. *n.* 1. & *decis.* 11. *n.* 3. & *decis.* 12. *n.* 3. *lib. eodem.*
Præordinata voluntas desumitur ex attestatione Notarii, *decis.* 9. *lib.* 9. *n.* 3. & *decis.* 10. *n.* 4. *lib. eodem.*
Item probatur ex minuta præventive facta, *decis.* 9. *lib.* 6. *num.* 5. & *decis.* 10. *n.* 13. *lib. eodem.*
Sanitas mentis non excluditur ex morbo apopletico, quia iste quandoque lædit solum organum vocis, non autem intellectum, *decis.* 9. *lib.* 9. *n.* 10. & 11. & *decis.* 10. *n.* 16. & *decis.* 11. *num.* 33. *lib. eodem.*
Ad sustinendum, & irritandum testamentum conditum per nutus, & signa, intrat arbitrium judicis, qui ex facti circumstantiis illud regulare debet, *decis.* 9. *lib.* 9. *n.* 13.
Recensentur adminicula, quæ valent judicem proclivem reddere ad sustinendum testamentum factum per nutus, & signa, *decis.* 9. *lib.* 9. *n.* 14.
Notarius potest per nutus, monosyllabas, & alia voluntatem testatoris indagare, illamque in scriptis extendere; *decis.* 9. *lib.* 9. *n.* 15. & *decis.* 11. *n.* 39. *lib. eodem.*
Ut testamentum factum per signa, & nutus valeat, exigitur, quod nutus, & signa nihil propa distent a numine, *decis.* 10. *lib.* 9. *n.* 2. & *decis.* 12. *n.* 5. *lib. eodem.*
Sufficit tamen annuitio capitis ad interrogationem Notarii, *decis.* 10. *lib.* 9. *n.* 3. & *decis.* 11. *n.* 12. & 13. & *decis.* 12. *num.* 4. & 6. *lib. eodem.*
Testamentum per nutus, & signa valet, tam si agatur de testamento in scriptis, quam de nuncupativo, *decis.* 11. *lib.* 9. *num.* 5. & 6.
Ad sustinendum testamentum per nutus, & signa, requiritur præordinata voluntas per aliquot dies ante, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 21. & *decis.* 12. *n.* 12. *lib. eodem.*
Sufficit remota, si sit determinata, & constans, nec adsit causa mutationis, *decis.* 12. *lib.* 9. *n.* 14.
Non præsumitur, quod testator voluerit signa facere ad effectum conficiendi testamentum in temporis angustiis, si maturiori judicio præventive non cogitasset, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 25.
Subsequens ratificatio testatoris per nutus ad interrogationem Notarii inservit ad corroborandam probationem præambulæ voluntatis, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 28.
Machinatio, & fraus in hujusmodi testamento non præsumitur, & ex quibus excludatur, vel quæ non sufficiant ad eam arguendam, *decis.* 11. *lib.* 9. *a n.* 34.
Etiam si testator sit loquela destitutus, potest machinationes evertere non respondendo nutibus, *decis.* 11. *lib.* 9. *n.* 40.
Quando nutus modo fuerunt affirmativi, modo negativi juxta opportunitatem interrogationum, magis corroboratur firmitas voluntatis quoad affirmativos, *decis.* 12. *lib.* 9. *n.* 7.
Requisita, quæ exquiruntur ad effectum, ut valeat testamentum ad interrogationem, & per signa, possunt probari per probationes semiplenas, ideoque admittuntur testes singulares, & etiam unicus, *decis.* 12. *lib.* 9. *n.* 16. & *seqq.*
Signorum proportionata diversitas probat sanitatem mentis, *decis.* 12. *lib.* 9. *n.* 21.
Tunc ex amissione loquelæ oritur præsumptio turbatæ mentis, quando nihil concurrit, quod sanitatem demonstret, *decis.* 12. *lib.* 9. *n.* 23.

Testamentum dementis.

Testamentum factum ab eo, qui dementia laborat, non sustinetur, *decision.* 13. *lib.* 9. *num.* 2. & *decision.* 13. *num.* 4. *lib. eodem.*
Etiamsi in eo sit instituta causa pia, *decis.* 3. *lib.* 9. *n.* 3.
Exceptio super amentia testatoris dicitur turbida, & altiorem requirens indaginem, ideoque remittenda ad petitorium, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 4.
Quæstio invaliditatis testamenti ob dementiam testatoris est involuta, & subtilis inquisitionis, *decision.* 13. *libr.* 6. *num.* 5. & 6.
Distinguendum, an amentia sit plene probata, & cum qualitate permanentiæ, an vero non sit adhuc perfecte justificata, vel an etsi justificata, lucidis tamen sit interrupta intervallis, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 7.
Quando amentia fuit perfecte probata, præsumptio stat pro ejus continuatione, & tunc testamentum censetur invalidum, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 8.
Et hoc casu, qui illud tanquam validum sustinere contendit debet probare perfectam judicii recuperationem de tempore dispositionis, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 9.
Si autem dementia non sit perfecte probata, vel lucidis rumpatur intervallis, tunc istorum tempore potest testamentum valide confici, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 10.
Cui autem hoc casu incumbat onus probandi, controversia est; volunt enim aliqui, ut allegans ejus validitatem teneatur probare, quod fuerit gestum tempore quietis, *decis.* 13. *lib.* 9. *numer.* 10.
Sed verior est opinio firmans, quod ille, qui testamentum impugnat, teneatur probare furorem, & insaniam de tempore conditi testamenti, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 12. & 13.
Id quod maxime procedit, quando adest aliqua licet imperfecta probatio sanitatis in disponente, *decis.* 13. *lib.* 9. *num.* 14. & 15.
Præsumptio juris est, quod quis sit sanæ mentis, ideoque probationes sororis, utpote contra juris præsumptionem, facile retunduntur, si concurrant probationes, & argumenta in contrarium, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 16.
Amentia cum lucidis intervallis probatur a testibus de iis deponentibus, *decis.* 31. *lib* 9. *n.* 17.
Licet sufficeret, quod illa testes non excluderent, *decis.* 13. *lib.* 9. *num.* 18.
Item probatur ex matrimonio, vel professione expletis paulo ante conditum testamentum; nam illa permittuntur stupido, vel habenti lucida intervalla, non autem correptis perpetuo furore, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 19. & 20.
Sana mens item probatur ex assertione Notarii emissa in confectione testamenti, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 21. & *decision.* 14. *n.* 18. *lib. eodem.*
Et talis assertio transfert onus concludentissime probandi in eum, qui contrarium asserit, *decis.* 13. *lib* 9. *n.* 22.
Maxime si dispositio sit bene ordinata, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 23. & 24. & *decis.* 14. *n.* 19. *lib. eodem.*
Et si ab hærede instituto absit suspicio fraudis, & machinationis, *decis.* 13. *lib.* 9. *n.* 25.

An te

An testamentum bene ordinatum sit validum, etiamsi fuerit confectum in furore, distingue, si sit factum ab eo, qui habet lucida intervalla, procedit opinio affirmativa; si vero ab eo, qui assidua insania laborat, negativa, decision. 13. lib. 9. num. 26. & seqq.
Amentiam non sapit praeceptum a testatore haeredi injunctum tuendi suam dispositionem adversus eos, qui illum uti fatuum administratione privare voluerant, decis. 13. lib. 9. numer. 29.
Testamentum ad hoc ut dicatur recte, & prudenter confectum, inspicitur illius substantia, non autem inscitia juris, & alia signa levitatis in testatore, & testamento, decis. 13. lib. 9 num. 30.
Observantia testatoris, qui testamentum non revocavit, probat in illo firmitatem judicii, decis. 13. lib 9 n. 31.
Idemque probat observantia haeredum ab intestato, qui a testamenti impugnatione destiterunt, decis. 13. lib. 9. numer. 32. & 33.
Testamenti factio permittitur etiam viro, qui prudentia, & judicio non polleat, dummodo positivum absit impedimentum insaniae, decis. 13. lib. 9. n. 35. & 39.
Et sufficit ea sanitas mentis, quam habet puer 14. annorum, & puella duodecimum annum egressa, decis 13. lib 9. n. 36.
Stupidus, & hebetis ingenii vir non prohibetur testamentum condere, decis. 13. lib. 9. n. 38.
Amentiae perpetuae probatio non resultat, ex quo alicui fuerit deputatus curator, decis. 13. lib. 9. n. 40. & seqq.
Furiosus tempore induciarum, ut sanus in plerisque habetur, decis 13. lib. 9. n. 42.
Amentiae perpetuae conjectura non est dispositio paterna, in qua instituit nepotibus filio de dementia suspecto solam legitimam reliquit, decis. 13. lib. 9. n. 44.
Amentia excluditur, si pater filium de curatore non providit, decis. 13. lib. 9. n. 45.
Non probatur, ex quo quis plura matrimonia te insecta tractavit, decis. 13. lib. 9. n. 46.
Nec ex detrusione in hospitale stultorum, & maxime in Urbe, in qua ad dictum hospitale quandoque ducuntur causa curae, multoque magis si postmodum fuerit ab hospitali dimissus, decis. 13. lib. 9. n. 47. & seqq.
Quando amentia vult probari ex publica voce, & fama, judex debet esse valde circumspectus, quia vulgus nimis liberaliter amentis nomen imponit, decis. 13. lib. 9. n. 50. & 51. & decis. 14. n. 15. & 16. lib. eodem.
Judicium medicorum in probanda amentia debet attingere tempus conditi testamenti, decis. 13. lib. 9. n. 52.
Amentiae probatio per testes difficilis, & periculosa, decis. 13. lib. 9. n. 53. & 54.
Non probatur per testium depositiones informes, decis. 13. lib. 9. num. 55.
Nec ex sermone inordinato, aut incessu cum vestimentis laceris, decis. 13. lib. 9. n. 56.
Legatum factum ad favorem personae benemeritae arguit sanitatem mentis, decis. 14. lib. 9. n. 21.
Sanitas mentis sufficit, ut adsit de tempore conditi testamenti, & insania debet probari per testes tempus testamenti percutientes, decis. 14. lib. 9. n. 22.
Testamentum factum ab eo, qui vehementi amore est captus, non sustinetur, decis. 14. lib. 9. n. 5.
Exigitur tamen ad hunc effectum amor insensatus, & ferinus, qui rendat ad insaniam, decis. 14. lib. 9. n. 11. & seqq.
Ideoque non sufficit amor promanans a beneficiis receptis, & tendens ad finem matrimonii, decis. 14. lib. 9. n. 15.
Ex quibus autem amor hujus speciei excludatur, vide decis. 14. lib. 9. a num. 5.
Et in specie, quod excludatur a sacramentorum susceptione, & ab assistentia, & conversatione cum patribus spiritualibus, decis. 14. lib. 9. n. 23.

Testamentum nuncupativum.

Testamentum nuncupativum nuncupatione implicita; seu per relationem ad schedulam Notario traditam, est validum, & sustinetur, decis. 1. lib. 9. n. 1.
Quando schedula testamenti est inclusa folio undique consuto; & sigillo testatoris obsignato, non est possibilis ejus extractio, & alterius suppositio, decis. 1. lib. 9. n. 2.
Praesertim si scripta non est de manu Notarii, sed Sacerdotis testatori admodum fidi, decis. 1 lib. 9. num. 3. & 5.
De identitate schedulae testamenti non potest dubitari, si appareat a testatore subscripta, decis. 1. lib. 9. n. 7.
Ubi identitas schedulae testamenti est comprobata, sufficit recognitio manus testatoris per testes habentes notam manum, nec est exponenda fallaci experimento comparationi litterarum, decis. 1. lib. 9. num. 8.
Procedit conclusio, etiamsi aliqui testes negent esse manum testatoris, decis. 1. lib. 9. n. 9.
Si constet, testatorem praeordinasse testamenti factionem, schedula testamenti attenditur postpositis conjecturis, quae adversus illam proponuntur, decis. 1. lib. 9. n. 10.
Falsitas schedulae excluditur, si legata appareant ordinata favore animae, & familiarum domus, decis. 1. lib. 9. n. 13.
In testamento nuncupativo nuncupatione explicita exigitur; quod Notarius fidem faciat de nominatione haeredi ore proprio a testatore facta, decis. 3. lib. 9. n. 5.
Haec nominatio a testatore ore proprio facienda non est de forma absoluta, praecisa, sed tantum demonstrativa, ideoque suppleri potest per aequipollens, decis. 3. lib. 9. n. 6. & 9. & decis. 7. n. 7. & decis. 11. n. 7. & 8. lib. eodem.
Ideoque valet testamentum, in quo testator ad interrogationem Notarii haeredem certificet per verbum si, decis. 3. lib. 9. num. 7.
Notarius potest in testamento scribere, testatorem haeredem nominasse, licet nominatio secuta fuerit ad interrogationem per verbum si, vel per signa, quanquam formaliter idem Notarius non specificet, quae verba, nutus, & signa testator dixerit, vel fecerit, decis. 3. lib. 9. n. 10. & decis. 6. n. 21. & 22. & decis. 10. n. 6. & decis. 26. lib. eodem.
Si testator respondeat per verbum si, dicitur virtualiter haeredem nominasse, quia interrogatio est virtualiter in responsione, decis. 3. lib. 9. num. 16.
Haeres dicitur a testatore nominatus, si in genere explicet, vel alio modo agnoscat, testamentum esse suum, decision. 3 lib. 9. num. 18.
Testamentum nuncupativum in publicum redactum, non vacillat ex contradictione unius, vel duorum testium, decision. 6. lib. 9. num. 27.

Testamentum conditum de tempore pestis.

Testamentum conditum tempore pestis valet etiam sine solemnitatibus, si constet de voluntate, decis. 5. lib. 9. n. 3.
Et dicitur de voluntate constare ex depositione duorum testium, & maxime confessarii deputati tutissimis, decis. 5. lib. 9. num. 4.
In testamento condito tempore pestis necesse non est, quod testes testatorem videant, decis. 15. lib. 9. n. 8.

Testamentum ad pias causas.

Testamentum conditum ad pias causas non subjacet statutariis solemnitatibus, decis. 2. lib. 9. n. 9 & 10.
Id non procedit, quoties pia causa sit vocata in tempus remotissimum, decis. 2. lib. 9. n. 11.
Quoties tamen jam venit casus ejus vocationis, tunc non attenditur, an sit vocata in tempus remotum, decis. 2. lib. 9. n. 12. & 13.
Testamentum ad pias causas valet etiam sine solemnitatibus; dummodo constet de voluntate, decis. 5. lib. 9. n. 3.
Et dicitur de voluntate constare, si de ea deponant duo testes, decis. 5. lib. 9. n. 4.
Et sufficiunt testes idonei idoneitate ordinaria, nec requiruntur omni exceptione majores, ideoque admittitur etiam mulier, decis. 5. lib. 9. n. 5.

Testamentum quoad praeteritionem.

Testamentum, in quo mater fuit praeterita, est nullum, decis. 17. lib. 9. num. 2.
Clausula codicillaris operatur reintegrationem testamenti nolli ob praeteritionem, & efficit, ut per ministerium haeredum legitimorum capiant haeredes scripti, decis. 17. lib. 9. num. 4.
Et ad hunc effectum sufficit clausula omni meliori modo, quae est ejusdem efficaciae, ac clausula codicillaris, decis. 17. lib. 9. num. 5.
Si dictae duae clausulae sint simul unitae, indubie operantur gravamen succedentium ab intestato, atque id, sive sint appositae in parte, vel executiva, vel dispositiva, & etiamsi agatur de extraneo ad exclusionem venientis ab intestato, decis. 17. lib. 9. n. 6.
Quod clausula codicillaris nihil operetur in testamento personae idiotae, & legum ignarae, nisi concurrat certioratio super illius efficacia, decis. 17. lib. 9. n. 7.
Contraria autem opinio est verior, decis. 17. lib. 9. n. 8.
Praesertim si testamentum vulgari sermone, & ab alio, quam a Notario, sit scriptum, decis. 17. lib. 9. n. 9.
Quando praeteritio est facta ignoranter de persona ascendenti; vel descendenti ad favorem extranei, tunc clausula codicillaris non operatur, decis. 17. lib. 9. n. 10.
Intellige, quando ignorantia versatur circa personam, quae forsan mortua, vel non nata reputaretur; secus si agatur de persona testatori nota, decis. 17. lib. 9. n. 11.
Notitia vero ad praedictum effectum probatur ex loci angustia, sanguinis conjunctione, & communi fama, dec. 17. lib. 9. n. 12.
Clausula codicillaris in praedicto casu non impedit immissionem venienti ab intestato, decis. 17. lib. 9. n. 13.
Non tamen permittitur dicto haeredi occupatio totius haereditatis, sed tantum illius ratae, quam de jure retinere debet, decis. 17. lib. 9. n. 14.
Maxime accedente clausula omni meliori modo, quae tribuit haeredi scripto facultatem ingrediendi possessionem propria authoritate, decis. 17. lib. 9. n. 16.
Mater binuba praeterita in testamento filii habet jus petendi legitimam, decis. 38. lib. 9. n. 1.
Quando in testamento filii mater binuba fuerit praeterita, & instituta persona extranea, tunc mater habet jus contratabulandi testamentum ad effectum praecise obtinendi Trebellianicam, decis. 38. lib. 9. n. 27. & seqq.
Haeredi ab intestato venienti, & restituenti haereditatem in vim clausulae codicillaris, debetur Trebellianica; decis. 38. lib. 9. n. 32. & decis. 51. n. 4. lib. eodem.

Nec talis detractio impeditur ex clausula *omni meliori modo* apposita tantum in institutione, & non in restitutione, *decis. 38. lib. 9. num. 30. & 35.*

Testamentum, in quo ascendens est præteritus, est ipso jure nullum absque facto, & contratabulatione hominis, *decision. 58. lib. 9. num. 5.*

Multo magis si concurrat ascendentis impugnatio, *decis. 51. lib. 9. num. 2.*

Hæres scriptus, cui contratabulato testamento ob præteritionem fit restitutio in vim clausulæ codicillaris, non dicitur hæres directus, sed obliquus, *decis. 51. lib. 9. n. 3.*

Ideoque ei non debetur Trebellianica, quæ detrahitur solum rogato restituere per dictam clausulam, *decis. 51. lib. 9. n. 4. & decis. 52. n. 5. & decis. 53. n. 1. lib. eodem.*

Pater præteritus non habet querelam inofficiosi adversus testamentum filii emancipati, nisi sit instituta turpis persona, *decis. 51. lib. 9. num. 6.*

Contrarium, quia ex jure novissimo authenticorum est restituta parentibus facultas contratabulandi testamenta filiorum emancipatorum, *decis. 51. lib. 9. n. 27.*

Licet pater præteritus testamentum rumpat, quod adhuc hæres scriptus, cui vigore clausulæ codicillaris fit restitutio possit detrahere Trebellianicam, si pater illam non detraxit, *decis. 51. lib. 9. num. 8.*

Quod conclusio procedat, quando pater Trebellianicam non detraxit in gratiam hæredis scripti, ut erga illam exerceret liberalitatem; secus autem si de hac liberalitate, & gratia non constet, maxime quando hæres scriptus est persona extranea, *decision. 51. lib. 9 & decision. 53. num. 19. & 20. lib. eodem.*

Ascendens præteritus, quando vigore clausulæ codicillaris restituit, habet electionem, vel detrahendi legitimam, vel Trebellianicam; & legitimam detrahendo, dicitur etiam Trebellianicam detraxisse, *decision. 52. lib. 9. n. 7. & 8.*

Testamentum dicitur contratabulatum, & impugnatum, si agnita, & petita fuerit successio tanquam ab intestato delata, *decis. 51. lib. 9. n. 9. & seqq.*

Legitima patri præterito non debetur, nisi per querelam inofficiosi; unde si legitima fuit petita, & obtenta; signum evidens, quod testamentum fuit contratabulatum, *decis. 51. lib. 9. num. 12.*

Potest præteritus testamentum approbare, & sibi non præjudicare quoad legitimam, assentiendo scilicet restitutioni vigore clausulæ codicillaris, *decis. 51. lib. 9. num. 16. & decis. 52. n. 13. lib. eodem.*

Non potest dici, quod quis testamentum approbando intestatæ successioni renunciet, quando legitimam retinet, quæ est ipsius intestatæ successionis portio, *decision. 3. lib. 9. num. 17.*

Clausula codicillaris transfundit testamentum in codicillos, *decis. 51. lib. 9. n. 59.*

Clausula codicillaris institutionem obliquat, & resolvit in fideicommissum, sed retentis eisdem terminis, & cum repetitione omnium qualitatum, & conditionum, *decis. 53. lib. 9. num. 7.*

Dicta clausula supplet defectum solemnitatum, non voluntatis; ideoque præter intentionem testatoris non operatur, *decis. 53. lib. 9. n. 10.*

Per contratabulationem testamenti reducitur causa testati ad causam intestati, *decis. 68. lib. 9. n. 1.*

Clausula codicillaris non sustinet testamentum uti testamentum, sed tanquam voluntatem ab intestato, & hæres scriptus non reputatur tanquam hæres, sed tanquam fideicommissarius, *decis. 68. lib. 9. num. 6. & decis. 70. num. 21. & seqq. lib. eodem.*

Quod imo potius capiens ex clausula codicillari dicatur capere ex dispositione hominis, & non legis, ideoque causa testati reddatur ad causam intestati secundum dici, non secundum esse, quia testamentum obliquatum remanet, non annullatum, *decision. 58. lib. 9. numer. 29. & 32. & decis. 70. num. 13. lib. eodem.*

Testamentum quoad revocationem.

Cuilibet permissum est ad sui libitum testamentum mutare, & revocare; ideoque ultimum attenditur, & executioni demandatur, *decis. 56. lib. 9. n. 2.*

Solent quandoque testatores ad evitandas futuras molestias, & violentias, & ad simul conservandam libertatem mutandi, & revocandi primum testamentum, apponere in eo clausulam, quam vocant derogatoriam, quod scilicet posteriora testamenta non valeant, nisi certis signis, & qualitatibus sint munita *decis. 16. lib. 9. n. 3. & 4.*

Hæc autem clausula operatur, ut secundum testamentum non sustineatur, nec sit executioni demandandum, nisi præordinatis cautelis munitum appareat, *decis. 16. lib 9. n. 5.*

Prædicta autem derogatoria non operatur, quando in secundo testamento non solum adest generalis revocatio præcedentium dispositionum, sed etiam adest specialis derogatoria derogatoriarum, *decis. 16. lib. 9. n. 6.*

Intellige conclusionem, nisi specialis derogatio derogatoriarum dignoscatur apposita vel ex stylo Notarii, vel ex malitia illius, qui secundam dispositionem procuravit, vel ex aliis causis extraneis a voluntate testatoris, nam his casibus ipsa derogatoria non sufficit, sed requiritur expressio qualitatum in prima derogatoria appositarum, *decis. 16. n. 7. & seqq. lib. 9.*

Mentio specifica clausulæ derogatoriæ sicuti necessaria non est, ubi aliunde constat de mutatione voluntatis, ita illa non sufficit, ubi conjecturæ voluntatis mutationem excludunt, *decis. 16. lib. 9. n. 10.*

Continuatio autem prioris voluntatis desumitur ex continuatione affectionis erga hæredem scriptum in primo testamento, *decis. 16. lib. 9. num. 11. & decis. 76. lib. 10. n. 4. & decis. 77. n. 10. lib. eodem.*

Si parvum tempus intercessit inter primum testamentum, & secundum, non potest præsumi oblivio clausulæ derogatoriæ in primo appositæ, quia ad hunc effectum requiritur decennium, *decis. 16. lib. 9. n. 11.*

Ideoque ex temporis brevitate arguitur, quod testator primam dispositionem revocare noluit; nam alias individuam mentionem fecisset prioris derogatoriæ, *decision. 16. lib. 9. num. 13.*

Quando in secundo testamento intervenerunt importunæ suasiones, & incussio metus, tunc sola generalis derogatio derogatoriarum non sufficit, *decis. 16. lib. 9. n. 14.*

Tunc individua derogatio requiritur, quando constat derogatoriam in primo testamento præcise appositam fuisse ob timorem, & ad exemplationem illius, qui fuit in secundo testamento institutus, *decis. 16. lib. 9. n. 17.*

Quod primum testamentum non fuerit per secundum vere revocatum, apprime suadet factum ipsius hæredis in secundo instituti, si primum testamentum recognovit, & acceptavit, *decis. 16. lib. 9. num. 18*

Testator.

Non præsumitur testatorem voluisse, ut titulus hæreditarius redundaret potius in detrimentum hæredis, *decision. 25. num. 12. lib. 6.*

Testator ad hoc ut possit de re hæredis disponere, exigitur, ut tantundem relinquat, *decis. 22. lib. 7. n. 10.*

Quando testator professus fuit se de bonis suis disponere, censetur noluisse disponere de re hæredis, *decis. 22. lib. 7. n. 11.*

Testatoris assertio ad sustinendum testamentum non solet attendi, *decis. 14. lib. 9. n. 20.*

Testator potest disponere de re hæredis, *decis. 19. lib. 9. n. 5. decis 35. n. 4. lib. eodem, & decis. 64. lib. 10. n. 12.*

Si dispositio loquitur de bonis *di esso signor testatore*, restringitur ad propria, nec complectitur alia hæredis, *decis. 19. lib. 9. num. 6.*

Si testator disponat de re aliena sub erronea credulitate, quod essent propria, dispositio non valet, etiam si sit ad favorem conjunctæ personæ, *decis. 19. lib. 9. n. 7.*

Testatoris affectio magis præsumitur erga proprios descendentes, quam erga collaterales, *decis. 42. lib. 9. n. 9.*

Et magis erga collaterales, quam erga extraneos, *decis. 42. lib. 9. num. 9.*

Testator potest in suis bonis ordinem succedendi sibi bene visum præscribere, *decis. 5. lib. 10. n. 1.*

Non implicat, quod testator eisdem bonis juxta diversitatem personarum, & rationis, diversas dederit regulas succedendi, *decis. 7. lib. 10. n. 12.*

Testator quoad dispositionem rerum hæredis.

Testator potest gravare hæredem in re propria, quoties emolumentum junctis accessionibus, & fructibus medii temporis æquivalet gravamini, *decis. 42. lib. 9. n. 4. & decis. 87. lib. 10. n. 3. & decis. 88. n. 2. & decis. 89. n. 16. & decis. 90. n. 1. & decis. 91. n. 17. & decision. 92. n. 1. lib. eodem.*

Voluntas autem gravandi nequit in dubium revocari, quoties testator expressit bona hæredis cum suis confinibus, & qualitatibus, *decis. 64. lib. 10. n. 13. & decis. 87. n. 5. & decis. 88. n. 1. & decis. 89. n. 1. & decis. 90. n. 4. lib. eodem.*

Et si hæres talem dispositionem acceptaverit, nec ipse, nec ejus successores illam impugnare valent, *decis. 62. lib. 10. n. 14. & decis. 88. n. 7. lib. eodem.*

Licet testator possideret bona restitutioni obnoxia vigore antiquioris fideicommissi, & disponendo de illis ea appellaverit sua bona, id non excludit, quin illa sub dispositione veniant; nam suum dicitur etiam id, in quo quis est gravatus ad restitutionem, *decis. 87. lib. 10. n. 6.*

Quod maxime procedit, si in testatore concurrebat scientia antiquioris fideicommissi, & ex quibus hæc scientia desumatur, *decis. 87. lib. 10. n. 7. & 8.*

Dispositio facta a testatore de re hæredis sustinetur, sive testator sciverit, sive ignoraverit non esse sua, & etiamsi propria crediderit, *decis. 27. lib. 10. n. 9. & 10.*

Acceptatio hæredis quoad dispositionem sicut supra factam desumitur, si ille bona testatoris possedit, & si vigore fideicommissi ab eo ordinati egit, *decis. 87. lib. 10. n. 11. & decis. 88. n. 3. & 7. & decision. 89. n. 2. & seqq. & decision. 91. num. 6. lib. eodem.*

Et id procedit, sive hæres sciverit, sive ignoraverit bona esse propria, quando gravamen non excedit emolumentum: quia tunc nullum præjudicium ei irrogatur, *decision. 87. lib. 10. n. 12. & seqq. & decision. 88. n. 7. lib. eodem.*

Neque in hujusmodi acceptatione, & onere potest considerari læsio, si agatur de fideicommisso ordinato ad conservationem familiæ, & reciprocum, quod se habere poterat etiam ad lucrum, licet casualiter damnosum evenerit, *decis. 87. lib. 10. n. 16. & seqq.*

Ad

Ad hoc ut testator dicatur voluisse disponere de re hæredis, sufficit, ut quoquo modo constet de voluntate, licet specifica bonorum expressio facta non fuerit, *decis. 9. lib. 10. numer. 4.*

Testator non dicitur disposuisse de bonis hæredis, si expressit voluisse disponere de bonis filiis, nec insinuavit bona spectare ad hæredem, & quod intendebat, ut super illis dispositio locum haberet, *decis. 90. lib. 10. n. 11. vers. his firmatis, & n. 14. & decis. 91. num. 1. & 3. & decis. 92. n. 7. & seqq. lib. eodem.*

Quando hæres nescivit bona esse propria, & ibi debita vigore antiquorum fideicommissorum, quod tunc nulla possit desumi acceptatio oneris super eis impositi, si excedat emolumentum, *decision. 90. libr. 10. n. 15. & decis. 91. numer. 2. lib. eodem.*

Etiamsi gravamen excedat emolumentum, quod non possit hæres illud rejicere, quando adivit absque beneficio legis, & inventarii, *decis. 90. lib. 10. a num. 20. & decis. 91. num. 7. lib. eodem.*

Quod maxime procedit, si specifice testator de bonis hæredis disposuit, quidque secus dicendum foret, quando nominatim de illis non disposuisset, *decis. 90. libr. 10. n. 3. & seqq. & decis. 91. n. 7. & 21. lib. eodem.*

Quod nullo modo hæres gravari possit ultra emolumentum, & accessiones, *decis. 90. lib. 10. n. 5. & 11. decis. 91. n. 5. & dec. 92. n. 1. et seqq.*

Idque procedit tam de jure veteri digestorum, quam de jure novissimo codicis, & authenticorum, per quod fuit istud verius correctum solum respectu legatariorum, & fideicommissariorum particularium, non vero respectu fideicommissarii universalis, *decis. 90. lib. 10. n. 6. & 7. & decis. 91. num. 18. & 20. & dec. 92. n. 2. lib. eodem.*

Et etiamsi specifice de bonis hæredis testator disposuerit, *decis. 90. lib. 10. n. 8. et seqq. ubi rejiciuntur contrarium sentientes, et decis. 91. n. 22. & seqq. & decis. 92. n. 4. & seqq. lib. eodem.*

Et licet hæres gravatus non confecerit inventarium, potest excessivum onus super propriis bonis rejicere, *decis. 90. lib. 10. n. 12. & dec. 91. n. 6. & 19. lib. eodem.*

Ratione differentiæ cur in legatis, & fideicommissis particularibus possit hæres simplex remanere obligatus, & gravatus etiam in re propria, non autem in fideicommissis universalibus, *decis. 90. a n. 13. lib. 10. & dec. 91. a n. 31. et decis. 92. a n. 6. lib. eodem.*

Testator nunquam censetur obligasse hæredem in bonis propriis, nisi vel specialiter expresserit, vel aliunde constet de voluntate, *dec. 17. lib. 11. n. 11.*

Nec ad hunc effectum sufficiunt verba *onero hæredem meum*, nam intelliguntur de onere quoad bona hæreditaria, *dec. 17. lib. 11. n. 12.*

Testes.

Testes lite pendente examinati absque partis citatione nihil probant, *dec. 11. lib. 3. n. 19.*

Testis deponens de re quæ tendat ad proprium commodum, non attenditur, *decis. 11. lib. 3. n. 20.*

Testes licet extrajudicialiter examinati, faciant adminiculum, *decis. 18. lib. 3. n. 8.*

Contrarium, *decis. 5. lib. 13. n. 9.*

Præsertim si fuerint examinati tempore suspecto, & non concurrant probationes contrariæ, *decis. 18. lib. 3. n. 9.*

Testis contra inducentem probat, *decis. 18. lib. 3. n. 11. & decis. 34. n. 16. lib. eodem, & dec. 14. lib. 6. n. 12. & decis. 24. lib. 6. n. 3. & decis. 41. n. 21. lib. eodem, & decis. 3. lib. 9. num. 17. & dec. 5. lib. 16. n. 10. & 15.*

Testes probant situationem bonorum, *decis. 10. libr. 4. numero 16.*

Testis famulus non probat pro domino; *decis. 24. lib. 4. numero 3.*

Testium contrarietas enervat probationem ab ipsis elicitam, *decis. 34. lib. 4. n. 18. & decis. 5. lib. 16. n. 6.*

Testes affectati, & procurantes alios allicere ad testificandum non probant, *dec. 34. n. 19. lib. 4.*

Testes ad perpetuam examinati, si sint adminiculati, plene probant, *decis. 37. lib. 5. n. 10. & decis. 16. lib. 9. n. 16.*

Testes discordes nihil probant, *decis. 14. lib. 6. n. 38. & decis. 34. lib. 9. n. 7. & 8. ubi maxime si contrarietas percutiat substantiam negotii, & decis. 5. lib. 16. n. 6.*

Testis singularis, sed adminiculatus probat, *decis. 14. lib. 6. n. 3. & decis. 4. lib. 12. n. 12. & decis. 2. lib. 14. n. 24.*

Testes metu excommunicationis revelantes, aliquè non idonei probant, quando ex conjecturis, & præsumptionibus sufficiuntur, *decis. 37. lib. 6. n. 10.*

Potius attenduntur testes, qui habent assistentiam præsumptionum, & conjecturarum, quam alii, qui eis carent, *decis. 37. libr. 6. n. 15.*

Testis mediator, maxime, si sit persona conspicua, probat, *decis. 41. lib. 6. n. 9. & decis. 42. n. 9. lib. eodem.*

Testes deponentes de actibus reiterabilibus, ac diversis temporibus emissis, licet sint singulares, probant, *decis. 54. lib. 6. numer. 11. et decis. 9. lib. 9. n. 6. et dec. 33. numer. 8. lib. eodem.*

Testes in secunda instantia non possunt repelli sub prætextu, quod non fuerint formiter examinati, quoties in prima non fuit oppositum *generalia contra*, *decis. 24. libr. 7. numer. 8.*

Testes examinati post terminum a judice concessum, maxime si aliqui etiam post terminum juramentum præstiterunt, non sunt attendendi, tanquam nulliter; & sine jurisdictione examinati *decis. 42. lib. 6. ante n. 1.*

Testis etiam unicus deponens de his, quæ in occulto patrantur contra inducentem, plene probat, *decis. 42. lib. 6. n. 4.*

Testis crimine notatus, si a crimine fuit absolutus, probat, *decis. 42. lib. 6. n. 10.*

Testes deponentes de re, quæ evenit tempore valde remoto, & in qua ipsi nullum habebant interesse, dicuntur deponere valde animole, ideoque sunt suspecti, *decis. 57. lib. 7. n. 9.*

Testes demortui de æquitate habentur, ac si essent formiter examinati, *decis. 24. lib. 7. n. 9.*

Testis deponens de facto proprio, concurrentibus adminiculis, probat, *decis. 25. lib. 7. n. 10. et decis. 4. lib. 12. n. 12.*

Testis mendax in uno præsumitur mendax in omnibus, *decis. 28. lib. 17. n. 14. et dec. 17. lib. 14. n. 10.*

Testis depositio semper reducenda est ad sanum, & congruum intellectum, *dec. 1. lib. 9. n. 15.*

Priores depositiones testium tanquam magis proxime actui attenduntur, & non posteriores, quæ præsumuntur per subornationem extortæ, *decis. 3. lib. 9. n. 15. et decis. 5. lib. 14. numer. 42.*

Testium depositiones sunt ad concordiam reducendæ, ut contrarietas evitetur, *decis. 4. lib. 9. n. 14.*

Depositio testis, quæ emanavit super interrogatoriis, prævalet primæ editæ super articulis, *decision. 5. lib. 9. n. 7.*

Testes qualitate digniores magis attenduntur, *decis. 6. lib. 9. numer. 26.*

Revelationes testium metu censurarum non attenduntur, *decis. 6. libr. 9. n. 28.*

Testium contrarietas non attenditur, quando non est in substantialibus, *decis. 7. lib. 9. n. 3. et decis. 9. n. 16. et decis. 10. n. 17. lib. eodem, et decis. 4. lib. 12. n. 13.*

Ad evitandam testium contrarietatem admittitur quælibet interpretatio, & etiam impropriatio verborum, *dec. 8. lib. 9. numer. 4.*

Testis hæreticus probat, si ejus depositio emanavit, quando pro fideli communiter reputabatur, & ante inquisitionem, *decis. 10. libr. 9. n. 11. et decis. 11. n. 24. libr. eodem.*

Quando testes deponunt de re secuta longe antea, facilis est oblivio, & error, *dec. 10. libr. 9. n. 10.*

Testes ut probent, sufficit, quod in substantia non discrepent, *decis. 11. libr. 9. n. 9.*

Testis, qui asserit rem non vidisse, non excludit, quod illa non extiterit, *decis. 11. lib. 9. n. 10.*

Testis deponens de propria opinione probat, si ista sic innixa argumentis, & indiciis, *dec. 12. libr. 9. n. 22.*

Testis deponens de propria credulitate non probat, *decis. 5. lib. 16. n. 6.*

Testes extrajudicialiter examinati attenduntur, quando eorum depositio inducitur tanquam conjectura, *decis. 16. lib. 9. num. 15.*

Testes exceptiones patientes nihil probant, *decis. 34. libr. 9. numer. 3.*

Testes socii criminis nihil probant, *decis. 34. lib. 9. n. 4.*

Testes singulares in eorum dicto non probant, *decis. 34. libr. 9. n. 9.*

Testes deponentes de audito ab aliis, nec formiter examinati non sunt attendendi, *decis. 41. lib. 10. n. 3. et dec. 12. libr. 14. n. 21.*

Episcopo testanti ad proprium commodum non creditur, *dec. 4. lib. 12. n. 11.*

Et testibus deponentibus de quadragenaria non est demendum totum tempus pupillaris ætatis, quando agitur de iis, quæ cadunt sub sensu visus: nam in istis potest testis deponere de visis etiam paulo ante pubertatem, *decis. 26. lib. 12. n. 8.*

Testes deponentes de duabus summis, sumi debent in summa minori, *decis. 5. lib. 13. n. 9.*

Testis deponens de tempore præciso, & alter generaliter deponens sine temporis specificatione, dicuntur contestes, cum debeant eorum dicta uniri, & conciliari, *dec. 2. lib. 14. num. 23.*

Exceptiones contra dicta testium non attenduntur, si magnus sit illorum numerus, & aliæ quoque concurrant probationes, *decis. 11. lib. 14. n. 26.*

Testis consanguineus non probat, *decis. 17. lib. 14. n. 7.*

Testibus omni exceptione majoribus, bene informatis, & causam scientiæ reddentibus, plena fides est adhibenda, *decis. 5. libr. 16. ante n. 1.*

Testes fomentum recipientes a verisimilitudine magis attenduntur, *decis. 5. lib. 16. n. 5.*

Testis deponens inverisimilia non probat, *decis. 5. lib. 16. numer. 7.*

In concursu testium inter se contrariorum attenduntur illi, qui sunt adminiculati ex publico instrumento, *decis. 5. libr. 16. numer. 9.*

Transactio in genere.

Transactio totaliter litem perimit, *dec. 10. lib. 14. n. 19. et 20. et dec. 33. lib. 10. n. 15.*

Ubi transactionis implementum devenit ad impossibilitatem citra culpam transigentium, tunc jura transacta reviviscunt, *dec. 46. lib. 6. n. 5.*

Litis existentia, & timor ad sustinendam transactionem aliunde probari debet, quam ex transigentium assertione, *dec. 24. lib. 7. n. 3.*

Trans-

Transactio facta ex falsa, & erronea causa, corruit, & non sustinetur, dec. 22. lib. 7. n. 6.
Transactio, in qua nihil ex una parte remittitur, non sustinetur, decis. 40. lib. 7. n. 17.
Transactio, seu renunciatio litis injustæ, non inducit læsionem, sed lucrum, decis. 16. lib. 9. n. 41.
Non est permittendum, quod transactio fideicommissi pariat eversionem, decis. 51. lib. 9. n. 18.
Transactio, in qua ceditur aliqua pars rei ad effectum evitandi expensas, ad quas quis concurrere deberet, sustinetur, & est valida, decis. 6. libr. 10 n. 15.
Veniens contra transactionem, tenetur injustitiam illius probare, cum justa, & valida præsumatur, dec. 6. lib. 10. numero 16.
Transactio, in qua nulla fraus, seu calumnia intercessit, multo magis sustineri debet, dec. 6. lib. 10. n. 18.
Si in transactione fuit præservatum fideicommissum, illud dicitur potius confirmatum, decis. 33. lib. 10. n. 11.
Et si verba transactionis aliquo modo cum fideicommisso non convenirent, vel concordarent; tamen omnis sumenda est interpretatio, ut cum illo concordet, & nihil immutatum censeatur, decis. 33. lib. 10. n. 12. et seqq.
Transactio inita super prætensionibus, quas quis habebat contra unum fratrem, non potest extendi ad bona alterius, dec. 25. lib. 11. n. 16.
Ad effectum, ut super juribus Ecclesiæ transigi, & concordari possit, requiritur beneplacitum Apostolicum, & justa causa, decis. 1. lib. 16. n. 7.
Transactio super fideicommisso facta bona fide pro bono pacis, & ad evitanda dissidia, obest transigenti, & successoribus, licet ex propria persona venientibus, decis. 71. lib. 10. numero 13.
Et maxime si successores sint hæredes transigentis, cum tunc nequeant factum auctoris impugnare, dec. 71. lib. 10. numero 14.

Transactio quoad læsionem.

In transactionibus ad hoc ut considerari possit læsio, est habenda ratio de dubio litis eventu, dec. 2. lib. 7. n. 21.
Dubius litis eventus est considerandus de tempore initæ transactionis, non regulandus a subsecuto eventu, decis. 23. libr. 7. n. 4.
Non obstante dubio litis eventu judex judicium interponere valet ad dignoscendam læsionem, ponderando ipsam incertitudinem, & quantum ferat magnitudo, vel modicitas difficultatum, dec. 23. lib. 7. n. 5.
Et quidem absque eo quod sit opus recurrere ad auxilium peritorum, cum tutius sit, ut judex ex se cognoscere non dedignetur, dec. 23. lib. 7. n. 6.
Dubius litis eventus in nihilo æstimatur, si proveniat a vanis quæstionibus, quæ probabilium rationum fundamentis sunt destitutæ, decis. 23. lib. 7. num. 9. & dec. 24. numer. 4. & 11. libr. eodem.
In transactionibus est pretio æstimabilis liberatio a litibus, dec. 23. lib. 7. n 15.
Contractus transactionis in parte læsivus corruit in totum, dec. 23. lib. 7. n. 16.
Dubius litis eventus, cum non cadat sub sensu corporeo, æstimari debet arbitrio judicis, decis. 24. lib. 7. n. 10.
Transactio, in qua quis etiam commensurato dubio litis eventu fuit enormiter læsus, non sustinetur, decision. 23. lib. 11. num. 13.

Transmissio.

Jus petendi legitimam transmittitur etiam ad hæredes extraneos, decis. 43. lib. 9.
Transmittitur etiam legatum dotis conditionale, quando dos succedit loco legitimæ, decision. 24. lib. 10. n. 10. & decis. 25. numer. 14. lib. eodem.
Fideicommissum conditionale non transmittitur, decis. 34. lib. 10. n. 8.
Neque ad filios, quando cessant conjecturæ, decis. 55. libr. 10. n. 14.
Et deficientibus contemplatione agnationis, & digressu ad plures gradus substitutorum, exteræ ad hunc effectum non attenduntur, decis. 55. lib. 10. n. 15.
Conjectura vehemens pro excludenda transmissione est vocatio facta propriis expressis nominibus, decis. 55. lib. 10. n. 16.
Ex possessione bonorum deducitur sufficiens agnitio ad effectum transmissionis, decision. 71. lib. 10. n. 25.
Fideicommissum purificatum, antequam quis decederet transmittitur, etiamsi non fuerit agnitum, decis. 71. lib. 10. n. 27.
Voluntas testatoris etiam desumpta ex conjecturis facit transmissibile id, quod de sui natura non est, decision. 3. libr. 11. numer. 14.
Vita, & militia, quæ debetur super fundis antiquis, non est transmissibilis, decis. 3. lib. 11. n. 18.
Conjecturæ ad effectum suadendi transmissionem legati, seu fideicommissi non transmissibilis, debent esse valde urgentes, decis. 14. lib. 11. n. 7. & 21.
Inter descendentes leviores sufficiunt conjecturæ, sed tamen qualitas descendentiæ non est conjectura transmissionem suadens, decis. 14. lib. 11. n. 18.
Legatum non dicitur collatum in remotissimum tempus ad effectum arguendi transmissibilitatem; quando conditio dependet ab obitu filiorum primi gradus, decis. 11. libr. 14. numero 19.
Inæqualitas inter filias non attenditur ad suadendam transmissionem, quando illa provenit a casu, ex quo una ex filiabus prædecessit, decis. 11. lib. 14. n. 20.
Vide Legatum sub conditione.

Trebellianica in genere.

Trebellianica debetur gravato in præmium aditionis, & periculi, quod hæres subest adeundo, dec. 30. lib. 9. n. 13. & decis. 58 n. 5. lib. eodem.
Trebellianica non est detrahenda neque ex melioribus, neque ex pejoribus corporibus, sed proportionabiliter, decis. 33. libr. 9. n. 13.
Trebellianica debetur hæredi ab intestato, quando ipse vigore clausulæ codicillaris appositæ in testamento contrarubulato tenetur restituere hæredi scripto, decis. 38. lib. 9. n. 32. et decis. 51. n. 4. lib. eodem.
Trebellianica non debetur, si hæreditas adita non fuit, dec. 40. lib. 9. n. 9.
Minusque, si non fuit facta restitutio dotis, decision. 40. lib. 9. n 10.
Trebellianica detrahitur a gravato, non autem a fideicommissario, decis. 51. lib. 9. n. 5.
Si Trebellianica non fuit per hæredem ab intestato detracta, quando ipse vigore clausulæ codicillaris tenetur hæredi scripto restituere, quod possit illam detrahere ipse hæres scriptus, decis. 51. lib. 9. n. 8.
Quod conclusio veniat intelligenda, quando gravatus Trebellianicam non detraxit in gratiam fideicommissarii, erga quem voluit exercere liberalitatem, secus contra: & talis liberalitas, & affectio erga fideicommissarium excluditur, si iste sit extraneus, & parum benevolus, decision. 51. libr. 9. n. 34. et decis. 53. n. 19. et 20. lib. eodem.
Trebellianica si fuit detracta ab hærede ab intestato in restitutione facta hæredi scripto vigore clausulæ codicillaris, non potest ab eodem hærede scripto iterum detrahi, licet ipse sit pariter gravatus, decis. 52. lib. 9. n. 1.
Trebellianica detrahitur ex legis beneficio non secundum, sed contra voluntatem testatoris, decis. 53. lib. 9. n. 15. et dec. 56. lib. 9. n. 11. et dec. 61. n. 16. lib. eodem.
Hæres fideicommissarius statim ac adit hæreditatem, habet jus fixum, & radicatum pro consecutione Trebellianicæ, & potest ad libitum facere alienationes in Trebellianicam imputanda, dec. 54. lib. 9. n. 1. et decis. 55. n. 1. et decis. 57. n. 1. et decis. 58. n. 3. et seqq. lib. eodem.
Hinc potest statim a fideicommissario implorari judicia officium pro declaratione, quod non competat Trebellianicæ detractio, decis. 54. lib. 9. n. 2. cum seqq. et decis. 57. n. 2. et seqq. lib. eodem.
Quando summa in illis, qui fructus in Trebellianicam non imputant, tunc possunt isti convenire fideicommissarium ad effectum separandi bona pro Trebellianica, dec. 54. lib. 9. n. 3. et decis. 55. n. 6. et decis. 57. n. 5. lib. eodem.
Fideicommissarios pro rata Trebellianicæ correspondenti non tenetur fideicommissarium mediante cautione assecurare, dec. 57. lib. 9. n. 6.
Fructus illius portionis hæreditatis, ad quam ascendunt legitima, & Trebellianica, non tenetur gravatus in Trebellianicam imputare, nec investire, ideoque sunt separandi, decis. 59. lib. 9. n. 1.
Pupillaris expressa excludit hæredem a detractione Trebellianicæ, si casus pupillaris evenerit, secus e contra, dec. 61. lib. 9. n. 11.
Trebellianica debita fratribus, qui cum ascendenti concurrunt; quando testamentum fuit contrarubulatum, & vigore clausulæ codicillaris est facienda restitutio, consistit in duabus unciis, dec. 71. libr. 9. n. 8.
Filii primi gradus non imputant fructus in Trebellianica, dec. 87. libr. 10. n. 2.
Trebellianica non amittitur ob non confectionem inventarii, sed bene potest a testatore prohiberi, decis. 91. libr. 10. n. 27. et 28.
Trebellianica an, & quando detrahatur, ante, vel post legitimam, *Vide* In verbo Legitima.

Trebellianica quoad prohibitionem.

Trebellianica non sit expresse prohibita, vel adsint tot, & tales conjecturæ, ex quibus judex tacitam prohibitionem desumere valeat, semper debetur, dec. 30. lib. 9. n. 9.
Verba totalitatem importantia debent percutere partem conditionalem restitutionis, ad hoc ut importet prohibitionem Trebellianicæ, dec. 30 lib. 9. n. 11. et decision. 31. n. 13. et dec. 51. n. 29. et dec. 52. n. 4. et dec. 53. n. 3. et 5. et dec. 56. num. 7. lib. eodem.
Si verba importent universalitatem, & non totalitatem, etiamsi sint parte conditionali apposita, non præseferunt prohibitionem Trebellianicæ, decis. 30. lib. 9. n. 12. et dec. 31. num. 12. lib. eodem.
Trebellianicæ detractio non impeditur ex clausula *omni meliori modo*, quæ sit apposita in institutione, & non in restitutione, decis. 38. lib 9. n. 30. et 31. et dec. 51. n. 29. et decis. 52. n. 4. et dec. 53. n. 3. lib. eodem.

Ex

Ex prohibitione legitimæ arguitur voluntas prohibendi quoque Trebellianicam, dec. 40. libr. 9. n. 7. & decis. 58. n. 27. libr. eodem, & decis. 62. n. 19. lib. eodem.

Procedit conclusio, si legitima expresse prohibita sit; secus si non fuerit relicta, decis. 62. libr. 9. n. 20.

Ex legato pro omni, & toto eo desumitur Trebellianicæ prohibitio, dec. 40. lib. 9. n. 8.

Si tutor primo hæredi dumtaxat prohibitionem Trebellianicæ injunxit, quod maxime oritur tacita permissio super hujus quartæ detractione ad favorem secundi gravati, decis. 51. n. 7. lib. 9. & decis. 52. n. 2. & decis. 53. n. 2. libr. eodem.

Licet Trebellianica fuerit prohibita hæredi scripto, tamen non ex hoc dicitur prohibita hæredi ab intestato vigore clausulæ codicillaris restituere obligato, decis. 51. lib. 9. n. 28. & decis. 52. n. 5. & dec. 53. n. 11. lib. eodem.

Licet prohibitio Trebellianicæ facta uni, non afficiat alterum; id intelligitur, quando sumus in pluribus cohæredibus; secus autem quando agitur de hærede, & fideicommissario, quia si sit facta hæredi, censetur facta fideicommissario, & cæteris omnibus, decis. 51. libr. 9. n. 32. & decis. 53. numer. 11. 13. & 18.

Ad inducendam prohibitionem Trebellianicæ requiruntur verba, quæ alium affectum, & sensum habere non possint, decis. 51. libr. 9. num. 31. & decision. 52. numer. 3. et decis. 53. num. 4. lib. eodem.

Verbum totam importat prohibitionem Trebellianicæ, maxime juncta clausula omni meliori modo, decis. 53. lib. 9. n. 8. et 9. decis. 58. n. 22. et 23. et dec. 60. n. 4. lib. eodem.

Trebellianica nedum expresse, sed etiam tacite prohiberi potest, decis. 56. lib. 9. n. 1.

Et facilius prohibitio admittitur in hærede extraneo, quam in filio, dec. 56. lib. 9. n. 2. et dec. 60. n. 13. lib. eodem.

Dicitur prohibita, si testator omnes, & singulas ejus facultates mandavit restitui, decis. 66. libr. 9. n. 3. et 4. et decision. 58. numer. 29. et decis. 59. a n. 15. et dec. 60. n. 5. et 6. lib. eodem.

Licet posset de prohibitione dubitari, si testator dixisset, restitui omnia, & singula bona; tamen non adest dubium, quando dixit omnes, & singulas facultates, quia hæc verba important universalitatem integralem, dec. 56. lib. 9. n. 5. et 6. et dec. 58. n. 33. et seqq. ubi maxime si accedat verbum tutte, et dec. 59. n. 15. lib. eodem.

Etiamsi verba integralitatem denotantia sint apposita in proœmio, vel in alia parte dispositionis, tamen deserviunt pro inducenda prohibitione, & contraria opinio procedit solum quando sunt apposita in institutione, dec. 56. lib. 9. n. 8. et seqq. et dec. 58. n. 30. et 31. et decis. 59. n. 16. lib. eodem.

Si testator mandavit, quod hæres in omnibus, & per omnia voluntatem suam adimpleat, ex hoc censetur detractio Trebellianicæ vetita, decision. 56. lib. 9. n. 12. et dec. 58. num. 46. et dec. 59. n. 32. et seqq. et decis. 60. n. 6. lib. eodem.

Juncta maxime clausula in ogni miglior modo &c. quæ, quando est apposita in dispositivis, non præsumitur ex stylo Notarii, sed a voluntate testatoris, dec. 56. lib. 9. n. 13. et seqq. et decis. 60. n. 6. lib. eodem.

Quaties testator designat, & specificat, quid, & quantum debeat hæres ab hæreditate percipere, censetur prohibere Trebellianicam, etiamsi non adsit taxativa, dec. 56. lib. 9. num. 18. et seqq. et dec. 58. n. 37. et dec. 59. n. 22. et dec. 60. n. 7. et 8. lib. eodem.

Maxime si subinde mandavit residuum restitui, decis. 56. libr. 9. n. 21. et dec. 58. n. 39. et dec. 60. n. 9. lib. eodem.

Si testator prohibuit hæredi etiam temporalem dismembrationem bonorum, multo magis censetur prohibita Trebellianica, quæ perpetuam, & irrevocabilem separationem importat, dec. 56. lib. 9. n. 22. et dec. 60. n. 12. libr. eodem.

Ex prohibitione alienationis censetur quoque prohibita & Trebellianica, dec. 56. lib. 9. n. 23. et dec. 58. n. 24. lib. eodem.

Ex præcepto, quod fructus exuberantes deberent investiri in augmentum hæreditatis, infertur, quod testator noluit, ut ista per Trebellianicæ detractionem diminueretur, dec. 56. lib. 9. n. 25. et dec. 58. n. 40. et 41. et decis. 59. n. 26. et seqq. et dec. 60. n. 11. libr. eodem.

Si testator valde præ oculis habuit favorem substituti, inde facilius inducitur prohibitio Trebellianicæ, decis. 56. lib. 9. n. 26.

Prout etiam si voluit conservationem proprietatis potius cum diminutione legatorum in casu, quo fructus diminuerentur, decis. 53. lib. 9. n. 27. et decis. 58. n. 42. et 43. lib. eodem.

Ex voto conservandi agnationem oritur conjectura prohibitæ Trebellianicæ, decis. 56. lib. 4. n. 28. et dec. 60. numer. 10. libr. eodem.

Verba denotantia integrale adimplementum, licet non apposita in restitutione, tamen si sint in eadem oratione, & sint universalia, & geminata, multum conducunt ad prohibitionem suadendam, decis. 56. libr. 9. n. 29. et decis. 58. n. 45. et 46. et dec. 59. n. 17. et 18. lib. eodem.

Si testator voluit, ut hæres restitueret totam hæreditatem in casu binubatus, quod tota in cæteris casibus quoque restitueretur voluisse præsumitur, si nulla adsit causa disparitatis, libr. 56. libr. 9. n. 30. et dec. 58. n. 49. lib. eodem.

Is qui conscripsit de ordine testatoris dispositionem, si testetur mentem disponentis fuisse, quod Trebellianica non detraheretur, multum ejus assertioni defertur ad conjecturandam prohibitionem, dec. 56. lib. 9. num. 31. et dec. 58. n. 41. et 42. lib. 9.

Prohibitio Trebellianicæ potest ex conjecturis probari, decis. 52. lib. 9. n. 12.

Et conjecturæ debent esse urgentes, & pernecesse concludere; non tamen ea necessitate, quæ eludat omne possibile in contrarium, sed ea tantum, quæ moraliter captivet animum judicis ad credendum, testatorem ita voluisse, decis. 59. libr. 9. n. 19. et 28. et decis. 59. n. 4. et seqq. et decis. 60. n. 2. et 3. et dec. 61. n. 1. decis. 62. n. 2. lib. eodem.

Testator mandans omnia bona vendi, & distribui, censetur prohibere Trebellianicam, dec. 59. lib. 9. n. 59.

Ad arguendam Trebellianicæ prohibitionem singulæ partes testamenti sunt jungendæ, dec. 59. lib. 9. n. 20.

Legatum dotis importat implicitam taxativam ad arguendam prohibitionem Trebellianicæ, decis. 59. lib. 9. n. 25.

Quando hæreditas est restituenda absque diminutione, censetur prohibita Trebellianica, decis. 59. lib. 9. n. 28.

Quando testator mandat hæredi, ut aliquod creditum hæreditati remittat, vel quando illum gravat, ut propria bona fideicommisso subjiciat, an ex his dicatur prohibita Trebellianica, decis. 59. lib. 9. n. 30. et 31.

Conjecturæ ad effectum arguendi prohibitionem Trebellianicæ sunt simul jungendæ, quando singulæ aliquem gradum perfectionis habent, & tendunt ad eundem finem, decision. 59. lib. 9. n. 35.

Pupillaris substitutio expressa non deservit pro conjectura ad effectum prohibitionis Trebellianicæ, si casus pupillaris non evenerit, decis. 61. lib. 9. n. 11.

Ex substitutione, quæ non evenit, nec habuit effectum, non valet desumi conjectura ad inducendam prohibitionem Trebellianicæ in casu diverso, dec. 61. lib. 9. n. 12. et dec. 62. n. 17. lib. eodem.

Trebellianicæ prohibitio de persona ad personam non extenditur, decis. 61. libr. 9. n. 13. et dec. 62. n. 17. lib. eodem.

Clausula omni meliori modo, & dictio liberamente, quæ suum effectum commode operari possunt efficiendo magis validam ipsam substitutionem, quoad modum requirendi, non debent trahi ad sensum totalitatis ad effectum prohibendi Trebellianicam, decis. 61. lib. 9. n. 14.

Trebellianica licet fuerit in uno testamento prohibita, non inde resultat, quod in alio quoque prohibita censeatur, decis. 81. lib. 9. n. 15.

Præsumptio, quod quis voluerit se conformare cum patriæ Statuto Trebellianicam prohibentis, quando alibi testator decesserit, ut nimis debilis, rejicitur, dec. 61. lib. 9. n. 2. et decis. 62. n. 3. lib. eodem.

Clausula omni meliori modo, si sit destituta verbis totalitatem denotantibus, non sufficit ad Trebellianicæ prohibitionem, etiam si restitutionem percutiat, dec. 62. libr. 9. n. 21.

Si testator permisit, ut certa portio tantum posset a gravato alienari, & residuum mandavit, ut restitueretur, ex hoc prohibita censetur Trebellianica, dec. 82. lib. 10. n. 8.

Exigitur tamen, ut ultra præceptum restituendi residuum concurrant in ipsa facultate alienandi verba taxativa, & limitativa, dec. 83. libr. 10. n. 6.

Trebellianica potest prohiberi etiam filiis primi gradus, dec. 83. lib. 10. n. 5.

Prohibitio Trebellianicæ facta primo hæredi, non importat nisi simplicem negationem, non autem dispositionem, quod hujusmodi quota sit relicta fideicommissario, dec. 53. numer. 14. libr. 9.

Tribunal.

Vicarii Priorum particularium an habeant facultatem erigendi tribunal, & in specie de Vicariis magni Prioris Castellæ, dec. 3. lib. 3. n. 10. et 11.

Tribunal est locus, ubi jus dicitur; & ubi judex sedet audiendo, & judicando, dec. 13. lib. 3. n. 1.

Jus habendi tribunal competit cuicunque habenti ordinariam jurisdictionem, dec. 13. lib. 3. num. 2. et dec. 14. num. 4. libr. eodem.

In sequelam juris habendi tribunal venit habere fiscum, Notarium, familiam armatam, carceres, omniaque ea, sine quibus subditi judicari, & puniri nequeunt, dec. 13. lib. 3. numero 3.

Magnus Prior Castellæ, & Legionis, habet consuetudinem retinendi tribunal, dec. 13. lib. 3. n. 8.

Item Priores Civitatis Salamancensis, & Zamorensis, decis. 13. lib. 3. n. 9.

Item Priores Navarræ, & Messanæ, dec. 13. lib. 3. n. 10. et 11.

Pro exercitio jurisdictionis ordinariæ cum tribunali, aliisque annexis, non est de essentia habere territorium subjective, sed sufficit circumscriptive, ut sciatur, intra quos limites, & in quibus personis jurisdictio exerceri possit, dec. 13. lib. 3. n. 15. et dec. 14. n. lib. eodem.

Conservatores Religionis Hierosolymitanæ non possunt retinere tribunal, dec. 14. n. 8. lib. 3.

Constitutio Innocentii XII. super suppressione tribunalium, & judicum Urbis, & reductione eorundem ad jus commune, & ad judices ordinarios Romanæ Curiæ, habetur lib. 15. constit. 3. fol. 390.

Tutor.

Tutor negligens comparere in judicio concursus; non præjudicat pupillo, dec. 40. lib. 5. n. 7.

Tutor gerens negotium pupilli etiam nomine proprio, tamen censetur fecisse titulo administrationis, dec. 17. libr. 6. n. 16.

Tutor non investiens pecunias pupillares, tenetur ad usuras, *decis. 38. lib. 6. n. 29.*
Tutor tenetur servare testatoris præceptum, *decis. 41. lib. 7. n. 1. & decision. 42. n. 1. lib. eodem.*
Tutor creditor pupilli ad evitandas usuras tenetur bona pupilli vendere, & sibi satisfacere, *decision. 41. libr. 7. n. 2. 8. & dec. 42. n. 2 et 3. lib. eodem.*
Et si prædicta non egerit, nullæ debentur usuræ, *decis. 41. lib. 7. n. 3.*
Tutores omnes tenentur insolidum usque ad finem officii, ad differentiam illorum, qui alienum negotium sponte gerunt, *decis. 41. lib 7. n. 6 et 7.*
Actio tutelæ præscribitur spatio triginta annorum, nec subinde potest tutor, vel ejus hæres vexari, *dec. 43. libr. 7. n. 2.*
Minister a tutore deputatus tenetur tutori rationem reddere, tutor vero pupillo, *dec. 43 libr. 6. n. 3.*
In actione tutelæ locum habet etiam præscriptio statutaria, *decis. 43. libr. 7. n. 7. & seqq.*
Tutor non tenetur ad emendationem damni, quod processit in amissione nominis debitoris, si de tempore contractus iste reputabatur idoneus, *dec. 44. libr. 7. n. 1.*
Tutori non imputatur deterioratio debitoris post contractum superventa, *dec. 44. lib. 7. n. 2.*
Si inopia debitoris occulta fuit, tutor eum eo contrahens excusatur, *dec. 44. lib. 7. n. 5.*
Sufficit, quod tutor bene, & diligenter negotium gesserit, licet malum eventum habeat, *dec. 44. lib. 7. n. 6.*
Tutor non potest cum amico super re pupilli contrahere, *dec. 44 lib. 5. n. 7.*
Tutori imputandum non est, si non procuraverit præstationem novæ fideicommissionis, ubi inopia debitoris non fuit detecta de tempore administrationis, *decision. 44. libr. 7. numero 8.*
Nihil tutori est imputandum, si non curaverit promovere actionem post detectam debitoris decimationem, ubi nihil profecisset, *decis. 44. lib. 7. n. 9.*
Tutor, qui fuit honoribus decoratus a Principe, non præsumitur, quod sit persona dolosa, *dec. 44. n. 10.*
Tutor non tenetur reddere rationem de bonis in patrimonio pupilli non repertis, *decis. 45. libr 3. n 11.*
Tutor qui notitiam non habuit de donatione facta pupillo, excusatur, si non curaverit bona donata separare, & administrare, *dec. 45. lib. 7. n. 2.*
Tutori non est imputandum, si neglexerit exercere jura, quorum documentum in hæreditate repertum non fuit, *decis. 45. lib. 7. n. 9.*
Tutor redargui non potest, si non deduxit jura pupilli, quæ ejus pater deducere non curavit, *decis. 45. lib. 7. n. 10.*
Tutor adeundo hæreditatem pro pupillo absque solemnitatibus, & beneficio, illi non præjudicat, *decision. 19. libr. 9. numero 9.*
Tutor præsumitur, quod fecerit librum tutelarem, *decis. 45. libr. 9. n. 5.*
Isteque præsumitur devenisse ad manus hæredum ipsius tutoris, una cum hæreditate, *decis. 45. libr. 9. n. 6.*
Maxime si illi in inventario descripserint scripturas, sub quarum nomine continetur etiam liber titularis, *decis. 45. lib. 9. n. 7. et 9.*
Tutor ante redditam rationem non potest dici neque creditor, neque debitor, *decis. 45. lib. 9. n. 11.*

V

Valor.

Valor communis non dicitur probatus ex venditione, & locatione aliorum bonorum, *dec. 21. libr. 4. n. 12.*
Valor ex libris Catastri non probatur, *decis. 22. lib. 4. n. 5.*
Ex taxatione, & solutione collectarum delumitur valor, & fructus bonorum, *dec. 22. lib. 4. n. 7.*
Valor rei augetur, si venditor assumpsit in se periculum, & emptor fuit assecuratus de certo lucro, *decis. 5. lib. 5. n. 12.*
Usus rei, & oblectatio est in pretio ad augendum valorem, *decis. 8. lib. 5. n. 3.*
Valor rerum variis temporum contingentiis mutatus, & illorum pretium consistit in voluntate, & placito partium, *decis. 25. libr. 7. n. 15.*
Valor rerum solo lapsu temporis variatur, & mutatus censetur, *decis. 43. libr. 9. n. 7. et decis. 102. libr. 10. n. 10. et decis. 103. n. 27. lib. eodem.*
Privata venditio, seu permutatio facta nulla præ via æstimatione non probat verum rei valorem, *dec. 102. libr. 10. n. 11. et decis. 103. n. 26. et seqq. lib. eadem.*
Locatio, quæ non pertransit tempus præcisum, non probat valorem, *dec. 5. lib. 13. n. 10.*

Venditio.

Nemo invitus cogitur ad vendendam rem suam, *decis. 32. lib. 4. num. 1.*
Cogitur tamen favore Ecclesiæ, vel Religionis, concurrente causa ædificandi, vel ampliandi Ecclesiam, seu monasterium, *dec. 32. lib. 4. n. 2.*
Debet autem ex parte Ecclesiæ concurrere necessitas, *decis. 32. lib. 4. n. 3.*
Privilegium legis *si quis sepulchrum*; est exorbitans; & debet restringi, & non extendi, *decis. 32. lib. 4. n. 4.*
Et ex dicta lege nulla oritur actio, sed tantum officium judicis, *dec. 32. lib. 4. n. 5.*
Quod privilegium prædictæ legis *si quis sepulchrum*, procedat quoad Ecclesias, & monasteria, tam ædificata, quam ædificanda, *dec. 32. libr. 4. n. 6.*
Procedit etiam quoad annua, & connexa, etiam in liberatione a quocunque onere & servitute, *dec. 32. lib. 4. n. 7.*
Et nedum admittitur pro manso, ubi Ecclesia constructa fuit, sed pro toto situ circumjacente, *dec. 32. libr. 4. n. 8.*
Ecclesia alteram Ecclesiam ad vendendum non cogit, *decis. 32. libr. 4. n. 9.*
Limita, ubi una Ecclesia est majori ratione sue æquitate fulcita, *decis. 32. lib. 4. n. 11.*
Major vero causa concurrit, ubi agitur de liberanda una Ecclesia a servitute emphyteutica, *dec. 32. libr. 4. n. 12.*
Pactum, quod venditor teneatur adhuc subire pericula rei venditæ, an & quando sustineatur, *decis. 5. lib. 5. n. 30. et 55.*
Sub venditione domus cum annexis, & connexis, quod non veniat domuncula, quæ licet cohærens non sit annexa, & quando connexa dicatur, vel non. *Vide* Domus.
Observantia optime declarat, quid in venditione fuerit comprehensum, nec requiritur, quod sit præscripta, *decis. 25. lib. 7. n. 11. et 12.*
Expressio generalis confinium non est apta comprehendere in venditione rem, quæ annexa non est rei venditæ, *decis. 25. lib. 7. n. 13.*
Comprehensio unius rei in venditione non importat comprehensionem aliarum, *decis. 25. lib. 7. n. 14.*
Per petitionem, & receptionem pretii censetur quis venditionem ratificasse, *decis. 99. lib. 10. n. 14.*

Verba in genere.

Verba sunt semper intelligenda juxta subjectam materiam, & naturam contractus, cui adhærent, *decis. 2. lib. 1. n. 3.*
Verba debent etiam impropriari, ut repugnantia evitetur, *decis. 17. lib. 5. n. 11.*
Verba quamvis generalia ex præsumpta voluntate partium restringuntur ad rationem a contrahentibus expressam, *decis. 17. libr. 5. numer. 14. et respons. 2. numer. 310. & seqq. fol. 494. tom. 2.*
Verba referuntur ad rem magis proximam, *dec. 14. libr. 6. numer. 28.*
Verba in fine posita, & cum tota dispositione complicata, ad omnia præcedentia referri debent, *decis. 4 lib. 7. n. 8.*
Verba dubia unius dispositionis, seu contractus, optime declarantur ab alia ejusdem contrahentis dispositione, quamvis extracta in diversa scriptura, *decis. 13. lib. 7. n. 9.*
Verba subsequentia specialia restringunt, & modificant proxima generalia, *decis. 21. libr. 7. n. 1.*
Verba clara non admittunt interpretationem, *decis. 21. lib. 7. numer. 2.*
Superflua, vel otiosa non dicuntur verba, quæ pro majori declaratione, & ad abundantiorem cautelam apposita fuerunt, *decis. 25. lib. 7. n. 8. et 9.*
Verba semper debent conciliari, ut evitetur contrarietas, *dec. 1. lib. 8. n. 8.*
Magna tribunalis verbis judicia non insistunt, sed spectant voluntatem, *decis. 18. libr. 9. n. 17.*
Verba, quæ sunt apposita ad augmentum, non debent operari diminutionem, *dec. 56. lib. 9. n. 17.*
Verba quantumvis generalia non possunt ultra expressa extendi; *dec. 66. lib. 6. n. 7.*
Verba sunt intelligenda secundum usum loquendi, & iste anteponitur cuicunque naturali, & propriæ significationi, *dec. 61. lib. 10. n. 14.*
Verba taliter interpretari debent, ut voluntas testatoris non sit frustratoria, & inanis, *decis. 79. libr. 10. n. 18.*
Verba directa obliquantur, & inducunt gravamen, quando ita suadet mens disponentis, *dec. 116. libr. 10. n. 11.*

Verba in specie.

Verbum *accipere* est directum, *dec. 84. libr. 10. n. 8.*
Verbum *ad libitum* plenam, & ab omni lege solutam libertatem tribuit, *dec. 46. lib. 10. n. 12.*
Verbum *avanzi* intelligitur de iis, quæ ex redditibus supersunt; *decis. 66. lib. 9. n. 3.*
Verba *declarat, et dicit*, sunt dispositiva, *decis. 19. lib. 11. numer. 15.*
Verbum *derogamus* est præsentis temporis, atque de præsenti habilitat, & removet obstaculum, *decision. 10. lib. 4. numero 21.*
Verba *a così* sunt repetitiva, & illativa, *dec. 67. lib. 10. num. 6. et 7.*
Verba *iisdem modis, et formis*, important omnimodam æqualitatem, itaut idem sit sumendum judicium, *decis. 66. libr. 10. n. 23.*
Verbum *libere* omne gravamen, & onus excludit, *dec. 40. lib. 8. n. 16.*
Verbum *portio* non semper significat medietatem, sed sumendum est juxta mentem testatoris, *decis. 96. lib. 10. n. 7.*
Est indefinitum, & sumitur secundum subjectam materiam, *decis. 3. lib. 11. n. 22.*

Verbum

Verbum *possit*, ubi affirmative profertur, est facultativum, etiam in ultimis voluntatibus, *decis.* 46. *lib.* 10. *n.* 10.
Quandoque juxta subjectam materiam importat necessitatem, *decis.* 9. *lib.* 4. *n.* 34.
Verba *pro residuo* adaptantur debito præterito, & non futuro, *decis.* 34. *lib.* 5. *n.* 9. & *decis.* 38. *n.* 3. *lib eodem*.
Et indicant, quod aliæ summæ debitæ jam fuerant antecedenter solutæ, *dec.* 53. *lib.* 6. *n.* 15.
Verbum *protrahere* est idem, quod *prorogare*, quod significat extensionem. *dec.* 1. *lib.* 2. *n.* 13.
Verbum *provide* interpretatur pro certa ratione, & honesta causa, *decis.* 2. *libr.* 2. *n.* 19.
Verbum *renovare* nihil aliud importat, quam rem veterem reparare, *decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 12.
Verbum *ricada* est commune, & obliquum, *decis.* 85. *libr.* 10. *n.* 1.
Verbum *robba* importat jus universale, non secus, ac si dictum esset hæreditas, *dec.* 49. *libr.* 10. *n.* 18.
Verba *succeda* est verbum commune, *decis.* 82. *lib.* 10. *numero* 12.
In aliquibus tamen reputatur directum, quando respicit personas, & non res, *dec.* 82. *lib.* 10. *n.* 11.
Verba *tunc, et eo casu*, sunt taxativa, & restringunt qualitates, & effectum ad casum expressum, *dec.* 11. *lib.* 10. *num.* 20. & *decision.* 74. *n.* 9. & *dec.* 109. *n.* 11. *lib. eodem*.
Quando respiciunt dispositionem indeterminatam, omne tempus, & casum complectuntur, *dec.* 74. *lib.* 10. *n.* 11.
Non excludunt, quin dispositio ex verisimili testatoris mente ad casum uniformem extendi possit, *decis.* 64. *lib.* 10. *numero* 7.
Verba *ut infra* omnimodam relationem habent ad subsequentem dispositionem, itaut superior formam, & modum ab illa accipiat, *dec.* 74. *lib.* 10. *numer.* 7. & *dec.* 81. *numer.* 18. *lib. eodem*.
Verbum *vuole* est dispositivum, *dec.* 19. *lib.* 11. *n.* 16.

Via.

Via non dicitur publica, etiamsi aliis inserviat, quando est facta in solo privato, *dec.* 3. *lib.* 14. *n.* 7.
Ædiles possunt concedere licentiam fabricandi etiam via publica, dummodo non agatur de via militari, & consulari & dummodo concessio fiat ad usum, & commoditatem, non vero quoad proprietatem, *decis.* 3. *lib.* 14. *n.* 8. & 9.
Constitutio Innocentii XII. confirmatoria, & reformatoria facultatum tribunalis, & magistratus viarum, habetur *libr.* 15. *fol.* 411.

Via executiva.

Via executiva non competit contra tertium, *decision.* 1. *libr.* 1. *num.* 1.
De competentia viæ executivæ non est dubitandum, quando Signatura commisit causam cum clausula *si quidem exequendum*, *dec.* 4. *lib.* 1. *n.* 7. *decis.* 20. *lib.* 6. *n.* 12.
Via executiva non præscribitur minori spatio quadraginta annorum, quando adest juramentum in contractu, *decis.* 25. *lib.* 6. *num.* 2.
Dos habet viam executivam etiam contra tertios possessores vigore Statuti Urbis, *dec.* 26. *lib.* 6. *n.* 1.
Præscriptionem viæ executivæ impedit minor ætas, *decision.* 39. *libr.* 6 *n.* 1.
Quotiescunque executio est cœpta, tunc non potest amplius præscribi via executiva, sed efficitur perpetua, *dec.* 40. *lib.* 6. *numer.* 1.
Clausula *si quid exequendum* communicat viam executivam, *decis.* 49. *lib.* 9. *n.* 3.
Intellige, quando via executiva competit, non autem quando non competit, *dec.* 49. *lib.* 9. *n.* 4.
Vulnerata via executiva, non remanet vulnerata via ordinaria, *decis.* 74. *lib.* 10. *n.* 17.
Præscriptio viæ executivæ pari passu procedit cum cæteris præscriptionibus, eadem exigit requisita, & iisdem modis interrumpitur, *decision.* 5. *libr.* 11. *n.* 10.
Quod via executiva præscribatur ex solo lapsu temporis absque aliis requisitis, *decis.* 6. *lib.* 11. *n.* 3.
Si causa fuit ordinarie incœpta, & prosecuta, tunc via executiva remanet vulnerata, *dec.* 6. *lib.* 11. *n.* 4.
Ubi actor instituxit judicium executivum, tunc licet judex per sententiam pronunciet, via executiva vulneratur, *decis.* 6. *lib.* 11. *n.* 13.
Judex secundæ instantiæ revocando mandatum in priori relaxatum tanquam nullum, & novum ex integro relaxando, non vulnerat viam executivam, *dec.* 6. *lib.* 11. *n.* 14.
Confessio debiti facta in testamento habet paratam executionem, & viam executivam, *decis.* 4. *lib.* 11. *n.* 2. *et decis.* 6. *n.* 5. *et* 6. *lib. eodem*.
Licet via executiva sit vulnerata per sententiam, tamen non dicitur taliter interversa, quo minus constito de justitia petitionis possit judex secundæ instantiæ vigore clausulæ, *quam, et quas*, tanquam in prima procedere, & mandatum ex integro relaxare, *dec.* 11. *lib.* 11. *n.* 9.

Vicarius.

Vicarius nequit absque speciali mandato beneficia conferre, *decis.* 15. *lib.* 12. *n.* 17.
Neque absque mandato sententiam privationis proferre, *decis.* 20. *lib.* 14. *n.* 3.
Vicarius, qui simul sit Canonicus, nequit intervenire, & votare in Capitulo, quoties agitur de rebus concernentibus commodum, & interesse Episcopi, *decis.* 16. *libr.* 12. *n.* 1.

Universitas.

Universitas non remanet præjudicata facto particularium, *decis.* 19. *lib.* 14. *n.* 6.

Vocatio, et vocatus.

Illi solum censentur vocati, quibus onus impositum fuit; *dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 6.
Sub generali vocatione non veniunt illi, quibus particulariter, & separate fuit provisum, *dec.* 14. *libr.* 10. *n.* 22. *et decision.* 29. *lib.* 11. *n.* 12.
Gravamen de necesse præsupponit vocationem, *decision.* 59. *libr.* 10. *n.* 5.
Sed si vocatio sit per vulgarem, gravamen unice operatur casu quo vulgaris habeat locum, *decis.* 62. *lib.* 10. *n.* 17.
Qui prætendit se vocatum, debet vocationem ex verbis substitutionis probare, *decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 16.
Expresse in uno hoc casu vocatus, non censetur vocatus in altero, in quo de eo nulla fit mentio, *decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 18.
Vocatus non dicitur ille, qui est positus in conditione, *dec.* 19. *lib.* 11. *n.* 20.

Voluntas.

In iis quæ pendent a voluntate partium, magis attenditur opinio, quam veritas, *decis.* 2. *lib.* 1. *n.* 16.
Voluntas contrahentium præsumitur conformis dispositioni juris, nisi de contrario appareat, *decis.* 12. *lib.* 4. *n.* 4.
Qui vult consequens, intelligitur voluisse omne necessarium antecedens; *decis.* 35. *lib.* 5. *n.* 11.
Qui vult finem, vult etiam media ad finem conducentia, *dec.* 46. *lib.* 5. *n.* 32.
Ad arguendam voluntatem, non quod contigit, sed quod contingere poterat, inspiciendum est, *decis.* 11. *lib.* 7. *n.* 8.
Voluntas expressa facit cessare tacitam, *dec.* 33. *libr.* 7. *numero* 4.
Voluntatis instantanea correctio non præsumitur, *decis.* 25. *lib.* 6. *n.* 12.
Et omnis sumenda est interpretatione, ut illa evitetur, *dec.* 1. *libr.* 8. *n.* 4. *et decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 20.
Voluntas potius attenditur, quam verba, *decis.* 15. *lib.* 9. *n.* 18. *et decis.* 79. *lib.* 10. *n.* 18.
Ad arguendam diversam voluntatem testatoris multum stringit conjectura desumpta ex discretivo modo loquendi, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 9. *et dec.* 7. *lib.* 10. *n.* 11. *et decis.* 17. *n.* 17. *et decis.* 59. *n.* 24. *lib. eodem*.
Limita, si concurrat diversitas substitutionum, & personarum; *decis.* 58. *lib.* 10. *n.* 13.
Voluntas testatoris de jure præsumitur uniformis cum patrio Statuto, *dec.* 26. *lib.* 9. *n.* 12.
Attenditur Statutum patriæ, non loci, in quo fuit conditum testamentum, quando in hoc testator permanebat accidentaliter, nec contraxerat domicilium, imo post conditum testamentum reversus est ad patriam, ibique codicillos fecit, se denominando de tali patria, *dec.* 36. *lib.* 9. *n.* 13. *et seqq. et decis.* 37. *a n.* 4. *lib. eodem*.
Si autem quis diu a patria abfuit, in alio loco diu permanens, ubi bona emit, matrimonium contraxit, lares fixit, obiit, & sepultus est, tunc censetur se voluisse conformare cum Statuto loci, & non patriæ, *dec.* 61. *libr.* 9. *a n.* 2. *et decis.* 62. *n.* 6. *et* 7. *lib. eodem*, *et decis.* 71. *lib.* 10. *n.* 23.
Licet ad effectum arguendi voluntatem conformem legi, & Statuto loci, in quo quis degebat, requirantur actus, qui contractum præcedant, vel illius tempus percutiant; tamen id non procedit, quando agitur de arguenda voluntate difformi a Statuto patrio, nam ad hunc effectum attenduntur etiam actus subsecuti, & maxime si agatur de testamento, *decis.* 61. *lib.* 9. *n.* 5. *et* 6. *et decis.* 62. *n.* 14. *libr. eodem*.
In testatore minori, & dispositionis statutariæ ignaro, non potest præsumi uniformitas voluntatis, si a patria absit, *dec.* 62. *n.* 2. *lib.* 9. *et dec.* 62. *n.* 4. *et* 5. *lib. eodem*.
Rigorosa domicilii probatio exigitur tunc, quando agitur de probanda uniformitate voluntatis Statuto loci; secus si de excludenda uniformitate cum Statuto patriæ, *decision.* 62. *lib.* 9. *n.* 13.
Si testator se referat ad dispositionem juris, tunc ejus voluntas desumenda est a jure statutario, & municipali, non a jure communi, *decision.* 95. *lib.* 10. *n.* 5. *et* 6. *decis.* 96. *num.* 3. *et* 5. *lib. eodem*.
Limita, si testator se retulit *alla ragion commune*, *decis.* 96. *lib.* 10. *n.* 4.
Voluntas contrahentium est unice attendenda, *dec.* 66. *lib.* 9. *num.* 9.
Voluntas testatoris ex verbis, & conjecturis erui potest, *dec.* 5. *lib.* 10. *n.* 3.

Constito

Constito de voluntate, non est ulterius inquirendum, quid testator facere debuisset, sed attendendum, quod fecit, *decis.* 5. *lib.* 10. *n.* 22.

Ex testamento revocato non potest elici voluntas testatoris, si in altero fuerit substantialiter immutata, *decis.* 6. *libr.* 10. *n.* 7. & *decis.* 77. *n.* 7. *libr. eodem.*

Ex replicatione, & repetitione ejusdem dispositionis desumitur magis efficax, & enixa voluntas, *dec.* 10. *lib.* 10. *n.* 6.

In claris non admittitur quæstio voluntatis, *dec.* 17. *lib.* 10. *numer.* 5.

Voluntatis instantanea correctio considerari non potest, ubi concurrit diversitas casus, & rationis, & ubi adest compatibilitas, *decis.* 75. *lib.* 10. *n.* 22.

Ubi constat de clara voluntate, non sunt admittendæ subtilitates, *dec.* 75. *libr.* 10. *n.* 23. & *decision.* 81. *n.* 16. *lib. eodem.*

Ex testamento revocato potest desumi voluntas, & affectio testatoris, *decis.* 76. *lib.* 10. *n.* 4. & *dec.* 77. *n.* 8. & *seqq.* & *dec.* 78. *n.* 10. *lib. eodem.*

Ex falsa credulitate, & actu nullo arguitur voluntas testatoris, *dec.* 116. *lib.* 10. *n.* 12.

Voluntas testatoris est pro lege servanda, & omnino adimplenda, *decis.* 11. *libr.* 11. *n.* 2.

Voluntas testatoris etiam ex non facto hæredis, & executoris declaratur, *dec.* 13. *libr.* 11. *n.* 4.

Voluntas non trahitur ad incognita, *decis.* 33. *lib.* 11. *n.* 11. & *decis.* 2. *libr.* 14. *n.* 9.

Voluntas testatoris potest ab hærede etiam commutari, quando talis commutatio tendit in melius, & plenius implementum, & quando ipse hæres habet facultatem declarandi, addendi, & minuendi, *decis.* 13. *lib.* 11. *per totam.*

Usufructus.

Instituto aliquo in usufructu, & post ejus mortem vocato altero in proprietate, iste dicitur usque a principio hæres proprietarius, ne per prædecessum ruat tota moles dispositionis, *disc.* 18. *lib.* 9. *n.* 3.

Uxor instituta hæres usufructuaria semper dicitur pura legataria usufructus, *dec.* 10. *lib.* 9. *n.* 4.

Hæres in proprietate quis dicitur usque a principio institutus, si fuerit a testatore hæres appellatus, *dec.* 18. *lib.* 9. *n.* 5.

Prout etiam si sub expresso titulo hæredis fuerit post obitum usufructuarii invitatus, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 6.

Licet testator vocaverit semel proprietarium hæredem *substitutum*, tamen id est adscribendum errori Notarii, quando in cæteris partibus legitur *constitutum*, *decis.* 10. *lib.* 9. *n.* 7.

Si ille cui relictus fuit usufructus, fuit appellatus usufructuarius, non debet relictum extendi ad proprietatem, *dec.* 18. *libr.* 9. *n.* 10.

Maxime si denominationi usufructuarii fuerunt addita alia verba *sua vita durante*, *dec.* 18. *lib.* 9. *n.* 11.

Verbum *goda* potius convenit relicto usufructus, quam proprietatis, *disc.* 18. *lib.* 9. *n.* 12. & *decis.* 4. *lib.* 11. *n.* 1.

Maxime si testator eodem verbo pluries usus fuit ad denotandam temporalem fruitionem, *dec.* 4. *lib.* 11. *n.* 3.

Si vocato post mortem fuerit injunctum præceptum non molestandi usufructuarium super confectione inventarii sub pœna decadendi ab hæreditate, inde arguitur, quod usque a principio fuit consideratus tanquam proprietarius, *dec.* 18. *libr.* 9. *n.* 13.

Quod a principio fuerit alicui relicta proprietas, arguitur ab observantia, tum scilicet si ipse statim capit possessionem bonorum, tum etiam si usufructuarius in faciendis investimentis præcise sibi cavit de fructibus reddendis, *decis.* 18. *lib.* 9. *numer.* 14.

Solitum est disponentium, quod uxori relinquant mere usufructuariat, & ex hoc solito arguitur voluntas non relinquendi proprietatem, *decis.* 18. *lib.* 9. *n.* 15.

Etiamsi vocatus ad proprietatem sit vocatus per verbum *succeda* id non tollit, quin sit proprietarius a principio, quia illud verbum licet commune efficitur directum, *decis.* 18. *lib.* 9. *numer.* 16.

Licet vocato ad usumfructum sit injunctum onus solvendi legata, id parum refert, quando agitur de legis annuis, quorum solutio proprie spectat ad usumfructuarium, *decis.* 18. *libr.* 9. *n.* 18.

Finito usufructu, iste ipso jure consolidatur cum proprietate, ideoque est danda proprietario manutentio, *dec.* 18. *lib.* 9. *numer.* 19.

Quando legatum incipit ab usufructu, tunc licet subsequatur mentio bonorum, dicitur stare demonstrative ad effectum dignoscendi, ex quibus bonis usufructus debeatur, *decis.* 4. *lib.* 11. *n.* 2.

Quando testator plura faciens eidem personæ legata in aliquibus usus est verbis proprietatem importantibus, & in alio verbis indicantibus solam fruitionem, ex hac discretiva arguitur, quod in isto se voluit restringere ad merum usumfructum, *dec.* 4. *lib.* 11. *n.* 5.

Verba *pleno jure, & omni meliori modo*, non disconveniunt legato usufructus, *dec.* 4. *lib.* 11. *n.* 7.

Usufructuarius.

Usufructuarius dissipans, & alienans cadit ab usufructu, & sufficit alienatio partis, ad hoc ut cadat a toto, *decision.* 37. *lib.* 10. *n.* 7.

Usufructuarius tenetur conficere inventarium mobilium *decis.* 37. *lib.* 10. *n.* 2.

Præceptum injunctum usufructuario extinguendi debita non importat, quod debita debeant extingui ex fructibus, sed ex capitalibus, *dec.* 13. *lib.* 11. *n.* 2. & 3.

Et idem procedit etiam de jure, cum usufructuarius non tenetur debita extinguere cum fructibus, sed tantum pati, ut capitalia distrahantur, *dec.* 13. *lib.* 11. *n.* 3.

Usura.

Mutuans pecunias quas erogare intendebat in nundinis, potest cum debitore mutuatario pacisci de certo lucro absque labe usuraria, *decis.* 1. *lib.* 5. *n.* 1. & 3.

Ad reddendam licitam in mutuo usurarum, & certi lucri taxationem, an sufficiant pristinæ assertiones cum solito creditoris negotiandi, & frequentia occasionum; pro affirmativa, *dec.* 1. *libr.* 5. *n.* 4.

Verior tamen est opinio negans, & exigens magis speciales probationes, *dec.* 1. *libr.* 5. *n.* 5.

Nulla requiritur probatio, si creditor pecunias ab actuali investimento extraxit ad effectum mutandi, *decision.* 1. *lib.* 5. *numero* 6.

Creditor, qui dolet de individua occasione investiendi cum lucro, potest de simili lucro cum recipiente pecunias pacisci, *dec.* 1. *lib.* 5. *n.* 7.

Creditor dans pecunias recipienti ad effectum investiendi potest de lucro, quod ex investimento percipietur, convenire, *dec.* 1. *libr.* 5. *n.* 8.

Creditor, qui explicavit specialem animum, & destinationem implicandi pecuniam in emptione stabilium, seu censuum, quorum investimentum solet adesse frequens in loco, potest cum mutuatario usuras convenire absque alia probatione, dummodo sint verisimiles, & correspondentes fructu stabilium, & censuum, *dec.* 1. *lib.* 5. *n.* 9.

Quod id procedat etiam in mutuo facto absque aliqua animi explicatione, *dec.* 1. *libr.* 5. *n.* 10.

Contrarium tamen est verius, *dec.* 1. *libr.* 5. *n.* 11.

Mulier ex sua dote meretrici mutuata moderatos fructus absque labe usuræ percipere potest, *dec.* 1. *lib.* 5. *n.* 12.

Post obitum vero mulieris idem non procedit favore hæredum ipsius, cum in ista esset personalis consideratio, & privilegium, *decis.* 1. *libr.* 5. *n.* 13. *et seqq.*

Ad faciendam licitam taxationem usurarum in mutuo exigitur actualitas, & potentia proxima investiendi, nec sufficit remota, & generalis, *decis.* 1. *lib.* 5. *n.* 16.

Et verificatio occasionis investiendi debet præcurrere alias personas, quam contrahentem, & mutuatarium, *decis.* 1. *lib.* 5. *n.* 17. & 18.

Contractus trinus, vel triplex involvens tacitam societatem cum reservatione capitalis, & certi lucri, licet sit licitus, nec improbatus a Bulla Sixtina, itaut posset induci tam expresse, quam tacite, maxime ubi contrahentes protestati fuerunt velle contrahere omni meliori, & validiori modo, *ut in dec.* 1. *libr.* 5. *n.* 21.

Attamen in foro externo ista species contractus non est de facili admittenda, ubi non concurrit expressa voluntas partium taliter contrahendi, ne aperiatur via usuris, *decis.* 2. *lib.* 5. *n.* 22. & 23.

Usura quandoque palliatur sub nomine emptionis, & venditionis, *dec.* 5. *libr.* 5. *n.* 1.

Et ad eam tali casu evincendam admittuntur conjecturæ etiam imperfectæ, si simul conjungantur, *decision.* 5. *libr.* 5. *n.* 2. & *seqq.*

In dubio judicandum pro existentia usuræ, quando agitur in judicio civili ad simplicem restitutionem, *decis.* 5. *libr.* 5. *numero* 5.

Conjecturæ ad usuram detegendam sunt omnes illæ circumstantiæ, quæ contractui emptionis, & venditionis non conveniunt, *dec.* 5. *libr.* 5. *n.* 6.

Pactum redimendi est una ex conjecturis fœnus denotantibus, quando aliæ concurrunt, *decis.* 5. *lib.* 5. *n.* 8. *et* 53.

Læsio, & modicitas pretii juncta cum pacto redimendi usuram convincere, *dec.* 5. *lib.* 5. *n.* 9.

Læsio autem ad hunc effectum desumitur etiam ab exorbitantia pactorum, *dec.* 5. *lib.* 5. *n.* 10. *et* 59.

Pactum redimendi minuit tertiam partem valoris, maxime ad excludendam læsionem allegatam ad probandam usuram, *dec.* 5. *lib.* 5. *n.* 14. *et* 35.

Contrarium, quod nullam faciat diminutionem, ubi ultra dictum pactum, & modicitatem pretii, aliæ concurrunt conjecturæ fœnus indicantes, *dec.* 5. *libr.* 5. *n.* 15.

Maxime si cum eodem pacto reperiatur admixtum aliud onus, quod respiciat emptoris commodum, *dec.* 5. *libr.* 5. *numero* 16.

Pactum, quod venditor teneatur per sex menses ante redemptionem emptorem interpellare, indicat usuræ palliationem, *dec.* 5. *lib.* 5. *n.* 17.

Contra quod nihil concludat, nisi aliæ urgeant conjecturæ, *decis.* 5. *lib.* 5. *n.* 39.

Pa:

Pactum, quod venditor teneatur emptorem manutenere in annuo certo fructu rei venditæ, indicat, quod contractus sapiat pignus, & non venditionem *decis. 5. lib. 5. n. 18. et 54.*

Præsertim si dictum pactum sit duraturum usque ad contractus resolutionem, *decis. 5. lib. 5. n. 19.*

Si venditor permanserit in possessione rei venditæ, concluditur ex hoc venditionis simulatio ad usuram palliandam, *decision. 5. lib. 5. n. 20. et 56. cum seqq.*

Nihil autem operatur, si adsit subsequens locatio, *decis. 5. lib. 5. n. 39.*

Usura debet concludenter probari, & sufficit ad eam excludendam qualibet possibilitas, *decis. 5. lib. 5. n. 22.*

Emptionis contractus an possit præsumi simulatus ad regendum fœnus, quando nulla aderat causa simulandi, *dec. 5. lib. 5. n. 26. et 51.*

Sola possibilitas, ac facilitas consequendi eundem reditum, mediante contractu licito, an sufficiat pro usuræ exclusione, *dec. 5. libr. 5. n. 27. 41. et 60.*

Contractus venditionis non indicat usuræ palliationem, nisi duo simul concurrant, pactum scilicet redimendi, & modicitas pretii, *decis. 5. lib. 5. n. 8.*

Contrarium, si adsint aliæ conjecturæ æquivalentes, *decision. 5. lib. 5. n. 44. et seqq.*

Læsio ad prædictum effectum quomodo commensuretur, & an requiratur ultra dimidiam, vel sufficiat intra, *decis. 5. libr. 5. n. 32. et seqq. et n. 34. et 59.*

Potius attenduntur conjecturæ usuram excludentes, *decis. 5. lib. 5. n. 40.*

Qualitas contrahentis an deserviat pro exclusione usuræ, *dec. 5. libr. 5. n. 53. et 62.*

Conjecturæ suadentes justitiam contractus, efficiunt solum, ut illum de usura redarguens teneatur ultra numerum conjecturarum a jure volitum, alias adinvenire, & proponere, *dec. 6. lib. 5. n. 63.*

Si usuræ fuerint una cum sorte jam solutæ, impugnari non possunt, nisi per viam repetitionis indebiti, non autem per impustionem fructuum in sortem, *decis. 6. lib. 5. n. 3. et dec. 7. n. 4. lib. eodem.*

Debitor agens pro repetitione usurarum solutarum, debet concludenter probare illas fuisse indebitas, & quod requisita castrensis deficerent, *decis. 6. lib. 5. n. 4. et decision. 7. n. 3. et dec. 12. n. 10. lib. eodem.*

Præsertim si solutio explera fuerit, mediante generali computorum solidatione, *dec. 6. lib. 5. n. 5. et dec. 7. n. 13. lib. eodem.*

Lex in solventes usuras præsumit coactionem, itaut solutio non excludat repetitionem indebiti, *decis. 6. lib. 5. n. 6. et decis. 15. n. 7. lib. eadem, et dec. 3. lib. 8. n. 7.*

Procedit tantum in solutione usurarum de per se, non autem si restituatur sors una cum fructibus, *decis. 6. lib. 5. n. 7.*

Etiamsi restitutio, & solutio facta fuerit metu mandati, quando ab illo pendebat appellatio, *dec. 6. lib. 5. n. 8. et dec. 7. n. 6. et seqq. lib. eodem.*

Ac etiam ubi solutio specifice explata fuerit in causam fructuum crediti pecuniarii, & non ratione damni emergentis, & lucri cessantis, *decis. 6. lib. 5. n. 9.*

Ad excludendam repetitionem usurarum sufficit possibilitas in contrarium, & quod exactio potuerit esse licita, *dec. 6. lib. 5. n. 10. et decis. 12. n. 10. lib. 5.*

Ista possibilitas non excluditur, ex quo in actis non appareat de requisitis castrensis, cum judex potuerit se extra judicialiter informare, *decis. 6. libr. 5. n. 11.*

Exceptio usurariæ pravitatis incontinenti probata impedit processum executivum, & effectum obligationis Cameralis, *dec. 7. libr. 5. n. 10.*

Probatio, quod publica investimenta tunc non adessent, vel quod illa essent in minori fructu, non excludit possibilitatem aliorum investimentorum particularium in cambiis, vel aliis negotiationibus, quæ majorem reddere poterant quantitatem, *decis. 6. lib. 5. post n. 11. et decis. 7. n. 12. lib. eodem.*

Fructus ex credito pecuniario peti possunt, si fuerint servata requisita castrensis, *decis. 9. lib. 5. n. 1.*

Interpellatio ad prædictum effectum non requiritur pro forma, quod sit personale, sed sufficit etiam probatio aliunde desumpta, quod debitor certam habuerit illius notitiam, *dec. 9. libr. 5. n. 2.*

Ide que facta Procuratori sufficit, si iste postea comparuerit, & causam defendat, *decis. 9. lib. 5. n. 3. et 4.*

Si creditor interpellando plus debito petierit, an debitor dicatur nihilominus constitutus in mora ad effectum, ut teneatur ad usuras, pro utraque opinione, *decis. 9. libr. 5. n. 5. et 6.*

Si duo sunt credita separata, & excessus petitionis consisteret in uno, pro quo fructus non debebantur, tunc excessus non esficeret quoad fructus, & usuras, alterius licet utrunque in eadem interpellatione contineretur, *decis. 9. libr. 5. n. 7.*

Attestatio proxenetarum super prompta occasione investiendi sufficit, quod sit generalis, nec requiritur, ut exprimat personam, quæ pecunias ad interesse recipere volebat, *dec. 9. lib. 5. n. 8.*

Fructus nullatenus redigi possunt in sortem fructiferam, ne denture usuræ usurarum, *decis. 14. lib. 5. n. 2.*

Id tamen locum tantummodo habet in usuris puris usuris, vel in usuris, quæ in augmentum antiquæ sortis fuissent usque ab initio contractus in pactum deductæ, *decis. 14. lib. 5. n. 3.*

Secus autem, ubi habetur quantitas fructuum decursorum certa, & liquida, quia tunc isti possunt converti in capitale novum, & a primo distinctum, mediante aliquo contractu licito, & fructifero, *decis. 14. lib. 5. n. 4.*

Inverisimile est, quod debitor se submittere voluerit usuris gravioribus, *decis. 15. lib 5. n. 3.*

Quando debitor excipiendo proponit usuras fuisse illicite exactas, creditor tenetur probare illarum justitiam, alias fit imputatio in sortem, licet solutiones sint expresse factæ in causam fructuum, *decis. 15. lib. 5. n. 5. et 6. decis. 16. n. 3. lib. eodem.*

Extra materiam usurarum versamur, quando agitur de fructibus a Statuto permissis, *decis. 50. libr. 6. n. 30. et decis. 51. n. 13. libr. eodem.*

Observantia etiam in materia usuraria est attendenda, ubi dubium est, an res sit licita, vel illicita, *decis. 1. libr. 8. n. 11.*

Vide Fructus.

Utilitas.

Publica utilitas, & commune bonum non debet ex dissensu unius impediri, *decis. 2. lib. 4. n. 3.*

Utilitas contractus non a supervenuto eventu, sed a tempore illius stipulationis est metienda, *decis. 41. libr. 6. n. 18.*

Uxor.

Uxor, quidquid constante matrimonio acquirit, censetur acquisivisse ex pecuniis viri, *decis. 39. lib. 5. n. 6. et decis. 14. lib. 6. n. 34. et 39.*

Uxor in bonis postea quæsitis præfertur creditoribus anterioribus, *dec. 39. lib. 5. n. 9. et decis. 40. n. 3. lib. eodem.*

Conclusio procedit stante præsumptione, quod acquisitio facta fuerit ex pecunia dotali, unde si hæc cessat, illa locum habere nequit, *decis. 39. lib. 5. n. 10. et dec. 40. n. 4. lib. eodem.*

Uxor pro viro accedens, an dicatur simpliciter fidejubere, & sentire absque extinctione suorum jurium dotalium, vel potius facere obligationem translativam juris dotalis in creditorem, & emptorem, per quam non præjudicetur credito dotali, sed solum illius anterioritati. *Vide* remissive, *decis. 7. lib. 6. n. 1. et 2.*

Si uxor gerat actum, & vir consentiendo accedat, actus non viro, sed uxori tribuitur, *decis. 14. libr. 6. n. 8. et 9.*

Uxor prætendens, quod vir ejus bona occupaverit, tenetur occupationem probare, *decis. 14. lib. 6. n. 14.*

Præsumptio, quod quidquid acquirit uxor, censeatur quæsitum ex substantia, & pecuniis viri, cessat, quoties concurrat probatio, rem aliunde fuisse acquisitam, *dec. 14. libr. 6. n. 35.*

Probatio tamen ad hunc effectum debet esse concludens, *decis. 14. libr. 6. n. 36.*

Si uxor vendat simul cum viro, & favore emptoris cedat jura dotalia, tunc pro rata pecuniarum ex hac venditione provenientium, dicitur de sua dote satisfacta, itaut contra alios creditores viri amplius dotem in ea summa prætendere non possit, *dec. 54. n. 2. lib. 6. et dec. 55. n. 1. lib. eodem.*

Respectu tamen viri retinet omnia sua jura, & actiones, *dec. 55. libr. 6. n. 2.*

Procedit prima conclusio, etiamsi vir pecunias receperit, *dec. 55. lib. 6. n. 5.*

Si autem mulier simpliciter accedat, & consensum præstet, ejus obligatio resolvitur in meram remissionem hypothecæ, *decis. 55. lib. 6. n. 4.*

Uxor non potest alienare fundum sibi assignatum pro securitate suæ dotis ob vergentiam viri ad inopiam, *dec. 29. lib. 7. n. 1.*

Uxor pro viro fidejubens renunciat hypothecæ, & dotalia jura obligat, *dec. 31. lib. 7. n. 26.*

Et hoc casu jura suffragantur creditori, *dec. 31. lib. 7. n. 27.*

Et etiam illi, ex cujus pecuniis creditor cum cessione jurium fuit dimissus, *dec. 31. lib. 7. n. 28. et dec. 32. n. 13. lib. eodem.*

Et procedit, licet pecuniæ proveniant ex pretio bonorum viri, quia emptor ad tuendam propriam possessionem utitur juribus creditorum dimissorum, *dec. 31. lib. 7. n. 29.*

Contraria autem opinio habet locum, vel quando agitur de subingressu legalis absque pacto, & cessione, vel quando pecuniæ fuerunt per emptorem traditæ libere in manibus viri, vel quando fidejussores accesserunt contractui ad tempus, *dec. 31 lib. 7. n. 30.*

Fidejussio uxoris pro viro cum causæ cognitione, & solemnitatibus, est valida, & dicitur facta ex quadam necessitate legis permittentis, ut mulier subveniat inopiæ viri, *dec. 31. libr. 7. n. 32.*

Vir, & non uxor dicitur principalis debitor, si debitum fuerit contractum pro indigentiis domus, & pecuniæ in talem causam fuerint versæ, *dec. 64. lib. 10. n. 9.*

F I N I S:

CATALOGUS JURIUM,

Quæ expenduntur, & conciliantur.

EX DECRETALIBUS.

Text: *in cap. ex transmissa, et in cap. literas, de restitut. spoliat.* explicantur, *decision.* 12. *lib.* 14. *n.* 6.

EX SEXTO.

Text. *in cap. final. de praben. in sexto*, declaratur, *decision.* 24. *lib.* 12. *n.* 19.

EX DIG. VET.

Text. *in leg. si filia, §. si pater, ff. fam. ercisc*, declaratur. *dec.* 9. *lib.* 7. *n.* 13.

EX DIG. INFORT.

Text. *in leg. non tamen, ff. de excus. tutor.* explicatur, *decis.* 17. *lib* 7. *n.* 5.
Text. *in leg. dotem dedit, ff. de collat. bonor.* explicatur, *decis.* 35. *lib.* 9. *n.* 13.
Text. *in leg. si Sejus Saturninus, ff. de condit. et demonstr.* declaratur, *decis.* 3. *lib.* 11. *n.* 12.
Text. *in leg. si quis ita, ff. de hared. instit.* expenditur, *decis.* 19. *lib.* 11. *n.* 20.
Text. *iniqui autem, §. plane, et §. non simpliciter, ff. si quis omiss. caus. testam.* explicatur, *decis.* 19. *lib.* 11. *n.* 21.

EX AUTH.

Auth. *de hared. et falcid. §. hinc nobis, et in §. tres igitur*, explicatur, *decis.* 91. *n.* 23. & *seqq.*

EX BULLIS.

Bullæ Sixti V. Clementis VIII. & aliorum Pontificum, super prohibita acquisitione feudorum in Statu Ecclesiastico Forensibus expenduntur & declarantur, *decis.* 2. *lib.* 1. *a n.* 9.
Item de eis pariter late agitur, *decis.* 3. *lib.* 1. *per totam.*
Constitutio Sixtina Dotium moderatoria declaratur, *decision.* 4. *lib.* 1. *n.* 13. & 14.
Bulla Pii IV. 136. expenditur, *decis.* 13. *lib.* 3. *a n.* 4.

ELENCHUS DOCTORUM,

Quorum auctoritates vel laudantur, vel declarantur, aut reprobantur.

Ancharan. *consil.* 232. *numer.* 1. explicatur; *decis.* 3. *lib.* 11. *numero* 8.

B

Barbat. *de fideicom. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 18. *inspect.* 6. declaratur; *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 19.
Barbos. *ad Concil. sess.* 24. *cap.* 5. *de reformat. n.* 15. explicatur, *decis.* 16. *lib.* 3. *n.* 11.
Barbos. *vot.* 107. *numer.* 33. expenditur, *decis.* 18. *lib.* 12. *numero* 15.
Idem *vot.* 28. *lib.* 1. declaratur, *decis.* 19. *lib.* 12. *n.* 19.

C

Capon. *decision.* 45. 46. & 47. rejicitur; *decis.* 21. *lib.* 3. *numero* 25.
Carval. *de utraq. quarta part.* 4. *cap.* 3. explicatur, *decis.* 59. *lib.* 9. *n.* 31.
Castren. *consil.* 164. *lib.* 2. *numer.* 5. declaratur, *decis.* 60. *libr.* 10. *n.* 10.
Cenc. *de cens. q.* 66. *num.* 13. reprobatur, *decis.* 45. *lib.* 5. *numero* 18.
Cochier. *ad reg.* 91. *Cancel. numer.* 9. expenditur, *dec.* 18. *lib.* 12. *n.* 15.

D

Decius *consil.* 256. reprobatur; & explicatur; *decis.* 51. *lib.* 9. *numer.* 33.
Idem *consil.* 182. declaratur, *decis.* 19. *lib.* 11. *n.* 22.
Distinctio relata per Cardinalem de Luca *decis.* 7. *de regal.* approbatur, *decis.* 3. *lib.* 2. *n.* 22.
Idem, *disc.* 17. *de regal.* laudatur, *decision.* 4. *lib.* 2. *n.* 23.
Idem *disc.* 61. *de emphyt.* reprobatur, sed approbatur, *decis.* 7. *n.* 8. & *decis.* 67. *n.* 2. & 5. *dec.* 9. *lib.* 4. *n.* 10.
Idem *disc.* 2. *de legit.* explicatur, *respons.* 1. *n.* 25. & *seqq. fol.* 461. *tom.* 2.
De Luca ad Franc. *decision.* 695. *n.* 1. explicatur, *decis.* 54. *libr.* 9. *n.* 20.
De Philippo *consil.* 46. rejicitur, *dec.* 51. *lib.* 1. *n.* 34.

F

Faber *in C. lib.* 5. *tit.* 8. *defin.* 13. declaratur, *decision.* 41. *numer.* 11.
Fagnan. *in cap quanto n.* 41. *de offic. ordinat.* explicatur; *decis.* 16. *lib.* 3. *n.* 31.
Felin. *in can. ad aures num.* 10. *de rescript.* declaratur, *decis.* 22. *lib.* 12. *n.* 14.
Fontanell. *dec.* 156. *numer.* 10. explicatur, *decis.* 54. *lib.* 9. *numero* 20.
Franc. *decis.* 63. rejicitur, *dec.* 70. *lib.* 9. *n.* 31.
Fulgos. *consil.* 185. explicatur, *decision.* 18. *libr.* 10. *numero* 3. & 8.
Non admittitur, quando qualitas masculinitatis requiritur tam in generante, quam in generato, *decision.* 18. *libr.* 10. *numer.* 9.

G

Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 253. reprobatur, *dec.* 22. *libr.* 12. *n.* 15.
Giovagnon. *consil.* 41. *n.* 44. explicatur, *decision.* 3. *libr.* 11. *numero* 9.
Glossator antiquus apud Cochier. *in comment. ad reg.* 61. *Canc.* rejicitur, *dec.* 18 *lib.* 12. *n.* 11.
Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 24. *n.* 6. & *gloss.* 15. §. 2. *n.* 83. expenditur, *dec.* 22. *lib.* 12. *n.* 16.
Gratian. *discept.* 767. declaratur, *decis.* 20. *la* 2. *libr.* 9. *numero* 16.

L

Lapus *allegat.* 89. *num.* 7. declaratur, *decision.* 18. *libr.* 12. *numero* 13.

N

Mantic. *de conject. lib.* 6. *t.* 8. *n.* 3. explicatur, *decis.* 62. *lib.* 9. *num.* 12.
Marcellus Marcianus *lib.* 1. *consil.* 1. explicatur, *decis.* 62. *libr.* 9. *n.* 8.
Joannes Franciscus Marcianus *disp.* 33. *n.* 24. declaratur, *decis.* 62. *lib.* 9. *n.* 9.
Mascard. *de probat. conclus.* 887. expenditur, *decis.* 18. *libr.* 12. *numer.* 12.
Clemens Merlin. fuit de anno 1623. Datarius Pontificis.
Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 5. & *seqq.* declaratur, *decis.* 54. *lib.* 6. *n.* 20.
Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.* 6. *n.* 253. rejicitur, *dec.* 18. *lib.* 12. *n.* 17.

N

Tobias Nonius *consil.* 20. reprobatur, *decis.* 70. *lib.* 9. 31.

P

Paschal. *de patria potest. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 45. rejicitur, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 31.
Peregrin. *de fideicomm. art.* 41. *n.* 7. explicatur, *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 19.
Idem *artic.* 33. *n.* 4. & *art.* 49. *n.* 34. declaratur, *dec.* 59. *lib.* 9. *n.* 31.
Idem *de fideicomm. art.* 3. *n.* 76. refellitur, *decis.* 91. *lib.* 10. *numer.* 15.

R

Rodolphin. *allegat.* 12. *n.* 6. & 16. declaratur, *decis.* 4. *lib.* 10. *numer.* 10. & 11.
Roman. *in leg. si non speciali n.* 6. *de testam.* reprobatur, *decis.* 62. *libr.* 9. *n.* 10.
Rovis. *decis.* 22. reprobatur; *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 30.

S

Siccard. *in leg. nostra* prope fin. C. *de testam.* declaratur, *decis.* 19. *lib.* 11. *n.* 21.
Soccin. Jun. *consil.* 124. *lib.* 1. explicatur, *decis.* 19. *lib.* 11. *n.* 22.
Soccini Sen. *consil.* 31. *n.* 10. *vol.* 4. declaratur, & rejicitur, *dec.* 83. *lib.* 10. *n.* 3. & 4.
Surd. *consil.* 120. *n.* 9. explicatur, *decis.* 62. *lib.* 10. *n.* 14.

T

Theodorus Scipio *all.* 35. reprobatur, *decis.* 70. *lib.* 9. *n.* 31.

V

Valenz. *consil.* 106. *lib.* 2. explicatur, *decis.* 54. *lib.* 9. *n.* 20.
Vivian. *de jurepatr. lib.* 14. *cap.* 13. *n.* 99. rejicitur, *decis.* 18. *lib.* 12. *num.* 14.

CATALOGUS DECISIONUM,

Quæ laudantur, approbantur, vel rejiciuntur.

DE DECISIONIBUS IMPRESSIS.

Bich. *decis.* 65. *n.* 17. & 670. *n.* 22. reprobatur, *decis.* 2. *lib.* 1. *numer.* 10.
Idem *decis.* 199. *n.* 34. explicatur, *decis.* 4. *lib.* 6. *n.* 5.
Cels. *decis.* 374. declaratur, *decis.* 10. *lib.* 14. *n.* 11.
Cerr. *decis.* 480. in quibus terminis loquatur, & procedat; explicatur, *dec.* 21. *lib.* 9. *a n.* 22. *ad* 30.
Dunoz. senior. *decis.* 161. declaratur, *decis.* 20. *la* 2. *lib.* 9. *n.* 17.
Duran. *decis.* 275. 290. & 460. declaratur, *decis.* 24. *lib.* 12. *n.* 13.
Post Fenzon. *decis.* 65. explicatur, *decis.* 59. *lib.* 10. *n.* 14. & 15.
Gregor. *decis.* 473. *a n.* 2. explicatur, *decis.* 20. *la* 2. *libr.* 9. *n.* 28.
Gregor. *decis.* 473. / Adden. ad eundem *decis.* 99. *n.* 6. / Idem Gregor. *dec.* 79. *n.* 1. & 2. } in quibus terminis loquantur, & procedant, explicatur, *dec.* 21. *l.* 9. *a n.* 22. *ad* 30.
Merlin. *decis.* 409. declaratur, *decis.* 14. *lib.* 15. *n.* 9.
Mohedan. *decis.* 14. *de prabend.* alias 171. explicatur, *decis.* 17. *lib.* 12. *n.* 7. *decis.* 18. *n.* 16. *lib. eodem.*
Nin... *decis.* 55. fuisse revocatam, animadvertitur, *decis.* 14. *lib.* 5. *n.* 10.
Prolus *decis.* 340. in quibus terminis loquatur, & procedat, explicatur, *dec.* 21. *lib.* 9. *a n.* 22. *ad* 30.
Royas *decis.* 195. in quibus terminis loquatur, & procedat, explicatur, *dec.* 21. *lib.* 9. *a n.* 22. *ad* 30.
Seraphin. *decis.* 145. *n.* 2. declaratur, *dec.* 60. *lib.* 10. *n.* 11.
Ubig. *decis.* 74. *n.* 25. declaratur, *decis.* 4. *lib.* 6. *n.* 5.
Decis. 315. *n.* 8. *part.* 2. *divers.* declaratur, *decis.* 14. *n.* 11. *libr.* 5.
Decis. 600. *part.* 4. *divers.* approbatur, *decis.* 24. *libr.* 12. *n.* 14.
Decis. 209. *part.* 1. *rec.* reprobatur, *decis.* 3. *lib.* 7. *n.* 17.
Decisiones 273. & 300. *part.* 1. *rec.* explicantur, *decis.* 55. *lib.* 10. *n.* 13.
Decisiones 332. & 403. *part.* 2. *rec.* declarantur, *decis.* 55. *lib.* 10. *n.* 10.
Decis. 581. *part.* 5. *rec.* declaratur, *decis.* 28. *lib.* 10. *n.* 10.
Decis. 299. *n.* 15. *part.* 18. *rec.* declaratur, *decis.* 1. *libr.* 1. *n.* 2.
Decis. 303. *n.* 5. *part.* 15. *rec.* declaratur, *decis.* 4. *lib.* 2. *n.* 23.
Decis. 76. *part.* 17. *rec.* explicatur, *decis.* 21. *libr.* 9. *a n.* 22.
Decis. 793. *part.* 18. *rec.* expenditur, *dec.* 21. *libr.* 9. *post n.* 22.
Decis. 23. *part.* 19. *rec.* declaratur, *decis.* 21. *libr.* 9. *post n.* 22.
Decis. 216. *part.* 19. *rec.* explicatur, *decision.* 54. *lib.* 9. *n.* 20.
Decis. 224. *part.* 19. *rec.* explicatur, *decis.* 59. *n.* 3. *lib.* 9.

EX DECISIONIBUS NON IMPRESSIS.

Bononien. Primogeniture 16. *Januarii* 1675. §. *Nec subsistit* ; coram Bourlemont, explicatur, *decis.* 60. *lib.* 10. *n.* 12.
Mediolanen. Præpositure 26. *Novembris* 1691. 4. *Junii* 1692. declaratur, *dec.* 1. *lib.* 12. *n.* 25.
Novarien. Canonicatus *prima Decembris* 1690. coram Manuel, explicatur, *decis.* 29. *lib.* 12. *n.* 8.
Romana Fideicommissi 8. *Martii* 1697. coram Ursino, declaratur, *decis.* 17. *lib.* 10. *n.* 6.
Romana Restitutionis in integrum *prima Junii* 1695. coram Muto, declaratur, *decis.* 5. *lib.* 1. *n.* 13.
Salamantina Beneficii 7. *Maii*, & 5. *Junii* 1694. coram Molines, explicatur, *decis.* 3. *lib.* 13. *n.* 5.
Spoletana Hæreditatis de Rainaldis 8. *Aprilis* 1680. & 9. *Maii* 1681; coram Cardinali Matthejo, explicatur, *dec.* 83. *lib.* 10. *n.* 5. & 6.

F I N I S.